

R. 7008

THE SA- RVVS M. TVLLII CICERONIS

Del Collegio de la Comp. de Beas de Granada.




PARISIIIS

Apud Carolum Stephanum, Typographum Regium.

M. D. LVI.

Cum priuilegio Regis.



7 400 40 *Stella* MADE IN SPAIN

27 a

26 etc.

111800

Handwritten scribbles


Handwritten scribbles

Handwritten scribbles

R. 7008

THE SA- RVVS M. TVLLII CICERONIS.

Per Collegio de la Corp. de Beus de Granada.




PARISIIS.

Apud Carolum Stephanum, Typographum Regium.

M. D. LVI.

Cum priuilegio Regis.



AUDI tantisper, si vacat, Lector, dum ego tecum, priusquam ad *Theſaurum* accedas, de *M. Tullio* imitando, atque huius operis institutione pauca confero.

Non puto te ignorare, eos qui suam picturæ vitam addixerunt, solerti cuidam artifice sese committere solere, cuius inuentionem, lineas, colores, accuratè imitentur: reliquos pictores plurimum quidem laudare, huic tantùm uni insistere, unũ hunc ita obseruare, ut se ad extremum aliquid esse confidat, quum ad *Michaelis Angeli* penicillum lineas aliquot duxerint. Confiteberis id quoque, multorum præceptorum imitationem, diuersum quiddam ab eo quod genuinum est proferre: nihilque perinde esse vtile, quàm unum ex multis eligere, cui nos dicendo ac scribendo persimiles esse cupiamus. Quis autem è *Græcis* *Demosthenem*, ex *Latinis* *M. Tullium* rectè dicendi magistros sibi non hæctenus imitãdos proposuit? Sed hoc quemadmodum verbis, aut primo quoque aspectu non fit, sic neque quæquam crediderim protinus *Ciceronianum* euadere posse qui non in quo illius eloquentiæ vis consistat, diligentissimè cognoscat. Quod ut aliquando consequatur: primum quidem frequenti ac diuturna obseruatione, pertinacissimòq; labore seipsum vincat oportet, priusquam aliquot, ad eius imitationem, lineameta effingat: deinde verò penicillum ita quoquoersum inflectat, ut saltem illius umbram aliquam referre possit. Neque verò illorum sententias approbauerim, qui puras atque integras *M. Tullij* periodos consuunt, atque in rem suam conuertunt: ac multò minus eos qui nulla *Ciceronis* modorum habita ratione, id unum nimis religiosè obseruant, ut ne minima quidem voce utantur, quæ non in illius libris reperiatur. Equidem abundè esse mihi videtur, tanti præceptoris lenitatem; & purum ac cãdidum dicendi genus aliquando imitari. Etenim ut modos atque actiones in loquendo, sic in *Ciceronis* scriptis, accentus ac numeros plurimum perpendere est necesse: quæque sit singularum orationis partium commoda positio: quæ composita ad euphoniã, quæ ad vehementiam, quæ ad pronuntiationis suauitatem faciant: quidnam interiectum, aut etiam adiunctum: quid ipsas sententias colliget ac connectat: quid periodos aperiat aut concludat: quid variatum, quid repetitum, quid quòque pacto conduplicatum reperias: quænam aduerbialia, ad *Græcorum* formam, magnam venustatem adferant: quid denique coherere, ac sine claudicatione constare videbitur. Ea sunt breuiter omnia, quæ *Latini* *Rhetoris* orationem iucundam ac perpolitam faciunt. Quæ si tu, Lector, paruo negotio consequi desiderabis: en tibi *Theſaurũ*, ex quo singula facillè depromas: De cuius utilitate ac ratione, ne quid deinceps dubites, hæc habeto.

In hoc igitur *Theſauro*, non modò varias *Latinè* loquendi formulas inseruimus, verum etiam res omnes, de quibus *Ciceronem* vsquam scripsisse apparet, siue id philosophicum, siue historicum fuerit, suis etiam numeris designauimus: ex quibus & librum, & paginam, & si me audies, lineam ipsam facillè reperire queas. Nam quòd ad codicum varietatem attinet: hoc unum scito, nos maiorum *Roberti* fratris, ac nostrorum quoque *Ciceronis* tomorum numeros præcipuè adnotasse: quos tu ut inter se permultum conuenire, sic nec à maioribus *Italicis* ac *Germanicis* *Ciceronis* voluminibus distare deprehendes. De alterius marginis codicibus fortè dubitas: nihil verò facillius est, quàm ut intelligas, te, si folium expansum, in quatuor aut octo foliola complicaueris, ipsas quoque lineas conduplicare: ut ex integra folij expansi, duæ in quatuor conduplicati fiant: atque itidem quatuor lineæ, ex

unica integri folii in octo foliola conduplicati. Itaque fiet, ut expansi folii numerus decem, alterius in quatuor reducti, sit viginti, in octo vero conduplicati, quadraginta. Quae singula descripsisse atque adnotasse, immensi prope laboris, magnoque tibi tædio fuisset.

De Nizolij numeris, quemadmodum neque de exacta loquendi formularum productione, minus hic te sollicitum esse cupio. Etenim illum, complicatis in octo foliis, exemplaria siue Aldina, siue alterius ea forent typographiæ, obseruasse comperies: quãquam maiorem habet Ciceronis opera dignitatẽ, quã ut circumferri, aut voluptatis causa correctari debeant. Corruptarum autem loquutionum vitia (quas magno equidem labore, in pristinam faciem reducere oportuit) ad illius amanuenses refero. Nos, præter id institutum, verborum & nominum themata persequuti, quae alterius erant legionis, in suum quaeque locum relegauimus: ut singulis rerum ac nominum coniugationibus, singulas loquendi formulas respondere ac subsequi facile cognoscas: semotis participiis, atque aliis à verborum imperio descendentibus. quod idem in nominibus obseruatum fuit. Verba etiam quae tantum unico tempore pronuntiarı solerent, item ea quae metaphoricæ haberent significationes, suis titulis distinximus.

Ipsa præterea vocabulorum themata, singulis lineis, ac paulò maioribus characteribus designare maluimus, ut ea tibi iucundiora ac repertu faciliora foret. Ac ne tu quidem existimes nos eorum, qui hætenus idem ipsum attentarunt, operam contempsisse: a & b literas ob eam rem post singulos numeros inseruimus: quarum quoties a solam reperies, id ex Latina linguæ Thesaurio desumptum esse credito: b autem, ex Marii Nizolii commentariis. Nihil ubi post numeros reperies, id verò nostri est laboris.

Hoc unũ, Lector, de nostris in hoc opere vigiliis, minus à te detractum esse cupimus: quòd præter loquendi formulas (aliorum omnium institutum) res etiam ipsas, diuinas, philosophicas, atque historicas, quae tibi summo opere utiles essent, adiecerimus.

Habes ad omnia quae te scire volebam, antequam ad Thesauri lectionem accederes. Quo tu iam, ut videbitur, Lector, pro arbitrio utere, ac bene vale.

C A R O L O à Lotharingia, Illustris. Principi,

AMPLISSIMOQUE CARDINALI,

C A R O L V S S T E P H A N V S S.



ABES tandem, Illustrissime Princeps, multis hætenus literis à me tibi promissum M. Tullii Thesaurum: qui quo minus ad constitutum tempus ad te peruenerit, fecit infinita penè rerum ac vocabulorum congeries, quae ut dimidia ferè parte, præter nostram opinionem, opus ipsum adauxit: sic omnibus quoque Latinæ linguæ studiosis dimidio maiore vtilitatem allaturum esse mihi persuadeo: modò id quidem illi à Cicerone, hoc est ab incomparabilis eruditionis viro se adsequutos esse fateri non dedignetur. Enimvero rectè dicendi præceptorem agnoscere neminem, aut eorum, à quibus aliquando profecimus, in memores viuere, scelus est, Amplis. Cardinalis. Nec enim satis explicari potest, quanto nos demereantur officio, qui nostram infantiam suis scriptis ita subleuarunt, ut iam ex mutis non loquentes modò, verum etiam eloquentes euadere possimus. Illud nimirum longè omnium præclarissimum dicendi munus, tamen quibusdam (ut tibi præter ceteros) à natura infitum esse comperiat: tamen alicuius industria opus habet, qui rationem longo vagitum ac sermonem interuallo subsequenter dirigat, atque in viam adducat. Etenim pueros ipsos protinus à matrum vberibus loqui: adultos, ac meliore sensu (non enim idem omnibus cõtingit) præditos, statim à magistrorum institutione suadere ac dehortari: plebeios, quamuis rudi atque impolito sermone, tamen ubi didicerunt, ut cunquẽ sese explicare: eos autem rectè tum demum dicere compertum habemus, qui longo rationis vsu, in rerum à natura procreatarum inuestigatione consenuerunt: adeò quidem magnum est, ad sensus ac naturæ foelicitatem, maturum etiam ætatis ac rationis iudicium aliquando accessisse. Ergo nos ab huiusmodi, qui multis antea seculis præcesserunt, viris, & ornatè in quolibet idiomate dicendi modum, & quicquid bonarũ artium ac scientiarum dici potest, accepisse confiteamur oportet. Quae quidem omnia, meliorum ingeniorum industria deinde exulta ac perpolita, eò tandem excellentiæ peruenerunt, quò nunc nos illa longius emicare conspiciamus. Testis est incredibilis illa tot M. Tullii monumentorum pulchritudo: ex quibus rerum ferè omnium ad bene atque ornatè dicendum pertinentium, siue diuinum, siue humanum quid expectes, absolutam cognitionem, omnes in hunc vsque diem desumpserunt. Verum quum illis perficiendis & exornandis omnes ferè consumpserit ætatis suæ vires (quod idem magni nominis scriptoribus prope omnibus contigisse dubitandum non est) fieri quĩ posse credas, ut tot illustrium virorum perlegedis scriptis, vel dimidia hominis ætas sufficere possit? Equidem permagno hætenus fuerunt Latinæ linguæ studiosis adiumento, qui tam ingètes veterum præceptorum labores, in eam summam contraxerunt, quae maximam cõdiscipulis

molestiam adimere, & summam imitationis facilitatē adferre posset. Quid enim studioso cuique suauius esse potest, quàm earum, quas ille tantopere desyderat, dictionum aut sententiarum eam reperire copiam, vnde ipse delectum faciat? In hūc vsum Iulius Camillus suum Ciceronis theatrum, Bartholomæus quoque Riccius, ac Marius Nizolius suas in eundē obseruationes excitarunt. Nos verò, vt ea in re, nostris etiam hominibus obsequeremur, non modò quæ ab illis prætermissa sunt collegimus, verum etiam ea præter illorum institutum adiecimus, quæ ad res philosophicas, atque adeò ad sui temporis historiam pertinerent: vnde nobis visum est Thesaurum appellare, quòd ille omnes Latinorum omnium longè præstantissimi præceptoris diuitias contineret: Opus, ita me Deus amet, & te patrono maximè dignū, & mediocriter eruditus, imò etiam perdoctis omnibus multum aliquando profuturum. Nam quum Latinus sermo, omnium ferè nationum magis sit familiaris interpres, mirum nihil esse debet, si plerisque barbaris, atque ab Italia, Latinorum fonte, longius distractis, minus aptè enuntiari, aut etiam describi consuevit. Quod vitium vt aliquando emēdari possit, quum non cuiusuis præceptoris operam aut laborem expostulet: certè deligendus fuit peritissimus aliquis, ex cuius dictione atque eloquutione condisceremus: plurimum enim refert à quibus rudes atque indocti primū instituantur. Quis autem, post vnum Ciceronem, magis disertè, aut de tot rebus sapientius vnquam est loquutus? Quisve antiquorum, qui apud nos versantur, scriptorum, ad Græcorum eruditionem, phrasas, sententias propius accessit? Iulius quidem Cæsar, doctissimos rerum à se gestarum commentarios, Crispus Salustius bella Catilinæ ac Iugurthæ, Tranquillus duodecim Cæsares, Fabius Quintilianus oratorias institutiones, Liuius suas ab Vrbe condita decades doctè atque eruditè conscripserunt: quid autem hæc ad Marci Tullii lucubrationes? Itaque laudandos quidem alios plurimū, hunc vnum imitandum, huius dictioni ac loquendi formulis assuescendum esse censeo. Ea res me præcipuè cōmouit, vt omnes eius flores (nisi si qui fortasse inter decerpēdū nobis imprudentibus exciderūt) in vnum fasciculum colligerē, ex quo haberent nostri homines vnde bene dicendi facultatem & copiam sibi deinceps comparare possent. Quod non ita omnino mediocre beneficium, si quando cuiquam vnquam proderit (fieri autem non potest quin multum adiuuet) hoc verò tibi vni, Cardinalis, acceptum referre oportebit: cuius fauore ac nutu, nos nō hoc tantum opus, verū quicquid hæcenus è nostris prelis in lucem prodiit, euulgauimus: tantū nobis de diuina ingenii tui magnitudine confidentes, vt hæc omnia facillè comprobes, atque ex illis quicquid erit fructus, amœnissimè decerpas. Vale.

Lutetiæ, I I I I. Calend. Nouembr. M. D. LVI.



Theſaurus Ciceronis.



Litera ſalutaris, quòd nota eſſet abſolutio- nis. pro Milone. 11. a Sus, roſtro ſi humi a literam impreſſerit, tum propterea ſuſpiciari poteris Andromacham Ennii ab ea poſſe deſcribi. 1. de Diuin. 24

A, præpoſitio, cuiusque varius vtendi modus Cui ne reditus quidem ad bonos, ſalutē à bo-

nis potuit afferre. de Leg. 191. b
A Bruto legi Antonii edictū. 16. ad Atticū, 23. ſub. datum.
A cæteris ſilentium fuit. de Orat. lib. 3. 76
A calce ad carceres. de Senect. 76. a
 Tantus eſt ex omnibus ſpectaculis vſque à Capitolio, tantus ex fori cancellis plauſus excitatus. pro Seſtio, 108. a
Nūquā à cauſis & iudiciis diſtictior fui. ad Q. frat. 317. b
A certo ſenſu & vero iudicas. 11. fam. 16. in epiſt. D. Bruti.
A certis & illuſtrioribus cohibere aſſenſum. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 85
 Quibus ea res honori fuerit à ciuibus ſuis. pro Mil. b
A aberrant à coniectura. de Natura deorum, 1. 71
 Reliquæ pecuniæ vſuram Silio pendemus, dum à Faberio repræſentabimus. ad Att. 194. b
 Legat ei grandem pecuniam à filio. pro Cluent. 25. a
 Si paterfamilias vxori ancillarum vſumfructum legauit à filio. in Top. 9. a
 Locus à frumento copioſus. 5. ad Att. 34
 Quorum impunitas fuit non modò à iudicio, ſed etiam à ſermone. pro Rabir. 16
 Cùm Romæ à iudiciis forum refrixerit. ad Att. a
 Qui inuictum ſe à labore præſtiterit. Offic. 1. 14. b
 Iupiternæ cornicem à læua, coruum à dextra canere iuſſiſſet. 1. de Diuin. 19. a
A loco deiectus. pro Cecin. 63
A magiſtratibus nuda Reſpub. pro Domo ſua, 46. b
A mane cœnam quærere. 9. fam. 62
A mari ſupero. 12. Philip. 334. hoc eſt, ſecūdū mare ſuperū.
 Illam vſque à mari ſupero Romam proficiſci. pro Cluentio, 152. a
 Habeas eos à me commendatiſſimos. lib. 12. Epiſt. 25. 19. a
A me hoc illi dabis. 14. ad Att. 25
A me fit, vt eſt. 11. ad Att. 5
 Non ego hoc à me propſi, ſed fortuito incidi in hunc ſermonem. de Orat. 94. b
 Quod Prætori dare conſueſſent, quoniam ego non acceperam, ſe à me quodammodo dare. ad Att. 83. b
 Vide ne hoc totum Scauola fit à me. de Orat. 85. b. hoc eſt, pro me, vel mecum.
A me ſoluere. 5. ad Att. 52
A me tibi omnia paratiſſima. 6. fam. 17
 Saluebis à meo Cicerone. ad Att. lib. 6. 112. 18. a
 At tu in illo ipſo tempore apud focrū tuam propè à meis ædibus ſedebas. in Piſ. 85. b

Eſti eram perterritus non tam metu mortis, quàm inſidiarum à meis. Som. Scip. 9
A mendacio cōtra verum ſtare. in Bruto, 190. b. pro, cum. Sumus enim flagitioſe imparati cū à militibus, tum à pecunia. ad Att. lib. 7. 50
 Cuius à morte hic tertius & triceſimus eſt annus. de Senect. 17. & 3. de Orat. 5. a. hoc eſt, poſt cuius mortem. Mediocriter à natura inſtructus. in Bruto, 186. b
A nobilitate periculum. 2. de Diuin. 69. a
 Ego te abſuiſſe tādū à nobis & doleo, &c. Curioni, lib. 2. a
A noſtro aſpectu obliſcunt orbes. de Vniuerſ. 47
 Tranquillæ à Parthis. Att. lib. 6. 110. 8. a
A paruis didicimus. 2. de Leg. 15. a
A patria eiici. in Piſo. 75
A pectore denudari. 7. in Verr. 27
 Pollucē ſeruum à pedibus meū Romam miſi. ad Att. 121. b
A philoſophia naturali inſtructus, ab historia. in Bruto, 179. b
A Platone & Ariſtotele moderati homines. pro Muræ. 58. a
 In omni verbo natura poſuit acutum vocē, nec vna plus, nec à poſtrema ſyllaba, citra tertiam. de Oratore, 202. b
 Proximus à poſtremo. de Orat. 218. b. id eſt, ante poſtremū.
A prima adoleſcentia. lib. 1. Epiſt. 9. a
A prima ætate. lib. 1. Epiſt. 4. 13. a
A primo, pro, à principio. ad Att. lib. 16. 334. 6. a. de Finib. lib. 5. 38
A primo ſatu. de Finib. lib. 5. 60
 Quin ſuā vim retineat à primo ad extremū. de Fin. lib. 4. 27
A primo tempore ætatis. de Nat. deo. 1. 5
A primis temporibus ætatis. Tuſc. queſt. lib. 5. 3
 At vellem à principio audiſſe te amiciffimè admonentem. 98. ad Att. b
A principio fuiſſemus Lycurgei. 1. ad Att. 26
 Quibus à principio innāſcitur ratio. de Nat. deo. 2. 25. paulo poſt, Sapiens à principio deus.
A propinquis nudus, nulla cognatione munitus. poſt red. ad Quirites, 5. & 12
A puero audiui. 4. Acad. 205. a
A pueris. 1. Tuſc. 90. a
A pueritia. 2. Tuſc. 49. a
A puppi religatus. 2. de Inuent. a
 Si Prætor dedit, à Quæſtore numerauit, Quæſtor à menſa publica, menſa aut ex vectigali aut ex tributo. pro Flac. 155. b
A quo capite ius repetendum. 2. de Leg. 45
A quo periculo defendite iudices ciuem fortem. pro Fonteio, 32. a
A rebus incertis aſſenſionem cohibuerunt Academici. de Nat. deo. 1. 1
 Nuntiatum eſt veniſſe eum à Roma. lib. 1. Acad. a. id eſt, vt vulgus loquitur, de prope Romam.
 Augures omnes vſq; à Romulo decreuerunt. in Vat. 15. a
 Ei qui à ſcripto diceret vtiliſſimum fore. de Inuent. 80. b
A ſe aliquid facere. de Orat. 189. b
A ſe numerare. 7. Philip. 219
 Ipſum à ſe oritur. de Finib. 8. b
 Aut à ſe potius, quàm ab aduerſariis ſtare. de Inuēt. 114. b
A Senatu ſtare. in Bruto, 148. a. id eſt, ſtudere & fauere Senatui.

A sententia stare. ad Heren. 2.4. b. de Inuent. 78. b. pro, confirmare sententiam alicuius.
Tam propè à Sicilia. in Verr. lib. 7. 5. a
Sùp haurit ex arario, suppeditat à focis. contra Rul. 72. b
Mare nunc qui à sole collucet, albescit. ad Att. 250. b
A stupro, flagitio, mitra, crocota, &c. factus popularis. de Arusp. respon. 40
Bacillum leuiter à summo inflexum. de Diuin. 86. b
Scriptit Balbus ad me se à te quintum de Finibus librum descripsisse. lib. 13. ad Attic. 278. 4. a. id est, ex tuo libro.
A te de me impetrare possunt. 15. ad Att. 15. in epist. Hircii.
A te est beneficii magna pars. ad Brutum, 1
A te proficiantur, & per te ad exitum perducantur. 6. Fam. 29. in epist. A. Cecinnae.
A teneris vnguiculis. lib. 1. epist. 6. 4. a
A tergo, à fronte, à lateribus tenetur. 3. Philip. 146. a
Propius à terra (prius dixerat, infra hanc, de stellis loquens) de Nat. deorum, 2. 38
Alia propius à terris, alia remotius. de Nat. deor. 1. 61. de stellis errantibus loquitur.
A testibus dicemus. ad Herennium, 8. b. id est, secundum auctoritatè & vitam testium: cui opponitur, cõtra testes.
Vt primùm à tuo digressu Romam veni. ad Att. lib. 1. 3. 3. a
A valentiore interire. Acad. quaest. 4. 4. b
A vero longissimè abesse. Acad. quaest. ed. 1. lib. 2. 36
A veritate desciscere. Acad. quaest. ed. 1. lib. 2. 44
A vitæ prauitate ad deum conuertantur. de Nat. deor. 1. 53
Id à vobis ei persoluere me sinite. b
A voluntate scriptoris stare. de Inuent. 78. b. id est, tueri voluntatem.
Ab præpositio, eiusque varius vtendi modus.
Mars communis, qui sepe spoliante iam & exultante euertit, & perculit ab abiecto. pro Mil. 42. a. id est, per abiectum & victum.
Qui ab adolescentulo quæstum sibi instituisset sine impendio. pro Quint. 7
Ab adolescentia. 2. de Finib. 154. a
Sed hoc mediatum ab adolescentia debet esse, mortem vt negligamus. de Senect. 02. b
Nihil magis ab aduersariis, quàm à nobis facit. de Inuent. 59. b. id est, pro aduersariis.
Ab arario pecuniam numerare. 5. in Verrem, 152
Ab illorù ætate recès Homerus. de N. d. 62. id est, ante ætatè.
Ab alia porta Capenas ager est. contra Rul. 79. b
Ab aliquo legare. Top. 9. pro Cluent. 25
Ab aliquo persoluere. pro Plan. 83
Ab amico amante argentum accipere meretrix non vult: capitale facinus. de Nat. deorum, 1. 11
Ab amicorum negotiis. 1. Verr. 22. a
Ab amicis inops. pro Domo sua, 46
Ab amicis & existimatione inops. 1. ad Atticum, 2
Ab Anaximene disciplinam accepit. de Nat. deo. 1. 20
Ab Antonio fictu crimen de Cæsare Octauiano. 12. fam. 49
Ab assumptione separata est approbatio. 1. de Inuent. 55. b
Ab Attilio Seruilio dicit se dedisse, & à suis fratribus. pro Flac. 153. b
Tam propè ab domo. in Verr. libro 4. 5. a
Ab ea igitur, vt scribis, venies. ad Atticum, 214. b. id est, post eam auktionem.
Qui sunt ab ea disciplina. Tuscul. quaest. lib. 2. 6
Ab Egnatio soluat quod tibi debet. 7. ad Atticum, 57. id est, sumptam ab Egnatio debitore suo pecuniã tibi numeret.
Ab Ephefo profectus. 3. ad Attic. 8
Ab equitatu firmus. 10. fa. 31. in ep. Planci. pro, ob equitatù.
Qui scirem quàm paratus ab exercitu esses. lib. 8. fam. 10. a. in epist. Cælii.
Ab exercitu paratissimi. 11. fam. 24. in epist. D. Bruti.
Ab existimatione inops. 1. ad Att. 2
Securos vos ab hac parte videmus. li. 10. 24. 18. in ep. Plan. a
Vetus opinio est iam vsque ab heroicis ducta temporibus. de Diuinatione, lib. 1. 1. a
Nec est quod ab his ad hominum vitam permanere possit. de Nat. deorum, 1. 3

Ab historia instructus. in Bruto, 179. b
Qui annus ei primus ab honorum perfuntione fuit. in Br. 143. b. id est, post.
Ab hora tertia bibebatur. 2. Philip. 102. a
Ab humili ad summum. 2. Tusc. 7. a
Misimus qui ab illo pecuniam depositam nostris recuperarent. in Rul. 74. b
Ab illo mihi mittas. 13. ad Attic. 8
Ab illo tempore. pro Cluent. 7. & 7. Ver. 6. id est, post.
Ab imis vnguibus vsque ad verticem. pro Rosc. Com. 11. a
Ab ineunte adolescentia. lib. fam. 3. 22. 1. a
Ab ineunte ætate. pro leg. Man. 1. a
Ab initio ætatis. lib. 4. Epist. 3. 10. a
Ab infima ara. Diuin. lib. 1. 65. id est, ab infima parte aræ.
Tres viæ sunt ad Mutinã, à supero mari Flaminea, ab infimo Aurelia, media Cassia. in Anto. 243. b
Ab infinito tempore fuit quædam æternitas. de N. deo. 1. 16
Ab innocentia clementissimus. pro Roscio Amerino, 52. id est, erga innocentes.
Ab nullo. pro Roscio Amer. 178
Firmos exercitus habemus ab occidente. ad Att. 250. b
Vixit ab omni æternitate. Diuin. lib. 1. 98. id est, ab æterno.
Ab omni assensu se sustinere. Acad. quaest. ed. 1. lib. 2. 46.
Græci id ἐπιμένει dicunt, vt apud Lucianum, ἐπιμένει τὴν πρῶτην ἀσκήσιν, sustineo me ab assensione, vel inhibeo assensionem, vt alibi loquitur Cicero.
Ille Græcus ab omni laude felicior. in Brut. 120. a. Id est, ab omnibus magis laudabatur.
Ab omni re simus paratior. 10. fam. 17. in epist. Planci.
Cerimonia ab omni vetustate accepta. de Arusp. 250. b
Orba ab optimatibus concio. pro Flacco, 6
Tū erat ab Oratoribus quædã in foro solitudo. in Bru. 120. a
Ab re aliqua nudus & vacuus. 6. in Verr. 2
Tantumne est ab re tua otii tibi. ad Att. 12. 236. 3. a
Non modò dicendi ab reo, sed ne surgendi quidem potestas erat. pro Cluent. 74. a
Nam Brutus ab Roma aberat. in Verrem, a
Laterum inflexio non ab scena & histrionibus, sed ab armis, aut etiam à palæstra. 188. ad Att. b
Ab se calamitatem deprecari. 3. in Verr. 111
Ab secundo hærede nihil legat. pro Cluent. 25. a
Ab singulari amore, quæcunque scribo, me tibi scribere. 9. ad Attic. 26. in epist. Balbi.
Nunquam ab sole longius discedit. de Nat. deor. 2. 39
Ab suspitione purus. de Arusp. respon. 8
Ab Sylla & Pompeio Coss. in Rull. 60. a. id est, à Consulatu Syllæ & Pompeii.
Ab vltimo repetam superiorum. de Nat. deorum, 1. 19
Ab in compositione sepe mutatur in au. Orat. 89
Abs præpositio, idem quod a vel ab significans.
Vna præpositio est abs, eaque nunc tantum in accepti tabulis manet, &c. Quæ præpositio præter hæc duo verba (abfugi & abfer) nullo alio in verbo reperitur. in Orat. 89
Tertio abs te die mihi tuæ literæ reddita sunt. 5. ad Att. 5
Nonne abs te iudices abalienes? de Orat. 137. b
Abacus.
Ab hoc abaci vasa omnia, vt exposita fuerant, abstulit. in Verr. 207. b
Abacos quamplures ornauit argento, auròque cæ lato. b
Abalieno.
Abalienantque ab iis, in quibus hæc non sunt. lib. 2. de Orat. 98. a
Statim abalienant se, & inimicantur. de Pet. Conf. 31
At verò Pompeii voluntatem à me abalienabat oratio mea. in Anton. 167. b
Neque verò M. Tullius animum à vestra abalienauit potestate. Anteq. in ex. 18. a
Totum se à te abalienauit Dolabella. Att. lib. 14. 316. a
Hominem clarissimum abalienauerunt à Senatu. ad Lent. lib. 1. 8. 10. a
Qui nos, quos fauendo retinere potuerunt, inuidendo abalienarunt. in epist. 7. b

Idemque agros vestigales populi Romani abalienaret. in Rul. 67. a
Nonne abs te iudices abalienes? de Orat. 137. b
Abalienatus.
Hominem excellentem, non nihil suspicantem, te ab se abalienatum, illa epistola retinere potuisti. in epist. 6. b
Esse animo abalienato. 2. ad Attic. b
Iudices erāt à Cæpione propter iudicia abalienati. de Orat. 117. b
Abalienatio.
Abalienatio quid. Top. 13
Abauus.
Auus, proauus, abauus. de Clar. Orat. 183. b
Iam duorum abauorum quàm est illustre nomen. de Clar. Orat. 112. a
Abazea.
Abazea cuius Dionysii sint instituta. 3. de Nat. deor. 41
Abdera.
Hic abdera, non tacente me. 4. ad Attic. 43
Abderites.
Abderites Protagoras vrbe & agro Atheniensium exterminatus, quòd scripsisset se non curare deos. de Nat. deor. 1. 44
Imperium Abderiticum. lib. 7. ad Attic. 127. 4. a
Abdico. Aferedo.
Id totum abdico atque reicio. 2. de Orat. 57. a
Abdicauerunt consules. de Nat. deor. 2. 9
Abdicent se consules magistratu. 2. de Leg. 32
Cùm se Prætura abdicasset. in Catil. 3. a
Tresque partes aues abdidissent. Diuin. lib. 1. 31
Abdicare se liberate. 3. Philipp. 131
Abdicare se magistratu. Diuin. lib. 2. 58
Tutela me abdicare cogito. Attic. lib. 6. 111. 9. a
Abdo.
Abdo me in bibliothecam. 7. fam. 49
In Ægyptum nos abdimus. ad Attic. lib. 9. 191. 5. a
Ego me, vt scripseram, in Pompeianum non abdidit. ad Attic. lib. 16. 336. 6. a
Itaque abdidit se in intimam Macedoniam. epist. 217. b
Ille se in interiorem partem ædium abdidit. 56. ad Attic. b
Domum se abdidit. in Pis. 63. a
Natura eas partes contextit atque abdidit. Offic. 25. b
Si qui se ita literis abdidierunt. pro Arch. 9
Neque me in Arpinum hoc tempore abdam. ad Attic. lib. 10. 173. 7. a
Cùm se ille fugiens in scalarum tenebris abdidisset. pro Mil. 109. b
Et sese abdidit in classem. epist. 130. b
In amici tui tabulas abdidierunt. in Pis. 30. a
Abdere se in literas. 7. fam. 58
Abdere se in terram. Diuin. lib. 2. 39
Abditus.
Vultus & frons animi est ianua, quæ si significat voluntatem abditam esse ac retrusam, parui refert patere ostium. de Petit. Conf. 29
Nec aurum effoderetur penitus abditum. Offic. 35. b
Audisne hæc Amphiaræ sub terram abditæ. lib. 2. Tusc. quaest. 102. a
Abditi & penetrales foci. de Arusp. 257. b
Abdita & obscura res. Acad. quaest. ed. 1. lib. 2. 30
Venæ auri penitus abditæ. de Nat. deor. 56. b
Iacent in tenebris ab isto retrusa atque abdita. 3. in Verr. 5. a
Hæc loca venusta sunt, abdita certè, & si quid scribere velis, ab arbitris libera. 246. ad Att. b
Qui dispersos homines in agris & in tectis syluestribus abditos, ratione quadam compulsi in vnum locum. de Inuent. 42. b
Epicurus autem qui res occultas & penitus abditas non modò viderit, sed etiam sic tractet, vt manu doceat. de Nat. deor. 1. 69. a
Abdite.
Omnia ita condita fuisse, atque ita abditè latuisse videantur. 4. Verr. 130

Abdomen.
Abdomen infaturabile. pro Sest. 95
Abdominis voluptates. in Piso. 52
Ille gurgis natus abdomini suo, non laudi atque gloria. In Piso. 88. b
Abduco.
Abduco equidem me ab omni Reip. cura. lib. 3. ad Qu. frat. 21. 5. a
Ab illis hominibus qui tum versati sunt in Rep. ad hanc hominum licentiã & libidinem me abducis? 5. Verr. 181. a
Non abducit sensus nostros multitudinis cõsensus à vero. 1. de Leg. 36
Brutus equitatum ad se abduxit Dolabella. in Ant. 236. b
Familiam abduxit. 5. Verr. a
Curio te à meretricio quæstu abduxit. in Ant. 169. b
Vxorem abduxit Decianus ab Amynta. pro Flac. 56. a
Maiores nostri ab aratro abduxerunt Cincinnatum. 2. de Finib. a
Ita vt mones, quantum potero, me ab omnibus molestiis & angoribus abducam. epist. 70. b
Equidem vos abducam à testibus. pro Cæl. 41. b
Me interea nec domesticus dolor, nec cuiusquam iniuria à Rep. abducat. epist. lib. 5. 1. a
Q. Catulum filium abducamus ex acie. in Brut. 118. a
Vt à fide se abduceret. pro Flac. 64. a
Animum tamen à solitudine abducerent. lib. 4. epist. ad Ser. Sulpit. epist. 3. a
Ne discipulum abducam times. lib. 2. de Orat. 23. a
Abducere à malis ad bona. Tusc. q. lib. 3. 64
Abducere mentis aciem à consuetudine oculorum. de Nat. deor. 2. 32
Abducere aliquem à studiis. epist. 49. b
Abducere animum à corpore. Tusc. q. lib. 1. 61
Abducere animum à solitudine vel à vitis & à molestiis. epist. 48. b
Abducere animos à contraria defensione. 2. de Orat. 162. a
Abducere cogitationem à consuetudine. Tusc. q. lib. 1. 31
Quem discipulum cupio à te abducere. de Orat. lib. 2. 23. a
Abducere legiones ab aliquo. in Ant. 226. b
Abducere se ab angoribus & molestiis. Luceio, lib. 5. 13. 12
Abducere seruum ab aliquo. pro Deiot. 149. b
Abducere aliquem fide. pro Flac. 161. b
Auferre & abducere aliquid. pro Quint. 15. b
Quod non poterit (custodire), id auferre & abducere licebit. pro Quintio, 57. a
Abducuntur homines nonnunquam ab institutis suis magnitudine pecuniæ. in Verr. 202. b
Vt quàm minime animus à cogitationibus abduceretur. 5. de Finib. 150. a. de Democrito qui se priuauit oculis.
Ne ars tanta propter tenuitatem hominum, à religionis auctoritate abduceretur ad mercedem atque quæstum. de Diuin. 99. b
Nec abducatur, vt rear aut in extis totam Hetruriam delirare, aut, &c. 1. de Diuin. 65. a
Abduci à rebus gerendis studio inuestigationis veri. Offic. 1. 29
Abduci à vero, fallique. de Finib. lib. 3. 57
Nec enim ab isto officio rem abduci incommodo meo debui. Læli. 8
Ipsos in latomias abduci imperauit. 7. Verr. a
Abductus.
Tertiam Isidori Mimi filiam vi abductam à Rhodio tibi cine. in Verr. 165. b
Abductam ab opinionibus & à sensibus. pro, Separatam & seiuictam. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 132
Naue à prædonibus abducta. 7. Verr. a
Abeo.
Sed abeo à sensibus. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 82. hoc est, Cesso de sensibus disputare.
Nunc abeo ad vulgi opinionem. lib. 3. Offic. 112. a
Quid ad istas ineptias abis, inquires? pro Sex. Rosc. 25. b
Quin tu abis in malam pestem malumque cruciatum? in Ant. 257. b

Et iidem abeunt qui venerant. de Finib. lib. 4.6
 Tum abeunt, tum recedunt stellæ. de Nat. deor. 2.37
 In quos sumptus abeunt fructus prædiorum. 11. ad Att. 2
 Abiit ille annus. pro Sestio. 60. a
 Abiit hoc modo hic dies. 11. fam. 21. in epist. D. Bruti.
 Abiit illud quod tum me stimulabat. 13. ad Att. 37
 Abiit tua nausea. 14. ad Attic. 13
 Abiit pestilentia. 14. fam. 2
 Prætor de sella furrexit, atque abiit. in Verr. 234. b
 Abiit tempus. pro Mure. 6
 Abiit ad deos Hercules. Cic. lib. 1. Tusc. 51. a
 Illa mea abierunt. in epist. a
 Non hoc tibi sic abibit. in Cat. id est, nō hoc impunè ferēs.
 Abi nūc, populi fidē implora. 10. fam. 71. in epist. Pollionis.
 Abeamus à fabulis. Diuin. lib. 2. 16
 Res abiret ab Apronio. 5. in Verr. 125
 Vt ne longius abeam. pro Cecinn. 303. b
 Ne longius abeam (per parentheſim dictum) pro Rosc. A-
 mer. 26. a
 Nunquid causare, quin ab iudicio abeas turpissimè victus?
 pro Qu. Rosc. 51. b
 De suis bonis ita dat, vt ab iure non abeat. in Verr. 99. b
 Non abieris longè. 7. fam. 36. id est, non procul petenda fue-
 rint exempla.
 Abire ad deos. Tusc. q. lib. 1. 27
 Abire è vita. Tusc. q. lib. 1. 60. de Finib. 164. b
 Abire de prouincia. 4. in Verr. 38
 Non posse istæc sic abire. 14. ad Attic. 1
 Et si hoc fortasse non poterit sic abire: tamen audebo te ab
 hac Academia noua ad veterè illam vocare. 5. de Fin. 11. a
 Abiens.
 Cùm abiens Consulatu, sum domum reductus. lib. 1. ad
 Attic. 11. 8. a
 Abiens magistratu. in Piso. 3. de Leg. 40
 Atque abeuntem magistratu concionis habendæ potestate
 priuauit. epist. lib. 5. 1. 17. a
 Abitus.
 Nunc autem ne post abitu quidem huius importunissimæ
 pestis quisquam reperiretur. 5. Verr. 106
 Aberro.
 Aberro. 12. ad Att. 49. id est, abduco animum ab illis cogi-
 tationibus.
 A quo homine iam dudum nō aberrat oratio tua. de Orat.
 122. b
 Animus aberrat à sententia. 7. Philipp. 217. a
 Si ædilis verbo, aut si nutu aberrauit, ludi non sunt ritè fa-
 cti. de Ar. 249. b
 Sed redeat vnde aberrauit oratio. 5. Tusc. 93. a
 Non multum ab Herilli leuitate aberrabimus. 4. de Finib.
 66. a
 Ne ab eo, quod propositum est, longius aberret oratio. pro
 Cecin. 295. b
 Aberrare coniectura. 14. ad Att. 49
 Aberrare à coniectura. 12. Philipp. 334. de Nat. deor. 1. 71
 Aberrare à leuitate. de Pet. 212. b
 Aberrare à miseria. 12. ad Attic. 60
 Aberrare à norma, regula, præscriptione naturæ. Acad. q.
 ed. 1. lib. 2. 130
 Aberrare proposito. Tusc. q. lib. 1. 66
 Aberrare à proposito. de Finib. lib. 4. 44
 Vt etiam si aberrare ad alia cõperit (oratio). Offic. 1. 187
 Aberrans.
 Vtrisque à communi vtilitate aberrantibus. pro Liga. 12. a
 Aberratio.
 Aberratio à dolore. 12. ad Attic. 49
 Aberratio à molestiis. 15. fam. 47. id est, auocamentum.
 Abfero.
 Et abfer noluerunt, & aufer maluerunt: Orat. 89
 Abfugites. Orat. 89
 Abhinc.
 Horum pater abhinc duo & viginti annos est mortuus. in
 Verr. 113. b

Abhinc annis amplius x v. 160. ad Attic. b
 Quætor Cn. Papirio Consuli fuisti abhinc annos quatuor-
 decim. 3. Verr. 22. a
 Abhinc annis quindecim. pro Rosc. Com. 21
 Abhorreo.
 Abhorreo ab vrbe relinquenda. epist. 27. b
 Abhorret ab hominis constantia. de Diuin. 134. b
 A ducenda vxore abhorret. 228. ad Attic. b
 A scribendo prorsus abhorret animus. Attic. lib. 2. 21. 1. a
 Auris atque animus à nobis abhorret. in epist. ad Octa. a
 Illius voluntas à me abhorret. epist. 28. b
 Talibus vitiis abhorrent. de Fat. 141. b
 A quo mea longissime ratio voluntasque abhorreat. 4.
 Verr. 7
 Omnes illum aspernabatur atque abhorrebant. pro Cluent.
 26. b
 Cùm ab ea sententia Pompeius valde abhorreret. epist. lib.
 7. 2. 5
 Sin planè abhorrebit, & erit absurdus, vt se contineat, ad-
 monebo. de Orat. 116. b
 Abhorrebit oratio ab vtilitate eorum qui audient. pro Se-
 stio. 83
 Quam valde Bibuli voluntas à me abhorreret. epist. lib.
 2. 16. 10
 Tanta temeritas, vt non procul abhorreat ab infania. pro
 Sest. Rosc. 29. b
 Vt à rebus cognitu dignis abhorreat. de Finib. lib. 3. 30
 Abhorre à consuetudine communis sensus. de Orat.
 86. b
 Abhorre à ratione. Tusc. q. lib. 4. 28
 Abhorre à sapientia plurimum. Acad. quæst. edit. 1.
 lib. 2. 29
 A suspicione abhorre. pro Cæl. 39. b
 Vt hoc tantum ab eo facinus non abhorre videatur? pro
 Cluent. 133. a
 Abhorre ab oculorum auriumque approbatione. Offic.
 1. 179
 Se ab his nuptiis abhorre respondit. pro Cluent. 19
 Abhorruisse semper ab optimo ciuitatis statu. in Ant. 210. b
 Abhorrens.
 Nunquam à genere isto, studio ac voluntate abhorrens fui.
 pro Fl. 147. b
 Oratio spinosa à sensibus abhorrens. de Orat. 91. b
 Homo à iuris studio non abhorrens. de Orat. 99. b
 A nostris studiis non abhorrens. epist. 97. b
 Abhorrens ab auribus vulgi. 3. de Orat. 38. a
 Delectus adhuc quidam inuitorum est, & à pugnando ab-
 horrentium. Att. lib. 7. 132. 4. a
 Abies.
 Toſti alti ſtant parietes, deformati, atque abiete. crispa.
 Tusc. 200. b
 Abiegnus.
 Abiegnæ trabes. ad Heren. 12. b
 Abigo.
 Partum medicamentis abegit. pro Cluent. 24. b
 Pecus abegerunt. in P. 97. b
 Abige mufcas. 2. de Orat. 137
 Pestem abige à me. Acad. 22. b
 Bacillum prope me, quo abigam, ponitote. lib. 1. Tusc. 166. a
 Equarum greges abigendos curare. Acad. 22. b
 Abactus.
 Præterea greges nobilissimarum equarum abactos. 4.
 Verr. 13. a
 Abiicio.
 Quæ cùm audiffem, abieci consilium profectionis. 156. ad
 Attic. b
 Ego me plurimis pro te supplicem abieci. pro Mil. 76. a
 Polycrates annulum, quo delectabatur, in mare abiecit. de
 Finib. 146. b
 Senatus auctoritatem abiecit. Att. lib. 1. a
 Scaturum iam pridem Pompeius abiecit. ad Qu. fr. lib. 3. a
 Ne de Planco quidem spem adhuc abiecit. Brutus Cicero-
 ni, lib. 11. 11. 2. a

Omnem nostram de Rep. curam abieci. ad Pætum, lib.
 9. 20. 4. a
 Qui suas omnes cogitationes abiecerunt in rem tam vi-
 lem, tamque contemptam. Læl. 31
 Se in puteos abiecerunt. de Pro. 70. b
 Abiecerat postulationē triumphī. 8. fam. 14. in epist. Cælii.
 Sic te ipse abicies, atque prosternes, & c. Parad. 16
 Vt se abieceret in herbam. 1. de Orat. 15. a
 Cui tali in re libenter me ad pedes abieciſſem. Attic. lib. 8.
 153. 2. a
 Nam cùm ceteras animantes (natura) abieciſſet ad pastum.
 de Leg. lib. 1. 39
 Cùm Marcellus se ad Cæsaris pedes abieciſſet. ad Sulpit.
 lib. 4. 10. a
 Quanta contentione abiecerim Titium interceſſorem. 10.
 fam. 27
 Abiecerō libèter triumphum. 9. ad Att. 20. id est, consilium
 siue cogitationem de triumpho.
 Si consilium faciendi belli abiecerit. in Catil. 35. a
 Abiicere ædificationem. 13. fam. 2. id est, consilium de ædi-
 ficatione.
 Abiicere amorem alicunde. 2. Philipp. 84
 Ædificandi concilium abiicere. 74. ad Att. b
 Abiicere dolorem. 11. ad Att. 42
 Ergo in potestate est abiicere dolorem, cùm velis, tempori
 feruentem. Tusc. q. lib. 3. 55
 Abiicere famam ingenii. 9. fam. 36
 Gloria parta non delectari, totamque abiicere atque depo-
 nere. Planco, lib. 10. 12. 11. a
 Abiicere hastas. pro Mure. 42
 Abiicere humanitatem suam. pro Ligar. 10
 Abiicere memoriam. 8. Philipp. 255
 Abiicere obedientiam. Offic. 1. 143
 Susceptum onus abiicere. pro S. Rosc. 20. b
 Abiicere scutum de aliquo. 15. ad Att. 48
 Abiicere se. Tusc. q. lib. 2. 48
 Abiicere timorem. epist. 178. b
 Abiicere vitam. 3. ad Att. 31
 Abiicere voluntatem discendi simul cum spe perdiscendi.
 de Orat. 121. b
 Amorem omnem abieciſſe. in Ant. 175. b
 Caue existimes me curâ abieciſſe Reip. Pæt. lib. 9. 24. 11. a
 Abieciſſe Hispania: Ægyptum cogitare. 9. ad Att. 47. id
 est, abieciſſe consilium de Hispania.
 Abiectus.
 Hic abiectus non tam ad pedes, quàm mores, sensusque
 nostros. pro Cæl. 54. b
 Abiectus gemitus & flebilis. 2. Tusc. 97. a
 Homo contemptus & abiectus. contra Rul. 85. b
 Abiectus planè & fractus. 11. fam. 30
 Ipse enim abiectus pari fortuna. epist. lib. 4. 13. 3. a
 Abiecta metu filia. in Catil. 118. b
 Humilis & abiecta oratio. in Orat. 112. a
 Abiecti hominis & semiuiui furorem petulantiamque fre-
 giftis. in Pison. 24. a
 Abiectum excitauit. 1. ad Att. 41
 Abiectum excitauit quantum potui. 5. ad Att. 42
 Quem hominem contemptum, abiectum Romæ videba-
 mus. in Rul. 91. a
 Deiectum se atque abiectum fore nisi per te sit restitutus.
 Lentulo, lib. 1. 5. 13. a
 Priuatum neque summiffum & abiectum esse oportet, ne-
 que, & c. lib. 1. Offic. 173
 Ciuitatem abiectam metu ad aliquam spem libertatis ere-
 xit. pro Domo sua, 20. a
 Tam abiectam compositionis spem non desperatissimam
 esse puto. 9. ad Att. 26. in epist. Balbi.
 Nihil abiectum, nihil humile cogitant. 5. de Finib. 103. a
 Animo percusso & abiecto esse. 40. ad Att. b
 Abiecta cunctatione facere aliquid. Offic. 15. b
 Clodius, abiecta toga, se ad generi pedes abiecit. 55. ad Att. b
 Fracti & abiecti. 4. fam. 25
 Cùm ipsi inter nos abiecti neglectiq; simus. de Fin. lib. 3. 53

Abiecti Comitorum senarii. in Orat. 107
 Verba non abiecta. de Cla. 186. b
 Hoc si contemnimus, etiam abiectos putamus illos. Acad.
 q. ed. 1. lib. 2. 121
 In quibusdam est animus abiectior. de Amic. 107. b
 Abiectiore animo me futurum. Lent. lib. 1. 9. 56. a
 Abiecte.
 Nequid abiectè faciamus? Tusc. 387. b
 Nec abiectè tuli. 3. Philipp. 143
 Abiectio.
 Quid debilitatio atque abiectio animi tui, & c. in Piso. 69. a
 Abintegro.
 Vtrum existimatis minus operis esse, vnâ columnam effi-
 cere abintegro nouam, nullo lapide rediuiuo, an quatuor
 illas reponere? 3. Verr. 104. a
 Abiudico.
 Vbi plus mali, quàm boni reperio, id totum abiudico at-
 que reiicio. de Orat. lib. 2. 57. a
 Iudicabit Alexandriam regis esse, à pop. Rom. abiudicabit.
 de Leg. Agra. 51. a
 Abiudicare aliquid ab aliquo. contra Rul. 74. b
 Nulla res, quæ non ab eo, imperio istius, abiudicaretur. 2.
 Verr. 8
 Abiudicari sibi libertatem. pro Cecin. 72
 Rationem veritatis ab hoc ordine abiudicari. in Ver. 77. b
 Abiungo.
 Demosthenes se ab hoc refractoriolo iudiciali dicendi ge-
 nere abiunxit. 2. ad Att. 2
 Abiuro.
 Abiurare mihi certius est, quàm dependere. 1. ad Att. 15
 Abiuratio. Tusc. q. lib. 3. 14
 Ablego.
 Hæc (legatio) à fratris aduētū me ablegat. ad Att. lib. 2. 33. 4
 Adhibuit quos ablegarat. in Verr. 125. b
 Qui causam norint, ablegat. in Verr. 125. b
 Ablegatus.
 Dimisso atque ablegato consilio. 4. Verr. 52. a
 Remoto atque ablegato viro. 7. Verr. 66. a
 Ablegationem.
 Ablegationem aliquam nimirum ista oratio postulat. 1. de
 Leg. 14. a
 Abluo.
 Tui clarissimi nepotes suo sanguine abluerunt inimicorum
 crudelitatem. ad Heren. 28. b
 Perturbatio animi placatione abluatur. Tusc. 222. b
 Iactatur fluctibus, vt nunquā abluatur. pro S. Rosc. A. 30. b
 Abluens.
 Vlyſſi pedes abluens. 5. Tusc. 66. a
 Abnuo.
 Non recuso, non abnuo. pro Mil. 77. a
 Nihil enim vnquam abnuo volūtas tua meo studio. Fat. 4
 Intelligas quid quisquā concedat, quid abnuat. 2. de Fin. 5. a
 Abnuere à se commissum facinus. de Leg. 164. b
 Abnutas te adiri. 3. de Orat. 90
 Abortio.
 Si hæc (pecunia) solutio legatorum, & non merces abortio-
 nis appellanda est. pro Cluent. 25. a
 Abortus.
 Tertullæ nollem abortum. Attic. lib. 14. 318. 2. a
 Abrado.
 Nihil litium terrore abradere. pro Cecin. 228. b
 Abrasus.
 Supercilia penitus abrasa. pro Q. Rosc. 48. b
 Abripio.
 Repente te à terra abripuit. 3. de Orat. 80. a
 Vt eum, etiamsi natura à parentis similitudine abriperet,
 & c. 7. Verr. 25. a
 Verres abripuisse Cererem videtur. 1. Verr. 226. b
 A coniuge abripi. Antequam. 197. b
 In vincula abripi. in Verr. 205. b
 Abreptus.
 Ad quætionem abreptus est. pro Cluent. 71. a
 Tempestate abreptus. pro Lig. 142. b

Abreptum frumentum ab aratoribus. 5. Verr. 139. a
Nec patiamini me à liberis meis abstractum, à coniuge abreptum, &c. Antequam iret in exil. 19. a
Quæ cõplexu parentum abreptos filios ad necem duceret. 3. Ver. 4. a

Abrogo.

Abrogat orationi fidem meditationis & artificii suspicio. 1. ad Heren. 17
Abrogavit Tib. Gracchus collegæ potestatem intercedēdi. 3. de Leg. 23
Qui tantum autoritate, dicendõque valuit, vt legem Semproniam frumentariam populi frequentis suffragiis abrogauerit. de Clar. Orat. 118. pro Murena, 4. a
Abrogare alicui fidem iurifurandi. pro Rosc. Com. 26
Abrogare imperium alicui. Brut. 26. & 3. Offic. 53
Abrogare legem. de Inuent. 79. b
Per legem Clodiam promulgare, abrogare, derogare, obrogare. 4. ad Att. 65. 5. a
Abrogare alicui magistratum. 4. in Verr. 98
Æqualiter omnibus abrogatur fides. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 35
Abrogari ea lex non potest. 2. de Leg. 12
Eiusmodi leges censerem tamen abrogandas. in Philipp. a

Abrogatus.

Cui legi abrogatum vel derogatum sit. ad Heren. a

Abrogotio.

Abrogatio legum. 3. ad Attic. 38

Abrumpo.

Abrumpere se latrocinio. 14. Philipp. 405

Abruptus.

Ita re quam scribis abrupta. Att. lib. 11. 211. 1. a

Abruptio.

Abruptio corrigiæ. Diuin. lib. 2. 67

Dubio rerum exitu, abruptio ista quam scribis. 11. ad Att. 4

A B S, Vide supra post A B.

Abscedo.

Iam abscedet simul ac molam & vinum insperferis. 2. de Diuin. 55. a

Abcessus.

Abcessus solis à nobis. de Nat. 7. b

Abcessio.

Ad corpora tum accessio fieret, tum abcessio. de Vniuer. 55

Abscido.

Tunicam eius à pectore abscidit. in Verr. 236. b

Post autem ceruicibus caput abscidit. Philip. 11. 292. a

Abscissus.

Abscissæ res. de Prouinc. Conf. 28

Abcisio.

Per abscisionem significatio quid. 4. ad Heren. 239

Abcondo.

Studiosius opprimi & abcondi. pro S. R. 38. b

Abconditus.

Nihil de abcondito iure Pontificum dicam. pro Dom. 241. b

Erant fortasse gladii, sed abconditi. in Ant. 180. b

Aperire fontes abconditos. ad Heren. 25. b

Non obscurum opinor, neque abconditum. 2. Verr. 21. a

Abcondite.

Ea nec acutissimè, nec abconditè differuntur. 3. de Fin. 3. a

Implicitè & abconditè. de In. 70. b

Abfoluo.

Nec tam facilè interrupta contexo, quàm abfoluo instituta. de Leg. 157. b

Senatorum vrna copiosè abfoluit. 2. ad Q. frat. 10. 8. a

Hunc hominem Veneri abfoluit. in Verr. 113. b

Qui eam partem, quam Apelles inchoatam reliquerat, abfolueret. 3. Offic. 12. a

Absoluerent id omne & perpolirent. de Vniuer. 59

Neque à iudicio se abfoluat. pro Rosc. Com. 21. a

Vitam beatam perficiant atque abfoluant. 4. de Finib. 95. a

Absolueret aliquem iniuriarum. ad Heren. 10. b

Iurisdictionem abfoluere. epist. 55. b

Hanc igitur intuens, debet institutum quasi signum abfoluere. de Finib. lib. 4. 29

Seruius ille innocens omnibus sententiis abfoluitur. 6. Verr. 90. a

Reus vt abfoluatur non peto. 1. Verr. 13. a

Dialogos confici & abfolui. ad Attic. 209. b

In omni natura necesse est abfolui aliquid aut perfici. 2. de Nat. deor. 49. a

Vita beata sapientis abfolui non potest, si, &c. de Finib. 81. b

Abolutus.

Sutorio atramento abolutus. epist. 139. b

Drusus erat de præuaricatione abolutus. ad Q. frat. lib. 2. 16. 12. a

Aboluta cõstitutio quid. 1. ad Heren. 24. 1. de In. 21. & 2. 172

Omnis honestas, perfectè aboluta est. 4. de Finib. 31. a

Simplex & aboluta necessitudo. de Inuent. 83. b

Vita beata confecta & aboluta. de Fin. 83. b

Video non te abolutum esse improbitatis, sed, &c. 3. Verr. 50. a

Quo fit vt illam veram & abolutam eloquentiam nemo consequatur. a

In aboluta iuridiciali constitutione quid quærat. 2. ad Heren. 52

Absoluti olim iudicio quæ facere soliti. pro Sylla, 66

Itaque & maiestatis absoluti sunt permulti. pro Cluen. 91. a

Absolutæ preces. pro Planc. 275. b

Absolutum per se. Part. 238. b

Quod autem abolutum, id est virtus, quasi perfectio naturæ omniumque rerum. 1. Acad. 31. a

Absolute.

Breuius & absolute. ad Heren. 4. b

Subiungitur absolute. Top. 223. b

Perfectè atque absolute beatos effici. 4. Tusc. 58. a

Sed vndique perfectè & absolute ita pares, vt, &c. 4. Acad. 101. a

Omnis sapientes semper fœliciter, absolute, fortunatè viuere. 3. de Finib. 41. a

Abolutio.

Abolutio in partitione quid. 1. de Inuent. 47

Virtus, rationis abolutio definitur. 5. de Finib. 69. a

Cœli abolutio perfectæ. de Vni. 202. b

Gabinii abolutio, lex impunitatis putatur. ad Q. Fr. 328. b

Absolutio maiestatis. Appio, lib. 3. 11. 2. a

Magna causa abolutionis. pro Font. 21. a

Decimus annus post virginum abolutionem. in Cat. 112. b

Absolutionem in oratore desidero. de Orat. 95. b

Habitus in corporis aut animi. abolutione consistit. de Inuent. 65. b

Absonus.

Vox absona & absurda. de Orat. 146. b

Sunt quidam aut ita lingua hæsitates, aut ita voce absoni. 1. de Orat. 56. a

Absorbeo.

Absorbet orationem. pro Sest. 10

Hunc absorbit quidam æstus gloriæ. de Cl. 191. b

Ne absorbeat nos æstus consuetudinis. 2. de Leg. 8

Res citò absorbere. in Ant. 173. b

Abstergeo.

Abstergebo omnem dolorem. 2. ad Q. frat. 24

Absterfisses mihi omnem metum. 9. fam. 40. & 11. 39

Vt non modò omnes absterferit senectutis molestias, sed, &c. Cat. 2

Abstergere sletum. 14. Philipp. 407

Abstergere omnem luctum. Tusc. q. lib. 3. 37

Abstergens.

Oratio ægritudinem abstergens. Top. 228. b

Absterfus.

Fulgine quasi absterfa. in Ant. 177. b

Absterreo.

Melius esset, vetas, prohibes, absterres. 3. de Orat. 90. a

Neminem à congressu meo nec ianitor meus, neque somnus absterriuit. pro Plan. 273. b

Nolite eum supplicem à vobis abstertere & excludere, qui, &c. Antequam iret in exil. 16. a

A pecuniis capiendis homines abstertere. in Ver. 137. b

Abstineo.

Abstinet se ab iniuria. de Finib. 113. a

Abstinebam me ostreis & murenis. 7. fam. 47

Vix à se manus abstinuit. 4. Tusc. 129. a

Faba Pythagoræ se abstinerunt. de Diuin. 133. b

A quibus ne tu quidem iam te abstinebis. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 51

Nunquam profectò à me sacrilegas atque impias manus abstinebit. in Anton. a

Non abstineat se maledictis. ad Brut. 52. in epist. Brut.

Abstinere animos. 2. in Verr. 23

Ab alienis mētes, oculos, manus abstinerere. lib. 1. de Or. 96. a

Abstinere manus ab alienis pecuniis. in Verr. 236. b

Abstinere iniuria. Offic. 3. 94

Abstinere litibus & iurgiis. Diuin. lib. 1. 86

Abstinere maledictis. in Ant. 161. & 287. ad Att. b

Pecuniis locupletum non abstinerere. Att. lib. 9. 175. 5. a

Abstinere se scelere. 2. Philipp. 32

Quàm vt manus ab illo appellatore abstinerentur. 8. Verr. 123. a

Abstinens.

Homo mirificè abstinens. ad Att. 81. b

Prætorum Sophocle decet non solùm manus, sed etiam oculos abstinentes habere. Offic. 29. b

Abstinentia.

Quod ad abstinentiam attinet. 5. ad Att. 105. 2. a

Nulla alia re conciliare facilius benevolentiam multitudinis possunt ii, qui reipub. præfunt, quàm abstinentia & continentia. Offic. 2. 114

Abstinenter.

Abstinenter homine versato. pro Sest. 30

Modestè se gessit & abstinenter. in Sall. 11. a

Abstraho.

Põpeium maioris gloriæ cupiditas ad bellicas laudes abstraxit. de Clar. Orat. 188. b

A conspectu omnium abstraxit. de Orat. 156. b

De matris hunc complexu auellet atque abstrahet. pro Fonte. 30. a

Nihil est quod ex tanto comitatu virorum amplissimorum me abstrahas. pro Syl. 6. a

Ne abstrahamus ab hac exercitatione & consuetudine dicendi forensi. 1. de Orat. 40. a

Mors nos à malis, non à bonis abstraxisset. 1. Tusc. 132. a

Si quas copias à Lepido abstraxissent. Plancus Ciceroni, lib. 10. 18. 10. a

Si ab hac abstraxeris. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 105. sub. disciplina. Vt ab illis nullo me vnquam tempore aut commodum abstraxerit, aut, &c. pro Arch. 9. a

A cæteris vnquam abstrahere. pro Syl. 168. b

Abstrahere se quàm maximè à corpore. Som. Scip. 33

Abstrahere à disciplina. 4. Acad. 204. a

Abstrahere à rebus gerendis. Cat. 14

Abstrahere à seruitio ciuitatè nostram. ad Brut. 50. in epist. Brut.

A similitudine Græcæ locutionis se abstrahere. de Clar. Orat. 188. b

Abstrahere se à sollicitudine. pro Deiot. 27

Abstrahere milites ab aduersariis. epist. 154. b

A sensu mentis abstrahi. de Diuin. 97. b

A sinu gremioque patriæ abstrahi. pro Cæl. 50. b

Abstractus.

Consilio Cæsaris ab impetu abstractus. in Ant. 189. b

Animus abstractus diuino instinctu. de Diuin. 94

Abstractus animus ab integra certaque ratione. 4. Tusc. 59. a

A liberis abstractum. Antequam. 197. b

Abstrudo.

Cum que mane me in sylvam abstrufi densam & asperam. Att. lib. 11. 241. 5. a

Natura in profundo veritatem abstrufit. Acad. 9. b

Abstrusus.

Abstrusus animi dolor. pro Dom. 218. b

Nullus tam abstrusus, quem non olfecerint. cõtra Rul. 63. b

Abstrusas insidias alicui ponere. contra Rul. 63. b

Abstrusa omnia, secundum Empedoclem. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 15

Sequitur disputatio copiosa illa quidem, sed paulò abstrusior. 4. Acad. 58. a

Absum.

Itaque & domo absum & foro. ad Sulpit. lib. 4. 6. 10. a

Vnde longè absum. in Brut. 177. a

Procul absum ab re ipsa & locis. epist. 33. b

Quòd ab ea propius absum. Cat. 69

Sed ab eo plurimum absum. de Fin. lib. 3. 5

Abes propius. 1. ad Att. 3

A multis & magnis molestiis abes. epist. 47. b

Domus à foro longè abest. pro Cæl. 41. b

Abest à me filius tuus. ad Brut. 6. 1. a

Abest ab illo maleficium. 2. ad Heren. 35. a

Abest enim non longè à me. per parenthesim. de Sen. 51. a

Non multum abest ab infania. 3. Tusc. 8. a

Quid abest huic homini, quod, &c. pro Corn. Balbo, a

Abest à virtute tua & fide. 11. fam. 4. in epist. M. Brut. & Cassii. id est, alienum est.

Abest ab eo bidui spatium. 10. fam. 34. in epist. Planci.

Ægritudo, est opinio magni mali presentis, & quidem recens opinio talis mali, vt in correctum esse videatur angustul. q. lib. 3. 21

Ægritudo, est opinio mali presentis, in qua opinione illud insit, vt ægritudinem suscipere oporteat. Tuscul. quæst. lib. 3. 63

Ægritudo, est opinio recens mali presentis, in quo demitti contrahique animo correctum esse videatur. Tusc. q. lib. 4. 13

Ægritudo, vna res maximè detestabilis. Tusc. q. lib. 4. 45

Quum omnis perturbatio miseria est, tum carnificina est ægritudo. Tusc. q. lib. 2. 24

Aberit igitur a sapiente ægritudo. 3. Tusc. 32. a

Manat longius ægritudo. 3. Tusc. 128. a

Amplificata ægritudo. 4. Tusc. 62. a

Premens ægritudo est angor. 4. Tusc. 29. a

Ægritudo animi. Tusc. q. lib. 3. 7

Ægritudo animi, fortunæ magna & graui commota iniuria. de Nat. d. 1. 7

Ægritudo animi similima est ægris corporibus. Tusc. quæst. lib. 3. 19

Acta ætas honestè ac splendide, tantam affert cōsolationem, vt eos qui ita vixerint, aut non tangat ægritudo, aut perleuiter pungat animi dolor. 3. Tusc. 104. a

Ægritudo communis pœna stultitiæ est: omnibus enim, quorum mēs abhorret a ratione, semper aliquis aliis dolor, aliis terror impendet. Tusc. q. lib. 4. 18

Criminis ægritudo. pro Roscio Comædo. 14. a
 Crucians ægritudo vocatur dolor. 4. Tusc. 19
 Flebilis ægritudo, est mœror. 4. Tusc. 19. a
 Laboriosa ægritudo vocatur ærumna. 4. Tusc. 29. a
 Mœrens ægritudo. 3. Tusc. 140. a
 Nata esset ægritudo noua, sed ea modica. 4. Tusc. 61. a
 Permanens ægritudo, vocatur molestia. 4. Tusc. 29. a
 Sublata ægritudo. 3. Tusc. 140. a
 Ægritudo & metus in malis opinatis versantur. Tuscul. q. lib. 3. 32
 Ægritudo & metus tabificæ mentis perturbationes sunt. Tusc. q. lib. 4. 28
 Ægritudo non cadit in sapientem. Tusc. q. lib. 3. 13
 Ægritudo non cadit in virum fortem. Tusc. q. lib. 3. 13
 In quem cadit ægritudo, in eundem timor. 3. Tusc. 23. a
 Ægritudo me somno priuaret. 9. ad Att. 35
 Ergo ista nec inopinata non habent tantam vim, vt ægritudo ex his omnis oriatur. 3. Tusc. 93. a
 Ægritudo fortitudini repugnat. Tusc. q. lib. 3. 12
 Ægritudo habet tabem, cruciatum, afflictionem, fœditatem. Tusc. q. lib. 3. 24
 Vt ægrotatio in corpore, sic ægritudo in animo nomen habet non seiunctum à dolore. Tusc. q. lib. 3. 20
 Ægritudo si perturbare animum sapientis non potest, nulla poterit. Tusc. q. lib. 4. 7
 Ægritudo, tetra res est, misera, detestabilis, omni contentione, velis, vt ita dicam, remissique fugienda. Tusc. q. lib. 3. 22
 Ægritudo tum existit, quum quid ita visum est, vt magnum quoddam malum adesse & vrgere videatur. Tusc. q. lib. 3. 24
 Quod ægritudo vetustate tollitur, id non est in die. Tusc. q. lib. 3. 63. id est, in longinquitate temporis positum, sed in cogitatione diuturna.
 Nam neque omnis ægritudo vna ratione sedatur: alia est enim lugenti, alia miseranti, alia inuidenti adhibenda medicina. Tusc. q. lib. 4. 48
 Dum ægritudinis nomen absit, graue, tetrum, funestum, quod cum sapientia esse, atque, vt ita dicam, habitare nullo modo possit. Tusc. q. lib. 3. 70
 Leuationem autem ægritudinis in duabus rebus ponit, auocatione à cogitanda molestia, & reuocatione ad contemplandas voluptates. 3. Tusc. 58. a
 Ægritudinis causa nulla alia est, nisi opinio, & iudicium magni præsentis atque vrgentis mali. Tusc. q. lib. 3. 51
 Ægritudinis effectus, quasi morsus aliquis doloris. Tuscul. quæst. lib. 4. 13
 Tum denique efficitur illa grauis ægritudinis perturbatio. 3. Tusc. 104. a
 Sedatio ægritudinis. 4. Tusc. 102. a
 Atqui stirpes sunt ægritudinis quam multæ, quam amaræ, quæ ipso trunco euerfo omnes elidendæ sunt, &c. Tusc. quæst. lib. 3. 20
 Societas ægritudinis. ad Sulp. 4. epist. 6. 4. a
 Et ægritudinis, & reliquorum animi morborum vna fanatio est, omnes opinabiles esse & voluntarios, eaque re suscipi, quod ita rectum esse videatur. Tusc. q. lib. 4. 69
 Vacuitas ægritudinis. 5. Tusc. 60. a
 Ægritudinis verbo Græci omnem animi perturbationem appellant. Tusc. q. lib. 3. 19
 At eos qui se ægritudini dederunt, miseros, afflictos, ærum nosos, calamitosos (appellamus.) Tusc. q. lib. 4. 68
 Sed tamen ne me totum ægritudini dedam, sumpsi mihi, &c. ad Att. lib. 9. 172. 4. a
 Ægritudini se solent dedere. 3. Tusc. 119. & 4. Tusc. 134. a
 Ægritudini subiiciuntur inuidia, æmulatio, obreçtatio, misericordia, angor, luctus, mœror, ærumna, dolor, lamentatio, sollicitudo, molestia, afflictatio, desperatio, & siqua sunt de genere eodem. Tusc. q. lib. 4. 13
 Ægritudinem omnem procul abesse à sapiente, quod inanis sit, quod frustra suscipiatur, quæ non natura exoriatur: sed iudicio, sed opinione, sed inuitatione quadam ad dolendum, quum id decreuerimus ita fieri oportere. Tusc. q. lib. 3. 70
 Chrypsippus ipsam ægritudinem λυπη, quasi λυσις, id est, solutionem totius hominis appellatam putat. Tusc. 203. b

Detrahære ægritudinem. 3. Tusc. 79. a
 Culpa contractum malum, ægritudinem acriorem facit. 3. Tusc. 89. a
 Ex malis metum & ægritudinem nasci censent. 4. Tusc. 19. a
 Ægritudinem non omni malo effici censent Cyrenaici, sed insperato, nec opinato malo. Tusc. q. lib. 3. 25
 Ægritudinem Zeno definit opinionem mali præsentis recentem. Tusc. q. lib. 3. 63
 Depellere ægritudinem. 3. Tusc. 43. a
 Effecit hæc res maximam ægritudinem. 3. Tusc. 53. a
 Quæ enim venientia metuuntur, eadem efficiunt ægritudinem instantia. 4. Tusc. 19. a
 Ægritudinem, quam Stoici vt tetram & inanem belluam fingendam esse dicunt, Peripatetici non sine magna utilitate à natura dicunt constitutam, vt homines castigationibus, reprehensionibus, ignominiiis affici se in delicto dolerent. Tusc. q. lib. 4. 35
 Eleuare ægritudinem. 3. Tusc. 60. a
 Eripiamus huic ægritudinem. 3. Tusc. 79. a
 Extenuare ægritudinem. 3. Tusc. 133. a
 Ægritudinem nisi exuimus, sic vt abiiciamus, miseria carere non possumus. Tusc. q. lib. 3. 24
 Etenim si sapiens in ægritudinem incidere posset, posset etiam in misericordiam, posset in inuidiam. 3. Tusc. 34. a
 Vt ipsam ægritudinem leniri videmus, quum obiciamus mœrentibus imbecillitatem animi efformati, quumque eorum grauitatem constantiamque laudamus, qui non turbulente humana patientur. Tusc. q. lib. 4. 49
 Id mihi erat satis ad leniendam ægritudinem firmum. ad Attic. lib. 13. 269. 1. a
 Si nec mala sint illa, quæ metum ægritudinemve, nec bona quæ cupiditatem lætitiãve moueant, tamen sit vitiosa ipsa commotio. 4. Tusc. 99. a
 Ægritudinẽ paruis rebus moueri ait Lycon, fortunæ & corporis incommodis, non animi malis. Tusc. q. lib. 3. 67
 Nihil est quod tam obtudat eleuetque ægritudinem, quam perpetua in omni vita cogitatio, nihil esse quod accidere non possit, quam meditatio conditionis humanæ, quam vitæ lex, commentatioque parendi. Tusc. q. lib. 3. 30
 Repellere ægritudinem ab aliquo. 3. Tusc. 112. a
 Sedare ægritudinem. 3. Tusc. 118. a
 Ægritudinem ex turpitudine, quam Cleanthes summum malum fatetur, suscipi posse. Tusc. q. lib. 3. 66
 Voluntate igitur & iudicio suscipi ægritudinem confitendum est. Tusc. q. lib. 3. 56
 Sustulit vniuersam ægritudinem philosophia. 3. Tusc. 139. a
 Ex quo intelligitur non in natura, sed in opinione esse ægritudinem. Tusc. q. lib. 3. 59
 Tolerare ægritudinem. 4. Tusc. 95. a
 Tollere ægritudinem. 3. Tusc. 89. a
 Cum constet ægritudinem vetustate tolli. 3. Tusc. 125. a
 Sublata igitur ægritudine, sublatus est metus. Tusc. lib. 4. 7
 Ægritudine affici. Tusc. q. lib. 3. 13
 Num in illa re, quæ ægritudine Alcibiadem afficiebat, mali nihil fuisse? Tusc. quæst. lib. 3. 67
 Quid est autem non miserius solùm, sed fœdus etiam & deformius, quam ægritudine quis afflictus debilitatusque iacens? Tusc. q. lib. 4. 28
 Confici ægritudine. 3. Tusc. 47. a
 Debilitatus ægritudine. 4. Tusc. 45. a
 Detracto ab ægritudine hoc, quod totum est voluntarium, ægritudo erit sublata illa mœres: morsus tamen & contractiuncula quædam animi relinquuntur. Tusc. q. lib. 3. 70
 In ægritudine lenienda, quam quisque curationem recipere possit, videndum est. Tusc. q. lib. 3. 68
 Longior verò epistola non me solùm, sed meos omnes ægritudine leuauit. ad Attic. lib. 9. 175. 3
 Quarum enim tu rerum cogitatione nos leuare ægritudine voluisti, earum etiam commemoratione lenimur. Luceo, lib. 5. epist. 13. 11. a
 Opprimi ægritudine. 3. Tusc. 48. a
 Neque tamen quum se in media stultitia, qua nihil est peius, hære intelligant, ægritudine premuntur. 3. Tusc. 118. a

Quærendum igitur quemadmodum ægritudine priuamus eum qui ita dicat. 3. Tusc. 74. a
 Quati ægritudine. 3. Tusc. 10. a
 In ægritudine fons est miseriarum, & caput. Tusc. q. lib. 4. 69
 Quarum rerum præsentia sumus in ægritudine, easdẽ impendentes & venientes timemus. Tusc. q. lib. 3. 12
 Tamen vt videremus, quicquid esset in ægritudine mali, id non naturale esse, sed voluntario iudicio, & opinionis errore contractum. Tusc. q. lib. 3. 68
 In ægritudine esse. Tusc. q. lib. 3. 25
 Ægritudine nullum homini maius malum est. Tusc. quæst. lib. 4. 68
 Vacare ægritudine. 3. Tusc. 34. a
 Quid potest ad beatẽ viuendum deesse ei, quem fortitudo ab ægritudine, & à metu vindicet? 5. Tusc. 61. a
 Ægritudines. 11. ad Att. 22. 27
 Ægritudines Græci λυπες vocant. Tusc. q. lib. 1. 65
 Ægritudines anxie atque acerbe. Tusc. q. lib. 4. 27
 Quid si deinde dolores graues corporis, si bonorum amissio, si cæcitas, si exilium, si pro singulis malis ægritudines accederent? 4. Tusc. 61. a
 Hæc tandem bona sunt, quibus ægritudines grauissimẽ detrahantur. Tusc. q. lib. 3. 40
 Omnes metus & ægritudines ad dolorem referuntur. de Finib. 57. b
 Omnium ægritudinum vna ratio est, plura nomina. Tusc. quæst. lib. 3. 71
 Defatigatio igitur miseriarum ægritudines cum faciat leuiore, intelligi, &c. 3. Tusc. 115. a
 Nõ enim suscipere ipsi ægritudines propter alios debemus: sed alios, si possumus, leuare ægritudine. Tusc. q. lib. 4. 45
 Si tamen fatentur grauiore ægritudines suscipi, quam natura cogat. 3. Tusc. 121. a
 Ægrotus.
 Ægroti fortis erat accipere medicinam. 12. ad Att. 27
 Et profecto aut hoc remedium est ægrotæ ac propè desperatæ Reip. iudicis que corruptis, &c. 1. in Verr. 38. a
 Vt ægrotò anima est, spes esse dicitur: sic ego, quoad Põpeius in Italia fuit, sperare nõ destiti. ad Att. li. 9. 181. 6. a
 De illo ægrotò vota faciebant. 8. ad Att. 59
 Ægrotò.
 Quis dubitarit, quin ægrotationes animi, qualis est auaritia, gloriæ cupiditas, ex eo quod magni æstimetur ea res, ex qua animus ægrotat, oriatur? 4. Tusc. 129. a
 Adolescentes facilius in morbos incidunt, grauius ægrotant, tristius curantur. de Senec. 91. b
 Ægrotant grauius ii, qui cum leuati morbo viderentur, in eum deintegro inciderunt. 12. fam. 61
 Apud hunc ille Romæ habitauit, apud hunc ægrotauit. pro Clu. 132. a
 Ibi primùm in morbum incidit, ac satis vehementer diuque ægrotauit. pro Clu. 138. a
 Atque interim grauius ægrotare filius cœperit. 1. Offi. 47. a. & de Se. 61
 Ægrotare periculose quotannis. 8. ad Att. 5
 Ægrotare viriliter. Tusc. q. lib. 2. 56
 Ægrotans.
 In vnus hominis quotannis periculose ægrotantis anima, positas omnes nostras spes habemus. ad Att. lib. 8. 146. 4. a
 In adeundis periculis consuetudo imitanda medicorum est, qui leuiter ægrotantes leuiter curant. grauioribus autem morbis periculosas curationes, & ancipites adhibere coguntur. 1. Offi. 116. a
 Ægrotatio.
 Ægrotatio animi, est opinatio vehemens de re non expectanda, tanquam valde expectanda sit, inhærens & penitus insita. Tusc. q. lib. 4. 20
 Ægrotationem appellant Stoici morbum cum imbecillitate. Tusc. q. lib. 4. 22
 Quia nomen infaniæ significat mentis ægrotationem & morbum. 3. Tusc. 14. a
 Vtrum quod minus noceat animi ægrotationes, quam corporis? 3. Tusc. 8. a

Quæ omnes ægrotationes animi ex quodam metu nascuntur earum rerum, quas fugiunt & oderunt. 4. Tusc. 38. a
 Quis enim dubitarit, quin ægrotationes animi, qualis est auaritia, gloriæ cupiditas, ex eo quod magni æstimetur ea res, ex qua animus ægrotat, oriatur? Tusc. q. lib. 4. 66
 Ægrotationes & morbi animorum difficiliter euelli posse putantur, quam summa illa vitia, quæ virtutibus sunt contraria. Tusc. q. lib. 4. 25
 Ægrotationes corporis. Tusc. q. lib. 3. 4
 Ægrotationibus talia quædam subiecta sunt, auaritia, ambitio, mulierositas, pernicacia, liguritia, vinolentia, cupiditas, & siqua sunt similia. Tusc. q. lib. 4. 74
 Ægina.
 Post me erat Ægina, ante Megara. 4. fam. 17. in epist. Scru. Sulpitii.
 Æginetis, qui classe valebant, Athenienses sciuerunt, vt pellices præciderentur. Offi. 3. 90
 Ægisthus.
 Ægisthi libidinem aut Paradisi videmus. 3. de Nat. d. 68
 Ægypta.
 Ægypta, viri nomen. 12. ad Att. 46. & alibi.
 Ægypta, Ciceronis seruus. 16. fam. 20
 Ægypta libertus. 13. ad Att. 4
 Ægyptam ad te misi, quod nec inhumanus est. 16. fam. 20
 Ægyptus.
 Alexandria cunctaque Ægyptus. contra Rul. 74. b
 Ægypti agrorum bonitas. in Rull. 50
 Ægyptum Nilus irrigat. 2. de Nat. d. 98
 Ab Ægypto ne fando quidẽ auditum est, crocodylum, aut ibim, aut selem violatum. de Natura deorũ, 1. 57. pro, ab Ægyptiis.
 Ab Ægypto pestem auertunt ibes. de Nat. d. 1. 72
 Ægyptius.
 Nomen ac dignitatem imperii regi Ægyptio vendidit. in Pis. 38. a
 Ægyptii ac Syri firmiores habet de bestiis quibusdam opinionones, quam nos de sanctissimis templis & simulachris deorum. de Nat. deo. 1. 57
 Ipsi qui irridetur Ægyptii, nullam beluam, nisi ob aliquam utilitatem, quam ex ea caperent, consecrauerunt. de Nat. deorum, 1. 72
 Ægyptii & Babylonii omnem curam in siderum cognitione posuerunt, propter regionis, quam incolebant, planetiam. Diuin. lib. 1. 79
 Ægyptii quanuis carnificinam prius subierint, quam ibim, aut aspidem, aut selem, aut canem, aut crocodylum violent. Tusc. q. lib. 5. 58
 Ægyptii condiunt mortuos, & eos domi seruant. Tusc. q. lib. 1. 97
 Ægyptii longinquitate temporum innumerabilibus penè seculis artem diuinandi consecuti putantur. Diuin. lib. 1. 2
 Ægyptii omne ferè genus bestiarum consecrauerunt. 3. de Nat. deo. 27
 Ægyptii Saitæ Mineruam secundam colunt, ortam Nilo. 3. de Nat. deo. 42
 Ægyptiorum bos sanctus, apis. de Nat. deo. 1. 57
 Portenta Magorum, Ægyptiorumque dementia. de Natura deorum, 10. b
 Quis Mercurius Ægyptiis leges & literas tradiderit. 3. de Nat. deo. 40
 Ælius.
 Ælius scriptitauit orationes multas, orator ipse nunquam fuit. Brut. 88
 Ælius Numerius & Serranus, quisquilæ seditionis Clodianæ. pro Sest. 81
 C. Ælius Stalenus cuiusmodi vir. pro Cluent. 52, 53. Idem pecuniam à reo ad corrupendũ iudiciũ accepit. pro Cluent. 51. Idem à P. & L. Cominiis accusatus. pro Cluent. 80
 L. Ælius eques Ro. Pisone c o s. relegatus. in Pis. 51
 Æliorum familia. pro Cluent. 57
 Ælia lex.
 Ælia lex. post redi. in Senat. 9. de Arusp. respon. 54. pro Sest. 27. in Vati. 13. de prou. Cõf. 38. in Pis. 6. 1. ad At. 45. & 2. 26. d. iii.

Ælia Sentia lex. Top. 6

Ælianus.

Cottam autem miror summum ipsum oratorem, minimeque ineptum, Ælianas leueis oratiunculas, voluisse existimari suas. de Cl. b. Brut. 108

Æmiliius.

Æmiliius fecit, plectitur Rutilius. 2. de Orat. 155

M. Æmiliius pontifex. pro Domo sua. 104

M. Æmiliius Lepidus princeps Senatus. pro C. Rab. 14

Marcus Æmiliius Lepidus, qui est Porcina dictus, iisdem temporibus ferè, quibus, &c. in Brut. 48. a

M. Æmiliius Scaurus, memoriam generis sui renouauit. pro Mur. 14

M. Æmiliius Scaurus, fidei & mentis templa Capitolio dedicauit. de Nat. d. 2. 44

M. Æmiliius Scaurus, à M. Bruto accusatus. pro Font. 23

M. Æmilii Scauri testimonio neque in C. Fimbriam, neque in C. Memmiam creditum. pro Font. 12

L. Æmilii Pauli ratio ac disciplina in re militari. 7. in Ver. 20

Ecquem hominem vidimus, ecquem verè commemorare possumus, parem consilio, grauitate, constantia, cæteris virtutibus, honoris, ingenii, rerum gestarum ornamentis, M. Æmilio Scauro fuisse: Tamen, &c. pro Font. 12. a

Æmilii tribus. 2. ad Att. 34

Æmonensis.

Citat præco voce maxima legatos Æmonenses. pro Fl. 26

Æmulor.

Quumque corporis facibus inflammari soleamus ad omnes ferè cupiditates, eoque magis incèdi, quod iis æmulor, qui ea habeat, quæ nos habere cupiamus. 1. Tusc. 37

Omnes eius vrbis instituta laudare facilius possunt, quam æmulari. pro Fl. 50. a

Æmulari, obtruncare, non esse inutile dicunt Peripatetici: quum aut se non idem videat consecutum, quod alium: aut alium idem, quod se. Tusc. q. lib. 4. 36

Æmulans.

Æmulantis est angi alieno bono, quod ipse non habeat. Tusc. q. lib. 4. 46

Æmulatio.

Æmulatio, est ægritudo, si eo, quod concupierit, alius potiat, ipse careat. Tusc. q. lib. 4. 14

Æmulatio dupliciter dicitur, vt & in laude & in vitio nomen hoc sit: nam & imitatio virtutis æmulatio dicitur. Tusc. q. lib. 4. 14

Illa vitiosa æmulatio, quæ rivalitati similis est. 4. Tusc. 89. a

Æmulator.

Seruiliius æmulator Catonis. ad Attic. lib. 2. 16. 17. a

Æmulus.

Æmulum habere. ad Att. lib. 6. 114. 11. & 35. a

Si non tanquam virum, ac tanquam æmulum remouisset. in Verr. 2. 1. b

Is me potissimum testatus est, se æmulum mearum laudum extitisse. in Ant. 66. b

Illo æmulo atque imitatore studiorum ac laborum meorum. pro Marcello.

Æmuli studiorum tuorum. 12. fam. 23. in epist. Cassii. id est, imitatores, in bonam partem.

Rei alicuius comprobatores atque æmuli. de Inuent. 51. b

Fuit summo ingenio vir Zeno: cuius inuentorum æmuli, Stoici nominantur. pro Mur. 56. a

Æmula.

Æmula domesticæ laudis. pro Cæ. 44. b

Ænaria.

Ænaria, insula Italiæ proxima. 10. ad Att. 44

Æneas.

Æneas fugiens à Troia. in Verr. 2. 16. b

Æneas, Halesinus Senator. 5. in Verr. 146

Æneæ somnium. Diuin. lib. 1. 37

Æneus.

Equus æneus. 3. Offic. 48. a

Ænea statua. in Ant. 223. b

Signum æneum. pro Deiot. 147. b

Æneum trophæum. de Inuent. 71. b

Lectos æratos, candelabra ænea. 6. in Verr. 5. 2. a

Ænigma.

Ænigma Oppiorum ex Belleia planè non intellexi. ad Attic. lib. 6. 132. 6. a

Ænigmata somniorum. Diuin. lib. 2. 102

Ænigmata vnde fiant. 3. de Orat. 91

Ænigmata erunt cætera. 2. ad Att. 49

Ænigmata scribere. 6. ad Att. 45

Æolis, pro æoleis, vt Doris, pro doreis.

Quis ignorat, quæ tria Græcorum genera sint verè: quorum vni sunt Athenienses, quæ gens Ionum habebatur. Æoleis alteri, Doreis tertii nominabantur. pro Fl. 50. (antiquæ ac fortassis corruptæ scribendi rationis vestigium.)

Æquabilis, Æquabilitas, &c. Æqualis, Æqualiter, Æquatio, Æque, Vide Æquus.

Æquilibras.

Æquilibratè, si placet, appellabimus. de N. d. 1. 77

Æquimelum.

Sp. Melii regnum appetètis domus est complanata. & quid aliud æquum accidisse Melio populus Romanus iudicauit: nomine ipso Æquimelii stultitia pœna comprobata est. pro Domo sua ad Pontif. 78. a

An quum in Æquimelum misimus qui afferat agnum quem immolemus, is mihi agnus affertur qui habet extra rebus accommodata, & ad eum agnum non casu, sed duce Deo seruus deducitur. lib. 2. de Diuin. 57. a

Æquinoctium.

Si æquinoctium expectat, nauigaturus videtur. 12. ad Attic. 37

Æquinoctium nunc nos moratur, quod valde perturbatum erat. 10. ad Att. 53

Æquiparo.

Nemo est qui factis me æquiparare queat. 5. Tusc. 71. a

Æquitas, Vide Æquus.

Æquor.

Vt enim Ægyptii, vt Babylonii in camporum patentium æquoribus habitantes. 1. de Diuin. 152. a. periphraſis, pro in campeſtri planitie.

Æquus.

Prædia mea tu possides: ego aliena misericordia viuo, & quod animus æquus est, & quia necesse est. pro Rosc. Amer. 87. a

Æquus auditor. de Nat. d. 1. 14

Æquus & planus locus. pro Cec. 294. b

Quum adhuc ei propter vim aduersariorum non ius par, non agendi potestas eadem, non magistratus æquus reperiri potuerit. pro Quintio, 5. a

Prætor æquus & sapiens. 6. in Verr. 128

Æquus, pro, facilis aut tractabilis. 5. Phil. 164

Æqua lex, & omnibus utilis. pro Cor. 67. b

Si æqua & honesta postulatio videtur, Iudices, ego contra breuem postulationem afferro. pro Sex. Rosc. 4. a

Te enim iudicem æquum puto: modò quæ dicat ille, bene noris. 1. de Fin. 24. a

Æquam partem sumpseris atque miseris. 5. Verr. 40

Quibus ego, quoniam hæc erant tempora, facile & æquo animo carebam. Marcellus ad Ciceronem, lib. 4. 11. 4. a

Quod ego siue æquo animo sero, siue iniquo. 5. fam. 60

Æquo animo ferre mortem alterius. Tusc. q. lib. 3. 61

Quæ tua est humanitas, æquo animo te moneri patieris, præsertim de communi salute. ad Brut. 4. 4. a

Æquo animo mori. Tusc. q. lib. 3. 61

Ego, nisi Bibulus adniteretur, de triumpho æquo animo essem. ad Att. lib. 6. 119. 4. a. Hoc est, non curarem.

Æquo animo videre aliquid. in Verr. 266. b

Quem animo æquo videre non possumus. de Prouin. Conſularib. 72. b

Priuatum autem oportet æquo & pari cum ciuibus iure viuere, neque summissum & abiectum, neque se effertentem. 1. Offic. 173. a. 1. Philip. 20. a

Hic vide quam me sis vsurus æquo. 7. Verr. 120. a. Id est, quam æquum me sum tibi præbiturus.

Æquo numero sententiæ fuissent. 8. fam. 19. in epist. Cælii. Tamen ii possunt abs te placati æquique discedere. de Pet. Consul. 15. a

Ego, vt me tibi amicissimum esse & æqui & iniqui intelligant, curabo. Appio, lib. 3. 6. 16. a

Æquorum expectationi satisfacere. pro Syl. 177. b

In æquos & pares fastidiosus. ad Heren. 36. b

Consequeris tamè, vt eos ipsos quos contra statuas, æquos placatosque dimittas. in Orat. 18. a

Quis tandem nobis ista iura tam æqua describit? pro Quintio, 15. a

Eamque animis vestris libentibus aut æquis remittatis. pro Cluentio, 3. a

Damus operam ne cuius animum offendamus, atque vt etiam ab iis ipsis, qui nos cum Cæsare tam coniunctos dolent, diligamur: ab æquis verò, aut etiam à propensis in hanc partem, vehementer excolamur & amemur. ad Qu. frat. lib. 2. 16. 12. a. Æquus qui ita iustus est, vt neutram in partem propendat, vtrique parti æquè fauens.

Nemo enim ferè est, qui sui periculi iudex, nõ sibi se æquiores quam reo præbeat. pro Deiot. 2. a

Quid æquius, melius, quaritur in bonæ fidei arbitrio. Topic. 34

Reliquorum autem iudiciorum hæc verba maximè excellent, in arbitrio rei vxoria, Melius æquius: In fiducia, vt inter bonos bene agier. 3. Offic. 80. a

Æquissimus æstimator & iudex. 2. de Finib. 9. a

Quid, quod sapientissimus quisque animo æquissimo moritur, stultissimus iniquissimo? de Senect. 75. a

Meis æquissimis vtuntur auribus. 7. fam. 58

Sed Posidonium, sicut æquum est, cum bona gratia dimitamus. de Fato, 10. a

Æquum est me à te impetrare, &c. Att. lib. 8. 162. 3. a

Æquum est vos meminisse me, qui differam, hominem esse. de Vniuers. 9

Vt æquum erat. epist. 179. b

Æquum aliquid esse in quempiam. pro Quintio, 15. a

Æquum.

Quocirca bene præcipiunt, qui vetant quicquam agere, quod dubites æquum sit an iniquum: æquitas enim lucret ipsa per se, dubitatio cogitationem significat iniuriæ. Offic. 1. 45

Æquum bonum & æquius melius in arbitrio rei vxoria. Offic. 64. b

Æquum decernere. pro Quintio, 15

Cum se in causa putant habere æquum & bonum quod defendat. pro Cecinna, 48. a. Hoc est, ius optimum. quod barbarè dicitur, Habere bonam causam.

Æquum postulare. ad Att. lib. 11. 221. 4. a

Æquum præbere. epist. 18. b

Præter æquum & bonum. de Inuent. 48. b

Æquum statuere in aliquem. pro Quint. 8. b

Deinde æquum bonum, testamentorum sententias, voluntatesque tutatus est. in Bruto, a. Compendium sermonis est, pro, æquum & bonum, vel, æquum bonumque.

Tranquillissimus autè animus meus qui totum illud æqui bonique facit. ad Att. lib. 7. 127. 3. a

Is igitur à quo viuo nec præsens, nec absens quicquam æqui bonive impetrauit, apud mortuum factus est gratus. 2. Philipp. 95. a

Ex æquo & bono ius quod sit. 2. ad Heren. 53

Nam siue de cæli natura loquitur, siue de terra, siue de diuina, siue de humana, siue ex interiore loco, siue ex æquo, siue ex superiore, &c. 3. de Orat. a

Craſſus multa contra scriptum pro æquo & bono dixit. de Clar. 177. b

Scæuola peracutus ad excogitandum quod in iure aut in æquo verum aut esset, aut non esset. de Claris, 177. b

Æquabilis.

Motus certus & æquabilis. de Nat. 30. b

Dum modò ea ne varietur gratia, sed æquabilis conferuetur. 1. ad Qu. frat. 15

Æquabilis plausus. Att. lib. 4. 84. 5. a. Id est, æqualis omnium

fauor & consensus.

Æquabilis prædæ partitio. Offic. 41. b

Perpetua atque æquabilis ratio. 5. Verr. 92. a. Hoc est, plana & optime disposita.

Si æquabile vniuersitatis corpus explicaretur. de Vniu. 17

Sed hoc quoque colendum est & æquabile & temperatum orationis genus. 1. Offic. 5. a. Hoc est, stylum planum, læuigatum, nullis modis rugosum aut obscurum. Tractum ab architectis, vel fabris lignariis, qui ad amussim & perpendicularum ligna æquant & complanant, vt appareant venustiora.

Non ius æquabile quid vtilitatis haberet, acceperat. 1. de Inuent. a

Par est, quod inter omnes æquabile est. 2. de Inuent. 71. a

Nihil potest esse æquabile, quod non à certa ratione profiscatur. Tusc. quæst. lib. 2. 56

Nihil est quod æquabile inter omnes, atque vnum omnibus esse possit. pro Cecinna, 52. a. Hoc est, omnibus idem & commune, citra vllum discrimen.

Æquabilem vndique & leuem mundum effecit. de Vniuers. 24

Vt hac patientia dolorum, quam sæpe animi intentione dixi esse firmandam, in omni genere se æquabilem præbeat. 2. Tusc. 109. a. Hoc est, modestum, constantem, infracto animo, & perpetuo sui similem.

Iuris æquabilem tenere rationem. ad Qu. frat. lib. 1. 1. 48. a

Æquabilem tributionem vocat Epicurus *ισομετρίαν*, vt omnia omnibus paribus paria respondeant. de Nat. deor. 1. 36

Verborum autem ratio, & genus orationis fufum atque tractum, & cum lenitate quadam æquabili profluens, sine hac iudiciali asperitate, & sine sententiarum forensium aculeis prosequendum est. 2. de Orat. 35. a

In quo igitur Prætoris est diligentia requirenda: in numero nauium, & in descriptione æquabili sumptus: pro Fl. 25. a

Tractu orationis leui, & æquabili perpoliuit illud opus. de Orat. 113. b

Nam omne quod est calidum & igneum, cietur & agitur motu suo. Quod autem alitur & crescit, motu quodam vtitur certo & æquabili. 2. de Nat. deor. 34. a

Itaque è contrario moderati, æquabileque habitus, affectiones, vsusque corporis, apta esse ad naturam videntur. 5. de Finib. 63. a

Æquabilitas.

Æquabilitas, motus cæli. de Nat. deo. 2. 11. & 1. de Orat. 93. a

Æquabilitas decernendi. pro Mur. 39

Æquabilitas & constantia opinionum iudiciorumque. Tusc. q. lib. 4. 24

Præclaraque est æquabilitas in omni vita, & idem semper vultus, eademque frons. Offic. 1. 127

Similitudo æquabilitatisque verborum. Partit. 231. b

Nihil magis decorum est, quam æquabilitas vniuersæ vitæ, tum singularum actionum. Offic. 1. 155

Æquabilitatem vitæ conseruare non possis, si aliorum naturam imitans, omittas tuam. Offic. 1. 155

Inuidient autem homines maximè è paribus aut inferioribus, quum se relictos sentiunt, illos autem dolent euolasse: sed etiam superioribus inuidetur sæpe vehementer, & eò magis, si intolerantius se iactant, & æquabilitatem communis iuris, præstantia dignitatis aut fortunæ suæ transeunt. de Orat. 115. a

In liberis populis, & iuris æquabilitate exercenda etiam est facilitas. Offic. 18. b

In laude iustitiæ explicadum erit, quid cum fide, quid cum æquabilitate factum sit. de Orat. 140. b

Fortem & liberum animum, quo & Consul & nunc Consularis Rempublicam vindicasti, sine constantia & æquabilitate nullum esse putaris. ad Brutum, epist. 16. 18. a

Elaborant alii lenitate & æquabilitate, & puro quasi quodam & candido genere dicendi. in Orat. 30. a

Æquabiliter.

Ita enim tum æquabiliter omnes erant eiusmodi, &c. 3. in Verrem, 37

Nisi æquabiliter prædam disperiat. Offic. 2. 56

Etenim quum duo genera sint facietiarum, alterum æquabile. d. iiii.

biliter in omni sermone fufum, alterum peracutum & breue, &c. de Orat. 120. a

Tactus autem toto corpore æquabiliter fufus est. 2. de Nat. deor. 242. a

Quamquam hæc quidem iam tolerabilia videbantur: et si æquabiliter in Remp. in priuatos, in longinquos, in propinquos, in alienos, in suos irruerat. pro Mil. 56. a

Oratio cum lenitate quadam æquabiliter profluens. de Orat. 114. b

Sumptus & tributa ciuitatum ab omnibus, qui earum ciuitatum fincis incolant, tolerari æquabiliter. 1. ad Q. frat. 19

Æqualis.

Æqualis (Græcis ἴσμιος dicitur) Tusc. q. lib. 1. 34

Quid dicam de Deiotaro patre, cuius beneuolentia in populum Romanum est ipsius æqualis ætati? 11. Philip. 314. a. Quasi diceret, ab incunabulis amicis fuisse.

In quo tantus error Accii fuit, ut his Consulibus, quadraginta annos natus Ennius fuerit: cui quum æqualis fuerit Lilius, minor fuit aliquanto is qui primus fabulam dedit, quam ii qui multas docuerant ante hos Consules. in Bruto, 36. a

Ut quidque erit dicendum, ita dicet: nec satura ieiunè, nec grandia minutè, nec item contrà: sed erit rebus ipsis par & æqualis oratio. in Orat. 68

Æqualis cretici præan. in Orat. 125. a

Æqualis daetylo spondeus. in Orat. 113. a

Philistius æqualis temporum illorum. de Dom. 88. b

Æqualis dei vis illa quæ à peccatis auocat. 2. de Legib. 16. a

Æqualis est ea vis cælum atque terras tuentis & regentis dei. 2. de Legib. 8

Etenim quod sacrificium tam vetus est, quam hoc quod à regibus æquale huius vrbs accepimus: de Arusp. respon. 33. a. Id est, à condita vrbe institutum. Vel, perinde antiquum atque hæc vrbs.

Ipsè autem æqualem ætatis suæ memoriam deposcit, ut ea complectatur quibus ipsè interfuit. 1. de Legib. 12. a

Paupertatem diuitiis etiam inter homines æqualem esse volumus. de Legib. 174. b

Ea demum magna voluptas est Crispe Sallusti, æqualem ac parem verbis vitam agere. in Sallust. 1. a

Partem pedis & æqualem esse alteri parti. Orat. 215. b

Non puto existimare te, ambitione me labi, quippe de mortuis, sed ordinem sequens, in memoriam notam & æqualem necessariò incurro. in Bruto, 132. a

Dionysii mater eius qui Syracusiorum tyrannus fuit, ut scriptum apud Philistum est, & doctum hominem, & diligentem, & æqualem temporum illorum, quum prægnans, &c. 1. de Diuin. 71. a

Conferam autem auum tuum Drusum cum C. Graccho eius ferè æquali. 4. de Finib. 108. a

Nostri ferè æquales, ἰσμιος. Cat. 7

Suntque pares in amore & æquales. in Lælio, a

Demosthenes successit magnis, & maximis oratores habuit æquales. Orat. 206. b

Virtutes inter se æquales & pares. de Orat. 91. b

Æqualium morte dolere. Brut. 165. b

Sæpe enim interfui querelis meorum æqualium. de Sene. 6. a

Peccata esse æqualia contendunt Stoici. in Parad. 27. a

Quod metiri possimus interuallis æqualibus. de Oratore, 160. b

Nec cum æqualibus solùm, qui pauci admodum restant, sed cum vestra etiam ætate, atque nobiscum. de Sene. 6. a

Æqualitas.

Simul illud gaudeo, quòd & æqualitas vestra, & pares honorum gradus, & artium studiorumque quasi finitima vicinitas, tantum abest ab obtrectatione inuidiæ, quæ solet lacerare plerosque, uti ea non modò non exulcerare vestram gratiam, sed etiam conciliare videatur. in Bruto, 80. a

In rebus causisque ciuium æqualitatis conseruatio. de Oratore, 100. b

Habeatque similitudinem æqualitatemque verborum. in Partit. 13. a

Multa autem sunt quæ æqualitate ipsa comparantur, quæ

ita ferè concluduntur. in Topicis, 39. a

Prætor offensionem vitat æqualitate decernendi. pro Murena, 134. b

Quis est qui horum consensum conspirantem & penè conflatum, in hac propè æqualitate fraterna nõ nouerit, &c. pro Ligario, 21. a

Quidam virtutibus exceptis atque vitiis, cætera in summa æqualitate posuerunt. de Legib. 193. b

Æqualiter.

Æqualiter omnibus abrogatur fides. 4. Acad. 69. a. Hoc est, tam his abrogatur, quam illis.

Æqualiter, aut forte agros legionibus assignari puto oportere. 11. fam. 33. in epistola Bruti.

Æqualiter distribuit cælum circũ mundum. de Vniuers. 45

Fruentum ciuitatibus æqualiter distributum. in Verrem, 184. b

Clodius æqualiter in alienos & in suos irruerat. pro Mil. 116. b

Ut nostra in amicis beneuolentia, illorum erga nos beneuolentiæ pariter æqualiterque respondeat. de Am. 51. a

Communis hæreditas, quæ æqualiter ad vtrunque lege veniebat. pro Fl. 163. b

Æquè.

Æquè, pro, eadem conditione. 12. Philip. 339

Lætatur amicorum lætitia æquè ac nostra, & pariter dolemus. de Finib. 63. b

Hebes æquè ac pecus. de Dom. 89. b

Et somnia dormienti non æquè ac vigilantibus probantur. 4. Acad. 156. a

Neque ipsam amicitiam tueri possumus, nisi æquè amicos & nosmetipsos diligamus. de Fin. 63. b

Hoc ad officium meum æquè atque ad vllam aliam rem pertinet. 277. ad Att. b

Qui æquè atque ego sunt occupati. pro Arch. 247. b

Hi coluntur æquè atque illi. de Nat. 68. b

Quos æquè atque te, summa beneuolentia sum complexus. ad Ligarium, lib. 6. 14. 1. a. Hoc est, Perinde ac.

Id vtrique nostrum æquè gratum est. epist. 211. b

Grauius aut æquè graue. de Orat. 128. b

Maius, minus, æquè magnum. de Inuent. 51. b

Quæ beneficia æquè magna non sunt habenda, atque ea quæ iudicio consideratè, constantèrque delata sunt. 1. Offic. 74. a

Beneuolentia ciuium non æquè omnes egent. Offic. 39. b

Sui meminerat æquè. in Verr. 135. b. Id est, pariter.

Cui charus æquè sis & iucundus, ac fuisti patri. ad Curionem, lib. 2. a

Hoc æquè turpe est, atque illud. pro S. R. 37. b

Non æquè quid dicant attendo. de Orat. 147. b

Pompeius æquè ut vnusquisque vestrum pro salute mea laborauit. pro Dom. 219. b

Cn. Pompeium studio & auctoritate æquè ut vnumquemque vestrum opibus, contentione, precibus, periculis denique, præcipuè pro salute mea laborasse. pro Do. su. 24. a

Præsertim cum Romæ domus eius, vxor, liberi essent, & procurator æquè vtriusque necessarius. pro Quint. 58. a

Id est, amicus.

Nihil æquè cupio, atque bonam famam. in Verrem, 56. b

Æquitas.

Æquitas, id est, æqua fors. in Pison. 21

Æquitas, hoc est, pars quædam honestatis iudicialis causæ finis est. 2. de Inuent. 237

Æquitas animi. Tusc. 169. pro Marcel. 15. Id est, tranquillitas

Æquitas animi, quum æquo animo & moderato res ferimus. 6. fam. 39

Summa bonitas & æquitas causæ. 263. ad Att. b

Quo in spectaculo mira Reipub. æquitas erat, vter eorum periisset tanquam lanista. in Pison. 85. b

Æquitas ab vtilitate nunquam seungi potest. de Fin. li. 3. 56

Æquitas humana. pro Domo sua, 1

Æquitas paribus in causis paria iura desiderat. Top. 10

Æquitas in iudiciis quæritur. 1. de Orat. 69

Æquitas, iudiciorum finis. Partit. 53

Æquitas iustitiæ maximè propria. Offic. 1. 93

Æquitas tollitur omnis, si habere suum cuique non licet. Offic. 2. 115

Æquitatis communitas. 6. Philipp. 206

Æquitatis loci bipartito cernuntur. Top. 48

Vt Græci æquitatis, sic Latini delectus vim in lege ponunt. 1. de Legib. 14

Æquitatis institutio tripartita. Top. 48

Æquitatis largitio. pro Mur. 134. b

Arripere patrociniū æquitatis. de Orat. 106. b

Æquitatis vis duplex. Partit. 71

Ad æquitatem delabi. 6. fam. 36

Ad æquitatem animi extollere. 6. fam. 39

Te C. Aquili, vosque qui in consilio adestis, orat atque obsecrat, ut multis iniuriis iactatam atque agitatam æquitatem, in hoc tandem loco consistere & confirmari patiamini. pro Quint. 5. a

Quam autem habet æquitatem, ut agrum multis annis aut etiam seculis antè possessum, qui nullum habuit, habeat: qui autem habuit, amittat? 2. Offic. 117. a

Quis hanc animi maximi æquitatem in ipsa morte laudaret, &c. Tusc. quæst. lib. 1. 80

Nou enim moderationem animi tui & æquitatem. de Senectute, 1

Perस्पice æquitatem animi mei & ludum, & contemptionè Seleucianæ prouinciæ. Att. lib. 4. 87. 4. a

Æquitatem tuam non potui non probare. epist. 17. b

Propter summam bonitatem & æquitatem causæ. Plancio, lib. 16. a. ad Att. 342. 3. a

Æquitatem quicumque regat, habeto pari iure cum eo quicumque erit iuris disceptator. 3. de Legib. 8

Fugisti sententiam legis, æquitatem omnem reiecasti. pro Plancio, 33. a

Difficile autè est, quum præstare omnibus cupieris, seruare æquitatem: quæ est iustitiæ maximè propria. 1. Offic. 92. a

Æquitatem cum aliquo stare. 2. de Inuent. 227

Ab æquitate tua res ipsa impetrare debet, ut ei subuenias. 13. fam. 62

De æquitate & iure quæritur. de Orat. 99. b

In interpretando, in definiendo, in explicanda æquitate, nihil erat Crasso copiosius. in Bruto, 75. a

Pro æquitate contra ius dicere. de Orat. 105. b

Hic tu modum vitæ tuæ, non salute Reip. sed æquitate animi definies? pro M. Marcello, a

Æquitate constituenda summus cum infimis pari iure retinebat. Offic. 2. 58

Certè inquam pertinax non ero, tibi que, si mihi probabis ea, quæ dices, libenter assentiar. Probabo, inquit, modò ista sis æquitate, quam ostendis. 1. de Finib. 44. a. Hoc est, modò tu me æquo animo audias.

Tres personas vnus sustineo summa animi æquitate, meâ, aduersarii, iudicis. de Orat. 118. b

Omnino iam bene agis. A verbis enim recedis, & æquitate vteris. pro Cæcina, 27. a

Æquo.

Æquabat permissionis reliquias fundens superis. de Vniuersitate, 53

Vt nõ solùm orationes meas, sed hos etiam de philosophia libros, qui se iam illis ferè æquarunt, studiose legas. in proæmio Offic. a

Vt igitur ii qui sunt in amicitia coniunctionisque necessitudine superiores, se æquare cum inferioribus debent. in Lælio, a

Omnium antè damnatorum scelera, furta, flagitia, si in vnum locum conferantur, vix cum huius parua parte æquari, conferrique posse. 3. Verr. 14. a

Vt inter quos posset excellere, cum iis se pateretur æquari. 1. de Inuent. 5. a. Id est, parem esse.

Æquari tenuiores se cum principibus putarunt. 3. de Leg. 23

Æquatus.

Quo in summo est æquata agri planities & aquæ perennes. 6. Verr. 95. a

Existimo in his primum cum Græcorum gloria Latine di-

lendi copiam fuisse æquatam. de Cl. 177. b

Æquatum Consulatum præbere. in Pison. 9

Æquatis fortibus. 1. de Diuin. 64. a

Æquatio.

Capitalis oratio est ad æquationem bonorum pertinens. Offic. 2. 108

Confusionem suffragiorum flagitasti, prorogationem legis Muniliæ, æquationem gratiæ, dignitatis, suffragiorum. pro Murena, 45. a

Aer.

Aer, nomen gratum, sed receptum iam tamen vsu à nostris. 2. de Nat. deor. 67

Ex aqua oritur aer. 3. de Nat. deor. 21

Aer oritur ex respiratione aquarum: earum enim quasi vapor quidam habendus est. de Nat. d. 2. 20. motu eius caloris qui aquis continetur.

Aer alitur & æther expirationibus terræ. 2. de Nat. deo. 60

Aer annuus frigorum & calorum facit varietates. 2. de Nat. deor. 74

Aer cæli tenuitate & calore temperatus, vitalem & salutarem spiritum præbet animantibus. 2. de Nat. deor. 88

Sic nobis aer crassus offunditur. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 73

Aer crassissimus circumfundit terram. de Nat. deor. 2. 13

Exin mari finitimus aer die & nocte distinguitur. Isq; tum fufus & extenuatus sublime fertur: tum autem cõcretus, in nubes cogitur. 2. de Nat. deor. 145. a

Aer & ignis nihil habent proni. Tusc. quæst. lib. 1. 35. Id est, quod vergat in imum.

Aer & ignis sursum rectis lineis, in cælestem locum subuolant. Tusc. quæst. lib. 1. 33

Aer & ignis supera semper petunt. Tusc. q. lib. 1. 35

Aer, ignis, aqua, & terra, prima sunt initia & elemèta rerum. Acad. quæst. ed. 2. lib. 1. 20

Aer fertur leuitate sublimi. 2. de Nat. deor. 88

Ipsè verò aer, qui natura est maximè frigidus, minimè est expers caloris. 2. de Nat. deor. 40. a

Aer tum fufus & extenuatus in sublime fertur, tum concretus in nubem cogitur, humorè que colligens, terram auget imbribus: tum effluens huc & illuc, ventos efficit. 2. de Nat. deorum, 74

Aer interiectus inter mare & cælum. 2. de Nat. deor. 48

Aer Iunonis nomine consecratur. 2. de Nat. deor. 48

Ipsèque aer nobiscum videt, nobiscum audit, nobiscum sonat. 2. de Nat. deorum, 119. a

Aer purus ac tenuis: cui opponitur Cælum crassum ac concretum. de Nat. deor. 2. 30

Aer, qui est terræ proximus, crassus est & concretus. Tusc. quæst. lib. 1. 35

Aer quem spiritu ducimus. de Nat. deor. 2. 14

Ipsè verò aer, qui natura est maximè frigidus, minimè est expers caloris. de Nat. deor. 2. 20

Aer spiritu ductus, alit & sustentat animantes. de Natura deorum, 2. 74

Nõ verisimile solùm, sed etiam verum esse censent, perinde vtcunque temperatus sit aer, ita pueros orientes animari atque formari, ex eo que ingenia, mores, animum, corpus, actionem vitæ, casus cuiusque euentusque fingi. 2. de Diuin. 134. a

Nanque est ales auis lato sub tegmine cæli Quæ volat, & serpens geminis lecat aera pennis. in Arato, a

Aera deum statuit Anaximenes. de Nat. deor. 1. 19

Aerem qui per maria manaret, Neptunum esse disputat Chrypsippus. de Nat. deor. 1. 30

Aereus.

Deinceps aerei volatus auium atque cantus: deinde eiusdè aeris sonitus & ardores. in Top. 41. a

Aerium animal. de Vniuers. 43

Erant autem animantium genera quatuor: quorum vnum diuinum atque cæleste, alterum pennigerum & aerium, &c. de Vniuers. 44. a

Ærarium, Ærarius, Æratus, Vide Æs, æris.

Ærugo.

Æs corinthium in æruginem incidit. Tusc. 215. b

Ærumna.

Ærumna, est ægritudo laboriosa. Tusc. q. lib. 4. 15
 Vt ubi virtus sit, ibi esse miseria & ærumna non possit. 5. de
 Finibus, 165. a
 Qui aliorum ærumnam dictis alleuas, & c. Tusc. q. lib. 3. 60
 Quod si mihi æternam esse propositam ærumnam arbitra-
 rer, morte me ipse potius, quam sempiterno dolore mul-
 tassem. post Reditum in Senatu, 30
 Te miseria, te ærumna premunt omnes. Parad. 119. b
 Herculis perpeti ærumnas. de Fin. 147. b
 Tu ornatus ærumnis, venis ad eum lacerandum quem in-
 teremisti: ego iacentem & spoliatum defendo ac protego.
 pro Sylla, 37. a. Hoc est, ornatus ærumnis & velut spoliis
 Syllæ.

Ærumnosus.

M. Regulus infelix, nec ærumnosus. Parad. 17
 Crux infelici & ærumnoso cōparabatur. 7. Verr. 127. a
 Nec tam ærumnoso nauigassem salo. 3. Tusc. 114. a. Id est,
 per mare, in quo tot labores tolerandi fuerunt.
 At eos, qui se ægritudini dederunt, miseros, afflictos, æ-
 rumnosos, calamitosos. 4. Tusc. 134. a
 Ærumnosissimus. Att. lib. 3. 65. 9. a. pro Cluentio, 159. a

Æs.

Æs atque ferrum, duelli instrumenta, non fani. 2. de Leg. 43
 Æs Corinthium. Tusc. q. lib. 4. 25
 Nihil esset æneum, quod commutari non posset, si commu-
 tabilis esset natura æris. de Nat. 65. b
 Per æs & libram hæredem testamenti soluat. 2. de Leg. 48
 Antonius falsas leges in æs incidendas, & in Capitolio si-
 gendas curauit. in Ant. 189. b
 Statua pedestris ex ære. in Ant. 223. b

Æs alienum.

Æs alienum, pro quocunque debito. Topic. 3
 Æs alienum falsum. 15. fam. 12
 Quum æris alieni aliquantulum esset relictum. pro Quin-
 tio, 8. a
 Tusculanum & Pompeianum me valde delectat, nisi quod
 me ipsum illum vindicem æris alieni, ære non Corinthio,
 sed hoc circumforaneo obruerunt. Att. lib. 2. 16. 17. a
 Itaque nunc me scito tantum habere æris alieni, vt cupiam
 coniurare, si quisquam recipiat. ad Sestium, lib. 5. epist. 6. 4. a
 Siquid æri meo alieno superabit. 13. ad Att. 59
 Æs alienum afferre alicui. 7. fam. 41
 Nullum æs alienum nouum contrahi ciuitatibus. 1. ad Qu.
 frat. 18
 Cuius æs alienum videmus non libidine, sed negotii geren-
 di studio esse contractum. pro Sylla, 44. a
 Alicuius æs alienum contractum in popinam. in Catil. 105. b
 Metuisti ne æs alienum tibi cresceret. 6. Verr. 24. a
 Patri persuasit ne æs alienum dissolueret. a
 Plurimis & pulcherrimis P. Cincii prædiis veditis, æs alien-
 um eiusdem dissolutum est. pro Sylla, 42. a
 Dyrhachini sibi donatum æs alienum à Cæsare dicunt. ad
 Brut. 16. in epist. Bruti.
 Ex quibus mihi etiam æs alienum faciendum puto. a
 Quærendum est credo, Heius iste num æs alienum habue-
 rit, num auctorem fecerit. 6. Verr. 9. a
 Æs alienum habere. 6. in Verr. 9. 5. fam. 15
 In magnum æs alienum incidi. in C. 108. b
 Æs alienum relinquere. pro Quintio, 49
 Liberales autem qui suis facultatibus aut captos à prædo-
 nibus redimunt, aut æs alienum suscipiunt amicorum, aut
 in filiarum collocatione adiuant. 2. Offic. 80. a
 M. Fabium quod mihi amicum tua commendatione das,
 nullum in eo facio quæstum. multi enim anni sunt, quum
 ille in ære meo est. ad Cassium, lib. 15. 14. 1. a. Id est, cum
 inter bona mea retuli.
 Te in ære meo esse. 13. fam. 83
 In ære alieno esse. 6. in Verr. 10
 At hominem video auctorem fecisse nullam, vendidisse,
 præter fructus suos, nihil vnquam, non modò in ære alieno
 nullo, sed in suis numis multis semper fuisse. 6. Verr. 10. a
 Pro alieno se ære deuouit. 11. Philipp. 299. a

O hominem ridiculum, qui se exire ære alieno putaret posse,
 quum venderet aliena! 11. Philipp. 299. a
 Quibus in oppidis quum magni cōuentus fuissent, multas
 ciuitates acerbissimis tributis & grauissimis vsuris & fal-
 so ære alieno liberauit. ad Catonem, lib. 15. 4. a
 Calendis Ianuariis debuit, adhuc non soluit: præsertim
 quum se maximo ære alieno Faberii manu liberarit, & o-
 pem ab eo petierit. ad Att. lib. 14. 316. 2. a
 Tantum abest vt meæ rei familiaris liberum sit quicquam,
 vt meos iam omnes amicos ære alieno obstrinxerim.
 Brutus ad Ciceronem, lib. 11. epist. 10. 11. a
 Galliam ære alieno esse oppressam. pro Font. 276. b
 Ære dirutus est. in Verr. 242. b. Id est, euerfus, victus, & ære
 alieno obstrictus.
 Qui partim inertia, partim malè gerendo negotio, partim
 etiam sumptibus in veteri ære alieno vacillant. in Catili-
 nam, 41. a
 Æra legum. Diuin. lib. 2. 35
 Dii faciant, vt rei militaris, vt belli mentionem facere au-
 deas. Cognoscentur enim omnia istius æra illa vetera, vt
 non solum in imperio, verum etiam in stipendiis qualis
 fuerit, intelligatis. 7. Verr. 27. a
 Æra alicuius refrigerare. 12. fam. 2

Ærarium.

Ærarium in publica trepidatione claudi solitum. de Aruf.
 responf. 51
 Nec ærarium clausum tardabit. 7. ad Att. 41
 Cato nimis præfractè ærarium, vectigaliaque defendebat.
 Offic. 69. b
 Et quidem C. Gracchus quum largitiones maximas fecisset,
 & effudisset ærarium, verbis tamen defendebat ærarium.
 3. Tusc. 83. a
 Ærarii angustia. 5. in Verr. 156
 Depeculator ærarii. in Verr. 67. b
 Hirudo ærarii. 13. ad Att. b
 Drusus à Tribunis ærarii de præuaricatione est absolutus.
 Qu. frat. 317. b
 Ærarii sanguis. 5. in Verrem, 70
 Ærarii Tribuni. pro C. Rab. 20
 Quid valeat Resp. ærario, senator nosse debet. 3. de Leg. 36
 Ærarium exhaurire. ad Octauium, 42
 Nullum ærarium, nullum vectigal habere. 85. ad Att. b
 Ad ærarium deferre iudicum nomina. 5. Philipp. 174
 Rationem ad ærarium retuli continuo Cæsar, sicut lex mea
 iubebat. in Pisonem, a
 Ad ærarium referre rationes. 5. fam. 55
 Ad ærarium, S. C. referre. 5. Philipp. 72
 Referre in ærarium ad h. s. mille. 99. ad Att. b
 Pecuniam referre in ærarium lex vetat, exigi prohibet. con-
 tra Rul. 80. b
 Ex ærario acceptam pecuniam tuo nomine frustra dissipari-
 rim. 1. ad Qu. frat. 54
 Meam domum Senatus ex ærario ædificandam putauit. de
 Aruf. 287. b
 Attulit mandata ad Consules, vt Romam venirent: pecu-
 niam de sanctiore ærario proferrent. Att. lib. 7. a
 Primum mihi literas publicas, quas in ærario sanctiore con-
 ditas habebant, proferunt. in Verr. 132. b
 In ærario proposita. 3. de Legib. 11

Ærarius.

Atque etiam ipsi inter se Censores sua iudicia tanti esse ar-
 bitrantur, & c. vt alter in ærarios referri, aut tribu moueri
 iubeat, alter vetet. pro Cluentio, 96. a
 Is qui te ex ærariis exemit, lustrum condidit. de Orat. 2. 149. a
 Ærariis Phrygum & Cilicium amicior inuenirer, quam no-
 stro. 7. ad Att. 5

Ærarius.

Ærarius scriba. pro Cluentio, 99. Hoc est, qui rationes scri-
 bebant expensi lati & accepti relati.

Quod propter ærariam rationem non satis erat, & c. pro
 Quintio, 9

Æratus.

Ærati. pro, ære alieno obstricti. vide Obærati. 1. ad Att. 37

Maculosi Senatores, nudi Equites, Tribuni non tam ærarii,
 quam, vt appellantur, ærati. Att. lib. 1. 11. 6. a
 Iam verò lectos æratos, & candelabra ænea, num cui præter
 istum Syracusis per triennium facta esse existimatis: 6.
 Verr. 52. a

Æschines.

Æschines Academicus. 1. de Orat. 24
 Æschines Demosthenis orationem vt putidam reprehedit.
 Orat. 14
 Æschines Demostheni proximus. Brut. 17
 Itaque & Æschines in Demosthenem inuehitur, quod is
 septimo die post filia mortem hostias immolasset. Tusc.
 quæst. lib. 3. 53. Vide orationem Æschinis, inuectiuam in
 Demosth.
 Æschines & Hyperides, inter se dissimillimi. Brut. 157
 Æschines orator, Isocratis discipulus. 2. de Orat. 53
 Æschines, Rhodi, quo propter ignominiam iudicii se con-
 tulerat, suam & Demosthenis orationem recitauit. 3. de
 Orat. 118
 Conuerti ex Atticis duorum eloquentissimorum nobilissi-
 mas orationes inter se contrarias, Æschinis, Demosthe-
 nisque. de Opt. genere, 148. a
 Æschinis Milesii genus dicendi. Brut. 182
 Æschinis oratio sonitum plurimum habuit. 3. de Orat. 16
 Æschinis testimoniū de Demosthenis actione. 3. de Ora. 118
 Æschini, ne Demosthenes quidem videtur Atticè dicere.
 Orat. 14
 Inter Æschinem & Demosthenem causæ inimicitiarum.
 Orat. 148

Æschrio.

Æschrio Syracusanus, furtorum Verris socius. 4. in Verr. 35,
 & 36
 Æschronis Syracusani vxor ob C. Verris consuetudinem
 famosa. 7. in Verrem, 65
 Ἰσχυρὸν ἄνθρωπον. 6. ad Att. 47.
 Ἰσχυρὸν παρασία. 9. ad Att. 15

Æschylus.

Æschylus non poeta tantum, sed etiam Pythagoreus. Tusc.
 quæst. lib. 2. 20
 Æschylus Gnidius. in Bruto, 175, & 182. a
 Æsculapius apud Syracusas sacrificiis anniuersariis coleba-
 tur. 6. Verr. 114. a
 Æsculapius secundus, secundi Mercurii frater, fulmine per-
 cussus. 3. de Natura deorum, 40
 Æsculapii quot, & qui fuerint. 3. de Nat. deor. 40

Æserinus.

Æserinus gladiator, apud Lucilium. Orat. 149
 Cum Æserino Pacideianus comparatus. 3. ad Qu. frat. 24

Æsopus.

Æsopus, delicia tuæ. 7. fam. 2
 Æsopus histrio. de Orat. 108. b
 Æsopi Tragædia actio de M. Cicerone. pro Sestio, 104

Æstas.

Arabes campos & montes hyeme & æstate peragrantes. de
 Diuin. 99. b
 Refrigeratio in æstate & vicissim in hyeme, aut sol aut ignis
 hybernus. de Senect. 86. b
 Æstates & hyemes efficit inflexus solis cursus, tum ad Se-
 pentrionem, tum ad Meridiem. de Nat. deor. 2. 36

Æstifer.

Æstiferos validis erumpit flatibus ignes. in Arat. ibidem,
 Æstifer cancer. b

Æstiuæ.

Sin æstiuorum timor te debilitat, aliquid excogita, vt fecisti
 de Britannia. ad Trebatium, lib. 7. 14. 3. a. Æstiuæ autem,
 sunt loca vmbrosa, in quibus per æstatem pecora vitant
 solis calorem.
 Ad illa æstiuæ Prætoris accedere. 7. Verr. 75. a
 Cum prima æstiuæ attigissem, & c. epist. 26. b
 In æstiuis quæ illos fecisse scio. 16. fam. 36. ex epist. Qu. Ci-
 ceronis.
 In æstiuis esse. 77. ad Att. b

Æstiuis consecris. 5. ad Att. 48
 Nulla trinis æstiuis gratulatio. in Pis. 77

Æstiuus.

Vnus æstiuus dies. Qu. frat. 184. b
 Nunc hoc vel honestatem testudinis, vel valde bonum æ-
 stiuum locum obtinebit. ad Qu. frat. lib. 3. 17. 3. a
 Æstiu mensis. Att. lib. 5. 101. 3. a
 Hic dies æstiuus sexaginta Prætor pop. Rom. sic vixit, & c.
 1. de Legib. 22. a
 Tabernacula quemadmodum consueuerat temporibus æ-
 stiuis, & c. carbasis intenta velis collocari iussit in litore.
 7. Verr. 64. a

Æstimo.

Me esse mortuum nihil æstimo. Tusc. 151. b
 Valde carè æstimas tot annos, quot ista ætas recipit, si pro-
 pter eam causam puero isti supplicaturus es. Brutus Ci-
 ceroni in epist. ad Brutum, 47
 Tu ista permagno æstimas: ego verò ad meam rationem
 vsūque non æstimo. 6. Verr. 11. a
 Is auctoritatem suam quam magni æstimat. 112. ad Att. b
 Sic est vulgus, ex veritate pauca, ex opinione multa æsti-
 mat. pro Rosc. Comædo, 17. a
 Æstimant vel existimant. de Vniuers. 203. b
 Nemo illum ex trunco corporis spectabat, sed ex artificio
 comico æstimabat. pro Rosc. Comædo, 17. a
 Domum emit propè dimidio carius, quam æstimabat. pro
 Dom. 236. b
 Magni enim æstimabat pecuniam. 2. de Finib. 90. a
 Eodem tempore Antonius tribus denariis æstimauit post
 messem. 5. Verr. 185. a
 Senatus quaternis h. s. tritici modium æstimauit. in Verr.
 190. b
 Tanti me fugacem hi æstimauerunt. in Sal. 273. b
 Tantis per hoc magni æstimabo. Tusc. 233. b
 Deinde crimen sine accusatore, sententia sine cōsilio, dam-
 natio sine defensione: æstimate harum rerum omnium
 pretia. 7. Verr. 19. a. Hoc est, consyderate quàm parui hæc
 sint momenti.
 Oratio fuit ea nostra, vt bene potius ille de nobis æstimaret,
 quàm gratias ageret. Att. lib. 9. a
 Nisi voluptatem tanti æstimaretis. de Finib. 83. b
 Expendere atque æstimare voluptates. post Reditum in Se-
 natu, 13. a
 Hoc si quanti æstimes sciam, tum quid mihi elaborandum
 sit, scire possim. 4. ad Att. b
 Æstimare litem. pro Clu. 41. b
 Æstimare lites alicui damnato. pro Rab. Posth. 5
 Æstimare aliquam rem carius. epist. 145. b
 De quibus (scriptoribus) æstimare non possumus. 1. de
 Legib. 5. pro iudicare.
 Æstimare pecunias. 5. Philipp. 178
 Aut qui non in illis rebus exercitatus animus callere iam
 debet, atque omnia minoris æstimare: Seruius Ciceroni,
 lib. 4. epist. 5. 6. a
 Quanti me illud æstimare putas? epist. 39. b
 Et aiebat se tantidem æstimasse. a
 Scæuola condemnatus aliis criminibus, frequentissimis A-
 pulia testibus: omni contentione pugnatum est, vt lis
 hæc capitis æstimaretur. pro Cecinna, a. Id est, obtinuit a-
 ctor summa contentione, vt eius litis, quæ capitalis erat,
 ratio cum reliquis litibus æstimandis haberetur.
 Quanti hæc eorum iudicio, qui studiosi sunt harum rerum,
 æstimentur. 6. Verr. a
 Æstimari vel existimari. pro R. P. 128. b
 Quæ feruitus est, si libertas æstimari potest? Partit. 123. b
 Hæc, & c. pecunia æstimari non queunt. 7. Verr. 19. a
 Ex iis alia plures esse æstimanda, alia minoris. 1. Academicæ
 quæst. 52. a
 Quanti libertas ista æstimanda est? 4. Acad. a
 Quanti æstimanda est hæc philosophia, cui, & c. de Natura
 deorum, 1. 39
 Si callidi rerum æstimatores prata, & areas quasdam magni
 æstimant, quod ei generi possessionum minime quasi no-

certe potest, quanti est æstimanda virtus: Parad. 126. b
 Ne ego istam gloriosam memorabilemque virtutem non
 magno æstimandam putem. 3. de Finib. 17. a
 Non quia bonum sit valere, sed quia sit non nihilo æstimandum. 4. de Finib. 102. a
 Perficere aliquem æstimandis possessionibus. Offic. 50. b

Æstimatus.

Qua in ciuitate Caio Catoni clarissimo viro Consulari homini sextertium x v i i i. millibus lis æstimata sit. 4. Verri. a

Esti à te propter amorem carius sunt æstimata. Plancus Ciceroni, lib. 10. 4. 5. a

Illarum rationum ex ea face legationis, quæstoriæque tuæ procurationis illa sunt nomina, quæ Dolabellæ necessario sunt æstimata. 3. Verr. 70. a

Æstimatio.

Æstimatio aliqua accipienda sit & danda. 12. ad Att. 26. 27
 Quum æstimatio legis eiusmodi sit, vt cæteris temporibus tolerabilis Siculis, te Prætoris etiam grata esse debuerit. 5. Verr. 150. a

Æstimatio litis non est iudicium. pro Cl. 41. b

In censu habendo potestas omnis æstimationis habenda: Censori permittitur. in Verr. 135. b

A. M. Laberio C. Albinus prædia in æstimationem accepit: & c. ad Rutilium, lib. 13. 9. 3. a. 13. fam. 17

Æstimationem habere. 4. in Verr. 91

Æstimationem Zeno vocat. de Finib. lib. 3. 16

Numerato malim, quam æstimatione. 12. ad Att. 32

Quod pondus habeat dignum æstimatione. 3. de Finib. 16
 Non æstimatione census, verum victu atque cultu terminatur pecuniæ modus. in Parad. 64. a

Non est tibi his solum videndum æstimationibus ac iudiciis. Qu. frat. 298. b

Æstimator.

Quis tandem id iustus rerum æstimator reprehenderit: Orat. 210. b

Nemo erit tam iniustus rerum æstimator, qui dubitet quæ Cæsar's voluntas de bello fuerit, & c. pro Marcello, 9. a

Vnus tu dominus, vnus æstimator, vnus venditor tota in prouincia frumenti omnis per triennium fuisisti. in Pis. 68. a

Et quia te habeo æquissimum eorum studiorum, & c. æstimatorem & iudicem. de Finib. lib. 3. 5

Isti callidi rerum æstimatores prata & areas quasdam magno æstimant, & c. in Parad. 65. a

Æstimabilis.

Æstimabile esse dicitur, quod aut ipsum secundum naturam sit, aut tale quid efficiat, vt selectione dignum propterea sit, quod aliquod pondus habeat dignum æstimatione. de Finib. lib. 3. 16

Æstus.

Feruet æstu pelagus. 3. de Orat. 86. a

Æstus maritimi, fretorumque angustiarum, ortu aut obitu lunæ commouentur. de Nat. deor. 2. 15

Æstus maritimi multum accedentes & recedentes. 2. de N. d. 100

Quid de fretis & marinis æstibus plura dicam: de Diuinatione, 2. 25

Æstus, translatus ad animum.

Ne æstus nos consuetudinis absorbeat, & ad sermonis morem vsitati trahat. 2. de Legib. 8

Sed hunc quoque absorbit æstus quidam non insolitæ adolescentibus gloriæ. de Claris Orat. 155. a

Quod quum ingressus esses, repente te quasi quidam æstus ingenii tui procul à terra abripuit, atque in altum à conspectu penè omnium abstraxit. 3. de Orat. 80

lamiam absumor, conficit animam

Vis vulneris, vlcis æstus. 2. Tuscul. 29. a. Id est, vlcis inflammationis.

Sæpe homines ægri, morbo graui, quum æstu febricque iactantur, si aquam gelidam biberint, prius releuari videntur: deinde multo prauius vehementiusque afflicti. in Catil. 23. a

Æstuo.

Itaque æstuoabat dubitatione, versabat se in vtranque par-

tem non solum mente, verum etiam corpore. 4. Verr. 53. a
 Et vt ii qui sub nubes solem non ferunt, item ille quum æstuarer, veterum Academicorum umbram secutus est. 4. Acad. 127. a

Sed magis vt desyderio nostrite æstuarer. ad Trebatium, lib. 7. 33. Id est, vehementer me desyderare, quasi cum quodam animi æstu, id est feruere.

Quod vbi auditum est, æstuarer illi qui dederant pecuniam: putare nihil agi posse absente Epicrate. 4. Verr. 39. a

Itemque Lycurgi, laboribus erudiunt iuuentutem venando, currendo, esuriendo, sitiendo, algendo, æstuardo. 2. Tusculan. 59. a

Æstuoans.

Hoc loco Chrysippus æstuoans falli sperat Chaldaeos. Fat. 11
 Exanguis atque æstuoans se à curia proripuit cum quibusdam fractis iam atque inanibus minis. de Arusp. responsis, 1. a

Hunc æstuoantem & tergiuersantem iudicio ille persequitur. pro Flacco, 38. a

Æstuosus.

Nunc iter conficiebam æstuosus & puluerulenta via. 5. ad Atticum, 26

Ætas.

Ætas iniens maxime à libidinibus arcenda est, exercendaque in labore patientiaque & animi & corporis. Officiorum 1. 171

Ætas acta honestè & splendide tantam affert consolationem, vt eos, qui ita vixerint, aut non tangat ægritudo, aut perleuiter pungat animi dolor. Tusc. q. lib. 3. 52

Non cani, nõ rugæ repente authoritatem arripere possunt: sed honestè acta superior ætas, fructus capit authoritatis extremos. de Senect. 58. a

De me possum idem quod Plautinus pater in Trinummio, Mihi quidem ætas acta ferme est, tua istuc refert maxime. ad Brutum, epist. 2. 5. a

Propè iam acta ætas decursaque. pro Quinto, 18. b

Quod si ipsis bona ætas fruitur, libentius primum paruulis truitur rebus. de Senect. 44. a

Vt enim non omne vinum, sic non omnis ætas coalesceat. de Senect. 60. a

Sunt pueritiæ certa studia: num ea desyderant adolescentæ: Sunt & ineuntis adolescentiæ: num ea iam constans requirit ætas, quæ dicitur media: de Senect. 69. a

Ætas Consularis, trium & quadraginta annorum. 5. Philipp. 198

Ætas corroborata iam, confirmataque. Læli. 63

Et interdum multas vias adolescentiæ lubricas ostendit, quibus illa insistere aut ingredi sine casu aliquo aut prolapsione vix posset: & multarum rerum iucundissimarum varietatem dedit, qua non modo hæc ætas, sed etiam iam corroborata caperetur. pro Cælio, 32. a

Et vt verum loquar, ætas iam à diuturnis laboribus deuota ad otium, domesticarum me rerum delectatione mollior. ad Att. lib. 9. 181. 7. a

Exacta ætas seuerissimè. pro Qu. Rosc. 52. b. Tuscul. quæst. lib. 1. 77

Huius extrema ætas in hoc beator, quam media, quod authoritatis plus habebat, laboris minus. de Senect. 57. a

Videtur enim esse indoles: sed flexibilis ætas: multique ad deprauandum parati. ad Brutum, epist. 18. 4. a

Ætas & ambitio hortabantur. 7. fam. 4

Huic quidem afferet aliquam deprecationem periculi, ætas illa, qua tum fuit. pro C. Rabirio, 19. a

Ætas improvida, cuiusmodi est adolescentia. Tuscul. quæst. lib. 5. 46

Quorum ætas, in eorum tempora, quos nominavi, incidit. Orat. 200. b

Ætas infirma. de Finib. lib. 5. 40

Quare hoc animo in nos esse debebis, vt ætas nostra iam ingrauescens, in amore atque in adolescentia tua conquiescat. ad Curionem, lib. 2. epist. 7. a. & Cat. 6

Ætas maturissima. ad Heren. 29. b

Ætas media & ætas extrema. de Senect. 86. b

Ætas non est ad præcepta. pro Plan. 48

Ætas optima. 10. fam. 5

Ætas præcipitata. epist. 180. b

Præterita enim ætas, quanuis longa, quum effluxisset, nulla consolatione permulcere posset stultam senectutem. de Senectute, 5. a

Ætas prouecta & decrepita. Tuscul. quæst. lib. 1. 78

Ita sensim sine sensu ætas senescit: nec subito frangitur, sed diuturnitate extinguitur. de Senect. 35. a

Ætas spectata. post Reditum ad Quirites, 4

Nihil enim semper floret: ætas succedit ætati. 11. Philipp. 2

Ætas volat. Tuscul. quæst. lib. 1. 62

Ætatis quietè & purè & eleganter acta placida ac lenis est senectus. Cat. 12

Vt enim infirmitas puerorum, & ferocitas iuuenum, & grauitas iam constantis ætatis: sic senectutis maturitas naturale quiddam habet, quod suo tempore percipi debeat. de Senect. 30. a

Quum illis exacta ætatis seuerissimè fructum, quem meruerunt, retribuam. pro Rosc. Comædo, 26. a

Cursus est certus ætatis, & via vna naturæ, eaque simplex: suaque cuique parti ætatis tempestiuitas est data. de Senectute, 30. a

Ætatis meæ errata. 16. fam. 27. ex epist. Ciceronis filii.

Quæ sunt igitur voluptates corporum cum authoritatis præmiis comparanda: quibus qui splendide vsi sunt, ii mihi videntur fabulam ætatis peregrisse, nec tanquam in exercitati histriones in extremo actu corruisse. de Se. 59. a

Epulabar igitur cum sodalibus omnino modicè, sed erat tamen quidam feruor ætatis: qua progrediente, omnia fiunt etiam in dies mitiora. de Senect. 41. a

Si infinitus rerum forensium labor ætatis flexu constitisset. 1. de Orat. 2

Si qui senes aut deformes erant, eos in hostium numero ducit: qui aliquid formæ, ætatis, artificiique habebant, abducit omnes. 7. Verr. 2

Homo qui & summa grauitate, & iam id ætatis, & parens esset, obstupuit hominis improbi dicto. 3. Verr. 45. a

Author est, vt quamprimum agere incipiant, hominemque id ætatis minime litigiosum quam tumultuosissimè adorientur. 4. Verr. 25. a

Quoniam id nobis Antoni hominibus id ætatis oneris ab horum adolescentium studiis imponitur. & c. 1. de Or. 103. a

Si hominem id ætatis in tam longo sermone retinisset. 64. ad Attic. b

Homo qui iam id ætatis esset. in Verr. 89. b

Ita viximus, & id ætatis iam sumus, vt omnia quæ non nostra culpa nobis accidant, fortiter ferre debeamus. ad Thorianum, lib. 6. epist. 20. a

Ætatis illius ista fuit laus. de Cl. 188. b

Anchialum & Cassandrum summos astrologos illius ætatis qua erat ipse. 2. de Diuin. 132. a

Ætatis imbecillitas non potuerit grauitatem rerum sustinere. ad Brutum, 23

Quis hunc philosophum non anteponit Cleanthi, Chrysippo, reliquisque inferioris ætatis: 4. Academ. 130. a. De Democrito.

Ætatis infirmitas. 16. ad Att. 14

Ineuntis ætatis inciticia senum constituenda & regenda est prudentia. Offic. 1. 171

Ætatis maturitas abest. 6. fam. 50

Ætatis nerui. 2. in Verr. 22

Senectus autè peractio ætatis est, tãquam fabulæ. de Senect. a
 Solet idem Roscius dicere, se quò plus sibi ætatis accederet, eò tardioris tibicinis modos & cantus remissiores esse facturum. 1. de Orat. 132. a

Qui si iam satis ætatis atque roboris haberet, ipse pro Roscio diceret. pro Rosc. Comædo, 88. a

Itaque quantum spatium ætatis maiores nostri ad senectutis initium esse voluerunt, tantus illi cursus honorum fuit. de Senect. 56. a. De Valerio Coruino.

Temeritas est videlicet florētis ætatis, prudentia senectutis. de Senect. 17. a

Breue tempus ætatis satis est longum ad bene honesteque viuendum. de Senect. 64. a

Atque illud tenebrosissimum tempus ineuntis ætatis tuæ patiar latere. in Vatinius, 8. a

Angor, mi suauissime frater, angor, nullam esse Rempublicam nulla iudicia: nostrumque hoc tempus ætatis, quod in illa auctoritate Senatoria florere debet, aut forensi laborè iactari, aut domesticis literis sustineri. ad Qu. fra. lib. 3. 29. pro, ætas hæc nostra.

Nunquam satis laudari dignè poterit philosophia: cui qui pareat, omne tempus ætatis sine molestia possit degere. de Senect. 2. a

Neque expectat vltimum tempus ætatis. 2. de Finib. 139. a

Quum enim summum bonum in voluptate ponat, negat infinito tempore ætatis voluptatem fieri maiorem, quam finito atque modico. 2. de Finib. 140. a

Ætatis tempore infirmissimo. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 8

Collegi me aliquando, & ita constitui, fortiter esse agendum: illi ætati, qua tum eram, solere laudi dari, etiam si in minus firmis causis hominum periculis non defuissem. pro Cluentio, 39. a

In India qui sapientes habentur, nudi ætatem agunt. 5. Tuscul. 113. a

Hic ferè ætatem egit in literis. 2. de Legib. 9. a

Tulisse eum molestè, se non effugere hospitis speciem, quæ ætatem ageret Athenis, optimeque loqueretur. in Bruto, 89. a. De Theophrasto.

Agere ætatem cum aliquo. epist. 50. b

Quoniam in eo studio ætatem consumpsi. Offic. 1. 3

Legibus annalibus quum grandiosem ætatem ad Consulatum constituerebant, adolescentiæ temeritatem verebantur. 5. Philipp. 198. a

Vt nollet ætatem in litibus contere. 2. de Legib. 79. a

Degere omnem ætatem sine dolore. 2. de Finib. 187. a

Quid autem fuit, quod illam hoc tempore ad viuendum magnopere inuitare posset: quæ res: quæ spes: quod animi solatio: vt cum aliquo adolescente primario coniuncta, ætatem gereret: Seruius Ciceroni, libro 4. epist. 5. 7. a. De obitu Tullie.

Vt primum per ætatè iudicium facere potueris. ad Placum, lib. 13. a. Id est, ætatis progressu, & ætate permittente.

Quibus facillimè rationibus ingrauescentem ætatem ferre possimus. de Senect. 6. a

Imperatorè liberalissimum, ætatem opportunissimam, commendationem certè singularem habes. ad Trebatium, lib. 7. 7. 4. a. Hoc est, commodissimam, & quæ munus publicis adhuc probè vacare possit.

Sed hanc ætatem abesse longè à sepulchro negant oportere: 16. ad Attic. 23

Nonne melius multo fuisset, otiosam ætatè & quietam sine villo aut labore aut cõtentione traducere: de Senect. 74. a

Tertiam enim iam ætatè hominum viuebat. de Senect. 27. a. De Nestore dictum, qui secundum poetas trecentos annos vixit.

Quam honestatem in iudicium tuum propè acta iam ætatè decursaque attulit. pro Quintio, 66. a

Affecta iam ætate Mutius. 6. Verr. 85. a

Multa in nostro Collegio præclara sunt: sed hoc in primis, quod vt quisque ætate antecellit, ita sententiæ principatum tenet. de Senect. 59. a

Nam Galbam, Africanum, Lælium, doctos fuisse traditum est: studiosum autem, qui iis ætate antebat, Catonem. 1. Tuscul. 9. a. Acad. quæst. edit. 2. lib. 2. 25

Tertium genus est ætate iam confectum. in Catil. 40. a

Bene Sophocles, quum ex eo quidam iam confecto ætate quaereret, vteretur rebus veneris, Diis meliora, inquit. de Senect. 43. a

Ætate & vulneribus confecti. ad Octau. 48

Ego Plance necessitudinem constitutam habui cum domo vestra antè aliquantò quam tu natus es: amorem autem erga te ab ineunte pueritia tua, confirmata iam ætate familiaritatem cum studio tuo, tum iudicio tuo constitutam. 10. fam. 4

Cætera ætate iam sunt decursa. 8. fam. 38. in epist. Cælii.
M. quidem Valerium Coruinum accepimus ad ceterisimum annum vitam produxisse, quum esset exacta iam ætate in agris, eosque coleret. de Senect. 56. a
Hic iam grandis natu Eubulida, hoc tantum, exacta ætate, laboris itinerisque suscepit, &c. 7. Verr. 100. a
Ac multi, & nostra & patrum maiorumque memoria, summi homines & clarissimi ciues fuerunt, quorum quum adolescentiæ cupiditates deferuissent, eximia virtutes firmata iam ætate extiterunt. pro Cælio, 34. a
Ætate ineunte. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 4
C. Cæsar ineunte ætate docuit ab excellenti eximiaque virtute, progressum ætatis expectari non oportere. 5. Philip. 198. a
Nam & iisdem exercitationibus ineunte ætate fuimus. in Bruto, 77. a
Qui ab ineunte ætate incensus essem studio vtriusque vestrum. 1. de Orat. 49. a
Maior ætate. in Ant. 203. b
Ætate præcipitata commutem, quod adolescens præstiti. 11. fam. 49. in epist. Matii.
Dignitate & ætate præstat ille. 1. ad Qu. fratrem, 7
Liuius vsque ad adolescentiæ meâ processit ætate. de S. 87. b
Themistocles omnium ciuium nomina perceperat. Num igitur censetis eum, quum ætate processisset, qui Aristides esset, Lyfimachum salutare solitum. de Senect. 19. a
Horum vterque Isocratem ætate præcurrit. in Orat. 101. a
Hoc est, Isocrate maior natu fuit.
Nisi fortè adolescentes pueritiam, paulum ætate progressi, adolescentiam debeant requirere. de Senect. 29. a
Fimbria temporibus iisdem ferè, sed longius ætate prouectus, habitus est sanè luculentus patronus. in Bruto, 66. a
Ætate prouecta mori. Tusc. quæst. lib. 1. 78
Equidem ex his etiam fructum capio laboris mei, qui iam ætate prouecti, in nostris libris acquiescunt. 2. de Diu. 8. a
Ætate puer. de Inuent. 50. b
Is adolescens subuenit Reipub. sed ætate multò robustior. in Ant. 203. b
Ætates confirmatæ. de Fimb. lib. 5. 57
Ætates singulæ singula dicendi genera extulerunt. 2. de Orat. 51
Omnium ætatum certus est terminus, senectutis autem nullus est. Cat. 65
Vt superiorum ætatum studia occidunt, sic occidunt etiam senectutis. de Senect. 69. a
Vt eos in rebus quærendis explicandisque naturis, ætates contere videamus. 5. de Finib. 103. a
Quo in studio, hominū quoque ingeniosissimorum otiosissimorumque totas ætates videmus esse contritas. 1. de Orat. 111. a
Atticus me inflammavit studio illustrium hominum ætates & tempora persequendi. de Cl. 172. b
Heroicis etiam ætatibus Vlysem & Nestorem accepimus & fuisse & habitos esse sapientes. 5. Tusc. 10. a
Ætatibus nostris aliena res. 14. ad Att. 19
Vnà cum seculis, ætatibusque hominum. de Nat. deor. 2. 4
Ætatula.
Qui post patris mortem, primam illam ætatulam suam ad scurrarum locupletum libidines detulit. de Arusp. responsis, 38. a
Facile est hæc cernere in primis puerorum ætatibus. de Fin. lib. 5. 51
Æternus.
Quod æternum beatumque est, id nec habet ipsum negotii quicquam, nec exhibet alteri. de Nat. deor. 1. 33
Nihil quod ortum æternum esse potest. de Nat. 6. b
Et quicquid est, mortale sit an æternum. 4. Acad. 223. a
Mundum, simulachrum æternum esse alicuius æterni. de Vniuers. 177. b
Idemque etiam legis perpetuæ & æternæ vim, quæ quasi dux vitæ & magistra officiorum sit, louem dicit esse. 1. de Nat. deorum, 58. a
Quid est igitur cur ita semper Deum appellet Epicurus bea-

tum & æternum? Dempta enim æternitate, nihilo beatorum Jupiter, quàm Epicurus. 2. de Finib. 141. a
Quod si mihi æternam esse propositam ærumnam arbitrarer: morte me ipse potius, quàm sempiterno dolore multassem. post Reditum in Senatu, 31. a
Ex æterna veritate, causarumque continuatione confluit quicquid accidit. de Nat. deor. 1. 39
Motum atomorum nullo à principio, sed ex æterno tēpore intelligi conuenire. lib. 1. de Finib. 14
Causæ immutabiles & æternæ. de Fat. 145
Nec si omne enuntiatum, aut verum, aut falsum est, sequitur illico esse causas immutabiles, easque æternas, quæ prohibeant quicquam secus cadere, atque casurum sit. de Fato, 41. a
Supra lunam sunt omnia æterna. de Som. 128. b
Æternum est, quod seipsum mouet. Tusc. quæst. lib. 1. 45
Æternitas.
Æternitas animi vnde probetur. pro C. Rab. 22
Æternitas animorum. Tusc. q. lib. 1. 32
Æternitas quantum ad id quod ortum est, valet, tantum ad fidem veritas. de Vniuers. 9
Sed fuit quædam ab infinito tempore æternitas, quam nulla circumscripção temporum metiebatur. de Nat. deo. 32. a
Tempus est pars æternitatis. de Inuent. 51. b
Nec dispersis bustis humili sepultura crematos, sed contentos publicis operibus atque muneribus, eaque extruccionem quæ sit ad memoriam æternitatis, ara virtutis. 14. Philipp. 408
Mihi populus Romanus vniuersus illa in concione non vnius diei gratulationem, sed æternitatem, immortalitatemque donauit. in Pisonem, 4. a
Neque æternitate immutabili continetur. de Vniuers. 8. a
Deum in omni æternitate nihil aliud cogitantem, nisi, &c. de Nat. 23. b
Quod in omni æternitate conseruat progressus. Id est, perpetuo. de Nat. deor. 2. 37
Aut si negas esse fortunam: & omnia quæ sunt, quæque futura sunt, ex omni æternitate fluens veritas sempiterna. 2. de Diuin. 27. a
Est enim ab omni æternitate repetita diuinatio. 1. de Di. 50. a
Si enim nihil fieri potest, nihil accidere, nihil euenire, nisi quod ab omni æternitate certum fuerit esse futurum rato tempore: quæ potest esse fortuna? 2. de Diuin. 28. a
Animus vixit ab omni æternitate. 1. de Diuin. 188. a
Quæ fiant ex omni æternitate, definita esse fataliter. de Diuin. 112. b
Causæ ex æternitate pendentes. Top. 225. b
Si alterutrum ex æternitate verum sit. de Fato, 144. b
Æther.
Æther & Dies, parentes Cæli, Cælum verò Saturni. 3. de Nat. deorum, 59. a
Et quum quatuor genera sint corporum, vicissitudine eorum mundi natura est continuata. Nam ex terra aqua, ex aqua oritur aer, ex aere æther: deinde retrorsum vicissim ex æthere aer, inde aqua, ex aqua terra infima. 2. de Nat. d. 120. a
Æther immensus aerem amplectitur. 2. de Nat. deor. 67
Æther nominatur ardor vltimus & certissimus vndique circumfusus, &c. de Nat. deor. 1. 28
Restat vltimus, & à domiciliis nostris altissimus, omnia cingens & coercens cæli complexus, qui idem æther vocatur, extrema ora & determinatio mudi. 2. de N. d. 146. a
Æther Zenoni & reliquis ferè Stoicis videtur sumus deus, mēte præditus, qua omnia regatur. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 117
Non est enim ætheris ea natura, vt vi sua stellas complexa contorqueat. Nam tenuis ac perlucens, & æquabili calore suffusus æther non fatis aptus ad stellas continendas videtur. 2. de Nat. deor. 40
Quod astrorum ignis & ætheris flamma consumat. 2. de Nat. deor. 177. a
Ex nobilissima puraque ætheris parte gignuntur sydera. de Nat. deor. 2. 28
Æthera Chryrippus esse disputat, quem homines louem appellant. de Nat. deor. 1. 30

Atque hic (Strato) idem alio loco æthera deū dicit esse. 1. de Nat. deorum, 52. a. de Lenone loquitur.
At propter se aquila ardenti cum corpore portat, Igniferum vulgus tremebundis æthera pennis. in Arat. 11. a
Ex æthere innumerabiles flammæ siderum existunt. 2. de Natura deorum, 67
In æthere astra gignuntur. 2. de Nat. deorum, a
In æthere autem astra voluntur. 2. de Nat. deorum, 176. a
Æthra.
Aerem complexa summa pars cæli quæ æthra dicitur, & suum retinet ardorem tenuem, & nulla admistione concretū, & cum aeris extremitate cōiungitur. 2. de N. d. 175. a
Æthereus.
Æthereus ignis. de Diuin. 86. b
Cælestis altissima, æthereaque natura. i. ignea. 2. de N. d. 46.
Æthereum locum obtinent sidera, qui tenuissimus est, & semper agitur & viget. de Nat. deor. 2. 30
Sphæra ab ætherea cōiunctione secreta & libera. de Di. 37. b
Æthiops.
Cum homine aut cum stipite æthiope, si in foro constitifses, nihil crederes interesse. post red. in Senat. 12. b
Ætna.
Onus Ætna grauius sustinere. de Senect. 4. a
Non enim te puto esse eum qui Ioui fulmen fabricatos esse Cyclopos in Ætna putes. de Diuin. 117. b
Ætneorum ignium eruptione quantæ tenebræ finitimas regiones obscurauerint. 2. de Nat. deor. 70
Ætna, oppidum.
Ætna, Sicilia ciuitas. 5. in Verr. 47
Ætneus ager in Sicilia cultissimus. 5. in Verr. 38
Ætneus & Leontinus ager, optimi torius Sicilia. 5. in Ver. 85
Ætion.
Ætion, pictor egregius. Brut. 35
Ætolia.
Ætoliam, quæ procul à Barbaris disincta gentibus in sinu pacis posita, medio ferè Græciæ gremio continetur, decedens miseram perdidisti. in Pisonem, 72. a
Ætolus.
Fuluius qui cum Ætolis Ennio comite bellauit. pro Arch. 191. b
Æuum.
Agere æuum cum diis in cælo. 1. Tusc. 44. a. Id est, æternum viuere.
Sic habeto, Omnibus qui patriam conseruauerint, adiuerint, auxerint, certum esse in cælo ac definitum locum, vbi beati æuo sempiterno fruantur. in Somnio Scip. 8. a
Æuitas.
Æuitatem annali lege seruant. 3. de Legib. 8
Æuitates populi censores censento. 3. de Legib. 6
Affabilis, Affabilitas, Vide Affor.
Affabre.
Deū denique nullū Siculis, qui ei paulò magis affabrè atque antiquo artificio factus videretur, reliquit. 2. in Verr. 9. a
Affatim.
Tum iecore optimo farta & satiata, affatim clangorè fundit vastum. Attic. 231. b
ns. l x x i i. fatis esse affatim prorsus. Att. 251. b
Puto enim me Dicæarcho affatim satifficisse. ad Att. lib. 2. 31. 6. a
Iisdemque feminibus & homines affatim vescuntur. 2. de Nat. deor. 191. a
Affectate, Affectatio, Affectatus, Affectator, Affectio, Affectus, Vide Afficio.
Affero.
Ego contra breuem postulationem affero. pro S. R. 19. b
Vix enim spero mihi hunc veniam daturum, etsi multa affero iusta ad impetrandum. Att. lib. 9. 188. 1. a
Quoniam iustas causas affers, quòd te hoc tempore videre non possim. Att. lib. 11. 223. 1. a
Affert satis bella. 10. ad Atticum, 46. Id est, nuntiat.
Si quam coniecturam affert hominibus tacita corporis figura. pro Rosc. Comædo, 11. a
Vt enim quum cibo potionèque fames sitisque depulsa est,

ipla detractio molestiæ consecutionem affert voluptatis sic in omni re, doloris amotio, successione efficit voluptatis. 1. de Finib. 58. a
Quæ affert tum constantiam, tum etiam dignitatem. 1. Officiorum, 99. a
Hoc auctoritatem orationis affert & fidem. in Orat. 66. a
Qui à scribendi consuetudine ad dicendum venit, hanc affert facultatem, vt etiam subito si dicat, tamen illa quæ dicatur, similia scriptorum esse videantur. 1. de Orat. 73. a
Qui mihi laborem affert in dolore. Att. lib. 11. 228. 3. a
Præterea magnam affert laudem & summam dignitatem. Qu. frat. 110. b
Ordo est qui memoriæ lumen affert. Orat. 141. b
Manus pro se quisque affert. 3. Verr. 48. a
Pharnaces quoquo modo agit, affert moram. Att. 183. b
Quod motum affert alicui. de Somn. 230. b
Nihil necessitatis affert, cur nascatur animi similitudo. 1. Tusc. 126. a
Permagnum pondus affert beneuolentia erga illum. Attic. lib. 9. 180. 6. a
Si enim semper vtare, fatietatem affert. in Orat. 121. a
Affert autem vetustas omnibus in rebus longinqua obseruatione incredibilem scientiam. a
Quæ res nullam habebat dubitationem, si exercitus Lepidi abisset: ea nunc magnam affert solitudinem, magnumque habet casum. Piancus ad Ciceronem, lib. 10. 18. 7. a
Taciturnitas tua mihi suspicionem affert. Att. 106. b
Efficimus etiam domitu nostro quadrupedum vectiones, quorum celeritas atque vis nobis ipsis affert vim & celeritatem. 2. de Nat. deor. 225. a
Atque huic tuæ voluntati ac diligentæ difficultatem magnam afferunt publicani. ad Qu. frat. lib. 1. 1. 47. a
Non alienum ad ea eligenda, quæ dubitationem afferunt, adhibere homines doctos. Offic. 29. b
Si finem Prætoris edicto afferunt. in Verr. 98. b
Ita dux res, quæ languorè afferunt cæteris, illum acuebant, otium & solitudo. 3. Offic. 2. a
Cuius etiam illi hortuli propinqui non memoriam solunt mihi afferunt, sed ipsum videntur in conspectu meo ponere. 5. de Finibus, 3. a
Naues, quæ prædam Prætori, nō quæ prædonibus metum afferunt. in Verr. 248. b
Nihil igitur afferunt, qui in re gerenda versari senectutem negant. a. Id est, Frustrà hoc dicunt, frustrà garrunt.
Nihil afferunt quo iucundius viuamus. 1. de Finib. a
Opinionem afferunt populo, eorum se fore similes, quos sibi ipsi delegerunt ad imitandum. 2. Offic. 66. a. Hoc est, In eam opinionem inducunt populum.
Quòd si geometricis rationibus nō est crediturus, quæ vim afferunt in docendo. 4. Acad. 209. a. Id est, credere quodam modo cogunt ea, quæ aut incredibilia videntur, aut impossibilia.
Tibi spem maturæ decessionis afferebam. ad Qu. fratrem, lib. 1. 2. 1. a. 1. Tusc. 39. a
Hominum dignitas aliquantum orationi ponderis afferebat. Qu. frat. 315. b
Galba autè similitudines afferebat. de Orat. 105. b
Greges hominum perditorum, metum nobis, seditionèque afferebant. pro Sylla, a
Ego ad illū belli ciuilis causam attuli. 2. Philipp. 80. a
Magnam attulit accessionem tua voluntas erga me. Att. lib. 16. 341. 1. a. Hoc est, multum addidit ad amorem nostrum.
Ac mihi quidem explicandæ philosophiæ causam attulit casus grauis ciuitatis. 2. de Diuin. 8. a
Qui risus classe deuicta multas ipsi Claudio lachrymas, magnam populo Rom. cladem attulit. 2. de Nat. deor. 12. a
Lepidus Pompeii literarum ad Cofs. exemplum attulit. Attic. 122. b
Vterque enim istorum non mihi attulit aliquam, sed suam significauit facultatem. de Orat. 136. b
Itaque te obsecrat C. Aquili, vt quam existimatione, quam honestatem in iudicium tuum attulit, eam liceat ei secum ex hoc loco efferre. pro Quintio, a

Numerus quasi quandam palæstram & lineamēta extrema oratori attulit. Orat. 215. b
 Cui non modò luctum mors patris attulit, sed etiam egestatem. pro S. R. 20. b
 Sed mihi, Patres Cōscripti, necessitatem attulit paulò plura dicendi, & c. 10. Philipp. 269. a
 Magnam perturbationem rerum vrbānarum attulit obitus consulū. epist. 172. b
 Tibi illa Diana in pace, atque in otio religionem nullam attulit. 6. Verr. 69. a. i. non iniecit tibi religionis scrupulum?
 Nā Mamerco homini ditissimo prætermisso ædilitatis consularatus repulsam attulit. 2. Off. 85. a. Hoc est, in causa fuit, ne ad consulatū admitteretur.
 Atque ita Cælius ad illam attulit, & c. pro Cæli. 48. b
 Batonius autem miros terrores ad me attulit. Att. a. Id est, nuntiauit mihi.
 Sex. Tarquinius vim Lucretiæ Tricipitini filiæ attulit. 2. de Legib. 17. a. Hoc est, inuitam stuprauit.
 Quam quidem ad rem, nos, vt videmur, magnū attulimus adiumentum hominibus nostris. 1. Offic. 1
 Si aliquid oratoriæ laudi nostra attulimus industria. Tusc. quæst. lib. 1. 5
 Caius Missus familiaris tuus, aliique complures attulerūt, Cæsarem iter habere Capuā. Att. lib. 8. 159. 2. a. Hic subauditur nuntius, vt sit, Attulerunt nuntium. i. nuntiarunt.
 Attulerunt nobis oculi rerum optimarum cognitiones. de Vniuers. 65
 Quæ maximè confidentiam attulerunt hominibus, vt diceret se ante Calend. Mart. non posse sine iniuria de provinciis Cæsaris statuere. Cælius ad Ciceronē, lib. 8. 8. 18. a
 Tuæ res gesta cæterorum laudibus obscuritatē attulerunt. pro Deiotaro, 7. a
 Sic odium, quod in ipsum attulerant, id in eius imaginem ac simulachrum profuderunt. in Pisonem, 74. a. Hoc est, domi conceptum illuc attulerant.
 Nam etiam poetæ quæstionem attulerūt, quidnam esset illud, in quo ipsi differrent ab Oratoribus. in Orat. 36. a. Id est, in medium adduxerunt, proposuerunt.
 Attulerat iam liberæ ciuitati, partim metu, partim patientia consuetudinem seruiendi. 2. Philipp. 121. a
 Suspicionem autem eò mihi maiorem tua taciturnitas attulerat. Att. lib. 7. epist. 128. 1. a
 Me, siue ita leuatus sim, vt animum vacuū ad res difficiles scribendas afferam, reprehendendum non esse. ad Attic. lib. 12. 252. 9. a
 Nequeo mihi temperare, quominus vnum antiquitatis exemplum afferā. Att. lib. 7. 128. 12. a. i. in medium adducam.
 Ego tibi vnum sumptum afferam, quòd balneū calefacias oportebit. ad Papirium, lib. 9. 16. 25. a
 An ætatem afferet? quadriennio minor est. 2. de Orat. 198. a. Id est, in causam vel excusationem adducet.
 Quòd si, vt es, cessabis, laceffam: nec tua ignauia mihi etiam inertiam afferet. ad Cornificium, lib. 12. 20. 2. a
 Quantum operibus tuis diuturnitas detrahet, tantum afferet laudibus. pro Marcel. 132
 Affer ad ea quæ dixi, si quid habes. 7. ad Att. 36
 Sed non faciam vt aut tuum animum angam querelis, aut meis vulneribus sæpius manus afferā. Att. lib. 3. 55. 4. a
 Reliquum est vt cōsoler, & afferam rationes quibus coner. epist. 57. b
 Quum vitiōrū ista vis nō sit, vt causam afferat mortis voluntariæ. 3. de Fin. 94. a. Id est, præbeat causam.
 Vt tranquillitas animi adsit, quæ afferat tum constantiam, tum etiam benignitatem. Offic. 14. b
 Vt oratio quæ lumen adhibere rebus debet, ea obscuritatem & tenebras afferat. 3. de Orat. 28. a
 Eaque res vobis populòque Rom. pacem, tranquillitatem, otium, concordiamque afferat. pro Mur. 1. a
 Nolo accusator in iudiciū potentiā afferat. pro Mur. 138. b
 Ad ea eligenda quæ dubitationem afferāt, adhibere doctos homines. 2. de Nat. deor. 235. a. 1. Offic. 205. a
 Vt ne cui innocenti mœror tuus calamitatem & falsum crimen afferret. pro Cluentio, 135. a. pro Rab. Posth. 17. a

Ne illa peregrinatio detrimētum aliquod afferret. Att. 265. b
 Hac tum re admonitus inuenisse fertur, ordinem esse maximè, qui memoriæ lumen afferret. 2. de Ora. 192. a. De Si monide loquitur.
 Inuentus est amicus qui ei mortem afferret. epist. 56. b
 Quidnam accidisset quod afferret Qu. fratri meo aut offensionem tam grauem, aut commutationem tantam voluntatis. Att. lib. 1. 12. 2. a
 Ne quod hic tumultus dignitatis tuæ periculū afferret. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 10. 2. a
 Quæ tanta fuit, vt eam ad aures L. Luculli non ex prælio nuntius, sed ex sermone rumor afferret. pro lege Ma. 17. a
 Rerum nouarum cupidi victores, præsertim & armati, vim & manus afferrent. Att. lib. 9. 184. 4. a
 Quum attulisset nullam causam quæ istam declinationem efficeret. de Fato, 69. a
 Quod tu si audisses, aut si per ætatē scire potuisses, nunquā profectò istam imaginem, quæ domi posita pestem atque exilium Sex. Titio attulisset, in rostra atque in concionē attulisses. pro C. Rabirio, 18. a
 Vt vnus Imperatoris præda finem attulerit tributorum. de Offic. 49. b
 Si quando in dicendo scriptum attulerit aliquid. de Ora. 97
 Afferre, *καταφορέν*. Offic. 1. 71
 Cur credam, afferre possum. Tusc. 163. a
 Afferre acerbitatem. Att. a
 Afferre æs alienum alicui. 7. fam. 41
 Afferre aliquid ad Rempub. 1. Offic. 217. a
 Negat Epicurus diuturnitatem quidem temporis ad beatè viuendum aliquid afferre. 2. de Finib. 140. a
 Afferre aliquid leuationis. Tusc. quæst. lib. 2. 50
 Afferre aliquid lucis rebus. Att. lib. 2. 16. 4. a
 Afferre ad aliquem. pro Cælio, 41. a. Id est, alicui nuntiare.
 Afferre angorem. 3. Tusc. 100. a
 Afferre animum vel timorem. 8. Philipp. 248
 Afferre animum alicui. Att. lib. 7. 132. 8. a
 Authoritatem in iudiciū afferre. a
 Authoritatem peccandi afferre. 3. de Nat. deor. 123. a
 Non cant, non rugæ, repentē authoritatem afferre possunt. de Senect. 58. a
 Consilium alicui afferre. Att. lib. 14. 321. 6. a
 Consolationem alicui malo afferre. Att. lib. 10. 195. 8. a
 Afferre consuetudinem. 2. Philipp. 111
 Afferre Consulatum in familiam. pro Mur. 78
 Cumulum artibus aliorum afferre. 3. de Orat. 39. a
 Afferre ancipitem curam cogitandi. Offic. 1. 17
 Et Piliam in idem genus morbi delapsam, curā tibi afferre maiorem sentio. Att. lib. 7. 125. 1. a
 Afferre curas & molestias. Læli. 45
 Afferre delectationem. Mario, lib. 7. epist. 1. 7. a
 Afferre deprecationem periculi. pro C. Rab. 19
 Afferre dignitatem vel inuidiam. pro Sylla, 60
 Afferre dolorem. 2. Tusc. 27. a
 Afferre dubitationem. Offic. 3. 23
 Afferre egestatem & luctum alicui. pro Rosc. Amer. 8. a
 Afferre errorem animis & perturbationem. Diuin. lib. 1. 57
 Afferre excusationem. in epist. a
 Vt quam existimationem, quam honestatem, in iudiciū attulit, ei liceat ex hoc loco afferre. pro Quint. 18. b
 Afferre expectationem. 3. ad Att. 30
 Afferre familiaritatem. pro Deiot. 28
 Fastidium alicui afferre. pro Murena, 18. a
 Afferre finem. 5. Philipp. 178. & 204
 Afferre finem edicto Prætoris. 3. Verr. 76. a
 Finem tributorum afferre. 2. Offic. 13. a
 Afferre mirificos fructus. Cat. 8
 Vt nihil possint ex his neque ad cōmunem afferre fructū, neque in aspectum, lucemque proferre. pro Archia, 9
 Afferre hilaritatē, vel iucunditatem, aut lætitiā. 1. de Fin. 81. a
 Negat enim summo bono afferre incremētum diem. de Finibus, lib. 2. 73
 Afferre interitum. de Finib. lib. 3. 13
 Afferre lachrymas alicui. Att. lib. 12. 240. 1. a

Afferre lætitiā fociis, terrorem hostibus. Tusculan. quæst. lib. 4. 38
 Afferre laudem alicui. a
 Me ad eius causam, parem animi magnitudinem afferre nō posse. pro Mil. 1. a
 Afferre manum suis vulneribus. Att. 46. b
 Quum enim dando egere cœperint, alienis bonis manus afferre coguntur. 2. Offic. 78. a. Id est, aliena inuadere.
 Afferre manus socio. Offic. 1. 35
 Hinc rebus manus afferre non dubitasti, à quibus etiam oculos cohibere te religionum iura cogebant. 6. Verr. 90. a
 Ego ipse Senatū sibi manus afferre coegi. Octau. 330. b
 Manus, quas iustus in Lepidi perniciem armasset, sibi afferre conatus est. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 23. 9. a. Id est, sibi mortem consciscere.
 Afferre medicinam. Att. lib. 2. 35. 2. a
 Afferre alicui maximum metum iudicii ac periculi. de Pet. Conf. 36
 Afferre misericordiam alicui. 1. ad Q. frat. 55
 Iam illud quidem perspicuū est, maximam animi aut voluntatem, aut molestiam plus aut ad beatam, aut ad miserā vitam afferre momenti, quàm eorum vtrumuis, si æquè diu sit in corpore. 1. de Finib. 85. a. Att. lib. 1. 12. 1. a
 Moram alicui rei afferre. pro Sextio, 112. a. pro Cluentio, 19. a
 Afferre mortem vno ictu. 7. Verr. 92. a. 2. de Diuin. 91. a
 Motum animis afferre. in Partitionibus, 3. a
 Afferre dulcem motum sensibus. de Finib. lib. 2. 8
 Quod enim munus Reipub. afferre maius, meliùve possumus, quàm si docemus atque erudimus iuuentutem? 2. de Diuin. 7. a. Hoc est, munere Reipub. afficere.
 Is confessus est se Cn. Pompeio suis manibus necem afferre voluisse. in Vatin. 33. de Arusp. resp. 22
 Afferre necessitatem. 10. Philipp. 269
 Afferre neruos & industriam. pro Sylla, 17. a
 Afferre nuntium. 7. Verr. a
 Mihi maiorem hæc res dolorem quàm Qu. Hortensio, mihi maius odium afferre debet: pro Sylla, 2. a
 Afferre pacem animis. de Finib. lib. 1. 37
 Afferre periculum patriæ. 1. Offic. 216. a
 Afferre perniciem. 2. Offic. 13. a
 Afferre perturbationem rerum. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 10. 3. a
 Afferre plurimum dignitatis. de Petit. Consul. 4
 Afferre rationem. Tusc. quæst. lib. 1. 32
 Afferre res multum & diu cogitatas. Cato, 35
 Afferre salutem Carboni à bonis, reditus ad bonos non potuit. 3. de Legib. 32
 Vt ea mihi salutē afferre videantur. Sulpitio, lib. 4. ep. 3. 10. a
 Afferre domo scelus mediatum. 2. Philipp. 89
 Afferre sedationem mœrendi. Tusc. q. lib. 3. 55
 Suam quisque videri voluit afferre sententiā. 5. de Fin. 127. a
 Afferre magnum solatium. Læli. 86
 Afferre sollicitudinem. 9. fam. 42
 Afferre somnum. 9. ad Att. 22
 Afferre spem. Tusc. quæst. lib. 1. 21. 9. famil. 42
 Afferre spiritus. pro Sylla, 20
 Afferre suspicionem. 12. Philipp. 331
 Vim hoc quidem est afferre. in Lælio, a
 Afferre vim alicui. in Vatin. 3
 Afferre vim naturæ. Tusc. quæst. lib. 4. 55
 Afferre vim sensibus. de Finib. lib. 2. 13
 Sed perinde valebit, quasi armatissimi fuerint, si reperietur ita parati fuisse, vt vim vitæ aut corpori potuerint afferre. pro Cecinna, 45. a
 Afferre multam vtilitatem Reipub. atque hominum societati. Offic. 3. 37
 In hoc naturam ducem debemus sequi, & communes vtilitates in medium afferre mutatione officiorum, dando, accipiendo. 1. Offic. 34. a
 Hæc enim duo signa putarem mihi æs alienum attulisse. ad Gallum, lib. 7. 24. 7. a
 Aliquantū animi mihi videtur attulisse Labienus. Att. 111. b
 Idque me non ad meam defensionem attulisse, sed illorum

defensionem retulisse. pro Cecinna, 16. a
 Collegii quoque coniunctio non mediocre vinculum mihi quidem attulisse videtur ad voluptates nostras copulandas. Appio, lib. 3. 4. 4. a
 Rationes quoque cur hoc ita sit, afferēdas puto. 5. de Fi. 48. a
 Aut si ita non refellas, afferendum est in contrariam partē, quod sit aut grauius, aut æquè graue. 2. de Orat. 119. a
 Et semper aliquid ad cōmunem vtilitatē afferendū. 1. Off. a
 Tamen medicina nulla affertur. Att. 35. b
 Affertur nihil quo minus, & c. ad Brut. 27
 Nimum rarò nobis abs te literæ afferuntur. Att. lib. 1. a
 Equitibus Romanis honestissimis viris afferuntur ex Asia quotidie literæ, quorum magnæ, & c. Bithyniæ, quæ nunc vestra prouincia est, vicos exustos esse complures. pro lege Manil. 2. a. Id est, quotidie nuntiarur per literas.
 Gratos tibi optatosque esse, qui de me rumores afferuntur, non dubito. Cic. Filius Tironi, lib. 16. 21. 3. a
 Si accepero literas, quas expecto: si spes erit ea, quæ rumoribus afferebatur, ad te me conferam. Att. lib. 3. 51. 1. a
 Eum detrudi cui manus afferantur. pro Cecin. 104
 Vt filia suæ vis afferretur. in Ver. 89. b
 Accessit, quum Dyrhachii essemus, vt duo nuntii afferrentur: vnus, & c. Att. lib. 3. 48. 1. a
 Insidiatori verò & latroni quæ potest afferri iniusta nex: pro Milone, 7. a
 Maior mihi leuatio afferri nulla potest. Seruio Sulpitio, lib. 4. epist. 6. 10. a
 Et plus à vobis præsidii, quàm à cæteris opis ad salutem potest afferri. Att. 14. b
 Quæ interitum allatura esset aut seruitutem. epist. 97. b
 Allatum est ad nos de temeritate eorum. Appio, lib. 3. 10. 1. a
 Allatum est mihi, vel ad me, de morte eius, vel de temeritate eorum. in Bruto, 1. a. Appio, lib. 3. 10. 2. a
 Nihil allatum esse, ne rumoris quidem. 9. ad Attic. 1
 Allatus.
 Allatus nuntius Consulibus. lib. 15. epist. 1. 7. a
 Ridicula ex tempore facta, vel domo allata. Orat. 205. b
 Simplex in iudiciū causa, certa res, verum crimē allatum est. pro Cluentio, 37. a
 Quo nuntio allato, & c. epist. 240. b
 Literæ mihi à L. Domitio allatæ sunt. Att. 121. b
 Domino à familia sua manus allatas esse. pro Quint. 16. b
 Tenesne memoria, tibi in conuentu Puteolis manus esse allatas? a
 Allatis his nuntiis. Senatui, lib. 15. 1. 9. a
 Afficio.
 Et animos eorum ita afficit. a
 Sollicitudo ex te afficit me. in Bruto, 186. a
 Cupio te ædilem videre, miròque desyderio me vrbs afficit. ad Cælium, lib. 2. 12. 10. a
 Omnia conseruat ignis vitalis, sensuque afficit. de N. d. 2. 29
 Quicum omnia, quæ me cura afficiunt, cōmunicem. Att. a
 Idem in angustiis ærarii, victorem exercitum stipendium affecit. pro Corn. Balbo, 49. a. pro Stipendium dedit ei.
 Studium tuum, curaque de salute mea, nulla me noua voluptate afficit. ad Brutum, epist. 16. 1. a
 Literæ tuæ sic me affecerunt, vt non dare tibi beneficium viderer, sed accipere. Att. 229. b
 Quoniam modo ille vos viuus affecerat, qui mortuos inanit cogitatione percussit. pro Mil. 117. b
 Vt dolorē eisdem verbis afficias, quibus Epicurus voluptatem. id est, suauē cum dicas, vt Epicurus. Tusc. q. lib. 2. 14
 Vt eum amplissimo regis honore & nomine affeceris. pro Deiotaro, a. Id est, regem appellaueris.
 Nam aut negari potest, id factū esse quòd laudetur, aut non eo nomine afficiendū, quo laudator affecerit. in Top. 50. a
 Corpus afficere. 1. Offic. 112. a. Id est, macerare.
 Afficere beneficiis, aut cōmodis. 7. Ver. 90. a. pro Clu. 147. a
 Afficere calamitate. pro Rosc. Amer. 86. a
 Afficere aliquem ægritudine. Tusc. q. lib. 3. 67
 Afficere quempiam desiderio. 15. fam. 51
 Afficere aliquem gloria. Tuscul. quæst. lib. 1. 28
 Afficere errore mentis. Att. a

Afficere aliquem honore, nullis meritis suffragantibus. de Pet. Conf. 19
 Afficere deorum honore. de Nat. deor. 1. 29
 Afficere ignominia. 6. Verr. 16. a. pro Rosc. Amer. 66
 Afficere incommodo. 2. de Finib. 12. 6. a. 3. Offic. a
 Afficere iniuriis. a
 Lætitia magna afficere. pro Milone, 58. a
 Afficere aliquem luctu. in Pison. 13
 Afficere macula. pro Rosc. Comædo, 1. a. pro S. R. 37. b
 Afficere metu. a
 Afficere molestia. de Claris Oratoribus, 6. a
 Afficere morbo. pro Cluentio, 24. a
 Afficere muneribus aliquem. 2. fam. 4
 Afficere aliquem sepultura. Diuin. lib. 1. 52
 Afficere pœna. 1. Philipp. 22. a. pro Corn. Balbo, 13. a
 Afficere præmio. pro Corn. Balbo, 5. a
 Afficere timore. pro Quintio, 3
 Magna igitur, vt vides, solitudine afficior, magni inopia consilii. Att. lib. 6. 114. 3. a
 Ego in vita mea nulla vnquam voluptate tanta sum affectus, quanta afficior hac integritate. Att. 80. b
 Magno honore filius ex patris dignitate afficitur. pro Sext. Rosc. 43. b
 Tantis pedum doloribus afficitur, vt se conueniri nolit. Leptæ, lib. 6. epist. 19. 1. a
 Qua is tandem pœna afficitur: pro S. R. 37. b
 Et vt qui audirent, sic afficerentur animis, vt eos affici vellet orator. 1. de Orat. 43. a
 Affici admiratione, *Συμπλήρωσις*. Offic. 2. 51
 Affici ægritudine. Tusc. q. lib. 3. 13
 Affici difficultate. pro Quintio, 5. a
 Omnes scelerati atque impii, quos leges exilio affici voluit, exules sunt, etiam si solum non mutarunt. in Parad. 38
 Affici gaudio. Tusc. quæst. lib. 5. 50
 Affici aliquo incommodo, *βλάπη*. Offic. 1. 35. Tusc. quæ. lib. 3. 67
 Res quæ non laude quidem satis idonea affici possit. Brutus 91. b
 Morte ab aliquo affici. in epist. a. 1. de Inuent. 53. a
 Affici pudore. pro Cecinna, 56. a
 Satieta affici. 209. b
 Affici voluptate animo. de Finib. lib. 3. 30
 Affici vtilitate. 7. fam. 31
Affectus.
 In his tantis periculis ita sum animo affectus, vt non quea, &c. pro Mur. 137. b
 Non queo ad te, nec libet scribere quo animo sum affectus. Tironi, lib. 16. epist. 4. a
 Quomodo ita sis animo affectus, vt supra dixi. 1. Offic. 95. a
 Ego quomodo sum affectus, ex Leptæ & Trebatio poteris cognoscere. Terentiæ, lib. 14. 17. a. Hoc est, quo pacto me habeam.
 Eodem modo sapiens erit affectus erga amicum, quo in se ipsum. 1. de Finib. 104. a
 Nisi qui ita sit affectus, esse liberum neminem. Part. 122. b
 Eodem modo erga amicum affecti sumus, quo erga nosmetipsos. de Amicitia, 51. a
 Atque si sunt quidem ferè quasi quidam habitus animi sic affecti & constituti, vt sint singuli inter se proprio virtutis genere distincti. Parad. 236. b
 Si enim sic erimus affecti, vt propter suum quisque commodum, &c. Offic. 56. b
 Nunc cum ita sumus affecti, vt non possimus planè simul viuere. Att. 211. b
 Oculi nimis arguti, quemadmodum animo affecti sumus, loquuntur. 1. de Legib. 39. a
 Iubet igitur Plato sic ad somnum proficisci corporibus affectis, vt nihil sit quod errorem animis perturbationemque afferat. 1. de Diuin. 120. a
Affectus, pro commotus.
 Affectus auidè de re aliqua. 12. ad Att. 54
 Animus ita videtur affectus fuisse, vt rem cum consilio prospicere non possit. de Inuent. 64. b

Est enim ita affectus, vt nemo vnici filii mortem magis doluerit, quam ille mœret patris. in Ant. 223. b
 Qui enim sentit quemadmodum sit affectus, eum necesse est aut in voluptate esse, aut in dolore. de Finib. 56
 Variè sum affectus tuis literis: valde priore pagina perturbatus, paulum altera recreatus. Tironi, lib. 16. epist. 6. 1. a
 Si iusto, si pio dolore me affectum vides. de Orat. 127. b
 Orator vtcunque se affectum videri, & animum audientis moueri volet, ita, &c. Orat. 202. b
 Aliquem ita affectum esse, vt optime secundum naturam affectus esse possit. de Finib. 130. b
 Non vno modo in disparibus causis affecti esse debemus. 2. Offic. 89. a
 Eos sanos intelligi necesse est, quorum mens motu quasi morbo perturbata nullo sit: qui contra affecti sunt, hos insanos appellari necesse est. Tusc. 192. b
Affectus, pro cumulatus.
 Quomodo tantis à vobis P. C. beneficiis affectus sim, tantis honoribus, &c. in Pisonem, 25. a
 Vir clarissimus Reipublicæ, & vestris beneficiis amplissimis affectus, Q. Catulus. pro lege Manil. 35. a
 Affectus honore, imperio. Offic. 1. 207
 Quanta sim lætitia affectus, facilius est tibi existimare, quam mihi scribere. Brutus Ciceroni, in epist. ad Brutum, 4. 1. a
 Me hoc honore præditum, tantis vestris beneficiis affectum. pro lege Manil. a
 Cum municipibus Volaterranis mihi summa necessitudo est: magno enim meo beneficio affecti, cumulatissimè mihi gratiam retulerunt. Valerio, lib. 13. epist. 4. 1. a
 Vidèrne igitur quanto munere deorum sumus affecti? 3. de Nat. deor. 91. a
 Mitto ereptam libertatem populis ac singulis qui erant affecti præmiis nominatim. in Pisonem, 71. a
 Animi autem spectantur, atque quemadmodum affecti sunt virtutibus, vitiis, artibus, inertis: aut quemadmodum commoti cupiditate, metu, voluptate, molestia. in Part. 10. a
Affectus, pro multatus siue afflicus.
 Quomodo Dolabellæ auaritia, magna desperatione affectus essem. Att. lib. 14. 317. 2. a
 Quomodo tot tantisque difficultatibus affectus atque afflicus, in tuam C. Aquili fidem, veritatem, misericordiam Pub. Quintius confugerit. pro Quintio, 5
 Affectus grauius. 12. ad Att. 41
 Magna molestia affectus. epist. 13. b
 Affectus morbo graui & mortifero. Diuin. lib. 1. 58
 Ita vir clarissimus ab homine deterrimo acerbissima morte est affectus. Seruius Ciceroni, lib. 4. epist. 12. 7. a
 Affectus senectute. 3. de Orat. 39
 Affectus optima valetudine. Tusc. 227. b
 Syracusanam quidem ciuitatem vt abs te affecta sit, ita in te esse animatam videmus. in Verr. 235. b
 Respub. malè affecta. epist. 228. b
 Cæsarque per literas maxima se molestia ex illa contentione affectum ostenderet. Lentulo, lib. 1. a
 Et primò velim existimes, hoc municipium maximis oneribus pressum, summis affectum esse difficultatibus. Cluuius, lib. 13. epist. 8. 5. a
 Non debes temerè Consulem populi Romani saltatorem vocare, sed conspiciere quibus præterea vitiis affectum esse necesse sit eum cui verè istud obici possit. pro Murena, 11. a
 Subitò propè iam affectam ac prostratam Rempub. tuis oprobriis extulisti. ad Octauium, 70. a
 His enim vitiis affectos, & talibus, malos & audaces appellare consuetudo solet. 14. Philipp.
Affectus, sine ablatiuo, pro ægroto.
 L. Cæsare Neapoli affectum grauius videram. ad Att. 232. b
 Qui cum ita affectus esset, vt si ad grauem valetudinem labor viæ accessisset, sibi ipsi diffideret, non recusauit. in Ant. 221. b
Affectus, pro inchoatus.
 Bellum affectum videmus, & verè vt dicam, penè confectum. de Prou. 73. b

Vt ea quæ per ipsum affecta sunt, perfecta, &c. de Pro. 74. b
Affectus, pro aptus.
 Oculus conturbatus, non est probè affectus ad suum munus fungendum. Tusc. 192. b
Affectus, pro dispositus.
 Ad rem pertinet, quomodo cælo affecto, compositisque syderibus quodque animal oriatur. de Diu. 138. b
 Nunquidnam manus tua sic affecta, quemadmodum affecta est, desiderat? de Finib. 57. b
Affectus, pro cognatus, affinis.
 Ducuntur etiam argumenta ex his rebus quæ quodammodo affectæ sunt ad id de quo quaritur. Top. 6. & Partit. 230. b
 Ex affectis loci. 2. de Orat. 90. & 91
Affectus.
 Qualis cuiusque animi affectus, talis homo. Tusc. q. lib. 5. 35
 Affectuum animi species, ad quos auditores impellendi. Brut. 97
Affectio.
 Affectio, est animi aut corporis ex tempore aliqua de causa commutatio: vt lætitia, cupiditas, metus, molestia, morbus, debilitas, & alia quæ in eodem genere reperiuntur. 1. de Inuent. 53. a
 Affectio, est quædam ex tempore, aut ex negotiorum euentu, aut administratione, aut hominum studio, commutatio rerum: vt non tales, quales antè habitæ sint, aut plerumque haberi soleant, habendæ videantur. 2. de Inuent. 151. a
 Affectio valeat, si vis, ad quasdam res: ad omnes certè non valebit. de Fato, 13. a
 Firma corporis affectio. Tusc. q. lib. 5. 21
 Non enim omne vitium partes habet dissentientes: vt eorum, qui non longè à sapietia absunt, affectio est illa quidem discrepans à se ipsa, dum est insipiens, sed non distorta nec praua. 4. Tusc. 23
 Impulsio, est quæ sine cogitatione per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur. de Inuent. 64. b
 Ad primam atque optimam affectionem animi peruenerint. de Vniuers. 57
 Illum impetum & quandam commotionem animi affectionemque verbis & sententiis amplificare debet, & ostendere quanta vis amoris sit, quanta animi perturbatio ex iracundia fiat. 2. de Inuent. 134. a
 Affectionem animi, lumine mentis carentem, philosophi nominauerunt amētiam, eandemque dementia. Tusc. quæst. lib. 3. 8
 Ex affectione quomodo coniectura capienda. 2. de Inu. 142
 Ex animorum affectione testamenta, commendationesque morientium nata sunt. de Finib. 103. b
 Tu verò Metrodore, qui omne bonum in visceribus medullisque conderis, & definiens summum bonum firma corporis affectione, explorata spe contineri, fortunæ aditus interclusisti? Tusc. 41. a
 O vim maximam erroris! etiãme vrbs natalis dies, ad vim stellarum & Lunæ pertinebat: Fac in puero referre, ex qua affectione cæli primum spiritum duxerit: num hoc in latere, aut in cæmento, ex quibus vrbs effecta est, potuit valere? 2. de Diuin. 148. a
 Omnes rectæ animi affectiones, virtutes appellatur. Tusc. quæst. lib. 2. 38
 Vita enim affectiones sunt manentes, perturbationes autem mouentes: vt non possint affectionum manentium partes esse. 4. Tusc. 45. a
Affectio.
 Omni diligentia munditiam non affluentem affectabat. Attic. 269. b
 Nunc verò quam viam munitet, quod iter affectet, videtis. pro Rosc. Amer. 83. a
 Affectare aliquod iter. pro Rosc. Amer. 83
Affigo.
 Minerua cui pinnarum talaria affigunt. de N. 71. b
 Itaque nec ei manus affixit, quia nec capiendum quicquam erat. de Vniuers. 198. b

Sed si ego hos (iudices) bene noui, literam illam, cui vos vsque eo inimici estis, vt etiam eas omnes oderitis, ita vehementer ad caput affigent, vt postea neminem alium, nisi fortunas vestras accusare possitis. pro Roscio Amerino, 34
 Ea maximè animis affigi nostris, quæ essent à sensu tradita atque impressa. 2. de Orat. 194. a. Id est, tenaciter inharere.
Affixus.
 Sed in anima sensuque meo penitus affixa atque infixa est. 7. Verr. 108. a
 Quibus in rebus me ille sibi affixum habebit. 1. fam. 27. Id est, adeo sedulus, vt nunquam à latere eius discedam. Alii adiutorem exponunt.
 Dedit etiam alteram mihi, qua iubet eum mihi esse affixum tanquam magistro. ad Q. frat. lib. 3. 13. Id est, mihi inharere, & à me non discedere.
 Vt Ithacam illam in asperrimis saxulis tanquam nidulum affixam, sapientissimus vir immortalitati anteponeret. 1. de Orat. 96. a. Id est, saxis & rupibus adharerem.
 Continentia cum ipso negotio sunt ea, quæ semper affixa esse videntur ad rem, neque ab ea possunt separari. 1. de Inuent. 54. a
Affingo.
 Extorum fieri mutatio potest, vt aut absit aliquid, aut superfit. Paruis enim momenti multa natura aut affingit, aut mutat, aut detrahit. 1. de Diuin. 193. a
 Poeta peccat etiam, quom probam orationem affingit improbo, stultòve sapientis. in Orat. 41. a. Id est, fingendo accommodat.
 Sed tantum alteri affinxit, de altero limauit. de Orat. 146. b
 Qui nihil opinione affingat, assumatque ad ægritudinem. Tusc. q. lib. 3. 68
 Fit enim plerumque, vt hi qui boni aliquid volunt afferre, affingant aliquid, quo faciant id, quod nuntiant lætius. 6. Philipp. a
 Faciamque vt intelligatis in tota illa causa, quid res ipsa tulerit, quid error affinxerit, quid inuidia conflarit. pro Cluentio, 6. a
 Quia huic generi malorum non affingitur illa opinio, &c. Tusc. q. lib. 3. 58
 In quibus describuntur hominum mores, & ita affinguntur, vt aut re narrata aliqua, quales sunt intelligantur. 2. de Orat. 134. a
Affictus.
 Sed de Lucullo dicam alio loco, atque ita dicam Quirites, vt neque vera laus ei detracta oratione nostra, neque falsa afficta esse videatur. pro lege Manil. 6. a
 Nullam partem corporis sine aliqua necessitate affictam, totamque formam quasi perfectam reperietis. 3. de Oratore, 98. a
 Connexum autem ita sit principium consequenti orationi, vt non tanquam citharæ di proœmium affictum aliquod, sed coherens cum omni corpore membrum esse videatur. 2. de Orat. 177
Affinis.
 Qualis tandem fuit affinis tuus Catule Tuditanus? 4. Academ. 15. a
 Antè solitos esse accusatores iudicibus persuadere, affinem esse alicuius culpæ eum qui accusaretur. 2. de Inuentione, 218. a
 Verum id quod adhuc est suspiciosum, nisi perspicuum res ipsa fecerit, hunc affinem culpæ iudicatote. pro Rosc. Amerino, 11
 Neque vsque eò Sthenio esse inimicum, vt eum rei capitalis affinem esse diceret. 4. Verr. 64
 Quantum facinus ad nos delatum sit, videtis. huic si paucos putatis affines esse, vehementer erratis. in Catil. 78
 Circumspicite paulisper mentibus vestris hosce ipsos homines, qui huic affines sceleri fuerunt. pro Sylla, 52. ad Herennium, lib. 4. 152. a
 Hic contra ita quieuit, vt eo tempore omni Neapoli fuerit, vbi neque homines fuisse putantur huius affines suspicionis. pro Sylla, 12

Duos solos video autoritate Cenforum affines ei turpitudini iudicari. pro Cluent. 100
 Tu affinem tuam, filiam meam, a genibus repulisti. Post. 208. b
 Tu me affinem tuum constrictum inimicis Reip. tradidisti. Post. 207. b

Affinitas.

Affinitatis coniunctio. 2. ad Attic. 41
 Illa sibi ad confirmandas inimicitias, affinitatis coniunctionem pignori fore putauit. pro Cluent. 151. a
 Quod quisque te maxime cognatione, affinitate, necessitudine aliqua attingebat. 4. Verr. 16. a
 Nam & cum summo illo oratore Seruio Galba, cuius C. filio filiam suam collocauerat, affinitate se deinxerat. in Brut. 50. a
 Cognationes, affinitates, &c. de Orat. 118. b
 Sequuntur connubia & affinitates: ex quibus etiam plures propinqui. 1. Offic. 80. a
 Serpit sensum foras, cognationibus primum, tum affinitatibus, deinde amicitias, post vicinitatibus. de Fin. 140. b

Affirmo.

Affirmo tibi nullam consolationem esse talem. Attic. lib. 11. 241. 3. a
 Affirmo tibi omni asseueratione. 13. ad Att. 30
 Tamen hoc affirmo, & hoc pace dicam tua, nullam, &c. pro Marcello, 131. b
 Illud tibi affirmo, si rem istam ex sententia gesseris, fore ut ab omnibus collaudere. Lent. lib. 1. epist. 7. 18. a
 Dicam igitur ad ea quae sunt a te dicta, sed ita nihil ut affirmem, quae omnia. de Diu. 110. b
 Nihil enim aliud affirmare possum, nisi sententiam & opinionem meam. 2. de Orat. 80. a
 Quid dubitamus igitur affirmare, nihil inter haec interesse? 4. Acad. 92. a
 Nam id quidem difficile est affirmare. de Diu. 106. b
 Non soleo mi Brute temere affirmare de altero. ad Brutum, epist. 1. 3. a
 Quid opus est de Dionysio tam valde affirmare: an mihi nutus tuus non faceret fidem? Attic. lib. 7. 128. 1. a

Affirmatus.

Approbatio est, per quam id quod breuiter expositum est, rationibus affirmatum, probabilibus & apertius fit. 1. de Inuent. 81. a

Affirmatio.

Est enim iusurandum affirmatio religiosa. 3. Offic. 141. a
 Credidi chirographis eius, affirmationi praesentis Laterensis, qui tum apud me erat. Planc. Cicero, lib. 10. ep. 21. 2. a
 Sed quum explorati nihil haberem: nec tibi sollicitudinem ex dubitatione mea, nec spem ex affirmatione asserere volui. ad Patrum, lib. 9. a
 Plura tibi de meis consiliis scriberem, rationemque omnium rerum redderem verbosius, quod magis iudicares omnia me Reipublicae praestitisse, quae & tua exhortatione excepi, & mea affirmatione tibi recepi. Plancus Cicero, lib. 10. epist. 7. 1. a

Affirmate.

Quod autem affirmate, quasi Deo teste, promiseris, id tenendum est. Offic. lib. 3. 141

Afflictio, Afflictio, Afflictus, Vide Affligo.

Affligo.

Senectus eneruat & affligit homines. de Sen. 83
 Illi autem statuam istius persimilem, quam stare in loco celeberrimo voluerunt, ne suauissimi hominis memoria moreretur, deturbant, affligunt, comminuunt, dissipant. in Piso. 74. a
 Afflixit hunc calamitas. pro Cluent. 159. a
 Ut me leuarat tuus aduentus, sic discessus afflixit. Attic. lib. 13. epist. 260. 1. a
 Afflixit principum grauitatem. 3. de Leg. 20
 Qui Catuli monumentum afflixit, meam domum diruit. pro Cael. 61. a
 Non solum afflixerunt, sed etiam funditus sustulerunt. contra Rul. 83. b
 Q. Scruolae mors tantum potuit, ut omnes ciues suos per-

diderit & afflixerit. pro Rosc. Amer. 20. a
 Si hunc, Iudices, vestris sententiis afflixeritis, quod se miser vertet: pro Mur. 80. a
 Affligere & debilitare animos metu. Tusc. q. lib. 4. 27
 Affligere causam. pro Sest. 78
 Alicuius domum non solum affligere, sed etiam religione sempiterna obligare. pro Dom. 134. b
 Nullus morbus aut senectus mundum potest affligere. de Vniuers. 197. b
 Affligere se. Attic. lib. 2. 34. 3. a. Id est, se angere, vexare, excruciare.
 Quod iudicaret hoc oratoris esse maxime proprium, rem augere posse laudando, vituperandoque rursus affligere. in Brut. 23. a. De Gorgia loquitur.
 Conseruate, Iudices, parenti filium, parentem filio, ne aut senectutem iam propere desperatam contempseris, aut adulescentiam plenam spei maximae, non modo non aluisse vos, sed etiam percussisse atque afflixisse videamini. pro Caelio, a

Ad affligendum illum, aut certe capiendum. 9. ad Att. 70

Afflictus.

Aliquis afflictus & euersus. pro Qu. 13. b
 Afflictus & fractus animus. Att. 193. b
 Afflictus, & iam omni spe salutis orbatus. 6. fam. 18
 Afflictus debilitatusque aegritudine. Tusc. q. lib. 4. 28
 Fractus & afflictus calamitate. pro Syl. 169. b
 Afflictus grauissimè aliquo casu. 9. fam. 20
 Magnis clamoribus afflictus conticuit & concidit. Attic. lib. 1. 11. 18. a
 Afflictus concursu & odio populi. 3. ad Q. frat. 16
 Afflictus luctu aut mœrore. in Pis. 67. a. 9. Philip. 264. a. in Catil. 26. a. Tusc. q. lib. 3. 37
 Itaque ut hanc Graeciam, quae iamdiu suis consiliis perculsa & afflicta est, omittam: illa vetus, quae quondam opibus, imperio, gloria floruit, hoc vno malo concidit, libertate immoderata ac licentia concionum. pro Flacco, 12. a
 Si nobilitas hominis, si afflicta fortuna, si reliquae pristinae dignitatis, non tam illustres fuissent. pro Sylla, 28. a
 Afflicta salus. ad Lent. lib. 1. 6. 3. a
 Afflicta virtus maxime luctuosa. 2. de Orat. 117
 Quod certe afflicti & fracti animi non fuit. Attic. lib. 12. 242. 6. a
 Qui mihi primus afflicto & iacenti dexteram porrexit, post reditum in Senatu, 21. a
 Hic se ita fractum illa calamitate atque afflicto putauit, ut nihil sibi ex pristina dignitate superesse arbitraretur. pro Sylla, 11. a
 Hunc in illo timore & fuga Tygranes rex Armenius excepit: diffidentemque rebus suis confirmavit: & afflicto erexit, perditumque recreauit. pro Leg. Manil. 15. a
 Quanto tandem illum mœrore afflicto esse & profligatum putatis? in Catil. 26. a
 Videtis igitur hominem per seipsum iam pridem afflicto ac iacentem, perniciosi optimatum discordiis excitari. de Arusp. resp. 46. a
 Ut per se afflicto atque euersum propinquum suum non modo honestè partis bonis, verum etiam communi luce priuaret. pro Quintio, 49. a
 Senatam abiectum ac afflicto excitauit. ad Atticum, 12. b. 1. fam. 40
 Auxerat autem meam quidè spem, quod domum Antonii afflicto mœstitia audiebam, lamentari vxorem. 12. Philip. 310. a
 Nec tuas vnquam rationes ad eos scopulos appulisses, ad quos Sex. Titii afflicto nauem videres. pro C. Rab. 19. a
 Alia sunt tua facta atque consilia, summa laude digna, quibus illam tu prouinciam afflicto & perditam erexisti atque recreasti. 5. Verr. 182. a
 Fateatur se non bellè dicere, non ad voluntatem loqui posse, non ab afflicto amicitia transfugere, atque ad florentem aliam deuolare. pro Quint. 62
 Qui me animo nimis fracto esse atque afflicto loquebatur. pro Dom. sua ad pontif. 74. a

Atque ita afflicti & exanimati iacent. Tusc. q. lib. 2. 48
 Hoc iam ferè sic fieri solere accepimus, ut regum afflicto fortunae facile multorum opes alliciat ad misericordiam. pro Leg. Manil. 16. a
 Afflicto luctu miseriae. 3. ad Att. 11
 Afflicto prostratoque religiones. 2. de Legib. 41
 Ego recreauit afflicto animos bonorum, vnumquemque confirmans, excitans. Att. lib. 1. 11. 13. a
 Quid tam porro regium, tam liberale, tam munificum, quam opem ferre supplicibus, excitare afflicto, dare salutem, liberare periculis? 1. de Orat. 17. a
 Quid ergo hoc fieri turpius, aut dici potest, quam eum, qui hanc personam susceperit, ut amicorum controuersias causasque tueatur, laborantibus succurrat, aegris medeat, afflicto excitet, hunc in minimis tenuissimisque rebus ita labi, ut aliis miserandus, aliis irridendus esse videatur? 1. de Orat. 82. a

Afflictior conditio. 6. fam. 5

Afflictio.

Molestia, afflictio, desperatio. 4. Tusc. 16. a
 Habet ardorem libido, &c. sed aegritudo maiora quaedam, tabem, cruciatum, afflictionem, foeditatem. Tusc. 196. b
 alia afflictionem.

Afflicto.

Quod me afflicto, cum ita sim afflicto, ut nemo vnquam. 3. ad Attic. 16
 Quum se Alcibiades afflicto. Tusc. q. lib. 3. 67

Afflictor.

Accepi a te signatum libellum, quem Anteros attulerat: ex quo scire nihil potui de domesticis rebus, de quibus acerbissimè afflicto: quod qui eas dispensauit, neque adest istic, neque vbi terrarum sit, scio. Att. lib. 11. 209. 1. a
 Squalent municipia, afflicto colonia. pro Mil. 105. b
 Hoc etiam turpius afflicto Resp. quod ne ab eo quidem vexatur, &c. de Arusp. resp. 37. a
 Sape homines aegri, morbo graui, quum aetu febris iactantur, si aquam gelidam biberint, prius releuari videntur: deinde multo grauius vehementiusque afflicto. in Catil. 23. a
 Afflicto acerbissimè de re aliqua. 11. ad Attic. 1
 Tum afflicto lamentarique coepisse. Tusc. q. lib. 3. 56

Afflictatio.

Afflictatio, est aegritudo cum vexatione corporis. Tusc. q. lib. 4. 15

Afflictor.

Age, Senatus odit te: quod eum tu facere iure concedis: afflictoem & proditorem non modo dignitatis & auctoritatis, sed omnino ordinis ac nominis sui. in Pis. 51. a

Afflictus.

Effocinata virtus afflicto occidit. 2. Tusc. 35. a

Afflio.

Sed tamen rumoris nescio quid afflauerat, commissione Graecorum, frequentiam comitiorum non fuisse. Attic. lib. 16. 333. 12

Iste quotidie per forum medium, tanquam iubatus draco serpit, dentibus aduncis, aspectu rabido, spiritu venenato, circumspectans huc & illuc, si quem reperiat, cui aliquid mali faucibus afflare, quem ore attingere, dentibus infecare, lingua aspergere possit. ad Heren. lib. 4. 129. a
 Quum admiraretur Lyfander & proceritates arborum, & directos in quincuncem ordines, & humum subactam atque puram, & suauitatem odorum qui afflaretur è floribus. de Senect. 55

Sperat sibi auram posse aliquam afflari in hoc crimine. 3. in Verr. 24. a. Id est, ab aliquo fauore se posse adiuuari.
 Poetam natura ipsa valere, & mentis viribus excitari, & quasi diuino quodam spiritu afflari. pro Archia, 14. a

Afflatus.

Quid tam diuinum, quam afflatus è terra mentem ita mouens, ut ea prouidam rerum futurarum efficiat? 2. de Diu. 176. a

Nemo vir magnus sine aliquo afflatu diuino vnquam fuit. 2. de Nat. d. 147. a

Afflatu diuino mentem alicuius concitare. 1. de Diu. 69. a
 Oracula quae instinctu diuino afflatuque funduntur. 1. de Diu. 64. a
 Nemo poeta sine inflammatione animi, & sine quodam afflatu, quasi furoris esse potest. de Nat. 59. b

Affluo.

Nihil affluxit literarum nec rumoris ex istis locis. 3. ad Q. frat. 20
 Nam si ea sola voluptas esset, quae quasi titillaret sensus, ut ita dicam, & ad eos cum suauitate afflueret, & illaberetur, &c. 1. de Fin. 31. Tanquam de liquore dixit Afflueret: id est leniter flueret, & quasi lapsu permearet. quod per verbum Illaberetur declarauit.
 At miser si in vitiosa & flagitiosa vita afflueret voluptatibus. 2. de Finib. 77
 Affluere fatietate. Diu. lib. 1. 56

Affluens.

Affluens bonis omnibus. de Nat. 12. b
 Largitus est scilicet homo liberalis, & dissolutus, & bonitate affluens Fannius Roscio: pro Rosc. Com. 16. a
 Homo diuitis affluens. de Amic. 106. b
 Homo omni lepore & venustate affluens. 7. Verr. 111. a
 Affluens opibus & copiis. pro Leg. Agra. 81. a
 Modò inquam patrimonio non comeso, sed deurato, quibus rationibus repete factus es tam affluens & tam beatus? in Sallust. 12. a
 Affluens omni scelere domus. pro Cluent. 150. a
 Alter vnguentis affluens, calamistrata coma. pro Sest. 13. a
 Nam ibi natus est loco nobili & celebri quondam vrbe & copiosa, atque eruditissimis hominibus liberalissimisque studiis affluenti. pro Archia, 3. a
 Otio nimio, & ingeniis vberimis affluentes doctissimi homines. 3. de Orat. 32. a
 Ut omnium rerum affluentiis copiis, &c. Offic. 1. 213
 Ditor mihi & affluenti videtur esse vera amicitia. L. 1. 52
 Nihil bonis omnibus affluenti. de Nat. d. 1. 37
 Quoque affluenti voluptates hauriat. 5. Tusc. 25. a

Affluentia.

Ex hac copia, atque omnium rerum affluentia, primum nata est arrogantia. pro Leg. Agr. 93. a

Affor.

Liber quo me hic affatus quasi iacetè excitauit. Brut. 166. b
 Et eum affatus est qui arabat. de Diu. 119. b
 Nam scripsit his verbis, quum hunc nomine esset affatus? de Clar. Orat. 137. a
 Qui locus est aut tam desertus, aut tam inhumanus, qui illos, quod accesserint, non affari atque appetere videatur? 2. Philip. 53. a
 Licet versibus iisdem te affari. de Sen. 77. b

Affabilis.

Et in omni sermone omnibus affabilem & iucundum se esse vellet. 1. Offic. 158. a

Affabilitas.

Quantopere conciliet animos comitas, affabilitasque sermonis. 2. Offic. 68. a

Affore.

Non me hercule suspicatus sum illam affore. ad Papirium, lib. 9. 26. 5. a

Afranius.

Afranius, dux Pompeianarum partium. 8. ad Att. 13
 Afranius scedè periit. 6. fam. 44
 Africa.

Africa, tertia pars orbis terrarum. pro S. R. 35. b
 Africa, omnium pop. Ro. prouinciarum arx. pro Ligar. 13
 In Africam ex Sicilia gradus imperii factus est Romanis. 4. in Verr. 2

Salustius inferiorem Africam obtinens. In Sal. 275. b
 Marius cum parua nauicula traiecit in Africam. Post. 202. b
 Carthago vetus in Africa. contra Rul. 76. b
 Vulcanus in Africa. de Nat. 18. b

Afri.

Afri, immanes ac barbari. 1. ad Q. frat. 21

Afris alia Ammonis Iouis species. de Natura deor. 1. 58. pro Corn. Balbo, 63. b

Africanus.

Africanus, diuinus homo. pro Arch. 11

Africanus, homo existimationis retinendæ cupidissimus, quomodo cuidam familiari responderit. 4. in Verr. 19

Africanus Æmilianus, ep. 1. 2. de Orat. 150

Africanus, Catonis & Lælii discipulus. 1. de Inuent. 7

Africanus libros Xenophotis de Cyro ponere de manibus non solebat. 1. ad Q. frat. 17

Africanus in libris de Repub. Ciceronis persuadere conatur rerum publicarum omnium veterem fuisse optimam. 2. de Leg. 25

Africanus M. Alienum Pelignum scuto protexit, gladiumque hosti in pectus infixit. Tusc. q. lib. 4. 39

Africanus, secundo bello Punico. 2. de Nat. d. 12. 4

Africanus Socraticum Xenophontem semper in manibus habuit. Tusc. q. lib. 2. 54

Africanus Socratici Xenophontis in primis laudabat illud, quod diceret, eosdem labores non esse æquæ graues imperatori & militi, quod ipse honos laborem leuiorem faceret Imperatorum. Tusc. q. lib. 2. 54

P. Africanus maior Senatui primum locum ludis assignauit. de Arusp. respon. 21

P. Africanus duos terrores imperii Romani, Carthaginem, Numantiamque deleuerat. pro Mur. 53

P. Africanus veterem Carthaginem consecrauit. in Rull. 3

P. Africanus L. Cottam in iudicium vocauit. 1. in Verr. 38

P. Africanus, quid de Tib. Gracchi morte senserit. pro Milone, 5

P. Africanus, Carthagine deleta, Siculorum vrbes monumentis pulcherrimis exornauit. 4. in Verr. 3

P. Africanus, domi suæ quiescens, interfectus. pro Mil. 12

P. Africanus, sol alter, eo anno extinctus, quo sol geminatus apparuit. de Nat. d. 2. 11

Africani fratris nepos omnium perditorum ita similis fuit, vt esset facile deterrimus. Tusc. q. lib. 1. 66

Africani laus. 1. de Inuent. 7

Africani superioris celeritas in re gerenda. 7. in Verr. 20

Africani minoris singulare consilium. 7. in Verr. 20

Africani cognomen declarat tertiam orbis partem eum subegisse. pro Rosc. Amer. 62

Africani rumores. pro Deiot. 17

Nox Africano acerba. 10. ad Att. 24

Ex bellica laude aspirare ad Africanum nemo potest. de Cla. 172. b

Africanum C. Carbo interemit. 2. ad Q. frat. 9

Cur Africanum domestici parietes non texerunt? 3. de Natura deo. 59

Africano multo maior Cn. Pompeius. 5. fam. 17

In Africano dissimulationem, quam Græci εἰσαγγελία vocant, fuisse ait Fannius. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 116

Africani, Maximi, Pauli, Scipiones. ad Octa. 47

Africanus.

Africanæ causæ iratior Cæsar. 6. fam. 44

Secutum est bellum Africanum. pro Deiot. 16. a

At eo tempore ipso Nicæam Ephesumque mittebat qui rumores Africanos exciperent, & celeriter ad se referrent. pro Deiot. 17. a

Africus.

Africo vento inuectæ angues ex vastitate Libyæ (in Ægyptum.) de Nat. d. 1. 72

Agamedes.

Trophonius & Agamedes quum Apollini Delphis templum exædificassent, venerantes Deum, petierunt mercedem non paruam quidem operis & laboris sui, nihil certi, sed quod esset optimum homini. 1. Tusc. 184. a

Agamemnon.

Agamemnonis caput, a pictore in Iphigeniæ immolatione obuolutum. Orat. 41

Est tamen non alieni à dignitate tua, quod ipsi Agamemnoni regum regi fuit honestum, habere aliquem in consiliis capiendis Nestorem. 9. fam. 27

Quid Agamemnone in iurgio (fœdus?) Tusc. q. lib. 4. 41

Agathinus.

Agathinus Thermitanus Verrem domum suam inuitat. 4. in Verr. 62

Age.

Age age, inquit: satis enim scite me nostri sermonis principium esse voluisti. 5. Tusc. a

Age hoc malum, quod mihi commune est cum omnibus, nihil tibi mando, vt, &c. Att. 98. b

Age iam, concedo non esse miseros qui mortui sunt. in Tuscul. a

Age nunc, iter expediti latronis cum Milonis impedimentis comparate. pro Milone, 40. a

Age nunc, refer animum sis ad veritatem. pro Roscio Amer. 27. a

Age nunc, illa videamus iudices, quæ statim consecuta sunt. pro Rosc. Amer. 63. a

Age nunc, ex ipsius Chryfogoni iudicio, Rosciorum factum consideremus. pro Rosc. Amer. a

Age porro, quid si ipsi velint iudices adscribere, passuruse sit populus? de Inuent. lib. 2. 221. a

Age porro, tu qui te tam religiosum existimari voluisti interpretem fœderum: cur Tauromitanis frumentum, cur Nerinis imperasti, quarum ciuitatum vtraque fœderata est? 7. Verr. 45. a

Age porro, custodiri ducem prædonum nouo more, quam securi ferri omnium exemplo magis placuit. 7. Ver. 54. a

Age quoniam, &c. pro Cl. 34. b

Age sanè, inquam. 2. de Finib. a

Age verò, cæteris in rebus qualis sit temperantia, considerate. pro Leg. Manil. 27. a

Age verò, laudo aliquem, non offendo. epist. 85. b

Age verò nunc inferte oculos. pro Font. 283. b

Age verò, vrbibus constitutis, vt fidem colere, &c. 1. de Inuent. 4

Agedum, Agite.

Agedum conferte nunc cum illius vita vitam P. Syllæ, vobis, populoque Rom. notissimam. pro Syl. 53. a

Agite verò, vt vultis: sed nunc quidem, quoniam id temporis est, furgendum cenfeo & requiescendum. 2. de Orat. a. Tuscul. 184. b

Ager.

Agerensis ager. in Rull. 55

Cognoscerent qui ager colonus esset, quod milites veterani deducti essent, qui contra legem Iuliam possideretur, vt is militibus veteranis diuideretur. 5. Philip. 202. a. Id est, in quem colonia deducta esset, & qui colonis esset assignatus.

Vt ager, quauis fertilis, sine cultura fructuosus esse non potest, sic sine doctrina animus. Tusc. q. lib. 2. 10

Ager frugifer. Tusc. q. lib. 2. 10

Tum erat ager in cultu sine te cto, nunc est cultissimus cum optima villa. pro Q. R. 50. b

Fundus Irpinus, siue ager Irpinus, totum enim possidet. contra Rul. 88. b

Qui ager neque villam habuit, neque vlla ex parte fuit cultus. pro Q. R. 50. b

Num igitur horum senectus miserabilis fuit, qui se agri cultione oblectabant? de Senect. 52. a

Fines agri. in Vat. 218. b

Ita aqua Albana deducta ad vtilitatem agri suburbanum, non ad arcem vrbemque retinendam. 2. de Diuin. 105. a

Vt agro à Senatu & vacatione donatus est. de Nat. d. 2. 5

Agro bene culto nil potest esse nec vsu vberius, nec specie ornatus. Cat. 53

Ex agro culto, vel qui coli possit, vllam partem sepulchro sumi vetat Plato, sed quæ natura agri tantummodo efficere possit, vt mortuorum corpora sine detrimento viuorum recipiat, ea potissimum vt compleatur. Quæ autem terra fruges ferre, & vt mater cibos suppeditare possit, eam ne quis minuat, neque viuus, neque mortuus. 2. de Legib. 61

Vite atque agro exterminatus. de Nat. d. 1. 44

Ex agro tuo tantum mihi assignes, quantum meo corpore occupari potest. 3. ad Att. 32

Quintius de saltu agroque communi vi detruditur. pro Qu. 4. b

Is habet in Volaterrano agro possessionem. Ep. 10. 4. b

Agri fertiles. Offic. 1. 71. qui multo plus afferunt, quam acceperunt.

Agri fructuarii. 8. fam. 28. in epist. Cælii.

Agri ne consecrentur, Platoni assentior. 2. de Leg. 43

Vt agri non omnes frugiferi sunt, qui coluntur: sic animi non omnes culti fructum ferunt. Tusc. q. lib. 2. 10

Quum essent agri deorum immortalium excepti lege Cenforia. 3. de Nat. d. 34

Adscribit idem auctori Corinthios agros opimos & fertiles. de lege Agr. 56. a

Quid, qui agros immunes liberisque arant, cur oderunt? 4. Verr. 120. a

Agros habent & natura perbonos, & diligentia culturaque meliores. pro Fl. 161. b

Agros legionibus assignari puto oportere æqualiter aut forte. 11. fam. 33. in epist. D. Bruti.

De agris eorū legem iniquissimam promulgassent. 13. fa. 6

Agri Syllanis & agro Campano. 11. fam. 33. in ep. D. Bruti.

Agellus.

Quum agellus eum non satis aleret. de Nat. d. 1. 50

At enim minora dii negligunt, neque agellos singulorum, nec viticulis persequuntur. 3. de Nat. d. 12. 4. a

Qui tot annis agellos suos ante te Prætorem redimere à piratis solebant. 5. Verr. 72. a

Agrarius.

Agraria facultas. 2. ad Att. 35

Agraria lex Rulli. 8. famil. 16. in epist. Cælii.

Agraria lex à Flauio Tribuno plebis vehementer agitabatur. Att. lib. 1. 14. 4. a

Huic toti rationi agrariæ Senatus obuersabatur. ad Attic. lib. 1. 14. 5. a

Ob eamque causam aut agrariam rem tentant. Offic. 2. 115

Agrarii, pro iis qui agros cupiebant, vt subuenirent suæ inopia. 1. ad Att. 62. & 16. 48. Alibi Agripetas appellat.

Qui agrarios concitare conatus est. in Catil. 76. a

Non sollicitabit rursus agrarios? 7. Philip. 228

Agrestis.

Nautæ fame coacti, radices palmarum agrestium colligebant, & his miseri perditique alebantur. 7. Verr. 69. a

Agrestis, per metaphoram, pro duro, aspero, acerbio.

Agrestis immanitas. 1. de Diuin. 107. a

Agrestis & inhumana negligentia. de Offic. 26. b

Agrestis adeo nemo est, qui non saltem contumelia & dedecore moueatur. Partit. 49

Rustica vox & agrestis quosdam delectat. 3. de Orat. 24. a

Exculto animo, nihil agreste, nihil inhumanum est. Attic. lib. 258. 2. a

Hoc primum intelligamus, hominum duo esse genera: alterum indoctum & agreste, quod anteferat semper vtilitatem honestatē: alterum expoliturum, quod rebus omnibus dignitatem anteponat. in Partit. 48. a

Agreste hospitium & maritimum. 2. ad Attic. 40

Principio clamare, agreste quiddam est. de Orat. 64. b

Fugere agrestem & inhumanam negligentiam. 1. Offic. 182. a

Quis nostrum tam animo agresti ac duro fuit, vt Roscii morte nuper non commoueretur? pro Arch. 13. a

Libenter verò istinc tanquam à domino agresti ac furioso profugi. de Senect. 43. a

Quæ vis alia potuit aut dispersos homines vnū in locum congregare, aut à fera agrestique vita ad hunc humanum cultum ciuilemque deducere? 1. de Orat. 18. a

Ligures montani, duri atque agrestes. de lege Agr. 93. a

Sed sunt quidam aut ita lingua hæsitantes, aut ita voce absoni, aut ita vultu motuque corporis varii atque agrestes, vt, &c. 1. de Orat. 57. a

Seruos agrestes & barbaros ex Apennino deducere. pro Milone, 19. a

Agrestes atque horridos viros sine nitore & palæstra habere in historia. 1. de Leg. 5

Quæ barbaria India vastior aut agrestior? 5. Tusc. 113. a

Agrestis, substantiuum, pro homine rustico.

Et quoniam non est nobis hæc oratio habenda aut cum imperita multitudine, aut in aliquo conuentu agrestium, audacius paulò de studiis humanitatis disputabo. pro Mur. 55. a

Agricola.

Arbores seret diligens agricola. 1. Tusc. 50. a

Vt optimus paterfamilias & diligentissimus agricola & pecuarius haberetur. pro Deiot. 18. a

At ego (vt tute arguis) agricola & rusticus. pro Rosc. Am. 57. a

Si de rusticis rebus agricola quispiam disertè dixerit. de Orat. 112. b

Qui suos liberos, quos plurimi faciunt, agricolas assiduos esse cupiunt. pro Rosc. Amer. 26. a

Agricoltura.

Nihil est agricultura melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius. 1. Offic. 211. a

Quinetiam agricultura, quæ abhorret ab omni politiore elegantia, tamen eas res, &c. de Fin. 90. b

Libri Magonis Carthaginensis de agricultura. de Orat. 106. b

Si mandandum aliquid procuratori de agricultura, aut imperandum villico sit. de Orat. 106. b

Agripeta.

Agripeta venerat in eam (nempe Samum.) de Nat. d. 1. 50. de Neocle patre Epicuri.

Agripetas concisos audio. 16. ad Attic. 1

Seruulos autem dicere eum & agripetas eiectos à Buthroitiis. Attic. lib. 15. 49

Agessias.

Agessias, alter Cyrenæus philosophus Platonicus, prohibitus à Ptolemæo in scholis docere, aut legere: quoniam, &c. 1. Tusc. 131. a

Agessilaus.

Agessilaus Rex à Xenophonte eruditus. 3. de Orat. 77

Agessilaus neque pictam, neque fictam imaginem sui esse passus est. 5. fam. 33

Agessilai laus. 1. ad Q. frat. 41

Agessilai in summo imperio nemo vnquam verbum vllum asperius audiuit. Tanta fuit tanti regis modestia. ad Q. fratrem, lib. 1. epist. 2. 12. a

Agessis.

Agessis ergo, quoniam in confirmationem & reprehensionem diuieras orationis fidem, & dictum de altero est, expone nunc de reprehendendo. in Partit. 24. a

Agessis, nunc de ratione videamus. Tusc. q. lib. 2. 37

Agger.

Si enim C. Antonius quod animo intenderat, perficere potuisset: Macedoniam, Illyricum, Græciam perdidissemus. Esset vel receptaculum pulso Antonio, vel agger oppugnandæ Italiæ, Græciæ. 10. Philip. 275. a

Vallo & fossa circumdedit: sex castellis, castrisque maximis septi: aggere, vineis, turribus oppugnauit. 15. fam. 18

Aditus hostium castellis & aggeribus prohibetur. in A. 196. b

Agglutinatio.

Itaque statim nouum præmium exarui, & tibi missi: tur illud descabis, & hoc agglutinabis. Att. lib. 16. 18. & 333. a

Aggrauesco.

Aggrauescens vulnus. 3. Tusc. a

Aggredior.

Sic aggredior ad hanc disputationem, quasi, &c. de Natura deorum, 61. b

Cum aggredior ancipitem causam. de Oratore, 125. b. & Attic. 127. b

Quod etiam spe aggredior maiore ad probandum. de Oratore, 109. b

Ad iniuriam faciendam aggrediuntur, vt adipiscantur ea quæ concupierunt. 1. Offic. 37. a

Quum causam sum aggressus. a. Hoc est, incœpi de causa ipsa dicere.

De suis meritis in Remp. aggressus est dicere. in Orat. 73. a

Antequam aggrediar ad ea. de Nat. d. 1. 41
Aggrediar igitur, si pauca antè, quasi de fama mea dixerò. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 59. Id est, de re ipsa dicere incipiam.
De quibus dicere aggrediar, si pauca prius de instituto ac de iudicio meo dixerò. 2. Offic. 2. a
Aggrediar ad crimen, cum illa deprecatione, Iudices. pro Cluent. 5. a
Quum aggrediar ancipitem causam. 2. de Orat. 100. a
Aggrediar illum, & vt opinor, commouebo. 3. ad Q. frat. 4
Sed quod scribis, aggrediar sine ad historiam: me enim auctore potes. ad Q. frat. lib. 2. epist. 15. 5. a
Damasippum velim aggrediare. 12. ad Attic. 43. Id est, eum adeas, & conuenias.
In omnibus autem negotiis, prius quàm aggrediare, adhibenda est præparatio diligens. 1. Offic. 105. a
Quid agat, quomodo aggrediatur, iudicem non habet. pro Ce. 298. b
Prius quàm aggrediamur ad ius, causamque Cornelii. a
Priusquam aggrediamur ad leges singulas. 2. de Leg. 13. a. Id est, dicere incipiamus de legibus singulis.
Et tamen illud probem, magnum quid aggrediamur. Attic. lib. 2. a
Aggredi ad aliquid. 2. ad Q. frat. 30
Imparatus semper aggredi ad dicendum videbatur Antonius: sed, & c. in Bruto, 71. a
Aggredi ad historiam. Q. frat. 314. b
Aggredi ad iniuriam faciendam. Offic. 1. 37
His rebus fretum ad consulatus petitionem aggredi par est. pro Mur. 127. b
Quis audeat bene comitatum aggredi? in A. 244. b
Non enim inde repelletur, quò aggredi cupiet. 3. de Or. 36. a
Quumque animos prima aggressionem occupauerit, infirmabit, excludetque contraria. in Orat. 28. a. Metaphora ab oppidorum vel hostium aggressionem.
Aggrego.
Meamque voluntatem ad summi viri, de meque optimè meriti dignitatem aggregassem. Lent. lib. 1. epist. 9. 37. a
Quòd si eiecerit, secumque suos eduxerit, & eodem cæteros vndique collectos naufragos aggregauerit. in Cat. 22. a
Aggregare aliquem ad alterius interitum. in Vati. 19
Aggregare in numerum. pro Mur. 14
Aggregare voluntatem suam ad alicuius dignitatè. 1. fa. 37
Aggrinæ.
Aggrinæ, populi Macedoniæ vicini. in Pis. 72
Agilitas.
Nam si ita esse statueris, & irritabiles animos esse optimorum sæpe hominum, & eosdem placabiles: & esse hanc agilitatem, vt ita dicam, mollitièque naturæ plerunque bonitati. Attic. lib. 1. 12. 5. a
Agis.
At propter hoc iniuriæ genus, Lacedæmonii Lyfandrum Ephorum expulerunt: Agin regem (quod nunquam antea apud eos acciderat) necauerunt. 2. Offic. 117
Agitatio, Agitator, Vide Ago.
Aglaophon.
Aglaophon, pictor in arte sua perfectus. 3. de Orat. 15
Agmen.
Affentior tibi, vt nec duces simus, nec agmen cogamus, faueamus tamen. Att. lib. 15. 24
Cum æstu magno agmen ducebat, laborabat Marius. 2. Tusc. 61. a
Educere dictionem ex vmbatili exercitatione in medium agmen & puluerem. in A. 197. b
Ad hanc pestem agmen armatorum sequebatur. in A. 197. b
At meus quidem peditus is fuit, vt à Brundisio vsque Romam agmen perpetuū totius Italiæ viderem. in Pis. 40. a
Certū agminis locū tenebant barbari sagittarii. in Ant. 92. b
In itinere atque agmine hæc festinans scripsi. 6. ad Att. 39
Agmine quadrato cum gladiis sequuntur scutati milites. 2. Philip. 105. a
Tum verò agmine quadrato in ædem Concordiæ venit. 5. Philip. 177. a. Id est, cum armatis in Senatū.

Agnascor.

Constat agnascendo rumpi testamentum. 1. de Orat. 131. a
Cui filius agnatus sit, eius testamentum non esse ruptum iudica. pro Cecinna, 52. a
Agnatus.
Agnati & gentiles. de Inuent. 80. b
Si furiosus est, agnatorum gentiliūque in eo pecuniæque eius potestas esto. 2. de Inuent. 232. a
Ex iis Saturnū & Opem, deinceps Iouem atque Iunonem, reliquos fratres inter se agnatosque vsurpare atque appellare videmus. de Vniuers. 56. a
Agnatio.
Ex quo verè vel agnatio nobis cum cælestibus vel genus vel stirps appellari potest. de Leg. 160. b
Lex agnationis. ad Heren. 5. b
Homines deorum agnatione & gente teneri. de Leg. 160. b
Gentilitatum & agnationum iura. de Orat. 99. b
Agnationibus familiarū distinguuntur stat. 1. de Leg. 34. a
Agnomen.
Nomen autem quum dicimus, cognomen quoque & agnomen intelligatur oportet. 2. de Inuent. 140. a
Agnosco.
Dolorem tuum, mecum quodammodo agnosco. epist. 47. b
Agnosco ex me. pro Planc. 28
Quòd mihi de filia gratularis, agnosco humanitatè tuam. epist. 8. b
Quod autem scribis, & c. illud quidem agnosco. epist. 48. b
Tu autem Fanni, qui mihi tantum tribui dicis, quantum ego nec agnosco, nec postulo. de Amic. 8. a. Hoc est, non admitto, sed omnino reiicio.
Nec agnosco, nec probò illam partem excusationis, qua, & c. 4. famil. 10
Nec Pnychomantiam agnosco. de Diuin. 108. b
Sex. Schola qui & rem agnoscit, neque hominè ignorat. pro Flac. 156. b
Neque agnosimus quicquam eorum. 11. fam. 6. in epist. M. Bruti & Cassii.
Humanitatem & facilitatè agnosimus tuam. de Or. 142. b
Agnoscebat Philonis scriptum. Aca. q. ed. 1. lib. 2. 12. hoc est, à Philone scriptum fatebatur.
Agnoui erratum meum. 16. ad Att. 18
Id ego agnoui meo iussu esse factum. epist. 75. b
Quòd vt agnoui, equidem cohorrui. de Som. 127. b
Nam sunt & in animo præcipua quædam, & in corpore: quæ quum leuiter agnouit, tunc discernere incipit. 2. de Finib. 58. a
Et apud Græcos quidem anni propè quadringenti sunt, cum hoc probatur, nos nuper agnouimus. de Orat. 213. b
Ipsè certè agnosceret & recordabitur. in Pis. 82. b
Vt Deum agnoscis ex operibus eius, sic ex memoria rerum, inuentione & celeritate motus, omnique pulchritudine virtutis vim diuinam mentis agnosco. Tusc. 163. b
Ego autem si mihi esset integrum, susciperem hoc crimen, agnoscerem, confiterer. pro C. Rab. 12. a
Deorum cognationem libenter agnoscerem. de Nat. 19. b
Cum tota Italia facti illius gloriam libenter agnosceret. pro Mure. 109. b
Sequestremne Plancium respuerent aures, agnosceret nemo, repudiaretur. pro Planc. 268. b
Facti illius gloriam libens agnouisset. pro Mil. 29. a
Tantum cuique tribuere debemus, quantum is cui tribuimus, possit agnoscere & sustinere. de Amic. 109. b
Iacis adulteria, quæ nemo non modò nomine, sed suspitione quidem possit agnoscere. pro Planc. 265. b
In tuis quoq; epistolis Alexim videor agnoscere. At. 260. b
Aspicere & agnoscere aliquid. de Amic. 115. b
Auribus vt nostros possis agnoscere cantus. 5. de Fin. 89. a
Agnoscere crimine nomine aut suspitione. pro Planc. 24
Agnoscere facinus. 14. Philipp. 389
Moriar, si præter te quenquam reliquū habeo, in quo possim imaginem antiquæ & vernaculæ festiuitatis agnoscere. epist. 134. b
Leuiter agnoscere aliquid. de Fin. 71. b

Hæc sunt dicta subtilius, quàm vt quiuis ea possit agnoscere. de Nat. 11. b
Ecquæ poterit in agnoscendo esse distinctio? Acad. 21. b
Simul inflauit tibicen, à perito carmen agnosco. Ac. 21. b
Primum enim numerus agnosco, deinde satiat, postea cognita facilitate contemnitur. Orat. 218. b
Agnitio.
Quæstio de natura deorum, ad agnitionem animi pulcherrima est. 1. de Nat. d. 1
Agnus.
Agnus inter pecudes aurea clarus coma. de Nat. 73. b
An quum in Æquimeliū misimus qui afferat agnū, quem immolemus, is mihi agnus affertur, qui habet extra rebus accommodata, & ad eum agnum non casu, sed duce Deo feruus deducitur. 2. de Diuin. 58. a
Villa abundet porco, hædo, agno. 89. de Sen. b
Ago.
Sed quid ago? 11. fam. 40
Ac iam hoc loco non hortatione, neque præceptis, sed precibus tecum fraternis ago, totum vt animum, & c. ad Q. frat. lib. 1. 161. a
Ago tibi gratias immortales. nam relaturum me affirmare non possum. 10. fam. 22. in epist. Planci.
Et grates, inquit, tibi ago summe Sol, vobisque reliqui Cælitæ. de Som. Scip. 1
Ego enim iam non id ago, vt prosperos exitus consequar. 139. ad Att. b
Omnino iam bene agis: à verbis enim recedis, & æquitate vteris. pro Cec. 292. b
Quid agis? faceret dictum Granii præconis in M. Drusum. pro Planc. 27
Agis mirificum ciuem. 8. fam. 48. in epist. Cælii.
Tu quidem tabellis obfignatis agis mecum, & testificaris quid dixerim aliquando, aut scripserim. 5. Tusc. 48. a
Virtus mea me tacete agit causam meam. Antequam. 195. b
Nec suam causam agit, sed publicam. 135. ad Att. b
Non cessans Deus, nec quæ agit moliens cum labore operoso ac molesto. de Nat. d. 37. b
In vltimam prouinciam se coniecit, Tarsum vsque: ibi forum agit. Att. lib. 5. 104. 4. a. Id est, ius dicit.
Omnino agit tibi gratias. Appio Pulchro, lib. 3. 1. 9. a
Cum eo Accius iniuriarum agit. 1. ad Heren. 25. a
Agit is, cui manus præcisæ est, iniuriarum. 2. de Inuent. 161. a
Nam Ballionem illum improbitissimum & periurissimum lenonem quum agit, agit Chæream. pro Rosc. Com. 12. a
Agit nunc liberaliter. 10. ad Att. 16
Mihi enim, qui nihil agit, esse omnino non videtur. de Natura deor. 2. 32
Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur. 2. Of. 61. a.
Hoc est, corroboratur & stabilitur.
Nunquam agit hunc versum Roscius eo gestu, quo potest. 3. de Orat. 57. a
Præposteris enim vtimur consiliis, & acta agimus, quæ vetatur veteri prouerbio. de Amic. 112. b
Præclare cum iis agimus, quos pacatos esse patimur. pro Sest. 14. b
Neque enim nunc id agimus, vt explicemus. de Orat. 124. b
Vbi ad hoc vsque tempus Syracusani festos dies anniuersarios agunt. 6. Verr. 96. a
Id, mihi crede, & agunt & moliantur. pro Mur. 143. b
Totius autem iniustitiæ nulla capitalior est, quàm eorum, qui tum, quum maximè fallūt, id agunt, vt viri boni esse videantur. 1. Offic. 65. a. Hoc est, id laborant & contèdunt.
Agunt eum præcipitem pœnæ ciuium Rom. quos partim securi percussit, partim in vinculis necauit. 3. Verr. 4. a.
Hoc est, furore quodam animi distrahitur atque disruciatur, & quasi pœnis furialibus præcipitant. 3. Verr. 4. a
Neque nostræ disputationes quicquā aliud agunt, nisi vt in vtranque partem dicèdo & audiendo eliciat. 4. Aca. 15. a
Tabernæ mihi duæ corruerunt: reliquæ ruinas agunt. Att. lib. 14. 305. 4. a. Hoc est, diffunduntur ac dissoluuntur.
Quum has literas scripsi, animam agebat. 8. epist. 13. a
Nihil igitur agebat Q. Maximus: de Senect. a

Primas agebat in causis Hortensius, magis magisque quotidie probabatur. in Bruto, 171. a. Id est, principatum in causis agendis obtinebat.
Lentulo nostro egi per literas tuo nomine gratias diligenter. ad Valerium, lib. 1. 10. 1. a
Itaque neque tu multum interfuisti rebus gerendis: & ego id semper egi ne interesset. ad Marcel. lib. 4. 7. 4. a. Id est, curavi, & annexus sum.
Ego autè hæc partes lenitatis & misericordiæ, quas me natura ipsa docuit, semper egi libenter. pro Mur. 5. a
Cum Egnatio de re tua vehementer egi: is grauitè se acturum cum Aquilio confirmauit. 51. ad Att. b
Non tu hoc loco Gaium, non vnum hominè nescio quem ciuem Romanum, sed communem libertatis & ciuitatis causam in illum cruciatum & causam egisti. 7. Ver. 134. a
Egit mecum accuratè, multisque verbis, tibi vt sponderem, se dignum & te & nobis futurum. Att. lib. 16. 333. a
Qui quum esset infirma valetudine, hinc ferè ætatem egit in literis. 2. de Leg. 4. a
Lupus egit causam agri campani sanè accuratè. ad Qu. fratrem, 306. b
Nero meus mirificas apud me tibi gratias egit, prorsus incredibiles. Silio, lib. 13. epist. 66. 1. a
Cum hoc Pompeius egit, & vehementer egit, cum diceret, & c. 36. ad Att. b
Sponsionem facere maluit: fecit. te iudicem C. Aquili sumpsit: ex sponso egit. pro Quintio, 17. a
Et tamen ipsius Appii extar oratio: atque hanc ille egit, septimo decimo anno post alterū consulatū. de Senec. 15. a.
Agere orationem, non est eam componere, aut scribere: sed orationem palàm habere siue pronuntiare.
Quorum alter commentatus est mimos, alter egit tragediam. 11. Philipp. 298. a
Vt ad te scriberem mecum egerunt. epist. 46. b
In quo ei Pompeius gratias egerat. Att. a
Sed non agam astute. Matius Ciceroni, lib. 11. 28. 5. a
Hic nolite expectare, dum ego hoc crimen agam ostiatim. 6. Verr. 42. a. Id est, nolo omnes familias, quas hoc crimine vexari Verres, recensere.
Agam iam tecum familiariter, vt est & studiis & officiis nostris mutuis, & summa amicitia dignum. ad Catonem imperatorem, lib. 15. 4. 38. a
Facere non possum, quin in singulas res, meritæque tua tibi gratias agam. in epist. a
Vide quàm tecum agam liberaliter. de Nat. d. 1. 43
Nunc agam modicè, nec longius progrediar, quàm me mea fides & causa ipsa coget. pro Calio, 24. a
Eodem tempore aget Prætor ad populum. 6. ad Att. b
Si verò assequetur, vt talis videatur, & c. & animos eorum ita afficiat, apud quos aget, vt eos quocūque velit vel trahere vel rapere possit: nihil profectò præterea ad dicendum requireret. 2. de Orat. 94. a
Sic equidem diligentius sapiusque ita loquemur inter nos, agemusque communiter. 3. de Finib. 14. a
Mandata tua nobis curæ sunt: eaque vt tempus postularit, agemus. Att. lib. 9. 188. 8
Qui agent auspicia, seruant. 3. de Legib. 11
Sed quid necesse est, cum id agam, ne post mortem miseros nos putemus fore? Tusc. 166. b
Sed ego mihi ipsi ista per quem agam non habeo: & confici nisi per hominem & peritum & diligentem non possunt. ad Q. frat. lib. 3. 20. 7. a
Tu, malle, inquires, actum ne agas. 153. ad Att. b
Quæ sua sponte etiam si id non agas, cadunt. Orat. 214. b
Virtutem necessariò gloria, etiam si id tu non agas, consequitur. Tusc. 168. b
Quid agas mecum ex iure ciuili ac prætorio, nō habes. pro Cecin. 291. b
Quicquid agas, id decet agere pro viribus. Cat. 24
Nulla enim vitæ pars, neque publicis, neque priuatis in rebus, neque si tecum agas quid, neque si cum altero contrahas, vacare officio potest. 1. Offic. 18. a. Id est, si solus agas negotium tuum.

Magna est vis earum sententiarum atque eorum locorum quos agas tractesque dicendo. de Orat. 12.6. b
 Quid si pater sana expilet, cuniculos agat ad ærarium, indicetne id magistratibus filiis? 3. Offic. 12.1. a
 Sed acta ne agamus, reliqua paremus. 139. ad Att. b
 Cum his igitur agamus. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 32
 Agamus ergo pingui Minerua, vt aiunt. Læl. 17
 Sic agamus, vt nos ipsa ducit oratio. 3. de Nat. d. 3
 Nunc quod agitur, agamus. 11. Philip. 308. a
 Atqui vides, inquit Antonius, cum alias res agamus, quam te inuiti audiamus, qui, &c. de Orat. 147. b
 Quum antea tibi de Lentulo gratias egissem. a
 Verbum ex Quam nunquam eliceret potui de vi ac ratione dicendi, quum & per meipsum egissem, & per Drusum sæpe tentassem. 1. de Orat. 49. a
 Cum sæpe tecum egisses Attice, vt de amicitia aliquid scriberem. de Amic. 96. b
 Cum miles domum reuenisset, egissetque lege in hæreditatem paternam. de Orat. 86. a
 Quum ætatem ageret Athenis, optimèque loqueretur. de Clar. Orat. 89. a
 Qui hæc, quæ dico iam, non occultè, non per amicos atque interpretes, sed palam de loco superiore ageret, pro imperio & potestate. 6. Verr. 44. a
 Res verò ipsa publica si loqui posset, ageret tecum, vt quoniam sibi seruissem semper, nunquam mihi: iam mihi seruirem, consulere meis. pro Planc. 74. a
 Agerent enim tecum lege primùm Pythagorei omnes. 1. de Orat. 22. a
 Quæ de te in Senatu egerim, &c. ad Brut. lib. 11. 6. 5. a
 Quid igitur, si glebis, aut faxis, aut fustibus aliquè de fundo præcipitem egeris? pro Cecin. 44. a
 Non ædèpol quantam egeris rem, neque quantum facinus feceris, &c. ad Cæl. lib. 2. 8. 4. a
 Egerit non multum. pro, non multum profuerit. 7. fam. 51. in epist. M. Curii.
 Difficile est credere eos, qui me præcipitem egerint, æquissimas condiciones ferentem. 13. Philip. 374. a. Metaphora est ab eo qui præcipitur: hoc est, de loco præcipiti deturbatur.
 Agere accuratè & prudenter de re aliqua. epist. 25. b
 Agere ad populum. Att. lib. 1. 7. 6. a
 Agere adolecentes. 2. fam. 16
 Agere ætatem. Tusc. q. lib. 5. 57
 Agere æuum in armis. Tusc. q. lib. 2. 44. ex Pacuio.
 Agere aliquem ad bustum. de Petit. Conf. 6
 Agere aliquem lapidibus. 11. ad Att. 43
 Agere & moliri aliquid. de Nat. d. 16. b
 Agere alicuius diem natalem. de Finib. lib. 2. 85. & 3. Att. 33
 Agere alicui gratias exultantes. Tusc. q. lib. 1. 40
 Quiescant igitur, & me hoc in lucro ponere, atque aliud agere patiantur. pro Flac. 154. b
 Agere animam. pro Rosc. Com. 14
 Annum quartum agere. de Senect. 5. a
 Agere asellos. 2. de Orat. 143. a
 Agere augurium. Diuin. lib. 1. 31. & Offic. 3. 85
 Sed facile est bene agere cum iis, à quibus etiam tacentibus flagitari videamur. in Ant. 263. b
 Agere causam aduersarii, vt ille agat suam. de Oratore, 118. Tusc. 180. b
 Agere causam magno suo periculo. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 72
 Ad 111. Nonas Ianuarias cum agere cœpisset, tertio quoque verbo orationis suæ me appellabat. epist. 61. b
 Et quando Medeam agere cœpi, illud semper memento, Qui ipse sibi sapiens prodesset nequit, nequicquam sapit. ad Trebatium, lib. 7. 6. 5. a
 Agere consilium de aliquo. pro Sest. 64
 Agere conuentus. 5. in Verr. 113. & 7. 23
 Agere crimina hostiatum. 6. in Verr. 42
 Agere cum aliquo. pro Mur. 30. Id est, ab eo petere.
 Agere cum aliquo de aliqua re. Attic. 1. & Epistol. 230. b. pro, cum orare.
 Agere cum aliquo, vt aliquam rem suscipiat. 53. ad Att. b

Agere cum aliquo tabellis obfignatis. Tusc. q. lib. 5. 25. transfatio est ducta de syngraphis aut testamentis.
 Agere cum plebe. in Vat. 32. b
 Agere cum populo, aut cum Senatu. de Leg. 192. b
 Agere de insidiis. Offic. 1. 153
 Agere de iudicio. 2. in Verr. 16
 Agere de pace. Att. lib. 1. 14. 7. a
 Agere de scripto. pro Mur. 26
 Diem vitæ extremum agere. 2. de Finib. 153. a
 Agere ἐμπερικυ. 13. ad Att. 67
 Agere ex commentariis. 5. Philipp. 171
 Ex fide bona agere. 3. Offic. 80. a
 Agere ex occulto. a
 Agere ex sponso. pro Quint. 17
 Pergit sine vos, tanquam ex syngrapha, agere cum populo? pro Mur. 34. a
 Agere forum. 3. fam. 14. & 5. ad Att. 30
 Qui parietem sic per vestibulum fororis instituit ducere, sic agere fundamenta, vt fororem non modò vestibulo priuaret, sed omni aditu & lumine. pro Mil. 56. a
 Agere furti cum aliquo. pro Cluent. 52. b
 Agere gestum in scena. 2. de Orat. 129. a. pro Quint. 52. a. pro Rosc. Com. 14
 Agere grates alicui. Somn. Scip. 1
 Atticam meam gratias mihi agere de matre, gaudeo. Attic. lib. 1. 15. 10. a
 Agere hæc tecum. 5. fam. 27. pro, agere tecum de his.
 Intellectum est id istum agere, vt, &c. 4. Verr. a
 Agere in crucem. 7. Verr. 127. a. 5. de Finib. 158. a
 Agere nimis ieiunè. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 102
 Agere nimis iracundè. Tusc. q. lib. 3. 43
 Nam me tecum iracundè agere dixisti solere. Non est ita. 8. Philipp. 245. a
 Agere iumentum per campum. pro Cecin. 39. a
 Malè agere. pro Quint. 30. pro, fraudare.
 Nam quid possum præferim nihil agens, agere melius? Tusc. q. lib. 2. 1
 Agere suum negotium. pro, Priuatam vitam agere, non accedere ad Remp. Offic. 1. 43
 Agere orationem. Cat. 15
 Quum tibi propè necesse esset, eas agere partes. a
 Quum Cotta princeps adhibitus esset, priores tamen agere partes Hortensium. in Brut. 176. a. Hoc est, superiorem esse in eius rei administratione.
 Agere pressius. de Finib. lib. 4. 20
 Agere querimonias. 5. in Verr. 113
 Te animo magno & forti istam rem agere existimo. Attic. lib. 8. 163. 1. a
 Agere alias res. pro Rosc. Amer. 36
 Itaque facio me alias res agere, ne conuitium Platonis audiam. epist. 254. b
 Vt mirarere tam alias res agere populum, vt esset infans inter desertos locos. in Brut. 125. a
 Agere quietam senectutem. Att. lib. 14. 310. 3. a
 Agere tolerabilem senectutem. Cat. 7
 Veruntamen quid tibi ego videor in epistolis? nonne plebeio sermone agere tecum? Pæto, lib. 9. a
 Sed tamen ex ipsa quæram prius, vtrum me secum seuerè & grauitè & prisè agere malit, an remissè ac leniter & vrbane. pro Cæl. 2. 4. a
 Agere simpliciter cum homine simplici. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 102
 Agere sine insidiis. Offic. 3. 67
 Agere spumas in ore. 6. in Verr. 130
 Agere temperantius, vel, perditè se gerere. 9. ad Att. 6
 Agere triumphum. Som. Scip. 6
 In portu Syracusano de classe Pop. Romani triumphum agere piratam. 7. Verr. 78. a. Hoc est, de capta Romanorum classe, triumphantis more gloriari.
 Agere triumphum pugne alicuius. 14. Philipp. 400
 Sin autem vi agere conabitur, spero fore studiis non solum amicorum, sed etiam alienorum, vt vi resistamus. ad Q. frat. lib. 1. 2. 25. a

Agere vitam. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 33. & 100. & Tusc. quæst. lib. 1. 82
 Agere vitam grauitè & sapienter. de Finib. lib. 4. 19
 Agere vitam in agro. Offic. 2. 55
 Agere vitam in solitudine. de Finib. lib. 3. 52
 Agere vitam sine decretis. 4. Acad. 197. a
 Agere, pro tractare. 5. in Verr. 85
 Non enim minus laborat Cecinna, ne summo iure egisse, quàm ne certum ius obtinuisse videatur. pro Cecin. a
 Agitur caput. 4. in Verr. 40
 Agitur Consulatus. pro Sylla, 36
 Agitur existimatio. 13. fam. 87
 Agitur gloria. pro Sylla, 63. & pro L. Manil. 3
 In quo agitur pop. Ro. gloria: quæ vobis à maioribus cum magna in rebus omnibus, tum summa in re militari tradita est. pro lege Manil. 3. a
 Si magna res, magna hæreditas agitur. de Fin. lib. 2. 47
 Agitur honos. pro Sylla, 36. & 63
 Id agitur. 10. fam. 58. Id est, in eo summa est rerum.
 Non ergo id agitur. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 116
 Libertas agitur populi Romani, quæ est commendata vobis. 7. Philip. 233. a
 Sin aliud agitur nihil, nisi vt his nequid desit, quibus satis nihil est, &c. pro Rosc. Amer. 5. a
 Agitur meum officium. 13. fam. 14
 Agitur magnum ipsius periculum. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 23. 13. a
 Hominis familiarissimi, & mihi omnibus rebus cõiunctissimi permagna res agitur, Attici. Att. lib. 16. 346. 1. a
 Res agitur per eosdem creditores, per quos, quum tu aderas, agebatur. Lent. lib. 1. epist. 1. 1. a
 Agitur enim salus sociorum, pro qua, &c. aguntur certissima populi Rom. veltigalia, &c. aguntur bona multorum ciuium. pro L. Manil. 3
 Agitur studium, laus, existimatio, &c. pro Planc. 64
 Aguntur iniuriæ sociorum, agitur vis legum, agitur existimatio veritatisque iudiciorum. 6. Verr. 101. a
 Sic omnia quæ fiunt, quæque aguntur accerrimè, lenioribus principiis natura ipsa prætexuit. 2. de Orat. 174. a
 Sed aguntur leniter & mente tranquilla. Tusc. q. lib. 4. 44
 Atque hæc agebantur in conuentu palam de stella ac de loco superiore. 6. Verr. 77. a
 Non enim gladiis tecum, sed litibus agetur. ad Q. frat. lib. 1. 4. 5. a. Id est, ille non vitetur gladius aduersum me, sed litibus.
 Agentur à nobis omnia diligenter. Lent. lib. 1. 5. 6. a
 Omnia non modò commemorabantur, sed etiam expositis certis rebus agètur, quæ intra decem annos, postea quàm iudicia ad Senatam translata sunt, in rebus iudicandis nefariè flagitiosèque facta sunt. 2. Verr. 24. a
 Sic eas exponam, quasi agatur res, non narretur. Tusc. q. lib. 1. 7
 In quibus eorum aut de capite agatur, aut fama. Læl. 54
 Ea quæ agantur, quæque acta sint, ea te literis multorum agnoscere arbitror. epist. 5
 Vt facillè intelligeretis eum non affuisse animo (nam ab illis causa ageretur) sed tantisper, &c. pro Cec. 290. b
 Quod cum hærede mandati ageretur. ad Heren. 9. b
 Malè enim tecum ageretur, si parum vobis essem sine defensione purgatus. 14. Philip. 396. a
 Post tuam autem profectiorem, quum & maxima res municipii honestissimi, mihi que cõiunctissimi, & summum meum officium ageretur, pro tuo animo in me singulari, &c. ad Cluuium, lib. 13. 8. 2. a
 Non potuit accuratius agi, nec prudentius, quàm est actum à te cum Curione de supplicatione. Cæl. lib. 2. epist. 14. 1. a
 Agi aliquid remissius. lib. 1. de Fin. 1
 Nihil aliud agi, nihil actum ab initio, quàm vt hunc occideret. 9. ad Att. 11. Id est, nihil aliud fuisse illi propositum.
 Bene agi putat. de Vniuers. 9
 Quod ad popularem rationem attinet, hoc videntur esse consecuti, vt nequid agi cum populo, aut saluis auspiciis, aut saluis legibus, aut denique sine vi possit. ad Lentu-

lum, lib. 1. 2. 11. a
 Agi eius municipii fortunæ. 13. fam. 16. Id est, agi de fortunis, vel in discrimen adduci fortunæ.
 Vt res ex animo agi videatur. ad Heren. 21. b
 Possit dicere, secum furti agi, non peculatus oportere. ad Heren. lib. 1. 23. a
 Possit agi lege, necne, pauci quondam sciebant. pro Mur. 129. b
 Hæc conditio fuit aratorum, vt secum præclarè agi putarent, &c. in Verr. 162. b
 Præclarèque agi secum putet. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 118
 De summa autem, agi prorfus vehementer & seuerè volo. Attic. lib. 16. 339. 3. a
 Alter iniquum putabat, plus secum agi, quàm quod esset in actione. de Orat. 98. b
 Agi tecum per literas, & vt arbitror, confici potest. 13. fam. 1
 Nihil ex insidiis agendum putant. de Officiis, a
 Nonne id agendum nobis omnibus fuit, vt materiam subtraheremus furori tuo? pro Domo sua, 9. a
 Quod agendum atque faciendum, id non modò non reculem, sed appetam etiam atque deposcam. 3. Philip. 147. a
 Consulius esto cum patribus agendi. de Leg. 186. b
 Agendi potestas. pro Quint. 5
 Agendi capièda primordia à diis immortalibus. 2. de Leg. 6
 Agendi cum populo, cum plebe, ius dant, vel non dant augures. 2. de Leg. 32
 Agendi cum populo & patribus ius cõsuli esto. 3. de Leg. 10
 In agendo est quid turbasit, fraus auctori esto. 3. de Legibus, 11
 Alter plus lege agendo petebat, quàm quantum lex permittebat. de Orat. 98. b
 Tuam in agendis nostris rebus diligentiam mirificè diligo. Att. lib. 12. 251. 1. a
 Agens.
 Consul nihil agens cum Rep. 7. ad Att. b
 Oppius aliud agens, & nihil eiusmodi cogitans. pro Clu. 55. b
 Sed videtis vt senectus non modò liguida atque iners non sit: verum etiam sit operosa, & semper agens aliquid & molens. de Senect. 23
 Vt hunc Oppianicum aliud agètem, ac nihil eiusmodi cogitantem, ad hanc accusationem detraheret. pro Cluentio, 132. a
 In competitorum nobilem, & nobilem agentem. 8. fam. in epist. Cælii.
 Acrem enim oratorem, incensum, & agentem, & canorum, cõcursum hominū forique strepitus desyderat. Brut. 176. a
 Agente me esset elapsus. 3. ad Q. frat. 24
 Omnes aliud agentes, aliud simulant, perfidi, improbi, malitiosi sunt. Offic. 3. 79
 Erat enim non facile, agentes aliquid & molientes deos, in aliarum formarum imitatione seruare. 1. de Nat. d. 104. a
 Vtendum est imaginibus agentibus, acribus, insignitis. 2. de Orat. 194. a
 Ac videte quàm non inimico animo sim acturus. 7. Ver. 7. a
 Actus.
 Est autem vnus dies bene, & ex præceptis tuis actus, penè toti immortalitati anteposendus. 5. Tusc. 8. a
 Homo actus vndique. 3. ad Q. frat. 17
 Acta ætas. Att. lib. 10. 195. 6. a
 Acta honestè superior ætas. de Senect. a. Id est, in rebus honestis transacta.
 Acta res illa est animo virili, consilio puerili. ad Att. 236. b
 Acta iam vita. 6. fam. 14
 Vos, ne huius honestissimè actam vitam matris crudelitati condonetis, rogamus. pro Cluent. a
 Actum & confectum. 6. fam. 54
 Non actum id. hoc est, non hoc illis propositum fuit. 8. ad Attic. 27
 Serò actò negotio venire. ad Heren. 13. b
 Id possit fieri, consuluit. Ille, augurio actò, posse respondit. 1. de Diuin. 60. a
 Acti labores. 2. de Finib. 167
 Actis his rebus, literæ à te mihi sunt redditæ, quibus, &c. ad Cecin. lib. 6. 8. 3. a

Actum est, prouerbiale genus loquendi apud veteres.

Nunc spes reliqua est in nouis Trib. pl. & in primis quidem diebus: nam si inueterarit, actum est. Terentia, lib. 14.3.7.a

Quod actum est, dii approbent. 2. fam. 27

Actum de te est, nisi prouides. 9. fam. 44

Nam quod scribis *εγῆραμα*, actum iam de isto est, alia magis quaero. Attic. lib. 12.244.5.a

Quamobrem cum illo quidem actum optimè est, mecum autem incommodius. in Lelio, a

De ceteris rebus quicquid erit actum, scribam ad te. Lent. lib. 1.2.12.a

Quod quum ab illo diligenter esset actum, ego in castra ad septimum Calendas Septembres ueni. Cat. lib. 15. ep. 4.6.a

Vt optimè cum eo actum esse videatur, qui quàm leuissima poena ab hac Repub. discesserit. epist. 73.b

Non pessimè cum iis esse actum. 4. famil. 16. in epist. Ser. Sulpitii.

Cum illo uerò quis neget actum esse praclare. Lel. 9

Qui hoc non perspicit, praclare nobiscum actum iri. in Verr. 77.b

Secum malè actum putet. in Ant. 161.b

Acta.

Confilia primùm, deinde acta, postea euentus. 2. de Orat. 34

Dum acta mensis Maii ad nos perferantur. Att. lib. 3. 48. 4.a

An in commentariolis & chirographis, & libellis se uo auctore prolatis, ac ne prolatis quidem, sed tantummodo dictis, acta Cæsaris firma erunt: quæ, &c. 1. Philip. a

Quæ fuit tua cognitio? acta enim Cæsaris pacis causa confirmata sunt à Senatu, quæ quidem Cæsar egisset, non ea quæ Cæsarem egisse dixisset Antonius. 2. Philip. 99.a

Tum istius acta commemorabantur. 7. Verr. 74.a

Tuas igitur epistolas expecto, nec actorū solū, sed etiam futurorum. 15. ad Att. 12

Res vrbanas, actaque omnia. 10. fam. 16

Acta ne agamus, reliqua paremus. 9. ad Att. 16

Acta agere. Lel. 71. & 9. ad Attic. 68

Acta rerum vrbanoarum tibi mitti certò scio. 12. fam. 49

Acta missa. 15. ad Att. 38. sub. faciamus.

Acta ad censores priuati referunt. 3. de Leg. 11

In actis non erat. 2. fam. 28

Hæc ad illum cum reliquis actis perferuntur. 9. fam. 37

Vt qua ratione hæc inuestigata & comprehensa sint, vos qui ignoratis, ex actis scire possitis. in Catil. 49.a

In publicis actis nihil est lege grauius: in priuatis firmissimum est testamentum. 2. Philip. 106.a

Actus.

Aquæ ductus, haustus, iter, actus, à patre: sed rata autoritas harum rerum omnium à iure ciuili sumitur. pro Cecinna, 54.a

Actus animi & corporis. in Rull. 100

Actus & actiones consiliorum & temporum. 5. fam. 32

Tertius hic annus tanquam actus tertius perfectissimus fuisse videatur. 1. ad Quint. frat. 35

In actum erumpere. pro Domo sua, 50

Ego sum is qui dicam me non laborare, actum habiturum quod egerint. Tusc. q. lib. 3. 44

Si de mea vita atque actibus conuittatori huic respondeo. in Sal. 272.b

Nec solū in rectis, sed etiam in prauis actibus. 1. de Legibus, 45.a

Actus, in comœdiis & tragœdiis, certa spatia canticorum.

Hæc igitur tibi reliqua pars est, hæc restat actus: in hoc elaborandum est, ut Remp. constituas. pro Marcello, a

Itaque primū illum actum istius vitæ turpissimum præmittam. 3. Verr. 21.a

Extremum actum tāquam ab inerti poeta esse neglectum. Cat. 5

Neque enim histrioni ut placeat, peragenda est fabula, modo in quocunque fuerit actu probetur. de Senect. 63.a

Quis dubitaret, cum videret, &c. qualis iste in quarto actu

improbitalis futurus esset. 4. in Verr. 12

Secernas hanc quasi fabulam rerum euentorumque nostrorum: habet enim varios actus, multasque actiones & consiliorum & temporum. ad Lucium, lib. 5. ep. 11. 20.a

Actuosus.

Virtus autem actiuosa. de Nat. d. 1. 78

Actuosæ partes orationis duæ. Orat. 69

Actuose.

Quid petam præsidii: quàm leniter: quàm remissè: quàm non actuose? 3. de Orat. 57.a

Actio.

Est enim actio quasi sermo corporis. 3. de Orat. 123.a

Est enim actio, quasi corporis quædam eloquentia, quum constat è voce atque motu. Orat. 30

Actio est in auctorem præsentem his uerbis, quandoquidem te in iure conspicio. pro Cecinna, 39.a

Accedit actio non Tragica, nec scenæ, sed modica iactatione corporis, &c. in Orat. 47.a

Hic dies, meaque contentio atque actio spem primū pop. Rom. attulit libertatis recuperandæ. Trebo. lib. 10. 28. 4. 2

Actio, lumen orationis. Orat. 143

Quæro sitne aliqua huius rei actio, an nulla. pro Cec. 24.a

Actio bona, mala. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 26

Causæ actio maximè debilitatur loco. pro Deiot. 3.a

Actio ciuilis & priuatum ius. in Verr. 57.b

Actio Cn. Pompeii habebat & in uoce magnum splendorem, & in motu summam dignitatem. de Cla. Orat. 129.a

Actio considerata. Offic. 1. 123

Dispersione enim Consulum actio de pace sublata. Att. lib. 9. epist. 184. 4.a

Mihi omnino non uenit in mentem quæ possit actio esse de pace, quum illi certissimū sit sese posse spoliare exercitu & prouincia. a

Actio fatur. 2. ad Heren. 78

Gratiarum actio gratulatioque. ad Brut. 3. 3.a

Actio honesta non inest in primis naturæ conciliationibus, sed consequens est, & post oritur. de Fin. lib. 3. 18

Actio mentis atque agitatio in Deo. de Nat. 11.b

Inde illa actio, ope, consilioque tuo furtum factum esse aio. de Nat. 74.b

Actio inquam in dicendo vna dominatur. 3. de Orat. 117.a

Actio in M. Antonio singularis. Brut. 73

Actio in perfecto oratore qualis esse debeat. Orat. 32. & 33

Actio enim iniuriarum non ius possessionis assequitur, sed dolorem imminutæ libertatis, iudicio poenæque mitigat. pro Cecin. 16.a

Maxima actio repugnare uis, obistere opinionibus, assensus lubricos sustinere. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 99

Actio omnis animi est. 3. de Orat. 122

Actio omnis huius anni confecta. 3. ad Att. 31

Dolabellæ & prima actio, & hæc cōtra Antonium concio, nihil profecisse permultum uidetur. Att. lib. 14. 318. 6.a

Nec actio illarum rerum aperta petulantia uacat, nec oratio obscœnitate. Offic. 25. b. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 57

Cognitio contemplatioque naturæ manca quodam modo atque inchoata sit, si nulla actio rerum consequatur. 1. Offic. 25. a

Actio sine eloquentia esse potest, non contrā. Orat. 31

Actio varia, uehemens, plena animi, plena spiritus, plena doloris, plena ueritatis. 2. de Orat. 41.a

Ad eas res parandas, tuendæque, quibus actio vitæ continetur. 3. Offic. 26.a

Actio, pro facinore egregio, vel re gesta. 1. fam. 30

Locum autem actionis, opportunitatem temporum esse dicunt. Offic. 29. b

Actio quæstio quæ sit. Top. 43

Actio quæstio duo genera. Top. 46

Sunt iura, sunt formulae, de quibus rebus constitutæ, ne quis aut in genere iniuriæ, aut ratione actionis errare possit. pro Qu. R. 49. b

Actio species duæ. Partit. 34

Actio spiritus carent libri. Orat. 71

Actio utilitas. Orat. 31

Actiois utilitas & tractatio. Partit. 14

Actioi omnia tribuit Demosthenes. Orat. 31

Quid denique ad ius ciuile, aut ad actoris actionem & anmaduersionem ages? pro Cecinna, 26.a

Anquirat animus & formam, & vitam, & actionem mentis, atque agitationem in Deo. 1. de Nat. d. 65.a

Gratiarum actionem à te non desiderabam. epist. 154. b

Nec enim tanta necessitudo, quanta, &c. desiderare uideretur gratiarum actionem. epist. 158. b

Edixit sese iudicium iniuriarum non daturum: quicquid ab eo peteretur, iudicem de sua cohorte daturum: ipsi autem nullius actionem rei sese daturum. 4. Verr. 47.a

Prætor asseuerat serius rei in primis actionem esse daturum. in Verr. 121. b

Actionem uilius rei posse in eo esse, qui nullam rem assensu suo comprober, negant Stoici. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 98

Ex eoque ingenia, mores, animus, corpus, actionem vitæ, casus cuiusque euentus fingi. de Diuin. 134.a

Siqui me exire domo mea coegissent armis, haberem actio nem: si qui introire prohibuissent, non haberem. pro Cec. 25.a

Hanc puto me habere actionem, ut per interdictū, meum ius teneam, atque tuam iniuriam persequar. pro Cecin. 23.a

Tu actionem instruis, ille aciem instruit. pro Murena, a

Diem mihi, credo, dixerat, multam irrogat, actionem perduellionis intenderat. pro Milone, 28.a

Quare aut muta actionem, aut noli mihi instare ut iudicem. pro Cecinna, 6.a

Actionem eius rei postulare. 4. Verr. 43.a

Eius rei ius actionemque quaeramus. pro Cec. 190. b

Vitæ modum actionemque quaerere. 5. Tusc. 94.a

Qui de sua parte decidit, reliquis integram relinquit actionem. pro Q. Rosc. 20. a

Quum de sua parte Roscius trāslegit cum Flauio, actionem tibi suam reliquit, an non? pro Q. Rosc. 31.a

Actionem omnem suscipiam. 14. ad Att. 15

Ut vos iudicetis huius rei interdictum, atque actionem in mentem maioribus nostris non uenisse. pro Cec. 292. b

Eam partem animi, quæ sensum habeat, non esse ab actione corporis seiuatam. de Diuin. 95. b

De actione vitæ deorum multa dicuntur. de Nat. d. 1. 2

Alter iniquum putabat plus secum agi, quàm quod esset in actione. 1. de Orat. 79. a. pro Mur. 26.a

Virtutis enim laus omnis in actione consistit. 1. Offic. 30. a

In omni actione suscipienda, tria sunt tenenda: primū, ut consilio, non cupiditate suscipiatur: deinde, ut quantum oportet curæ adhibeatur: tum, ut mediocritas seruetur. Offic. 1. 195

Actione exostulare. 5. fam. 24. in epist. Vatini.

Priuatus deos omni procuracione atque actione Epicurus. 2. de N. d. 63. a. Id est, deos agere aliquid negat Epicurus.

Nam ciuibus quum sunt erepta pecunia, ciuili ferè actione & priuato iure repetuntur. 1. Verr. 10. a

Spoliare deos motu & actione diuina. 2. de Nat. d. 142. a

Actiones à Cn. Flauio primū expositæ. 1. de Orat. 91

Consentaneæ appetitionibus actiones. 2. de Nat. d. 83. a

Actiones uirtuti consentaneæ. de Finib. lib. 5. 56

Actiones uirtutibus congruentes. de Finib. lib. 5. 54

Actiones multæ prætoris exceptionibus excluduntur. 2. de Inuent. 162

Actiones rerum periculosa, partim iis sunt (periculosa) qui eas suscipiunt, partim Reip. Offic. 1. 117

Actiones præclaræ illius. 11. ad Att. 27. Ironicè dictum.

Omnino si quicquam est decorum, nihil est profectò magis quàm æqualitas uniuersæ vitæ, tum singularum actionum. 1. Offic. 156. a

Quos ego habui omnium mearum actionum monitores. in Sallust. 7. a

Actionum ordo talis est adhibendus, ut sicut in oratione constanti, sic in uita omnia sint apta inter se & cōuenientia. Offic. 1. 199

Actionum præco. 1. de Orat. 121

Nec uerò pauci sunt auctores, Cn. Flauium scribam fastos protulisse, actionesque composuisse. Att. lib. 6. 111. 18. a

Neque constituere litium actiones malebat, quàm controuersias tollere. 9. Philipp. 264. a

Quoniam tum quidem vel aliæ quæpiam rationes honestas nobis & curas & actiones darent. Varroni, lib. 9. epist. 8. 7. a

Me & congressus Cæsaris stimulat, & primus eius actiones horreo. Att. 151. b

Mandare scriptis actiones suas. 2. Offic. 4

Si modò contra alienam potentiam, non pro sua, suscepit eas actiones. Brutus Ciceroni, in epist. ad Brutum, 16. 13. a

Actiones in iure uersari. 2. de Inuent. 163

Actiones uideri. 2. de Inuent. 222

Pueris nõ omnem licentiã damus, sed eam quæ ab honestatis actionibus non sit aliena. Off. 21. b

In actionibus cum populo primū & maximum est, ut vis absit. 3. de Leg. 36

Quæ cū Zeno didicisset à nostris, ut in actionibus præscribi solet, de re eadem fecit alio modo. 5. de Finib. 151. a

Expositis à Cn. Flauio primū actionibus, nulli fuerunt, qui illa artificiose digesta generatim componerent. 1. de Orat. 91. a

Qua denique facilitate, qua humanitate tulit contentio nem meam pro Milone aduersante interdum actionibus suis: Appio, lib. 3. epist. 10. 34. a

Gloria militaris uestris formulis atque actionibus antepo nenda est. pro Mur. 26. a

Actio.

Etiam M. Pontidius municeps noster multas priuatas causas actitauit. de Clar. Orat. 32. a

Actor.

Non inuentor, aut compositor, aut actor, hæc complexus est omnia, &c. in Orat. 33. a

Neque actor sum alienæ personæ, sed author meæ. de Oratore, 126. b

Actor egregius L. Saturninus. de arusp. respon. 37

Actor enim & moderator effingit non modò mentem ac uoluntates, sed penè uultus eorum, apud quos agit. 3. de Legib. 57. a

Ludius non solū spectator, sed & actor & actorama. pro Sest. 25. b

Actor querelarum. pro Flacco, 42

Actor rerum, orator uerborum. 3. de Orat. 32

Dux & author & actor illarum rerum fuit. pro Sest. 52. a

Eodem anno etiam Moloni Rhodio Romæ dedimus operam, & actori summo causarū & magistro. in Brut. 170. a

Actorem causæ alicui accedere. 2. in Verr. 2

Tanquam poete boni & actores industrii solent: sic tu in extrema parte & conclusione muneris ac negotii tui diligentissimus sis. ad Q. frat. lib. 1. 1. 68. a

Gestus penè summorum actorum. de Orat. 95. b

In theatro actores malos perpeti. 1. de Orat. 58. a

Actuarium.

Quid duro tempore anni actuaria fore censes? Att. lib. 10. 203. 6. a

Actuariis autem minutis Patras accedere sine iis impedimentis, non satis est uisum decorum. Att. lib. 5. 14

Actuariolum.

Actuariolum. 10. ad Att. 39. Id est, parua nauis celeris.

Uisue ad 11. Calendas expectabo tuas literas, deque Torquati actuariolo sciturum puto. Att. lib. 16. 336. 10. a

Hæc ego conscendens è Pompeiano actuariolis tribus, decem scalmis. 16. ad Att. 9

Actutum.

Si cætera castra ceteri uiderint: ego mortem actutum futuram puto. 12. Philipp. 337. a

Agito.

Aquila insectatur, & agit alias aues. de Diuin. 138. b

Sed non licet, agit rem militarem, insectatur totam hanc legationem. pro Mur. 18. a

Furiæ agitant & insectantur impios. de Leg. 163. b

Tamen eos agitant furia, nec usquam consistere patiuntur, pro S. R. 29. b

Post illa tempora quicumque Remp. agitauere. in Catil. a

f. 111.

Habet enim nihil aliud quod agitet in mente. 1. de Natura deorum. 157. a

Vt eos agitent, insectenturque furia, non ardentibus tædis, sicut in fabulis, sed angore conscientia, fraudisque cruciatu. 1. de Legib. 58. a

Agitare aliunde. Tusc. q. lib. 1. 44. *ἄνω δὲ κινεῖται.*

Quod si ille hoc vnum agitare coeperit, esse aliquid genus cogenda pecunia, &c. 5. Verr. 192. a. In hoc genere, vt sit plena locutio, subauditur mente vel animo.

Sæpius aliquè agitare. 14. ad Att. 38. Agitare, pro increpare. Excitare & agitare feras. Offic. 65. b

Agitare legem. 1. ad Attic. 62

Agitare & exquirere rationes. Tusc. q. lib. 5. 49

Vos & sapius eandem rem animis agitare, & diutius vno quoque de teste cogitare potestis. pro Font. 11. a

Cuius nomine apud Siculos dies festi agitantur. 4. Ver. 78. a

Agraria lex à Flauio Trib. pleb. vehementer agitabatur a thore Pompeio. Att. 18. b

Nec tamen video quomodo non vereatur iste deus beatus ne intreat, quum sine vlla intermissione pulsetur, agiturque atomorum incurfione sempiterna. 1. de N. d. 157. a

Agitari & exercitari curis de salute patriæ. Som. Scip. 32

Atomos pellere se ipsas, & agitari inter se concursu fortuito. de Nat. deor. 23. b

Agitari pulsu externo. Tusc. q. lib. 1. 45

Agitari impulsu externo. Som. Scip. 32

Agitari & perterreris furiarum tædis ardentibus. pro Rosc. Amer. 40. a

Suntne igitur insidia, tendere plagas, etiam si excitaturus non sis, nec agiturus? 3. Offic. 89. a

Alterius mens rationibus agitandis exquirendisque alebatur cum oblectatione solertia: qui vnus suauissimus patris animorum. 5. Tusc. 94. a. de Archimede.

Agitans.

Natura ista sunt Balbe, natura non artificiosè ambulantis, vt ait Zeno, sed omnia cientis & agitatæ motibus & mutationibus suis. 9. de Nat. d. 37. a

Quod si rationem habeant à natura menti datam, & acrem & vigentem, celerrimeque multa agitantem, & vt ita dicam, sagacem. 2. de Finib. 39

Agitatus.

Sunt autem optime curæ de salute patriæ: quibus agitatus & exercitatus animus, velocius in hac sedem & domum suam peruolabit. de Som. Scip. 32. a

Immoderatè agitatus. de Vniuers. 11

Adoptio Theophanis agitata est. pro Corn. Balbo. 46. a

Res agitata in concionibus, iactata in iudiciis, commemorata in Senatu. pro Cluent. 2. a

Sententiam dixi, quæ erat superioribus diebus agitata in Senatu. pro Domo sua ad Pontif. 7. a

Orat atque obsecrat, vt multis iniuriis iactatam atque agitatam æquitatem, in hoc tandem loco consistere & confirmari patiamini. pro Quint. 6. a

Ea certè debemus effugere, quæ à te maximè agitata sunt. in Academ. a

Verum enim oratori, quæ sunt in hominum vita, omnia quæ sita, audita, lecta, disputata, tractata, agitata esse debent. 3. de Orat. 31. a

Est viri magnanimi rebus agitatis punire fontes, multitudinem conseruare. Offic. 60. b

Agitatio.

Tum agitatio mentis, quæ nunquam acquiescit, potest nos in studiis cogitationis, etiam sine opera nostra, continere. 1. Offic. 27. & 29. & 35

Agitatio studiorum. Cat. 21

Nec enim ille externus & aduentitius habendus est tepor: sed ex intimis maris partibus agitatione excitatus. 2. de Nat. d. 39. a

Naturam autem eam dico, qua nunquam animus insistens agitatione & motu esse vacuus potest. 2. de Diuin. 131. a

Agitatione & motibus linguæ cibus detruditur, depelliturque. 2. de Nat. d. 202. a

Ita fit vt agitatione rerum sit infinita cognitio. de Ora. 151. b

Quod enim fretum, quem Euripum, tot motus, tantas, tam varias habere putatis agitationes fluctuum, quantas perturbationes, &c. pro Mur. 34. a

Agitator.

Nec est melius quicquam, quàm vt Lucullus sustineat curam, equosque, vt bonus sæpe agitator. Att. lib. 13. 278. 3. a

Ego enim vt agitator callidus, prius quàm ad finem veniam, equos sustinebo: eoque magis, si locus is, quod ferentur equi, præceps erit. Academ. q. ed. 1. lib. 2. 85

ἀγωνιστῶς hoc dicentem. 12. at Att. 3

ἀγῶνα Græci vocant studium contentionis. 1. ad Att. 41

Agonis.

Agonis, Agonidis. 1. Verr. 30. a

ἀγῶνας. 6. ad Attic. 14

Agrius.

L. Agrius, eques Ro. pro Flacco, 23

Agrigentum.

Agrigentum, oppidum maritimum Sicilia. 4. in Verr. 134

Agrigentorum duo genera. 4. in Verr. 85

Agyrium.

Agyrium, ciuitas Sicilia. 5. in Verr. 55

Agyrinensis ager in Sicilia. 5. in Verr. 38

Agyrinensium beneuolentia in ciues Romanos. 5. in Verr. 62

Ah.

Ah, Patres Conscripti, non ego mihi illum iniquum eiero, verum omnibus. 2. de Orat. 157. a

Ahala.

Ahala Seruilius. Attic. lib. 2. 39. 7. a

Aiarathes.

Aiarathes, regis Ariobarzani frater. 15. fam. 7

Aiax.

Aiax Oileus. 2. de Orat. 147

Aiax. 1. Offic. 160. Tragædiæ nomen, quam Æsopus non sæpe agere solitus erat.

Aiax impatiens contumeliæ. 1. Offic. 158. a

Aiacis signum apud Cyzicenos celebre. 6. in Verr. 119

Non Aiace, nec Achille, sed Vlysses appellauit Homerus *ἠοιμιπποῦ*. 10. fam. 29

Aiacem ira ad furorem mortemque perduxit. Tusc. quæst. lib. 4. 41

Progredientem apud Homerum Aiace, multa cum hilaritate, cum depugnaturus esset cum Hector. Tusc. quæst. lib. 4. 38

Aio.

Aio te Æacida Romanos vincere posse. de Diuin. 132. b

Diogenes ait, Antipater negat. 3. Offic. 123. a

Aiunt, dicunt, dicitur, prædicant. pro Pom. 8. b

Et docebo sus (vt aiunt) oratorem eum, quem cum Catulus nuper audisset, sænum alios aiebat esse oportere. 2. de Orat. 129

Iste claudus (quomodo aiunt) pilam retinere. in Pis. 54. a

Vos oro & obtestor Iudices, vt totam causam quam maximè intendent oculis (vt aiunt) contemplantini. pro Flac. 20. a

Quasi ego id curem, quid ille aiat aut neget. 2. de Fin. 112. a

Vt neque neget aliquid, neque aiat. 4. Acad. 186. a

Ain', pro aine. Orat. 86

Ain' tu: Att. lib. 6. 111. 29. a

Ain' tu: verum hoc fuit: sine me? Att. lib. 12. 236. 1. a

Ain' tandem? 3. de Leg. 20. a. ad Pætum, lib. 9. 21. 1. a

Contraria aientibus inquit. in Topicis, 24. a

Aius.

Quid ergo Aius iste loquens, quum eum nemo norat, & aiebat & loquebatur, & ex eo nomen inuenit, &c. 2. de Diuin. 105. a

Aio loquenti ara aduersus lucum Vestæ consecrata. Diuin. lib. 1. 86

Aio loquenti ara in noua via Romæ consecrata. Diuin. lib. 2. 54

Aiulius.

Aiulius Larinas, homo nequam. pro Cluent. 26

Ala.

Quomodo enim vester Axilla ala factus est, nisi fuga literæ vastioris? Orat. 85. Ala, pro axilla.

Ala legionum. Att. lib. 11. 218. 3. a. 2. Offic. 64. a

Quo in bello Pompeius te alæ alteri præfecit. Offic. 42. b

Galli cantu, plausuque premunt alas. de Diuin. 120. b

Alarius.

Alarii milites. 2. fam. 37

Quod autem meum erat proprium, vt alariis transpadanis vt negarem, id etiam populo se remississe scribit. Cælio, 2. fam. 38

Alabandus.

Alabandus deus apud Alabandos. 3. de Nat. deor. 27

Alabandi Alabandum consecrauerunt. de Nat. 67. b

Alabandenses sanctius Alabandum colunt, à quo est vrbs illa condita, quàm quæquam nobilium deorum. 3. de Natura deorum, 35.

Alabaster.

Quibus etiam alabaster plenus vnguenti putere videtur. 2. Academ. a

Alacer.

Alacer atque lætus Catilina. pro Murena, 46. a

Vultus alacer. 1. de Orat. 91. a

Os alacre. 1. de Orat. 91. a

Alacris exultat improbitas in victoria. 1. ad Att. 40

Equum alacrem lætus aspexit. 1. de Diuin. 126. a

Erectum & celsum alacri & prompto ore ac vultu huc atque illuc intuentem. 1. de Orat. 91

Alacres animo sumus, vt & ceteri vos cognoscant. 5. fam. 35.

Id est, magna animi alacritate contendimus.

Alacres & erectæ vadunt vt alteri noceant. ad Heren. 11. b

Quartus locus per quem demonstramus multos alacres expectare quid statuatur, vt ex eo, &c. de Inuent. 60. b

Quum legiones scribat Carthage alacres in eum locum prouectas. 1. Tusc. 162. a

Alacrior ad tutelam Rempublicam. in Som. Scipionis, 8. a

Si huic sit remissum multos alacriores ad maleficia futuros. ad Heren. 15. b

Alacriorem facias fructum reliquum. 10. fa. 14. in epist. Placi.

Alacritas.

Alacritas aliquid agendi. 4. Philipp. 152

Alacritas animi ad poema scribendum necessaria. 3. ad Qu. frat. 29

Canum alacritas tanta in venando, quid significat aliud, nisi se ad hominum commoditates esse generatos? 2. de Nat. deorum, 237. a

Cupiditas auidè semper aliquid expetens, & inanis alacritas, id est lætitia gestiens, nō multum differunt ab amantia. 4. Tusc. 55. a

Quæ lætitia Senatus, quæ alacritas erat ad Brut. 91. b

Addis mihi scribendi alacritatem. Att. lib. 16. 7

Afferit mihi alacritatem summam Reipub. defendendæ frequentia vestrum incredibilis. 4. Philipp. a

Fert alacritatem cupiditas. 4. Tusc. 55. a

Opus est quadam animi alacritate ad Qu. frat. 326. b

Qui & summa voluntate cesserit, & egregia animi alacritate abfuerit. Lentulo, lib. 1. epist. 9. 55. a

Alacritate fatali gestire. Tusc. q. lib. 4. 29

Vir igitur temperatus, constans, sine metu, sine ægritudine, sine alacritate, nulla libidine vexatus. in Tuscul. a

Galli victores alacritate & quasi lætitia ad canendum excitantur. 2. de Diuin. 84. a

Alaudæ.

Alaudæ ab Antonio iudices lecti. 5. Philipp. 172

Huc accedunt alaudæ, ceterique veterani, seminarium iudicum tertiarum decuriarum: qui suis rebus exhaustis, beneficiis Cæsaris deuoratis, fortunas nostras concupierunt. 13. Philipp. 344. a

Antonius cum legione alaudarum in urbem pergit. ad Atticum, 257. b

Antesignanos & manipulares & alaudas iudices se constituisse dicebat. 5. Philipp. 172. a

Alba.

Alba Æmilius, homo extremæ sortis. 5. in Verr. 123

Albanus.

Albanus ager. in Rull. 68. & pro Rab. Posth. 4

Albanus fundus M. Bruti Iuriconsulti. 2. de Orat. 123

In Albanum montem hostias non adducerent. 1. ad Att. 64. b

de Diuin. 84. b

Albani luci à P. Clodio cæsi ac violati. pro Mil. 65

Albana, locus Capuæ. in Rullum, 92

Albanum, Cn. Pompeii villa. 13. Philipp. 350

Albedius.

Sex. Albedius, dignus Antonii Senatu. 13. Philipp. 366

Albeolus.

Aut albeolum poscere, aut querere quempiam ludum. 5. de Finibus, 100. a

Albianus.

Albiani iudicii infamia. pro Cecin. 21

Albinouanus.

Albinouanus, P. Sestii accusator. in Vatin. 1

P. Albinouanus Pont. de Arusp. responf. 10

Albinus.

A. Albinus, M. Antonius coss. post C. Marium. post Reditum ad Quirites, 8

A. Albinus, homo doctus, P. Scipione, & M. Marcello coss. Prætor, historiam Græcè scripsit. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 127

C. Albinus, P. Sestii socer. pro Sestio, 4

A. Albini iocosum dictum ad Carneadem. Academ. q. ed. 1. lib. 2. 127

Albius.

L. Albius L. F. Quirina. pro Quint. 12

Albutius.

Albutius philosophus. de Nat. deor. 1. 65

T. Albutius à C. Julio accusatus. 1. in Verr. 34

Albutius Epicureus, cum in Sardinia sine Senatus auctoritate triumphasset, Romæ damnatus. in Pisonem, 72

T. Albutio Proprætori in Sardinia supplicatio à Senatu cur denegata. de Prouinc. Conf. 12

In Albutium luste Lucilius. 3. de Orat. 94

Album.

Album. 2. de Orat. 28. a. dicitur tabula, in qua singulorum annorum acta literis mandabantur à Pontifice maximo: proponebaturque domi eius, vt potestas esset populo cognoscendi: ique nunc Annales maximi nominantur.

Efferre in album & proponere. 2. de Orat. 28. a

Albus.

Qui albus, at erve fueris, ignorans, fratris filium præterit. in Ant. 168. b

Color albus, præcipuè decorus, deo gratus est, cum in cæteris, tum maxime in textili. de Legib. 179. b

Quod quasi auem album videntur bene sentientem ciuem videre. epist. 108. b

Quæ alba sint, quæ nigra dicere. de Diuin. 110. b

Democritus alba & atra discernere non poterat. Tusc. 250. b

Albatus.

Quum ipse epuli dominus Qu. Arius albatu esset, tu in templi Castoris te cum C. Fidulo atrato, cæterisque tuis furis funestum intulisti. in Vatinium, 24. a

Albatus discumbere moris fuit Romæ. in Vatin. 24

Albesco.

Albescere & vibrare dicitur mare, quando à sole collucet. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 96

Alcæus.

Fortis vir in sua Repub. cognitus, quæ de iuuenum amore scripsit Alcæus? Tusc. q. lib. 4. 60

Alcamenes.

Alcamenes fecit Vulcanum Athenis, in quo stante atque vestito, leuiter apparet claudicatio non deformis. de Natura deorum, 1. 58

Alcibiades.

Alcibiades Periclis arati suppar. Brut. 14

Alcibiades quo dicendi genere vsus sit. 2. de Orat. 52

Alcibiades Socratis disputationibus eruditus. 3. de Orat. 76

Alcibiades cum esset proiectus inhumatus, ab omnibusque desertus iaceret, amica corpus eius textit suo pallio. Diui. lib. 2. 110

Alcibiades paulò ante interitum visus est in somnis amicæ esse amictus amiculo. Diuin. lib. 2. 110

Ab Alcibiade nauigante in Siciliam deiectus, in mare creditur Eupolis, sed falso. 6. ad Att. 15

Alcidamus.

Alcidamus quidam rhetor antiquus in primis nobilis, scripsit laudationem mortis. Tusc. q. lib. 1. 10. 4

Αλκίμωος ὁ σὲ, ἡνα πὶς οὐδὲ ὑπὸ γόνυ ἐστὶν. 13. fam. 18

Alcmæo.

Alcmæo Crotoniates, Soli & Lunæ, reliquique sideribus, animoque præterea, diuinitatem dedit. de Nat. deor. 1. 20

Alca.

Quantum alii tribuunt tempestiuus cōiuiis, quantum denique alex, quantum pilæ: tantum mihi egomet ad hæc studia recolenda sumpfero. pro Archia, 9. a

Non prospicitis aleam quandam inesse hostiis deligendis, præsertim quum res ipsa doceat: 2. de Diuin. 53. a

Quod si vino & alea comessationes solum & scorta quærerent, essent illi quidem desperandi. in Catil. 32. a

Licinium de alea cōdemnatum collusorem suum restituit, ut quod in alea perdiderat, beneficio legis dissolueret. in Ant. 171. b

Homo nequissimus qui non dubitaret vel in foro alea ludere lege ea, qua est de alea condemnatus. in Ant. 171. b

Alcator.

Aleatoris Placētini castra cōmemorabuntur. in Verr. 2. 42. b

Ab aleatore φαρμακὸς πωδῆς. ad Att. 22. 4. b

In his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes impuri, impudicique versantur. in Catil. 42. a

Domus erat aleatoribus referta, plena ebriorum. 2. Philipp. 77. a

Aleatorius.

Suggerebantur etiam sæpe damnata aleatoria. 2. Philipp. 77

Aleo.

Aleo & Melampus, Emolus, dicti sunt tertii δόσκιμοι. 3. de Nat. deor. 38

Ales.

Inde est ales auis lato sub regmine Cœli. de Nat. 48. b

Alex, nuntius Iouis. in Arat.

Alitis inuolutus. 6. fam. 21

Aues, & alites & oscines, ut augures nostri appellant. de Nat. 58. b

Angues ingentes, alites, iuncti iugo. 1. de Inuent. 36. a

Vt tum huc, tum illuc volitent alites. Diuin. lib. 1. 101

Alitum volatus sustinet aer. 2. de Nat. deorum, 74

Aletrinum municipium. pro Cluent. 34

Alexander.

Alexander Babylone mortuus paucis diebus postquam Calanus Indus ei mortem prædixit. Diuin. lib. 1. 45

Alexander castra apud Isum habuit contra Darium. 5. ad Atticum, 39

Alexander cur ab Apelle potissimum pingi, & à Lyfippo fingi vellet. 5. fam. 32

Fortis Alexander. ad Luceium, lib. 5. 12. 23. a

Alexander in Cilicia depouisse apud solem in delubro pecuniam dicitur. 2. de Legib. 40

Qua nocte Alexander natus est, eadem Dianæ Ephesiæ templum deflagruit. 2. de Nat. deor. 51. Diuin. lib. 2. 45

Alexander per somniū monitus de radice, qua Ptolemæus familiaris eius, & multi milites, qui erant telis venenatis icti, sanati sunt. Diuin. lib. 2. 104

Alexander quum in Sigæum venisset, præconium Achilli ab Homero tributum esse dixit. 5. fam. 34

Alexander, rex appellatus, mores omnino mutauit. 13. ad Atticum, 37

Alexander rex cum interemisset Clytum familiarem suum, vix à se manus abstinuit: tanta vis fuit poenitendi. Tusc. quæst. lib. 4. 66

Alexander tyrannus ab vxoris fratribus interfecit. Diuin. lib. 1. 50

Alexander Phæreus ab vxore sua Thebe propter pellicatus suspicionem interfecit. Offic. 2. 35. 2. de Inuent. 229

Alexander siue Paris, Philoctetæ sagittis perculsus est. 4. ad Heren. 194

Alexander, negligens homo, & nō bonus poeta, sed tamen

non inutilis. 2. ad Att. 58

Apud aras Alexandri, in radicibus Amani. 15. fam. 18

Alexandri præceptor, Aristoteles. 3. de Orat. 78

Alexandri sententia de Homero. pro Archia, 18

Alexandri signum Ephesi celeberrimum. 6. in Verr. 119

Quid Alexandrum, inquit, Phæreum quo animo vixisse arbitramur? 2. Offic. 34. a. 1. de Diuin. 94. a

Ad Alexandrum suasiones hominum eloquentium. 13. ad Atticum, 36

Alexandro nato postridie mane vbi lucere cœpisset, clamitarent pestem ac perniciem Asiæ proxima nocte natam. Diuin. lib. 1. 45

Alexandria.

Alexandria, cunctaque Ægyptus. contra Rul. 74. b

Cupio Alexandriam reliquamque Ægyptum visere ad Atticum, 25. b

Alexandriam venissent cum syngraphis. 7. fam. 31

Alexandrinus.

Alexandrinum bellum. 13. fam. 30

Alexandri belli tantam morā quis huic bello adiunctum iri putaret? 15. fam. 42

Alexandri regis creditores aperte pecunias suppeditant contra Lentulum. 2. ad Qu. frat. 6

Alexandrinū regem cum multitudine reduci, periculosum Reipub. videri. 2. ad Qu. frat. 5

Hæc est ἄλλη, in qua nunc sumus, mortis instar. 10. ad Att. 3

Alexio.

Alexio medicus, Ciceroni familiaris. 15. ad Att. 1

Alexis.

Alexis Attici amanuensis. 7. ad Att. 8

Nam Alexidis manum amabam, quod, & c. ad Att. 100. b

In tuis quoque epistolis Alexim videor agnoscere. ad Att. 260. b

Alexim, humanissimum puerū, nisi forte, dum ego absūm, adolefcens factus est (id enim agere videbatur) saluere iubeas velim. 7. epist. 127. 9. a

Alfius.

C. Alfius, C. Cæsaris familiaris in tribunatu præteritus. in Vat. 29. pro Plan. 34

Algeo.

Huius generis est plenus Næuius, & iocus est familiaris, Sapiens si algebis, tremes. 2. de Orat. 158. a

Nostri milites facile algere & esurire consueuerunt. epist. 125. b

Algens.

Itēque Lycurgi laboribus erudiunt iuuentutem venādō, currēdo, esuriēdo, sitiēdo, algēdo, æstuādo. 2. Tusculan. 59. a

Alfius.

Nihil quietius, nihil alfius, nihil amœnius. Att. lib. 4. epist. 77. 2. a

Iam apodyterio nihil alfius, nihil muscosius. ad Qu. frat. lib. 3. epist. 17. 9. a

Algidus.

Algidus. in Orat. 85. Mons ab vrbe x i i. passuum milibus distans: ab assiduo frigore sic dictus.

Alia, Alias, Alibi, Vide Alius.

Alienatio, Alienatus, Vide Alius.

Alienigena.

Alienigenæ dii. 2. de Finib. 42. a

Hostes alienigenæ. in Catil. 93. a

Alienigenarum nos hominum studiis. atque externa virtute priuari. pro Cor. Balbo, 19. pro Flacco, 51. & pro Deiotaro, 6

Potestis igitur iniquos æquis, alienigenas domesticis, & c. anteferre: pro Fonteio, 19. a

Alieno, Alienus, Vide Alius.

Alifanus.

Alifanus ager. in Rul. 68. & pro Plan. 18

Aligurius.

Aligurius Cæsaris familiaris mortuus est, bonus homo & nobis amicus. Tironi, lib. 16. epist. 18. a

Αλιγυρα illa video tibi non probari. 9. ad Att. 55

Alimentum. Alimentarius, Vide Alo.

Aliphera.

Tene autem, & Aliphera, & Tritia νεόκλειαν ei videbatur. Att. lib. 6. epist. 113. 5. a

Aliptræ.

Sed vellem nō solum salutis meæ, quemadmodum medici: sed etiam vō aliptræ, virium & coloris rationem habere voluissent. Lentulo, lib. 1. 9. 52. a

Aliquando.

Et maxime si aliquando alio domino solita est frequentari. Offic. 28. b

Sed si forte aliquādo beneficii huius obtrectator extitisset, & c. pro Flacco, 146. b

Vt aliquando ex eorum agris abirent. 5. Verr. 68. a

Collegi me aliquādo, & ita constitui, fortiter esse agendum. pro Cluentio, 39. a

Spes est, & hunc miserum atque infelicem aliquando tandem posse consistere. pro Quintio, 63. a

Voluntarius amicus mulieris, non necessitudine aliqua, sed fido officio, simulatāque sedulitate coniunctus, magis opportuna opera nonnunquam, quam aliquando fidelis. pro Cecinna, 10. a

Sit discordiarum finis aliquando. de Arusp. resp. 42. a

Sed ne plura (dicendum enim aliquando est). 13. fam. 3

Tandem aliquando Quirites, & c. in Catilinam, 25. a

Non despero fore aliquē aliquando, qui, & c. 1. de Orat. 48. a

Num hæc ex vilo audiui? aliquando? Acad. 4. b

Aliquando, id est olim, vel antea. 6. fam. 20

Quod si esset aliquādo futurum, ut aliquis de L. Flacci pernicie cogitaret, nunquā tam existimaui, & c. pro Flac. 1. a

Aliquādo, idque serō, conuicio aurium, quum exorta mihi veritas esset, vsū loquendi populo concessi, scientiam mihi reseruauis. in Orat. 91. a

Liceret ei dicere, honestatem aliquando cum vtilitate pugnare. 3. Offic. a

Et aliquando miseremini sociorum Iudices: & ostendite, & c. 3. Verr. 50. a

Et te nonnunquam à me alienarunt, & me aliquando immutarunt tibi. ad Licinium Crassum, lib. 5. epist. 8. 4. a

Et nostro more aliquando, non rhetorico, loquamur. de Orat. 96. b

Quis ciuis meliorum partium aliquando? pro Cæl. 39. b

Vt etiam bestię, fame domināte, plerunque ad eum locum, vbi pastę aliquando sunt, reuertantur. pro Cluentio, 53. a

Aliquando perorare coactus est. 4. ad Attic. 9. pro, tandem. Velim aliquando puerum visas. ad Att. 195. b

Aliquando nos reuifas. Att. lib. 1. epist. 13. 10. a

Verum aliquando tamen. pro Quintio, 23. a

Aliquanto.

Aliquanto amplius, quam ferre possent. 6. Verr. 67. a

Aliquanto minus. ad Att. 83. b

Et aliquāto antè cōstitueret quid accidere possit. 1. Off. 114. a

Quum ille aliquanto ante te Prætorem esset mortuus. 4. Verr. 31. a

Cincius profectus est aliquanto ante furorem Catilinæ. pro Sylla, 177. b

Denique aliquanto in prouinciam iste proficiscitur prius, quam opus effectum est. 3. Verr. 105. a

Aliquanto post iam argentaria dissoluta. pro Cecinna, 8. a

Postea aliquanto ipsos iactare cœpit vehementius tempestas. de Inuent. 81. b

Aliquantum

Quem si assequi posset, aliquantum ab optimo tamen abesset. de Legib. 1. 6

Letis tuis literis aliquantum acquieui. epist. 51. b

Qui processit aliquantum ad virtutis aditum. 3. de Fin. 74. a

Auri nauem euertat gubernator an paleæ, in re aliquatū, in gubernatoris inficitia nihil interest. Parad. 119. b

Aliquantum labefactata atque conuulsa. ad Luceium, epist. lib. 5. 13. 3. a

Quod quale sit, non tam diffinitione, qua sum vsus, intelligi potest (quanquam aliquantum potest) quam communi omnium iudicio. 2. de Finib. 74. a

Aliquantum animi videtur nobis attulisse Labienus. ad Atticum, lib. 7. epist. 132. 8. a

Aliquantum iam etiam noctis assumo. ad Fabium Gallum, lib. 7. epist. 26. a

Aliquantum spatii. 1. Offic. a

Aliquantulum.

Aliquantulum æris alieni. pro Quintio, 8. a

Deflexit enim iam aliquantum de spatio curriculumque consuetudo maiorum. in Lælio, 38. a

In mediocri figura versabitur oratio, si hæc aliquantum demiserimus, & c. ad Heren. 26. b

Et de natura licet aliquantum ducere suspicionis. 2. de Inuent. 141

Cum aliquantum progressus esset. de Diuin. 25. b

Illius conatus aliquantum repressissem. 4. Verr. 45. a

Aliquandiu.

Aristum Athenis audiunt aliquandiu. Acad. 41. b

Primus habebris: tamen id aliquandiu solus. ad Attic. lib. 2. 27. 4. a

Aliquammulti.

Sunt vestrum aliquammulti qui L. Pisonem agnouerunt. 6. Verr. 49. a

Aliquis.

Si me villicus tuus solus dececisset, non familia dececisset, ut opinor, sed aliquis de familia. pro Cecinna, 40. a

Atque is tamen aliquis, Ligarius non fuit. pro Ligario, 14. a

Nullus priuatorum dolor bonorum erat aliquis. ad Attic. 120. b

Aliqua Respub. 5. fam. 45. Id est, non omnino perdita.

Meum aliquod factum. pro, aliquod ex meis factis. 10. ad Att. 28. in epist. Cæsaris.

Num aliquod membrum tumidum ac turgidum non vitiose se habet? Tusc. quæst. 19. 4. b

Demōstratiuum genus est, quod tribuitur in alicuius certæ personæ laudem aut vituperationem. 1. de Inuent. 11. a

Quid mihi tanquam alicui græculo quæstiunculam ponitis? de Orat. 93. b

Quo die has Valerio dabam, expectabam aliquem meorum. Att. lib. 13. epist. 273. 1. a

Puto posse, & quidem aliquē de tribus nobis. 3. de Leg. 23. a

Mèque, vt facis, velis esse aliquem: quoniam qui fui, esse non possum. ad Att. 47. b

Vnum aliquem nominatē. pro Cluentio, 147. a

Timide tanquam ad aliquem scopulum libidinis, sic tuam mentem ad philosophiam appulisti. de Orat. 122. b

Ad vnum aliquem confugere virtute præstātem. 2. Off. 58. a

Est consuetudo Siculorum, vt nonnunquā eximant vnum aliquem diem, aut summum, biduum ex mensē. 4. Verr. 90. a

Itaque fac vt me velis esse aliquem: quoniam qui fui, & qui esse potui, iam esse non possum. Att. lib. 3. epist. 56. a. Id est, velis esse me non procius obscurum & abiectum.

Aliquam excellentem ac præstantem naturam essent suspicati. de Nat. deor. 1. 71

Sed gesta res expectatur, quam quidē aut iam esse aliquam, aut appropinquare confido. epist. 187. b

Alicuius facti si non bonam, at aliquam rationem afferre. in Verr. 192. b

Benedicere non habet definitā aliquam regionem. de Orat. 109. b

Si modo velint aliqua ex parte liberaliter viuere. in Lælio, 72. a. pro Cluentio, 53. a. 9. fam. 28

Leonidas, Epaminondas, tres aliqui aut quatuor. 2. de Finibus, 100. a

Aliquid.

Aliquid sum ego quoque. 6. famil. 50

Aliquid fuimus in dicendo. 4. ad Att. 7

Aliquid fuit. 15. ad Att. 37

Et ex eo quod ipse potest in dicendo, aliquantum remittet: vt tu tum aliquid esse videre. 1. in Verrem, 26. Id est, aliqua sis existimatione præditus.

Multi sine doctrina, aliquid omnium generum atque artium consequuntur. de Orat. 112. b

Aliquid te adiuvant. 4. fam. 13. Id est, aliquantum.
 Nunc eadem illa, quid Brutus cogitet, aut si aliquid egit, &c.
 ad Att. 208. b
 Et si tua litera recte sperare iubent, tamen expecto recens
 aliquid. ad Att. 208. b
 Ego tibi aliquid de meis scriptis mittam. Att. lib. 1. 11. 25. a
 Et Cæcilius tum denique se aliquid futurum putet, si Hali-
 nus minus vehemens fuerit. 1. in Verrem, a
 Cum machinatione quadam moueri aliquid videmus. de
 Nat. 45. b
 Graue est enim homini pudenti petere aliquid magnum ab
 eo, de quo se bene meritum putet. ad Curionem, lib. 2. 5. 3. a
Aliqua.
 Cupere aliqua euolare si posset. 3. Verr. 47. a
Aliquispiam.
 Atque ille etiam, si aliquispiam vi pelleretur ex hac urbe, fa-
 cile pateretur aliis alia quapiam vi. pro Sest. 17. b
Aliquot.
 Aliquot anni sunt, quum, &c. Att. lib. 9. epist. 183. 3. a
 Aliquot somnia vera. 2. de Diuin. 190. a
 Quorum disciplina extincta est quodammodo, quum ali-
 quot secula, in Italia Siciliaque viguissent. de Vniuers. 2. a
 Aliquot epistolas accepi a te vno tempore. ad Trebatium,
 lib. 7. epist. 18. 1. a
Aliquoties.
 Quanquam aliquoties ei scripseram, sacerdotem, &c. ad
 Brutum, 30
 Aliquoties ad socios literas de istius iniuriis miserat. 4. Ver.
 123. a
 Aliquoties iam iste locus a te tactus est. de Leg. 17. 1. b
 Quod ego non crederem, nisi aliquoties ex ipsis accusa-
 toribus audissem. pro Font. 281. b
 M. Iunius qui hanc causam aliquoties apud te egit. pro
 Quint. 1. b
 Άλις αποδής. 2. ad Att. 8
 Άλιτην ambulatione. 14. ad Att. 18
Alius.
 Alius alio grauius atque ornatus de mea salute dixit. pro
 Sestio, 63. a
 Alius alio plus habet virium. 1. de Legib. 4
 Ego solus alius sum. 15. ad Att. 4. Id est, diuersus.
 Non alius essem, atque nunc sum. Lentulo, lib. 1. 9. 88. a
 Hic tum alius ex alia parte, &c. in Verr. 89. b
 Non enim alia causa est æquitatis in vno seruo & in pluri-
 bus. pro Cecinna, 42. a
 Alia causa est eius qui calamitate premitur, & eius qui res
 meliores querit nullis rebus suis aduersis. 2. Offic. 89. a
 Lux longè est alia solis & lychnorum. pro Cæl. 52. b
 Vim quandam esse aiunt signifero in orbe, qui Græcè ζω-
 δηςμός dicitur, talem, vt eius orbis vnaquæque pars alia a-
 lio modo moueat immutetque cælum. 2. de Diuin. 133. a
 pro Domo sua, 126. b
 Nec erit hæc ratio alia Plancio ac Laterensi. pro Plan. 269. b
 Virtus habet plures partes, quarum alia est ad laudationem
 aptior. de Orat. 149. b
 Totum est aliud. 13. ad Att. 12
 Nec aliud à libertate. 11. fam. 4. in epistol. M. Bruti & Cassii.
 Id est, nisi libertatem.
 Quid est aliud gigantum more bellare cum diis, nisi naturæ
 repugnare? de Senect. 6. a
 Sed naturas esse diuersas, vt aliud equo sit natura, aliud bo-
 ui, aliud homini, & tamen in omnibus summa commu-
 nis. 5. de Finib. 44. a
 Sed, vt aliud ex alio, mihi nõ est dubium, quin quod Græci
 κατηννοσ, nos officium. Att. lib. 16. 36. Id est, alius sermo ex
 alio.
 Aliud ex alio me quotidie impedit. 9. fam. 45
 Ideo multa coniecta sunt, aliud alio tempore. ad Qu. frat.
 lib. 3. 17. 28. a
 Amare autem nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere, quem
 ames. in Lælio, 83. a
 Ita nihil aliud est discere, nisi recordari. Tusc. 160. b
 Aliud est maledicere, aliud accusare. pro Cælio, 38. b

Potest enim non solum aliud mihi ac tibi, sed mihi ipsi a-
 liud aliis videri. in Orat. 140. a
 Sed si eadem hora alia pecudis iecur nitidum atque plenu
 est, alia horridum & exile, quid est quod declarari possit
 habitu extorum & colore? 2. de Diuin. 46. a. Alia, geni-
 tibus fœm. gen.
 Habes Sardos exuales, alium alio nequiores. ad Fabium
 Gallum, lib. 7. epist. 25. 5. a
 Si verum est Qu. Fabium Labeonem, seu quem alium, &c.
 1. Offic. a
 Venio ad epistolas tuas, quas ego sexcentas vno tempore
 accepi, aliam alia iucundiores. Att. lib. 7. epist. 122. 3. a
 Ex alio in aliud vicissitudo atque mutatio. 5. Tusc. 99. a
 Cum aliud diceret, atque sentiret. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 16
 Simia, quam rex Molossorum in deliciis habebat, & fortes
 ipsas, & cætera quæ erant ad sortem parata, disturbauit, &
 aliud aliud dissipauit. 1. de Diuin. 129. a. Id est, omnia varios
 in locos dissecat.
 Aliud tu honestum in hac causa iudicas, atque ego existi-
 mem. ad Att. 218. b
 Quid ergo hi possunt aliud iudicare, ac iudicantia
 Aliud in alio peccare. 9. ad Att. 35
 Sed aliud quiddam longè, aliud Crasse querimus. Orat. 104. b
 Aliud ex alio querere. 1. de Leg. 19. a. Att. lib. 16. epist. 338. 2. a
 Aliud stans, aliud sedens, de Republica sentis. Sallust. in Ci-
 ceronem, 271. b
 Alia ex parte, geminatum. ro. ad Att. 8
Amplissimi ciues. Att. lib. 7. epist. 132. 6. a
Res gestæ amplissimæ. Att. lib. 8. epist. 153. 3. a
Fortunas amplissimas amittere. 7. Verr. 15. a. 1. Tusc. 136. a

Amplē.

Sublatē amplēque dicere. de Cl. 182. b
Elatē & amplē loqui non est ausus, quum humiliter demissequē sentiret. 5. Tusc. 36. a
Exornat amplē magnificēque triclinium. 6. Verr. 64. a
Nihil enim amplē Cotta, nihil leuiter Sulpitius. in Or. 57. a
Si ne hæc quidem fatis amplē, fatis honestē dici putas. 2. de Finib. 121. a

Amplius.

Illi se suos armatos adduxisse dixerunt, etiam hoc amplius Cecinam. pro Cec. 290. b
Aliquanto amplius amplexus sum animo. 4. Verr. 1. a
Amplius centum naues. 12. fam. 25. in epist. Lentuli.
Itaque non amplius xiiii cohortes Luceriam coegi. ad Attic. 130. b
Itaque obtemperare cogito præceptis tuis hoc amplius, nauicularum habere aliquid, &c. epist. 142. b
Mathematici confirmant solem amplius duodeuiginti par-

tibus maiorem esse, quam terram. Acad. qu. 20. b
Cui quum essem assensus, decreui hoc amplius, vt tu, si arbitrarere vtile fore, exque Repu. esse, persequerere bello Dolabellam. ad Brut. epist. 5. 1. a
At amplius non desyderamus. 4. Acad. 104. a
Quidnam amplius desyderatis Iudices? 1. de Inuent. 112. a
Nihil dico amplius. pro Planc. 14. a
At ego amplius dico, h s quadringentis accepisse te arguo. 4. Verr. 16. a
Facite quod libet, daturus non sum amplius. in Verr. 123. b
Etiam hoc amplius. pro Cecin. 19. a. 2. de Finib. 19. a. ad Præ- tum, lib. 9. epist. 25. 1. a. 4. Verr. 85. a
Etenim Catilina quid est quod iam amplius expectes? I. C. 98. b
Quid enim, si illi inimicissimus esset, amplius ad eius laudem minuendam facere potuisset? de Ar. 256. b
Qui quum amplius centum ciues haberet ex conuentu Syracusarum. 7. Verr. 121. a
Non luctabor, inquit, tecum Crasse amplius: id enim, &c. de Orat. 91. b
Hora amplius in demoliēdo signo permulti homines moliebantur. 6. Verr. 85. a
Laodiceæ viginti pondo, paulò amplius. pro Flac. 54. a
Ego autem Ædilis, hoc est paulò amplius quam priuatus. 2. Verr. 23. a
Ille fatidari amplius abs te non petit. 4. ad Att. b
Si amplius h s nummo petisti, quam tibi debitum est, causam perdidisti. pro Rosc. Comædo, 5. a
Amplius eo nomine neminem, cuius petitio sit, petiturum, vulgata cautio in solutionibus. Brut. 9
Consules re audita amplius de consiliis sentētiā pronuntiant. Brut. 43
Amplius pronuntiari. 3. in Verr. 17
Cæsar, Amplius horas quatuor fortissimè pugnaverunt. Att. lib. 8. a
Amplius quam centum ciues. 4. Verr. 55. a
Eo contentæ non quærunt amplius. Tusc. 47. b
Non amplius quinque millia. 2. ad Att. 37
Amplius passus quingentos. 10. fam. 64. in epist. Galbæ.
Quibus ne reiciundi quidem amplius, quam trium iudicum præclaræ leges Corneliæ faciūt potestātē. in Ver. 124
Sese ipsum abs te repetit: nihil amplius. 7. Verr. 100. a
Cum vterque eorū scripsisset, hoc amplius Theophrastus, quæ essent. de Finib. 126. b
Amplius sunt sex menses. pro Rosc. Com. 4. a
At erat, & esset amplius, si velles, populo cautū. in Ver. 105. b
Non ferè ternis amplius. in Orat. 131. a
Nihil tribuit amplius. (paulò post, Hoc amplius addidit homini natura.) de Nat. d. 2. 24
Amplius triennium. pro Rosc. Com. 4
Qui soli toto orbe terrarum septingentos iam annos amplius vnus moribus, &c. viuunt. pro Flac. 49. a
Quid vis amplius? pro Rosc. Amer. 65. a
Quid vultis amplius? pro Milon. 27. a

Amplissime.

Omnia collegia amplissime de salute mea decreuerunt. pro Dom. 228. b
Amplissime dati militibus agri. 5. Philip. a
Aliquem supremo die suo quam amplissime efferre. in Ant. 224. b
Amplissime ac magnificentissime omnes honores gessit Sthenius. 4. Verr. 77. a
Amplissime ac honestissime ex Prætura triumphare. pro Mure. 13. a

Amplitudo.

Amplitudo, est potentia aut maiestatis, aut aliquarum copiarum magna abundantia. 2. de Inuent. 244. a
Amplitudo & quasi quædam exaggeratio animi vna est omnium res pulcherrima, eoque pulchrior, si vacet populo, neque plausum captans, se tantum ipsa delectet. Tusc. quæst. lib. 2. 55
Isti in quibus summa autoritas est atque amplitudo. pro Rosc. Amer. 2. a

Honores & amplitudo alicuius. 4. Verr. 77. a
Maiestas, est amplitudo ac dignitas ciuitatis. de Orat. 123. b
Amplitudo honorum. Offic. 2. 87
Splendor omnis & amplitudo harum rerum duarum, &c. 1. Offic. 98. a
Ad amplitudinē tuam meis officiis amplectendam. 5. fa. 19
Ad claritatē, amplitudinēque aptior est eorum vita, qui, &c. 1. Offic. 101. a
Ad amplitudinem tuam conferimus omne nostrum consilium, &c. ad Planc. lib. 1. epist. 1. 7. a
Ad tuam summam amplitudinem, dignitatem, libertatem pertinet. Lent. lib. 1. epist. 9. 107. a
Ad summam amplitudinem peruenire. in Brut. 154. a
Maiestatem is minuit, qui amplitudinem ciuitatis detrimento afficit. ad Heren. 9. b
Vt omnes huius honores inter suos & amplitudinem possent cognoscere. in Verr. 131. b
Amplitudinem nominis dare posteris suis. pro Mure. 14. a
Illustrabit tuam amplitudinem hominum iniuria. Lentulo, lib. 1. epist. 6. a
Hoc igitur tibi propono, amplitudinem animi, vnam esse omnium rerum pulcherrimam. 2. Tusc. 107. a
Q. Pompeius posteris suis amplitudinem nominis, quam non acceperat, tradidit. pro Mure. 127. b
Possunt confirmare, te & Senatus & Pop. Rom. studio amplitudinem tuam retenturum. 1. fam. 10
Ex ære fuit quoddam Cereris simulacrum modica amplitudine ac singulari opere. 6. Verr. 98. a
Amplitudine summa dignus. pro Mure. 14. a
Amplitudines quædam bonorum excitabuntur. 4. de Finibus, 29. a

Ampliuagus.

Ampliuagas imagines reddunt. ad Heren. 22. b

Amplio.

Quid fuit, Iudices, quare istum hominem nefarium ampliaueritis? ad Heren. lib. 4. 205. a
Vt etiam si lex ampliandi faciat potestatem. 3. Verr. 17. pro Cecinna, 21

Amplifico.

Amplificat atque ornat orator dicendo, ea quæ vulgò expectenda atque optabilia videntur. 1. de Orat. 112. a
Nam attræctatu & quasi sæuum amplificatis dolorem. Tusc. 186. b
Facultatē differendi amplificauit tibi Academia. 2. de N. d. a
Ornare aliquem & amplificare. Marcel. lib. 15. a. & 15. fam. 32
Aliquid verbis, aut dicendo amplificare. 2. de Inuent. 131. a. 1. de Orat. 119. a
Amplificare dignitatem alicuius. pro Marcell. 5. & Bruto, lib. 11. 5. 8. a
Dolorem amplificare. 2. Tusc. 87. a
Amplitudinem ac gloriam alicuius amplificare. antequam iret in exilium, 3. a. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 5
Vereor interdum ne talium personarum, quum amplificare velim, minuat etiam gloriam. 4. Acad. 10. a
Exaggerare & amplificare orationem. 3. de Orat. 85. a
Rem familiarem amplificare. in Offic. a
Summa autem laus eloquentiæ est, amplificare rem ornando, &c. 3. de Orat. 88. a
Amplificare res suas. 5. Philipp. 199
Conseruare atque amplificare Remp. pro L. Manil. 35
Virtutem laudibus amplificare. 5. de Finib. 127. a
Sonus amplificatur. 2. de Nat. deor. 217. a
Vt postea variari voluptas, distinguique possit, augeri, amplificarique non possit. 1. de Finib. 60. a
Ea quæ pro nobis esset amplificanda & augēda. 1. de Or. 69. a
In augendis amplificandisque rebus. in Orat. 69. a

Amplificans.

Et virtutem ipsam suis laudibus amplificantis. de Finibus, lib. 5. 66

Amplificatus.

A populo Romano semper defensus, amplificatus, ornatus. pro Dom. sua, 21. & 69
Quibus in hominibus erat summa virtus, & summa virtu-

te amplificata autoritas. 1. de Inuent. 7. a
Dignitas tua quæ quidem a teipso integritate & clementia tua sic amplificata est, vt nihil addi posse videatur. ep. 92. b
Eorum imperio Respub. amplificata qui religioni paruissent. de Natura deorum, 2. 6
Vrbs condita amplificataque. in Catil. 49. a
Quorum exitio intelligi potest, eorum imperiis Rempub. amplificatam. 2. de Nat. d. 12. a
Gabinio, pretio amplificato, Syriam nominatim dedisti. pro Domo sua, 18. a
Pauci enim, atque admodum pauci, honore & gloria amplificati, &c. 3. de Leg. 47

Amplificatio.

Amplificatio quid, & ex quibus conficiatur. Partit. 16. & 28
Amplificatio quid, & quomodo tractanda. 2. ad Heren. 86. & 3. 115
Est igitur amplificatio, grauior quædam affirmatio, quæ motu animorum conciliet in dicendo fidem. Par. 234. b
Amplificatio honoris & gloria. 2. Offic. 60. a
Amplificatio pecuniæ. Diuin. lib. 2. 24
Amplificatio rei familiaris, nemini nocens, non vituperanda. Offic. 1. 37
Amplificationis quis effectus. Topic. 53
Ergo in omni genere amplificationis exarsimus. Ora. 106. b
Amplificationis species. 3. ad Heren. 116
Amplificationis utilitas. 3. de Orat. 58. Orat. 122
Amplificatione quo loco orationis vtendum. Partit. 16
Amplificationes crebræ & breues in demonstratiuo causarum genere. 3. ad Heren. 107

Amplificator.

Amplificator dignitatis meæ. 2. fam. 17. & 10. fam. 28
Nec verò Pythagoras nominis solum inuenter, sed rerum etiam ipsarum amplificator fuit. 5. Tusc. 15. a. Planco, lib. 10. 12. 15. a. Cælio, lib. 2. 8. 6. a

Ampulla.

Ad illam vitam, quæ cum virtute degatur, ampulla aut strigilis accedat. de Finib. lib. 4. 25

Ampulo.

Circumcidit & amputat multitudinem. 4. Acad. 249. a
Volo esse in adolescente, vnde aliquid amputem. Ora. 119. b
Quæ sit scientia atque ars agricolarum, quæ circumcidat, amputet, erigat, extollat, adminiculetur. 5. de Finib. 70. a. 1. de Orat. 34. a
Amputare ramos miseriarum. Tusc. q. lib. 3. 11
Amputare ferro vitem serpentem multiplici lapsu & erratico. Cat. 48
Membra quædam amputantur, si, &c. Offic. b
Sic in Reipublicæ corpore vt totum saluum sit, quicquid est pestiferum amputetur. 8. Philip. 244. a
Vt sapiens solum amputata circumcisique inanitate omni & errore, &c. de Fin. lib. 1. 35
Infracta & amputata loquuntur. in Orat. 97. a

Amputatio.

Propagatio vitium, farnentorumque, ea, quam dixi, aliorum amputatio, & aliorum remissio. de Senect. 33. a

Amplianctus.

Ex quibus & mortifera quædam pars est, vt & Ampsanti in Hirpinis, & in Asia Plutonia quæ videmus. 1. de Diu. 135. a

Amynomachus.

Amynomachus & Timocrates hæredes Epicuri. de Finib. lib. 2. 83

An, Anne.

Postulo mihi respondeat qui sit iste Verrutius, mercator, an arator, an pecuarius. 4. Verr. 137. a
Tacitus metu an contumacia? Attic. a
Quam orationē in Origines suas retulit, paucis antequam mortuus est, an diebus, an mensibus? in Brut. 45
An ille tempus aut in poetis euoluendis consumeret, aut se in musicis contereret? 1. de Finib. 108. a. pro Milo. 5. a
An, in compositione, pro, ab, Orat. 89
In quo quæsitum est, in totone circuitu illo orationis, an in principiis solum, an in extremis, an in vtraque parte numerus tenendus sit. in Orat. 118. a

An omnia emendata in illis. de Nat. d. 1. 55
An partus ancillæ sitne in fructu habendus, differetur inter principes ciuitatis, P. Scæuolam, Marcumque Manilium? 1. de Finib. 19. a
 Refert etiam qui audiant: Senatus, an populus, an iudices: frequentes, an pauci, an singuli. 3. de Orat. 117. a
Errauit, an potius insaniiuit Apronius? 5. Verr. 93. a
Id vtrum Romano more locutus sit, an quo modo Stoici dicunt, postea video. Trebatio, lib. 7. epist. 16. 4. a
Vtrum quod minus, &c. an quod corpora, &c. Tusc. 291. b
Multum enim interest, vtrum laus imminuatur, an salus deferatur. Lent. lib. 1. epist. 7. 27. a
An tu dialecticis ne imbutus quidem es? Tusc. 151. b
An tu Narbonæ in mensas hospitium quum vomeres, Doblarella pro te in Hispania diricaret? 2. Philip. 83. a
An verò si de re ipsa, si de finibus controuersia est, &c. 1. de Orat. 130. a
An verò tibi Romulus ille aut pastores, &c. aut finitimum vim repressisse eloquentia videtur, non consilio & sapientia singulari? 1. de Orat. 19. a
Anne de nobis trahere spolia fœderatis licebit, de hostibus non licebit? pro Corn. Balbo, 43. a
Non internoscat vera illa visa sint, anne falsa. 4. Acad. a
Nam quid ego de Consulatu loquar: parto vis, anne gesto? in Pis. 1. a
Anne licebit fœderatis, istuc vobis nō licebit? pro Cor. 66. b
Quum interrogetur, tria pauca sint, anne multa. 4. Ac. 165. a
Quærendumque vtrum vna species & lōgitudō sit earum, anne plures. in Orat. 119. a
Scire velim quomodo dicar spondidisse pro patre, anne pro filio? ad Att. 189. b
Nescio anne quinque virūm quidē quæquā, &c. Acad. 34. b
Annum Imperatorum scientia nihil est? de Diuin. 85. b

Anaces.
Anaces primi tres *δύοκοιροι* vocantur. 3. de Nat. d. 38
Anacharsis.
Anacharsis. 5. Tusc. a. Philosophus ex Scytharum genere.
Anacreon.
Nam Anacreontis quidem tota poësis est amatoria. Tusc. quæst. lib. 4. 60
ἀνακράσις 9. ad Att. 69
ἀνακράσιον magnam res habet. 14. ad Att. 29
Anagnia.
Anagnia, oppidum. pro Dom. sua, 229. b. in Ant. 180. b
Anagnostes.
Nam puer festiuus anagnostes noster Sosistheus decepsit. Att. lib. 1. 23
Tuus seruus anagnostes. 5. fam. 23. in epist. Vatinii.
Analogia.
ἀναλογία Græcè, Latine comparatio, proportiōne dici potest. de Vniuers. 17
ἀναλογία me deceperat. 6. ad Att. 23
Quod analogiam Stoici, nos appellamus conuenientiam. 3. de Finib. 33. a
ἀναπρωήσια 15. ad Att. 25
ἀναπρωήσιον epistolam non relinquam. 6. ad Att. 18

Anapæstus, siue Anapæstum.
Anapæstus pes. Tusc. quæst. lib. 2. 31. pes est constans ex duabus syllabis breuibus & vna longa. dicitur etiam *ἀναπæστιος*.
Ita factus est anapæstus, qui Aristophaneus nominatur. de Orat. 215. b
Nec filetur illud potentissimi regis anapæstum. 3. Tusc. quæst. 96. a
Quare primum ad heroum nos dactyli, & anapæsti, & spondei pedem inuitat. de Orat. 159. b
Omnes Danaï aut Mycenæses, attica pubes, reliquique Græci, qui hoc anapæsto citantur. de Finib. 68. b
Elegit ex multis Iſocratis libris triginta fortasse versus Hieronymus, Peripateticus in primis nobilis, plerisque senarios, sed etiam anapæsta. in Orat. 110
Nec adhibetur vlla sine anapæstis pedibus hortatio. 2. Tusc. quæst. 63. a

Anapæsticus.
Anapæsticus versus. in Orat. 100. a
ἀναπæστιον iter. 9. ad Att. 2

Anaphora.
Anaphora, hoc modo, Verres calumniatores apponebat, Verres adesse iubebat, Verres cognoscebat, Verres iudicabat. 4. Verr. 16. a
ἀναπρόληπον 16. ad Att. 22

Anas.
Anatum oua gallinis sæpe supponimus. 2. de Nat. d. 93
Anaticula.
Serpere anguiculos, euolare merulas, nare anaticulas, cornibus vti videmus boues. 5. de Finib. 39

Anatocismus.
Interim quum ego in edicto translatio centesimas me obseruaturum haberem cum anatocismi anniuerſario, ille ex syngrapha postulabat 1111. Att. lib. 5. 52
Clamare omnes qui aderant, nihil impudētius Scaptio qui centesimis cū anatocismo contentus non esset. Att. li. 5. a

Anaxagoras.
Anaxagoras Clazomenius, cum Lampfaci moreretur, quærentibus amicis vellēne Clazomenas in patriam, si quid ei accidisset, afferri, nihil necesse est, inquit: Vndique enim ad inferos tantundem via est. Tusc. q. lib. 1. 93
Anaxagoras Clazomenius, Periclis præceptor. 3. de Ora. 76. Brut. 21
Anaxagoras & Democritus agros & patrimonia sua reliquerunt, ac discendi quærendique diuinæ delectationi toto se animo dederunt. Tusc. q. lib. 5. 82
Anaxagoras maxima fuit & grauitatis & ingenii gloria. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 66
Anaxagoras niuem nigram esse dixit. Academ. quæst. ed. 1. lib. 2. 66
Anaxagoras nullum sensum vidit omnino. de N. d. 1. 20
Anaxagoras quantum Pericli profuerit. Orat. 8
Anaxagoras, qui accepit ab Anaximene disciplinā, primus omnium rerum descriptionem, & modum mentis infinitæ, vi ac ratione designari & confici voluit. de N. d. 1. 20
Anaxagoras voluit materiam esse infinitam, sed ex ea particulas similes inter se minutas: eas primum confusas, deinde in ordinem adductas mente diuina. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 109
Anaxagoram ferunt, nuntiata morte filia, dixisse, Sciebam me genuisse mortalem. Tusc. q. lib. 3. 26

Anaxarchus.
Anaxarchus Democritus, cum in manus Cyprii Nicocrotis regis incidisset, nullū genus supplicii deprecatus est, neque recusauit. Tusc. q. lib. 2. 46. vide Val. Maximum.
Anaxarchum Democritum à Cyprio tyranno excarnificatum accepimus. 3. de Nat. d. 61

Anaximander.
Anaximander Milesius popularis & sodalis Thaletis. Academ. quæst. ed. 1. lib. 2. 108
Anaximander physicus terræ motum, quo vrbs tota corruit, Lacedæmoniis prædixit. Diuin. lib. 1. 95
Anaximander infinitatem naturæ dixit esse, è qua omnia gignerentur. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 108

Anaximenes.
Anaximenes, aera deum statuit, eumque gigni, esseque infinitum, & semper in motu. de N. d. 1. 19
Anaximenes, auditor Anaximandri. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 108
Anaximenes aere infinitum esse voluit, sed ea, quæ ex eo gignerentur, definita. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 108
Anaximenes voluit ex aere gigni terram, aquam, ignem, tum ex his omnia. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 18
Ab Anaximene disciplinā accepit Anaxagoras. de N. d. 1. 20

Anceps.
Causa anceps. 2. de Orat. 100. a
Anceps causæ genus quid. 1. de Inuent. 29
Anceps cura propter incertos exitus præliorum. 12. fam. 17
Quum esset incertus exitus, & anceps fortuna belli. pro Marcello, 9. a
Anceps locus. 2. de Orat. 68

Fit vt distrahatur in deliberando animus, afferatque ancipitem curam cogitandi. Offic. 3. b
In ambiguis ancipitem & multiplicem verborum potestatem esse. ad Heren. 41. b
Sed eius temporis ancipitem video quasi fatorum viam. Som. Scip. 6. Id est, incertam, quæ scilicet huc vel illuc ducat.
Vos ancipiti contentione distracti de imperio dimicaretis. pro Pomp. 5. b
Bestiarum aliæ quasi ancipites in vtraque sede viuentes. de Nat. deor. 1. 73
Et vni sæpe excellentis ancipites variique casus habent admirationem. ad Luceium, lib. 5. epist. 12. 19. a
Ancipites disputationes, in quibus de vniuerso genere in vtraque partem differi copiose licet. 3. de Orat. 59. a
Ancipites Academicorum viæ & rationes. 3. de Orat. 81
Ancipites dicendi incertis que casus non extimescit. in Orat. 53. a

Ancharius.
Ancharius à Tribunatu Prætor factus. pro Sest. 98
Ancharius, L. Pisonis in Macedonia successor. in Pis. 71

Anchora.
Præcidere anchoras. 7. Verr. 70. a. Id est, funes anchorarios.
Epistola, quam (vt scribis) anchoris solutis de phaselo distiti. 1. ad Att. 23

Ancilla.
An partus ancillæ in fructu sit habendus. de Finib. 51. b
Ancillam domini iussu aliquid facere. de Orat. 134. b
Hunc serui, ancillæque amant. 5. Verr. 8. a
Mulhebris & delicatus ancillarum puerorumque comitatus. pro Muren. 106. b

Ancillula.
Juris scientiam, eloquentiæ tanquam ancillulam, pedisse quamque adiunxisti. 1. de Orat. 12. 1. a. 2. de Finib. 111. a

Ancillaris.
Itaque ancillari fordidique artificio regiæ virgines, vt tonstriculæ tondebant barbam. Tusc. 82. a. 239. b
Cui insidias in ciuitate fecisti ancillares. Sal. in Cic. 271. b

Ancillor.
Non enim vni priuatim ancillatus sum, neque me addixi. in Sallust. 6. a

Ancona.
Ancona, vrbs. 16. famil. 15

Andabata.
Quum antea ne Andabatam quidē defraudare poteramus. 7. fam. 20
ἀνδραπαγή 2. ad Att. 27

Andricus.
Andricus, Ciceronis seruus. 16. fam. 20

Andro.
Andro Centuripinus in Verrem publicè Legatus & testis. 4. in Verr. 112

Androgynus.
Quid ortus androgyni nonne fatale quoddam monstrum fuit? 1. de Diuin. 83

Andromacha.
Andromacha Ennii. Diuin. lib. 1. 24
Tragedia Ennii de calamitatibus & ærumnis Andromaches vxoris Hectoris, quæ capta Troia à Neoptolemo rapta est, & postea variis modis agitata. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 21

Andromeda.
Andromeda, signum caeleste. de Nat. 48. b
ἀνδροπέδιος liber. 14. ad Att. 33
ἀνδροπέδιος pangere. 2. ad Att. 19
ἀνδροπέδιος 15. ad Att. 36
ἀνδροπέδιος 12. ad Att. 60
ἀνδροπέδιος 12. ad Att. 13
ἀνδροπέδιος 16. ad Att. 19
ἀνδροπέδιος 13. ad Att. 49
ἀνδροπέδιος hanc in vnum annum meditatus sum. 5. ad Attic. 10

Anfractus.
Anfractu non longa circumscrip̄ta oratio, sed ad spiritum vocis apto. in Partit. 12. a

Iam verò quid opus est circuitione & anfractu, vt sit vtendum interpretibus somniorum potius, quàm directo? 2. de Diuin. 190. a
Et vitam illam tranquillam & quietam, remotā à procellis inuidiarum, & huiuscemodi iudiciorum anfractu sequi maluisse. pro Cluērio, 12. 4. a. Id est, ab illa perplexa difficultate quæ versatur in iudiciis.
Quum ætas tua septenos octies Solis anfractus reditusque conuerterit. in Somnio Scipionis, 7. a
Itaque vt ita cadat, in annuis anfractibus descriptum esto. 2. de Legib. 32. a
Quæque (figura) nihil asperitatis habere, nihil offensionis potest, nihil incisum angulis, nihil anfractibus, nihil emittens, nihil lacunosum? 2. de Nat. deor. 67. a

Angiportus.
Nullum in vrbe vicum, nullum angiportum esse dicebant, in quo Miloni non esset conducta domus. pro Mil. 113. b
Ait eos angiporto toto deerrasse. ad Heren. 40. b
Ex horreis direptum effusumque frumentum vias omnes angiportusque constrauerat. 1. de Diuin. 110. a
Vt omnibus in angiportis prædonis improbissimi statuae ponantur. 4. Verr. 99. a

Ango.
Angit me illa cura. ad Q. frat. 3. 19. 2. a
Hoc me maximè angit, & sollicitum habet. de Sen. 91. b
Illud angit vel potius excruciat. Tusc. q. lib. 1. 67
Multa sunt enim quæ me sollicitant, anguntque. Att. lib. 1. 13. 3. a. 1. de Finib. 65. a. de Senect. 61
De Stathio manumisso, & nonnullis aliis rebus angor equidem. Att. lib. 2. 33. 5. a
Sed non possum sine dolore accusare eum de quo angor & crucior. Att. lib. 7. 140. 1. a
Angor tibi quidquam esse iucundum. 7. fam. 29
Angear singularū horarū expectatione. Att. lib. 9. 170. 1. a
Antea sollicitus eram, & angebar, quo vti consilio possem. ad Attic. 138. b
Neque tot curis vigiliisque angeretur, si, &c. pro Arch. 191. b
Angi animo. in epist. lib. 14. 14. 2. a. de Clar. Orat. 4. a
Angi appropinquatione mortis. de Finib. lib. 5. 28
Angi cruciatu timoris. 2. Offic. 33. a
Angi decessu amicorum. Læli. 9
Angi diuitiis. pro L. Agrar. 71. a
Angi dolore. de Offic. a
Angi alicuius rebus prosperis. Tusc. q. lib. 3. 18
Angi intimis sensibus. 5. ad Att. 17
Angi rectè factis commodisque amicorum. Læli. 53
Suis incommodis grauiter angi. in Læli. a

Angor.
Angor, est ægritudo premens. Tusc. q. lib. 4. 15
Quamobrem angor iste, qui pro amico sæpe capiendus est, &c. in Læli. 45. a
Angoris & doloris tui leuandi causa. 6. famil. 41
Curam & angorem animi leuare sermone. Att. lib. 1. 55
Sic robustus animus & excelsus omni est liber cura & angore, quum & mortem contemnit. 1. de Finib. 75. a
Angores, sollicitudines, nocturni diurnique metus. Of. 69. b
Nec me angoribus dedi, quibus essem confectus, nisi restitissim, nec rursus indignis homine docto voluptatibus. 2. Offic. 3. a
Me ab omnibus molestiis angoribusque abducā. epist. 70. b
Ab angoribus vacuitas. 1. Offic. 7. a
Angoribus & molestiis implicatus. 5. Tusc. a

Anguis.
Emergit anguis ab infima ara. 1. de Diuin. 115. a
Angues ingentes aliter iuncti iugo. de Inuent. 48. b
Angues ex vastitate Libyæ vento Africo inuectas, interficiunt atque cōsumūt lbes, aues excelsæ: ex quo fit, vt illæ nec morsu viux nocent, nec odore mortuæ. de N. d. 1. 72
Gracchus, duobus anguibus domi comprehensis, aruspices conuocauit. de Diuin. 88. b

Anguiculus.
Serpere anguiculos, nare anaticulas, euolare merulas, &c. 5. de Finib. 39

Anguinus.

Anguina ceruix. 2. de Diuin. 198. a

Anguitenens.

Atque hæc quidē à tergo. propter caput autē Anguitenens, quem claro perhibent ⁶⁷¹⁸²⁰ nomine Graui: Hic pressu duplici palmarum continet anguem. 2. de Nat. deor. 156. a

Angulus.

Angulum mihi aliquem eligas prouinciæ, reconditum ac derelictum. 5. Verr. 168. a. in Catil. 2. 30. a
Nemo non modò Romæ, sed ne villo in angulo totius Italiae fuit, quem, &c. in Cat. 106. b
Ad omnes literarum angulos reuocare. pro Cecin. 61. a
Terrena & humida, suo pte nutu & suo pondere ad pares angulos in terram & in mare feruntur. Tusc. 156. b
In angulis consumendi otii causa differere. 1. de Orat. 30
Nihil angulis incifum habet mundi forma. de Vniuers. 123

Angulatus.

Esse corpuscula quædam læuia, alia aspera, rotunda alia, partim autem angulata. 1. de Nat. d. 89. a

Angustus.

Angustus animus. 14. Philip. 396
Angusta domus. 1. de Finib. 100. a
Angusta liberalitas. 3. fam. 29
Angusta mens. post redit. in Sena. 7
Angustum & latum. 4. Acad. 164. a
Animi angusti & demissi est triumphii honorem contemnerent. in Pis. 44. a
Animi angusti & parui est amare diuitias. de Amic. 98. a
In angustum adducere. Partit. 57
In angustum adduci. Læ. 19
Contrahere, in angustumque concludere perturbationes animi. 4. Acad. 55. a
In paruum & angustum locum concludi. 1. Offic. 79. a
In angustum deducere. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 27
In angustum venire. pro Plancio, 44. a
Illam partem alteram nimis exiguam & angustam esse voluisti. pro Rab. 92. b
Ecce autem alii minuti & angusti, aut omnia semper desperantes. de Finib. 61. b

Angustæ res & subitæ. 10. fam. 33
Pontes etiam lex Maria fecit angustos. de Leg. 191. b
Disputationibus angustis & concisis illigari. 2. de Orat. 33. a
Angustis interrogatiunculis pungere. 4. de Finib. 12. a
Angustior petitio Consulatus. pro Domo sua, 20
Angustior spiritus. 1. de Orat. 136
Angustissima semitæ. pro lege Agrar. 93. a

Angustæ.

Angustæ & exiliter dicere, est Atticorum. de Cla. Orat. 169. a
Pressæ & angustæ rem definire. in Orat. 63. a
Angustæ sedere. a

Neque tamen quicquam tam angustæ scriptum est, quo ego non possim, quæ de re agitur, addere. pro Muren. 26
Quæ breuius angustiusque concluduntur, apertiora sunt ad reprehendum. de Nat. d. 2. 15
Pergit idem, & vrget angustius. de Nat. d. 2. 16

Angustatus.

Omnis enim terra quæ colitur à vobis, angustata verticibus, lateribus latior. in Som. Scip. 22. a

Angustia.

Angustia conclusæ orationis, non facillè se ipsa tutatur. de Nat. d. 2. 16
Rei familiaris angustia. in Partit. 61. a
Angustia, per quas penetravit ea quæ est nominata Argo. Tusc. q. lib. 1. 38. fauces ponti Euxini.
Fretorum angustia. de Nat. 30. b
Non capiunt angustia pectoris tui, non egestas animi recipit tantam personam. in Pis. 84. b
Angustia pecuniæ. 12. fam. 63
Verborum angustia. pro Cecin. 61. a
Quæ est igitur causa tantarum angustiarum? de Fin. 121. b
Excusationem angustiarum tui temporis accipio. 16. fam. 29. ex epist. Ciceronis filii.

Adductus in summas angustias. pro Quint. a

Cur eam (sub. orationem) in tantas angustias, & in Stoicorum dumeta compellimus? Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 102. intelligit subtile & angustum differendi genus, quod placuit Stoicis.

In angustias tantas Antonium compulsißem, vt, &c. 11. fam. 17. in epist. D. Bruti.

Angustias vides: curari tamen ea tibi vtique iubet. 10. ad Attic. 38

Et multa alia quæ Senatus propter angustias ararii vendenda censuit. contra Rul. 73. b. pro Cor. Balb. 67. b. 5. in Verr. 156. & de Prouinc. Consul. 9

Etenim verebatur, credo, angustias quasi res, &c. pro Plancio, 270. b

Quantis ex angustis oratorē educere ausus es. de Or. 154. b

Ex angustis meis illius sustento tenuitatem. 16. fam. 28. ex epist. Ciceronis filii.

In angustis esse. 11. ad Attic. 5

In angustis atque in faucibus Græciæ posita Corinthus. contra Rull. 86. a

In angustis versari. 11. fam. 1. in epist. D. Bruti.

Sed tamen in his vel asperitatibus rerū, vel angustis temporis, obsequar studiis nostris. 1. de Orat. 2

Tuus animus nunquam his angustis, quas natura nobis ad viuendum dedit, contentus fuit. pro Marc. 135. b

Angustis temporis excluduntur omnes. 3. Verr. 105. a

Estis iis angustis, quibus plerique putant, teneretur. Tusc. quæst. lib. 3. 14

Angustis vrgeri. de Fato, 49. a

Anhelo.

Iste anhelans ex infimo pectore cruditatem. ad Heren. 2. 41

Itaque anhelans ex imis pulmonibus, præ cura spiritus ducebatur. ad Heren. 34. b

Tum gelidum valido de pectore frigus anhelans. 2. de Nat. deor. 265. a

Scelus anhelantem, pestem patriæ nefariè molientem. in Catil. 25. Hoc est, ad scelus omni conatu aspirantem.

Anhelatus.

Nolo verba exiliter exanimata exire, nolo inflata & anhelata grauius. 3. de Orat. 23. a

Anhelitus.

Euanuisse aiunt vetustate vim loci eius, vnde anhelitus ille terræ fieret. 1. de Diuin. 97

Anhelitus terræ, qui frigidi sunt, cum fluere cœperint, ventos esse placet Stoicis. Diuin. lib. 2. 32

Non te illius vnguentorum odor, non vini anhelitus, non frons calamistræ notata vestigiis, in eam cognitionem adducebat: post redit. in Sena. 14. a

Quam vim fore anhelitus censetis? in Ant. 346. b

Ne in festinationibus suscipiamus nimias celeritates: quæ quum fiunt, anhelitus mouentur, vultus mutantur. 1. Offic. 182. a

Credo etiam anhelitus quosdam fuisse terrarum, quibus inflatæ mentes oracula funderent. 1. de Diuin. 187. a. & 2. 63. a

Anicula, Vide Anus.**Aniensis.**

Aniensis tribus. pro Planc. 44

Anilis, Anilitas, Aniliter, Vide Anus.**Anima.**

Si simplex animus, vtrum sit ignis, an anima, an sanguis? Acad. 31. b

Hæc agens anima vitali flamine mulcet. In Ar. b

Quod anima est, id motu cietur interiore & suo. Somn. Scipion. 32

Anima dum ægroto est, spes esse dicitur. Att. lib. 9. 181. 6. a

Anima inflammata. Tusc. quæst. lib. 1. 35. id est, aer, ignis & calefcens.

Anima rationis consiliique particeps. de Nat. d. 1. 61

Anima, pro vita vel salute. in Catil. 91. pro Marcel. 13. & pro Muren. 33

Sui, ne putresceret, anima pro sale data est. de Nat. 58. b

Anima quæ spiritu in pulmones ducitur, ea calefcit pri-

mum ab ipso spiritu. 2. de Nat. deor. 104

Anima triplex, iuxta Platonem. Tusc. q. lib. 1. 18

Anima vna est ex omnibus quæ sese mouet: ideo neque nata est, & æterna est. Somn. Scip. 32

Hæc est natura propria animæ atque vis, vt ipsa à se ipsa moueatur, quæ si est vna ex omnibus, quæ sese moueat, neque nata est certè, & æterna est. de Somn. 131. b

Interclusio animæ, atque angustia spiritus atulerunt claufulas, atque interpuncta verborum. 3. de Orat. 100. a

Animæ principatum, id est, rationem in capite, sicut in arce posuit Plato. Tusc. quæst. lib. 1. 18

Animum autem, alii animam, vt ferè nostri declarant, nominari. 1. Tusc. 30. a

Animam agere. pro Rosc. Comædo, 14

Animam amittere. 14. fam. 12

Quærit apud Xenophontem Socrates vnde animam arripuerimus, si nullus fuerit in mundo deus. de Nat. 65. b

Quæ non modò animum integrum, sed ne animam quidem puram conseruare potuisset. 5. Verr. 114. a

Ducere animam de cælo. pro Sex. Roscio, 43. a

Animam edere vel retinere. pro Sestio, 71

Efflare animam. Tusc. 152. b

Aspera arteria excipit animam eam, quæ ducta est spiritu, eamque à pulmonibus respirat, ac reddit. de Nat. 53. b

Animam esse immortalem. Læ. 12

Animam & aquam deus inter terram & ignem posuit, eaque inter se comparauit, & proportione coniunxit. de Vniuers. 19

Animam profundere. pro Marcello, 18

Is tibi omnia præter animam tradidit. pro S. Rosc. 45. b

Deinde quum spiritus eius esset angustior, tantum continenda anima est affecutus, vt, &c. 1. de Orat. 136. a

Præterea de vestra vita, de coniugum vestrarum ac liberorum anima, hodierno die iudicandum est. in Catil. 122. b

Reliqua est causa, quæ non delata ad me, sed in anima sensuque meo, penitus affixa atque insita est. in Verr. 264. b

In vnus hominis quotannis periculose ægrotantis anima positas nostras omnes spes habemus. 8. ad Att. 85

Anima circumfusa non fuerunt extrema mundi, vt respirationem requireret. de Vniuers. 23

Anima sua superare. post reditum, 19

Considerandum vobis etiam atque etiam animæ meæ diligenter puto, quid faciatis. epist. 139. b

Vos meæ charissimæ animæ quam maxime ad me scribite. Terentia & filia, lib. 14. fam. 21

Animula.

In animula vnus mulierculæ si iactura facta sit. 4. fam. 18. in epist. Ser. Sulpitii.

Animal.

Animal & inanimatum hoc maxime discrepant, quod inanimatum nihil agit, animal agit aliquid. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 37

Inanimatum est omne, quod motu agitur exterius: quod autem animal est, id motu cietur interiore. de Somn. 131. b

Cum hoc animal tam sit canorum sua sponte. de Diuinatione, 120. b. Id est, gallus.

Homo, diuinum animal. de Finib. 73. b

Siue animal, siue è terra editum. de Nat. deor. 2. 18

Mortale igitur omne animal & dissolubile, & diuiduum sit necesse est. de Nat. 65. b

Feci iter per eius possessionem, in qua animal nullum reliquum est. ad Att. 87. b

Ex tot generibus nullum est animal, præter hominem, quod habeat notitiam aliquam. de Legib. 160. b

Nullum animal, quod sanguinem habet, sine corde esse potest. Diuin. lib. 1. 101

Animal nullum sempiternum. 3. de Nat. deor. 22

Omne animal naturam patibilem habet. 3. de Nat. d. 20

Omne animal simul vt ortum est, & seipsum, & omnes partes suas diligit. de Finib. lib. 2. 30

Omne animal vt vult, ita vtitur motu sui corporis. de Diuinatione, 105. b

Animal prouidum & sagax, homo. 1. de Legib. 32. a

Vt animal, quod videmus, esset illi animali quod sentimus

ad æternitatis imitationem simillimum. de Vniuers. 43

Charybdim dico, quæ si fuit, fuit animal viuū. in Ant. 173. b

Quomodo non potest animal vllum non appetere id, quod accommodatum ad naturam appareat, sic non potest obiectam rem perspicuam non approbare. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 37

Animal vnum aspectabile, in quo alia omnia animalia continentur, mundus. de Vniuers. 13

Erit enim persuasum, etiam solem, lunam, stellas omnes, terram, mare, deos esse: quod quædam animalis intelligentia per omnia permeet & transeat. 4. Acad. 213. a

Animal esse mundum hunc intelligens, & diuina prouidentia constitutum. de Vniuers. 11

Si mentem istam quasi animal aliquod esse voluerit. de Natura deorum, 1. 20

Cum tu complexus es illud funestum animal, ex nefariis stupris concretum. in Pis. 84. b

Cum autem in locis semè infedit, rapit omnem ferè cibum ad sese, eoque septum fingit animal. de Nat. 51. b

Omni animali illud, quod appetit, positum est in eo, quod naturæ est accommodatum. de Finib. lib. 5. 21

Consul ille, quem ego in hoc animali inuenire non possem. in Pis. 83. b

In omni animali est appetitio & declinatio naturalis. 3. de Nat. deor. 22

Alii summum bonum in eo genere ponunt, quod sit extra nostram potestatem, tãquam de animali aliquo loquantur. de Finib. 114. b

Iam verò alia animalia gradiendo, alia serpendo, ad pastum accedunt. de Nat. 50. b

Animalia habent suos impetus, & rerum appetitus. Off. 35. b

Animalium alia sagunt, alia carpunt, alia vorant, alia manducant cibum. 2. de Nat. deor. 51

Omnium animalium commune est secūdum naturam viuere. de Finib. lib. 5. 22

Animalium genera quatuor. de Vniuers. 43

Quot formas animalium mens in speciem rerum intuens poterat cernere, totidem & tales in hoc mundo secum cogitavit effingere. de Vniuers. 43

Animalia & animantes frustra appellare censuit Dicitarchus. Tusc. quæst. lib. 1. 18

Animalis.

Vis animalis qua omnia reguntur. de Nat. d. 1. 24

Natura animantis vel terrena, vel ignea, vel animalis, vel humida. de Nat. 66. b

Reliquæ duæ partes, vna ignea, altera animalis, &c. Tusc. 156. b

Euiscerata in anima cum animali sono. de Diuin. 136. b

Vt mutum in simulachrum ex animali exemplo veritas transferretur. de Inuent. 62. b

Principio enim terra sita in media parte mundi circumfusa vndique est hac animali spirabilique natura, cui nomen est aer. de Nat. 44. b

Siue illi animi sit animales, id est spirabiles, siue ignei. 1. Tusc. 63. a

Animabilis, Vide animus.**Animaduerto.**

Ecquid animaduertis horum silentium? in Catil. 15. a

Nonne animaduertis? de Nat. 78. b

Quum ille non daret (nummos), animaduertit. Improbum, sed non inauditum, genus animaduersionis videte. 3. Verr. 30. a

Experrecta nutritrix animaduertit puerum dormientem circumplexum serpentis amplexu. 1. de Diuin. 134. a

Sin autem dii neque possunt nos iuuare, nec volunt, nec omnino curant, nec quid agamus animaduertunt, &c. 1. de Natura deorum, 6. a

Animaduerti enim, & didici ex tuis literis, &c. ad Appium, lib. 3. 5. 3. a

Sed quid singulorum opiniones animaduertam? Tusc. q. lib. 1. 96

Deinde me obsecras amantissime, ne obliuiscar vigilare, & vt animaduertam quæ fiant. Att. lib. 6. 111. 32. a

Sed vt adsint, cognoscant, animaduertant. 1. de Nat. d. 21. a
Cum vident vnum esse aliquem qui hæc officia maximè animaduertat. de Petit. 210. b

Potestas erat isti homini integro atque innocenti data, vt in Apronium quum animaduertisset, sese grauisissima leuaret infamia. 5. Verr. 119. a. ad Metellum, lib. 5. 2. 20. a

Crudeliter in aliquem animaduertere. epist. 60. b

Tu qui institueras in eos animaduertere, qui perperam iudicassent. in Verr. 120. b

Non enim pro tua prudentia debes illud solum animaduertere. a

Dignitas tua facit, vt animaduertatur quicquid facias. epist. 182. b

Quod quidè quale sit, etiam in bestiis animaduerti potest. de Amicitia, 27. a

Atqui ea sunt animaduertenda peccata maximè, quæ difficillimè præcauentur. pro Rosc. Amer. 68. a. in Catil. a. ad Metellum, lib. 5. 2. 20

Animaduersus.

Oratoris peccatum, si quod est animaduersum, stultitiæ peccatum videtur. de Orat. 95. b

Aut euentis animaduersa & notata. Diuin. lib. 1. 64

Animaduersio.

Omnis & animaduersio & castigatio contumelia vacare debet, neque ad eius qui punit aliquem, aut verbis castigat, sed ad Reipub. vtilitatem referri. Offic. 1. 125

Animaduersio in sceleratos seruos. 1. Philipp. 3. a

Excitata est animaduersio & diligentia, vt ne, &c. de Orat. 122. b

Mediocris animaduersio atque admonitio. lib. 1. de Fin. 24

Comprehensio fontium, mea animaduersio Senatus fuit. in Ant. 164. b

Notatio naturæ, atque animaduersio peperit artem. in Ora. 106. a

Atque hoc totum est, siue artis, siue animaduersionis, siue consuetudinis, nosse regiones. &c. de Orat. 122. b

Continere aliquem metu animaduersionis. de Finib. 56. b

Animaduersio paternæ metus. pro S. Rosc. 28. b

Animaduersio vitiorum. pro Clu. 44. b

Animaduersionem constituere. 3. in Verr. 48

Animaduersionem effugere. in Orat. 113. a

Et si ex his studiis delectatio sola peteretur, tamen, vt opinor, hanc animaduersionem communissimam atque liberalissimam iudicaretis. pro Archia, a

Maiores nostri nunquam iudicium nominauerunt, neque perinde vt rem iudicatam obseruauerunt animaduersionem & auctoritatem censoriam. pro Cluentio, a

Animaduersionem & supplicium remittere alicui. Vatinus ad Ciceronem, lib. 5. 24

In animaduersione poenæque esse duriorem. ad Att. 282. b

Notationes animaduersionesque Censorum. Offic. 74. b

Animaduersor.

Itaque vt in fidibus musicorum, aures vel minima sentiunt: sic nos, si acres ac diligètes esse volumus animaduersores vitiorum, magna sæpe intelligimus ex paruis. 1. Offic. 203

Animal, Vide Anima.

Animans, Animatio, Animatus, Animo, Animofus, Vide Animus.

Animus.

Quid sit animus, aut vbi, aut vnde, magna dissensio est. Tuscul. quæst. lib. 1. 16

Animus, est mens sine corpore villo, vt dixit Xenocrates. Acad. 31. b

Est enim animus cælestis ex altissimo domicilio depressus, & quasi demersus in terram, locum diuinæ naturæ æternitatisque contrarium. de Senect. 70. a

Animus est qui viget, qui sentit, qui meminit, qui præuidet & moderatur, & mouet id corpus, cui præpositus est. de Som. 130. b

Animus vnus ex omnibus rationis, contentionsque sempiternarum rerum & sub intelligentiam cadentium compos & particeps: quo nihil ab optimo genitore melius procreatum: quippe qui ex eadem vincit, alteraque na-

tura, adiuncta materia temperatione trium partium, proportionè compacta, se ipse conuersans, cum materiam mutabilem arripuisset, & cum rursus indiuiduam atque simplicem, per quam omnis mouetur, discernitque quid sit eiusdem generis, & quid alterius, & cætera diiudicat, quid cuique rei sit maximè aptum, quid quoque loco, aut modo, aut tempore contingat, quæque distinctio sit inter ea quæ gignantur, & ea quæ semper sint eadem. de Vniuersitate, 35

Non solum animus à factis, sed aures quoque à commemoratione abhorreant. 16. fam. 27. ex epist. Ciceronis filii.

Animus à medio profectus, extremitatem cæli à suprema regione rotundo ambitu circuecit, seseque ipse versans, diuinæ sempiternæ sapientisquæ vitæ induxit exordium. de Vniuers. 33

Animus à se ipse dissidens, secumque discordans. de Fin. 1. 45

Animus ab anima dictus. Tuscul. q. lib. 1. 17

Animus ab iracundia antè occupatur, quam prouidere ratio potuit ne occuparetur. 1. ad Qu. frat. 29

Nostris animus accessit, hostibus timor iniectus est. ad Atticum, 78. b

Animus accipit quæ videmus. Tuscul. q. lib. 5. 79

Acer & præsens animus. 2. de Orat. 47. a

Animus æger (vt ait Ennius) semper errat, neque pati, neque perpeti potest, cupere nunquam desinit. Tuscul. q. lib. 3. 4

Animus, ægritudine ac perturbationibus reliquis omnibus vacuus, perfectè atque absolūtè beatos efficit. Tuscul. q. lib. 4. 30

Animus æquus. pro Rosc. Amer. 85

Animus seipsum semper mouet, atque idcirco non est natus, sed æternus. Tuscul. q. lib. 1. 45

Animus afflicto & fractus. 12. ad Att. 28

Animus semper agit aliquid, neque vlla conditione quietem sempiternam potest pati. de Finib. lib. 1. 51

Scire enim vis quo vno animus alitur. 12. ad Att. 9

Animus altus. de Finib. 138. b

Animus altissimus & gloriæ cupidus. Offic. 1. 93

Amplius animus, & excelsus, & patiens incommodorum. 1. de Inuent. 120. a

Animus angustus. Offic. 1. 97

Angustus atque demissus animus. in Pisonem, 44. a

Animus anxius & sollicitus. epist. 57. b

Apertus & simplex animus. ad Lentulum, lib. 1. 9. 91. a

Animus calidior est, vel potius ardentior, quam est aer terræ proximus. Tuscul. q. lib. 1. 35

Vt oculus, sic animus sese non videns, alia cernit. Tuscul. q. lib. 1. 54

Animus nulla nisi noua aut admirabili re commouetur. 3. ad Heren. 130

Animus concitatus abstractusque ab integra certaque ratione, non constantiam solum amittit, verumetiam fanitatem. Tuscul. quæst. lib. 4. 30

Animus consularis. 10. fam. 12

Animus aurium nuntio naturalem in se continet vocum omnium mensuram. Orat. 102

Quemadmodum oculus conturbatus non est probe affectus ad suum munus fungendum: sic conturbatus animus non est aptus ad exequendum munus suum. Tuscul. quæst. lib. 3. 13

Animus corruptus largitionibus. ad Brut. 9. in epist. Bruti.

Animus currens. 6. ad Atticum, 45

Animus cum ad sui simile penetrauit, in eo nulla re egens aletur, & sustentabitur iisdem rebus, quibus astra. Tuscul. quæst. lib. 1. 37

Animus cum multum corpori præstet, obserueturque vt casto corpore ad deos adeatur, multò est in animis id seruandum magis. Animi labes nec diurnitate vanescere, nec manibus vllis elui potest. 2. de Legib. 26

Animus cum superauit regionem aeris crassi, naturamque sui similem contigit & agnouit, ignibus insistit, & finem altius se efferendi facit. Tuscul. q. lib. 1. 36

Animus cum languore corporis nec membris vti, nec sen-

sibus potest, incidit in visa varia & incerta, ex reliquis inhaerentibus earum rerum, quas vigilans gesserit aut cogitavit. Diuin. lib. 2. 99

Quod si cui simul animus cum re concidit. Tuscul. q. lib. 3. 34

Hominibus animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quæ vos sydera stellisque vocatis. de Som. 128. b

Animus de se ipse tum iudicat, cum id ipsum, quo iudicat, ægrotet. Tuscul. quæst. lib. 3. 1

Animus opinionibus maloque more (id est, vsu & consuetudine vitæ) delinitus. Tuscul. q. lib. 5. 58

Animus desertus languore corporis. Diuin. lib. 2. 107

Animus, vt Euripides auder dicere, deus est. Tuscul. q. lib. 1. 52

Animus diuinus est. Tuscul. q. lib. 1. 52

Animus diuinus, corpore liberatus. Tuscul. q. lib. 1. 42

Animus, appropinquante morte, multò est diuinius. Diuin. lib. 1. 58

Animus in duas partes diuisus, altera rationis participem, alteram expertem. Tuscul. q. lib. 4. 9

Animus effeminatus. Tuscul. q. lib. 4. 49

Animus oculorum effugit obturum. de Vniuers. 33

Animus sensum omnem effugit oculorum. de Vniuers. 63

Ardor mundi animus est. de Nat. deor. 2. 23

Animus est in cursu. 15. ad Atticum, 23

Quamquam animus est præsens, tamè voluntas me deficit. 1. ad Att. 56

Animus rerum bonarum expectatione erigitur. 2. de Leg. 29

Animus ex quo animal dicitur. de Nat. 66. b

Animus exanclatus. Tuscul. q. lib. 2. 16. Id est, exhaustus ærumnis.

Quorum aut ingenio, aut virtute animus excellit. Tuscul. quæst. lib. 1. 29

Animus excelsus atque inuictus. Offic. 1. 23

Animus excelsus & magnificus. Offic. 1. 111

Animus expectat quidnam, &c. 15. ad Att. 16

Animus corporis expert Xenocrati, & antiquis philosophis. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 28

Animus festinat. 2. Philipp. 63

Animus prudentia consilioque fidens. Offic. 1. 113

Animus firmus & grauis. 9. fam. 38

Animus fortis & magnus duabus rebus maximè cernitur: quarum vna est in despicientia rerum externarum: altera in rebus magnis & vtilibus, sed vehementer arduis gerendis. Offic. 1. 95. Tuscul. q. lib. 2. 8

Animus fortis & magnanimus in homine nõ perfectò nec sapiente feruentior plerunque est. Off. 1. 71. quoniam feruorem fortitudinis Aristoteles 3. Ethic. excessum facit, *ὑπερβολὴν*.

Fractus animus. ad Lentulum, lib. 1. 9. 55. a

Animus fractus & abiectus. Parad. 44

Generatus à deo animus. 1. de Diuin. 122. a

Animus tres partes habet, vt Platoni placuit, rationis, iræ, cupiditatis. Acad. quæ. ed. 1. lib. 2. 115. eas Plato *λογικόν, θυμικόν, & ἡσθητικόν* vocat.

Animus, harmonia, secundum Aristoxenum. Tuscul. q. lib. 1. 18

Animus hominis diues, non arca appellari solet. Parad. 55

Animus hominis habet memoriã, & eam infinitam rerum innumerabilium. Tuscul. q. lib. 1. 46

Animus hominis nõquam naturaliter diuinat, nisi cum ita solutus est & vacuus, vt ei planè nihil sit cum corpore. Diuin. lib. 1. 96

Animus hominis quibus rebus beatus fiat. 1. de Legib. 46

Cur animus hominis quicquam ignoraret, si esset deus? de Nat. deor. 1. 21

Animus hominis, si nihil esset in eo, nisi vt per eum viuere-mus, esset nobis cum bestiis plantisque communis. Tuscul. quæst. lib. 1. 46. bestia enim & planta animam vegetatiuam seu vitalem habent, per quam viuunt.

Animus hominis si nihil haberet, nisi vt appeteret aut refugeret, id ei esset commune cum bestiis. Tuscul. q. lib. 1. 46. nam & bestia appetunt quæ sunt bona, & refugiunt contraria.

Animus hominibus datus est ex illis sempiternis ignibus, quæ sydera & stellæ vocantur. Somn. Scip. 11

Animus humanus decerptus ex mente diuina, cum alio nullo, nisi cum ipso deo, si hoc fas est dictu, comparari potest. Tuscul. quæst. lib. 5. 29

Animus humanus sic, vt natura cælestis, & terra vacat & humore. Tuscul. quæst. lib. 1. 33

Animus humanus si est excultus, & si eius acies ita curata est, vt ne cæcetur erroribus, sit perfecta mens, id est, absoluta ratio, quæ est idem quod virtus. Tuscul. q. lib. 5. 29

Humilis atque imbecillis animus. de Finib. 59. b

Humilis animus, & pertinax. ad Marcel. 4. 7. 7. a. contraria.

Animus imbecillus atque anilis. Diuin. lib. 2. 97

Animus imbecillus, remissusque. Diuin. lib. 2. 107

Animus ieiunus, vel angustus. 14. Philipp. 396

Animus in corpore inclusus. Tuscul. q. lib. 1. 47

Animus in corpore tanquam alienæ domi. Tuscul. q. lib. 1. 42. propria enim eius sedes, est cælum.

Animus est in hortis. Att. lib. 12. 238. 3. a

Animus in partes duas distributus est, quarum altera rationis est particeps, altera expert. Tuscul. q. lib. 2. 42

Ex hoc ille animus in præliis paratus ad vulnera. Tuscul. q. lib. 2. 33

Animus ad inuentionem facilius incedet. 2. de Inuent. 152

Animus furore diuino incitatus. Diuin. lib. 2. 78

Animus inflatus & tumens. Tuscul. q. lib. 3. 16

Animus infixus in patriæ charitate. ad Brut. 35

Animus se iniiciens & intendens in immensum. de Nat. d. 1. 38

Animus intentus. Tuscul. q. lib. 4. 8

Vt onera contentis corporibus facilius feruntur, remissis opprimunt: simillimè animus intentione sua depellit pressum omnem ponderum, remissione autem sic vrgetur, vt se nequeat extollere. Tuscul. q. lib. 2. 48

Si animus vnà cum corpore interit, nullus in eo sensus remanet, ipse enim nusquam est. Tuscul. q. lib. 1. 67

Animus, iudex omnium. Tuscul. q. lib. 1. 39

Animus iunctus ex anima tenui. Id est, aere, & ardore solis temperato. Tuscul. q. lib. 1. 36

Animus iuxta Empedoclem est cordi suffusus sanguis. Tuscul. quæst. lib. 1. 17

Animus leuis & calidus. Tuscul. q. lib. 1. 36

Animus magnus elatusque, humanasque res despiciens. Offic. 1. 87

Animus magnus, erectusque. de Finib. lib. 5. 64

Animus magnus & excelsus. Off. 3. 30. Lentulo, lib. 1. 9. 91. a

Animus magnus & fortis. Att. lib. 8. 163. 1. a

Animus mollis, demissus, humilis, eneruatus, languens. Tuscul. 185. b

Animus mollis & ad accipiendam & ad deponendam offensionem. 1. ad Att. 48

Animus mundi. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 21. Vult & Plato in Timæo mundum esse animatam, & omnium, qui sub aspectum cadunt, animantium perfectissimum.

Animus mundi omnium rerum quæ sunt ei subiectæ quasi prudentia quædam, procurans cælestia ac humana, secundum Academicos. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 21

Animus nec fecerni, nec diuidi, nec discerni, nec distrahi potest: nec interire igitur. Tuscul. q. lib. 1. 58

Cum præfertim ipse quoque animus non inane nescio quid sit, sed in quodam genere corporis. de Finib. lib. 4. 30

Animus, numerus, secundum Xenocratem. Tuscul. q. lib. 1. 18

Animus paratus ad periculum, si sua cupiditate, non vtilitate communi impellitur, audaciæ potius nomen habeat, quam fortitudinis. Offic. 1. 91

Animus paruus. Offic. 1. 97

Animus patrius. pro Rosc. Amer. 26

Animus late longèque peregrinatur. de Nat. d. 1. 38

Animus perturbatus. Tuscul. q. lib. 3. 7

Vt qui è Leucade se præcipitauerit, sustinere se, cum velit, non potest: sic animus perturbatus & incitatus nec cohibere se potest, nec quo loco vult, insistere omnino. Tuscul. quæst. lib. 4. 32

Promptus animus & alacris ad defendendam Rempub. ad Appium Pulchrum, lib. 3. 11. 12. a

Vt optima quisque valetudine affectus potest videri alius, vt natura ad aliquem morbum procliuor: sic animus alius ad alia vitia propensior. Tusc. q. lib. 4. 67
 Animus pusillus. 2. fam. 36
 Animus piis omnibus retinendus est in custodia corporis, nec iniussu eius, a quo ille est nobis datus, ex hominum vita migrandum est. Somn. Scip. 11
 Animus robustus & excelsus. de Finib. lib. 1. 39
 Animus qui est in aliquo morbo, nō magis est sanus, quā id corpus, quod in morbo est. Tusc. q. lib. 3. 8
 Illud quidem sic habeto, nisi sanatus animus sit, quod sine philosophia fieri non potest, finem miseriarum nullum fore. Tusc. q. lib. 3. 11
 Animus sapientis ita semper est affectus, vt ratione optime vtatur. Tusc. q. lib. 3. 13
 Animus sapientis nunquam est perturbatus. Tusc. q. lib. 3. 13
 Animus sapientis semper vacat vitio, nunquam turgescit, nunquam tumet. Tusc. q. lib. 3. 16
 Animus saucius. 1. ad Att. 47
 Vt ipsum mundum ex quadam parte mortalem ipse deus æternus, sic fragile corpus animus sempiternus mouet. Somn. Scip. 29
 Animus, somno seuocatus a societate & contagione corporis, meminit præteritorum, præsentia cernit, futura prouidet. Diuin. lib. 1. 58
 Animus si est horum quatuor generum, ex quibus omnia constare dicuntur, (id est, elementorum) ex inflammata anima constat, atque idcirco superiora capestat necesse est. Tusc. q. lib. 1. 35
 Cuius (Romuli) autoritate & exemplo nunquam est intermissa à maioribus nostris largitio & communicatio ciuitatis. pro Corn. Balbo, 24. a
 Quare ea, quæ scribam, sic habeto, me cum illo, re sæpe communicata, de illius ad te sententia atque autoritate scribere. Lent. lib. 1. 7. 11. a
 Quibuscum sine Senatus autoritate fœdus fecerat. Offic. 3. 148
 Tanta autoritate dux, tanta audacia. ad Att. 106. b
 Homo autoritate tenui. contra Rul. 51. a
 Autoritate testimonii perfrui. C. Luceio, lib. 5. 12. 3. a
 Vos, credo, retinebitis vestram libertatem, qui neque tanta valetis autoritate, neque tantorum officiorum impensam egistis in Patriam: Antequam iret in exilium, 10. a
 Vt autoritate valeat populus. 3. de Leg. 34
 Carneadem ergo antepones Platoni & Socrati: qui vt rationem non redderent, autoritate tamen hos minutos Philosophos vincerent. 1. de Diuin. 110. a
 Autoritates perscriptæ. 8. fam. 20. in epist. Cælii.
 Sed errat vehementer, si quis in orationibus nostris, quas in iudiciis habuimus, autoritates nostras cõsignatas se habere arbitratur. pro Cluent. a
 Autoritates omnes contemnis, ratione pugnas. 3. de Natura deor. 6
 Tametsi cognoscitis autoritates contrarias clarissimorum virorum, tamen omisissis, &c. pro Pomp. 13. b
 Quæ omnia nunc intelligit sibi nihil prodesse, posteaquam certis literis, testibus, autoritatibusque conuincitur. 7. Verr. 81. a
 Et eundem (id quod in autoritatibus perscriptis extat) scribendo affuisse. 3. de Orat. 4. a

Legationes cum publicis autoritatibus ac testimoniis conuenisse. 2. Verr. 5. a

Auoramentum.

Illiberales autem & fordidi quæstus mercenariorum omnium, quorum operæ, non quorū artes emuntur. est enim in illis ipsa merces, auoramentum seruitutis. 1. Off. 209

Autumedon.

Non adest iste T. Roscius: non suis manibus in curru collocat Autumedontem illum sui sceleris acerbissimi, nefariæque victoriæ nuntium: pro S. Roscio, 60. a

Autumnus.

Vt hyems, ver, æstas, autumnus. Partit. 233. b

Autumnalis.

Autumnale lumen. in Arato, 33. a

Autumo.

Bene quam meritam esse autumas, dicis malè mereri. in Topic. 28. a. in Orat. 94. a

Auus.

Proaus L. Murenæ, & auus Prætores fuerunt. pro Murena, 17. a

Qui cum auo tuo Luculle cõs. fuit. 4. Acad. 248

Auunculus.

Quid, &c. si nihil valuerit apud te, reliquumque Senatū contra patrē Lepidū Brutus auunculus: ad Brut. 29. in ep. Bru. Drusus tuus magnus auunculus. de Clar. 194. b

Tubero Africanum auunculum laudauit. de Orat. 140. b
 Auunculum Platonem subsequens Speusippus. de Natura deor. 1. 24

Attendes igitur, vt soles, diligenter, eamque controuersiam diiudicabis, quæ mihi fuit cum auunculo tuo diuino ac singulari viro. 3. de Finib. 10. a. 2. de Orat. 186. a

Auia.

Tete Cn. Lentule, cuius ab auia manibus esset accepta, spectatorem esse voluit. de Arusp. respon. 19. a

Auitus.

Nulla res cuiusquam tam patria atque auita fuit, quæ non ab eo, imperio istius abiudicaretur. 2. Verr. 8. a

Auitum mihi hospitium est cum Lyfone Lyfoni filio Lilybitano, valdeque ab eo obseruor. Acilio, lib. 13. 35. 1. a

Auitum regnum. pro Leg. Manil. 14. a

Hæc enim pulchritudo etiam in terris patriâ illam, & auitam (vt ait Theophrastus) philosophiam cognitionis eupiditate incensam excitaui. 1. Tusc. 71. a

Auita bona. pro Cæli. 26. a

Auxilium.

In quo debeat esse aut promissio auxiliij alicuius, aut consolatio doloris tui. epist. 56. b

Esse auxilio alicui. ad Heren. 2

Dixisti enim, non auxilium mihi, sed me auxilio defuturum. pro Cn. Planc. 69. a

Auxilium sibi se putat adiunxisse, qui cum altero rem communicauit. pro S. R. b

Opem atque auxilium ferre. 4. Verr. 6. a

Nihil mihi ad existimationem turpius, quam si is, qui alienissimus à me saluti existimarer fuisse, sodali meo auxilium ferre non possim. de Orat. 127. b

Deos immortales nobis contra tantam vim auxilium esse laturos. in Cat. 108. b

Decernerem planè sicut multa, Consulens alterum, ambobus, &c. non vt ex ea acie auxilium haberemus, sed vt ipsa acies subsidium haberet etiam transmarinū. 11. Phil. 309. a

Sic nūc in meis miseris diuinum aliquod auxilium & nomen ostendite. Antequam iret in exilium, 16. a

Auxilium de reliquo tempore petiij. 5. fam. 10

Auxilium petere capiti & fortunis suis. pro Cluent. 53. a

Auxilium petere ab aliquo. in Orat. 79. a

Auxilium retardare ab aliquo. in Pis. 60

Sed hîc præsentis suo numine atque auxilio, sua templa atque vrbs te cta defendunt. 2. in Cat. 47. a

Ab Ioue Optimo Maximo, cæterisque diis, decabisque immortalibus, quorum ope & auxilio multò magis hæc Respub. quam ratione hominum & cõsilio gubernatur, pacem ac veniam peto. pro C. Rabirio, 3. a

o. i.

Qui nostros duces, auxilio laboris, commeatus, periculo suo iuuerit. pro Corn. 95. b
 Orbari auxilio. pro Murena, 75. a
 Auxilio tuo tectam. 15. ad Att. 29
 Auxilia equitum ac peditum. Parad. 57
 Auxilia voluntaria sociorum regum cōparauissem. 15. fa. 13
 Auxilia totidem sunt contrā comparanda. Academ. quæst. edit. 1. lib. 2. 44

Imperatoribus nostris auxilia mitteret. pro Deiot. 15. a
 Ad auxilia nouissima descēdemus. 11. fam. 2. in ep. D. Bruti.

Auxilior.

Auxiliari cuiquam. epist. 62. b
 Nihil Numātinis vires corporis auxiliatæ sunt. ad Her. 32. b

Auxiliaris.

Militem non modo legionariū, sed ne auxiliarium quidem vllum quoquam misit. Pollio ad Ciceronē, lib. 10. 31. 14. a
 Res in Sardinia à Proprætore vna cohorte auxiliaria gesta. de Prou. 72. b

Axia.

Axia, castelli cuiusdam nomen. pro Cecin. 14
 Ἀξία Græci, Latini æstimationem vocant. de Fin. lib. 3. 28
 Ἀξιότιμος dici. 13. ad Att. 49

Axilla.

Quomodo enim vester Axilla ala factus est, nisi fuga literæ vastioris. in Orat. 85. a

Axioma.
 Ἀξίωμα Græcè, Latine pronuntiatum. Tuscul. quæst. lib. 1. 12
 Ἀξίωμα, Latine effatum, quicquid enuntiat. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 86
 Explicandæque vis est, ratioque enuntiationum, quæ Græci ἀξιόματα vocant, quæ de re futura quum aliquid dicunt, deque eo quod possit fieri, aut non possit, &c. 1. Tuscul. 23. a. de Fato, 1. a

Axis.

Axis, pro polo siue vertice Septentrionali. Tuscul. q. lib. 1. 56
 Hosce æquo spatio deuinctos sustinet axis. in Arat.
 Versatur mundus circum axem cæli, admirabili celeritate. de Nat. d. 1. 37

Quæ cum circum axem se summa celeritate conuertat & torqueat, &c. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 114

Quarum altera, quam nos incolimus, sub axe posita ad stellas septem, vnde, &c. 1. Tuscul. 107. a

Iam verò terram altricem nostram, quæ traiecto axi sustinetur, diei noctisque efficitricem. de Vniuers. 45

Ἀξιότιμος. 6. ad Att. 14
 Ἀξιότιμος adeptæ ciuitates. 6. ad Att. 24
 Ἀξιότιμος. 2. ad Att. 31
 Ἀξιότιμος in homine vrbalitas. 7. ad Att. 9
 Ἀξιότιμος, id est, amplificatio. Orat. 69
 Ἀξιότιμος. 13. ad Att. 20

B

vestra cæde bacchantis. 4. in Catil. 83. a
Bacchatio.

Sileatur de nocturnis eius bacchationib⁹ ac vigiliis. 3. Verriarum, 22. a

Bacchus.

Euchyas, Bromius, Nyfius, Bacchus, Liber. pro Flac. 156. b

Bacchis.

Bacchis Bæotius. Diuin. lib. 1. 33

Bacillus, & Bacillum.

Lituus, id est incuruum, & leuiter à summo inflexum bacillum, quod ab eius litui, quo canitur, similitudine nomen inuenit. 1. de Diuin. 30

Vt bacillum aliud est inflexum & incuruū de industria. de Finib. lib. 2. 29

Proximus licet Sextius, conuerso bacillo, oculos misero tundere vehementissimè cœpit. 7. Verr. 111. a

Lictores cum bacillis in turbam conieci, nequis impetus militum fieret. 11. ad Att. 10

Deinde anteibant lictores, non cum bacillis, sed vt hic Prætoribus anteeunt cum fascibus duobus. de Leg. Agr. 91. a

Bacilli, insigne duū virorum coloniæ deducendæ.

Baiæ.

Baiæ salubres repente factæ. 9. fam. 21
 Qui optimas Baias habebat. 12. ad Att. 53

Puteolis se aiebat vnum diem fore, alterum ad Baias. Attico, lib. 13. 298. 5. a

Sed si esset aliqua dissimilis istius, quæ se omnibus peruulgaret: quæ haberet palam decretum semper aliquem, cuius in hortos, domum, Baias, iure suo libidines omnium commearent. pro Cæli. a

Si fas est defendi à me eum qui nullū conuiuium renuerit, qui vnguenta sumpserit, qui Baias viderit. pro Cæli. 20. a

Baiis acta cōiuiua, comessationes, cantus, symphonias, nauigia iactant. pro Cæli. 27. a

Baianus. ad Att. 225. b

Baiulus.

Baiulus quidam orator ab Antonio descriptus. 2. de Orat. 23

Nec quicquam inter Alcibiadem summo loco natum, & quemuis baiulum interesset. 3. Tuscul. 132. a

Operarii autem, aut baiuli deesse non possunt. de Clar. Oratoribus, 139. a

Vtrum potius de bonis est quæredū, quid baiuli atque operarii, an quid homines doctissimi senserint. in Parad. 27



Babylon.

Abylonem, Syriam, Perfas alteri tradidisti. pro Dom. 225. b

Alexāder Babylone est mortuus. de Diu. 90. b

Babylonius.

Nam quod aiunt, quadringenta septuaginta millia annorum in periclitādīs experiundisque pueris, quicūque essent nati, Babylonios posuisse, fallūt. 2. de Diuin. 145. a

Bacca.

Ergo arbores feret diligens agricola, quarum aspiciet baccam ipse nunquam. 1. Tuscul. 26

Vt agricola quum florem oleæ videt, baccam quoque se visurum putat. 1. de Diuin. 24. 189. a. de Senect. 5. a

Baccæ arborum. Diuin. lib. 1. 98

Baccæ quæ ex quaque stirpe funduntur. 2. de Nat. d. 96

Baccas certas sacerdotes publicè libanto. 2. de Leg. 17

Nec fruges terræ baccasue arborum dedisset, nisi, &c. de Diuin. 104. b

Et tanquam in arborum baccis, terræque frugibus, maturitate tempestiua quasi vietum & caducum. Cato, 5

Bacchæ.

Bacchas istas cum Musis Metelli comparas. 7. fam. 41

Bacchis verò vbi est apud me locus? At pulchellæ sunt: noui optimè, & sæpe vidi. Fabio, lib. 7. 24. 6. a

Bacchanalia.

Quo in genere seueritatem maiorum Senatus vetus auctoritas de Bacchanalibus, & Consulium, exercitu adhibito, quæstio animaduersioneque declarat. 2. de Leg. 59. a

Bacchor.

Quibus gaudiis exultabis? quanta in voluptate bacchaberet. in Catil. 18. a

Nec erat vlla vis atque contentio, siue consilio, quod eos, quorum altior oratio, actioque esset ardentior, furere & bacchari arbitraretur: siue pro, &c. de Clar. Orat. 151. a

Bacchans.

Versatur mihi ante oculos aspectus Cethegi & furor in

Balbus.
 Balbus, Cæsaris familiaris. 6. fam. 39
 Balbus Cornelius minor. 11. ad Att. 25
 Balbus minor. 13. ad Att. 49
 Balbi regia conditio est delegandi. 12. ad Att. 13
 Balbi cuiusdam Quæst. in Hispania improbitas. 10. fam. 70
 Balbi duo fratres in Cæsaris partibus. 8. ad Att. 24
 Balbi duo Stoici. 3. de Orat. 44

Balbus.

Balbus sum, quod non putaram. Cæli. 2. 18
 Quumque ita balbus esset, vt eius ipsius artis, cui studeret, primam literam non posset dicere, perfecit meditando, vt nemo planius eo locutus putaretur. 1. de Orat. 136. 2. de Demosthene loquitur.

Balbi non sumus. ad rem redeamus. Cæli. 2. 18

Balbos pluris esse putes quàm disertos. 9. fam. 45. allusio ad nomen Balbi.

Balbutio.

Me quidem authore etiam Peripatetici veteresque Academici balbutire desinant aliquando, &c. Tuscul. q. lib. 5. 56

Balbutiens.

Sed ille noster est planè, vt supra dixi, Stoicus, perpauca balbutiens. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 128

Reliqui verò omnes, præter Epicurum balbutientem de natura deorum, diuinationem probauerunt. 1. de Diuin. 5

Baleares.

Baleares, insulæ. ad Att. 186. b

Balearicus. de Diuin. 89. b

Balineum.

Balineum calefieri iubebo. Att. lib. 2. 18. 5. a

Cum è balineo exiissem. 15. ad Att. 27

Balista.

Vt balistæ lapidum, & reliqua tormēta telorum eò grauioribus emissiones habent, quò sunt contenta atque adducta vehementius: sic vox, sic cursus, sic plaga hoc grauior, quo est missa contentius. Tuscul. q. lib. 2. 49

Ballion.

Ballioni lenoni Chæream confert Cicero. pro Rosc. Com. 11

Balneæ.

Occidit ad balneas Palatinas rediens à cœna Roscius. pro S. Rosc. 21. b. Balneæ, erant bina cōiuncta ædificia, alterum vbi viri, alterum vbi mulieres publicè lauabantur.

Quum enim potissimum balneas publicas constituerat, in quibus, &c. pro Cæli. a. 2. de Orat. 122. a

Nam vt fortè hic in balneas venit, cœpit, postquam perfusus est, defricari. ad Heren. 27. b

Mulier ingeniosa constituit locum iussit balneas Xenias, vt eò mitteret amicos, qui delitescerent. pro Cæli. 49. a

Quàm multa de balneis, quas nuper ille vendiderat, &c. dixit. 1. de Orat. 122. a

Exire de balneis. 2. de Orat. 123. a

Balnearia.

Video nihil, aut pauca mutata, balnearia tamen laudat, &c. Attico, lib. 13. 284. 2. a

Sed tamen nihil ei restabat, præter balnearia & ambulationem & aluearium. ad Q. frat. lib. 3

In balneariis assa in alterum apodyterii angulū promouit. ad Q. frat. 318. b

Balneum.

Balneum calfacias oportebit. 9. fam. 40

In balneum post horam octauam. 13. ad Att. 66

Ducere aliquem ex balneo. pro Deiot. 11. a

Labrum si in balneo non est, vt sit. Terentia, 14. 20. 1. a

Balneator.

Mulier potens, quadrantaria illa permutatione familiaris facta erat balneatori. pro Cæli. 49. a

Alter est designatus Viseius nescio quis, fortis, vt aiunt, latro, quem tamen temperantem fuisse ferunt Isauri balneatorem. 13. Philip. 365. a

Balo.

Rex ipse Priamo somnio mentis metu Percussus, curis sumptis fuspitantibus

Exsacrificabat hostiis balantibus. 1. de Diuin. 76. a

Bambalio.

M. Bambalio, M. Antonii focer. 2. Philip. 93. & 3. 135

Banobales.

Banobales, seruus venerius in Sicilia. 5. in Verr. 75

Barba.

Viris mammae atque barba. 3. de Finib. 29. a
 Dionysius Æsculapii barbam auream demi iussit. 3. de Natura deor. 110. a

Ita sordido, ancillarique artificio regie virgines, vt tonstriculæ tondebant barbam & capillum patris. 5. Tuscul. 81. a

Alquis capillatior, quàm antè, barbaque maiore. contra Rul. 68. b

Barbula.

Alquis mihi ab inferis excitandus est ex barbatis illis, non hac barbula, qua ista delectatur: sed, &c. pro Cæli. 2. 4. a

Barbatus.

Barbatus Epicurus. in Pis. 15
 Barbatus semper Iupiter, Apollo semper imberbis. de Natura deor. 1. 58

Barbatus Iupiter, galeata Minerua. de Nat. d. 1. 71

Quod antiqui illi quasi barbati, vt nos de nostris solemus dicere, crediderint. de Fin. lib. 4. 52

Barbati nulli in piscinis sunt. Att. lib. 2. 16. 4. a

Barbati illi veteres. pro Sest. 6. b

Quos pexo capillo nitidos, aut imberbes, aut bene barbatos videtis. 2. in Catil. 42. a

Apud barbatos ridicula videbantur. pro Murena, 23. a

Alquis ex barbatis illis barba illa horrida, quam in status antiquis videmus. pro Cæli. 2. 4. a

Barbatulus.

Concurfabant barbatuli iuuenes, totus ille grex Catilinæ. Att. lib. 1. 9. 6. a

Barbatulos mullos exceptatē de piscina & pertractatē. Parad. 48

Barbarus.

Natura & moribus barbarus. 6. Verr. 100. a

Qui aliis inhumanus ac barbarus, isti vni commodus ac disertus videretur. 5. Verr. 8. a

Immanis ac barbara consuetudo hominum immolandum. pro Font. 280. b

Immanis ac barbara gens. 2. de Diuin. 3. a. cui opponitur Humana atque docta.

Neque tam barbari lingua & natione illi, quàm tu natura & motibus. in Verr. 226. b

Allobroges barbari. in Cat. 116. b

Agrestes ac barbari serui. pro Mil. 19. a

Vos Thusci ac barbari. de Nat. 28. b

Barbari vani atque fallaces. Diuin. lib. 1. 35

Immanitate barbaræ gentes. pro Marcel. 4. a

Barbarorum aduentus ad vrbem mihi proponitur. 7. ad Atticum, 44

Barbarorum dii. 3. de Nat. d. 33

Barbarorum inficitia. 9. fam. 6

Contra barbaros philosophos. Tuscul. 176. b

Barbara & obsoleta quædam dispersisse. 1. ad Att. 66

Iudicio hoc sum vsus, non esse barbaris auxiliis fallacissimæ gentis Rempub. defendendam. Att. lib. 11. 14

Tanta cum barbaris gentibus coniunctio. 11. ad Att. 10

Amasiano & Rabirio in doctis & barbaris scriptoribus. Academ. 39. b

Barbare.

Vt enim si grammaticum se professus quispiam barbarè loquatur: sic, &c. 2. Tuscul. 18. a

Barbaria, Barbaries.

Philosophus nobilis, à quo non solum Græcia & Italia, sed etiam omnis barbaria commota est. 2. de Finibus, 79. a

& 5. 18. a

Neque enim si multitudo litium, si varietas causarum, si hæc turba & barbaria forensis dat locum vel vitiosissimis oratoribus, &c. 1. de Orat. 50

Quale bellum nullum vquam barbaria cum sua gente gessit. 3. in Catil. 69. a. Att. lib. 7. 130. 4. a. 1. de Nat. d. 110. a

Barbaria totius fluctum ferre vrbs vna non poterat. 7. ad o. ii.

Vbi ad bellum & castra ventum sit. 8. fa. 41. in epist. Cælii.
Idem cum Theutonibus bellum administraret, &c. pro Lege Manil. 42. a
Administrare bellum cum aliquo. pro Pomp. 15. b. Id est, gerere bellum contra aliquem.
Verebar ne cui obrectatorum viderer & nimium pertinaciter Lepido offensus, & mea patientia etiam alere bellum. Plancus Ciceroni, lib. 10. 47
Ferro bellum terra & mari comparat. 10. ad Att. 8
Bellum conficere. in Piso. 45
Deinde quum ab ea sententia Pompeius valde abhorreret, suadere institui ut bellum duceret. Mario, lib. 7. 3. 7. a
Tum ad te scribam plura, si erit bellum. ad Att. 113. b
Bellum extinguere. 10. fam. 49. in epist. Planci.
Si fugitui bellum in Sicilia facerent. in Verr. 239. b
Bellum facere alicui. in Catil. 66. pro Mil. 113. b
Bellum gerimus, sed non pari conditione, contra arma verbis. 12. fam. 47
Nihil turpius, quam cum eo bellum gerere, quicum familiariter vixeris. Læli. 66
Populus Romanus Crasso consuli bellum gerendum dedit. 11. Philip. a
Bellum habet nescio quod susceptum Cōsulatus cum Tribunatu. pro Leg. Agr. 19. a
In bellum confugere. 4. ad Att. 22
Quos quum haberes auctores Antoni, miror cur philosophia, sicut Zethus ille Pacuianus, propè bellum indixeris. 2. de Orat. 85. a
Indicere bellum nefarium. pro Detot. 21. a
Nisi publicè satisfactum sit, ei civitati bellum indici atque inferri solere. 3. Verr. 55. a
Sed quid ego vestram crudelitatem expromo, quam in ipsum me ac meos adhibuistis, qui parietibus, qui tectis, qui columnis ac postibus meis horricum quoddam & nefarium, omni imbutum odio bellum intulistis: pro Domo sua, 47. a
Inferre bellum contra patriam. in Ant. 170. b
Bellum in provinciam inferre. 15. fam. 5
Vrbs quæ facere atque instruere bellum possit. pro Leg. Agr. 77. a
Inter bellum & pacem medium nihil. 8. Philip. 236
Mouere bellum. ad Att. 152. b
Bellum, discordiam, cupiditatem, cæteraque generis eiusdem, ad Deum reuocat Parmenides. de Nat. d. 1. 22
Bellum sustinere. 16. fam. 16
Bello arderet Syria. 6. ad Att. 40. 4. fam. 2
Bello Latinorum, &c. cum Octauius, Mamilius, Tusculano prælio dimicaret, &c. de Nat. d. 2. 4
Bello flagrantem totam Italiam. 7. ad Att. 54
In bello mouendo summa fuit apud præfatos Romanos obseruatio. Offic. 1. 55
In bello pudor est maximè periculofus. 10. fam. 47. in epist. Planci.
In bello titubari solet. 12. fam. 16
Persequi aliquem bello. ad Brut. 9. b
Bello proffigato ac penè sublato, renouatum bellum gerere conamur. 12. fam. 63
Bello Punico secundo exercitus Pop. Rom. ad lacum Trasimenum interiit. Diuin. lib. 2. 15
Bello gloriam quærere. Offic. 1. 57
Bello vti. 7. ad Att. 55
Bella, quibus Reip. salus continetur. de Nat. d. 2. 7
Bella ciuilia nunquam deerunt, si clementes esse voluerimus. ad Brut. 4
Itaque eorum consilio sæpe aut non suscepta, aut confecta bella sunt, nonnunquam etiam illata. Offic. 1. 111
Bella domestica & externa. de Senect. 11. a
Bella, quibus imperii gloria proposita est, minus acerbè gerenda sunt. Offic. 1. 57
Bella hostilia & externa. 5. fam. 29
Bella suscipienda sunt ob eam causam, vt sine iniuria in pace viuatur. Offic. 1. 51
Bellorum ciuiliū exitus quales. 12. fam. 44

Bellorum omnium exitus incerti. 6. fam. 2. & 24
Bellorum victor. de Arusp. respon. 45
Tum enim nostri duces bella gerere incipiunt, &c. de Natura deor. 2. 7
Si tanta bella legisset, quanta gessit & confecit, &c. omnia iura belli perdiscere ac nosse potuisset. pro Corn. Bal. 37. a
Thucydides res gestas & bella narrat & prælia. Orator, 199. b
Bellis præliisque dii non caruerunt. 2. de Nat. d. 52
In bellis ciuilibus nihil miserius victoria. 4. fam. 31
Bellicum.
Alter incitator fertur, & de bellicis rebus canit etiam quoddammodo bellicum. in Orat. 22. a
Omnia ista nobis studia de manibus excutuntur simul atque aliquis motus nouus bellicum canere cœpit. pro Murena, 27. a
Itaque iidem quasi prouidi ciues & Senatores diligentes, bellicum me cecinisse dicunt. 7. Philip. 219. a
Bellicus.
Bellica mors. 2. de Leg. 56
Bellica virtus. 1. Tusc. 177. a
Ius bellicum hosti seruandum. Offic. 73. b
Ad similitudinè bellicæ disciplinæ, exerceamur in venando. 2. de Nat. d. 121. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 7
Bellicam rem administrari præfati Romani nisi auspiciatō noluerunt. Diuin. lib. 2. 60
Ex bellica laude aspirare ad Africanum nemo potest. in Bruto, 42
Bellica insignia tincta. 2. de Leg. 44
Bellicosus.
Dalmatæ semper habiti sunt bellicosi. epist. 67. b
Gentes bellicose. de Prouinc. 75. b
Bellicosissima natio. pro Leg. Manil. 19. a
Cum omnibus bellicosissimis bellum gessi. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 4. 2. a
Belligero.
Belligerare cum hostibus. ad Heren. 27. b
Quoniam nobis quasi aliqua necessitate, non solum cum his qui hæc delere voluissent, sed etiam cum fortuna belligerandum fuit. post reditum ad Quirites, 16. a
Excitandus erit nobis ab inferis C. Marius, qui Induciomaro isti minaci atque arroganti par in belligerando esse possit. pro Fonteio, 21. a
Nec cauponantes bellum, sed belligerantes. 1. Offic. 59
Bellipotens.
Æacidæ bellipotentes sunt magis, quam sapientipotentes. 2. de Diuin. 90
Bello.
Iam verò ille qui cum Ætolis Ennio comite bellauit Fuluius. pro Arch. 20. a
Quum illa ciuitas cum Pœnis suo nomine ac sua sponte bellaret. 6. Verr. 64. a. 11. Philip. 292. a
Fuit proprium Pop. Rom. longè à domo bellare. pro Leg. Manil. 22. a
Quid est enim aliud gigantum more bellare cum diis, nisi naturæ repugnare? de Senect. 6
Bellare suo nomine. 6. in Verr. 64
Cum hoste hoc bellandum est. in Ant. 231. b
Bellator.
Bellator & pacifica persona, opponuntur. 8. ad Att. 41
Is minus vehemens orator, quam bellator fuit. de Claris Oratoribus, 189. b
An accusatori maiores nostri maiora præmia, quam bellatori esse voluerunt? pro Corn. Balbo, 43. a. de Clar. Oratoribus, 146. a
Nec verò de bellatoribus solum disputant, &c. 4. Tusc. 33
Bellatrix.
Quid ista bellatrix iracundia? quum domum rediit, qualis est cum vxore, cum liberis, cum familia? 4. Tusculan. quæst. 84. a
Bellus, Vide Bonus.
Belus.
Belus in India dicitur Hercules. 3. de Nat. d. 29

Bene, Benedico, Benefacio, Benefactum, Beneficentia, Beneficium, Beneficus, Beneuolè, Beneuolentia, Beneuolus, Benigne, Benignitas, Benignus, Vide post Bonus.
Beroa.
Qui quum concursum plorantium, ac tempestatem querularum ferre non posses, in oppidum demum Beroam perfugisti. in Pisonem. 71. a
Bessis.
Tibi magna præfida & auxilia à Bessis peditum, equitumque polliceretur. in Pisonem, 66. a
Bes siue Bessis.
Fœnus ex triente Id. Quintil. factum erat bessibus. ad Att. lib. 4. 37
Bestia.
Bestia monstrosissima. Diuin. lib. 2. 54
Sed quæ potest homini esse polito delectatio, quum aut homo imbecillus à valentissima bestia laniatur, aut præclara bestia venabulo tranfuerberatur? 7. fam. 3
Pro bestia de ambitu dixi. 2. ad Qu. frat. 11
Canes tamen bestia sunt, tamen, &c. pro Sex. Rosc. 27. b
Bestia aquatilis, vt crocodili, fluuiatilesque testudines. de Nat. deor. 50. b
Bestia in perturbationes non incidunt. Tusc. q. lib. 4. 25
Mutæ bestia penè loquuntur magistra ac duce natura. 1. de Finib. 108. a
Alia bestia sunt nantes, alia volucres, serpentes quædam, quædam gradientes. Tusc. lib. 235. b
Quid bestia: non pro suo partu ita propugnant, vt vulnera excipiant? nullos impetus, nullos ictus reformident? Tusc. quæst. lib. 5. 58
Bestia: quæ alius generis bestiis vescuntur. 2. de Nat. deo. 92
Bestia, vt quicquid obiectum est, quod modò à natura non sit alienum, eo contentæ, nò quærunt amplius. Tusc. quæst. lib. 5. 71
Ad bestiarum auxiliorum confugere. 9. fam. 10
Bestiarum quæque suum tenens munus, quum in disparis animantis vitam transfire nò possit, manet in lege naturæ. Tusc. quæst. lib. 5. 29
Bestiarum varia genera vel cicurum vel ferarum. 2. de Nat. deorum, 73
Bestiis sensum & motum dedit natura, & cum quodam appetitu accessum ad res salutare, & a pestiferis recessum. de Nat. deor. 2. 24
Bestiis obicere. 10. fam. 71. in epist. Pollionis.
Quid quòd populari illi sacerdoti sexcentos ad bestias amicos sociosque misisti? in Pisonem, 70. a
Nanque alias bestias nantes, aquarum incolas esse voluit (natura), alias volucres cælo frui libero, serpentes quasdam, quasdam esse gradientes: earum ipsarum partim foliuiagas, partim congregatas: immanes alias, quasdam autem cicures: nonnullas abditas, terraque tectas. Tusc. quæst. lib. 5. 28
Bestias quasdam esse, in quibus insit aliquid simile virtutis. de Finib. lib. 5. 35
De bestiis quibusdam firmiores videas esse apud Ægyptios ac Syros opiniones. de Nat. deor. 1. 57
Hoc apparet in bestiis, volucris, agrestibus, natantibus, subibus, cicuribus, feris. de Amicit. 111. b
In bestiis quanta ratio apparet ad perpetuam conseruationem earum generis. 2. de Nat. deor. 96
Bestiola.
Bestiola minima. 2. de Nat. deor. 108
Dissimillimæ bestiolæ communiter cibum quærunt: id est, pinna & squilla. de Nat. 50. b
Bestiarius.
Bestiarii, pro iis, qui cum bestiis pugnabant. pro Sestio, 118
Bestiarios emerat, nec sine his armatis vnquam in publico fuerat. 2. ad Quint. frat. 19
Milonem dicas gladiatoribus & bestiariis obsedisse Remp. in Vatinius, 31. a
Beta.
A beta etiam & malua deceptus sum. 7. fam. 47

Bias.
Bias Prieneus, quum patriam eius cepisset hostis, cæterique ita fugerent, vt multa de suis rebus asportarent, quum esset admonitus à quodam vt idem ipse faceret, Ego verò, inquit, facio: nam omnia mecum porto mea. Parad. 9
Biantis dictum (Ita amare oportere, vt aliquando esset osurus) à Scipione reprehensum. Læli. 53
Bibliotheca.
Abdo me in bibliothecam. ad Curium, lib. 7. 29. 4. a
Dionysius seruus meus, qui meam bibliothecam multorum nummorum tractauit, quum multos libros surripuisset, &c. ad Sulpitium, lib. 13. 101
Offenses designationem Tyrannionis, bibliothecam mirificam librorum meorum. 4. ad Att. 18
Bibliothecam tuam caue cuiquam despondeas, quanuis acrem amatorem inuenieris. Att. a
Bibliotheca alicuius pasci. 4. ad Attic. 29
De bibliotheca tua supplenda, libris commutandis, Latinis comparandis, valde velim ista confici. ad Quint. frat. lib. 3. 25
Si hortum in bibliotheca habes, nihil deerit. epist. 118
Quum, &c. satisque ambulatum videretur, tum in bibliotheca quæ in Lycio est, assidemus. 2. de Diuin. 6
Bibliothecas omnes duodecim tabulæ superant. 1. de Or. 96
Ne bibliothecis quidem Græcis egebimus. Tusc. q. lib. 2. 5
Bibo.
Bibit plurimum. 16. ad Attic. 29
Sitiens bibit. 5. Tusc. 137. a
Mihi quidem in vita, seruanda videtur illa lex, quæ in Græcorum conuiuuiis obtinetur, Aut bibat, inquit, aut abeat. 5. Tusc. 166. a
Darius cum aquam bibisset turbidam, negauit vnquam se bibisse iucundius. Tusc. 247. b
Conuiuuium in quo nemo potest dicere, vtrum iste plus biberit, an vomuerit, an effuderit. in Piso. 17. a
Quid eum non forbere animo, quid non haurire cogitatione, cuius sanguinem non bibere censetis? 11. Philip. 296. a
Ab hora tertia bibebatur, iudebatur, vomebatur. 2. Philipp. 102. a
Fit sermo inter eos, & inuitatio, vt Græco more biberetur. 3. Verr. 45. a
Nam iste totam Asiam magnitudine poculorum bibendoque superauit. pro Flac. 163. b
Bibulus.
Bibulus, Cn. Pompeii obrectator. 2. ad Qu. frat. 9
Bibuli consulis edicta in Pompeium. 2. ad Att. 54
Bibuli ignauia & timiditas notatur. 7. ad Attic. 11, 12
Bibuli timiditas taxatur. 6. ad Attic. 47
M. Bibulus qualis in Consulatu fuerit. in Vatinius, 15
M. Bibuli sententia de Ciceronis domo. pro Domo sua, 54
Biceps.
Si puella nata biceps esset. de Diuin. 105. b
Bicorpor.
Hæc bicorporum affixit manum. Tusc. 179. b
Bidis.
Bidis, oppidum tenue, non longè à Syracusis. 4. in Verr. 37
Biduum.
Romæ nihil auditur noui, nec in his locis, quæ à Brundisio absunt propius, quam tu biduum aut triduum. ad Attic. 132. b
Nos in castra properabamus, quæ aberat bidui. ad Att. 76. b
Ab castris aberam bidui. ad Att. 67. b
Biduo sciemus. 9. ad Att. 59. Id est, intra biduum.
Biennium.
Tribuni pleb. tulerunt de provinciis contra acta Cæsaris, ille biennii, ille sexennii. in Ant. 295. b
Lex vsum & auctoritatem fundi iubet esse biennium. pro Cecinna, 295. b
Bifariam.
Bifariam contrariè simul procedentia. de Vniuers. 39
Cumque is motus aut boni aut mali opinione citetur, bifariam quatuor perturbationes distributæ sunt. Tusc. quæst. 195. b

Biformatus.

Hos nos biformato impetu centaurus iclus corpori infixit meo. Tuscul. 179. b

Bilis.

Sanguis, bilis, pituita, ossa, nervi, &c. Tuscul. 160. b

Quemadmodum quum sanguis corruptus est, aut pituita redundat, aut bilis, in corpore morbi, ægrotationes nascuntur: sic prauarum opinionum conturbatio, &c. 4. Tuscul. 34. a

Bilis secreta à cibo. 2. de Nat. deor. 104

Ersi, vt scribis, bilem id commouet, & latoribus & auspici- bus legis Curiatæ spe&aculum egregium. Att. lib. 2. 22. 3. a

Quasi vero atra bili solùm mens, ac non sæpe iracundia gra uiore, vel dolore, vel timore moueatur. Tuscul. 192. b

Bis.

Bis, quasi duis. Orat. 85

Bis ad eundem. 10. fam. 40. Prouerbiu.

Quæ, si bis bina quid essent, didicisset Epicurus, certè non diceret. de Nat. deor. 2. 35

Bis vna Consules. in Lælio. 37. 2

In quo bis falleris: primùm quòd tuas rationes communi- bus anteponis. deinde, &c. 8. Philip. 242. a

Ita in vna ciuitate bis improbus fuisti, quum & remisisti quod non oportebat, & accepisti quod non licebat. 7. in Verrem, 47. a

De quo & tu mihi antea scripseras, bis quidem eodem ex- emplo, facile vt, &c. Pæto, lib. 9. 16. 1. a

Stulte bis terque non postulat, &c. ad Q. frat. lib. 3. 24. 7. a

Bimus.

In castris Bruti vna veterana legio: altera bima: octo, tyro- num. Plancus Ciceroni, 10. 2. 4. 8. a

De hac quoque sententia bima decedat. ad Appium, lib. 3. 8. 34. a. Id est, qua censuit, vt per duos annos remaneret in prouincia.

Bimestris.

Consulatus bimestris. epist. 159. b

Binus.

Bina sententia. 3. fam. 30

Bini, vox Latinè honesta, Græcè obscœna. 9. fam. 53

Bini Censores sunt. de Legib. 185. b

Et vniciuique vestrum, vbi consistat, bini pedes assignentur. contra Rull. 83. b

Cum loquimur terni, nihil flagitii dicimus: at cum bini, ob- scœnum est: &c. in Verrem. 246. b

Bina legationes. 12. fam. 34. in epist. Lentuli.

Bina venationes per dies quinque magnificæ. epist. 95. b

Terna, bina, singula verba. 3. de Orat. 110. a

Censores binos in singulas ciuitates describerebat. 4. Ver. 92. a

Binos gladiatores singulis patribus familiarum distribuit. Attic. lib. 7. 133. 2. a

Hoc si Romæ fieri posset, certè aliqua ratione expugnasset iste vt dies x l v. inter binos ludos tollerentur, per quos solos iudicium fieri posset. 4. Verrem. 91. a

Nonne cernimus vix singulis ætatibus binos oratores lau- dabiles constituisse: de Clar. 196. b

Binos tabellarios in duas naues imposui. 10. famil. 75. in e- pistola Pollionis.

Per binos tabellarios misi Romam literas. Att. lib. 6. 111. 19. a

Demosthenes vna contentione verborum, binas conten- tiones vocis & remissiones continebat. de Orat. 108. b

Binas à te accepi literas. Att. lib. 6. 111. 18. a

Inter bina castra cum Vectio collocutus est. 12. Philip. 338. a

Centesimis binis foenerari. 5. Verrem. 141. a

O M. Druse, patrem appello, hæc quidem duo binis pedibus incisim. Orat. 218. b

Binis tabellariis, & tibi, & Octauiano scripsi. Pollio Cicero- ni, lib. 10. 33. 7. a

Bipartior.

Atque ibi omnes proximis villis ita bipartiti fuerunt, vt Ty beris inter eos & pons interesset. in Cat. 51. b

Bipartito.

Num igitur negari potest, cuius rei cuncta testis est Asia, bi- partito classem distributam fuisse, vt vna pars supra E-

phesum, altera infra Ephesum nauigaret: pro Flacco, 24. a

Equitatus, qui in Græciam ducebatur bipartito, alter, &c. in Ant. 227. b

Id sit bipartito: nam tum causa, tum res ipsa remouetur. 2. de Inuent. 186. a

Bipes.

Quid obstat quo minus sit beatus, si non sit bipes: de Nat. deor. 20. b

Hoc ministro omnium non bipedum solùm, sed etiam qua- drupedum impurissimo. pro Domo sua, 38

Bipedalis.

Bipedalem solem Epicurus censet esse, vel paulò maiorem aut minorem. lib. 1. de Finib. 16

Biremis.

Ne hæc biremis ascriberetur. 7. Verr. 41. a

Bithynia.

Bithyniæ reges leætica octophoro gestari soliti. 7. in Verr. 22

Socii Bithyniæ, societas Bithynica de publicanis. 13. fa. 18, 19

Blandenijs.

Blandenijs Zeuxis. 1. ad Quint. fratrem, 37

Blandenona.

Blandenona, locus non longè à Placentia. 2. ad Qu. frat. 32

Blandior.

De Commageno, quòd rem totà discusseram, mirificè mihi & per se & per Pomponium blanditur Appius. ad Qu. fratrem, 2. 14. 1. a

Cur matri blanditur: cur epistolis & sororis & matris im- becillitatem aucupatur: pro Flac. 163. b

Qui etiam aduersando sæpe assentetur, & litigare se simu- lans blanditur. de Amicit. 82. a. De adulatore loquitur. Suauiter blandiri sensibus nostris dicitur voluptas. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 129

Quòd ita nati essemus, vt & blandiri suppliciter iis, à qui- bus esset petendum, & aduersarios minaciter terrere pos- semus, &c. 1. de Orat. 45. a

Blandus.

Secerni autem blandus amicus à vero, & internosci tam po- test adhibita diligentia, quàm omnia fucata & simulata à synceris atque veris. de Amicit. 78. a

Blandus filius & gratiosus. 2. Verr. 16. a

Quàm blanda conciliatrix & quasi sui sit lena natura. de Nat. deor. 1. 53

Scis minimè blandum esse. 12. ad Att. 8

Vnum te puto minus blandum esse, quàm me. Attic. lib. 12. 233. 1. a

Militèsq; blando appellado sermone deliniant. 2. Off. 68. a

Blanda oratione falli. 7. Philip. 237. a

Vocare aliquem blanda voce. de Diuin. 89. b

Blandè.

Hunc posteaquam salutauit, rogare cœpit, bládè & concin- nè scilicet, mentire mea causa, &c. pro Qu. Roscio, 28. a

Sed amabo te mi Attice, vidène quàm blandè! Attic. lib. 16. 332. 3. a

Id erat petere blandius. 1. de Orat. 55. a

Tum appellat hilari vultu hominem Bulbus, vt bládissimè potest. pro Cluentio, 57. a

Blandiloquentia.

Nam vt ego illis supplicarem tanta blandiloquentia. 3. de Nat. deor. 89. a

Blandimentum.

Multa enim blandimenta natura ipsa genuit. pro Cælio, 31. a

Nec eam minimis blandimentis corrupta deseret. 5. Tuscul. quæst. 125. a

Blanditia.

Ea desiderat blanditiam, assiduitatem, benignitatem. de Petit. 211. b

Facilis est illa occursatio & blanditia popularis: aspicitur, non attræctatur, &c. pro Planco, 24

Blanditia etsi vitiosa est & turpis in cætera vita, tamen in pètitione necessaria. de Petit. Consul. 28

Sermo iniquatissimus & bláditiæ flagitiosus. in Verr. 161. b

In ciue excelso atque homine nobili, bláditiæ, ostentatio- nem, ambitionem eam esse leuitatis. 4. de Repub. a

Sic habèdum est, nullam in amicitijs pestem esse maiorem, quàm adulationem, bláditijs, assentationem. de Am. 76. a

Benevolentiam ciuium blanditijs & assentationibus colligere turpe est. de Amicit. 107. b

Blanditijs præsentium voluptatum deliniti atque corrupti. 1. de Finib. 26

Conquiri verò & elici blanditijs, vt tu scribis, ad iudicium necesse non fuit, eum præsertim hominem, &c. ad Quint. fratrem, lib. 1. 2. 8. a

Tu si tuis blanditijs tamen à Sicyonijs nummulorum ali- quid exprefferis, velim me facias certior. 1. ad Att. 66

Qui vt se blanditijs & assentationibus in Afinijs consuetu- dinem penitus immerst, Oppianicus continuò, &c. pro Cluentio, 26. a

Ne blanditijs eius illecebrisque impediatur disputandi se- ueritas. de Finib. lib. 3. 1

Mihi quidem verè etiam hæreditates non honestæ videntur, si sunt malitiosus blanditijs officiorum, non veritate, sed simulatione quæsitæ. 3. Offic. 97

Βλάνδιμα mittamus. 15. ad Attic. 23

Blesamius.

Blesamius, legatus regis Deiotari ad Cæsarem. pro Deiot. 29

Bœotia.

Quum essent agri in Bœotia deorum immortalium excepti lege Censoria. 3. de Nat. deor. 34

Bœotius.

Quod & somniantibus sæpe contigit, & nonnunquam vaticinantibus per furorè, vt Bacis Bœotius, & Epimenides Cres, vt Sibylla Erythraea. 1. de Diuin. 63. a

Boethus.

Boethus Stoicus conatus est earum rerum rationem expli- care, quæ in mari cæloque fierent. Diuin. lib. 1. 12

Boethus aurifex. 6. in Verrem, 27

Bogud.

Bogudis regnum. 10. fam. 70. in epist. Af. Pollionis.

Boius.

Boius & Ladas cum Sicyonijs cursitarunt. 4. ad Heren. 141

Bonianum.

Bonianum, oppidum in Samnio. pro Cluentio, 156

Bonillanus.

Bonillana vicinitas. pro Plan. 18

Bona dea.

Bonæ deæ nomen viris ignotum. de Arusp. respons. 33

Iste Bonæ deæ sacerdos. 2. ad Attic. 14

Sacra Bonæ deæ, quæ viri oculis, ne imprudentis quidem, aspici fas est. de Arusp. 245. b

Bonæ deæ sacra à P. Clodio polluta. de Arusp. respons. 7

Bonæ deæ sacra vetustissima & eadem occultissima. de Arusp. respons. 33

Bonæ deæ sacrarium in fundo T. Sestii Galli. pro Milo. 65

Sacrificium Bonæ deæ, quod fiebat pro salute populi Rom. de Arusp. 246, & 252. b

Bona fortuna, dea apud Siculos. in Verrem, 201. b

Bononia.

Bononia, vrbs Italiae. epist. 185, & 173. b

Bononiensis.

C. Rusticellus Bononiensis, is quidem & exercitatus, & na- tura volubilis. de Clar. Orat. 87. a

Bonus.

Primum, quòd videtur esse bonus, nemo igitur potior. ad Atticum, 92. b

Bonus author. 12. ad Atticum, 7

Bonus calamus. 2. ad Quint. fratrem, 36

Bonus dominus Antonius. ad Brutum, 45. in epist. Bruti.

Bonus & affiduus dominus. de Senect. 52. a

Valde bonus homo. ad Attic. lib. 2. 14. 15. a

Bonus in aliquem. 10. ad Atticum, 26

Poeta bonus. ad Qu. frat. lib. 1. 1. 68. a

Bonus re aut spe. pro Domo sua, 110

Bonus vir. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 24

Sit igitur sanè bonus vir. Attic. lib. 7. 127. 2. a

Multum bonus vir. pro Lege Agr. 38. a

Vir bonus qui sit, describitur multis. Offic. 67. b

Vir bonus, & simplicis veritatis amicus. Offic. 13. b

Bonus vir minimè est qui ad suum comòdum refert quæ- cunque agit. 1. de Legib. 37

Bona actio. Acad. quæst. ed. 2. lib. 1. 16

Bona causa. pro Sextio, 29

Tusculano emptor nemo fuit: si còditio valde bona fuerit, fortasse non omittam. ad Qu. frat. lib. 2. 6. 3. a

Bona de Domitio, præclara de Afranio fama est. Att. lib. 7. 144. 1. a

Memoria bona. Attic. lib. 8. 148. 3. a

Bona ratio. pro Flacco, 81

Postremò copiæ cum egestate, bona ratio cù perdita, mens sana cum amentia: bona denique spes cum omnium re- rum desperatione configit. 2. in Catil. 44. a

Boni auguris est meminisse maximis Reipub. temporibus præsto esse debere, louique Opt. Max. se consiliarium at- que administrum datum, vt sibi eos, quos in auspicio esse iusserit, cælique partes sibi definitas esse traditas, è quibus sæpe opem referre possit. 3. de Legib. 38

Boni haudquaquam est dissoluere ratione vincitum. de V- niuers. 51

Æqui bonique facere aliquid. ad Att. 305. b

In bonæ fidei iudicijs, locorū à causis magnus vsus. Top. 34

Nec enim cuiquam bono mali quicquam euenire potest, nec viuo, nec mortuo: nec vnquam eis res à dijs immor- talibus negliguntur. Tuscul. quæst. lib. 1. 82

Bonam benevolentiam hominum & fidem perspicere po- tui. 13. fam. 82

Quam deam iste idcirco bonam dicit, quòd in tanto sibi scelere ignouerit. de Ar. 252. b

Bonam gratiam quætere. pro L. Manil. 50

Bonam mentem sentio mihi iracundia & amore ablatam. 8. famil. 48. in epist. Cælii.

Aiebat bonam partem sermoinis in hunc diem esse dilatam. 2. de Orat. 9. a

Bonam rem impediri melius, quàm concedi malæ. 3. de Le- gibus, 37

Ergo in his adolescentibus bonam spem esse dicemus, & magnam indolem. 2. de Finib. 184. a

Redeamus ad nostros, de quibus tu bonam spem te signi- ficas habere. Attic. lib. 15. 321. 3. a

Quid mihi ad defendendum dedisti bone accusator: pro Sex. Rosc. 34. a

Bone custos, defensorque prouincia. 7. Verr. 10. a

Bono animo te iussisse esse, &c. 1. de Diuin. 105. a

Consilio bono aliquid facere. 1. Offic. 169. a

Proficiscatur Puteolos stadia triginta probo nauigio, bono gubernatore ac tranquillitate. 4. Acad. 179. a

Bono Lepido me esse vsurum. 10. famil. 41. in epist. Planci. Id est, amico & beneuolo.

De die tantum videto, & idipsum bono modo. Attic. lib. 13. 281. 4. a

Αμυνοπιαρ autem illam, quam tu soles dicere, bono modo desyhero, si prorsus vt aduenientem excipiam libenter. ad Qu. frat. lib. 2. 10. 3. a

Quod idem in delectu Consules obseruât, vt primus miles fiat bono nomine. 1. de Diuin. 166. a

Bono nomine centesimè contentus erat. 5. ad Attic. 54

Illæ quæ à bono poeta dictæ est flexanima oratio. de Ora- tore, 125. b

Ecquis vnquam ex tam amplo statu, in tam bona causa, tan- tis facultatibus ingenij, &c. Att. lib. 3. 50. 2. a

Vi opprimi in bona causa est melius, quàm malè cedere. 3. de Legib. 49. a

Bona fide in gratiam redire. 3. fam. 28

Bona aut denique aliqua Repub. 5. fam. 45. Id est, bene con- stituta.

Bona & certa tempestate. 2. ad Qu. frat. 6

Bona venia me audies. de Nat. deor. 1. 42. pro Rosc. Amer. 6. honoris præfatio.

Quare frater, bona tua venia dixerim, ista sententia, &c. 3. de Legib. 49. a

Nisi verò (bona venia huius optimi viri dixerimus Scæ-

uolæ) tu libellis aut præceptis, &c. 1. de Orat. 12.5. a
Omnes boni semper beati. Tusc. quæst. lib. 5. 22
Boni viri qui appellandi. Læli. 17
Boni viri omnes ipsam æquitatem & ius ipsum amant, nec est viri boni errare, & diligere quod per se non sit diligendum. 1. de Legib. 36
Boni viri ut sumus, si non ipso honesto mouemur, sed utilitate aliqua atque fructu, callidi sumus, non boni. 1. de Legibus, 30
Bonæ gratiæ. pro Murena, 40
Bonæ & firmæ legiones. 11. fam. 15. in epist. D. Bruti.
Valde bonæ res. 15. ad Attic. 25. Id est, in bono statu.
Prædes igitur homines sunt fideiuflores, quorum res bona prædia nunc vno nomine dicuntur. 3. Verr. a
Bona tempora. pro Domo sua, 6
Bonorum nō dicam, qui nescio an vlli sint, &c. 4. ad Att. 13
Bonorum, id est lautorum & locupletum, Urbem video refertam fore. 8. ad Attic. 2
Bonorum ordines & genera quærenda sunt. 7. ad Attic. 28
Bonos nullos noui. ibid.
Bonarum rerum expectatione animus erigitur. 2. de Leg. 29
Bonis ac sapientibus à principio innascitur ratio. de Nat. deorum, 2. 25
Bonis inter bonos quasi necessaria est beneuolentia. Læli. 46
Bonis viris quid iuris reliquit tribunatus C. Gracchi. 3. de Legibus, 20
Ita prorsus existimo bonos beatos, improbos miseros. Tusc. quæst. lib. 5. 26. dictum Socratis est apud Platonem in Gorgia.
Populum inflammare in improbos, aut incitatum in bonos mitigare. de Orat. 102. b
Inter bonos bene ager, fiduciæ formula. 7. fam. 24
Inter bonos bene ager, iudiciorum quorundam formula. Topic. 34
Inter bonos bene ager oportet, & sine fraudatione. Off. 3. 91
Nisi institum illud in animis haberemus, omnes bonos interitu suorum quam grauissimè mœrere oportere. Tusc. quæst. lib. 3. 53
Consules duos, bonos quidem, sed duntaxat bonos, amissimus. ad Brut. 7
Bona dicta tenere sapiens vix potest. 2. de Orat. 122
A bonis vacuum forum. post redi. in Senatu, 16
In bonis omnia, quæ summa sunt, iure laudantur. de Clar. Orat. 282. b
Vbi illa cōsuetudo in bonis prædibus prædiisque vendēdis omnium Consulium, Censorum, Prætorum, Quæstorum denique: vt optima cōditione sit is, cuius res sit, cuius periculum. 3. Verr. 100. a. Bona prædia dicuntur bonis satisfactionibus obnoxia, siue sint in mæcipiis, siue in pecunia numerata.
Nunquā ego hæc in bonis reb⁹ numerāda duxi. Parad. 116. b
Initiis bonis orsus Tribunatus. in Bruto, 66. a
Quod me in forum vocas, eō vocas, vnde etiam bonis meis rebus fugiebam. ad Attic. lib. 12. 27. Id est, prosperis.
Bonis aut perditis rebus. 12. fam. 5
Si sapiens adulterinos nummos acceperit imprudens pro bonis. 3. Offic. 122. a
Ita bonis viribus esse in extremo tempore ætatis, vt adolescentiam non requireret. de Senect. 27. a
Melior.
Vir melior. 1. de Inuent. 68. a
Hircium per me meliorem fieri volunt. Att. lib. 14. 318. 5. a
Plancus Ciceroni. lib. 10. 18. 6. a
Hoc vetus prouerbium, Phrygem plagis fieri meliorem. pro Flacco, 51. a
Ita præter Lælium, neminem habeo culpæ socium: qui tamen hoc meliore in causa est, quod iam est receptus. Att. lib. 11. 222. 2. a
Itaque tum quum vigilando necabatur, erat in meliore causa, quam si domi senex captiuus, periurus, Consularis remansisset. 3. Offic. 136. a
An quia non omnibus horis iactamus Idus Martias, similiter atque ille Nonas Decēbres suas in ore habet, eo me-

liore conditione Cicero pulcherrimum factum vituperabit, &c. Brutus ad Ciceronem, 17. 3. a
Nam vt meliore sumus loco, ne optandum quidem est illo impunito: deteriore autem statu vt sumus, vnus est inferior gradus, &c. de Arusp. resp. 56. a
Puto rem meliore loco esse debere. Attic. lib. 14. 314. 9. a
Nostræ res meliore loco videbantur. ad Brutum, 3. 1. a
Ego autem non commemini antè, quam sum natus, me miserum: tu si meliore memoria es, velim scire, ecquid de te recordère. 1. Tusc. 21. a
Forstian meliores illi accusatores habendi sunt qui hæc omnia fecerunt. 3. Verr. 68. a
Nuntiare meliora. Att. lib. 14. 304. 1. a
Sperare meliora. Att. lib. 14. 213. 2. a
Optimus.
Iudex optimus. 4. de Finib. 99. a
Optimus quisque ita loquebatur. 2. Verr. 13. a. pro Sestio, a
Sed ipse Iupiter, id est iuuans pater, quem conuersis casibus appellamus à iuuando Iouem, à poetis Pater diuūmque hominumq; dicitur, à maiorib⁹ autem nostris Optimus Maximus: & quidem antè optimus, id est beneficentissimus, quam maximus: quia maius est, certèque gratius prodesse omnibus, quam opes magnas habere. 2. de Nat. deorum, 92, 93. a
Sed dum fuimus vnà, tu optimus es testis, quam fuerim occupatus. in Topicis, 3. a
Atque etiam Iouem quum Optimum & Maximum dicimus, quūmque eundem salutarem, &c. 3. de Finib. 101. a
Statuunt id sibi optimum esse factu. 3. Verr. 96. a
Egeo consilii: quod optimum factu videbitur, facies. Attic. lib. 7. 140. 2. a
Optime & dulcissime frater. 3. de Legib. 36. a
Ne, vt quidam, Græca verba inculcantes, iure optimo irrideamur. 1. Offic. 156. a
Optimo enim iure ea sunt profectò prædia, quæ optima cōditione sunt. 3. de L. Agr. 6. a
Quod optimo tempore facere nō licuit, minus idoneo fiet. Attic. lib. 3. 49. 4. a
Clarissimi viri nostræ ciuitatis, temporib⁹ optimis, hoc sibi amplissimum, pulcherrimumque ducebant. 1. Verr. 36. a
Meliuscule.
Casu enim trinas antè legeram, quibus meliusculè Lentulo esse, scriptum erat. Attic. lib. 4. 75. 4. a
Volebam ad te Marionem remittere: quem quū meliusculè tibi esset, ad me mitteres. ad Tironem, lib. 16. 1. 2. a
Bonum.
Bonum definiuit Diogenes, id quod esset natura absolutū. de Finib. lib. 3. 72
Quod bonum est, id non quibus habere potest. Tusc. quæst. lib. 5. 34
Bonum crescēdi accessionem nullam habet. de Fin. lib. 3. 37
Excellens bonum. pro Marcello, 11. a
Bonum efficiens, ποιοῦν dicitur, quod honestas actiones affert & efficit. de Finib. lib. 3. 44
Quicquid est quod bonum sit, id expetendum est. Tusc. quæst. lib. 5. 34
Quod bonum, id honestum. Tusc. q. lib. 5. 33
Quod bonum, id vile. Offic. 3. 45
Bonum ipsum non est in opinionibus, sed in natura: quod ni ita esset, beati quoque opinione essent. 1. de Legib. 35
Bonum literarum. 15. fam. 38. id est, cōmodum vel utilitas.
Bonum mentis est virtus. Tusc. quæst. lib. 5. 49
Bonum naturale. pro Cælio, 7
Nihil bonum, nisi naturæ primis bonis, aut omnibus, aut maximis frui, vt Carneades contra Stoicos differebat. Tusc. quæst. lib. 5. 62
Nihil bonum nisi quod honestum, iuxta Stoicos. Tusc. q. lib. 2. 27. Ibidem, lib. 5. 62. & 10. ad Att. 8
Nihil bonum, nisi vacuitas doloris, vt Hieronymus. Tusc. quæst. lib. 5. 62
Nihil bonum, nisi virtus, secundum Aristonem Chium & Zenonem. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 121
Nihil bonum, nisi voluptas, vt Epicurus. Tusc. q. lib. 5. 62

Nihil bonum, quod non eum qui id possidet, meliorem facit. Parad. 16
Bonum non est, de quo non is qui id habeat, honestè possit gloriari. Parad. 16
Atque hæc certè non ita se haberent, nisi omne bonum in vna honestate consisteret. Tusc. q. lib. 5. 31
Bonum omne laudabile. Tusc. quæst. lib. 5. 34
Bonū in eo positum est, vt naturæ cōsentiat. de Fin. lib. 3. 37
Omne bonum lætabile est: quod autem lætabile, id prædicandum & præ se ferendum: quod tale autem, id etiam gloriosum: si verò gloriosum, certè laudabile: quod autem laudabile, profectò etiam honestum: quod bonum igitur, id honestum. Tusc. q. lib. 5. 33
Vt facile cerereres naturale quoddam stirpis bonum, degenerauisse vitio deprauatæ voluntatis. in Bruto, 67. a
Quamobrem simul obiecta species cuiuspiam est, quod bonum videatur, ad id adipiscendum impellit ipsa natura. Tusc. quæst. lib. 4. 10
Id solum bonum est, quod rectum & honestum, & cum virtute est. Parad. 10
Bonum solum quod honestum, vt Zenoni, eiusq; auditori Aristoni placuit. Tusc. q. lib. 5. 25. & 33
Summum bonum est, quod ipsum nullam aliam ad rem, ad id autem res referuntur omnes. de Finib. lib. 1. 33
Summum hominis bonum iuxta Stoicos positum est in eo, quod δολογία ipsi, hoc est, conuenientiam vocant. de Finib. lib. 3. 17
Summum bonum in cognitione & scientia ponit Herillus. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 120
Summum bonū in corpore & voluptate videtur Epicuro. Tusc. q. lib. 3. 43
Summum bonum si ignoretur, viuendi rationem ignorari necesse est. de Finib. lib. 5. 13
Nec tamen tantum in statuenda Lepidi statua factum est mali, quantum in euertenda boni. ad Brutum, 15. 14. a
At verò aut honoribus aucti, aut re familiaria, aut si aliud quippiam nacti sumus fortunati boni, aut depulimus mali, tum diis gratias agimus, tum nihil nostræ laudi assumptum arbitramur. 3. de Nat. deor. 126. a
Nimium boni est, cui nihil est mali. de Finib. 73. b
Vt quisque boni est maximè particeps, ita & laudabilis maximè. Parad. 16
Summi boni diffinitione omnis ratio vitæ continetur, de qua qui dissident, de omni ratione vitæ dissident. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 123
Cui bono fuerit. 2. Philip. 54
Bonum Academicum antiqui, quod secundum naturam esset, quo in vita iuuarem, esse decreuerunt: Zeno, nisi quod honestum esset, nihil putauit bonum. 1. de Legib. 41
Qui summum bonum sic instituit, vt nihil habeat cum virtute contumtum, idque suis commodis, non honestate metitur, hic si sibi ipse consentiat, & non interdum naturæ bonitate vincatur, neque amicitiam colere possit, nec iustitiam, nec liberalitatem. Offic. 1. 9
Bono mentis fruendum est, si beati esse volumus. Tusc. q. lib. 5. 49
Bono nil melius. Parad. 26
Bono philosophiæ nullum optabilius. de Vniuers. 65
De summo bono qui dissentit, de tanta philosophiæ ratione dissentit. de Finib. lib. 5. 12
Dissentio de summo bono maloque. 1. de Legib. 44
Summo bono in philosophia constituto constituta sunt omnia. de Finib. lib. 5. 13
Eo ipso bono tuo quo delectatur. 6. fam. 16. Id est, iis dotibus animi.
Bono suo opus facere. 3. in Verrem, 104
Atqui nisi stabili & fixo permanente bono, beatus esse nemo potest. Tusc. quæst. lib. 5. 30
Venit ad nos Cicero tuus ad cœnam, cum Pomponia foris cœnaret. 3. ad Qu. frat. 13

Vocare aliquem ad cœnam. Att. lib. 6. 114. 13. a

Sed vide audaciam: etiam Hirtio cœnam dedi sine pauone. Pæto, lib. 9. 47

Is cœnam isti dedit apud villam in Tindaritano. 6. Ver. 43. a

Puerum vocauit, credo cui cœnam imperaret. pro S. R. 28. b

Inter cœnam hæc dictauit. 3. ad Qu. frat. 13

Post cœnam vomere. pro Deiotaro, 13. a

Non illum redeuntem à cœna videtis? pro S. R. 35. b

Est enim dictum ab illis, fore qui dicerent, vxores suas redeuntes à cœna, atrectatas esse à Cælio. pro Cæl. 41. b

In eas cum incidissem in cœna augurali apud Lentulum. 7. famil. 47

Tamen in ea cœna cocus meus præter ius feruens nihil potuit imitari. Pæto, lib. 9. 20. 7. a

Quæ cœnæ, quæ deliciae? 12. ad Att. 2

Te ad cœnas itare desisse, molestè fero. Pæto, lib. 10. 24. 6. a

Vides, vt te philosophando reuocare coner ad cœnas? Pæto, lib. 10. 24. 10. a

Quid ego istius prandia & cœnas commemorem? in Verrem, 86. b

Cœnas facere & obire. 9. ad Att. 55

Nec tamen eas cœnas quæro, vt magnæ reliquæ fiant: quod erit, magnificum sit & lautum. Pæto, lib. 9. 39

T. Pinnarius amabileis ad me de te literas mittit, se maximè literis, sermonibus, cœnis denique tuis delectari. 3. ad Qu. fratrem, 14

Cœnula.

Quid vos hesternæ, inquit, cœnula, non intellexistis me pecunia non egere? 5. Tusc. 132. a

Deinde etiam vereor (licet enim verum dicere) ne, nescio quid illud quod solebas, dediscas, & obliuiscare cœnulas facere. Pæto, lib. 9. 56

Cœno.

Ego eo die casu apud Pompeium cœnabam. epist. 3. b. & ad Atticum, 250. b

Eo die cœnauit apud Crassipedem. ad Qu. frat. lib. 2. 8. 5. a

Cedo, quis vnquam cœnauit atratus? in Vatinius, 23. a

Quis vnquam cœnauit in funere familiari cum toga pulchra? in Vatinius, 35. b

Cœnabis quum veneris. ad Qu. frat. lib. 2. 9. 2. a

Manus laua, inquit, & cœna. de Orat. 131. b

Socratem ferunt, &c. quo melius cœnaret, opsonare ambulando famem. 5. Tusc. 137. a

At eodem te, cum cœnauisses, rediturum dixeras. pro Deiotaro, 47. b

Cœnare foris. 3. ad Qu. frat. 13

Qui cum in quandam cauponam diuertissent, simul cœnare, & in eodem loco somnum capere voluerunt. de In. 63. b

Apud Pompeium in eius nuptiis eram cœnaturus. ad Qu. fratrem, 309. b

Cum Cæsar secūdus Saturnalibus ad Philippum vesperi venisset, villa ita completa militibus est, vt vix triclinium, vbi cœnaturus ipse Cæsar esset, vacaret. 13. ad Att. 66

Hircium ego & Dolabellam dicendi discipulos habeo, cœnandi magistros. 9. famil. 39

Cœnans.

Aduentabat autè *βυζύοι* cœnatis nobis. Att. lib. 15. 330. 3. a

Hac introducta consuetudine sæpe inscientibus nobis & cœnantibus obrepit. Tironi, lib. 16. 28

Cœnito.

Ego si foris cœnitarem, Cn. Octauio familiari tuo non defuissem. epist. 102. b

Itaque non desino apud istos, qui nunc dominantur, cœnitare. Varroni, lib. 9. 7. 3. a

Puto enim te audisse, &c. cœnitare me apud eos, illos apud me declamitare. 9. famil. 39

Cœnitare foris, itare ad cœnas, pro eodē. 9. fa. 56, 58. & 7. 30

Cœnatus.

Quum illa munera inspexisses cœnatus. pro Deior. 30. a

Cœnato mihi, & iam dormitanti prid. Cal. Maias epistola est illa reddita. Att. lib. 2. 31. 1. a

Quid igitur causa excogitari potest, cur te lautū voluerit, cœnatum noluerit occidere? pro Deiotaro, 13

Qui vt cœnati quiesceret, visum esse ei, qui, &c. de Diu. 92. b

Cœnaculum.

Romam in montibus positam, & cœnaculis sublatam atque suspensam, &c. de L. Agr. 93. a

Cœnum.

Qua tum superbia cœnum illud ac labes amplissimi ordinis preces, &c. pro Sest. 10. & pro Domo sua, 38. Cœnum, pro homine inquinatissimo.

Habeo quem opponam labi illi atque cœno. pro Sest. 7. b

Nunc autem ita disferunt, sic se dicere, omnes stultos insanire, vt malè olere omne cœnum. 4. Tusc. 84. a

O cœnum, o portentum, o scelus. pro Dom. sua, 38. a

Si Protogenes Hialysum illum suum cœno oblitum videret, magno credo acciperet dolorem: &c. Att. lib. 2. 36. 4. a

Coco.

Cum parua squilla quasi societatem coit comparandi cibi. 2. de Nat. deorū, 183. a. De ea concha loquitur, quam pinnam vocant.

Hæri aliquot adolescentuli coimus in Piræum. ad Att. 103. b

Nullamque societatem neque sceleris, neque præmii cum homine vilo coieras. pro Sex. Rosc. 58. a

Vtinam Cn. Pompeii cum C. Cæsare societatem aut nunquam coisses, aut nunquam diremisses. 2. Philip. 46. a

Dixi Habito statim de eo qui coisset, quo quis condemnaretur, illum esse liberum. pro Cluent. 115. a

Collegia mediussidius Tribunus plebis tota reperietur hoc iure firmato, quæ coeat de hominum locupletissimorum bonis, præda præsertim populari & spe largitionis oblata. pro Dom. sua, 37. a. Id est, qui in abdito consilia agitent de euertendis locupletum fortunis.

Auaritiam præfers, qui societatem coieris de municipis cognatique fortunis cum alienissimo. pro Rosc. Amer. 52. a

Qui eorum coit, coierit, conuenit, conuenerit, &c. pro Cluentio, 49. b

Cum hoc coire ausus es? post reditum in Senatu, 14. & pro

Domo sua, 37. Coire, pro pacisci vel consentire.
 Cæsar cum eo coire per Arrium cogitat. 1. ad Att. 54. Id est, societatem inire.
 In aliquem locum coire. Att. lib. 7. 123. 14. a
 Coire societatem cum aliquo. 2. Philip. 46. & pro Quint. 51
 Coire societatem periculi vel laboris. 5. famil. 53
 Societas coitur. pro Sex. Rosc. 12. a
 Quia communicatio consilii tali tempore, quasi quædam admonitio videtur esse officii, vel potius efflagitatio ad coeundam societatem vel periculi vel laboris. Ruffo, lib. 5. 19. 6. a

Coitio.

Dubitatis quin coitio facta sit. pro Plancio, 43. a
 Messala languet: non quo aut animus desit, aut amici, sed coitio c o s s. & Pompeius obsunt. Att. lib. 4. 84. 7. a
 Quod scribis te audisse in candidatorum Consularium coitione me interfuisse, id falsum est. ad Qu. fratrem, lib. 3. 11. Parad. 58
 Si item de coitione voluisset, adiunxisset. pro Cluent. 49. b
 Coitione dirempta. 4. ad Att. 53
 Veruntamen nocturnis vigiliis & coitione hominum, iustitiam illud conceptum ac meditatam est. de Arusp. resp. 52
 Coitionibus excludi. 3. ad Quint. fratrem, 11

Cœpi.

Res eos iam pridem, fides deficere nuper cœpit. 2. in Cat. 32. a
 Recipere se cœpit in aliquem locum. Plancus Ciceroni, lib. 10. 15. 9. a
 Respondere impudenter cœpit. 3. in Catil. 57. a
 Caietam, si quando abundare cœpero, ornabo. ad Atticum, lib. 1. 2. 3. a
 Nève inde naus inchoandū exordium cœpisset. de Fato, 52
 Si latro rursus in Italiam se recipere cœperit. epist. 153. b
 Nihil autem erat illo blandius, nihil hoc benignius: vt magis pœniteret cœpisse, quàm licere desistere. pro C. Rab. Posth. 3. a
 Neque se ante causus amicorum tractare cœpisse, quàm ius ciuile didicisset. de Orat. 99. b
 Cœpto. in Arat. b

Cœptus.

Hortensius igitur quum admodum adolescens orsus esset in foro dicere, celeriter ad maiores causas adhiberi cœptus est. de Claris Orat. 166. a
 Is quum satis floruisse adolescens, minor haberi cœptus est postea. de Claris Orat. 127. a
 Vt ille inficiator probasset iudici antè petitā esse pecuniam, quàm esset cœpta deberi. 1. de Orat. 82. a
 Qua in vrbe primū se orator extulit, primūque etiam monumentis & literis oratio est cœpta mandari. de Claris Orat. 23. a
 Nunc de Republica Consulti cœpti sumus. in Catil. 109. b

Cœptus.

Atque ipsa institutio hominis si loqueretur, hæc diceret, primos suos quasi cœptus appetendi fuisse, vt se conseruaret in ea natura, in qua ortus esset. de Finib. 115. b

Coerceo.

Quam serpentem multiplici lapsu & erratico, ferro amputans coercet ars agricolarum, ne syluefcatur sarmentis. de Senect. 48. a
 Ipsius verò mundi, qui omnia complexu suo coercet & continet, natura non artificiosa solum, & c. 2. de Nat. deor. 82. a
 Eos morte, exilio, vinculis, damno coercent. Offic. 3. 29
 Iis qui vi oppressos coercent, sit sane adhibenda sæuitia. 2. Offic. 31
 Alteri se Brutus obiecit, impetumque furētis, atque omnia diuexare & diripere cupientis vitæ suæ periculo colligauit, à progressu coarctat, à reditu refrænauit. 11. Phil. 291. a
 Coercento ciuem noxium & nec obedientem magistratus multa, vinculis, verberibus. 3. de Legib. 4
 Appius noster turmas aliquot equitū dederat huic Sceptio, per quas Salaminius coarctat. Att. lib. 5. 110. 11. a
 Vt viri fortes acrioribus suppliciiis ciuē perniciosum, quàm acerbissimum hostem coarctarent. 1. in Catil. 2. a
 Ego verò (vt istuc reuertaris) sum qui non modò non sup-

plicem, sed etiam coarcteam postulat, vt sibi supplicetur. Brutus Ciceroni, 16. 15. a

Quum enim fertur quasi torrens oratio, quanuis multa cuiusque modi rapiat, nihil tamen teneas, nihil apprehēdas, nusquam orationem rapidam coarctas. 2. de Finib. 3

Coarctare aquam. Topic. 22. 4. b

Coarctare auaritiam. Parad. 41

Cupiditates coarctare. 1. de Orat. 96. a

Improbritatem coarctare. 5. Verr. 179. a

Hic quum homini & vehemēti & disertio, & in primis forti ad resistendum Philippo quasi quasdam verborum faces admouisset, non tulit, & grauius exarsit, pignoriūque ablatis Crassum instituit coarctare. 3. de Orat. 3. a. Id est, hominem reprimere vel corrigere captis eius bonis.

Interpellatorem coarctare. in Orat. 77. a

Pudorem, modestiam, pudicitiam, & temperantiam pœnæ aut infamiæ metu coarctare. 2. de Finib. 117. a

Nimis redundātes nos, & superfluentes, & quasi extra ripas diffuentes coarctaret. de Clar. Orat. 175. a

Temeritatem coarctare. 2. Tusc. 83. a

Nam si in minimis rebus pertinacia reprehenditur, calumnia etiam coarctetur. 4. Acad. 117. a

Quum alterum sequi, alterum vitare coarctemur. ad Her. a
 iam si modestia, si pudicitia, si vno verbo temperantia pœnæ aut infamiæ metu coarctebuntur, nō sanctitate sua se tuebuntur. 2. de Finib. 61

Qui autem, si maximè hoc placeat, moderatius id volunt fieri, difficilem quandam temperantiam postulant in eo, quod semel iam missum, coarctari reprimique non potest. 1. de Finib. 2

Genus est, aqua pluuiā nocens: eius generis formæ, loci vitio & manu nocens: quarum altera iubetur ab arbitro coarctari, altera non iubetur. in Topicis, 20

In qua ego nactus (vt mihi videbar) locum refecandæ libidinis & coarctandæ inuentus. Att. lib. 1. 13. 5. a

Coercens.

Restat vltimus, & à domiciliis nostris altissimus, omnia cingens & coercens cæli complexus, qui idem Æther vocatur, extrema ora & determinatio mundi. 2. de Nat. d. 146. a

Cœtus.

Cœtus ciuitatis. de Finib. lib. 2. 90

Cœtus popularis. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 6

Solennis cœtus. 7. Verr. 146. a

O præclarum diem, quum ad illud diuinum animorū concilium cœtumque proficiscar, quumque ex hac turba & colluue discedam! de Senect. 76. a

Committere cœtum alicui. 3. de Orat. 38. a

Hæc ego omnia, vix dum etiam cœtu vestro dimisso, comperi, domum meam maioribus præsidiiis muniui atque firmaui. 1. in Catil. 7. a

In cœtu concilioque proferre aliquid. 2. de Finib. 124. a

Neque fortè dicendi pars, quoniam ita voluistis, in hoc tali cœtu, atque in tam accurato sermone præterita esse videtur. 2. de Orat. 128. a

Cœtus matronarum. de Finib. 2. 9

Cœtus nefarii. in Catil. 98. b

Concilia, cœtusque hominum iure sociati. de Som. Scip. 8. a
 Eius enim partis erat exemplar Sallustius: quo tanquam in imam voraginem, cœtus omnium vitiorum excesserat. in Sallustium, 11. a

Cœtus & sermones habere. Acad. quæst. edit. 2

Dicendo tenere hominum cœtus. 1. de Orat. 16. a

Cogitare, Cogitato, Cogitatio, Cogitatum, Cogitatus, Vide Cogito.

Cogito.

Hæc ego repeto, & dies & noctes cogito. pro Deiot. 27. a
 Tusc. quæst. lib. 5. 52

Cogito hinc. 16. famil. 23. sub. proficisci.

Cogito in Pompeianum statim. 7. famil. 12. subaudito infinitiuo.

Ludi Antii futuri sunt pridie Non. eos Tulla spectare vult, inde cogito in Tusculanum. ad Att. 27. b

Cogito proficisci. 13. fam. 79. Id est, constitui & deliberaui.

Nam illo loco libentissime soleo vti, siue quid mecum ipse cogito, siue aut scribo, aut lego. 2. de Legib. 1. a
 Nihil cogitat nisi atrox & sæuum. 8. fam. 45. in epist. Cælii.
 Qui alteri nocere cogitat, timet ne, nisi id fecerit, ipse aliquo afficiatur incommodo. 1. Offic. 36. a. Hoc est, dat operam vt alteri noceat.

IncurSIONEM idolorum non solum videmus, sed etiam cogitamus. lib. 1. de Finib. 16

Cernunt, cogitant, sentiunt omnia certiora animi. 2. de Diuinatione, 206. a

Nihil abiectum, nihil humile cogitant. de Finib. lib. 5. 53

Cogitabam in Latero. 2. ad Qu. frat. 15. subaudito verbo.

Inde cogitabam Asturæ. 14. ad Att. 3

Nihil enim his in locis nisi saxa & montes cogitabam. 2. de Legib. 3. a

Cras cogitabat. 9. ad Att. 2. scilicet proficisci.

Clodius nihil de extremis Milonis comitibus cogitauit. pro Milone, 112. b

Maximæque reliquæ rerum earum mouentur in animis & agitantur, de quibus vigilantes aut cogitauimus aut egimus. 2. de Diuin. 206. a

Cogita ad hæc, vel potius excogita. 9. ad Att. 16

Tu ipse cum Sexto scire velim quid cogites de exeundo, de toratæ re quid existimes. Att. lib. 7. 133. 4. a

Quid cogites in hoc faciendo, non intelligo. 3. ad Qu. frat. 7
 De hortis toto pectore cogitemus. ad Att. 207. b

Vt acrius aliquanto & attentius de claris viris locorum admonitu cogitemus. de Finib. lib. 5. 3

Sagaciter peruestigare quod sui ciues, iisque, qui audiunt, cogitent, sentiant, opinentur, expectent. 1. de Orat. 113. a

Nihil vt de vtilitatibus, nihil vt de commodis suis cogitent. lib. 1. de Finib. 27

Quicquid de sua re cogitarit, in medium proferat. de Orat. 2. 57. a

Docto & erudito homini viuere est cogitare. Tusc. 349. b

Cogitare accusationem. pro Mur. 42

Acutissime cogitare. 1. Offic. 219. a

Cogitare aliquid libidinosè. Offic. 1. 23

Cœpi egomet mecum sic cogitare, Hem, nos homunculi indignamur si quis nostrum interit, & c. 4. fam. 17

Sed si insulam Britannia cœpero cogitare, eius εἰδωλος mihi aduolabit ad pectus. Cassio, lib. 15. 16. 5. a

Sed quod ego nondum statuo mihi esse dicendum, vos tamen id potestis cum animis vestris cogitare. 2. de Lege Agraria, 66. a

Cogitare de aliquo cum sollicitudine. Diuin. lib. 2. 107

Toto animo cogitare de aliquo. Lentulo, lib. 1. 7. 11. a

De aliquo & ornamentis eius & commodis cogitare. Lentulo, lib. 1. 7. 11. a

Quæ declarat illum in otio de negotiis cogitare. Offic. 3. 1

De pernicie alicuius cogitare. pro Flacco, 1. a

Cogitare toto pectore de re aliqua. 13. ad Att. 14

Spe, atque animo de se & gloria sua cogitare. pro Rab. perduel. reo, 21. a

Vos sapius eandem rem animis agitare, & diutius vno de teste cogitare potestis: pro Font. 278. b

Cogitare difficillima, optare optima, ferre quæcūque erunt. 9. famil. 43

Cogitare diu multumque. Diuin. lib. 2. 1

Cogitare futura. Tuscul. quæst. lib. 1. 26

Cogitare gratiam. 1. famil. 18

Sed me hercule si humaniter, & sapienter, & amabiliter in me cogitare vis, facilem te profectò præbebis, & c. Attico, lib. 14. 22

Facile animaduertem eum cogitare malè de me. 8. famil. 36. in epist. Cælii. de Senect. 17. b

Ad ferendum dolorem placidè & sedatè, plurimum proficit, toto pectore (vt dicitur) cogitare, quàm id honestum sit. Tuscul. quæst. 187. b

Proscriptionses & dictaturas cogitare. 2. in Catil. 40. a

Cogitare supera atque cælestia. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 118

Nunquid videtur tibi de voluptatibus suis cogitasse? lib. 1. de Finib. 19

Quòdo enim me ista curasse aut cogitasse arbitramini, non semper irritasse potius, & c. 1. de Orat. 50. a

Nihil enim agens ne cogitari quidem potest quale sit. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 37

Nulla species cogitari potest, nisi pulsu imaginum. de Diuinatione, 136. b

Labor cogitandi. de Claris Orat. 146. a

Nullum tempus agendi & cogitandi de re aliqua præmittitur. Lentulo, lib. 1. 5. 9. a

Næ multò vestræ maiores, grauioresque partes sunt ad cogitandum, quàm ad dicendum meæ. pro Font. 10. a

Sumere spatium vel tempus ad cogitandum. de Orat. 72. a

2. de Orat. 58. a

Acer & acutus homo in cogitando. 2. de Orat. 71. a

Alicuius vultum, obtutumque oculorū in cogitando nosse. 3. de Orat. 10. a

Cogitatum est crudelissimè de te. 11. ad Att. 10

Ea quæ cogitata sunt diligentissime, cadunt teterrimè. 10. ad Atticum, 40

Cogitans.

Nihil vidi tam nescio quid cogitans. 10. ad Att. 36

Sapissime igitur mihi de amicitia cogitanti, & c. de Am. 25. a

Tibi autem de me cum sollicitudine cogitāti subito sum visus emerisus è flumine. 2. de Diuin. 207. a

Nihil enim Senatus cuiquam dare debet, quod malè cogitantibus exemplo aut præsidio sit. ad Brutum, 10

Cogitatus.

Cogitata ratio. de Arusp. respons. 2

Meditatum & cogitatum scelus. 2. Philip. 89. a

Cogitatum libidinem in sacrificium intulit Claudius. 2. de Legib. 36

Adsum amicis, venio in Senatum frequens, vltroque afferes multum & diu cogitatas, easque tueor animi nō corporis viribus. de Senect. 35. a

Quò cogitata sunt omnia diligentius, eò facta sunt imprudentius. 10. ad Att. 41

Cogitatum.

Ilius non modò acta, verum etiam cogitata. 14. ad Att. 34
 Omnia cogitata eius. 14. ad Att. 12. 1. omnes cogitationes.

Cogitata optimæ mentis enuntiare. 10. fa. 14. in epist. Pláci.

Perficere cogitata. pro Deiot. 13. a

Vtrum cogitata sapientum, an optata furiosorum videntur. 1. de Leg. Agrar. 1. a

Ex cæteris dictis, factis, cogitatisque Sex. Næuii quiuis potest intelligere. pro Quint. 61. a

Cogitatio.

Cogitatio, prudentia, mens, consilium (pro ratione) de Nat. deorum, 2. 14

Cogitatio (nihil esse quod accidere non possit) vna maximè molestias omnes extenuat & diluit. Tusc. q. lib. 3. 31

Cogitatio quanuis potest regionem amplecti, & in ea situm loci cuiusdā ad suum arbitrium fabricari & architectari, & c. ad Heren. 22. b

Acerima atque attentissima cogitatio. 3. de Orat. 10. a

Cogitatio diuturna nihil esse in re mali, dolori medetur, nō ipsa diuturnitas. Tusc. quæst. lib. 3. 63

Quòd si ista nobis cogitatio de triumpho iniecta non esset, quam tu quoque approbas, & c. Att. lib. 7. 14

Ipsa enim cogitatio de vi & natura deorum studium incendit illius æternitatis imitandæ: neque se in breuitate vitæ collocatam putat, cum rerum causas alias ex aliis aptas & necessitate nexas videt. Tusc. q. lib. 5. 52

Cogitatio informata. 1. ad Att. 3

Hæc me species cogitatioque perturbat. Att. lib. 14. 320. 3. a
 Sapientis enim cogitatio non fermè ad inuestigandum adhibet oculos aduocatos. 5. Tuscul. 156. a

Tacita cogitatio. 3. Offic. 6. a

Vt aspectus, ita cogitatio minus valet, & c. ad Her. lib. 3. 116. a

Cogitatio in vero exquirendo maximè versatur. Offic. 1. 183

Omnis autem cogitatio motusque animi aut in consiliis capiendis de rebus honestis, & pertinentibus ad bene beatèque viuendum, aut in studiis scientiæ cognitionisque versabitur. Offic. 1. 31

Cogitatio in seipsa vertitur. 1. Offic. 119. a
Subitam orationem commentatio & cogitatio facillè vincit. de Orat. 97. b
Aliquid cogitationis multæ atque otii. 1. ad Att. 34
Motum istum celerem, cogitationis acumen, solertiam, quam rationem vocamus. 3. de Nat. deor. 50
Cogitationis tacito duntaxat conuitio te verberauit. 16. fam. 35. ex epist. Q. Ciceronis.
Motus cogitationis celeriter agitur, per se ipse delectat. in Orat. 74. a
Agitatio mentis, quæ nunquã acquiescit, potest nos in studiis cogitationis etiam sine opera nostra continere. 1. Offic. 31. a
Impertiri aliquid temporis alicui cogitationi. ad Attic. lib. 9. 183. 4. a
Cogitationem à consuetudine abducere. Tusc. q. lib. 1. 31
Ad aliquam cogitationem spe deduci. Att. lib. 9. 183. 1. a
Ad sensum cogitationemque res acerba. 3. Verr. 39. a
Ad cogitationem consulatus bimestris eum transfulerint. 10. fam. 54. in epist. Planci.
Excitate memoriam ad timoris præteriti cogitationem. pro Sestio. 8. a
Etiã tu ab hisce rebus animum ad cogitationem tuam auoca. Seruius Ciceroni, lib. 4. 5. 15. a
Nam si tantummodo ad cogitationem valent, &c. 1. de Nat. deorum, 145. a
Cogitationem hanc toto pectore amplectare. 12. ad Att. 45
Cogitationem à miseris auertere. 6. fam. 1
Cicero tuus nunquam videtur dimittere cogitationem, cum sit filius. Brut. 90. b
Quæro enim à vobis, num vllam cogitationem habuisse videantur hi, qui hæc Remp. tam præclare fundatam nobis reliquerunt, aut auri, aut argenti ad auaritiam: &c. in Parad. 10. a
Quod ne in cogitationem quidem cadit. 1. de Nat. d. 16
Inducere animum in spem, cogitationemque meliorem. de Amicit. 51. a
Quoties in eam cogitationem necesse est vt tu veneris, & nos sepe incidimus. 4. fam. 16
Cogitationem ponere in re aliqua faciendâ. 1. ad Q. frat. 31
Oblecro te Cicero, suscipe curam & cogitationem dignissimam tuæ virtutis, vt, &c. Balbus Ciceroni in epist. ad Atticum, lib. 8. 168. 1. a
Attende enim paulisper, & cogitationem sobrii ad punctum temporis suscipe. in Ant. 166. b
Quæris vt suscipiam cogitationem, quidnam istis agendum putem. Att. lib. 14. 318. 6. a. Ibidem, lib. 9. 24
Cogitatione aliquid assequi. 11. ad Att. 47
Omne illud tempus meridianum Crassus in acerrima & attentissima cogitatione posuit. de Orat. 144. b
Complecti cogitatione absentem. 3. fam. 48. Tusc. q. lib. 1. 42
Nequeunt, qualis animus sit vacans corpore, intelligere & cogitatione comprehendere. 1. Tusc. 41
Comprehendere aliquid animis & cogitatione. pro Flac. 51. a
Comprehendere ratione sensu aut cogitatione. 3. de Or. 12. a
Conquirere aliquid cogitatione. 2. de Orat. 71. a
Nihil consequi cogitatione. 2. de Senect. 37. a
Conuertere se animo & cogitatione aliquo. 1. de Orat. 4. a
Deinde quæ mens moueatur ipsa per sese, vt & ea declarant quæ cogitatione depingimus, &c. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 45
Cogitatione quiduis posse depingere mens nostra videtur. de Nat. deor. 1. 29
Ab ea cogitatione, quam habemus de grauitate sapientis. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 61
Cogitatione sibi aliquid fingere. 3. de Nat. d. 33. pro Mil. 59. a
Aliquem defixum esse in cogitatione. 3. de Orat. 10. a
Ponere tempus in cogitatione. 3. de Orat. 10. a
In aliqua cogitatione ac cura versari. 2. de Orat. 100. a
Versari in auditione & cogitatione. 2. de Orat. 71. a
Cogitatione omni curaque in Remp. incumbere. 10. fam. 2
Percutere aliquem inani cogitatione. pro Milo. 60. a
Nã ipsum Verrẽ tantum semper auaritia hiante atque imminenti fuisse, ingenio & cogitatione nulla, &c. 4. Ver. 93. a

Cogitatione futura percipere. Offic. 1. 113
Sic enim dicebas percipi speciem dei cogitatione, nõ sensu, nec esse in ea vllam soliditatem, nec, &c. de Nat. d. 1. 74. paulo post, Tantummodo valet ad cogitationem.
Percurrere multa animo & cogitatione. 1. de Orat. 110. a
Quapropter à natura mihi videtur potius, quã ab indigentia orta amicitia, applicatione magis animi, cum quodam sensu amãdi, quam cogitatione, quantum illa res vtilitatis esset habitura. de Amicit. 161. b
Sed in animo tantummodo cogitatione possumus morbum ab ægrotatione seiuungere. 4. Tusc. 44. a
Quod cogitatione magis à virtute potest, quam re separari. 1. Offic. 135
Cogitatione tota videre te cupio. 16. fam. 9
Cogitatione vel impetu quodam animi vti. 11. ad Att. 7
Vti cogitatione ad res quam optimas. 1. Offic. 184. a
Cogitationes acerbæ. Tusc. quæst. lib. 3. 30
Liberæ cogitationes. pro Milone, 59. a
Cogitationes molliissimæ. Tusc. quæst. lib. 1. 79
Versantur in animo meo multæ & graues cogitationes. 2. de Leg. Agrar. 21. a
Ferè fit, vt cogitationes sermonesque nostri pariant aliquid in fomno tale, quale est id de quo sepius vigilantes solemus cogitare & loqui. Soma. Scip. 4
Cogitationes posteriores, sapientiores. 12. Philip. 321
Vigilantes cogitationes insunt in animis. 2. de Diuin. 207. a
In cogitationu suarũ consiliũ adhibere desperationẽ. 6. fa. 2
Fallere spem cogitationum & consiliorum. 1. de Orat. 2. a
Cogitationum omnium summam facere. 1. fam. 36
Nihil enim altum, nihil magnificum, ac diuinum suspicere possunt, qui suas omnes cogitationes abiecerunt in rem tam humilem, tamque contemptam. de Amicit. 31. a
Omnes curas cogitationesque in rem aliquã cõferre. 2. Off. 3. a
Et meas cogitationes sic dirigo, nõ ad illã paruulam Cynosuram, sed ad Elcen & clarissimos Septentriones, id est, rationes has, latiore specie, non ad tenue elimatas. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 60. allegoria est, & metaphora à nauigantibus sumpta.
Explicare cogitationes. Att. lib. 10. 196. 1. a
Cogitationes suas mandare literis. Tusc. quæst. lib. 1. 5
Mentes cogitationesque sustentare. pro Flacco, 2. a
Tacitas cogitationes extimescit. pro Ligar. 4. a
Petere ventiam errato ex intimis cogitationibus alicuius. pro Sylla, 48. a
Proponere sibi exercitationem in quotidianis cogitationibus. 1. de Orat. 74. a
Cogitate.
Quæ verò accuratè, cogitateque scripsisset, ea sic vidi probari, vt ad veterũ scriptorũ laudẽ peruenirent. pro Arch. 13. a
Cogitato.
Sed in omni iustitia permultum interest, vtrum perturbatione aliqua animi, quæ plerunq; breuis est, & ad tempus, an consulto & cogitato fiat iniuria. 1. Offic. 40. a
Cognatus.
Fecit amicus recens & cognatus voluntarius. 4. Verr. 98. a
Incidissemus etiã in illos, in eos, in cognatũ tuũ. ad At. 213. b
Cognatam sibi formam Deus mundo dedit. de Vniuers. 21
Mentibus nostris aliquid esse cognatum. 3. de Orat. 109. a
Affines atque cognati alicuius, post reditum, 4. a
Amici & cognati alicuius. pro Cecinna, 11. a
Propinqui, cognatique optimè conuenientes. pro S. R. 59. a
Cognatio.
Multis officiis aliquorum vsurpata & comprobata cognatio. 7. Verr. 97. a
Cognatio consentiens, conspirans, continuata. de N. d. 2. 14
Materna cognatio Transalpini generis. post redi. in Senat. a
Cognatio naturæ, & quasi consentus atque consensus, & Græcis *συγγενία* dicitur. Diuin. lib. 2. 26
Naturalis cognatio rerum distantium. 2. de Diuin. 50. a
Nulla tibi Quinte cum isto cognatio est. 7. Verr. 138. a
Cognatio nulla propior, quam patriæ. 5. Philip. 167
Cognatio propinqua. pro Ligar. 5
Distantium rerum cognatio naturalis. de Diuin. 115. b

Quid verò illa Segestanorum cognatio, &c. 7. Verr. 97. a
Quæ cognatio studiorum & artium non minus coniuncta, quam illa naturæ. in Verr. 219. b
Dedecus familiæ, cognationis, nominis. pro Cluent. 11. a
Deorum cognationem agnoscere. 1. de Nat. deor. 124. a
Gratiã, amicitia, cognationemque cõmemorare. 4. Ver. 45. a
Age, restitro Peripareticis, qui sibi cum oratoribus cognationem esse, qui claros viros à se instructos dicant Remp. sæpe rexisse? Acad. q. ed. 1. lib. 2. 105
Cum prædiis cognationem esse alicui. pro Syll. 44. a
Cum rerũ autè natura quam cognationẽ habet. 2. Diuin. 24
Habere aliquam necessitudinem aut cognatiouem cum aliquo. in Orat. 108. a
Eum multis verbis agere mecũ per cognationem, quæ mihi secum esset, &c. per scripsit. Att. lib. 12. 259. a
Cognatione, quibus maioribus, quibus consanguineis. de Inuent. 50. b
Quò quisque te maximè cognatione, affinitate, necessitudine aliqua attingebat, ita maximè manus tua putabatur. 4. Verr. 17. a. 2. de Orat. 56. a
Amplissima cognatione & plurimis amicitis vir. 4. V. 73. a
Coniunctum esse cognatione cum aliquo. 6. Verr. 63. a
Segeستاني cognatione se cum populo Romano coniunctos esse arbitrantur. in Verr. 216. b
Cognatione contineri. pro Arch. 1
Continuata cognatione oratio. 3. de Nat. deor. 37. a
Deorum cognatione tenetur animus. 1. de Diuin. 113. a
Iungi cognatione naturali cum re aliqua. 2. de Diuin. 211. a
Patruelis cognatione, amore germanus. 5. de Finib. 1. a
Cognationes, affinitates, decreta, &c. de Orat. 2. 56. a
Tota domus coniugio & stirpe coniungitur: serpit sensum foras cognationibus primũ, tum affinitatibus: &c. 5. de Finib. 116. a
Cognomen.
Cognomẽ, quod pro certo nomine collocamus. ad He. 34. b
Alteri Capioni cognomen est. pro Sex. Rosc. 10. a
Quid de Apollonio Dioclis filio Panormitano, cui Gemino cognomen est, præteriri potest? 7. Verr. 13. a
Cognomen hæreditarium. de Somn. Scip. 6. a
Nomen autem quum dicimus, cognomẽ quoque, & agnomen intelligatur oportet. 2. de Inuent. 140. a
Cognomen hoc subito arripuit, candidatorum licentia hinc quoque vsus. 15. fam. 50
Bombalto, &c. propter hæsitantiam linguæ, stuporemque cordis, cognomen ex contumelia traxerit. 3. Philip. 135. a
Deligere cognomen ex imaginibus. pro Cluent. 57. a
Cato, quia multarum rerum vsus habebat, &c. propterea quasi cognomen iam habebat in senectute sapientis. de Amicitia, 6. a
Inuenit cognomen torque detracta Manlius. 3. Offic. 154. a
Torquatũ qui hoc primus cognomẽ inuenit. 1. de Fin. 18
Sumere cognomen ex aliqua re. 6. Philip. 211. a
P. Crassus cum cognomine diues, tum copis. Offic. 45. b
Consenscit cum huius cognomine cognomen Crassi. Att. lib. 2. 28. 2. a
Quam laudem ille Africa oppressa cognomine ipso præ se ferebat, eandem hic sibi ex Asiæ nomine assumpsit. pro Mur. 131. b
Cognomine tuo lapsus. 15. ad Att. 4
Vti cognomine generis. pro Cluent. 57. a
Cognomina Iouis Statoris & inuicti. 2. de Legib. 29
Cognomentum.
Si aut de industria facias, vt Heraclitus cognomento qui *σκαρηνος* perhibetur, &c. 2. de Finib. 24. a
C. Cassinius cognomento Scola. pro Mil. 110. b
Cognominatus.
Verba ponenda sunt, quæ vim habeat illustrandi, &c. facta, cognominata, nõ vulgata, superlata, in primisque translata. in Partit. 29. a
Cognosco.
Id adeo nõ tã ex re, quã ex istius decretis cognosco. in V. 237. b
Causam Verres cognoscebat, Verres iudicabat. in Verr. 113. b
Cognoui enim ex multorum amicorum literis, quas, &c. ad

Terentiam, lib. 14. 5. 4. a
Adhibuit sibi in consilium quindecim principes, cum quibus causas cognouit, & eorum qui aliena tenebant, & eorum qui sua amiserant. 2. Offic. 121
De Marcelli collegæ tui salute paulò antè, quam tu, cognouimus. Sulpitio, lib. 4. 4. 7. a
Etiã illa cognorã & acceperam, esse cõciliandos. de Or. 96. b
Domi ius ciuile (P. Crassus) cognouerat. de Clar. Orat. 50. a
Id est, didicerat.
Hominem prudentem & officiosum cognosces, & dignum qui à te diligatur. ad Seruium, lib. 13. 21. 2. a
Habes consilia nostra, nunc cognosce de Bruto. ad Att. 81. b
Idque, quoniam Philotimũ habes, perspice, & cognosce rationem. ad Att. 5. 91. 5. a
Lege & Senatusconsulto permissum erat, vt de actis Cæsaris cognoscerent, statuerent, iudicarent. Att. lib. 16. 341. 1. a
Quem tum cum Ephebum Tenni cognosces, quoniam te nudus delectarat, semper nudũ esse voluisti. pro Fl. 157. b
Prohiberique omnes Italia, nisi quorum ipse causam cognouisset. Att. lib. 11. 215. 2. a. ad Brutum, epist. 13. 5. a
Quæque iurati iudices cognouissent. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 135
Hoc primum præcipimus, quascunq; causas erit acturus, vt eas diligenter penitusque cognoscat. de Orat. 117. b
Ad sint, animaduertant, cognoscant. de Nat. d. 4. b
Vt Consules cognoscant, qui ager colonus sit, qui contra, &c. in Ant. 104. b
Vt & ceteri viuentibus nobis ex libris tuis nos cognoscant. Luceio, lib. 5. 12. 34. a
Ea enim certissima putabo, quæ ex te cognoro. Cælio, lib. 2. 10. 6. a. 1. de Legib. 34. a. 1. Acad. 67. a
Scire, cognoscere, & percipere aliquid. 1. de Orat. 113. a
Res humanas contemnentem, & optimè contra fortunam paratũ armatumque cognoscere aliquẽ. Luceio, li. 5. 13. 2. a
Virũ optimum gratissimumque cognoscere aliquem. 13. fa. 37
Aliquid ex re, ex factis alicuius, decretisque cognoscere. 7. Verr. 7. a
Cognoscere rectè bonitatem atque prudentiam alicuius. pro Quint. 31. a
Optimè cognoscere ex aliquo aliquid. Lentulo, lib. 1. 8. 1. a
De toto statu rerum communium ex aliquo cognoscere. Lentulo, lib. 1. 8. 2. a
Causas diligenter, penitusque cognoscere. 2. de Orat. 56. a. de Clar. Orat. 133. a
Conditione societatis diligenter cognoscere. pro R. Co. 18. a
Se de hæreditate velle cognoscere, quæ eius filio à propinquo homine Apollodoro Laphrone venisset. 4. Verr. 13. a
Experiendo magis, quam discendo cognoscere. Lentulo, lib. 1. 7. 35. a
Humanitatem alicuius, quòd gratulatus sit, cognoscere. Lentulo, lib. 1. 7. 36. a
De meo studio erga salutem & incolumitatem tuam credo te cognoscere ex literis tuorum. epist. 161. b
De me imperatore scribis, te ex Philotimi literis cognouisse. ad Atticum, 86. b
Perspiciere & cognoscere rerum naturam. 1. Offic. 214. a
Hic quæ agitur, quæque acta sint, ea te & literis multorum, & nuntis cognoscere arbitror. ad Lentulum, lib. 2. 5. 10. a
Cognoscere ratione. Tusc. q. lib. 1. 29
Vnde autem facilius, quam ex annalium monumentis, aut bellicæ res, aut omnis Reipub. disciplina cognoscitur? in Hortensio, a
Facillimè autem, & in optimam partem cognoscuntur adolecentes, qui se ad claros & sapientes viros bene consulentes Reipub. contulerunt. 1. Offic. 66. a
Bene enim tibi cognitum sum. ad Att. 151. b
Quæ cognosci, cõprehedi, percipi possit. Aca. q. ed. 1. li. 2. 57
Nihil certum sciri, nihil planè cognosci ac percipi posse. de Orat. 104. b
Cognoscendi consuetudo, non modò ignoscendi ratio de Rep. Syllanis temporibus sublata. pro Rosc. Amer. 2
Studiũ cognoscendæ, percipiendæque virtutis. 1. de Or. 102. a
Perdiscendum ius ciuile, cognoscendæ leges, percipiendæ omnis antiquitas, &c. 1. de Orat. 76. a

Cohonesto.

Tanti à vobis illud Equites Romani peto & rogo, vt quem sarp numero vestra laude cohonestastis, eudem in dubiis vitæ periculis vestra virtute conseruetis. Antequam. 20. a
Cohonestare aliquem. 13. famil. 24

An quorū autoritate statuas cohonestare tuas conatus es, eorum ego dignitate accusationem meam comprobare non potero? 4. Verr. 122. a

Funus, quo amici conueniunt ad exequias cohonestandas. pro Quint. 9. b

Cohorreo.

Quem vt agnouit, equidem cohorrui. Somn. Scip. 5
Cohorrui primò: etenim erat interitus ciuitatis. Att. lib. 5. 52
Ex quo sudore cum cohorruiisset, cum febrì domum rediit. de Orat. 143. b

Sin iam illas accepisti, scis cohorruiisse me, quod tuæ literæ de legionibus Cæsaris afferrent. ad Att. 7. 1

Cohors.

Nihil sibi ex ista laude Centurio, nihil præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit. pro Marcello, 4. a

Impura cohors. in Orat. 95. a

Quæ cohors, & qui comitatus fuerit, meministis. in Verr. a
Cohors Prætoris. ad Q. frat. lib. 1. 15. a

Prætoris cohors scortatorum. 2. in Catil. 43. a

Cohortem autem Metelli, quam vocat, quid erat quod corrumperet, &c. 5. in Verrem, 135. a

Recuperatores dicit se de cohorte sua daturum. in Verr. a
Si capitulinæ cohortes contra Milonis impetum armatae sunt. pro Milo. 114. b

Cohortes quinque sine legato, sine tribuno mil. denique etiam sine centurione vllò. 15. fam. 13

Quas quidem cohortes spero iam tuas esse, &c. ad Brutum, 2. 1. a. 5. Verr. 45. a

Cohortacula.

Cohortacularum nescio quid amisit. 8. fa. 16. in epist. Cælit. Cohortor.

Cohortari ad pacem. Att. lib. 15. 321. 4. a

Ad studium sumæ laudis aliq̄ cohortari. Curioni, lib. 2. 3. 5. a
Cohortari aliquem ad virtutis studium. Aca. q. ed. 2. lib. 1. 12

Cohortari ad virtutem ardentius. 2. de Orat. 20. a

Illud verò fuit horribile, quod mehercule vereor, ne maiorē vim ad deterrendum habuerit, quam ad cohortandum. 1. de Orat. 135. a

Non sibi cohortandum Sulpitium & Cottam, sed magis vtrunq̄ collaudandum videri. 1. de Orat. 16. a

Cohortatio.

Cohortatio est, quæ aliquod peccatum amplificans, audientem ad iracundiam adducit. 3. ad Heren. 116

Inanis, & sine causa, suscepta cohortatio. Lentulo, lib. 1. 7. 31. a
Iudicum cohortatio ad honestè iudicandum. pro Clu. 109. a

Incredibiliter me comouet tua cohortatio. At. lib. 16. 337. 5. a
Neque ille summus poeta noster Annibalis illam magis cohortationem, quam comunem imperatorum voluit esse, hostem qui feret, &c. pro Corn. 65. b

Conciliatum esse cohortatione alicuius ad studium cognoscendæ percipiendæque virtutis. 1. de Orat. 102. a

Cohortatione indigere. 12. fam. 18. in epist. C. Cassii.

In quæ (studia) cohortatione tua incitatur. 12. famil. 39

Erectior Senatus erat, non sententiis solum nostris, sed etiam cohortationibus excitatus. ad Brutum, 10. 2. a

Coinquino.

Summum esse arbitror periculum matres coinquinari, regiam contaminari stirpem. de Nat. deor. 73. b

Κόλα quæ vocent Græci. Brut. 84

Κόλα quid Latine dicantur. Orat. 122. & 130

Κολαια istæ non longè absunt à scelere. 13. ad Att. 40

Colchi.

Auratus aries Colchorum. in Oratore, 93. a

Argo, quæ vecti Argiui delecti viri,

Petebant illam pellem inauratam arietis

Colchis. ad Herennium, 69. a

Colci.

Colci Lanuuiini honesti, Cliternini non item. 9. famil. 54

Collachrymo.

Ad quem vt veni, complexus me senex, collachrymauit. in Somn. Scipionis, 1. a

Et quoniam huc me prouexit oratio, histrio casum meum toties collachrymauit. pro Sest. 106. a

Collachrymatio.

Signa doloris tui, verbis, sententiis, voce, vultu, collachrymatione denique ostendens. 2. de Orat. 102. a

Collatatus.

Quòd si & angusta quædam atque concisa, & alia est collatata & diffusa oratio, necesse est, &c. in Orat. 108. a

Collatia.

Collatia, oppidum Romæ finitimum. in Rull. 94

Collatinus.

Collatinus, in regibus expellendis socius Bruti fuit, & consiliorum adiutor. Offic. 3. 53

Collatio, Collatus, Vide Confero.

Collaudo.

Clementiam Cæsaris per literas collaudaui. ad Att. 152. b

Agit hominibus gratias, & eorum erga se beneuolentiam, diligentiamque collaudaui. in Verr. a

Oratione meâ collaudaui satis multis verbis. Q. fr. li. 2. 5. 5. a
Factum alicuius collaudare. 5. Philip. 185. a

Memoriam collaudare. Antequam iret in exilium, 1. a

Ab omnibus collaudari. Lentulo, lib. 1. 7. 18. a

Nó cohortadus, sed magis collaudadus aliquis. 1. de Or. 16. a
Defensa & collaudata philosophia. accusata & vituperata. lib. 1. de Finib. 2

Collaudatio.

Primum scriptoris collaudatione, & loco communi, nihil eos qui iudicant, nisi id quod scriptum sit, spectare oportere. 2. de Inuent. 215. a

Collecta, Collectio, Collectitius, Collectus, Vide Colligo.

Collega.

Regni collega. 2. Philip. 89. a
Is est Clodius, qui in Sicilia sequester istius, interpres, confector negotiorum, propè collega Timarchidi numerabatur. 4. Verr. 75. a

Collega sapientiæ Epicuri Metrodorus. de Nat. deor. 1. 79
Potestatem collegæ abrogare. 3. de Legib. 35. a

Libidinè leuitatemque collegæ vultu frangere. pro Sest. 15. a
Planco collegæ mandasti, vt te mihi per literas excusaret. ad Brutum, lib. 11. 15. 1. a

Habere collegam in quodam munere. 1. Offic. 199. a

Qui se non Timarchidis, sed ipsius Verris collegam & socium esse dicebat. 4. Verr. 75. a

In censura Consules & collegæ. de Amicit. 37. a

Inter collegas discrepare iudicia. pro Cluent. 96. a

Collegium.

Nulla societas vestigialium, nullum collegium, nullum concilium, nullum commune consilium. pro Sest. 9. b

Collegium nullum est desperatum, in quo nemo è decem sana mente sit. 3. de Legib. 23

Nullum est in hac vrbe collegium, quod, &c. pro Do. 218. b
Collegium Prætorum. pro Arch. 6. 3. Offic. 105

Sacerdotum collegium. de Clar. Orat. 65. a

Collegium amplissimi sacerdotii. 3. fam. 41
Tribunorum plebis collegium. pro D. sua, 37. a. 4. Ver. 69. a

Collegii augurum decreto. 2. de Legib. 32

Collegam meum præsertim, & in ipsa collegii laude, & scientia studiosum mei. ad Cælium Ædilem, lib. 2. 12. 5. a

Collegii sui lege non tenebantur. 3. ad Att. 39

Literas ex provincia ad collegium misit. (augurum, scilicet) de Nat. deor. 2. 8

Deferre ad collegium. 2. Philip. 88. a

Cooptare aliquem in collegium. ad Brut. 13

Cooptatum me ab eo in collegium recordabar. de Cl. 165. b
Pontificum collegium docere. pro Dom. sua, 26. a

A collegio pontificum decretum. 2. de Legib. 54

Tum ex amplissimo collegio Decemuirali, &c. 6. Verr. 97. a
Collegia mei fratris. pro Planc. 77

Collegia Romæ, lege P. Clodii sublata. pro Sest. 46

Collibet.

Nihil flagitiosum corpori putasti, quod alteri collibuisse. Sal. in Ciceronem, 270. b

Sallustius in eo honore nihil non æquum & verum duxit, quod ipse facere collibuisse. in Sal. 274. b

Quid, quod, simul ac mihi collibitum est, præstoe est imago? 1. de Nat. deor. 76

Vt simul, ac mihi collibitum sit de te cogitare, illud occurrat. ad Cassium, lib. 15. 16. 4. a

Collido.

Humor ita mollis est, vt facile premi collidique possit. 3. de Nat. deor. 14. a

Eiusdem quædam argentea vasa collisa. 2. Philip. 81. a

Colligo.

Vnum interiectum medium, & seipsum, & ea quibus est interpositum, colligat. de Vniuers. 17

Alterum Brutus omnia diripere cupientem vitæ suæ periculo colligauit, à progressu arcuit. in Ant. 231. b

Annorum septingentorum memoriam vno libro colligauit. in Orat. 65. a. Id est, complexus est.

Quid faciat tamen non habet, ita se cum multis colligauit. ad Pætum, lib. 9. fam. 42. Id est, impediuit & irretiuit.

Illictor, colliga manus. pro Rab. perd. reo, 8. a
In Græciam colligare aliquem. 11. Philip. 309. a

Colligare impetum. 11. Philip. 290

Sententias verbis colligare. in Orat. 96. a

Colligatus.

Colligatus à deo mundus, ab eo tantum dissolui potest. de Vniuers. 19

Colligatum omne solui potest. de Vniuers. 49

Vinculis colligati sumus, quum gignimur. de Vniuers. 51
Est enim admirabilis quædam cōtinuatio, seriisque rerum, vt alia ex alia annexa, & omnes inter se apta colligataeque videantur. 1. de Nat. deor. 15. a

Colligata & implicata inter se. 1. Offic. 25. a

Colligatio.

Arctior verò colligatio est societatis propinquorū. 1. Off. 79
Qui colligationem causarum omnium perspicat animo. de Diuin. lib. 1. 107

Omnia naturalis colligatione confertè contextæque sunt. de Fato, 24

Sesquialteris autem interuallis, & sesquiteritiis, & sesquioctauis sumptis, ex his colligationibus imprimis interuallis sesquioctauo interuallo sesquiteritio omnia explebat. de Vniuers. 31

Colligo.

Qui & nostræ Reip. detrimenta considero, & maximarum ciuitatū veteres animo colligo calamitates. 1. de Inuēt. 1. a

Putarem te (inquit) ambitiosum esse, si (vt dixisti) ii, quos iam diu colligis, viuerent. de Clar. Orat. 146. a

Vos de Pelasgis omnibus colligitis bonos illos quidem viros, sed certè non semper eruditos. 2. de Finib. 19. a

Me collegi, verens nequid mihi ille iratus, tibi noceret. Att. lib. 15. 329. 16. a. & 15. 40

Tamen vt me collegi, cætera facillima videbantur. ep. 40. b
Collegi ipse me, & cū ipsa quasi Rep. collocutus sum. ep. 11. b

Ab his vitiis, quæ paulò antè collegi, abest plurimum. 1. de Finib. 9. 4. a. Id est, recensui & enumeraui.

Torquatos nostros, quos tu paulò antè tū memoriter, tum erga nos amicè & beneuolè collegisti. 1. de Fin. 27

Ea Possidonius collegit permulta. Offic. 32. b

Ita cogitatione & ratione collegit, vt statueret in eo collocatum summum illud hominis per se laudandum & expectandum bonum. 3. de Finib. 33. a

Cum animus se collegit atque recreauit. 1. Tusc. 48

Vbi se collegit, vocat ad se Syracusanos. 4. Verr. 34. a

Ipsi se collegerunt admiratione vitæ integritatis meæ. Att. lib. 7. 123. 11. a

Manus eorum qui se ex Mithridatis regno collegerunt. pro Pomp. 8. b

Me quidem cum rationes, quas collegeras, tum autoritas tua à nimio morore deterruit. ad Brutum, 9. 1. a

Nullam memoriam antiquitatis collegerat. de Cl. Orat. 112. a

Catilina ex agris magnum numerum perditorū hominum collegerat. 2. in Catil. 30. a

Siquid vindicatum seuerè est, vt ex eo crudelitatis inuidiam colligam. 7. Verr. 15. a

Ex hoc labore magnam gratiam dignitatēque colliges. 2. ad Quint. frat. 38

Tu te collige, aliquid loci rationi & cōsilio da. pro Quin. 9. b
Colligas te, virumque præbeas. 5. famil. 50

Hospes Cleomenes hoc dicit, sese in terram esse proiectum, vt Pachyno, è terrestri præsidio milites colligeret. 7. in Verrem, 104. a

Is metuens ne vitiosum colligeret, etiam verum sanguinenti deprauabat. de Clar. Orat. 155. a

Is primo perteritus somnio surrexit, deinde cum se colligisset, &c. recubuit. de Diuin. 92. b

Quum multa in cōuentu vitia colligisset in eum Zopyrus, &c. derisus est à cæteris. 4. Tusc. 131. a

Sed quid eos colligam? Aca. quæst. ed. 1. li. 2. 68. Hoc est, quid singulos commemorem?

Nihil est q̄ multorū naufragia fortunæ colligas. 7. Ver. 102. a
Colligant humores aut minus acres, aut concretos. de Nat. deor. 2. 43. pro, acumulent.

Vt colligant rorem bonum innocentes sunt. 1. de Leg. 38
Quæ cum omnia collegeris. 5. fam. 4. pro, in memoriam reuocaueris.

Si collegeris peccata cōsulum, vituperabilis erit consulatus. 3. de Legib. 22

Sin aliquid virum fortè collegerit, sentiat, &c. ad Brutum, lib. 11. 18. 5. a

Argumenta causarum colligere. 2. de Orat. 170. a
Colligere multa argumenta contra aliquem. de Finib. 56. b

Colligere beneuolentiam aliorum. 9. fa. 35. 1. ad Q. fra. 41
Ab auditorū persona beneuolentiā colligere. ad Her. li. 1. 8. a

Nec mediocre telum ad res gerendas existimare oportet beneuolentiam ciuium, quam blanditiis & assentionibus colligere turpe est. de Amicit. 55

Colligere breuiter quæ acta sunt. Att. lib. 1. 13. 4. a
Aliquorum faceret dicta colligere. 1. Offic. 146. a

Ex eo colligere poteris, quanta occupatione distinear. ad Atticum, lib. 2. 38. 1. a

Exercitum colligere ex senibus desperatis. 2. in Catil. 28. a
Colligere existimationem & famam vigiliis & sudoribus. 1. Verr. 39. & 40

Colligere gratiam ex priuatorum negotiis. Orat. 155. b
Colligere inimicos. Att. lib. 10. 197. 4. a

Iniurias alicuius colligere. 6. Verr. 33. a
Colligere laudem omnium vndique ad Quin. frat. 298. b

Colligere multa in vnum locum. de Petit. 37
Naufragium Reip. colligere, ac salutem communem rescitere. pro Sest. 11

Colligere se, pro, respicere. pro Dom. sua, 68. pro Quint. 31. & 1. in Verr. 20. & 10. Philip. 272. & 9. ad Att. 29

Quid est autè seipsum colligere, nisi dissipatas animi partes in suum locum cogere? Tusc. q. lib. 4. 65

Colligere testes. 2. de Orat. 48. a
Mouere castra ex aliquo loco, & vasa colligere. in Ver. 209. b

Qui omnes rumores & concionum ventos colligere conuenisset. pro Cluent. 33. b

Vestigia Pythagoræorum colligere. 4. Tusc. 5. a
Carpere & colligere vndique. 1. de Orat. 94. a

Vocem ab acutissimo sono vsque ad grauissimum sonum recipere, & quasi quodammodo colligere. 1. de Orat. 131. a

Quæ sua sponte homines eloquentes facerent, ea quosdam obseruasse atque collegisse. de Orat. 97. b

Vnde colligitur, hæc pueris & mulherculis esse grata. Officior. 45. b

Modicè beneuolentiæ iudicum colligetur. in Partit. 67. a
Quare hoc in genere, vt commodius quid euenturum sit, antè animo colligi possit, quid quaque ex re soleat euenire, considerandum est, hoc modo, &c. 1. de Inuent. 59. a

Ad se colligendū spatium haberent. 10. fa. 48. in epist. Plāci. Ad istorum beneuolentiam conciliandam & colligendam. epist. 135. ad Quint. frat. 301. b

x.iii.

Collorum proceritate adiuuantur ad capeffendum cibum
quædam animalia. 2. de Nat. d. 92

Collufro.

Principio æthereo flammatus Iuppiter igni
Vertitur, & totum colluftrat lumine mûdum. 1. de Diu. 30. a
Ego autè quum omnia colluftrarem oculis. Tusc. q. lib. 5. 48
Luna folis lumine colluftrari putatur. 2. de Diu. 137. a

Colluftrans.

Ex æthere igitur innumerabiles flammæ fyderum exiftunt,
quorum est princeps fol, omnia clariffima luce colluftrās.
2. de Nat. d. 133. a

Colluftratus.

In piæturis alios horrida, inculta, abdita, & opaca: contra
alios nitida, læta, colluftrata delectat. in Orat. 20. a

Colluuius.

Et te in certamine vinci cum illo facilius patiaris, quàm
cum hoc in ea, quæ perfpicitur, futura colluuiæ regnare.
ad Att. lib. 9. 42

Colluuius.

Ferocitas, audacia, colluuius alicuius. in Vatinius, 17
Nifi forte exiftimatis hanc tantam colluuiem illi, tan-
tamque euerfionem ciuitatis in mætem subito in Rostris
nec cogitanti venire potuiffè. de Arufp. refp. 51
Ex hac turba & colluuiione difcedere. de Senect. 76. a
Ille nefarius ex omnium fcclerum colluuiione natus. pro
Sectio, 12. a

Collybus.

Nam collybus effe qui potest, cum vtatur vno genere num-
morum. in Verr. 89. b
Ex omni pecunia, &c. Primum pro fpectatione & collybo.
5. Verr. 155. a
De Cælio vide quæfo nequa lacuna fit in auro. ego ifta non
nouī, fed certe in collybo effe detrimenti fati, huc aurum
fi accedit. Att. lib. 12. 236. 1. a

Colo.

Ciuitas, quam meus frater in primis colit ac diligit. pro
Flacco, 157. b
Qua me colit obferuantia. 12. fam. 58
Pudorem & pudicitiam qui colit, potest animo æquo iftius
quotidiana adulteria, meretriciam difciplinam, domesti-
cum lenocinium videre. 5. Ver. 5. a. Id est, qui pudicus est.
Hic Cæcilius colimus & obferuamus diligenter. ad Attic.
lib. 2. 34. 9. a
Piæ sanctæque colimus naturam excellentem atque præ-
stantem. de Nat. d. 1. 40
Obferuatiã est, per quam superiores reueremur & colimus.
de Inuent. 82. b
Tibi me profiteor & in Repub. focium, & in quotidiana vi-
ta coniunctum, cum iis artibus studiisque quæ colimus.
epist. 144. b
Quæ illos Ennenses lacus, lucosque colitis. 7. Verr. 147. a
Achillem Aftypalinfes infulani sanctiffimum colunt. 3. de
Nat. deor. 61. a
Qui has nobifcum terras ab Oriente ad Occidentem co-
lunt. de Nat. 59. b
Tubero vita feuerus, & congruens cum eo difciplina, quam
colebat. de Clar. 60. a
Maiores nostri fuos agros studiofè colebant, non alienos
cupide appetebant. pro Sex. Rofc. 30. a. de Leg. Agr. 69. a
Crotoniatæ templum Iunonis religiofiffimæ colebant. de
Inuent. 62. b
Pater tuus quem colui ac dilexi. de Senect. 64. b
Nihil mihi vnquã gratius accidit, quàm quod meam Tul-
liam fuauiffimè, diligentiffimèque coluiffi. ad Att. 161. b.
epist. 87. b
At coluit ipse amicitias. 2. de Finib. 128. a
Mèque mirificè ille coluit & amauit. ad Att. 264. b
Testimoniorum religionem & fidem nunquam ifta natio
coluit. pro Flac. 7. a. pro Fonteio, 18. a. Id est, nunquam
fuit verax in testimoniis reddendis.
In qua vrbe Imperatores propè armati, poetarum nomen
& mufarum delubra coluerunt. de Arufp. 191. b
Quæ Perfæ, quæ Syri, quæ reges omnes, &c. femper sum-

ma religione coluerunt. de Arufp. refp. 25. a
Qui præstantibus ingeniis in vita humana, diuina studia
coluerunt. de Somn. Scip. 28
Colam memoria abfentem. 15. fam. 53
Memoriam veftri beneficii colam beneuolentia fempiter-
na. post redit. 19. a
Neque folum colent fe inter fe ac diligent, fed etiam vere-
buntur. de Amic. 69. ad Att. lib. 13. 268. 5. a
Vrbem mi Rufe, cole. ad Cæl. lib. 2. 11. 4. a
Colunto ex patriis ritibus optima. 2. de Legib. 24
Vos duos, quos præcipuè colerem, de legi. 9. ad Att. 49
Vt eos colant, diligantque, perfcribimus. 3. de Leg. 7. a
Colere, obferuare, & diligere aliquem præter cæteros. Allic-
no, lib. 13. 79. 1. a
Colere, precari, venerarique deos. 1. de Nat. d. 161. a
Colere aliquem fuauiffimè diligentiffimèque. 10. ad At-
ticum, 25
Summa obferuantia aliquem colere. Seruio, lib. 4. 4. 15. a
Colere amicitiam, iuftitiam, liberalitatem. Offic. 1. 9
Colere amicitias fructibus, & emolumentis, & voluptati-
bus. de Finib. lib. 2. 69. Læ. 129
Colere bene meritos. Postquam. 203. b
Colere ceremonias fepluchrorum magna cura. Tusc. quæft.
lib. 1. 23
Colere, tueri, feruare communem conciliationem & con-
fociationem generis humani. 1. Offic. 208. a
Colere diem natalem. de Finib. 86. b
Agè verò, vrbibus conftitutis, vt fidem colere, & iuftitiam
retinere difcerent. 1. de Inuent. 4
Quam nunc colere gentem inftituam. Antequam. 194. b
Ius religiofè colere. ad Heren. lib. 3. 95. a
Colere ius & iuftum. de Leg. 121. b
Colere iuftitiam & pietatem. Som. Scip. 12
Sequi & colere leges. in Parad. 41. a
Memoriam alicuius colere. 2. de Finib. 162. a
Mirificè aliquem & colere & amare. Att. lib. 16. 344. 1. a
Colere neceffitudinem. 13. fam. 35
Colere officium, contrarium Negligere. Offic. 1. 7
Omnibus eum contumeliis onerasti, quem patris loco, fi
vlla pietas in te efferet, colere debebas. 2. Philip. 98. a. de Cla-
ris Orat. 165. b. de Senect. 79. b
Colere studia literarum. pro Arch. 166. b
Studiofè colere focietates atque amicitias. ad Heren. 17. b
Doctiffimos viros colere. Seruio, lib. 4. 1. 6. a
Nunc planè nec ego victum, nec vitam illam colere po-
ffum. Att. lib. 12. 36
Qui nihil habet in vita iucundius vita, is cum virtute vi-
tam non potest colere. ad Heren. lib. 4. 164. a
Coliturque ea pars, & habitatur frequentiffimè. 6. Ver. 106. a
Veritate amicitia, fide focietas, pietate propinquitas coli-
tur. pro Quintio, 13. a
Nam vt agri non omnes frugiferi funt qui coluntur. 2. Tu-
fc. quæft. 19. a
Amicitia non propter indigentiam, fed propter amorem
coluntur. de Amic. 106. b
Vereris ne tua domus, fi à litigiofis hominibus non cola-
tur, à cæteris deferatur. de Orat. 107. b
Vt & fui, & Metrodori memoria colatur. de Finib. lib. 2. 84
Vt efferet vrbs, quæ res eas, quibus ager campanus coleretur,
fuppeditare poffet. contra Rull. 83. b
Coli & obferuari ab aliquo. de Amic. 161. b
Coli fua charitate. de Finib. lib. 5. 34
Venerari & coli in deorum numero. de Leg. Agr. 92. a
Simulatione amicitia coli & obferuari. de Amic. 26
Atque hoc loco qui propter animi voluptatem, dicunt coli
ea studia quæ dixi, non intelligunt, &c. 5. de Fin. 93. a
Colendus est ita quisque maximè, vt quisque maximè vir-
tutibus his leuoribus erit ornatus, modestia, temperan-
tia, ac ipfa, &c. iuftitia. Offic. 1. 69
Is in deum immortalium numero venerandus à nobis &
colendus est. contra Rull. 85. b
Diligentia præcipuè colenda est nobis. 2. de Orat. 80. a
Sed hoc quoque colendum est æquabile & temperatum

orationis genus. Offic. 1. 5
Quantam vim rerum optimarum mens humana cõtineat:
cuius muneris colendi efficiendique caufa nati, & in lu-
cem editi fumus. 1. de Leg. 23. a
Neque me hercule vnquam mihi tui aut colèdi aut ornandi
voluntas defuit. Licinio, lib. 5. 8. 2. a
Præffe agro colendo. pro Sex. Rofc. 30. a
Atque etiam ad iuftitiam colendam, ad tuendas amicitias.
3. de Finib. 111. a
Ad percipiendam colendamque virtutem literis adiuuari.
pro Arch. 12. a
Quæ ad colendam vitem attinebant. 4. de Finib. 63. a
Illi qui hoc folum colèdum ducebant. de Orat. 123. b. Id est,
rhetoricam.
Nulla enim vitæ pars, &c. vacare officio potest: in eoque
colendo fita vitæ est honeftas omnis, & in negligendo
turpitudò. 1. Offic. 7. a
Hofpitia, clientela, cognationes, affinitates caffè colendæ.
ad Heren. lib. 3. 95. a
Nos è terræ cauernis ferrum elicimus, rem ad colendos a-
gros neceffariam. de Nat. 56. b
Tot prædia tam pulchra, tam fructuofa pater filio fuo co-
lenda actuenda tradiderat. pro Sex. Rofc. 25. b
Colens.
Qui sancti, qui religionum colentes, nisi, &c. pro Plancio, a
Cultus.
Ager nulla ex parte cultus. pro Q. Rofc. 19. a
Ager qui coli aut arari poffit, non qui cultus, aut aratus fit.
contra Rull. 79. b
Erat ei res rustica bene culta & fructuofa. pro Quint. 2. b
Studium philosophia: à prima adolefcètia cultum, & fem-
per auctum nuper reuocauit. de Clar. 194. b
Animi non omnes culti fructu ferunt. 2. Tusc. 19. de Cl. 174
Tum erat ager incultus sine tecto, nunc est cultiffimus cum
optima villa. pro Q. Rofc. 20. a
Cultus.
Cultus atque victus quotidianus. Tusc. q. lib. 5. 53
Cultus atque victus falubris & moderatus. Diuin. lib. 1. 56
Quod est tam asperum faxetum, in quo agricolarum cultus
non elaborat. de Leg. Agr. 69. a
Cultus agrorum. Tusc. q. lib. 1. 57
Cultus amici, parentis, & qui officio fungitur. de Fin. li. 5. 63
Cultus animi. de Finib. lib. 5. 50
Cultus deorum. Tusc. q. lib. 1. 52
Pietas, per quam sanguine coniunctis, patria:que beneuolis
officium & diligens tribuitur cultus. 2. de Inuent. 241. a
Omnis cultus & curatio corporis erit eadem adhibèda deo,
quæ adhibetur homini. 1. de Nat. d. 67. Læ. 45
Cultus vitæ communis atque vfitatus. Tusc. q. lib. 3. 10
Delectant etiam magnifici apparatus, vitæque cultus cum
elegantia & copia. 1. Offic. 37
Homines à fera agrestique vita, ad hunc humanum cultum
ciuilemque deducere. de Orat. 18. a
Ob eafque caufas studeat parare ea, quæ fuppeditent & ad
cultum & ad victum. 1. Offic. 20. a
Nullum neceffarium vitæ cultum aut paratum requiren-
tes. de Finib. lib. 5. 49
Qui vestitum, qui tecta, qui cultum vitæ, qui præfidia con-
tra feras inuenerunt. 1. Tusc. 96. a
Cultu & honore dignari. 2. de Inuent. 241. a
Defiftere à cultu victuque bestiarum. 2. Offic. 20. a
Quum enim conftet inter omnes, omne officium, munif-
que fapientia in hominis cultu effe occupatum, &c. 4. de
Finib. 58. a
Quæ (oues) quidem neque ali, neque sustentari, neque vl-
lum fructum edere ex fe sine cultu hominum & curatio-
ne potuiffent. 2. de Nat. d. 119
Cultu molliffimo parietum vmbris occuli. Tusc. q. lib. 2. 31
Religio deorum cultu pio continetur. 2. de Nat. d. 161. a
Cultu vacantes regiones. 1. Tusc. 73. a
Cultio.
Quid est enim Sicilia, fi ei agri cultionem fustuleris? 5. Ver-
rinarum, 194. a

Qui fe agri cultione oblectabant. Cat. 51

Cultor.

Cultor terræ. 2. de Nat. d. 143. a

Cultor vineæ. 5. de Finib. 71. a

Cultores veritatis, fraudis inimici. 1. Offic. 153

Cultrix.

Earumque (rerum) augendarum & alendarum quandam
cultricem effe, quæ fit fcientiã atque ars agricolarum. 5. de
Finib. 70. a

Cultura.

Cultura agrorum vniuerso hominum generi est falutaris.
Cato, 52
Cultura animi. Tusc. q. lib. 2. 10
Deinde quum audierit eas res, quibus fundi, fructus & cul-
tura continentur, amotas & venditas, &c. 5. Verrina-
rum, 99. a
Vt fi cultura vitium, cuius hoc munus est vt efficiat, &c. 4.
de Finib. 62
Adhibere culturam. 5. de Finib. 70. a
Nova farmenta cultura excitantur. 2. de Orat. 49. a
Agri natura perboni, & diligetia cultura:que meliores. pro
Flacco, 56. a
Agros defertos à plebe atque à cultura hominũ liberorum
effe non oportere. de Leg. Agr. 83. a
Hefiodus de cultura agri fcripsit. de Som. Scip. 88. b
Nihil fert ager, nisi multa cultura & magno labore quæfi-
tum. de Leg. Agr. 93. a
Ager, quauis fertilis, sine cultura fructuofus effe non po-
telt. 2. Tusc. 19. a

Colonus.

Colonus ager. 5. Philip. 202
Optimus, parciffimus, modestiffimus, frugaliffimus colo-
nus. 2. de Orat. 154. a
Qui colonus habuit conductum de Cefennia fundum. pro
Cecinna, 68. a
A colonio rationes accipere. pro Cecin. 68. a
Coloni agrorum. in Verr. 260. b
Latini coloni. de Clar. Orat. 88. a
Quauquam Circen quoque coloni nostri Circeienses reli-
giofè colunt. 3. de Nat. d. 65. a
Siculi coloni Pop. Rom. atque aratores. 5. Verr. 196. a
Diffenfionem colonorum deferre ad patronos. pro Syl. 45. a
Numerum colonorum fcribere in aliquam ciuitatem. de
Leg. Agr. 77. a
Assignare agros colonis. 1. de Leg. Agr. 10. a
Dare colonis agrum. 2. de Leg. Agr. 75. a
Diuidere agrum colonis. 2. de Leg. Agr. 12. a
Ascribere colonos nouos. 2. Philip. 101. a
Collocare colonos in aliqua ciuitate. de Leg. Agr. 11. a
Deducere colonos. de Leg. Agr. 10. a
Deligere ad omne facinus colonos. 1. de Leg. Agr. 11. a
A colonis vrbes occupatæ per Decemuiros. 1. de L. Ag. 12. a
Colonia.

Est in eadem prouincia Narbo Martius, colonia nostrarum
ciuium, fpecula Pop. Rom. ac propugnaculum iftis ipfis
nationibus oppositum & obiectum. pro Fonteio, 2. a
Florens colonia. 2. Philip. 101. a
Hic patronus defensor, custos illius coloniarum. pro Syl. 178. b
Cum triumuir coloniam deduxiffet. de Clar. 171. b
Confuluiffi me per literas de Capua tu quidem, &c. poffe-
ne, vbi colonia efferet, eò coloniam nouam iure deducere,
&c. 2. Philip. 101. a. Colonia, ciuitas est à matrice ciuitate
deducta, id est metropoli: quomodo Ionica ciuitates de-
ductæ erant & propagatæ.
Mittere coloniam in aliquam regionem. 1. de Diuin. 5. a
Itèque in lustranda colonia ab eo qui eam deduceret, &c.
1. de Diuin. 165. a
Deducuntur, inquit, coloniarum. quò? quorum hominum: in
quæ loca? de Leg. Agr. 9. a
Coloniarum duodecim, à Pop. Rom. hæreditates capere pote-
rant. pro Cecin. 74
Hoc in genere, &c. qui colonias sic idoneis in locis contra
fufpicionem periculi collocarunt, vt non oppida Italia,

sed propugnacula imperii esse videretur. de Leg. Ag. 74. a
 Constituire colonias in aliqua vrbe. de Leg. Agr. 10. a
 Deducere colonias nouas, veteres renouare. de Lege Agra-
 ria. 45. a
 Imprimere municipia, praefturas, & colonias vestigijs fla-
 gitorum. 2. Philip. 171. a
 In colonias alicuius regionis colonos deducere. de Lege
 Agr. 75. a
 Qui (scilicet fratres, consobrini, sobrinique) cum vna domo
 iam capi non possint, in alias domos tanquam in colo-
 nijs exeunt. Offic. 1. 79. hoc apud Aristot. πολιτ. α. sic ha-
 betur, *μάλιστα δὲ καὶ φέρει ἢ οἰκὴν ἢ κτήνην ἀποικίᾳ οἰκίας ἐξ*, οὗ κα-
 λοῦσι τινες ὁμογενεῖς, καὶ δὲ καὶ πατρῶν καὶ δὲ καὶ
 In colonias latinas saepe nostri ciues profecti sunt. pro Ce-
 cinna, 71. a
 Vt omnia municipia, coloniisque Italiae nouis colonis oc-
 cuparetis. de Leg. Agr. 96. a
 Vt quae velint municipia, quas velint veteres colonias, co-
 lonis suis occupent. de Leg. Agr. 85. a
 Veteranorum colonias peragrare. 2. Philip. 100
 Complere coloniis regionem aliquam. de Leg. Agr. 10. a
 Mos in coloniis deducendis, vt ille qui duceret aratrum, cir-
 cunduceret. in Ant. 179. b
 Cum caeteris in coloniis Duumviri appellentur, hi se Prae-
 tores appellari volebant. contra Rull. 84. b
 Totam Italiam inermem tradituros existimastis, quam praefi-
 diis confirmaretis, coloniis occuparetis, omnibus vin-
 clis deuinctam & confrictam teneretis. de L. Agr. 10. a
Colophonius.
 Homerum Colophonii ciuem esse dicunt suum. pro Ar. 14. a
Color.
 Color albus praecipue decorus deo est tum in caeteris, tum
 maxime in textili. Tineta vero absint, nisi a bellicis insti-
 gnibus. 2. de Leg. 44
 Color ciuitatis. 4. ad Att. 45
 Venustatis non fuco illitus, sed sanguine diffusus, insidere
 debet color. 3. de Orat. 110. a
 Isti color immutatus est, vultus, oratio, mens. 3. Ver. 99. a
 Candiduli dentes, color suauis, venusti oculi. Tusc. 5. 35
 Color exercitatione corporis tuendus. Offic. 1. 181
 Fortunae dignitas coloris bonitate tuenda est, color exerci-
 tationibus corporis. Offic. 26. b
 Veritatis color. de Clar. Orat. 84. a
 Vrbanitatis color. de Clar. Orat. 88. a
 Crebra coloris mutatio. pro Cluent. 42. a
 Colorem etiam & speciem pristinam ciuitatis amisimus,
 non modo succum ac sanguinem. 4. ad Att. 45
 Intelliges nil illius lineamentis, nisi eorum pigmentorum,
 quae inuenta nondum erant, florem & colorem defuisse.
 de Clar. Orat. 165. a
 Habitum orationis, & quasi aliquem colore requirere. 3. de
 Orat. 110. a
 Interim quum esset ei nuntiatum tempus esse, exisse in aedes
 eo colore & iis oculis, vt egisse causam, non commenta-
 tum putares. de Clar. Orat. 44. a
 Ornatur oratio genere primum, & quasi colore quodam &
 succo suo. 3. de Orat. 53. a
 Sed vecors repetere sine suo vultu, sine colore, sine voce con-
 stitit, deinde respexit. de Arusp. resp. 1. a
 Pingam coloribus tuis, penicillo meo. 2. ad Q. frat. 34
Coloro.
 Sed quod educata eius nutrimentis eloquentia est, ipse se
 postea colorat & roborat. in Orat. 15. a
 Formare, figurare, colorare, animare non possent indiuidua.
 de Nat. d. 1. 77
 Fatebor aliquid tamen: vt, &c. fieri natura tamen vt colo-
 rer: sic, &c. 2. de Orat. 32. a
Coloratus.
 Coloratus arcus ex nubibus. 3. de Nat. d. 69. a
 Vrbanitate quadam quasi colorata oratio. de Clar. 179. b
Columba.
 Tu autem ne negas infracto remo, neque columbae collo-
 commoueri. Acad. 20. b

Plumae versicolores columbis a natura ad ornatum datae.
 3. de Finib. 29. a
Columbinus.
 Plures iam pauones confeci, quam tu pullos columbinos.
 9. fam. 44
Columen.
 Columen actionis. pro Flacco. 32. a
 Amicorum alicuius columen. 13. Philip. 364. a
 Excisum columen. 1. de Diuin. 40. a
 Timarchides autem columen familiae vestrae, premit fauces
 defensionis tuae. 5. Verr. 151. a
 Columen Reipublicae. pro Sest. 14. a
 Ni post excelsum ad columen, &c. de Diuin. 84. b
 Ad magnum columen volare. 1. de Diuin. 34. a
Columna.
 Excelsa columna. 1. de Diuin. 42. a
 Euerfio execratae columnae. 1. Philip. 3. a
 Ad columnam adhaerescere. pro Sest. 13
 Is in discordiis ciuitatis ad eam columnam, ad quam mul-
 torum saepe conuiuus perductus erat, tum populi iuffra-
 gis peruenerat. pro Cluent. 29. a
 Efficere columnam ab integro nouam. 3. Verr. 104. a
 Tollere columnam de saxo in crucem. Att. lib. 14. 313. 1. a
 Ne columnam quis in sepulchro violet, deiciat, frangat.
 2. de Leg. 59
 Vobis autem tanta inopia reorum est, vt mihi causam praeripere
 conentari potius, quam aliquos a columna Menia
 vestri ordinis reos reperiatis? 1. Verr. 27. a
 Columnae antiquae. 4. ad Att. 50
 Deiectae, eisdemque lapidibus repositae colunae. 3. Ver. 103. a
 Marmoreae columnae. pro Domo sua. 49. a
 Columnae politae sunt. 3. ad Q. frat. 1
 Columnae & templa & porticus sustinent. de Orat. 159. b
 Aedificare columnas. 3. in Verr. 109. a
 Columnas neque rectas, neque e regione collocarat. 3. ad
 Quint. frat. 2
 Dealbare tanta pecunia columnas. 3. Verr. 103. a
 Locare columnas. 3. Verr. 105. a
 Incurristi amens in columnas. de Orat. 130. b
Columella.
 Animaduerti columellam e dumis eminentem. 5. de Natu-
 ra deor. 92. a
 Columellam super terrae tumulum in sepulchris statui. 2. de
 Legib. 61
Columnarius.
 Columnarium vide, ne nullum debeamus. 13. ad Att. 5
 Nolo te putare Fauonium a columnariis praeteritum esse:
 optimus quisque eum non fecit. 8. fam. 28
Colus.
 -quin tu Egilia mea,
 Quando ad me venis cum tua colu & lana? 2. de Orat. 133. a
Coma.
 Consul vnguentis affluens, calamistrata coma. pro Sest. 6. b
 Scindens dolore identidem intonsam comam. 3. Tusculan.
 quaest. 52
 Primum processit madenti coma, composito capillo, &c.
 Postquam. 11. a. Arusp. 254. b
Comatus.
 Galliam, inquit, togatam remitto, comatam postulo. 8. Phi-
 lippica, 252. a
 Comagene, vrbs & regio. epist. 120. b
 Comagenus. epist. 240. ad Att. 313. b
Combibo.
 Video equidem, inquam: sed infici tamen debet his artibus,
 quas si, dum est tener, combiberit, ad maiora veniet para-
 tior. 3. de Finib. 7
Combibo.
 In his controuersis, quas habeo cum tuis combibonibus
 Epicureis. Pato, lib. 9. fam. 59
Combuo.
 Et is eius tactus est non vt tepesciat solum, sed etiam saepe
 comburat. de Nat. d. 2. 29
 Ibi que eum combuffimus. Sulpitius ad Cic. lib. 4. 12. 10. a

Deinde rogas Fabium, vt & patrem & filium viuos combu-
 rat, si possit: sin minus, ad te mittat, vt iudicio comburan-
 tur. ad Q. frat. lib. 1. 40
 Annales comburere. 1. de Diuin. 61. a
 Subsellia comburere. pro Rosc. Amer. 55. a
 Te curaturum, fumo vt combureretur, plaudente tota pro-
 uincia. ad Q. frat. lib. 1. 40
Combustus.
 Caesar in foro combustus, laudatusque miserabiliter. ad At-
 ticum, 14. 306. 2. a
 Calanus Indus sua voluntate viuos combustus est. Tusc. 2. 89. a
 Puer ante noctem mortuus, & postridie antequam luceret,
 combustus est. pro Cluent. 23. b. epist. 56. b
 Libri Protagorae in concione combusti. de Nat. 14. b. pro Sex.
 Rosc. 33. b
Comedo.
 Comedisti cantherium. 9. fam. 44
 Comites vero Antonii, qui postquam beneficia Caesaris com-
 mederunt, Consulem designatum obsederunt. 13. Philip.
 316. a. Id est, oblitum sunt beneficiorum Caesaris, vel neglexerunt.
 Cura, si me amas, vt valeas: ne ego te iacente, bona tua com-
 medam. ad Patum, lib. 9. 20. 7. a
 Vtique eo non fuit popularis, vt bona solus comesset. pro
 Sestio, 95
 Nisi se collega tuus iactauisset, hodie te istic muscae comede-
 dissent. de Clar. 184. b
 Quocirca Segulum negligamus, qui res nouas quaerit: non
 quod veterem comederit (nullam enim habuit) sed hanc
 ipsam recentem nouam deuorauit. 11. fam. 35
 Lacertum comedere. 2. de Orat. 133. a
 Patrimonium comedere. pro Sest. 96. a
 Quid attinuit relinquere hanc vrbe: nisi quasi bona comesset
 Romae non liceret. pro Flac. 70. a. 2. de Nat. d. 92. a
 Putat enim suos nummos vos comedisse. Att. lib. 6. 19
 Iste tanquam cochlea comeditur & aufertur cum domo
 sua. ad Heren. 39. b
Comessatio.
 Turpe conuiuium, amor, comessatio, libido, sumptus. pro
 Murena, 12. a
 Comessationis Antonianae chorus. 5. Philip. 174
 Tempestas comessationis, aut comessatio tempestatis. 3. de
 Orat. 89
 Libidines, amores, adulteria, conuiuia, comessationes, can-
 tus, symphoniae. pro Cael. 17. a
 Quod si in vino & alea comessationes solum & scorta quaerent:
 essent illi quidem desperandi, sed tamen essent ferendi. in
 Catil. 32. a
Comessator.
 Nostri isti comessatores coniurationis. 1. ad Att. 44
 Alia subselliorum ratio, alia lectorum: non idem iudicium
 comessatorumque conspectus. pro Cael. 54. a
Comessor.
 Si quando illa dicit, Phaedriam intromittamus comessa-
 tum. epist. 15. b
Comesus.
 Celerius potuit (venenū) comesum, quam epotū in venas,
 atque in omnes partes corporis permanere: pro Clu. 138. a
 Patrimonio non comeso, sed deuorato. in Sal. 275. b
Comes.
 Huius autem rei idem es dux & comes. pro Marcel. 6. a
 Multarum deliciarum comes est extrema saltatio. pro Mu-
 rena, 11. a
 Socius atque comes tum honoris, tum etiam calamitatis.
 pro Sylla, 48. a
 T. Agusius & comes meus fuit illo miserrimo tempore, &
 omnium itinerum, nauigationum, laborum, periculorum
 meorum socius. Seruilio, lib. 13. 72. 2. a
 Eloquentia, pacis est comes, otiique socia. de Clar. 168. b
 Pauoris comes. 4. Tusc. 291. a
 Marcellus sedendi comes, etsi ille magistratum non gesserit,
 erit tamen transpadanus. ad Att. 5. 98. 2. a
 Me quidem certe tuarum actionum, sententiarum, voluntatum,
 rerum denique omnium socium, comitemque habebis. ep. 16. b

Comitem itineris mei, non ducem. 11. ad Att. 25
 Non enim paruit ille Tyberii Gracchi temeritati, sed praefuit:
 nec se comitem illius furoris, sed ducem praebuit. de
 Amicitia, 35
 Mirificum me tibi comitem praebuissem in eis vlciscendis.
 1. fam. 30. Id est, egregiam operam tibi nauassem.
 Facile ducem populi Romani, non comitem diceres. de
 Amic. 78. a. de Scipione.
 Hac conscientia comite profectus. 10. ad Att. 9
 Comite fortuna, virtute duce. 10. fam. 4
 Comite sapientia mundum deus quam optimae mentis ef-
 fecit. de Vniuers. 43
 Ipse casus, euentusque rerum, non duces, sed comites con-
 siliorum eius. pro Corn. Bal. 6. a. De Pompeio loquitur.
 Comites illi tui dilecti, manui erant tuae, &c. 4. Verr. 16. a
 Comites superiorum animi mortuum. de Vniuers. 55
 Comites & adiutores negotiorum publicorum. 1. ad Quint.
 fratrem, 8
 Neque enim princeps tunc ad salutem esse potuissem, si esse
 alii comites noluissem. a
 Omnes artes, comites ac ministras oratoris esse. 1. de Ora-
 tore, 38. a
 Ei statim rescripsi, hominemque certum misi de meis comi-
 tibus. ad Att. 117. b
Comitor.
 Caeteraque quae comitantur huic vitae, in qua sapiens nemo
 efficitur vnquam. 5. Tusc. 142. a
 In itinere quidam proficiscentem ad mercatum quendam
 est comitatus. de Inuent. 63. b
 An est aliquid per se ipsum flagitiosum, etiam si nulla comi-
 tetur infamia? de Finib. 77. b
Comitatus.
 Si Cn. bene comitatus conscendisset, & Consules transissent.
 ad Att. 135. b
 Illud etiam molestè fero, quod ex vrbe parum comitatus
 exierit. 2. in Catil. 18. a
 Mulier multis viris comitata. pro Cael. 44. b
 Quis audeat luci bene comitatum aggredi? in Ant. 244. b
 Balbum quod ais maturè Romam bene comitatum esse
 venturum, &c. ad Q. frat. 3. 9
 Quem Pop. Rom. a porta in Capitolium, atque in domum
 sua celebritate laetitiaque comitatum honestauit: pro
 Domo sua, 228. b
 Respondisse, puero vt vno esset comitator. 5. Tusc. 81
Comitatus.
 Societas atque comitatus alicuius. 7. Verr. 44. a
 Muliebris & delicatus ancillarum puerorumque comita-
 tus. pro Mil. 21. a
 Quae si quos inter societas est, eorum habendus optimus
 comitatus. ad Q. frat. 321. b
 Comitatus regis. 2. ad Q. frat. 24
 Comitatus, non pro numero comitantium, vt ferè semper,
 sed pro ipsa actione. de Arusp. respon. 1
 Cum ducibus ipsis, non cum comitatus affectatoribus
 confligant. pro Corn. 68. b
 Ille ignarus sui comitatus, repente aperuit lecticam. ad Q.
 fratrem, 321. b
 Eius Falernum mihi semper idoneum visum est diuersorio:
 si modo tecti satis est ad comitatum nostrum recipien-
 dum. ad Lepidum, lib. 6. 19. 1. a
 Si maneo, & illum comitatum optimorum ciuium desero,
 cadendum est in vnus potestatem. ad Att. 119. b
 Cum iam pontem cum magno comitatu legati Allobro-
 gum ingredi inciperent. in Cat. 112. b
 Cepi equidem maximum fructum & ex consurrectione om-
 nium, & ex comitatu publicanorum. de Ar. 223. b
 Literae quaeque erant in eo comitatu, integris signis Prae-
 toribus traduntur. in Cat. 112. b
 Mihi verò illi comitatu nobilium iuuenum fortunati vide-
 bantur. de Senect. 82. b
 Tanto virtutum comitatu. 2. de Finib. 91. in Parad. 18. a
 Auspicia, vt multos inuitiles comitatus probabiles impedi-
 rent morae. 3. de Legib. 40. a

Comessatio, Comessator, Comessor, Vide Comedo.
Cometes.

Cometæ bello Octauiano magnarum calamitatum præ-
nuntia. de Nat. d. 2. 18

Stellæ quas Græci cometas, nostri crinitas vocant. de Na-
tura deor. 2. 11

Vidisti & claro tremulos ardore cometas. 1. de Diuin. 32. a
Καμινός μέρους. 2. fam. 23

Comicus, Vide Comœdia.
Cominus.

Neque confictu corporum, neque ictu cominus, neque
coniectione telorum. pro Cecin. 32. a

Qui me epistola petiuit, ad te, vt video, cominus accessit. ad
Atticum, 24. b

Nunc cominus agamus, experiamurque. 2. de Diuin. 20

Cominus pugnare. pro Planc. 274. b

Video enim vtrumque cominus ictu cecidisse contrario.
Tuscul. 219. b

**Nec enim excursionem, nec saltu, nec eminus hastis, aut com-
minus gladiis vteretur.** de Senect. 17. a

Cominius.

Sex. Cominius, à Verre in vincula coniectus. 6. in Verr. 20

P. & L. Cominii Stalenum accusarunt. pro Cluent. 80

Comis.

**Cyrus omnibus in rebus comis erga Lylandrum atque hu-
manus fuit.** de Senect. 55

Comis in amicitia tuendis. de Finib. lib. 2. 67

Omnibus comis eram visus. pro Planc. 272. b

Nil come, nil simplex est. ad Att. 80. b

**Quasi quis illum neget & bonum virum & comem, & hu-
manum fuisse.** 2. de Finib. 124. a

**Quis verò C. Lælio comior: quis iucundior eodem ex stu-
dio isto?** pro Muren. 60. a

Comitas.

Conciliat animos comitas affabilitasque sermonis. 2. Of. 67

Sæuolæ multa in feueritate non deerrat comitas. de Claris
Orator. 177. b

Quid enim tam distans, quam à feueritate comitas? in Ora-
tore, 18. a

Comitas coniunctioque humana. 1. Offic. 220. a

Verborum comitas. 2. de Orat. 97. a

**Sed amicitia remissior esse debet, & liberior, & dulcior, &
ad omnem comitatē facilitatēque procliuior.** de Ami-
citiis, 59. a

**Si illius comitatem facilitatēque tuæ grauitati feueritati-
que asperferis.** pro Muren. 140. b

Contraque pater eius nullam comitatem habuit sermonis.
Offic. 22. b

**Mulieres quidem valde intelligo delectari obsequio & co-
mitate adolescentis.** Att. lib. 6. 117. 1. a

Comitate sua omni aliquem complecti. 7. fam. 14

Comitate omni mea eum sum complexus. 1. ad Q. frat. 38

Erat in illo viro comitate grauitas condita. de Senect. 9. a

**Summa alicuius grauitas cum singulari comitate coniun-
cta.** ad Q. frat. lib. 1. 1. 33. a

Idque magis fit comitate, quam vanitate. Partit. 231. b

**Sunt enim aliæ virtutes, quæ videntur in moribus homi-
num, & quadam comitate ac beneficentia posita.** 2. de
Oratore, 187. a

**Clementia est, per quam animi temerè in odium alicuius
inuectionis concitati, comitate retinentur.** de Inuent. 82. b

Comiter.

Salutare benignè, comiter appellare vnūquemque. 13. Phi-
lippica, 345. a

Comiter conseruare maiestatem Pop. Rom. pro Corn. Bal-
bo, 38. a. pro Cæl. 9. a

Comiter esse in conuiuio. pro Deiot. 12

Homo qui erranti comiter monstrat viam. Offic. 11. b

**Comes, benigni, faciles, suaves homines esse dicuntur, qui
erranti comiter monstrant viam, benignè, non grauatè.**
pro Corn. Balbo, 29. a

Tum Cotta comiter, vt solebat. de Nat. d. 1. 40

Solari comiter aliquem. Att. lib. 3. 55. 13. a

Cum aliquo comiter viuere. pro Cæl. 40. b
Comitia.

Comitia adducta ad interregnum. 3. ad Q. frat. 35

Tributa, curiata, centuriata comitia. 2. de Leg. Agr. 39. a. & 7.
famil. 52

**Comitia centuriata, quæ maximè maiores iusta dici habe-
rique voluerunt.** Postquam. 210. b

Consulum comitia. ad Q. frat. lib. 2. 6. 3. a

Comitia sine mora futura videntur. ad Q. frat. lib. 2. 3. a

Comitia gratuita. 4. ad Att. 38. 2. ad Quint. frat. 38

Comitia inquinata largitione. de Petit. Conf. 37

Quæstoria comitia. Curio, lib. 7. 31. 2. a

Præterea neque tributa capitis comitia rata esse possant. 3. de
Legib. 65. a

Comitia sacerdotum. ad Brut. 13

Tribunitia comitia. Att. lib. 1. 1. 3. a

Vera comitia & adumbrata. 2. de Leg. Agr. 42. a

**Ecce Dolobellæ comitiorum dies, sortitio prærogatiuè
quiescit, &c.** in Ant. 176. b

**Comitiorum quotidie singuli dies tolluntur obnuntiatio-
nibus, magna voluntate bonorum omnium.** ad Quint.
frat. lib. 3. 19. 3. a

Comitiorum interpretes. de Nat. d. 2. b

Comitiorum habendorum ratio cuiusmodi. 2. Philip. 87

Comitiorum ratio incertissima. pro Muren. 34

Comitiorum reprehenses. pro Planc. 6

Iustus comitiorum rogator. de Nat. d. 2. 3

Venio ad comitia siue magistratum, siue legum. a

**Satis putabat se ad comitia tempore veturum, si pridie ve-
nisset.** in Verr. 234. b

Comitia facere. 2. in Verr. 11. Att. lib. 4. 84. 8. a

Sed comitia puto fore, vt ducantur. ad Att. lib. 4. 84. 7. a

Comitia aduersus Ciceronem armis gesta feruilibus. 3. de
Legib. 39

**Consul comitia habere coepit, vocatæ tribus, latum suffra-
gium, &c.** pro Planc. 269. b

Ioue tonante, fulgurante, comitia populi haberi nefas. 2. de
Diuin. 32

**Quod si comitia in Senatu haberi placet, petamus, ambia-
mus, tabula noua modò detur nobis, sicut populo data
est.** in Ant. 234. b

In comitia trudere aliquem. 1. ad Att. 44

Comitia alicuius obire. 1. ad Att. 8

Tota comitia perscribere. Att. lib. 4. 84. 8. a

Legem comitiis centuriatis esse perlatam. ad Att. 53. b

**Comitiis Consules qui ritè creare possint, patres ex se pro-
dunt.** 3. de Leg. 8

De comitiis multa, & de lege centuriata & curiata. ep. 17. b

**Qui in campo Martio comitiis centuriatis auspiciato in lo-
co crucem desigi iubet.** pro Rab. 92. b

**Imperatores enim comitiis Consularibus, non verborum
interpretes deliguntur.** pro Murena, 36, & 49. a. ad At-
ticum, lib. 9. 180. 8. a

Nullis comitiis magistratus alicui datus. 2. de Leg. Agr. 38. a

**Nisi comitiis centuriatis de singulis leges ferri maiores no-
luerunt: descriptus enim populus censu, ordinibus, æta-
tibus, plus adhibet ad suffragium auxilii, quam fuscè in
tribus conuocatus.** 3. de Leg. 38

**In campo certè non fuisti, cum hora secunda comitiis qua-
storis institutis sella Q. Maximi, quem illi Consulem es-
se dicebant, posita esset, quo mortuo nuntiato, sella subla-
ta est.** epist. 109. b

**Obnuntiare concilio aut comitiis, ne legi intercedere lice-
ret.** post redit. in Senatu, 9. a

Recentibus comitiis in Senatum introducere aliquem. 1. de
Diuin. 62. a

Comitium.

Comitium aliud est à campo Martio. 4. ad Att. 16

De capite ciuis nisi per maximum comitium ne ferunt. de
Legib. 186. b

**Ita cotem in comitium allatam, inspectante & rege & po-
pulo, nouacula esse discissam.** 1. de Diuin. 60. a

**Quum forum, comitum, curiam, multa de nocte armatis
hominibus ac seruis plerisque occupauissent.** pro Sest. 64. a

Lignis & tabulis forum, comitum ornare. in Ver. 149. b

**Vidi simul cum populo Romano forum, comitumque ad-
ornatum, ad speciem magnifico ornatu, ad sensum cogi-
tationemque acerbo & lugubri.** in Verr. 87. b

Tenes, quem quondam in comitio vidistis. in Verr. 86. b

Comitialis.

Mensis comitalis. 4. Verr. 90

**Consequuti sunt dies comitiales, per quos Senatus haberi
non poterat.** ad Q. frat. lib. 2. 5. ad Att. 4. 15

Comitiales dies omnes exemit. 2. ad Q. frat. 18

Comitiatus.

Per comitatum maximum ferunt. 3. de Leg. 11

**Tum leges præclarissimæ de x 11. Tabulis tralatae dux, qua-
rum altera priuilegia tollit: altera de capite ciuis rogari,
nisi maximo comitiatu vetat.** 3. de Leg. 38

**Omnibus magistratibus auspicia & iudicia dantur, &c. auf-
picia, vt multos inutiles comitiatus probabiles impedi-
rent more.** de Leg. 189. b

Commaculo.

**Nunquam enim tam Cælius amens fuisset, vt si se isto infi-
nito ambitu commaculasset ambitus, alterum accusaret.**
pro Cæl. 11. a

Κόμματα quomodo Latine appellentur. Orat. 122. & 130

Commemini.

**Ego autem non commemini, antè quam sum natus, me
miserum.** 1. Tuscul. 10

Id quod tu rectè commemorinisti. de Orat. 159. b

**Idem Q. Seruuium Galbam, quem hominem probè nosse
& commemorinisse se aiebat, pergrauiter reprehendere so-
lebat.** 1. de Orat. 122. a

Commemoro.

**Pythagoræ orō more, exercere memoriæ gratia, quid quo-
que die dixerim, audiuerim, egerim, commemoro vespe-
ri.** de Senect. 34. a

**Studet enim meus audire Cicero, quænam sit istius veteris,
quam commemoras, Academiæ de finibus bonorum, Pe-
ripateticorumque sententia.** 5. de Finib. 13. a

Omnis enim causæ, quas commemoras, iustissimæ sunt.
epist. 48. b

Critolaus, quem simul cum Diogene venisse commemoras.
de Orat. 123. b

Commemorant verò ipsius ciues nostri clientes Locri. 2. de
Legib. 13

Omnes de tua virtute commemorant. ad Q. frat. 297. b

De cuius virtute antea commemorauit. 4. Verr. 71. a. Id est,
mentionem feci.

**Non meliore fortuna ad probra nunc audienda Fonteius, q̄
illi, de quibus antea commemorauit, fuisset.** pro Fofitio, 25. a

**Tum & illa dixit Antiochus, quæ heri Catulus commemo-
rauit à patre suo dicta Philoni.** 4. Acad. 24. a

Metrodorus, de cuius memoria commemorauit Antonius.
de Orat. 149. b

Commemorare gratiam. post redit. in Sen. 20

Commemorare officia quæ contulimus in alterū. de Am. 62. a

Commemorare verbis. 7. Verr. 97. a

**Commemorandum est, & non necessarium, commemorare quæ apud
quosque visenda sunt.** in Verr. 231. b

Monimenta clementiæ commemorantur in regibus. pro
Deiot. 29. a

**Primum quod initio dixisti, videamus quale sit, similiter à
nobis de antiquis philosophis commemorari.** Acad. 18. b

**Nam quid hoc iniquius, aut indignius C. Aquili, dici aut
commemorari potest?** pro Quintio, 4. a

**Quæ est ista in commemoranda pecunia tua tam insolens
ostentatio?** Parad. 124. b

**Eò commemoranda iudicia, præclaræque existimationem
nostri ordinis.** 2. Verr. 26. a

**Huc accessit commemoranda quædam & diuina Cæsaris in
me fratremque meum liberalitas.** Lent. lib. 1. 45

**Nihil ex meis est temporibus, quod minus mea celebratio-
ne commemoratum sit.** pro Planc. 279. b

Commemoratio.

Antiquitatis commemoratio. in Orat. 66. a

Commemoratio alienorum malorum. Tuscul. q. lib. 3. 51

Commemoratio officiorum. 3. fam. 9

Commemoratio posteritatis. epist. 67. b

Commemoratio huius rei magnam mihi læticiam attulit.
epist. 67. b

Commemoratio sceleris intermissa. 2. Philip. 66

Me in scribendo commemoratio virtutis delectauit. Q. fr. 297. b

**Non cum vitæ tempore esse dimittendam commemoratio-
nem nominis nostri.** pro Arch. 21

Commemorationem facere. 13. fam. 52

**Absens non in obliuione iacuisset, sed in assidua commemo-
ratione omnibus omnium flagitiorū fuisset.** 3. Verr. 71. a

**Commemoratio multa multis in locis diutius manent,
quam natura stare potuerunt.** 1. de Leg. 1

**Visi sumus Senatum commemoratione tuæ voluntatis er-
ga illum ordinem commemorare.** ad Lent. lib. 1. 2. 2. a

Commemorabilis.

Vir commemorabili virtute præditus. pro Marc. 6

Commemorabilia multa possem proferre. 2. de Nat. d. 99

**Commendatio, Commendatitius, Commen-
datrix, Commendatus, Vide post Commendo.**
Commendo.

**Sed vereor, ne quia tibi complures præcipuè commendo, ex-
æquare videar ambitione quadam commendationes
meas.** epist. 218. b

**Commendo consilia mea æquis iudicibus defendenda ab
obrectatione inuidorum.** 10. fam. 18. in epist. Planci.

Commendo me tibi totum atque trado. 2. fam. 10

**Commendo tibi ea commendatione quæ potest esse diligen-
tissima.** 13. fam. 72

Commendo tibi eum penitus atque trado. 13. fam. 73

Tibi Glicona medicum Panfæ diligentissimè commendo.
ad Brut. 6. 2. a

**Tibi me, tibi meas omnes opes, fortunæque commendo, tibi
comitto existimatione, ac sepe reliquæ vitæ.** ad Q. fr. 299. b

**Comendo sic tibi, vt maiore cura, studio, sollicitudine animi
commendare non possim.** 9. fam. 12

Totum me tuo amori fideique commendo. Att. lib. 3. 61. 3. a

Eloquentiam vox maximè commendat. 1. de Orat. 131. a

**Idem Consul eum vestræ fidei commēdat, quem antea diis
immortalibus commendauit.** pro Mur. 124. b

**Cum meam salutem Senatus exteris nationibus commen-
dabat.** Parad. 36

**Pontificum authoritati, fidei, prudētia, sacra, religionēque
& priuatas & publicas, maiores commēdabāt.** de Ar. ref. 12. a

**Rutilii adolescentiam ad opinionem & innocentiam & iuris
scientiam, P. Mutii commendauit domus.** 2. Offic. 66. a

**Quorum vterque tibi testamento suos liberos commenda-
uit.** de Finib. lib. 3. 7

**Ligarianam, vt video, præclare authoritas tua commenda-
uit.** ad Att. 209. b

**Respublica ita te mihi commēdauit, vt chariorem habeam
neminem.** ad Att. 229. b

**Perge igitur, vt agis, nomēque tuum commenda immor-
talitati.** ad Plancum, lib. 10. 12. 13. a

**Quare Cicero mi, perseuera cōstanter nos cōseruare, & Sul-
pitii successori nos de meliore nota commenda. Curius
ad Ciceronem, lib. 7. 51**

**Petis à me vt te quam diligentissimè Bibulo commēdem. a
Vt se socios dignos existimetis, quorum salutem tali viro
commendetis.** pro Dom. sua, 6. b

**Cum eum præter tristitiam simulatam nulla res commen-
daret.** Postquam. 207. b

Intimè commendare aliquem. ad Q. frat. lib. 2. 5. a

Tutelæ aliquorum filios suos commendare. 1. de Orat. 116. a

Commendare alicui librum quempiam. 15. fam. 50

Memoria commendare. 3. de Finib. 62. a

Memoria viuorum & præsentium teste

Ita commēdare negotia, vt maiore negotio, magisve ex animo commendare non possit. Cornificio, lib. 12. 26. 2. a
Omnes opes, fortunāque suas alicui commendare. pro Quintio, 65. a
Quam diligentissimē commendare. Caninio, lib. 2. 16. 10. a. Sallustio, lib. 2. 16. 10. a
Fidei aliquorum commendare quem antea diis commendavit. pro Muren. 1. a
Commendare religiosē & sine ambitione. 13. fam. 33
Rem & famam suam commendare & credere alicui. pro Quintio, 42. a
Salutem alicuius alicui commendare. in Parad. 36
Immortalitati commendatur historia voce oratoris. 2. de Oratore, 20. a
Nulla re vna magis orator commendatur, quam verborum splendore & copia. de Clar. Orat. 113. a
Iudicio omnium cōmēdari ab aliquo. Cassius Cic. li. 12. 13. 4. a
Simul atque natum sit animal, ipsum sibi cōciliari & commendari ad conferuandum. de Finib. 93. b
Neque autem ego sum ita demens, vt me sempiternæ gloriæ per eum commendari velim, qui non ipse quoque in me commendando propriam ingenii gloriam consequatur. ad Luceium, lib. 5. 32
Satis me multa scripsisse, quæ literis commendari possint, arbitror. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 10. 4. a
Monumētis alicuius cupere res suas quam celerrimē commendari. Luceio, lib. 5. 12. 3. a
Qui cum se virtute, non genere Pop. Rom. commendari putaret. 7. Verr. 141. a
Paucos sibi dies commendandorum suorum causa postulauisset. Offic. 3. 59

Commendatus.

Harum rerum omnium decertatio Consulibus optimis & fortissimis commissa & commendata. 11. Philip. 305. a
Omne animal ipsum sibi commendatum, vt se & saluum in suo genere incolumēque vellet. 4. de Finib. 31. a
Omne vobis erga meam dignitatem studium & iudicium non modò commissum, verumetiam commendatum esse arbitrabantur. pro Domo suo, 110. a
Dignitatem alicuius commendatam habere. Cassius Ciceroni, lib. 12. 12. 5. a
Meam dignitatem commendatam habeas rogo. Plancus Ciceroni, lib. 10. 21. 15. a
Spem illam, quam in alio cōmendatam à viro continebat, victa auaritia sceleris Oppianici vendidit. pro Clu. 26. a
Commendatum aliqui à quopiam habere. 15. fam. 15
Commendati fidei & iustitiæ tuæ. 13. fam. 50
Dono aliquo deorum & munere commendati nobis poetæ videntur. pro Arch. 114. a
Cui fama mortui, fortunæ viui commendatæ sunt atque conceditæ. pro Rosc. Amer. 67. a
Nosmetipsos commendatos esse nobis. de Finib. lib. 4. 21
Habere aliquos cōmendatos. Trebonius Cic. lib. 12. 16. 12. a
Cōmendatos eos vobis habeatis. 10. fam. 18. in epist. Planci.

Commendatus.

Homo falsa opinione, errore hominum cōmēdatus. pro Sestio, 7. b
Alter erat opinione hominum, nobilitate ipsa blanda conciliatricula commendatus. pro Sest. 7. b
Vita Ser. Sulpitii multis erit præclaris monumentis ad omnem memoriam commendata. 9. Philip. 263. a
Commendatum sacro qui abstulerit, ei vt sacrilego pœna est. 2. de Leg. 40
Sacrum sacrōve cōmendatum qui clepserit, patricida esto. 2. de Legib. 24
Quis est enim nostrum, cui non illa ciuitas sit huius studio, cura, diligentia commendator: pro Corn. Balb. 34. a
Memoriæ hominum sempiternæ cōmēdatiores. 2. Phil. 53. a
Commendatissimus mihi. 13. fam. 21
De Domitio & Apuleio quid attinet scribere, quum ipsi per se tibi commendatissimi sint: ad Brut. 7. 2. a
Omnibus rebus commendatissimos aliquos habere ab aliquo. Cornificio, lib. 12. 57

Commendatio.

Commendatio ad aliquem. 2. Philip. 29
Ad gloriam commendatio prima est adolescenti. 2. Off. 64
Qui noster honos, quod obsequium, quæ etiam ad cæteros contempti cuiusdam hominis commendatio nostra defuit. ad Att. 121. b
Vide ne plus cōmendatio in vulgus, & hæc quæ expetit gloria, molestiæ habeat, quam voluptatis. 5. Tusc. 74
Magna est hominū opinio de te, magna cōmendatio liberalitatis, magna memoria Cōsulatus tui. ad Lentr. lib. 1. 7. 29. a
Commendatio mea, a cōmē. 13. fam. 97. & 98
Prima commendatio, quæ à natura nostri facta est, nobis incerta & obscura est. de Diuinat. a
Prima commendatio proficiscitur à modestia cum pietate in parentes, tum in suos benevolentia. 2. Offic. 65. a
Nam ista commendatio puerorum, & c. 2. de Finib. 138. a
Commendationis tuæ legitima accessio. 7. fam. 15
Quæ commendationis meæ pro tuo in nos amore non indigent. 10. ad Att. 25
Caput commendationis alicuius. Cornificio, lib. 12. 28. 7. a
Fundamentum perpetuæ commendationis & famæ est iustitia, sine qua nihil potest esse laudabile. Offic. 2. 105
Commendationis mirificum genus. 13. fam. 12
Hæc causa tantum cōmendationis habuit, & c. de Cl. 294. b
Ad petitionem aut ad commendationem honoris, ad Brutum, 15. in epist. Bruti.
Commendationem literis consignare. 13. fam. 11
Commendationem in euitis ætatis ab impietate & scelere ducere. pro Deiot. 1. a
Ingenii commendationem euertere. de Clar. Orat. 128. a
Commendationem apud aliquem habere. 15. fam. 37
Commendationem vestram implorare cœpit. 15. fam. 8
Omnibusque rebus eum ita tractes, vt intelligat nostram commendationem vulgarem non fuisse. 13. fam. 29
Commendationem renouabo. 7. fam. 33
Nec sentit amens commendationem esse compellationem suam. in Ant. 186. b
Et meus hic forensis labor vitæque ratio dimanauit ad estimationem hominum paulò latius commendatione, ac iudicio meorum. pro Cæl. 4. a
Gratiarum actione magis, quam commendatione egere. Cornificio, lib. 12. 25. 28. a
Obrepere ad honores errore hominum, commendatione fumosarum imaginum. in Pis. 1. a
Oculorum commendatione aliquid animis tradi. 2. de Oratore, 194. a
Epicurus autem quum in prima commendatione voluptatem dixisset, si, & c. 2. de Finib. 61. a
Et voluptatem illam Aristippi in prima commendatione poneret. 2. de Finib. 62. a. Id est, in primis laudaret.
Is magnos honores sine vlla commendatione maiorum est adeptus. de Clar. 173. b
Homo per se cognitus nulla cōmēdatione maiorum. 1. in Catil. 20. a
Qui continentur ea cōmēdatione naturæ. de Fin. lib. 5. 30
Valere communi sensu omnium, & dulcissima commendatione naturæ. pro Planc. 26. a
À prima commendatione naturæ rationem ducere. 5. de Finib. 82. a
Hunc librum, si minus nostra commendatione, tuo tamen nomine diuulgari necesse est. de Orat. 207. b
Aliquis infimo loco natus, nulla commendatione famæ. pro Flac. 251. b
Oratio probitatis commendatione, boni viri speciem debet tueri. 2. de Orat. 117. a
Ex hac animorum affectione testamenta, cōmēdationēque morientium natæ sunt. de Finib. lib. 3. 52
Commendationes meas tam diligenter obserues. 13. fam. 46

Commendatrix.

Commendatricem virtutū legem esse oportet. 1. de Leg. 44

Commendatitius.

Et si statueram nullas ad te literas mittere, nisi commendatitias. 5. fam. 11. & 13. 46

Quod vbi intellexi, multum apud illum recentes nuntios, multum tabulas non commendatitias, sed tributarias valuisse. 6. Verr. 130. a
Commentariolum, Commentarium, Commentarii, Commentatio, Commentitius, Commentor, Vide Commisfor.

Commeo.

Ab ortu ad occasum commeat sol. 2. de Nat. d. 70. a
Crebro enim eius literæ ab aliis ad nos cōmeant. At. lib. 8. 23
Retro vicissim eadem commeant. 3. de Nat. d. 21
Insula Delos, quod omnes vndique cū mercibus, atque oneribus commeabant, referta diuitiis, parua sine muro nihil timebat. pro Leg. Manil. 38. a
Te illam nauem parare, quæ prædam ex Sicilia deportaret, & quæ ad ea furta, quæ reliquisses, cōmearet? 7. Verr. 37. a
Quæ haberet palam decretū semper aliquem, cuius commearent. pro Cæl. 30. a

Commeans.

Intentus & cōmeans animus per naturam rerum omnem. de Nat. d. 1. 21
Commeantibus naturis his sursum deorsum, vtrò citroque. 2. de Nat. d. 61

Commeatus.

Vt ille, qui ad diem commeatus non venit, quod eum aquæ interclusissent. ad Heren. 5. b
Commeatum auferre. in Verr. 248. b
Ille à commeatu & reliquis copiis intercludendus. Attico, lib. 7. 128. 9. a
De cōmeatu, de insidiis faciendis atque vitandis. de Or. 102. b
In commeatu remanere. 7. in Ver. 87
Te igitur auctore & interprete, ne foro quidem & cōmeatu Mamertini Populum Rom. iuuare debuerit. 7. Verr. 42. a
Commeatu & priuato & publico prohibeamur. pro Lege Manil. 37. a

Commercium.

Nam commercium in eo agro Panormitanis est. 5. Verr. 77
Cui ne commercium quidem esse oportet. 4. Verr. 86. a
Locum esse commercio. Brutus Cic. in epist. ad Brut. 68. a
Nec habet vllum cū virtute cōmerciū voluptas. de Sen. 38. a

Commerco.

Interrogabatur reus, quam quali estimationem commeauisset se maximè confiteretur. 1. de Orat. 119. a

Commeritus.

Non castigabo pro commerita noxia. de Inuent. 12. & 59. b

Commetior.

Non commetiuntur numero inter se homines sydera. de Vniuers. 41
Nam sæpe oportet commetiri cum tempore negotium, & videre, potueritne aut magnitudo negotii, aut multitudo rerum in eo transigi tempore. 1. de Inuent. 59. a

Commigro.

Sed, vt spero, paucis mensibus post Calend. Quintiles in tuam commigrabis. ad Q. frat. lib. 2. 12

Commilito.

Hic verò adolescens, qui meus in Cilicia miles, in Græcia commilito fuit. pro Deiot. 19. a

Commisfor.

Ille enim occurrentia nescio quæ commiscebatur. 4. de Finib. 71. a

Epicurus monogrammos deos commētus est. de Nat. 37. b
Confinigi & commisfori aliquid. ad Heren. 8. b
Quædam etiā Possidonius cōmisfori videtur. de Fat. 141. b
Nec me hoc, vel potius Africanum (is enim loquitur) commentum putes. ad Att. 86. b

Commentum.

Opiniorum commenta delet dies, naturæ iudicia confirmat. de Nat. d. 2. 4

Idem sua & commenta, & scripta, & nullo referente, omnia aduersariorum dicta meminerat. de Clar. 193. b

Commentitius.

Ficta & commentitia fabula. 3. Offic. 50. a
Hic etiam miramur, si illam commentitiam pyxidem ob-

scenissima sit fabula consecuta. pro Cæl. 55. a
Attulit rem commentitiam. de Finib. 1. 14
Crimen commentitium confirmare. pro Rosc. Amer. 24. a
Parmenides commentitium quiddam coronæ similitudine efficit. de Nat. d. 7. b
Vt si in illa commentitia Platonis ciuitate res ageretur. 1. de Orat. 117
Commentitii & ficti dii. 2. de Nat. d. 52
Commentitiæ futilesque sententiæ. de Nat. d. 1. 14
Noua & commentitia nomina. 5. de Finib. 155. a
Commentitiarum fabularum rationem reddere. 3. de Nat. deor. 44
Néve fueris commentitiis rebus assensus. 4. Acad. 226. a
De commentitiis rebus inaudita ac noua, quæ aliquis obicit, diluere. pro Rosc. Amer. 50. a

Commentor.

Commentor mecum, vt ista improbem. 4. ad Att. 22. Id est, rationem quero qua improbare possim.
Commentor declamans quotidie. de Clar. 194. b
Magister hic Samnitum summa iam senectute est, & quotidie commentatur. de Orat. 150. b
Futuras mecum commentabar miseras. Tusc. q. lib. 3. 26. & 49. dictum Thesei apud Euripidem.
Quorum alter commentatus est Mimos, alter egit Tragediam. 11. Philip. 298. a
Hortensius tanta memoria fuit, vt quæ secum commentatus esset, ea sine scripto verbis eisdem redderet. de Cl. 193. b
Ad quem paratus venerat, cum in villa Metelli complures dies commentatus esset. 12. fam. 4. pro, meditato.

Vt antè commentemur inter nos, qua ratione nobis tradendum sit hoc tempus. 4. fam. 23

Quæ mihi iste visus est ex alia oratione declamare, quam in alium reum commentaretur. pro Rosc. Amer. 50. a

Cupiunt commentari aliquid & discere. 5. Verr. 76. a

Multos annos aliquid commentari. Mario, lib. 7. 5

Agere causam & commentari. de Clar. Orat. 44. a

Cum literatis, omnibus exclusis, commentari. de Clar. Oratoribus, 44. a

Commentari & meditari de aliqua re. 3. Philip. 149. a

Plures dies in villa commentari. Cassio, lib. 12. 2. 5. a

Quæ meas commentari non defino. Att. lib. 9. 180. 2

Quum in hortos D. Bruti Augusti commentandi causa, vt affolet, venissemus. de Amic. 7. a

Commentandi causa, atque inter se colloquendi congregantur in templo Magi. 1. de Diuin. 149. a

Sin autem aliquid sperare volueras, cogitaras id, quod illa trophæa plena dedecoris & risus te commentatum esse declarant. in Pis. 100. b

Vsq; illum commentatum in quadam testudine cum seruis literatis fuisse. de Clar. 172. b

Commentatus.

Satisne vobis videor pro meo iure in vestris auribus commentatus? 5. de Finib. 130. a

Isque diu, & multis lucubrationibus commentata oratione: vide vt probare possit te non peccasse. ad Tir. lib. 16. 26. 1. a

Vt sua & commentata, & scripta, & nullo referente, omnia aduersariorum dicta meminisset. in Brut. 16. a

Commentatio.

Causarum commentatio. Pato, lib. 9. 20. 4. a
Inclusa commentatio in veritatis lucem proferenda est. 1. de Oratore, 76. a

Tota enim philosophorum vita, vt ait idem, commentatio mortis est. 1. Tusc. 61

Meditatio conditionis humanæ, & c. commentatioque parendi. 3. Tusc. 60. a

Nam si subitam & fortuitam orationem commentatio & cogitatio facile vincit, hanc ipsam profecto assidua ac diligens scriptura superabit. 1. de Orat. 71. a

Commētatio quæ potuit esse in iustis & in vino. 12. fam. 4

Propterea quod hæc plurimæ commentationis & exercitationis indigeat. de Finib. lib. 3. 40

Nam omnem nostram de Rep. curam, cogitationem de dicenda in Senatu sententia, commentationem causarum

y. ii.

abieciimus. ad Prætorum, lib. 9. 20. 4. a
De exercitatione & consuetudine & commentatione dixi, apage sis, nunc de ratione videamus. Tusc. 18. 4. b
Multa commentatione atque meditatione paratos atque expeditos locos habere. 2. de Orat. 65. a
Subita ad propositas causas exercitationes, & accuratæ & meditatæ commentationes, multi sudoris sunt. de Or. 107. b
In exercitationibus & commentationibus multum operæ ponere. de Clar. Orat. 54. a
Quotidianis commentationibus se exercere. de Claris Oratoribus, 134. a

Commentarium.

Commentarium Cæsaris. Att. lib. 14. 310. 2. a. pro, Actorum proscriptio.
Commentarium Consulatus mei Græcè compositum misi ad te, &c. Att. lib. 1. 14. 13. a
Commentarium paulò plenius. de Clar. Orat. 85. a
Comentarium rerum vrbanaum primum dedi L. Castrinio Præto, secundum ei qui has literas tibi reddet. 8. fam. 5
Illa quæ in commentarium meum retuli. de Orat. 102. b
Manu sua referre in commentarium aliquid. Att. lib. 7. 17
In eo est disputatio scripta Carneadis, quam se ait in commentarium retulisse. 3. Tusc. 91. a. 1. de Orat. 104. a
Recitare commentarium. 7. Verr. 44. a
Audite decretum Mercenarii Prætoris ex ipsius commentario. 7. Verr. 43. a
Ex commentario dictaturam gerebat, leges imponebat, &c. Augusto, 6. a
M. Antonius ciuitates donabat ex comentario. ad Oct. 42. b
Quam quisque sententiam dixerit, in commentario est rerum vrbanaum: è quo tu, quæ digna sunt, selige. Cælius Ciceroni, lib. 8. 35
Superare memoriam aliquorum commentario. pro Syl. 34. a

Commentarii.

Commentarii Cæsaris quales. Brut. 142
Commentarii falsi Cæsaris. 14. ad Att. 21
Pontificum commentarii. de Clar. Orat. 27. a
Si enim suscipis causam, conficiam commentarios rerum omnium. ad Luceium, lib. 5. 12. 35. a
Lege commentarios Aristotelicos. 3. de Finib. 15. a
Scribere commentarios rerum suarum. de Clar. Orat. 142. a
Ex annalium monumentis, atque ex regum commentariis conquirere aliquid. pro Rab. perduel. reo, 10. a
Commentariis publicis consignare. 2. de Orat. 123
Ex commentariis quærere aliquid. pro Syl. 32. a
In comentariis antiquis inuenire aliquid. de Clar. Orat. 36. a
In commentariis alicuius reperire aliquid. 1. Philip. 12. a
In commentariis breuiter tangere locum aliquem. 3. lib. Officiorum, 11. a

Commentariolum.

Volo enim hoc commentariolum petitionis haberi omniratione perfectum. de Petit. 214. b
Quæ quidem res effecit, ne necesse sit iisdem de rebus semper quasi dictata decantare, neque à commentariolis suis discedere. 4. de Finib. 17. a
Quæ pueris nobis ex commentariolis nostris inchoata ac rudia exciderunt. de Orat. 85. b
An in commentariolis & chirographis & libellis se vno auctore prolatis, ac ne prolatis quidem, sed tantummodo dictis, acta Cæsaris firma erunt. 1. Philip. 12. a

Comminatio.

Orationis autem ipsius tanquam armorum est, vel ad vsum comminatio, & quasi petitio, vel ad venustatem ipsa tractatio. 3. de Orat. 114. a

Comminuo.

Viriatus, quem C. Lælius Prætor fregit & comminuit. Officiorum, 2. 57
Nullum est officium tantum atque solenne, quod non avaritia comminuere atque violare soleat. pro Quintio, 13
Illi autem statuam istius persimilem, &c. deturbant, affligunt, comminuunt, dissipant. in Pis. 74. a

Comminutus.

Is nescio quo pacto, dum armis exercetur, annulus aureus,

quem habebat, fractus est & comminutus. in Verr. 112. b
Comminuti sumus re familiari. 4. ad Att. 17
Comminutæ opes & depressæ. 7. Verr. 77. a

Commisceo.

 Amplissimum fructum consequi. *pro Lege Manil. 1. a*
 Omnem gloriam omni cura & industria consequi. *Lentul. lib. 1. 7. 28. a*
 Consequi gloriam fortitudinis insidiis & malitia. *Off. 1. 89*
 Consequi immortalitatem. *de Nat. d. 1. 30*
 Consequi laudes alicuius. *5. Philip. 189*
 Magnitudinem, multitudinèque beneficiorum alicuius enumerare aut consequi non posse. *post redit. 3*
 Maiores consequi non posse. *de Clar. Orat. 121. a*
 Non est nobis committendum, vt ad has XIIII cohortes, quas dubio animo habeo, hostis accedere, aut in itinere me consequi possit. *Att. lib. 8. 161. 4. a*
 Statui, neminem sapientiæ laudè & eloquentiæ sine summo studio & labore & doctrina consequi posse. *2. de Oratore, 197. a. 1. de Finib. 55. a*
 Nullo modo possum omnia istius facta aut memoria consequi, aut oratione complecti. *6. Verr. 50. a*
 Verborum propè numerum sententiarum numero consequi. *de Orat. 113. b*
 Nec dubitat quin ego à te nutu hoc consequi possem. *Mémio, lib. 13. 87*
 Consequi opes quàm maximas. *Offic. 1. 93*
 Gratia non modò referenda, sed ne cogitanda quidem, nullam partem tuorum meritorum consequi possum. *Lentulo, lib. 1. 8. 13. a*
 Consequi plurimum gratiæ. *Offic. 2. 99*
 Si minus imitatione tantam ingenii præstantiam consequi possumus. *Offic. 12. b*
 Præstantiam virtutis, ingenii, fortunæ consequi. *de Amicitia, 61. a*
 Certè & siquid etiam dicendo consequi possum, iis ostendam potissimum, &c. *pro Leg. Manil. 1. a*
 Erga se studium alicuius, alterius commendatione consequi. *Bruto, lib. 13. 13. 5. a*
 Extrà verò quanta & qualia sint, verbis consequi non possunt. *Cæsari iuniori, a*
 Gloriosam victoriam ex Reip. causa consequi. *pro Cæli. 13. a*
 Voluptates consequi. *1. de Finib. 51. a*
 Etsi tibi omnia suppetunt, quæ consequi aut vsu homines aut diligentia possunt: tamen, &c. *de Pet. Conf. 1*
 Consequi videtur vt doceamus, &c. *ad Heren. lib. 2. 60. a*
 Quis enim vnquam aut obeundi negotii, aut consequendi quæstus studio, tam breui tēpore, &c. *pro Leg. Man. 1. 4. a*
 Consecuta luna solem lustrato suo cursu. *de Vniuers. 41*
 Tum latus ei condoluisset, sudoremque multum consecutum esse audiebam. *de Clar. 170. b*

Consequutum esse me non profiteor, sequutum esse præ me fero. *de Nat. d. 1. 9*
 Scientiam consequutum esse. *pro Domo sua, 90. a*
 Quod ad popularem rationem attinet, hoc videmur esse consequuti, vt nequid agi cum populo, aut saluis auspiciis, aut saluis legibus, aut denique sine vi possit. *ad Lentulum, lib. 1. 2. 11. a. ad Brut. lib. 13. 13. 4. a*
 Consecutæ res aliquot auxerunt suspicionem. *12. famil. 35. in epist. Lentuli.*
 Atque ita quidem prima statim scribit Aristoteles consecuta. *de Diuin. 91. b. Id est, Aristoteles scribit prima statim euenisse.*
 Doleo eiusmodi tempora post tuam perfectionem consecuta esse. *epist. 4. b*
 Proximo, altero, tertio, denique reliquis consequutis diebus. *1. Philip. 23. a*
Consequens.
 Hoc probato cōsequens est, beatam vitam virtute esse contentam. *5. Tusc. 29. a*
 Vt in simplicibus verbis, quod non est Latinum: sic in coniunctis, quod non est consequens, vituperandum est. *in Partit. 11. a*
 (Chryssippus) quem Diogenes Babylonius cōsequens in eo libro, qui inscribitur de Minerua, partū Iouis, &c. disiungit à fabula. *1. de Nat. 31*
 Vt efficiatur quod sit cōsequens iis, quæ sumuntur. *Or. 208. b*
 Perspicere quid in quaque re verum sincerumque sit, quid consentaneum cuique, quid consequens. *Offic. 36. b*
 Quod cuique consequens sit, quodque contrariū. *Or. 207. b*
 Cum consequens aliquid falsum est, illud, cuius id consequens est, non potest esse verum. *de Finib. lib. 4. 56*
 Spe eriguntur cōsequenti ac posterio tēporis. *1. de Fin. 102. a*
 Connexum sit principium consequenti orationi. *2. de Oratore, 177. a*
 Certè & considerare sibi debet, & suæ vitæ & actæ & consequenti. *3. de Finib. 46. a*
 Id quod concludere velis, non effici ex propositis, nec esse consequens. *Orat. 128. b*
 Quoniam scriptum est à te de optimo Reipub. statu, consequens esse videtur, vt scribas tu idem de legibus. *1. de Legibus, 21. a*
 In consequenti tempore quid spectandum. *2. ad Heren. 39*
 Sed memoriam illius viri excipiet omnes anni consequentes. *de Senect. 17. a*
 His omnibus, quos dixi, consequentes sunt fines bonorum, Aristippo simplex voluptas. *de Finib. 72. b*
 Consequentium locus ab adiunctis quid differat. *Top. 26*
 Consequentium locus dialecticorum proprius. *Ibidem.*
 Rerum consequentium significationem querere. *2. de Diuinat. 65. a*
 Contrariorum contraria sunt consequentia. *5. Tusc. 75. a*
 Quum certè superiora firma ac vera sint, his autem ea consentanea & consequentia, ne de eorum quidem est veritate dubitandum. *3. de Finib. 100. a*
 Consequentia & repugnantia vident philosophi acuti. *2. de Diuin. 222. a*
 Declarantibus consequentia signis, futura præsentit homo. *1. de Diuin. 206. a*
 Videamus nūc quàm sint præclara illa iis, quæ nunc posui, consequentia. *de Finib. 95. b*
 Quæ quibus propositis sint, quæque non sint consequentia. *de Clar. 178. b*
 Homo autem, quoniam rationis est particeps, consequentia cernit, &c. *1. Offic. 19. a*
 Cernere consequentia, repugnantia videre. *Orat. 198. b*
 Reprehendere consequentia, quum prima concesseris, placere non solet. *5. Tusc. 36. a*
 His propositis, tenuit prorsus consequentia. *de Finib. 112. b*
 A consequentibus argumentum. *Top. 9. in Partit. 4. a*
 Si verba extrema cum consequentibus primis iungentis. *de Orat. 138. b*
Consequens, nomen.
 Quum consequens aliquid falsum sit, illud cuius id con-

sequens sit, non posse esse verum. *4. de Finib. 111. a*
Consequentia.

Qui cursum rerum euentorumque consequentiam diuturnitate pertractata notauerunt, &c. *1. de Diuin. 208. a*
 Per cōsequentia significatio fit, quum, &c. *ad Her. lib. 4. 239*
Consecor.
 Sisenna puerile quiddam consecratur in historia. *de Leg. 1. 6*
 Vitium quod nonnulli de industria cōsecratur. *de Or. 146. b*
 Legunt omnes, &c. aut non studiosissimè consecrantur. *Tusc. q. lib. 2. 6*
 Alexander beneuolentiam Macedonum largitione consecratur. *2. Offic. 76*
 Cicero genus disputandi Socratis cōsecratus est. *Tusc. 230. b*
 Tradetque se totum Reip. neque opes aut potentiam consecratur. *1. Officiorum, 122. a. Id est, non studebit opibus quærendis.*
 Ac ne plura, quæ sunt penè innumerabilia, consecræ, comprehendam breui. *1. de Orat. 18. a*
 Consecrari aliquem. *8. fam. 37. in epist. Cælii.*
 Consecrari aliquem clamoribus & conuitiis & sibilis. *ad Atticum, 33. b*
 Consecrari aliquid pueriliter. *Acad. q. ed. 1. lib. 2. 51*
 Ne existimes, eos, qui non debita consecrari soleant, quod debetur, remissuros. *Att. lib. 13. 30*
 Dolorem amare, consecrari, adipisci velle (aspernari, odisse, fugere. *lib. 1. de Finib. 25*
 Consecrari eminentem effigiem virtutis. *Tusc. q. lib. 3. 3*
 Hostes consecrari & conficere. *2. de Inuent. 204. a*
 Consecrari adumbratam imaginem gloriæ. *Tusc. q. lib. 3. 3*
 Consecrari opes, potentiam. *Offic. 1. 121*
 Consecrari riuiolos. *Acad. q. ed. 2. lib. 1. 6*
 Tardi ingenii est riuiolos consecrari, fontes rerum non videre. *de Orat. 119. b*
 Consecrari vbertatem orationis. *de Finib. lib. 3. 15*
 Tam verè verba consecrati, quàm rem. *pro Cecin. 40. a*
 Vitiosa consecrari imitando. *2. de Orat. 51. a*
 Leuitatis est, inanem aucupari rumorem, & omnes vimbras etiam falsæ gloriæ consecrari. *in Pis. 91. b*
 Consecrari voluptates. *de Finib. lib. 5. 53*
 In Panathenaico Socrates ea se cōsecratum fatetur. *Or. 20. b*
Consecratio.
 In huius concinnitatis consecratione Gorgiam fuisse principem accepimus. *in Orat. 94. a*
Consecratrix.
 Est enim temperantia libidinum inimica, libidines autem consecratrices voluptatis. *3. Offic. 162*
Consecrarius.
 Illud verò minimè consecrarium, sed in primis hebes, &c. *4. de Finib. 82. a*
 Sed consecraria me Stoicorum breuia & acuta delectant. *de Finib. lib. 3. 22*
 Nunc venio ad illa tua breuia, quæ consecraria esse debebas: & primū illud, quo nihil potest esse breuius. *4. de Fin. 40*
Consecutio.
 Consecutio est, cum queritur, quæ signa nocentis & innocentis consequi soleant. *2. ad Heren. 39*
 Consecutio tractatur, cum quid quanque rem sequatur, inquiritur: vt illud, sitne aliquando mentiri boni viri. *de Orat. 133. b*
 Cognitionis tres modi, cōiectura, definitio, & vt ita dicam, consecutio. *de Orat. 133. b*
 Numeri sunt quidam in coniunctione seruandi, consecutioque verborum. *in Partit. 11*
 Vt enim, quum cibo & potione fames, sitisque depulsa est, ipsa detractio molestiæ consecutionem affert voluptatis: sic in omni re, doloris amotio, successionem efficit voluptatis. *1. de Finib. 58. a*
 Simplex conclusio ex necessaria consecutione conficitur. *1. de Inuent. 59. & 2. 149*
Consero.
 Indus verò, qui est omnium fluminū maximus, non aqua solum agros lætificat & nstigit, sed eos etiam conserit. *2. de Natura deorum, 197. a. u*

Consilium quietum & cogitatum. *Offic.* 1. 115
 Sapiens enim est consilium, multisque aliis dicendi relin-
 quendi locus. 2. *de Orat.* 2
 Magnum pondus accessit ad tollendam dubitationem, iu-
 dicitium & consilium tuum. *Appio*, lib. 11. 51
 Si autem, posteaquam cibum cepisti, videris tibi me posse
 consequi, tuum consilium est. *ad Tironem*, lib. 16. 3
 Cognoui quæ tua voluntas, quod tuum consilium esset de
Repub. *epist.* 149. & *de Cl.* 196. b
 Consilium periculo vacuum. 10. *ad Att.* 22
 Varium consilium, quæritor grauis. 3. *ad Q. frat.* 21. pro iu-
 dicibus.
 Vestrum iam consilium est, non solum meum, quid sit vo-
 bis faciendum. *Terentia*, lib. 14. 20
 Consilii communicatio. 5. *famil.* 72
 Cupiditas consilii gubernatione regitur. *de Inuent.* 82. b
 Consilii capiendi deliberatio triplex. *Offic.* 1. 15
 Consilii mei diffusor. *ad Brut.* 35
 Consilii publici sit dominus *Senatus*. 3. *de Legib.* 26
 Consilii euentus magis quæ consilium reprehendatur. 6. *fa.* 12
 Nullius consilii exitum inuenimus. 10. *ad Attic.* 45. quod a-
 libi dicitur, Explicare nihil possumus vel expedire.
 Gubernatio consilii. 2. *de Inuent.* 243. 2
 Metuo, ne id consilii ceperimus, quod non facile explicare
 possimus. *Terentia*, lib. 14. 12. 1. a
 Video esse magni consilii atque artis, &c. *de Pet. Conf.* 35
 Sed quid ætati credendum sit, quid nomini, quid hæreditati,
 magni consilii est. *Att.* lib. 15. 327. 9. a
 Maioris est omnino consilii, prouidere, ne quid tale accidat.
 11. *Philip.* 294. Id est, prudentiæ.
 Nihil enim mihi adhuc accidit quod maioris consilii esset.
Att. lib. 10. 192. 6. a
 Quod si est erratum v. c. spe falsa atque fallaci, redeamus in
 viam: optimus est portus pœnitenti, mutatio consilii. 12.
Philip. 322
 Consilii mutationem, inconstantiam non esse. 16. *ad Att.* 21
 Est nostri consilii, in posterum quam longissimè prouidere.
 7. *Philip.* 229. a
 Consilii tui participes habeas. 11. *fa.* 3. in *ep.* *M. Bruti & Cassii*.
 Nunquam vidi (inquis) animam rationis consiliique parti-
 cipem in vlla alia, nisi in humana figura. *de Nat. deor.* 1. 61
 Consilii princeps. 15. *famil.* 40
 Quid enim illi afferre consilii possum, cum ipse egeam con-
 silio? *ad Att.* 238. b
 Quid consilii datis? *Acad. q.* ed. 1. lib. 2. 128
 Quid tui consilii est? 11. *famil.* 1. in *epist.* *D. Bruti*. Id est, quid
 nobis consulis?
 Consilii res est. 7. *ad Att.* 37. Id est, deliberationem res habet.
 Ego qui in te satis consilii statuebam esse, malui *Peduceum*
 tibi consilium per literas, quam me, dare. *ad Att.* 3. b
 De consilii sententia decreuerunt *Consules*. 16. *ad Att.* 48
 Causam agnoscit, & de consilii sententia pronuntiat. in
Verrem, 246. b
 Ait se de consilii sententia rem ad *Senatum* reiecit. *ad Att.*
 lib. 2. 31. 7. a
 Consilii socius. 11. *ad Att.* 35
 Consilii amantissimi temeritas. 7. *ad Att.* 36
 Quid efficere possis tui consilii est. *epist.* 31. b
 Aliquid loci, rationi & consilio dare. *pro Quint.* 31. a
 Consilium ædificandi abiecerat. 5. *ad Att.* 21
 Si *Catilina* sententiam permutauerit, & consilium belli fa-
 ciendi abiecerit. in *Catil.* 107. b
 Consilium meum accommodabo ad tuum. 9. *famil.* 13
 Ad id consilium adduxit. 15. *fam.* 41
 Aduocare consilium vel concionem. in *Verr.* 224. b
 Si apud hoc consilium ex opibus, nõ ex veritate causa pen-
 detur. *pro Quint.* 1. b
 Capit consilium de amicorum & propinquorum sententia
 non adesse ad iudicium. 4. *Verr.* 28. a. *ad Att.* 40. b
 Nec alia causa professionis mihi vlla fuit tum, quum con-
 silium cepi legari ab *Cæsare*. *ad Att.* lib. 14. 309. 2. a
 Subito cepi consilium, vt exirem. *ad Att.* 108. b
 Principes consilium hoc ceperunt, nomen *Tarquini*orum

memoriamque regni esse tollendam. *Offic.* 60. b
 Consilium ex re & ex tempore capiemus, sed vtetur tuo. 9.
ad Atticum, 6
 Consilium domesticum capere. 16. *ad Att.* 22
 Sed eò si veneris, de toto itinere ac fuga mea consilium ca-
 pere potero. *ad Att.* 40. b
 Capere consilium ex re & ex tempore. *ad Att.* 136. b
 Leuatur enim cura, cum aut consistit consilium, aut cogi-
 tando nihil explicatur. *ad Att.* 124. b
 Qui consilium dat, quid debet præstare præter fidem? 16. *ad*
Att. 19. 20. 2. *famil.* 13
 Quare vt de maxima re deliberanti, ita mihi des consilium
 velim. *ad Att.* 121. b
 Quod verissimum nobis videbitur, de eo quod ad nos scri-
 pisti, tibi consilium dabimus: quod si non fuerit prudens,
 at certè ab optima fide & optimo animo proficiscetur. *ad*
Atticum, 142. b
 Consideratius consilium dare. *ad Att.* 136. b
 Consilium fidele deliberanti dare. *Offic.* 1. 72
 Minus fidele consilium alicui dare. *pro Cluent.* 68. a
 Dimittere consilium. *de Legib.* 192. & *de Orat.* 95. b
 Ibi enim *Pompeium* ad eam diem, quam tu scripsisti, expe-
 ctare consilium est. *Att.* lib. 5. 92. 2. a
 Nunc ego tibi meum consilium exponam. *epist.* 33. b
 Exponam vobis breuiter consilium professionis & reuer-
 sionis meæ. in *Ant.* 153. b
 Quod meum consilium exquiris, id est tale, vt capere faci-
 lius ipse possim, quam alteri dare. *Sulpitio*, lib. 4. 2. 3. a
 Consilium proprium extorsisset mihi fortuna. 10. *famil.* 78.
 in *epist.* *Lepidi*.
 Consilium frangere. 4. *famil.* 13
 Ipse *Romam* venirem, vt vnà essemus, si satis consilium qua-
 dam de re haberemus. *Att.* lib. 12. 260. 2. a
 Consilium plebis habere. 2. *de Inuent.* 157
 In consilium cogitationum suarum desperationem adhi-
 bere. 6. *famil.* 2
 Qui ex ciuitate in *Senatum* propter dignitatem, ex *Senatu*
 in hoc consilium delecti estis propter securitatem. *pro*
Rosc. Amer. 5. a
 Tibi instat *Hortensius* vt eas in consilium. *pro Quint.* 18. a
 In consilium ire de aliquo. 7. *famil.* 44. & 13. *ad Att.* 63
 Cur eum, cum in consilium iretur, abesse patiebantur? cum
 in consilium mittebant, *Stalenum* iudicem non require-
 bant: *pro Cluent.* 35. b
 Tum in consilium pastorum se recepit. *Offic.* 3. 49. Id est,
 congregationem.
 Probi hominis est, veniendumne sit in consilium *Tyranni*,
 si is aliqua de re bona deliberaturus sit. *Att.* lib. 10. 192. 5. a
 Scito labare meum consilium illud, quod satis iam fixum
 videbatur. *Att.* lib. 8. 166. 4. a
 Consilium mutare, & in sententia permanere, contraria. 2.
famil. 31
 Constat inter omnes post hæc constituta iudicia, quibus
 nunc vtimur, nullum hoc splendore atque hac dignitate
 consilium fuisse. 2. *Verr.* 30. a
 Actis his rebus literæ à te mihi sunt redditæ, quibus à me
 consilium petis, quid sim tibi author, in *Siciliæ* subdi-
 das, an, &c. *epist.* 86. b
 Is à te consilium *P. Sestii* accusandi petiit. *pro Sena.* 29. b
 Consilium veritatis petere, ab animis consuetudine imbutis.
de Nat. deor. 1. 58
 Quodcunque tu consilium præcepisses, id nobis persequen-
 dum putaremus. 8. *ad Att.* 30
 Consilium præstare. 3. *de Orat.* 74
 Eaque, quæ de ea scripta est authoritas, tantam habet vim,
 vt magis iratorum hominum studium, quam constantis
Senatus consilium esse videatur. *epist.* 7. b
 Recordare consilium nostrum, quod fuerit professionis
 tuæ: non enim comoda quædam sequebamur, parua ac
 mediocria. *Q. frat.* 37. b
 Consilium reprehendo, animum laudo. 9. *ad Att.* 30
 Consilium suscipere. 6. *famil.* 57
 Nec mihi tantum sumo, vt meum consilium valere debuerit,

secutus sum tuum. *ad Atticum*, 127. b
 Consilio, autoritate, armis denique me texit suis. 3. *fam.* 43
 Explicauit, inquit, sententiam meam, & eo quidem consilio,
 tuum iudicium vt cognoscerem. 1. *de Finib.* 109. a
 A consilio publico spem pacis excludere. *de Cl. Orat.* 184. a
 Dimisso atque ablegato consilio. in *Catil.* 39. a. 4. *Verr.* 52. a
 Consilio & prudentia adiuuare aliquem. *Offic.* 1. 173
 Homines ratione, bono consilio à diis immortalibus datam,
 in fraudem conuertunt. *de Nat. d.* 75. b
 Consilio capto suscipitur facinus. 3. *de Nat. d.* 51
 Consilium vnus cum alterius consilio coniungere. *Sulpi-*
tio, lib. 4. 2. 9. a
 Quæ puer literas patris aperire solet, idque de meo consilio.
ad Att. 93. b
 Cæsar nihil facturum nisi de meo consilio. *ad Att.* 215. b
 Tu quanquam consilio non egesset, vel abundas potius, ta-
 men hoc animo esse debes, vt nihil huc reicias, nec in re-
 bus tam subitis, tamque angustis, à *Senatu* consilium pen-
 tendum putes. 10. *famil.* 33
 Initio scripsi totius facti tui iudicium, non tam ex consilio
 tuo, quæ ex euentu homines esse facturos. *Lætulo*, lib. 1. 7. 19. a
 Consilio eius nihil expeditur. 10. *ad Att.* 48
 Id nos eo consilio fecisse. *de Petit. Conf.* 3
 Ope, consilioque tuo furtum factum est. *de Nat. d.* 75. b
 Quis esset qui me in *Consulatu* nõ casu potius existimaret,
 quam consilio fortem fuisse? *Metello*, lib. 5. 2. 22. a
 Cuius fortunæ, quantum humano consilio effici poterit,
 motum ratione quadam gubernabimus. *ad Att.* 121. b
 Semper iudicauit in te & in capiendo consilio prudentiam
 summam esse, & in dando fidem. 11. *famil.* 51
 Huus est in dando consilio de maximis rebus cum digni-
 tate explicata sententia. *de Orat.* 111. b
 Cato semper in proposito susceptoque consilio permansit.
Offic. 32. b
 In consilio prudens iam mihi defuisse. 10. *fa.* 35. in *ep.* *Planci*.
 Nunc me iuuat in *Attice* consilio. 13. *ad Att.* 52
 Ego verò metuo, si hoc tempore consilio lapsi erimus, &c.
 7. *Philip.* 229. a
 Nihil consilio, nihil ratione, nihil ordine. 15. *ad Att.* 22
 Consilio publico orbis terræ. 3. *famil.* 25. Id est, *Senatu*.
 Consilio pugnare non satis est. 9. *famil.* 35
 Quæ quanto consilio gerantur, nullo consilio assequi pos-
 sumus. 2. *de Nat. deor.* 71
 Nihil est quod ratione & numero moueri possit sine con-
 silio: in quo nihil est temerarium, &c. *de Nat. deor.* 2. 31
 Quam item sine consilio res ster. 7. *ad Att.* 43
 Sententia sine consilio, damnatio sine defensione. in *Ver-*
rem, 224. b
 Consilio quidem suo maximè, sed etiã me auctore. 13. *fa.* 30
 In secundissimis rebus maximè vtendum est consilio ami-
 corum. *Offic.* 1. 127
 Consilia acerrima & incertissima, opponuntur. 15. *ad Att.* 15.
 in *epist.* *Hircii*.
 Consilia aliorum te auferant. 2. *famil.* 12. Id est, educant te
 de tua sententia, & in suam traducant.
 Reperias multos, quibus periculosa & callida consilia, quie-
 tis cogitationibus splendidiora & maiora videantur. *Of-*
*ficio*rum, 16. b
 Consilia mea ab obrectatione inuidorum defendenda. 10.
famil. 18. in *epist.* *Planci*.
 Consilia euigilata tuis cogitationibus. 9. *ad Att.* 50
 Consilia ex euentu, non ex voluntate probari solent. 9. *ad*
Att. 27. in *epist.* *Balbi & Oppii*.
 In rebus magnis, memoriaque dignis, consilia primùm, de-
 inde acta, postea euentus expectantur. 2. *de Orat.* 34. a
 Consilia expedita. 9. *ad Att.* 50
 Consilia non incauta pro temporibus. 8. *ad Att.* 23
 Consilia mea nascentur ex eo. 9. *ad Att.* 12
 Prudentia alicuius rei consilia capere. *pro Domo sua*, 87. a
 Prudentiæ & fidelitatis plena consilia. *Placius Ciceroni*, lib.
 10. 4. 3. a
 Consilia nunc tibi promenda. 9. *ad Att.* 68
 Consilia pugnantia & contraria. *de Finib.* lib. 1. 46

Consilia salubria. 8. *ad Atticum*, 41
 Consilia temporum sunt quæ in horas commutari vides.
 14. *ad Atticum*, 46
 Consilia turbulenta. 15. *ad Att.* 9
 Consiliorum meorum conscientia. 4. *famil.* 6
 Consiliorum bonorum cursus. 10. *fam.* 31. in *epist.* *Planci*.
 Ad consiliorum effectum peruenirem. 10. *fa.* 16. in *ep.* *Placi*.
 Consiliorum sceleratissimorum fontes. *ad Brut.* 22
 Consiliorum meorum moderator. 1. *fam.* 52
 Sed durius etiam consilium focii, &c. *Orat.* 87. Consilium,
 pro, consiliorum.
 Consilia capere & agendi & non agendi. *Acad. quæst. edit.* 1.
 lib. 2. 91
 Multum vnà eramus, maximè nos quidem exquirentes ea
 consilia, quæ ad pacem & ad concordiam ciuium pertine-
 rent. *de Fato*, 3. a
 Ab eorum consiliis abesse. 10. *ad Att.* 28. in *epist.* *Cæsaris*.
 Consiliis præceptus & deuius. 5. *Philip.* 191
 Quæ sunt in fortuna, temporibus regentur, & consiliis no-
 stris prouidebuntur. *epist.* 88. b
 Consilium præposteris vti. *Læl.* 71
 Consiliis tribunitiis aut priuatis res est munienda. 16. *fam.*
 36. ex *epist.* *Q. Ciceronis*.
 Animis vti sumus virilibus, consiliis mihi crede puerilibus.
ad Atticum, 239. b
 Consilio.
 Tu quid egeris tua cum tristi, tum etiam difficili ad consi-
 liandum legatione, vehementer expecto: est enim inex-
 plicabilis. *Att.* lib. 15. 325. 8. a
 Consiliarius.
 Augur meminisse debet, *Ioui Opt. Max.* se consiliarium &
 administrum datum. 3. *de Legib.* 38
 Sed tamen ea ratio ædificandi initur, consiliario quidem &
 auctore *Vestorio*, vt hoc damnum quæstuosum sit. 14. *ad*
Atticum, 11
 Sed certè & ego te auctore amicissimo ac sapientissimo, &
 tu me consiliario fortasse nõ imperitissimo, fideli quidem
 & beneuolenti certè vsus esses. 1. *famil.* 29
 Eius amici & consiliiarii molestè ferre ceperunt *Heraclium*
 profugisse. 4. *Verr.* 28. a
 Si me à meis consiliariis proditum & proiectum vides. *Att.* 3. 32
 Perspicio id, quod iam omnibus est apertum, totam rem
 istam iam pridem à certis hominibus nõ inuito rege ipso,
 consiliariisque eius esse corruptam. *Lentulo*, lib. 1. 6
 Neque quisquam de gregalibus eius, aut de consiliariis de-
 signatur. *de Arusp. resp.* 49
 Consulo.
 Ego pro te hoc consulo, quod tu consulere oblitus es. *pro*
Quintio, 31. a
 Quid ergo faciam? te consulo. *epist.* 142. b
 Nec te id consulo. *Att.* lib. 7. 138. 2. a
 Iam vos consulo *Iudices*, quid mihi faciendum putetis. 2.
Verr. 20. a
 Quod me de *Antonio* consulis, puto, &c. *ad Brut.* 91. b
 Nemo *Aruspice* consulit, quemadmodum sit cum amicis
 viuendum. *de Diuin.* 110. b
 Qui alieno dolori potius, quam suæ fidei consulunt. *pro*
Cecinna, 41. b
 Qui autem parti ciuium consulunt, partem negligunt, rem
 perniciosissimam in ciuitatem inducunt, seditionem at-
 que discordiam. 1. *Offic.* 121. a. *Cælius Ciceroni*, li. 9. 17. 3. a
Senatum consului de summa *Reipub.* *de Inuent.* 84. b
 Amici officium neglexisti, neque mihi consuluisti. *ep.* 125. b
 Sed ne ipse quidem te consuluisti. *pro Quint.* 30. a
 Dixit ei se cogitare quiddam: id possent fieri consuluit. *de*
Diuint. 87. b. Id est, quæsiuit.
 Saluti, si me amas, consule. *Att.* lib. 2. 34. 2. a
 Vos, quod ad famam vestram pertinet, prospicite ac consu-
 lite. in *Verr.* 80. b
 Cui loco per deos immortales, *Iudices*, consulite ac prouide-
 dete. 2. *Verr.* 27. a
 Quare v. c. consulite vobis, prospicite patriæ, conseruatis
 nos, &c. in *Catil.* 118. b

Nec consulunt plusquam de singulis rebus. 3. de Legib. 11
 De quo cum consuleret Athenienses Apollinem Pythium,
 quas potissimum religiones tenerent, oraculum editum
 est, eas, &c. de Legib. 178. b
 Cum te per literas consuluissem, quid mihi faciendum cen-
 seres. Appio, lib. 11. 29. 4. a
 Næ tu, si id fecisses, melius famæ, melius pudicitia tuæ con-
 suluissem. in Ant. 161. b
 Per fortunas tuas Cicero, per liberos oro, obsecro, nequid
 grauius de salute & incolumitate tua consulas. Cælius Ci-
 ceroni, lib. 8. 45
 Vt quibuscunque rebus poteris (poteris aut plurimis) pro-
 spicias, & consulas rationibus meis. Appio, lib. 7. 2. 4. a
 Neque ego tantum fraterno amori dandū arbitror, vt quis-
 quam de salute suorum consulat, communem relinquat.
 pro Sylla, 47. a
 Satifne ergo pudori cõsulat, si quis sine teste libidine pareat?
 2. de Finib. 97. a
 Magno opere vos & hortor, & moneo, vt his prouinciis fe-
 rius vos quidem quàm decuit, sed aliquando tamen con-
 sulatis. ad Senatū, lib. 15. 1. 10. a
 Quibus viui consulere ac prospicere debemus. 3. Verr. 108. a
 Consulere alicui optime. de Amicit. 46. a
 Commodis & vtilitati ciuium consulere, salutique seruire.
 ad Q. frat. lib. 1. 1. 41. a
 Quintum fratrem ames, neve quid eum patiari grauius con-
 sulere de se, quàm expediet sororis tuæ filio. 3. ad Att. 41.
 Id est, noxiū & exitiosū sibi consilium capere.
 Dignitati alicuius consulere. Appio, lib. 11. 29. 4. a
 Nihilne tibi venit in mentem existimationi tuæ consulere?
 5. Verr. 111. a
 Consulere fidei. pro Cælio, 15. a
 Omnibus consulere, mederi incommodis hominum, pro-
 uidere salutem. ad Q. frat. lib. 1. 1. 46. a
 Vitare inimicitias, & posteritatis otio consulere. Thermo,
 lib. 2. 17. 7. a. Offic. 8. b
 Bene consulere rebus suis. Offic. 2. 28
 Tuum est consulere temporibus, & incolumitati, & vitæ, &
 fortunis tuis. ad Marcellum, lib. 4. 9. 15. a. Id est, habere ra-
 tionem temporum.
 Consulere vitæ & salutem. Offic. 3. 127
 Quod sese malè rebus suis consuluisse dicerent. de Finib.
 lib. 5. 26
 Senatus nihil consulitur, &c. ad Q. frat. lib. 3. 25. 2. a
 Paruis de rebus consulimur. in Ant. 209. b
 Qui consuluntur: id est Iuriconsulti. de Legib. 158. b
 Quæ consuluntur, minimo periculo respondentur. pro
 Murena, 130. b
 Crassus qui & consulebatur, plurimum & dicebat. de Clar.
 Orat. 173. b
 Quotiescunque Senatus de me consultus est, totiens, &c.
 pro Dom. 217. b
 Nihil de eius morte populus consultus est. pro Mil. 104. b
 Si populus Rom. de ista re consultus est. pro Dom. 224. b
 Sed tamen aliquid consuli & prospici poterit. ad At. lib. 11.
 222. 3. a
 Quam inanes domus eorum omniū qui de iure ciuili con-
 suli solent. 3. Verr. 84. a. pro Mur. 8. a
 Ille se consuli nolebat. de Cl. Orat. 178. b
 Nunc quoniam de Republ. consuli cœpti sumus, tribuen-
 da est opera Reip. de Diuin. 109. b
 Consuli quidem te à Cæsare scribis, sed ego tibi ab illo con-
 suli mallem. 7. famil. 77
 A diis vitæ hominum consuli ac prouideri. de Nat. d. 1. b
 Ea de quibus maiores nostri vos solos & consuli & scire vo-
 luerunt. pro Domo sua, 219. b
 Deligant quàm maximè pop. Rom. consulturum putent.
 contra Rull. 69. b
 Sæpe audiui accessisse ad Crassum consulendi causa quen-
 dam rusticanum. de Orat. 105. b
 Aliter enim mihi de illis, ac de me ipso, consulendum est.
 Att. lib. 7. 132. 5. a
 Paci semper est consulendum. 1. Offic. 5. a

Quamquam præstat honestas incolumitati, tamen vtri po-
 tissimum consulendum sit, deliberatur. de Inuent. 8. b
 Sic futuræ post mortem famæ, tamè esse propter rem etiam
 detractò vsu consulendum. 3. de Finib. 87. a
 In impetrandis consulendisque rebus magna vis est in A-
 rusp. disciplina. de Diuin. 8. b
 De Capua multum est ac diu consultum. contra Rul. 83. b
 Mihi vt vrbi sine vestro metu ac sine villo tumultu, satis es-
 set præsidii, consultum ac prouisum est. 2. in Catil. 45. a
 Optime illi vult consultum esse. pro Syl. 147. a
 Obliuiscere illum aliquando suo familiari tuo aduersario
 voluisse consultum. ad Att. 263. b
 Subsidiū seneætutis in eorum, qui consultū veniant, mul-
 titudine non esse ponendum. de Orat. 107. b
 Patres liberis suis consultum volunt propter ipsos liberos.
 de Finib. 102. b

Consulens.
 Eodem tempore & discentibus satiffacerent, & consulenti-
 bus. in Orat. 79. a
 Quamquam nemini se ad docendum dabat, tamen consu-
 lentibus respondendo studiosos audiendi docebat. de Cl.
 Orat. 169. a
 Consulentibus in folio sedens responderem. 1. de Legib. 89

Consul.
 Gracchus qui bis Consul ac Censor fuit. de Cl. Orat. 171. b
 Non modò Consul & cõsularis, sed magnus etiam Consul.
 10. famil. 12
 Designatus in ciuitate Consul. pro Mur. 8. a
 Imperiosus Consul. post Reditum in Senatu, 10. a
 Consul vnguētis oblitus, cū toga prætexta. Postquam. 296. b
 Popularis Consul. 2. de Leg. Agrar. 22. a
 Q. Maximus 1111. c o s. de Seneæt. 79. b
 Quint. Maximus quintum Consul. de Clar. 171. b
 M. Marcellus quinquies Consul. de Diuin. 124. b
 Sextum Consul Marius. in Pisonem, 15. a
 Caius Marius septimū Consul domi suæ senex est mortuus.
 de Nat. deor. 76. b
 Consuli ius esto agendi cū populo patribusque. 3. de Leg. 10
 Animo Consulem esse oportet, consilio, fide, grauitate, vigi-
 lantia, cura, toto denique munere Consulatus, omni offi-
 cio. in Pisonem, 17. a
 Consulem accipere. Brut. 27
 Declarare aliquem Consulem. 2. de Leg. Agr. 11. a
 Renuntiare aliquem Consulem. pro Mur. 1. a
 Consules de consilii sententia decreuerunt. 16. ad Att. 48
 Consules duo occisi. 10. fam. 43. in epist. Planci.
 Quod duo Consules idem iuris tenent. 3. de Legib. 8
 Consules duo improbi in Rep. rarò. post redi. in Senatu, 7
 Consules duo regio imperio sunt, iique præuando, iudi-
 cando, consulendo, Prætores, Iudices, Consules appellan-
 tor. Militiæ summum ius habent, nemini parento: ollis
 salus populi suprema lex esto. 3. de Legib. 8
 Sine repulsa facti Consules. 2. de Leg. Agr. 19. a
 Consules qui comitiis creare ritè possint patres, ex se pro-
 dunt. 3. de Legib. 8
 Consules sella curuli vtebantur. pro Syl. 182. b
 Consulū rogandorum ergò quem produunt patres, ei cum
 populo, patribusque agendi ius esto. 3. de Legib. 10
 In c o s. tutela reges atque exteræ nationes semper fue-
 runt. pro Sest. 54
 Augures rem ad Senatū: Senatus vt abdicarent: Consules
 abdicauerunt. de Nat. deor. 2. 9
 Consules D. Brutū & P. Scipionem, quos & quantos viros,
 C. Curiatius tribunus plebis, homo omnium infimus &
 fordidissimus in vincula coniecit, quod antè factum non
 erat. 3. de Legib. 20
 Cùm bellum iam gerente Catilina, omnes me authore duos
 Consules Calend. Ianuariis scirent esse oportere. pro Flac-
 co, 164. b
 Iunoni Sospitæ Consules omnes facere necesse erat. pro
 Murena, 81. a
 Consules egregios habemus, sed turpissimos consulares.
 12. famil. 7

Consules non haberet Respubl. sed mercatores prouincia-
 rum. 1. famil. 39
 Consulibus apud Romanos oppositi tribuni. Illud quidem
 ipsum quod in iure positum est, habet Consul, vt ei reli-
 qui magistratus pareant, excepto tribuni, qui post extitit,
 ne id quod fuerat, esset. Hoc enim primum minuit con-
 sulare ius, quod extitit ipse qui eo non tenebatur: deinde
 quod attulit auxilium reliquis non modò magistratibus,
 sed etiam priuatis, Consuli non parentibus. 3. de Legib. 17
 Bella quæ a c o s. gesta & consummata sunt. 11. Phil. 30. a

Consulatus.
 Consulatus bimester. 10. famil. 54. in epist. Planci.
 Consulatus Ciceronis. 15. famil. 25
 Exploratus & domi conditus consulatus. pro Mure. 47. a.
 de Catilina.
 Consulatus honorum populi finis. pro Plancio, 49
 Vel consulatus isto modo vituperabilis est, si cõsulū pec-
 cata collegeris. 3. de Legib. 22
 Consulatus insignia. in Pisonem, 17
 Titulum consulatus sustinere. in Pisonem, 14. a
 Grandiorem ætatem ad consulatum constituebant, adole-
 scentia temeritatem verebantur. 5. Philip. 198. a
 Aditum ad consulatum non magis nobilitati, quàm virtuti
 patere. pro Murena, 15. a
 Adipisci consulatum. pro Murena, 19. a
 Comprobare consulatum. post reditum in Senatu, 24. a
 Consequi consulatum. pro Mur. 21. a
 Consulatum magnificè atque optime gesseris. 4. fam-
 il. 24. 2. de Leg. Agr. 22. a. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 1
 Obtinere consulatum. pro Murena, 1. a
 Petere consulatum. 2. de Leg. Agr. 20. a
 Suscipere consulatum cum Tribunatu. 2. de Leg. Agr. 29. a
 Consulatu abiens Cicero, magna frequentia domum redu-
 ctus. 1. ad Att. 38

Consularis.
 Consularis ætas trium & quadraginta annorum. 5. Phil. 198
 Quæ est ætas nostris legib. decem annis minor, quàm con-
 sularis. 5. Philip. 198. a
 Consularis amicitia. pro Domo sua, 22
 Consularis animus. 10. famil. 12
 Consularis causa. in Pisonem, 14
 Consularis dignitas, id est, quæ consulatum meretur. pro
 Murena, 25
 Consularis exercitus. 3. in Verr. 23
 Familia consularis. pro Plancio, 48. a
 Consularis fides & dextra. post reditum in Senatu, 21
 Consularis iustus. post reditum in Senatu, 15
 Consularis lex. pro Sest. 118. Id est, à Consule lata.
 Consularis maximus maximum Consulem ipse vicisti. 12.
 famil. 21. in epist. Cassii.
 Consularis medicina. post reditum in Senatu, 7, & 12. Id est,
 à Consule allata.
 Malè consularis mulier. 2. ad Att. 5
 Consularis supplicatio. de Prouinc. Consul. 21
 Consularis vigilia. 1. Philip. 1
 Imperium consulare. pro Rabirio, 20. a
 Consulare ius superbius populo violētiusque videri necesse
 erat, quod posteaquam & sapiens temperatio accessit, cõ-
 uersa lex in omnes est. 3. de Legib. 18
 Officium consulare. pro Rabir. perd. reo, 1. a
 Consulare vulnus. post redi. in Senatu, 7, & 12. Id est, à Con-
 sule illatum.
 Consularis loci tantum habet foror. 2. ad Att. 5
 Libidini consulari restitit vis Tribunitia nonnunquam. 2.
 de Leg. Agr. 29. a
 Q. Maximo, qui filium consulem amisit. Lentulo, a
 Consulari loco sententiam dicere. 1. Philip. 11
 Qui duo è consulari numero sunt. 2. Philip. 38. a
 Consulares literæ. pro Sest. 42
 Consulares orationes Ciceronis. 2. ad Att. 3
 Prouinciæ consulares. pro Domo sua, 19. a
 Consulares tres. 12. famil. 4. Frequentius dicitur, Consulares
 viri.

Consulares & prætorii viri, &c. ad Q. frat. 306. b
 Non ita gerimus nos hoc bello consulares, vt æquo animo
 pop. Romanus visurus sit nostri honoris insignia. 8. Phi-
 lippica, 255. a
 Egregios Consules habemus, sed turpissimos consulares.
 12. famil. 7
 Auspicia consularia. pro Mure. 1. a
 Consularia comitia. 9. ad Attic. 32
 Consularium candidatorum contio. 3. ad Q. frat. 11
Consulto.
 Tum autem inquirunt, aut consultant, conducatur id, necne.
 Offic. 2. b
 Octavius cõsultabat, vtrom Romam proficisceretur. ad At-
 ticum, 257. b
 Vt si Annibal consultet, an in Italia remaneat, an domum
 redeat. ad Heren. 16. b
 In quibus deliberare homines & consultare de officio so-
 lent. 3. Offic. 10. a

Consultatio.
 Hæc autem altera quæstio infinita, & quasi proposita, con-
 sultatio nominatur. 3. de Orat. 61
 Consultatio vel propositum, pars causæ est. Partit. 33
 Consultatio tua. 9. ad Att. 39
 Quæcunque causa consultatiõe acciderit. de Legib. 179. b
 Credo vt putaremus non in hominibus, nõ in re consulta-
 tionis, aut deliberationis causam aliquam fuisse. de Or. 121. b
 Ego nauè parati: tuas literas tamen expecto, vt sciant quid
 respondeant consultationi meæ. Att. lib. 8. 15
 Sed venio ad consultationem. ad Att. 145. b
 Quasi aliquam in consultationem res veniat. de Inuēt. 71. b
 Partim propter aliquam extraneam causam veniunt in de-
 liberationem & consultationem. ad Heren. 16. b
 Sapientem & bonum virum fingimus: de eius deliberatio-
 ne & consultatione quarimus. 3. Offic. 66. a
 Non enim id quæris hoc sermone Pomponi, quemadmo-
 dum caueamus in iure, aut quid de quaque consultatione
 respondeamus. 1. de Legib. 24. a
 Vtilitas in duas partes in ciuili consultatione diuiditur. ad
 Heren. 16. b
 Ad quas ipsas consultationes ex superioribus libris satis
 multa præcepta sunt. 3. Offic. 41. a
 Iurisperiti de consultationibus suis disputant. Top. 226. b
 In consultationibus his me exercens. 9. ad Att. 9

Consultus.
 Nihil de eius morte populus consultus. pro Mil. 12. a
 Senatus quidem, cuius grauisimum est iudicium de iure le-
 gum, quotiescunque de me consultus, &c. pro Dom. 56. a
 Nondum videlicet literas meas legerat, quibus ad eum re
 consulta & explorata perscripseram non deberi. Att. lib.
 2. 31. 7. a
 Quamquam ipsi omnia, quorum negotium est, consulta ad
 nos & exquisita deferunt. 1. de Orat. 130. a
 Si prima quæque bene ab eo cõsulta atque facta ipsius obli-
 uione obruentur. de Finib. 87. b

Consultus.
 Neque enim ille magis iuris consultus, quàm iustitiæ fuit.
 9. Philip. 264. a
 Ita iustus & bonus vir est, vt natura, nõ disciplina, consultus
 esse videatur. pro Cecin. 57. a
 Nam vt paulò antè dixi, consultorū alterum disertissimum,
 disertorum alterum consultissimum fuisse. de Cl. Or. 75. a

Consultum.
 Sextus locus est, cùm ostendimus ex consulto factum. ad
 Herennium, 15. b
 Factaque & consulta fortium ac sapientium sempiternis
 monumentis prodere. 2. de Legib. 93. a
 Consulta Senatus. 14. Philip. 407. a
 Atque vtinam his omnibus abstergere fletum sententiis no-
 stris consultisque possemus. in Ant. 264. b

Consultor.
 Etenim si Q. Scæuola ille Augur, quum, &c. consultores
 suos nonnunquam ad Furium & Casellium prædicatoros
 reiciebat. pro Corn. Balbo, 55. a

No eget consolatione sapiens. 3. Tusc. 131. a. Titio, li. 5. 16. 1. a
His ipsis verbis in consolatione hæc expressimus. Tusc. q.
lib. 1. 53. Librum conscripsit Cicero de consolatione, cum
mirificis doloribus angeretur ob mortem filia suæ.

In consolatione magna ingens inest sollicitudo. 16. famil. 8
Quorum nihil est huiusmodi, ut ego me multa consolatione
leniam. ad Q. frat. 326. b

Qua consolatione leuari maximè possim. 11. ad Att. 9
Nulla consolatione permulcere posse stultam senectutem.
de Senect. 5. a

Sustentari consolatione. de Cl. Orat. 185. a. 6. famil. 24
Consolatione solemus vii, cum leuare dolorem mœretium
volumus. Tusc. quæst. lib. 3. 47. de Prouinc. Consul. 12. a

Consolationes à sapientissimis viris usurpatæ. 5. fam. 44
Consolationes tuas omnes vna in hanc in rem velim con-
feras. 12. ad Att. 55

Er̄it igitur in consolationibus prima medicina, docere aut
nullum malum esse, aut admodum paruum. Tusc. 207. b

Consolator.

Etsi me ipsum consolatorem tuum longinquitas temporis
mitigauit. 6. famil. 13

Consolutores ipsos confiteri se miseros, quum ad eos impe-
tum suum fortuna conuerterit. 3. Tusc. 124. a

Consolutus.

Apud duas ciuitates, rationes confectas & consolutas de-
ponere. ad Rufum, lib. 5. 56. Quædam exemplaria habent
consolidatas.

Consono.

Consonat moribus oratio. in Sallustium, 1. a. Id est, concor-
dat, consentit.

Consonans.

Atque etiam est hæc distinctio in verbis, altera natura, tra-
ctatione altera. Natura, ut sint alia consonantiora, grauiora,
&c. in Partit. 10. a

Consonum.

Platonem vix putasse satis consonum fore, si hominem id
ætatis in tā longo sermone diutius retinisset. Att. li. 4. 41

Conspicio.

Cum Ptolemæus, &c. eo vulnere summo cum dolore mor-
reretur, Alexander assidens somno est consopitus. tum se-
cundum quietem visus ei dicitur draco is, quem mater
Olympias alebat, radiculam ore ferre, &c. de Diuin. 2. 104
Num igitur eum curare censes, quum Luna laboret, à qua
consopitus putatur, ut eum dormientem osculetur? 1.
Tuscul. 147. a

Quid melius, quam in mediis vitæ laborib⁹ obdormiscere,
& ita conuiuentē somno consopiri sempiterno? 1. Tusc. 106

Confors.

In lucris atque furtis confors. 5. Verr. 131. a
Quid (respondeo) tibi Qu. frater, qui nunc abes, consorti
mecum temporum illorum? pro Milone, 78

Dolebamque, quod nō, ut plerique putabant, aduersarium
aut obtrectatorem laudum mearum, sed socium potius &
consortem gloriosi laboris amiseram. de Cl. Orat. 2. a

Quum ex agris tres fratres confortes profugissent, quod,
&c. 5. Verrin. 46. a

Nam fratres quidem confortes sunt mendicitatis. pro Fl. 27

Confortio.

Quam si ad se quisque rapiet, dissoluetur omnis humana
confortio. 3. Offic. 33. a. Quædam exemplaria habent con-
sociatio.

Conspectus, Vide Conspicio.

Conspergo.

Quum hic in me incidit, complexus est, conspersitque la-
chrymis, nec loqui præ mœrore potuit. pro Plancio, 80. a

Et tamen in illis veteribus nostris, quæ Menippum imitati
non interpretati quadam hilaritate conspersimus, &c. 1.
Acad. quæst. 13. a

Consperfus.

Vt porro conspersa sit quasi verborum sententiarumque
floribus, id non debet esse fufum æqualiter, &c. 3. de Orat.
54. a. de Oratione.

• Conspersum stellis caput. 2. de Nat. deor. 161. a

Conspicio.

Actio est in actorem præsentem his verbis, Quandoquidem
te in iure conspicio. pro Cecin. 40. a. pro Mur. 33. a

Si signum illud, quod videtis, solis ortum conspiceret. 3. in
Catil. 64

Existat ergo ille vir parumper cogitatione vestra, quoniam
re non potest, ut conspiciatis eum mentibus, quem oculis
non potestis. pro Corn. Balbo, 37. a

Sapienti potest accidere, ut cum omnia fecerit, diligentissi-
mèque conspexerit, existat aliquis, &c. Acad. 10. b. Aliàs
circumspexerit.

Non debes M. Cato arripere maledictum ex triuio, &c. sed
conspicere quibus præterea vitiiis affectum esse necesse sit
eum, cui verè illud obiici possit. pro Mur. 11. a

Conspicere ex monte. 2. de Nat. deor. 127. a

Imaginem parentis laureatam in sua gratulatione conspi-
cere. pro Mur. 79. a

Carere me aspectu ciuium, quàm infestis oculis omnium
conspici, malle. in Catil. 12. a

Inania sunt ista, mihi crede, delectamenta penè puerorum:
captare plausus, vehi per vrbe, conspici velle. in Pis. 47. a

In gestu nec venustas conspicienda, nec turpitudine sit, ne aut
histriones, aut operarii videamur esse. ad Heren. 21. b

Conspiciens.

Et in Amano tutò cōsedimus, copioso à frumento, Ciliciam
propè conspiciente, expedito ad muradum locum, paruo
exercitu, &c. Att. lib. 5. 106. 4. a

Conspectus.

Subitò consilium cepi, ut antequam liceret, exirem, ne qui
conspectus fieret, aut sermo, licet oribus præsertim laurea-
tis. Att. lib. 7. 37

Vt, si iam possint in homine vno cerni omnia, quæ nunc te-
cta sunt, casurufne in conspectum videatur animus, an
tanta sit eius tenuitas ut fugiat aciem? Tusc. 42

† In conspectum alicuius se committere. 6. in Verr. 22

In conspectum illius committerentur. 8. ad Att. 47. in epist.
Cn. Pompeii.

Tu se tamè in conspectu nautis paulisper dedit. in Ver. 253. b

Conspectum aut potius complexum mihi tuum defuisse.
4. ad Atticum, 1

Qui aditum huius loci conspectumque vestrum magno-
pere fugerunt. contra Rull. 64. b

Nunc fugientes conspectum sceleratorum. Offic. 3. 4

Sequi conspectum aliquorum. 2. de Leg. Agr. 22. a

Et eum in conspectum suum venire vetuit. 1. de Finib. 18

In conspectum ad me venire vetueram. 10. fam. 49

Neque ille, qui expectans huius exitum diei, astat in con-
spectu meo gener. 4. in Catil. 75. a

Nec se dedit in conspectu corde cupidus. de Diuin. 80. b

Quæ cum sunt dicta in conspectu, consedimus omnes.
Acad. quæst. ed. 2. lib. 1. 10

Euolat iam è conspectu ferè fugiēs quadriremis. 7. Ver. 70

Frui conspectu vr̄bis, trāquillo animo & quieto. pro Syl. 19. a

Cui propè in conspectu Ægyptus est. epist. 7. b

Hæc quæ non tam procul erant à conspectu imperii. de L.
Agrar. 8. a

Audes in ciuium esse conspectu: de Orat. 129. b

In conspectu vr̄bis esse. pro Domo sua, 77

In conspectu legum, libertatisque mori. 7. Verrin. 134

In conspectu deorum hominumque. pro Sest. 72

In conspectu deorum penatium necare hospitem. pro De-
iotaro, 146. b

Censoribus vectigalia locare, nisi in conspectu populi Ro-
mani, non licet. 1. de Leg. Agr. 4. a

Ponere aliqua penè in conspectu animi. Orat. 157. b

Platonis illi hortuli non memoriā solam mihi afferunt, sed
ipsum videtur in conspectu meo hic ponere. de Fin. 124. b

Quàm breui frater in conspectu posita est à te magistratum
omnium descriptio. de Legib. 186. b

In conspectu fundi villæque posita religio. 2. de Legib. 44. a

Quantis minima animi præstantia omnibus bonis corpo-
ris anteit, ut ea ne in conspectu quidem relinquuntur. 5.
de Finib. 160. a

Loço excelso & illustri sita est laus tua in conspectu mul-
torum ciuium. epist. 19. b

Qui cum hoc isto tempore stent cum gladiis in conspectu
Senatus, ego quoque te disertum putabo, &c. 2. Philip. 34

Explicatis ordinibus temporum vno in conspectu omnia
viderem. de Cl. Orat. 8

Suorum consuetudine, conspectuque aliquem priuare. pro
Murena, 80

Conspicor.

Aiax gladio incubuit, Vlysses interuenit, occisum conspica-
tur, è corpore cruentum telum educit. ad Heren. 4. b

Conspiro.

Mirabiliter enim pop. Romanus vniversus, & omnium ge-
nerum, ordinumque consensus ad liberandam Rempub.
conspirauit. Planco, lib. 10. 27

Quamobrem per deos immortales, &c. conspirete nobis-
cum, consentite cum bonis, &c. 2. de L. Agr. 16. a

Itaque illa mihi placebat oratio de conuenientia consensu-
que naturæ, quam quasi continuatam conspirare dicebas.
3. de Nat. deor. 37. a

Vt omnes ad auctoritatem huius ordinis, maiestatemque
populi Romani defendendam conspirasse videantur. in
Ant. 186. b

Necdum Senatam cum populo Romano conspirasse sen-
sisset. 11. Philip. 180. a

Conspirans.

Quid verò, tanta rerum consentiens, conspiras, continuata
cognatio, &c. 2. de Nat. deor. 29. a

Quis est, qui horum consensum conspiratem, & penè con-
flatum hac propè æqualitate fraterna non nouerit? pro
Ligario, 142. b

Conspiratio.

Hæc conspiratio & concordia omnium ordinum ad defen-
dendam libertatem. epist. 192. b

Conflata conspiratio ita restincta est, ut, &c. Antequam. 9. a

Certorum hominum contra dignitatem alicuius conspira-
tio. pro Deiotaro, a

Consensus & conspiratio omnium gentium. 10. fam. 21

Qualis est igitur omnis, quam dico, conspiratio, consensu-
que virtutum, tale est illud ipsum honestum. 5. de Fin. 61

Bonorum virorum conspiratio. 4. in Catil. 94. a

Hanc conspirationem in Rep. bene gerenda, &c. certi ho-
mines fictis sermonibus & falsis criminibus diremerunt.
pro Domo sua, 23. a

Vt quamparatissimi ab exercitu, reliquisque rebus pro ve-
stra salute contra sceleratissimā conspirationem hostium
configamus. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 42

Amoris conspiratione consentire. 1. de Finib. 101. a

Vt magnas utilitates adipiscimur conspiratione hominum
atque consensu: sic nulla tam detestabilis pestis est, quæ
non homini ab homine nascatur. Offic. 2. 22

Consponsor.

De tuo negotio quod sponsor es pro Pompeio, si Galba con-
sponsor tuus redierit, non desinam cum illo communi-
care. Leptæ, lib. 6. 50

Tamen velim des operam, ut inuestiges ex consponsorum
tabulis, sitne ita. Att. lib. 12. 18

Consputo.

Hora ferè nona, quasi signo dato, Clodiani nostros conspu-
tare cœperunt. ad Q. fratrem, lib. 2. 8

Constans, Constante, Constantia, Vide Consto.

Consterno.

Ille graui moriens constrauit corpore terram. in Arato, 47. a

Nam & ex horreis direptum, effusumque frumentum, vias
omnes, angiportusque constrauerat. 1. de Diuin. 120. a

Constratus.

Erat enim sola illa naus constrata, & ita magna, ut propu-
gnaculo cæteris posset esse. 7. Verr. 71. a

Cum forum corporibus ciuium Romanorum esset constratum
eæde nocturna, &c. pro Sest. 73. b

Poterone in eos esse vehemens, &c. in eum dissolutus, qui
solus habuerit constratam nauem, & minus exinanitam?
7. Verrin. 82. a

Constipo.

Sed ne constipari quidem tantum numerum hominum
posse in agrum Campanum intelligetis. 2. de Leg. Agr. 79

Constituto.

Lepidus ad Forum Voconii castra habet, ibique me expe-
ctare constituit. epist. 153. b

Nūc Scæuola, quoniam in Tusculanum ire constituit, pau-
lūm quiescet, dum se calor frangat. ad Att. 142. b

Et hominem ante pedes Q. Manili, qui tum erat Triumuir,
constituunt. pro Cluent. 28. a

Legib. annalibus grandioerem ætatem ad consulatum con-
stituebant. in Ant. 203. b

Itaque, ut constitui, adero. ad Att. 209. b

Constitui cum hominibus, quo die mihi Messianæ præsto
essent. 4. Verrin. 46. a

Metram, & eum, quem tu diligenter mihi commendaras, A-
thenæum, importunitate Athenaidis exilio multatos, ma-
xima apud regem auctoritate, gratiaque constitui. ad Can-
tonem, lib. 15. 15

Nondum satis constitui molestiæne plus, an voluptatis at-
tulerit mihi Trebatius noster. epist. 181. b

Quasi domi nummos haberet, ita scapulis constituit se da-
turum. pro Quint. 10

Cæsar Deiotarum regem constituit. pro Deiot. 148. b

Te mearum ineptiarum testem & spectatorem fortuna cō-
stituit. de Orat. 84. b

Constituimus inter nos, ut ambulationem pomeridianam
conficeremus in Academia. 5. de Fin. 1. a. pro Cluent. 40. a

Erotem remisit citius, quàm constitueram, ut esset cum Hor-
tensio, & quia equitibus quidem ait se Idibus constituisse.
16. ad Attic. 3

Constitueram, ut pridie Idus Aquini manerem. ad Att. 258. b

Quinetiam eum tibi Quæstoris in locum constitueras. 3.
Verrinarum, 53. a

Serius quàm constituerat, mittat. ad Q. frat. lib. 3. 17. 12. a

Nihil antè de profectioe constituam, quàm ista, quod eua-
sura sint, videro. ad Att. lib. 9. 178. 5. a

Constituam quid, & quale sit id, de quo quærimus. lib. 1. de
Finibus, 23

Illud à me nouum Iudices, cognoscetis, quod ita testes con-
stituam, ut crimen totum explicem, ubi id interrogando,
&c. 2. Verrin. 33. a

Quod quando, & quomodo, & per quos agendum sit, tu o-
ptimè constitues. Cælio, lib. 2. 7. 7. a

Manebit ergo amicitia tandiu, quandiu sequetur utilitas: &
si utilitas amicitia constituet, tollet eadem. 2. de Fin. 126. a

Djem Tyrannoni constituemus. ad Att. 106. b

A benevolentia principium constituemus. ad Heren. 1. b

Constituitote vobis ante oculos huius etiam miseri sene-
ctutem. pro Cælio, 62. a

Vt constitueret honestum aliquod, quod vile non esset.
Offic. 34. b

Quamobrem cum constituisses, ut Vibullius mihi scripse-
rat. ad Atticum, 130. b

Vt iam metuere Posthumus cogeretur, ne quod crediderat,
perderet, si credendi constituisset modum. pro Rabirio
Posthumo, 123. b

Patefeci cætera quæ ea nocte egisset, quid in proxima con-
stituisset, &c. in Catil. 107. b

Lex, quæ melius Syllanis prædiis cōstituat, quàm paternis.
contra Rull. 89. b

Qui si sectari nō poterunt, necessarios suos in hoc munere
constituant. de Petit. Consul. 25

Quare mi Cicero, quod mea tuaque patitur ætas, persuade
tibi te vnum esse, in quo ego colendo patriam mihi con-
stituerim sanctitatem. Plancio ad Ciceronem, lib. 10. 4. 3. a

De hac re cum aliquid constitueris, velim mihi scribas. ad
Atticum, 142. b

Cum amicorum tuorum studia cōstitueris. de Pet. Conf. 26

Vt constitueris te cuiusdam aduocatum in rem præsentem
esse venturum. Offic. 7. b

Cum maiores ita constituerint, ut qui pro capite diceret, is
posteriore loco diceret. pro Quint. 5. b

Vt quantum cuique confidas, constituere possis. de Pet. 210. b
 Constituere actionem alicuius rei. pro Cec. 292. b. Partit. 54
 Constituere accusationem. 3. in Verr. 2
 Constituere æquitatem, hoc Reipu. moderatoris proprium est. Offic. 41. b
 Constituere aliquem sui cupidum. de Petit. Consul. 21
 Ex re & ex tempore constituere aliquid. Cornificio, li. 12. 19. 4. a
 Constituere in se aliquid. pro Plancio, 5
Extremum autē præceptum in beneficiis, operaque danda
est, nequid contra æquitatem contendas, nequid pro in-
iuria. 2. Offic. 105. a
Contendas sacramento mea non esse. 7. fam. 56
Si causa cum causa contēderet, nos, &c. pro Quint. 62. a
Multisique præessem, qui interdicto tecum contēderent. de
Orat. 8. b
Si exercitum adducat, necesse est armis cum eo contendere.
7. ad Att. 128
Qua de re decertari oporteret, non contendere armis. pro
Cecin. 1. a
Ciuiliter contendere. 1. Offic. 58. a
Sermone paulò intentiore conficere omnia, nunquam late-
ribus aut clamore contendere. de Orat. 107. b
Tamēne vereris vt possis hæc contra Hortensium contē-
dere. pro Quint. 14. b
Contendere de honore, de dignitate. Tusc. q. lib. 3. 43
In hac causa desinamus aliquando (si videtur) vulgari &
peruulgata declamatione contendere. pro Planc. 268. b
Inimicissimè atque infestissimè contendere. pro Quint. 45. a
Contendere iurgio cum aliquo. de Clar. Orat. 133. a
Iure contendere cum aliquo. pro Quint. 64. a
Summo iure contendere. Att. lib. 16. 339. 1. a
Summa vi impetūque contendere contra aliquem. 3. de Fi-
nibus, 101. a
Patere igitur rationem meam cum tua ratione contendere.
de Nat. 61. b
Cōtendere omnia. 4. in Ver. 37. Hoc est, cū contēdione agere.

Contentus.

Si ipsum sine comparatione audires, non modò esses con-
tentus, sed melius non querereres. de Clar. 176. b
Diues est, cui tanta possessio est, vt ad liberaliter viuendum,
facile contentus sit. Parad. 124. b
Neque L. Gellii iudicio stetit Lentulus, neque Lentuli exi-
stimatione contentus fuit Gellius. pro Cluent. 45. b
Quantis paruis Italiæ latebris contentus essem. epist. 26. b
Iam nihil ego veltigalibus, & paruo contentus esse pos-
sum. ad Att. 230. b
Si animus tuus satiatus est, aut contentus etiam pecunia,
concedo, diues es. Partit. 124. b
Quod cuique temporis ad viuendum datur, eo debet esse
contentus. de Senect. 91. b
Populus Rom. diligit magistratus, in quibus si qua præter-
ea est ars, facile patitur: sin minus, virtute eorū innocen-
tiaque contentus est. pro Planc. 272. b
Quibus ego rebus à tali viro contentus eram. epist. 45. b
Paruo cultu natura contenta est. Tusc. 247. b
Vt Resp. vna hac mea accusatione contenta sit. in Ver. 275. b
Eo contentum me esse dicam. in Verr. 269. b
Contentum suis rebus esse, maximæ sunt certissimæque di-
uitiæ. Partit. 126. b
Cum contenta cursu hostium classis Italiam peteret. pro
Mure. 132
Satiata quæstu, vel contenta potius. Offic. 31. b
Ad tribunatum, quia ipse ad sese iam dudum vocat, & quo-
dammodo absorbet orationem, contento studio cursū-
que veniamus. pro Sest. 3. b
Et si satis esse putatis, ea quæ, &c. sed si his contenti estis,
&c. de Orat. 149. b
Maiores nostri in priuatis rebus minimè contenti, tenuissi-
mo cultu viuebant. pro Flac. 151. b
Sed quemadmodum tu præcipis, contenti idibus Martii
simus. ad Att. 230. b

Patrefamilias suo contenti. pro Flac. 161. b
 Quidam non contenti quasi bona valetudine, vires, lacer-
 ros, sanguinem quarunt. de Opt. 243. b
 Chryſippus sperat Chaldaeos contentos Stoicorum causa
 fore. de Fat. 143. b
 Contenta vox. Orat. 202. b
 Ut in fidibus plurimis, si nulla earum ita contenta numeris
 fit, vt concentum seruare possit, omnes æque incontentæ
 sint: sic, &c. Tusc. 123. b
 Balistæ lapidum, & reliqua tormenta telorum, eò grauiore
 emissiones habent, quò sunt contenta atque adducta ve-
 hementius. 2. Tusc. 97. a
 Sunt quædam animi similitudines cum corpore: vt onera
 contentis corporibus facilius feruntur, remissis oppri-
 munt. 2. Tusc. 93. a
Contentio, pro concertatione, conatu ad aliquid
 agendum, perseverantia, intentione.
 Contentio, est oratio acris & ad confirmandum, & ad confu-
 tandum accommodata. ad Heren. 20. b
 Accurata & inimicitias incensa cõtentio. de Opt. gen. Or. 152. a
 Acerrima contentio. in Orat. 58. a
 Similis contentio actionis. de Orat. 128. b
 Contentio animi est sola officii tanquam custodia. Tusc. 123. b
 In omnibus officiis persequendis, animi est adhibenda con-
 tentio. Tusc. 187. b
 Verum otii fructus est non contentio animi, sed relaxatio.
 2. de Orat. 3. a
 Magna etiam animi contentio adhibenda est explicando
 Aristotelem, si leges. in Hortensio, a. Hoc est, intendendæ
 sunt ingenii vires.
 Contentio animorum. 2. fam. 24
 Contentio causarum. Offic. 2. 10
 Est enim inter eos non de terminis, sed de tota possessione
 contentio. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 123. Metaphora.
 Impetus contentioque dicendi. pro Deiot. 144. b
 Summa vis & contentio dicendi. de Orat. 107. b
 Effusa sine intermissione contentio. de Orat. 164. b
 Meritorum in Rempublicam contentio sanè grauis. de Opt.
 gen. Orat. 152. a
 Nihil interrumpit, quo labefactari possit: tanta contentio
 grauitatis & ponderum. de Nat. 49. b
 Honoris contentio. pro Muren. 7. a
 Miserima est omnino ambitio, honorumque contentio.
 1. Offic. 123. a
 Contentio mea. pro Domo sua, 112
 Contentio nulla mihi cum illo maneret, si viueret. 14. ad At-
 ticum, 25
 Contentio orationis plurimum valet, & maiorem vim ha-
 bet ad gloriam: & est ea quam eloquentiam dicimus. Of-
 ficiorum, 2. 67
 Anima magna, vocis parua contentio. de Clar. Orat. 1. 5. a
 Hæc tibi est prima cum Plancio generis vestri familiaræque
 contentio, qua abs te vincitur. pro Planc. 262. b
 Contentio reiectionis. in Vatin. 21
 Impendet summa inter eos contentio. Att. lib. 7. 121. 5. a
 Neque minus hæc tamen tua grauissimi sermonis lenitas,
 quam illa summa vis & contentio probatur. 1. de Ora. 133. a
 Tanta adhibebatur à nobis contentio, vt rem posse confici
 non diffiderem. Q. frat. 290. b
 Hæc autem est vna contentio, quæ adhuc permanferit. 4.
 Academ. 138. a
 Nihil perniciosius, quam effusa sine intermissione vocis
 contentio. 3. de Orat. 124. a
 Asperitas contentionis Oratoris ipsius humanitate condi-
 tur. 2. de Orat. 117. a
 Græci contentiois cupidiores, quam veritatis. de Or. 89. b
 Est quiddam contentiois extremum, quod tamen inferius
 est, quam acutissimus clamor. de Orat. 164. b
 Oratio non magnæ in dicendo contentiois. pro Clu. 1. a
 Nostra causa nihil habuit contentiois cum tribunatu. de
 Legib. 189. b
 Rationis contentioisque particeps animus. de Vniuers. 33

Contentioni alicuius, alterius salutem tradere. pro Plan. 65
 Qui volunt exclamare maius, toto corpore atque omnibus
 vngulis, vt dicitur, contentioni vocis asseruiunt. Tusc. 187. b
 Præsidio exercitus mei ad eorum qui in culpa essent, timorem
 potius, quam ad contentionem vteretur. Senatus, lib. 15. 2. 21. a
 Contentionem in re aliqua adhibere. 1. ad Quint. frat. 1
 Omnem contentionem esse inter homines doctos in verbi
 Controuersia positam. de Orat. 93. b
 Fortunarum contentionem facere. in Pis. 40. a
 Ferre animi nostri tantam contentionem non possent, nisi
 eos doctrina relaxarem. pro Arch. 188. b
 Respub. contentionem cum illis viris fieri non vult, & ne
 fiant, vehementer recusat. 1. fam. 38
 Neque serè vnquam venit in contentione de accusando,
 qui Quæstor fuisse, quin repudiaretur. 1. Verr. 34. a
 Sed si res in contentionem veniet. Offic. 2. 104
 Quòd nisi ex Publicio narratum Neuius esset, non tam cito
 res in contentionem venisset. pro Quint. 12. a
 Sed aliquando ab hac contentione disputationis animos
 nostros curamque laxemus. de Orat. 164. b
 Ex eo quidam suspicati fortasse sunt, animorum contentio-
 ne, non opinionum diffensione, me ab eo discrepare. Ca-
 lio, lib. 2. 12. 7. a
 Si quis omnem vitæ suæ cursum in labore corporis atque
 in animi contentione conficeret. pro Cæ. 45. b
 Contentione dicendi decertare. 2. Philip. 30
 Mihi cum Murena magna amicitia est, quæ in capitis dimi-
 catione à Ser. Sulpitio non idcirco obrueretur, quòd ab eo-
 dem in honoris contentione superata est. pro Mure. 125. b
 Res minimè dubitanda in contentione ponitur, vtrum, &c.
 pro Cælio, 49. b
 Antiochum illum magnū maiores nostri magna belli con-
 tentione terra marique superatum intra montem Tau-
 rum regnare iusserunt. pro Sest. 49. a
 In obiurgationibus vtendum est fortasse & vocis conten-
 tione maiore, & verborum grauitate aciore. Offic. 1. 189
 Equum submersum cum maxima contentione non po-
 tuisset extrahere, discessit. de Diuin. lib. 1. 65
 Illud etsi expetitum à me sit, & approbatum, à te tamen non
 est nostra contentione perfectum. 7. ad Att. 13
 Hominum membra nulla contentione, mente ipsa atque
 voluntate mouentur. de Nat. 78. b
 Omni contentione, velis remisque fugere aliquid. Tusc. q.
 lib. 3. 22
 Otiosam & quietam ætatē sine vlllo aut labore, aut conten-
 tione traducere. de Senect. 74. a. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 7
 Cato contra Galbam ad populum summa contentione di-
 xit. de Clar. Orat. 171. b
 Pugna summa contentione pugnata. pro Muren. 32. a
 Per multa tum vehementissima contentione animi, inge-
 nii, virium ab eo dicta esse constabat. 3. de Orat. 3. a
 Contentiones, quæ cum inimicissimis fiunt. Offic. 17. b
 Mihi cum M. Crasso multæ & magnæ contentiones fue-
 runt. in Ant. 161. b
 Contentiones præliorum. Offic. 1. 127
 Demosthenes tantum continenda anima in dicendo est
 affectus, vt vna continuatione verborum binæ ei con-
 tentiones vocis & remissiones continerentur. 1. de Or. 136. a
 Res tuæ gestæ contentiois magnitudine cum nullo con-
 ferri possunt. pro Marc. 131. b
 Contentiones nostras diiudicauit. 14. ad Att. 25
 Plebs de suo iure periculosas contentiones nullas facit. de
 Legib. 189. b
 Contentiones concertationesque in disputando pertinæ-
 ces. de Finib. lib. 1. 21
 Sic tu à contentionibus, quibus summis vti solebas, quoti-
 die relaxes aliquid. de Leg. 158. b
Contentio, pro comparatione.
 Hominum ipsorum videtur faciendæ esse contentio. pro
 Plancio, 4. 12. 13. & 14
 Et aliorum cum suis factis contentio. de Inuent. 76. b
 Sed quoniam fortunarum contentionem facere cõpimus,
 &c. in Pison. 90. b

Summa enim omnia sunt Quirites, sed ea magis ex aliorum
 contentione, quam ipsa per sese cognosci atque intelligi
 possunt. pro Leg. Manil. 26. a
 Primum quæri conuenit, vtrum fuerit vilius ex conten-
 tione. ad Heren. 10. b
Contentio, exornatio rhetorica.
 Contentio est, quum ex contrariis rebus oratio conficitur,
 hoc pacto, Habet assentatio iucunda principia, eadem exi-
 tus amarissimos affert. in Top. 3. de Orat. 114. ad Heren-
 nium, lib. 4. 165
Contente.
 Genu me hercule M. Antonium vidi, quum contentè ipse pro
 se lege Varia diceret, terram tangere. 2. Tusc. 49
 Socratem ferunt, quum vsque ad vesperum contentius am-
 bularet, quæsitumque esset ex eo quare id faceret: respon-
 dit, se, quòd melius cõnaret, obsonare ambulando famem.
 5. Tusc. 138. a
 Plaga hoc grauior, quo est missa contentius. Tusc. quæst.
 lib. 2. 49
 Vti ornamentis iisdem, aliàs contentius, aliàs summissius.
 de Orat. 162. b
Contero.
 Frustrà tempus contero. pro Quint. Rosc. 15. b
 Cæsar cæteras nationes cõtriuuit, compulit, domuit. de Pro-
 uinc. 75. b
 Contriuius ea quæ sunt horum temporum. 9. ad Att. 8
 In studiis remoti ab oculis populi, omne otium tempusque
 contriuimus. de Amic. 85
 Quòd eius omnes grauissimas iniurias cõmunis cõcordiæ
 causa, voluntaria quadam obliuione cõtrueram, eius re-
 pentinā defensionē Gabinius tulisset. ad Lent. lib. 1. 9. 76. a
 Ludis quidem quoniam dies est additus, eò etiam melius
 hic eum diem cum Dionysio conteremus. ad Atticum,
 lib. 4. 77. 3. a
 An ille tempus aut in poetis euoluendis consumeret: aut
 se, vt Plato in musicis, geometria, numeris, astris contere-
 ret: de Finib. 1. 56
 Conterere ætatem in litibus. 1. de Leg. 79. a
 Tamen in rebus quærendis, explicandisque naturis, ætates
 conterere videamus. de Finib. lib. 5. 53
 Conterere diem & noctem conuiuiis & stupris. 7. Verr. 21. a
 Quocum conterere diem solebam. 9. ad Att. 1
 Conterere librum aliquem legendo. 9. fam. 59
 Cum virtutem ad cælum extulerint, reliqua ex collatione
 facile est conterere atque consumere. 5. Tusc. 63
 In causis, in negotiis, in foro conteri. 1. de Orat. 136. a
Contritrus.
 Præter hoc, quod iam contritum & contemptum putatur.
 pro Sest. 74. Id est, despectum.
 Aut vnde est hoc contritum vetustate proverbium. de Fi-
 nib. lib. 2. 44
 Non negabo me ista omnium communia & contrita præ-
 cepta didicisse. 1. de Orat. 68
 Eadem quotidie, quæ iam iamque ipsa contrita sunt. 12. ad
 Attic. 35. Hoc est, omnibus nota.
 Quo in studio ingeniosorum hominum totas ætates vide-
 mus esse contritas. de Orat. 103. b
Conterreo.
 Marcus Scaurus iam credo huc veniat, & hæc loquacitatem
 nostram vultu ipso aspectuque conterreat. de Orat. 103. b
Contestor.
 Qui per se litem contestatur, sibi solus petit: alteri nemo
 potest, nisi qui cognitor est factus. pro Rosc. Com. 31
 Non enim procuratores litem contestabuntur. 16. Att. 38
 Contestari omnes deos. 3. fam. 35
Contestans.
 Rex flens, ac deos hominesque contestans, clamare cõpit.
 6. in Verr. 8. b
 Quum ego te Flacce, cælum, noctemque contestans, flens
 flentem obtestabar. pro Flac. 78
Contestatus.
 Clarissimis monumentis contestata, consignataque anti-
 quitas. 1. de Diuin. 145. a

Nam iste cum eo litem contestatam habebat. pro Rosc. Co-
 mædo, 21. a
 Lite contestata, iudicio damni iniuria constituto, tu sine me
 cum Flauio decidisti. pro Rosc. Com. 19. a
 Quinque ab hac perenni, contestataque virtute maiorum
 non modò degenerauit L. Flaccus, sed id, &c. pro Flac. 19
Contexo.
 Neque tam faciliè interrupta contexo, quam absoluo insti-
 tuta. 1. de Leg. 14. a
 At longius quidem mihi hoc carmen liceret contextere. pro
 Cælio, 13. a
 Contextere extrema cum primis. epist. 152. b
 Memoriam rerum veterum cum superiorum ætate conte-
 xere. Orat. 208. b
 Coniunctene malles cum reliquis rebus nostra contextere,
 an, vt multi Græci fecerunt, &c. Luceio, lib. 5. 12. 6. a. in Ora-
 tore, 66. a
 At quàm festiuè crimen contexitur! pro Deiot. 12. a
Contextus.
 Ira perpetuas & contextas voluprates in sapiente fore sem-
 per. Tusc. 247. b
 Quid enim oues aliud afferunt, nisi vt earum villis confec-
 tis atque contextis homines vestiantur? 2. de Nat. d. 119
Contextus.
 Et hercule (fatendum est enim quod sentio) mirabilis est
 apud illos contextus rerum. 5. de Finib. 143. a
 Pennarumque contextu corpori tegumenta faciebat. 5. de
 Finib. 57. a
Contexte.
 Omnia naturali colligatione confertè contextèque fiunt.
 de Fato, 24
Conticco.
 Quo in numero conticuiſti, si ad eum numerum vnum ad-
 didero, multane erunt? 4. Acad. 166. a
 Hæc cum Crassius dixisset, parumper & ipse conticuit, &
 cæteris silentium fuit. de Orat. 156. b
 Recitatis literis, debilitatus atque abiectus conscientia, re-
 pentè conticuit. 3. in Catil. 55. a
 Maximè verò perspecta est virtusque nostrum exercitatio,
 paulò antequam perterritum armis hoc studium Brute
 nostrum cõticuit subito, & obmutuit. de Clar. Orat. 180. a
 Illæ scilicet literæ conticuere omnes forenses & senato-
 riæ. 2. Offic. 5. a
 Quum obmutuisset Senatus, iudicia conticuiſſent. in Piso-
 nem, 20. a
 Qui iam conticuere, penè ab ipso foro irrisi. Tusc. 275. b
Conticesco.
 Simul atque increpuit suspicio tumultus, artes illicò nostræ
 conticescunt. pro Muren. 20. a
 Ætas nulla de tuis laudibus conticescet. pro Marcæ. 5
 Nunquam de vobis hominum gratissimus sermo conti-
 cescet. in Ant. 264. b
 Saltem dum conticesceret illa lamentatio & gemitus vrbs.
 post reditum in Senatu, 15. a
Contineo.
 Quorum ego vix abs te iam diu manus ac tela contineo. in
 Catil. 191. b
 Contineo igitur me, ne incognito assentiar. Academ. quæst.
 ed. 1. lib. 2. 124
 Contineo me ab exemplis Græcis. de Fin. 2. 52
 Sed hæc ipsa virtus amicitiam & gignit & cõtinet. de Ami-
 citia, 19. a
 Continet arctius calorem insitum per hyemem. de Natura
 deorum, 2. 19
 Aluus arceat & continet illud quod recipit, vt id mutari fa-
 cilè & concoqui possit. de Nat. 53. b
 Motus enim voluntarius eam naturam in se continet, vt sit
 in nostra potestate. de Fat. 145. b
 Cõercet & continet mundus omnia suo complexu. 2. de
 Nat. d. 82. a
 Continet enim totam hanc quæstionem ea ratio quæ est de
 natura deorum, quam si obtinemus, stabit & illud, quod
 locum hunc continet, esse deos. de Diuin. 104. b
 cc. ii.

Nec enim vlla res vehementius Remp. continet, quam fides. 2. Offic. 24. a
 Quin continetis vocem, iudicem stultitiæ vestræ: in Catil. 94. b
 Lex ipsa naturæ, quæ vtilitatem hominum cõseruat & continet. Offic. 58. b
 Itaque me Idus Martiæ non tam consolantur, quam antea: magnum enim mendum continent. Att. lib. 14. 320. 3. a
 Omnia quæ aluntur & crescunt, continent in se vim caloris. de Nat. 2. 17
 Hæc quæ vitam continent omnem. de Finib. 51. b
 Sed vt in Scæuolam continuit ea Crassus, & c. 2. de Or. 122. a
 Vix populus se continuit à supplicio tuo, & repressit. 7. Verinarum, 59. a
 A deo immissum dolorem, non conceptum à seipso, continebat. 3. de Nat. d. 131. a
 Tantum homines impios inustum nefariis mentibus bonorum odium continebat. pro Dom. 231. b
 Significabat enim non prudentiam solum, sed, quod maxime rem continebat, fidem. de Clar. Orat. 174. b
 Spes illa, quam mulier in aluo commendatam à viro continebat. pro Cluent. 26. a
 Continebis ea. 13. ad Att. 25. Id est, non diuulgabis.
 Quibus enim septis iam immanes belluas continebimus: 13. Philip. 346. a
 In ea vestri illi satellites modestè insolentiam suam continebant: contra Rul. 64. b
 Risum contine, si potes. 4. de Finib. 58
 Tu tamen contine te in tuis perennibus studiis. de Cl. 196. b
 Quum prægnans hunc ipsum Dionysium aluo contineret, somnauit, & c. 1. de Diuin. 37
 Exercitumque in grauissimo bello animaduersionis metu contineret. de Finib. lib. 1. 28
 Id est enim profecto, quod constituta religione Remp. contineat maxime. 2. de Leg. 62
 Quum præsertim is sit, qui, si perniciosum sciret esse loqui de hac re, vix tamen se contineret. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 6. 7. a
 Cum se à respondendo contineat. Acad. 26. b
 Qui de omnibus rebus contineat se ab assentiendo. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 95
 Quæ quasi contineant omnem hanc quæstionem. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 39
 Tu autem commodè feceris, si reliquos continueris, ne, & c. ad Att. 210. b
 An temperantem eum dices, qui se in aliqua libidine continuerit, in aliqua effuderit: Parad. 25
 Continere in exercitatione aliquem. 7. fam. 36
 Continere aliquem in officio. ad Heren. 35. b
 Continere aliquid inclusum animo. Antequam. 192. b
 Continere animam. de Orat. 108. & 105. b
 Regere ac continere appetitiones animi. 4. Tusc. 33. a
 Continere causam. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 98
 Continere ciues eadem æquitate. 2. Offic. 122. a
 Esse abstinentem, continere omnes cupiditates, præclarum est. ad Quint. frat. 296. b. Læ. 22
 Continere dicta in aliquem. de Orat. 129. b
 Nihil est negotii continere eos, quibus præsis, si te ipse contineas. ad Quint. frat. 290. b
 Non potest exercitum is continere imperator, qui se ipsum non continet. pro Pomp. 11. b
 Continere animo ac memoria fontes omnium rerum quæ ad dicendum pertinent. 1. de Orat. 47. a
 Continere iracundiam. epist. 196. b
 Continere mortem conceptam præcordiis. Tuscul. quæst. lib. 1. 80
 Continere omnes numeros virtutis. de Finib. lib. 3. 20
 Continere odium iam diu conceptum in aliquem. Postquam iret in exil. 198. b
 Continere se domi. pro Sest. 8. b
 Continere se finibus suarum rerum. Offic. 1. 129
 Continere & cohibere temeritatem à lapsu. Acad. 47. b
 Nec priuata domus parietibus continere vocem coniura-

tionis tuæ potest. in Catil. 4. a. Id est, non potest tacere.
 Oratoris omnis actio opinionibus, non scientia, continetur. de Orat. 111. b
 Calor qui in aquis continetur. de Nat. 31. b
 Studere literis, quibus fons eloquentiæ continetur. de Claris Orat. 195. b
 Flos equitum Rom. publicanorum ordine continetur. pro Planc. 263. b
 Forum, in quo omnis æquitas continetur. in Catil. 118. b
 Continetur honestas ex quatuor virtutibus. 2. de Finib. 79. a
 Eorum coniunctione, pars oppidi, quæ appellatur Insula, mari distincta angusto, ponte rursus adiungitur & continetur. 6. Verr. 105. a
 Hic meus reditus Pontifices vestro iudicio continetur. pro Dom. 233. b
 Continetur Respubl. magistratibus, & iis qui præfunt. 3. de Legib. 14
 Bella, quibus Reip. salus continetur. de Nat. 27. b
 Tua salute nostra continetur. pro Marcel. 13. a
 Status Reipubl. maxime iudicatis rebus continetur. pro Sylla, 179. b
 Vita, spiritu & corpore continetur. pro Marc. 135. b
 Vna continemur omnes, & eadem lege naturæ. Offic. 3. 33
 Continetur artes cognatione quadam inter se. pro Arch. 1. a
 Fontes disputationum, qui iure ciuili & legibus continentur. de Orat. 101. b
 Atque hæc omnia vno verbo continentur. 2. de Orat. 143. a
 Prouinciæ quibus continentur vectigalia. 15. fam. 4. Id est, in quibus præcipue consistunt vectigalia.
 Qua vna virtute omnes virtutes reliquæ continentur. de Orat. 122. b
 Sidera non continentur venis, neruis & ossibus. de Nat. d. 2. 43. pro, non constant.
 Ius omne retinendæ maiestatis Fabricii causa continebitur. Orat. 206. b
 Mulier, amore capta, quomodo poterat, in illa cupiditate continebatur. pro Cluent. 20. b
 Agri eodem capite inclusi continebantur. contra Rul. 74. b
 Cætera libidines eius ratione aliqua continebantur. in Verrem, 88. b
 Dum illa sit maior, & hæc in ea contineatur. de Leg. 170. b
 Tamen & ipsi tuæ familiæ & genere & nomine continebuntur. pro Cecin. 43. a
 Vt metu contineatur audacia. pro Sex. Rosc. 27. b
 Artem verò negabat vllam esse, nisi quæ cognitis, penitusque perspectis rebus contineretur. de Orat. 92. b
 Summe expectabant homines, quid in tabulis contineretur. in Verr. 146. b
 Natura membranas oculorum firmas fecit, vt continerentur. de Nat. 54. b
 Feci hoc, vt de iis rebus, quæ doctrina aliqua continerentur, disputarem. de Orat. 110. b
 Status solennisque cerimonias pōficatu, rerum bene gerendarum authoritates augurio contineri. de Arusp. resp. 247, & 248. b
 Ego eloquentissimorum hominum artibus eloquentiam contineri statuo. de Orat. 85. b
 Facinus in quo mihi omnia nefaria contineri atque inesse videntur. in Verr. 213. b
 Contineri cognatione. pro Arch. 1
 Contineri cura. 5. in Verr. 2
 Plato ait ideas semper ratione & intelligentia contineri. Orat. 197. b
 Contineri itineribus. Post redit. ad Quirit. 6
 Res tam præclaras Latinis literis contineri. de Nat. 3. b
 Sic statuo, perfecti oratoris moderatione, vniuersæ Reipub. salutem maxime contineri. de Orat. 87. b
 Contineri parietibus. 14. ad Att. 16
 Contineri Remp. duabus rebus, præmio & pœna. ad Brutum, 34. Id est, conseruari.
 Naturam vno spiritu diuino contineri. de Nat. 65. b
 Deinde quum spiritus eius esset angustior, tantum continenda anima in dicendo est assequutus, vt, & c. 1. de Ora-

tore, 136. a. Hoc est, spiritum comprimendo.
 Quumque ea maxime animam moueat, tamen tibi esse diligentissimè linguam continendam, & c. ad Quint. frat. lib. 1. 1. 58. a
 Custos ad continendas merces missus. in Verr. 31. b
 Continens.
 Mari aer continens est. de Nat. 49. b
 Nouem orbis, quorū vnus extimus est, summus ipse deus arcens & continens cæteros. de Somn. Scip. 128. b
 Proxima & continens causa mouet assensionem. de Fat. 149. b
 Voluptaria, delicata, mollis disciplina, quam grauis, quam continens, quam seuera. lib. 1. de Finib. 29
 Motus sensui coniunctus & continens in infinito nullus esse potest. de Nat. d. 1. 20
 Natura rerum vno consensu iuncta est & continens. de Diuinat. 115. b
 Cappadociæ pars, quæ cum Cilicia continens est. 15. fam. 5
 Continens & intermissus spiritus. 3. de Orat. 120. a
 In extrema oratione cõtinens vox remedio est voci. ad Herennium, 20. b
 Stephanem appellat, continentem ardore lucis orbem. de Nat. d. 1. 21
 Sed nihil te interpellabo, continentem orationem audire malo. Tusc. 1. 15
 Neque porro ex eo natus, sese è continenti genere, tertiam victimam Reip. præbisset. de Finib. 2. 52
 Huic fundo vxoris continentia quædam prædia atque adiuncta mercatur. pro Cecin. 8
 Si in hac sententia fueris, vt à continentibus tuis scriptis, in quibus perpetuam rerum gestarum historiam cõplecteris, fecernas hanc quasi fabulam rerum, euentorumque nostrorum. 5. fam. 32
 In quo equidem continentissimorum hominum maiorum nostrorum sepe requiro prudentiam. in Parad. 8. a
 Continens, pro firmamento causæ.
 Quibus autem hoc, quæ de re agitur, continetur, hæc continentia vocentur, quasi firmamenta defensionis: quibus sublatis, defensio nulla sit. in Top. 51. a
 Continentia cum ipso negotio sunt ea, quæ semper affixa esse videntur ad rem, neque ab ea possunt separari. 1. de Inuent. 54. a
 Videre igitur primum oportebit, quæ sint continentia cum ipso negotio: hoc est, quæ ab re separari non possunt. 2. de Inuent. 148
 Continens, pro litore.
 Mare dissimile est proximo ei continenti. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 96. Continens, Græci ἡπειρὸν vocant: id est, terra firma. In continenti habent agros. 12. fam. 35. in epist. Lentuli.
 Continens, pro temperante.
 Puerum, inquit, & fortasse fatuum, & non grauem, & non continentem. ad Att. 95. b
 Cum reges tam sint continentes, multo magis consulares esse oportet. epist. 138. b
 Continentia.
 Continentia, virtus quæ voluptati resistere videtur. 5. ad Atticum, 41
 Continentia est, per quam cupiditas consilii gubernatione regitur. 2. de Inuent. 243
 Tua integritas & continentia. ad Q. frat. 293. b
 Et continentia in omni victu, omnique cultu, corporis tuendi causa, & in prætermittendis voluptatibus. 2. Offic. a. 4. Verr. 7. a. Tusc. q. lib. 5. 71
 In re domestica continentia laus quaeritur, in publica dignitatis. pro Flac. 151. b
 Quem nulla conditio pecuniæ ab summa integritate, continentiaque deduxerit. ad Q. frat. 291. b
 Cõferte huius libidines cum illius cõtinencia. in Ver. 227. b
 Nulla re cõciliare facilius beneuolentiam multitudinis possunt ii, qui Reip. præfunt, quam abstinentia & continentia. Offic. 49. b
 Continentia principum emendatur & corrigitur tota ciuitas. 3. de Legibus, 28
 Quæ copius & opibus tenere vix possumus, ea mansuetu-

dine & continentia nostra, sociorum fidelitate, teneamus. 15. famil. 12
 Æquitate & continentia tueri socios. Ibidem.
 Continenter, pro, assidue.
 Quomodo enim probas continenter imagines ferri: aut si continenter, quomodo æternæ: de Nat. 23. b
 Quia continenter labuntur & fluunt omnia. ad Her. 44. b
 Continenter vnum verbum non in eadem sententia ponere. Orat. 209. b
 Continenter, pro, temperatè.
 Parcè, continenter, seuerè, sobriè viuere. 1. Offic. 149. a
 In Asia continenter vixisse laudandum. pro Mur. 10. a
 Continenter, pro, coniunctè.
 Vno spiritu continenter multa dicere. ad Heren. 20. b. Id est, continuato spiritu.
 Continuum.
 Rectè genus hoc numerorum, dummodò ne continuum sit, in orationis laude ponitur. de Orat. 160. b
 Conseruat vocem continui clamoris remissio. ad Her. 20. b
 Tum continua prætura, quæ & cæteris ornamentis & existimatione innocentia maxime floruerunt. pro Font. 16
 Plures continua translationes. Orat. 205. b
 Senatus nihil à superioribus continuorum annorum decretis decessit. pro Flac. 151. b
 Aliquot annos continuos magna imperii pace caruimus. pro Pomp. 14. b
 Equester ordo iudicauit annos propè quinquaginta continuos. in Verr. 73. b
 Tot dies continuos quid egisti: in Verr. 254. b
 Cõtinuis itineribus ad forum Vocontium veni. epist. 166. b
 Continuo.
 Denique sine cura possidebit eos fundos, quos in agro Cassinatu fructuosissimos continuauit, & c. contra Rull. 89. b
 Quæ (atomi) interiecto inani, cohærescunt tamen inter se, & aliæ alias apprehedentes continuatur. 1. de Nat. deor. 75. a
 Cum autem contedere oportebit, aducto mediocriter sono vocis, verbis cõtinuandis vocem quoque adaugere oportebit. ad Heren. 20. b
 Continuatus.
 Aer mari continuatus & iunctus est. de Nat. 94. b
 Syllanus ager, à certis hominibus latissimè cõtinuatus, habet inuidiam. contra Rull. 80. b
 Luctus continuatus. Tusc. 184. b
 Libertas quæ vsque ad hoc tempus imperio, & rerum gestarum gloria continuata permansit. pro Flac. 151. b
 Res iterata & continuata. Orat. 218. b
 Conuenientia consensulque naturæ, quam quasi cognitione continuatam conspirare dicebas. de Nat. 65. b
 Sic enim animum ἐπιμαχίας appellat nouo nomine, quasi quandam continuatam motionem & perennem. Tuscul. quæst. 153. b
 Et ita putant effici, quæ appellant qualia, è quibus in omni natura cohærente & continuata cum omnibus suis partibus effectum esse mundum. Acad. 44. b
 Continuata & coniuncta verba. 3. de Orat. 83. a
 Quod ex pluribus continuatis connectitur. de Orat. 158. b
 Fecisti ante rostra pontem continuatis tribunalibus. in Vatinius, 33. b
 Continuatio.
 Continuatio, est orationis enuntiandæ acceleratio clausula. ad Heren. 20. b
 Continuatio, est densa & continens frequentatio verborum cum absolute sententiarum: id est, periodus. ad Herennium, 30. b
 Continuatio coniunctioque naturæ. Diuin. lib. 2. 109
 Est admirabilis quædam cõtinuatio, seriesque rerum, vt alia ex alia nexa, & omnes inter se aptæ colligatæque videantur. de Nat. d. 1. 8
 Nimis longa continuatio verborum. 3. de Orat. 93
 Intra quasi fatalem & immutabilem continuationem ordinis sempiterni. 1. Acad. 43. a
 Ex æterna veritate, causarumque continuatione confixis quicquid accidit. de Nat. d. 1. 39

Demosthenes contentione verborum binas continuationes & remissiones continebat. de Orat. 108. b

Continuo.

Hoc continuo correximus. ad Att. 90. b

Ignis in aquam coniectus, continuo extinguitur. pro Quint. Rosc. 47. b

Feci continuo omnes participes meae voluptatis. epist. 151. b

Deinde absens factus aedilis, continuo praetor, post, &c. Acad. q. 1. b

Sed tamen quicquid egero, continuo scies. ad Att. 151. b

Non continuo si me in gregem sicariorum contuli, sum sicarius. pro Rosc. Amer. 57. a

At si illae seditiones saluti huic civitati fuissent, non continuo si quis motus populi factus esset, id, &c. 2. de Oratore, 109. a

Atque huiusce rei iudicium video continuo futurum. ad Atticum, 151. b

Vbi nominabit Phaedriam, tu Pamphilam continuo. ep. 15. b

Aequè enim contingit omnibus fidibus vt incontentae sint, illud non continuo, vt aequè incontentae. de Finib. 123. b

Vt ad me continuo initia rerum & rationem totius negotii posses scribere. Terentia, lib. 14. 3. 7. a

Contingo.

Atomus alia aliam contingit. de Fat. 144. b

Cum animus naturam sui similem contingit. Tusc. 157. b

Hic autem alter cerne, quam nos tenui parte contingat. de Somn. Scip. 120. b

Atque etiam aliorum ea humilitas est, vt cibum terrestrem rostris facile contingant. de Nat. lib. 2. 182. a

Nam quum antea per aetatem nodum huius auctoritatem loci contingere auderè, statueremque, &c. pro L. Man. 1. a

Contingere caelum, ὑπερβαλλόντες, pro eminare & excellere ad eximium quendam modum. Tusc. q. lib. 5. 56

Contingit.

Id in magnis animis ingeniique plerumque contingit, eoque magis, si sint ad rem militarem apti, &c. 1. Offic. 106. a

Magis adeo id facilitate, quam alia vlla mea culpa contingit. de Orat. 110. b

Quoniam autem tecum vt essem non contigit, vtinam tui consilii certior factus essem. ad Att. 127. b

Quoniam tantum habemus otii, quantum iam diu nobis contigit. de Orat. 98. b

Quod non modo singulis hominibus, sed potentibus populis saepe contigit. 5. Tusc. 23. a

Volo hoc oratori contingat, vt cum auditu fuerit, eum esse dicturum, locus in subfelliis occupetur. de Clar. 192. b

Cumque inter se penè contingant. de Vniuers. 45

Cum id minus contingeret, leges sunt inuenta. Offic. 41. b

Vtinam C. Caesari, patri dico, contigisset adolescenti, vt esset Senatus charissimus. 5. Philipp. 199. a. de Clar. Orat. 160. a. Att. lib. 8. 159. 7. a

Si mihi vita contigerit, omnes gratas amicitias, atque etiam pias propinquitates assiduitate vincam. Plancus Cicero, ni, lib. 10. 24. 2. a

Hoc idem in nostris contingere intelligo, quod in Graecis, vt omnes, &c. de Clar. 175. b

Contingens.

Docet enim ratio Mathematicorum, quam istis notam esse oportebat, quanta humilitate Luna feratur, terram penè contingens, &c. 2. de Diuin. 137. a

Contactus.

Vel suspicor contactum aliquo morbo bouis cor fuisse. Diuin. lib. 2. 28

Contagio.

Quibus fuisset minima cum corporibus contagio, &c. 1. Tusc. 114. a

Quae potest igitur contagio ex infinito penè interuallo pertinere ad lunam, vel potius ad terram? de Diuin. 127. b

Contagio belli. 7. in Verr. 5

Deliberatum autem est, &c. ad quos conscientiae contagio pertinebit. 7. Verr. 143. Hoc est, qui eius culpae conscii erunt, & eo crimine quodammodo infecti.

Ne contagio mea bonis umbrave obsit. de Orat. 158. b

Naturae contagio. de Fato, 8. a

In hoc crimine quaedam est contagio sceleris, si proditorem patriae defendas. pro Syl. 5

Latius patet illius sceleris contagio, quam quisquam putat. pro Murena, 71

Terrena contagio. 2. de Diuin. 86. a

Nemo ex tot hospitibus inuentus est, qui non contagionem aspectus fugeret. pro Cluentio, 153. Hoc est, contagiosum aspectum.

Somno seuocatus animus a societate & contagione corporis. 1. de Diuin. 111. a

Qui aliqua se contagione praedae, societatis, emptionis contaminauerunt, nullius neque priuati, neque publici iudicii praenam effugere potuerunt. pro Domo sua, 83

Mocsti inter sui dissimiles & moerentes sedebant, & contagione turpitudinis permouebantur. Att. lib. 1. 37

Nec vero solum ipsa cecidit, sed etiam reliquam Graciam euertit contagionibus malorum, quae a Lacedaemoniis profectae manarunt latius. 2. Offic. 118. a

Continuatio, Continuo, as, Continuo,

Continuus, Vide Contineo.

Contor.

Quumque ex eo de me contaretur, eum sibi ita dixisse narrabat, se mihi esse inimicissimum. Att. lib. 11. 12

Contorqueo.

Brumali flecens contorquet tempore currum. 2. de Natura deor. 166. a. de Capricono.

Deinde contorquent, & ita concludunt, non igitur, &c. de Diuinat. 130. b

Non est enim aetheris ea natura, vt vi sua stellas complexa contorqueat. 2. de Nat. d. 40

Contorquere aliquem tum ad tristitiam, tum ad laetitiam. 1. de Diuin. 70. a

Contorquere in alium cursum amnes & deflectere. Ibidem.

Contorquere membra. Diuin. lib. 1. 102

Verba contorquere. 3. de Nat. d. 105. a. Tusc. q. lib. 3. 53

Mundus mirabili celeritate contorquetur. de Natura deorum, 6. b

Quae vero vita tribuitur isti rotundo deo: nempe vt ea celeritate contorqueatur, cui par nulla ne cogitari quidem possit. de Nat. d. 1. 18

Qui tanquam machinatione aliqua tum ad seueritatem, tum ad remissionem animi, tum ad tristitiam, tum ad laetitiam est contorquendus. 2. de Orat. 40. a

Contortus.

Contorta & acris oratio. Orat. 202. b

Contorta cornua. 2. de Nat. d. 163. a

Demosthenes cuius non tam vibrarent fulmina, nisi numeris contorta ferrentur. Orat. 220. b

Contorta & aculeata sophismata. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 68

Aut in alium cursum contortos & deflexos videmus. (scilicet amnes.) Diuin. lib. 1. 36

Contortas res, & saepe difficiles necessario perdiscere. 1. de Orat. 130. a

Contortulus.

Contortulae quaedam ac minuae coelusiunculae. 2. Tuscul. quaest. 73. a

Contortio.

Itaque in illo genere & remotione brachii & contortione dextrae, gladius ad corpus afferri videtur. ad Heren. 30. b

Matus est enim has contortiones orationis, quam signorum ortus obituque perdiscere. Fat. 13

Contorte.

Contorte dicere aliquid. ad Heren. 3. b

Hic considerandum erit, nequid perturbate, nequid contorte dicatur. 1. de Inuent. 39. a

Hac sic dicuntur a Stoicis, concludunturque contortius. 3. Tusc. 37. a

Contra.

Facere contra aliquem. ad Att. 163. b. Id est, aduersari ei.

Contra aliquem inferre bellum. 2. Philip. 68

Quintus Hortensius contra caput non didicit dicere. pro Quint. 7. b

Potest esse dubium, quin illa damnatio Staleni, non modo non sit contra Cluentium, sed maxime nostram causam defensionemque confirmet: pro Cluent. 82. a

Impia consuetudo est contra deos disputandi. de Nat. d. 59. b

Scio me a te contra iniquos meos solere defendi. epist. 182. b

Contra ista dicamus. 3. de Nat. deor. 71

Contra meum iudicium, & contra omnium antiquorum auctoritatem cupio discedere. ad Att. 140. b

Contra legem aliquod accipere. 7. Verr. 47. a

Hoc non modo non pro me, sed contra me est. de Or. 150. b

Et contra auum minorum morsum munitur vallo aristarum. de Senect. 88. b

Omnia quae secundum naturam sint, bona appellare: quae autem contra, mala. 4. de Finib. a

Contra naturam viuere. Offic. 56. b

Etenim contra naturam esset, si probabile nihil esset. Acad. quaest. edit. 1. lib. 2. 90

Contra nos est. Acad. quaest. ed. 1. lib. 2. 50

Sero resistemus ei, quem aluimus contra nos. ad Att. 104. b

Quae omnes artes in veri inuestigatione versantur: cuius studio a rebus gerendis abduci, contra officium est. 1. Offic. 30. a

Sic inter recte factum atque peccatum, officium & contra officium, media locabat quaedam. Acad. q. 45. b

Defendere causam alicuius contra alium patronum. de Or. 99. b

Contra alterius rationem, suam dicere. 2. fam. 3

Contra Rempub. facere. 8. fam. 12. in epist. Caesari.

Contra salutem alicuius, multa deos venerari. 6. fam. 26. in epist. A. Cecinnae.

Nec qui contra se liceatur, emptor opponet. Offic. 64. b

Quae contra sensus, contraque perspicuitatem dicantur. Acad. quaest. ed. 1. lib. 2. 90

Contra populi studium stare. de Cl. Orat. 176

Testimonium quod contra te est. pro Quint. 14. b

Nonne videtur contra te valere? Acad. quaest. ed. 1. lib. 2. 77

Resistere & repugnare contra veritatem. pro Q. R. 53. b

Nunc te contra victorem Caesarem facere, &c. summam stultitiae est. Att. lib. 10. 201. 3. a

Contra, pro, aliter, secus.

Si haec contra, ac dico, essent omnia, tamen, &c. in Ver. 102. b

Vt contra, ac dicat, accipi & sentiri velit. in Orat. 76. a

Vides tamen omnia ferè contra, ac dicta sint, euenisse. 2. de Diuinat. 79. a

Cum contra, ac Deiotarus sensit, victoria belli iudicari. in Ant. 237. b

Si denique aliquid non contra, ac liceret factum, diceretur, sed contra, atque oporteret. pro Corn. 56. b

Iam enim faciam contra, atque in ceteris causis fieri solet, vt, &c. pro Syl. 186. b

Contra faciunt, quam pollicentur. ad Heren. 24. b

Clamare contra, quam deceat, & quam possit, hominis est impudentissimi. de Orat. 116. b

Generi sui, contra quam fas erat, amore capta. pro Clu. 9. a

Vt Senatus, contra quam ipse celsuisset, ad vestitum rediret. in Pisonem, 13. a

Et contra, quam ista causa postulasset, defendisse. pro Cec. a

Quamquam quid ego de vestro iure, contra quam proposueram, disputabo: pro Dom. 237. b

Factum est enim mea culpa, contra quam tu mecum egeras. ad Q. frat. 290. b

Contra, pro, ex contrario, potius.

Vt aliae probabiles videantur, aliae contra. 4. Acad. 184. a

Ad causam pertinet, caute, an contra demonstratum sit. de Orat. 139. b

Sapientissimum dicunt eum, cui quod opus sit, ipsi veniat in mentem. in stultitia contra est: minus enim stultus, cui nihil in mentem venit, quam ille, qui, &c. pro Cluent. 35. b

In collocando beneficio hoc maxime officii est, vt quisque maxime opis indigeat, ita ei potissimum opitulari, quod contra sit a plerisque, &c. Offic. 10. b

Disputabat contra deserti homines Athenienses. de Or. 92. b

Ergo vt hi miseri, sic contra illi beati. Tusc. q. 231. b

Nos, qui domi fumus, tibi beati videmur: at contra nobis, tu

pra nobis beatus. epist. 48. b

Quid si contra omni ratione pugnavit: in Verrem, 130. b. 1. ad Atticum, 32

Atque vtinam propugnatores, &c. & contra oppugnatores. pro Corn. Balb. 65. b

Illam autem altera argumentatio, quasi retro, ac contra prius sumit, quae vult. Part. 134. b

Quid huic cum Habito: nihil, atque adeo etiam contra similitas. pro Cluent. 54

Cum me in iudicio populi nemo vocarit, condemnari non potui, contraque a populo Rom. semper sum defensus & ornatus. pro Dom. 231. b

Ea fumenda dicebat, contraque contraria. Acad. q. 45. b

Nouum enim animum tuum nulla in ceteros maleuolentia suffusum, contraque cum magnum & excelsum, tum etiam apertum & simplicem. epist. 16. b

Num igitur censes animo sollicito fuisse: nihil minus: contraque illa haereditate diues. de Finib. 76. b

Decere, &c. contraque item dedecere. Orat. 103. b

Non enim culpa tua est, si te aliquid timuerunt, contraque summa laus, quod plerique minime timendum esse senserunt. pro Marcel. 134. b

Cyrenaei non viderunt, vt ad cursum equum, sic hominem ad intelligendum & ad agendum esse natum: contraque vt tardam aliquam pecudem ad pastum, & procreandi voluptate, hoc animal ortum esse voluerunt. 2. de Fin. 67. a

Non is sum, qui obiectem libenter, sed contra qui laudem omnia. Acad. quaest. 45. b

Contra, pro, atque.

Itaque contra est, ac dicitis. de Finib. lib. 4. 33

Et in excelsum collocare, & contra, atque antea fuerat, ad Orientem conuertere. 2. in Catil. 64. a

Iam enim faciam criminibus omnibus ferè dissolutis contra, atque in ceteris causis fieri solet. pro Syll. 51. a

Contra, pro, vicissim.

Si laudabit haec illius formam, tu contra huius. epist. 151. b

Sed & ego quid ille, & contra ille, quid ego sentirem videbat. in Ant. 168. b

Beate viuere vos in voluptate ponitis, item contra, omnem infelicitatem in dolore. de Finib. 83. b

Contractus, Vide Contraho.

Contradico.

Nec qui contradicit, causam difficile repellunt. de Fin. 90. b

Vnus contradixerat Metellus. ad Att. 15. b

Et quicquid tu contradixeris, id cum defensione nostra contendito. pro Rosc. Amer. 56. a

Scaptius ait se nihil contradicere. ad Att. 83. b

Cum erant appellati, si eis videbatur, statim contradicere solebant. pro Rab. Posth. 124. b

Contradicuntur haec. 3. Tuscul. q. 119. a

Vereor ne maiorem largiar ei, qui contradicitorus est, libertatem. Acad. 8. b

Contradicens.

Cateruae venient contradicentium. Tusc. 164. b

Contraudo.

Quid, quod exercitum contraduxit. ad Heren. 29. b

Contraho, in angustum adduco, astringo.

Variis canendi sonus tum remittit animos, tum contrahit. 2. de Legib. 38

Omne animal membra quo vult flectit, contorquetque, porrigit, contrahit. de Diuin. 105. b

Quarum (reuerfusionum) in interuallo, tu quasi tristitia quadam contrahit terram, tum vicissim laxificat, vt cum caelo hilarata videatur. 2. de Nat. deor. 147. a. de Sole.

Tum se contrahunt aspirantes, tum in respiratu dilatant, vt frequenter ducatur cibus animalis. 2. de Nat. d. 105. a

Quapropter hoc te primum rogo, ne contrahas aut demittas animum. Q. fratri, lib. 1. 1. 6. a

Contrahere, in angustumque deducere. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 27

Demittere & contrahere animum. Tusc. quaest. lib. 4. 11

Contrahere animum in dolore. Tusc. 224. b

Contrahere interualla. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 21

Contrahere nomina. Orat. 211. b

Licet enim contrahere vniuersitatem generis humani, eamque gradatim ad pauciores, postremo deducere ad singulos. de Nat. deor. 59. b

Stomachi partes quæ sunt infra id quod deuoratur, dilatantur: quæ autem supra, contrahuntur. 2. de Nat. 203. a

Quæ simplicibus verbis ita tractatur, vt aut ex verbo dilatetur, aut in verbum contrahatur oratio. in Partit. 14. a

Contractus & breuis ambitus verborum. de Cl. Orat. 84. a

Similitudinis est ad verbum vnum contracta breuitas. 3. de Orat. 86. a

Contracta & astricta eloquentia, putanda est dialectica. de Claris Orat. 171. a

Ex infinita societate generis humani ita contracta res est, & adducta in angustum, vt omnis charitas aut inter duos, aut inter paucos iungatur. de Amicit. 19

Contracta in Lycia naues. 12. famil. 33. in epist. Lentuli.

Propter res tuas ita contractas, vt, quemadmodum scribis, nec caput nec pedes. 7. famil. 54

Contractior introitus. 2. de Nat. deor. 217. a

Studia contractiora in senectute esse debent. pro Cæl. 60. a

Accipies igitur hoc paruam opusculum lucubraturum his iam contractioribus notibus. in Parad. 5

Contrahere, pro, colligere, cogere.

Quis, cum decubisset, ferrum recipere iussus, collum contraxit. 2. Tusc. quæst. 36

Si turpitudine causæ contrahet offensionem. 1. de Inuent. 34. a

Quæ in rerum natura, totoque mundo constarent, quæque mouerentur, ea contrahere amicitiam, dissipare discordiam. de Amicit. 23. a

Contrahere appetitus. Offic. 1. 143

Appetitus omnes contrahendi sedandi que sunt. pro Mur. 141. b

Ex quibus non amplius xiiii. cohortes contrahere potui. ad Atticum. 8. 43

Contrahere aliquo omnes copias. 8. ad Att. 2

Contrahere frontem. pro Cluent. 57

Contrahere inuidiam in vita. ad Heren. lib. 4. 209. a

Contrahere membra. de Diuin. lib. 1. 102

Vos hortor, vt quotcumque militum contrahere poteritis, contrahatis. ad Att. 129. b

Molestias liberalitate sua contrahere. Cælio, lib. 2. 32

Contrahere omnia in vnum locum. ad Att. 126. b

Contrahere vela. 1. ad Att. 35. pro, remittere aliquid de contentione vehementi actionum.

Virtus ex bonis amici quasi diffunditur, & incommodis contrahitur. de Amicit. 45

Sic enim parari video, vt Luceriam omnes copias contrahatur. ad Attic. 118. b

Contrahi autem animum Zeno & quasi labi putat atque occidere, & ipsum esse dormire. de Diuin. 133. b

Sin omnia in vnum locum contrahenda sunt, non dubito quin, &c. Att. lib. 8. 157. 4. a

Contractum nihil est casu. 11. ad Att. 51

Nos disiecta manu pares aduersariis esse non possumus, contractis autem nostris copiis spero, &c. epist. 154. b

Contrahere, pro, transigere.

Magnis molestiis vacant, qui nihil omnino cum populo contrahunt. Tusc. quæst. lib. 5. 76

Nam quas pecunias ferebat iis expensas, quibuscum contraherat, eas ipsi isti referebat acceptas. 4. in Verr. 123

Cum illo iam nemo rationem, nemo rem vllam contraheret. pro Cluent. 26. b

Res ab eo, quicum contraxisti, recessit. pro Quint. b

Nulla vitæ pars neque publicis, &c. neque, si cum altero contrahas, vacare officio potest. 1. Offic. 7. Contrarium, &c. cum agere, id est, solitariam vitam degere.

Contrahere rationem cum aliquo. pro Syl. 42

Conuenit autem in omni re contrahenda, vendendo, emendo, conducendo, locado, æquum & facilem esse. Off. 46. b

Qui vendunt, emunt, conducunt, locant, contrahendisque negotiis implicantur. 2. Offic. 55

Conuetudines præterea & familiaritates, multæque cum multis res rationesque contractæ. Offic. 11. b

Malè contractæ res. 7. ad Atticum, 29

Magna ratione cū rege Mauritaniæ contracta. pro Syl. 177. b

Aut in hominum societate tuenda, tribuendoque suum cuique & rerum contractarum fide. 1. Offic. 24. a

Contrahere, pro, suscipere, conflare.

Dolabellam videbam fore ab iis molestiis, quas sua liberalitate contraxerat, liberum. epist. 27. b

Si turpitudine causæ contrahet offensionem. de Inuent. 47. b

Nec mercatura quæstiuosa, si in maximis lucris parum aliquid damni contraxerit. 5. de Finib. 156. a

Nullum æs alienum nouum contrahi ciuitatibus. ad Q. fr. lib. 1. 1. 35. a. pro Syl. 44

Inuidiam contrahere in vita, odium in oratione. ad Heren. 36. b. Id est, accerere, trahere.

Contracta est à nobis ea culpa, vt, &c. 11. ad Att. 49

Dabo operam, vt à principio res quemadmodum gesta & contracta est, cognoscatis. pro Quint. 6. a

Æs alienum contractum in popinam. in Catil. 27. b

Culpa contractum malum ægritudinem acriorem facit. 3. Tusc. quæst. 89. a

Hoc quidem suscepto atque contracto, multa perpetienda fuerunt. pro Rab. Posth. 126. b

Ea ferre homines molestissimè debent, quæ eorum culpa contracta sunt. ad Q. frat. 908. b

Contractas lites magistratus iudicant. 3. de Legib. 5. & 6

Quid sit optimum, malè contractis rebus, planè video. ad Atticum, 106. b

Contrahere, pro, facessere.

Sin illam altera secuti eritis, nescio an amplius negotii mihi contrahatur. in Catil. 81

Contrahi mihi negotium videtur. ad Att. 15. 23

Contrahere, pro, conciliare.

Amicitiam virtus contrahit. de Amicit. 45. a

A nostra persona beneuolentiam contrahemus. ad Her. 2. b

Contractio.

Contractio & breuitas grauitatem non habet. Orat. 216. b

Eodem enim vitio est effusio animi in lætitia, quo in dolore contractio. 4. Tusc. 108. a

Contractio animi ex metu mortis. Tusc. q. lib. 1. 74

Contractio animi fieri rectè nunquam potest, elatio potest. Tusc. quæst. lib. 4. 56

Digitorum contractio facilis, facilisque porrectio propter molles commissuras. 2. de Nat. deor. 224. a

Contractio frontis. pro Sestio, 14. a

Et si meam in eo parsimoniam huius paginæ contractio significat. Att. lib. 5. 91. 5. a

Superciliorum remissio & contractio. 1. Offic. 203

Aut contractione breuius fieret, aut productione longius, &c. 3. de Orat. 108. a

Brachii proiectione in contentionibus, contractione in remissis. in Orat. 33. a. De gestibus Oratoris.

Contractiuncula.

Hoc detracto, quod, &c. morsus tamen & contractiuncule quædam animi relinquuntur. 3. Tusc. 70

Contractio.

Nec ea quæ nunc contracto, minuunt, sed augent potius illam facultatem. de Fat. 5. a

Hæc facilius diuulsa & quasi discepta contractant. 3. de Orat. 14. a

Impellit rursus & incitat ad conspiciendas, totaque mente contractandas varias voluptates. 3. Tusc. 30

Contractatio.

Quod ni ita esset, cur non gestiret taurus equæ contractione, equus vaccæ? 1. de Nat. deor. 54

Contrarius.

Stella Iouis ad ortus puerorum salutaris est, Saturni contraria. de Diuin. 98. b

Fortitudini contraria est ignauia, & incitæ iniustitia. de Inuent. 82. b

Omnis voluptas honestati est contraria. Offic. 76. b

Contrarium est quod positum in genere diuerso, ob eodem, cui contrarium esse dicitur, plurimum distat: vt frigus calori, vitæ mors. 1. de Inuent. 58

Contrarium, genus argumentationis. 1. de Inuent. 105

Contrarium, exornationis species. 3. de Orat. 115

Contrarium, pro incommodum aut periculofum. 10. famil. 68. in epist. Afini Pollionis.

Fidentia contrarium est diffidentia: audacia autem non contrarium est, sed appositum & propinquum. de Inuent. 83. b

Contrarium, est quod ex rebus diuersis duabus alteram breuiter & facile confirmat. 4. ad Heren. 171

Nihil est tam contrarium rationi & constantia, quam fortuna. de Diuin. 112. b

Est enim animus cælestis, ex altissimo domicilio depressus in terram, locum diuinæ naturæ, æternitatisque contrarium. de Senect. 93. b

In contrariam partem afferre aliquid. 2. de Orat. 119. a

Verebar ne pium meum consilium raperent in contrariam partem obtrectatores mei. epist. 165. b

Quod habet inflationem magnam is cibus, tranquillitatis mentis quærenti vera contrariam. 1. de Diuin. 111. a

Contrarium decernebat, ac paulò ante decreuerat. 3. Ver. 84

Id tam abest ab officio, vt nihil magis officio esse possit contrarium. Offic. 9. b

Commutable est, quod ab aduersario potest leuiter mutatum ex contraria parte dici. 1. de Inuent. 38. a

Rerum expetendarum tria genera sunt: par autem numerus vitandarum ex contraria parte. de Inuent. 28. b

Si quid contraria parte in homine ostendendum sit, habetis hominem. pro Cecin. 305. b

Seruiliam legem suauit. pro Cluent. 111

L. Crassi adilitas ornatiissima. 6. in Verr. 117

L. Crassi facetissima reprehensio in M. Brutum. pro Clu. 112

L. Crassi testimonio in M. Marcellum non creditum. pro
Fonteio, 12

M. Crassus, Cn. Pompeius, c o s s. in Verr. 103

M. Crassus, quocum mihi erant omnes amicitia necessitu-
dines, vir fortissimus, &c. pro Sest. 32

M. Crassus ab Hemo in Asiam nauigauit. pro Flac. 24

M. Crassus Pont. de Arusp. respon. 10

M. Crassus fugiuos in Siciliam transire prohibuit. 7. in
Verrem, 4

M. Crassi pater mortem sibi consciuit. pro Sest. 40

P. Crassus c o s. Pont. maximus L. Valerium collegam im-
pediuit cum Aristonico bellum gerere. 11. Pilip. 302

P. Crassi animus in Ciceronem. post redi. in Senat. 19

Crassi, Marcus & Publius. 5. fam. 20

Crassus.

Aer crassus & concretus. 1. Tusc. 67. a

Vt ergo illi aqua, sic nobis aer crassus offunditur. Acad. 10. b

Caligo crassa. 1. Tusc. 57. a

Crassum ac concretum cælum. de Nat. deo. 2. 30

Athenis tenuis cælum, ex quo etiam acutiores putantur At-
tici: crassum Thebis, itaque pingues Thebani & valentes.
de Fato, 12. a

Crassum filium. epist. 132. b

Omnino malle, & magis erat tuum, si iam te crassi agri
delectabant, hic alicubi in Crustumino, aut in Capenati
parauisses. pro Flac. 56. a

Latent omnia crassis circumfusa tenebris. 4. Acad. 219. a

Terram crassissimum circumfundit aer. 2. de Nat. d. 13

Terra, crassissima regio mundi. 2. de Nat. d. 26. a

Crassitudo.

Punctus, in quo nulla omnino crassitudo sit. 4. Acad. 208. a

Propter crassitudinem aeris de cælo apud eos siebant mul-
ta. 1. de Diuin. 80

Cratera.

In medioque sinu fulgens cratera relucet. 2. de Nat. d. 1. a

Cratera illum delicatum prætermittendum nobis esse hoc
tempore. 2. ad Att. 24

In equo Troiano craterarum tria millia. 7. fam. 12

Ideo præteribo, quod iste mensas Delphicas è marmore,
crateras ex ære pulcherrimas, vim maximam vasorum
Corinthiorum, ex omnibus ædibus sacris Syracusis ab-
tulit. 6. Verr. 115. a

Cratippus.

Cratippus, filii Ciceronis magister. 12. fa. 39. in ep. Trebonii.
Cratippus, vir optimus, familiaris Ciceronis. Diuin. lib. 1. 5.
& 2. 83

Cratippus, par summis Peripateticis. Diuin. lib. 1. 5

Cratippus, Peripateticorum omnium, quos audierit Cice-
ro, facile princeps. de Vniuers. 3

Cratippus princeps philosophorum suæ ætatis. Offic. lib. 1. 3

Cratippus reliqua diuinationis genera reiecit, somniorum &
furoris fidem tribuit. Diuin. lib. 1. 5

Cratippus Tyndaritanus à C. Verre phaleris nobilibus exu-
tus. 6. in Verr. 24

Cratippi philosophi laus. 16. fam. 28. ex epist. Ciceronis filii.
Cratippo scito me non vt discipulum, sed vt filium esse con-
iunctissimum. 16. famil. 27. ex epist. Ciceronis filii.

Creatio, Creator, Vide Creo.**Creber.**

Siculus ille capitalis, creber, acutus, breuis, penè pusillus
Thucydides. 2. ad Q. fra. 30

Thucydides omnes dicendi artificio mea sententia facile
vicit, qui ita creber est rerum frequentia, vt verborum pro-
pè numerum, sententiarum numero consequatur. 2. de
Orat. 30. a

Sed hoc nescio quomodo frequenter in me cogessisti, sanèq;
in eo creber fuisti, te, &c. pro Plancio, 67. id est, sæpius illud
dixisti & inculcasti.

Cuius (dei) crebra facie pellantur animi. de Nat. deo. 1. 75

Venæ & arteriæ crebræ, multæque toto corpore intextæ. 2.
de Nat. deo. 209. a

Crebræ vel potius quotidianæ compellationes. Cornificio,
lib. 12. 25. 5. a

Crebræ literæ. ad Tironem, lib. 16. 1. 3. a

Et in scripto multò essem crebrior, quàm tu. Att. lib. 1. 14. 1. a

Crebriores literæ & raræ, opponuntur. 12. famil. 62

Sermo creberrimus. 14. Philip. 393. a

Crebro.

Quod crebro certior per me fias. ad Lentulum, lib. 1. 7. 1. a

Quos crebro commemorare soles, diligunt, &c. 6. Verrina-
rum, 127. a

Qui crebro dicat. de Fin. 65. b

Crebro insistens, interdum acquiescens. 1. de Leg. 22. a

Urbanam expolitionem vrget ille quidem, sed etiam ipse cre-
bro interuiso. ad Q. Fratr. 319. b

Velim obuias mihi literas de omnibus rebus crebro mittas.
ad Att. 94. b

Tu ad me velim literas crebrius mittas. epist. 63. b

Etrusci autem quod religione imbuti studiosius & crebrius
hostias immolabant. 1. de Diuin. 153. a

Sed in vtroque & frequentiores sunt, & liberiores poetæ:
nam & transferunt verba crebrius, &c. Orat. 216. b

Quæ creberrimè commemoratur à Stoicis. 1. de Diuin. 99. a.
6. ad Att. 26

Crebritas.

Colloqui videbamur, in Tusculano quum essem, tanta erat

crebritas literarum. Att. lib. 13. 275. 1. a

Concinnitas illa, crebritasque sententiarum pristina mane-
bat. ad Brutum, 183

Vt longi temporis vsuram, qua caruimus, intermissa nostra
consuetudine, & gratia, & crebritate, & magnitudine of-
ficio meorum sarciam. ad Appium, lib. 3. 1

Credo.

Credo, aut illos mortis timor terret, aut hos religionis. de
Nat. d. 1. 60

Credo: profus mihi persuadet. 2. ad Att. 49

At vberiora cibaria facta sunt caritate. credo: neque id est
nouum, neque reprehendendum. 5. Verr. 186. a

An illius vicem, credo, doles. Prolatum ironice. 4. fam. 16. in
epist. Seru. Sulpitii. & 1. ad Q. frat. 5

Concessit, credo, Ebutio, quantum vellet, de Cefenniarum bonis
vt haberet. pro Cecin. a

Circumfessus es, à quibus à Lampfacenis: Barbaris homini-
bus, credo. 3. Verr. 56. a

Credo ego vos mirari, quid sit quod, &c. pro Quint. 18. b

Credo propterea, quod quibus in rebus ipsi interesse non
possumus, in his operæ nostræ vicaria fides amicorum
supponitur. pro Rosc. Amer. 65. a

Pueri autè Sifennæ, credo qui audiissent quæ in istum te-
stimoniam essent dicta, oculos de isto nunquam deicere, ne-
que ab argento digitum discedere. 6. Verr. 29. a

Credo quod videret ex consularibus neminem, &c. de Cla-
ris Orat. 195. b

Credo vt facilius iudicarem, quàm, &c. de Nat. deo. 1. 41

Rectè non credis de numero militum. Att. lib. 9. 180. 3. a

Nemo credit, nisi ei quem fidelem putat. pro S. Rosc. 37. b

Nimium Quirites animis simplicibus, nimium creditis vni-
cuique. ad Heren. 35. b

Stoici omnia cum superstitiosa solitudine & miseria cre-
dunt. de Diuin. lib. 2. 68

Crede, inquis, mihi. credo equidem: sed scio, &c. 11. ad Atti-
cum, 9

Finem nullum facio (mihi crede) Cassi, de te cogitadi. ep. 183. b

Quod abest longissimè, mihi crede, Cæsar. pro Deiotaro, 25. a

Fuit tanti, mihi crede: haberes quod defenderes. 6. Verr. 24. a

Illustrabit (mihi crede) tuam amplitudinem hominum in-
iuria. epist. 6. b

Non sum (mihi crede) mentis compos. Att. lib. 10. 173. 10. a

Bibulum noli dimittere ex sinu tuo tantum iam virum, ex
quanto, crede mihi, potest euadere qui vestris paucorum
respondeat laudibus. ad Brutum, 7. 2. a

Mihi crede istuc, &c. ad Att. 215. b

Quod & non prædicanti tibi tam facile credam, sicut mali
ædificii domino gloriati, se architectum non habuisse. de
Nat. 15. b

Quod mihi credas velim. 13. ad Att. 30

Crederem, nisi eius augurio rex Hostilius maxima bella ges-
sisset. de Nat. deo. 2. 7

Audiui equidem ista de maioribus natu, sed nunquam sum
adductus vt crederem. de Clar. 173. b

Nemo somniis crederet, nisi, &c. de Diuin. 137. b

Bis ad te scripsi, me purgans diligenter, leuiter accusans in
eo, quod de me citò credidisses. Appio, lib. 3. 11. 15. a

Crederet alicui ex animo. 10. famil. 46. in epist. Planci.

Crederet alicui, nulla ratione reddita. 3. de Nat. deo. 4

Crederet aliquid sine doctrina. Tusc. quæ. lib. 1. 41

Quod si voluerit tibi obtemperare, & nobis de Cæsare cre-
dere, &c. Att. lib. 8. 168. 3. a

Quamobrem *ἐπιμαρτυροῦν* illud teneto: neruos atque artus
esse sapientiæ, non temerè credere. de Pet. 111. ad Att. 19. b

Tamen non temerè creditur, neque leui cōiectura res pen-
ditur. pro Sex. Rosc. 37. a

Ei negabit credi oportere, cui ipse crediderit: eius testis ad
iudicem fidem infirmabit, cuius, &c. pro Quint. Rosc. 52. b

Creandum non est rumoribus. 2. ad Heren. 35

Creandum nimirū est veteribus, & prisca, vt aiunt, viris,
qui se progeniem deorum esse dicebant, itaque eorum
vocal

Ita me ad credendum tua ducit oratio. Tusc. q. lib. 2. 37

In credendo cautus ero. 10. ad Att. 31

Credere, pro, concedere, tribuere, committere.

Si quibus pecuniam credebas, iis expensum non ferēs. 3. Ver-
rinarum, 71. a. ad Lentul. lib. 1. 7. 20. a

Chirographa omnia, ex quibus credidi, Leucippo dabo per-
ferenda. epist. 156. b

Credidi iis, à quibus nephas putaram me decipi. 1. ad Quin-
tum fratrem, 56

Alterum putabo regem, si habuerit unde tibi soluat, quod
ei per syngrapham credidisti. de Arusp. resp. 26

Credidit dores filiarum Iunoni Samiæ Clithenes Athe-
niensis, cum rebus timeret suis. 2. de Leg. 40

Qui tamen credidit P. Fuluii Verratii leuissimum hominis fi-
dei. pro Flac. 36. a

Rabirius credidit populis. pro Rab. Posth. 123. b. Id est, pec-
unias mutuas dedit.

Is regi Alexandro gradem pecuniam crediderat. epist. 123. b

Credere pecuniam alicui. de Legib. 178. b. pro Flac. 156. b. Id
est, deponere apud illum.

Posteaquam exegit quod crediderat, vt existimaretur non
egere, nouum genus hoc gloriæ concupiscit: pro Rab.
Posth. 24. a

Ego si tuam fidem accusarem, non me potissimum tuis te-
stis crederē. Att. lib. 3. 55. 13. a. Id est, non diuersarē apud te.

Qui per prouinciam imperii tui pecunias ei credidissent.
epist. 7. b

Quare nolite dubitare, quin huic vni credatis omnia, qui,
&c. pro Leg. Manil. 47. a. Id est, deferatis omnia ad vnum.

Sic ei probatum est, quod ad te scribo, vt ipse crediderit, me
sponsorem accipere noluerit. 16. ad Atticum, 13

Credere alicui, & Cauere aliquem, contraria. 1. fam. 23

Committē & credere aliquid fidei & potestati alicuius. ad
Q. frat. lib. 1. 1. 41. a

Cōmittere cōsilia, & credere omnes res alicui. in Verr. 149. b

Rem tanti sceleris, ignotis, alienisque seruis non esse cre-
dendam. pro Cæl. 41. a

Creditus.

Sicilia, quæ mihi defendenda credita est. in Verr. 274. b

Mihi honorem illum non solum datum, sed etiam credi-
tum ac commissum puto. in Verr. 242. b

Pecuniæ creditæ. in Verr. 239. b

Solutio rerum creditarum. Offic. 51. b

Vt omnia vestræ sapientiæ, fidei, potestatiq̃e cōmissa, cre-
ditæque esse videantur. pro Domo sua, 1

Aut pecunias creditas debitoribus condonandas putant.
2. Offic. 115. a

Soluere pecunias creditas. in Pis. 68. a

De pecuniis creditis ius dicere. de Prouinc. Conf. 6. a

Creditor.

Nec tabulæ creditoris proferuntur. pro Flac. 150

Etenim si ex edicto possidisti, quæro cur bona non vñe-
rint, cur cæteri sponsores & creditores non conuenerint.
pro Quintio, 49. a

Vnà agebant cæteri creditores. ad Att. 1. b

Erant nonnulli togati creditores Græcorum, quibus, &c.
3. Verr. 51. a

S. C. modò factum est in creditorum causa, vt centesimæ
perpetuo fœnore ducerentur. ad Att. 83. b

Quod etiam videre potuistis, quotidie sponsores & credi-
tores L. Trebellii conuenire. 6. Philip. 211. a

Fraudare creditores. in Ant. 207. b

Familiares habet Brutus tuus quosdam creditores Salami-
niorum. ad Att. 82. b

Qui cum omnibus creditoribus suis malè agat. pro Quin-
tio, 16. b

De creditoribus patrifamil. mortui qui plurimum seruat,
sacris eius astringitur. 2. de Legib. 47

Credulus.

Vbi discerni stultus auditor & credulus ab religioso & sa-
pienti iudice possit: pro Font. 11. a. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 74

Vel verba mihi dari facile patior in hoc, meque libèter præ-
beo credulum. Att. lib. 15. 33

Quando ista vis autem euauit: an postquam homines mi-
nus creduli esse cœperunt. 2. de Diuin. 176. a

Hæc in fabulis stultissima persona est improuidorum & cre-
dulorum senum. de Amicit. 82. & 32. a

Credulitas.

Credulitas enim error est magis, quàm culpa est: & quidem
in optimi cuiusque mentem facillimè irrepit. Plancus Ci-
ceroni, lib. 10. 46. 47. a

Credulitate mea Reipubl. summa fallatur. 10. famil. 42. in
epist. Planci.

Credibilis.

Coniectura rei alicuius credibilis. 2. de Diuin. 82. a

Narratio credibilis esse debet. Orat. 208. b

Credibile est, quod sine vlllo teste auditoris opinione firma-
tur. 1. de Inuent. 64

Stoicum est quidem, nec admodum credibile, Nullum esse
pilum omnibus rebus talem, &c. 4. Acad. 149. a

Credibile non est quantum. 2. ad At. 60. Pro, incredibile est.
Non est credibile, quid interesse mihi sit visum inter eum,
qui, &c. de Orat. 116. b

Hoc credibile fore non arbitrabar. in Verr. 268. b

Quod pro credibili sumptum erit. 1. de Inuent. 93. a

Multa enim quæ scio abs te esse cōmissa, quod aut nimium
turpia, aut parū credibilia sunt, præmittam. 4. Ver. 130. a

Credibiliter.

Id vos & à viro optimo, &c. esse confingitis: at quàm non
modò non credibiliter, sed ne suspiciose quidem. pro
Deiot. 10. a

Crema.

Creinari igni primus è patritiis Cornelii voluit Sylla. 2. de
Legib. 52

Crema.

Cuius à me corpus crematum est. Cat. 76

O præclarum discessum è vita, quum (vt Herculi contigit)
mortali corpore cremato, in lucem animus excesserit. 1. de
Diuinat. 85. a

Quod tamen ipsum pro patria non miserandum putatur:
nec dispersis bustis humili sepultura crematos, sed conte-
ctos publicis operibus, &c. 14. Philipp. 408. a

Creo.

Nonnūquam etiam errorem creat similitudo. Diu. lib. 2. 43

Natura enim fingit homines, & creat imitatores & narrato-
res facetos. 2. de Orat. 121. a

Omnium rerum, quas & creat natura & tuetur, summum
bonum est in corpore. 5. de Finib. 68

Nemini iniuste periculum creauit. Antequam. 196. b

Nam principium extinctum, nec ipsum ab alio renascetur,
nec à se aliud creabit. 1. Tusc. 85. a

Itaque hortari homines cœpit, vt aliquid Stenio periculi
crearent, criminisq̃e confingerent. 4. Verr. 62. a

Creare & gignere artis maximè proprium est. 2. de Natura
deorum, 81. a

Creare, alere, confirmare. de Orat. 119. b

Creare magistratum. 13. fam. 24

Creare periculum alicui. pro Cornel. Balbo, 33. 1. in Ver-
rem, 34. & 4. 63. & pro Flac. 1

In vrbe luxuries creatur, ex luxuria existat auaritia necesse
est. pro Rosc. Amer. 45. a

Id assequitur, si per Prætores Consules creantur. ad Attic.
lib. 9. 180. 9. a

Ne patribus cædes, periculæque creentur. de Arusp. 36

Maius imperium à minore creari ius non est. ad Att. 143. de
Legib. 185. b

Quod quidem institutum Reip. causa est, vt comitorum
vel in iudiciis populi, vel in iure legum, vel in creandis
magistratibus principes ciuitatis essent interpretes. 2. de
Diuinat. 112. a

Creator.

Nobis hæc portenta deum dedit ipse creator. 2. de Diu. 98. a

Creator vrbs Romæ. Romulus. pro Corn. Bal. 24

Creatio.

Creatio magistratum cum sciscitentur suffragia, optimati-
bus nota, plebi libera sunt. 3. de Leg. 10

Crepercius.

M. Crepercius iudex acer. 2. in Verr. 19

Crepida.

Non solum cum chlamyde, sed etiam cum crepidis in Ca-
pitolio statuum videtis. pro Rab. Posth. 16. a

Crepidatus.

Inde nocte intempesta crepidatus, veste seruili nauem con-
scendit. in Pis. 73. a

Quo metu commoti Dyrrhachini, profugisse noctu crepi-
datum imperatorem indicauerunt. in Pis. 73

Crepido.

Deinde omnia tanquam crepidine quadam comprehen-
sione longiore sustentur. in Orat. 130. a

Vsq̃ue ad forum, & ad omnes vrbs crepidines accessit. 7.
Verrinarum, 76

Crepitus.

Num qui strepitus, clamor, crepitus exauditus sit. ad He-
rennium, 7. b

Terrorem pallor & tremor, dentium crepitus consequitur.
4. Tusc. 15

Pedum crepitus, strepitus hominum. Topic. 25

Nulla vox alia inter crepitum dolorumque plagarum au-
diebatur. 7. Verr. 126

Crepitus aunt Stoici æquè liberos ac ructus esse oportere.
9. famil. 54

Crepundia.

Totum aliquem non næuo aliquo aut crepundis, sed cor-
pore omni velle cognoscere. de Clar. Orat. 164. b

Cres.

Epimenides Cres. de Diuinat. 87. b

Neque verò Cretes, quorum nemo gustauit vnquam cu-
bans melius, quàm Romani homines, qui tempora volu-
ptatis laborisque dispersunt. pro Muren. 68. a

Cresco.

Quod me vt scribam aliquid hortaris, crescit mihi quidem
materies vt dicis, sed tota res etiam nunc fluctuat. ad At-
ticum, lib. 2. 27. 4. a

Crescit in dies singulos hostium numerus. in Cætil. 3. a

Ex his studiis hæc quoque crescit oratio. pro Arch. 188. b

Plerumque Resp. priuatis crescit inimicitis. in Sal. 272. b

Crescebat in eos odium. de Arusp. resp. 42. a

Iam satis huius voluminis magnitudo creuit. ad Heren. 6. b

Expectatio muneris, quæ rumore nonnullorum creuerat.
pro Muren. 133. b

Cum lacus Albanus præter modum creuisset. de Diuin. 10. b

Quum socii pertinuissent, hostium opes, animique creuis-
sent, quum, &c. pro Leg. Manil. 31. a

Ostreisque & conchyliis omnibus contingere, vt cum luna
pariter crescant, pariterque decrescant. 2. de Diuin. 50. a

Isto absoluto, quod sine multorum scelere fieri non potest,
de multis mihi crescere licebit. 7. Verr. 136. a

Ex inuidia Senatoria crescere. pro Cluent. 61. a

Nam si mihi liberet accusare, accusare alios potius, ex qui-
bus possem crescere. pro Sex. Rosc. 50. a

Ex quo intellectum est, mihi absentis creuisse amicos. pro
Sest. 18. b

Crescens.

Crescens & senescens luna. 2. de Nat. d. 70

aduenientes & crescentes morbos intelligunt. de Diui-
natione, 137. b

Quæ crescentia perniciofa sunt, eadem sunt vitiosa nascen-
tia. Tusc. q. lib. 4. 32

Creta.

Est enim nobis Creta notior, quàm Roma Cydæ. in Anto-
nium, 197. b

Is fuit in Creta. pro Planc. 264. b

In Creta insula Iouis sepulchrum ostenditur. 3. de Nat. d. 38

Cretensis.

Cretensis iudex. in Ant. 197. b

Tertius Iuppiter Cretensis Saturni filius. 3. de Nat. d. 72. a

Cydam Cretensem, portentum insulæ. in Ant. 196. b

Cretensium legati ad Pompeium profecti. pro L. Manil. 32

Cretensium mores. pro Muren. 68

Dura natio, scilicet Cretensium. in Ant. 197. b

Creta.

Hæc quæ est à nobis prolata laudatio, obignata erat creta
illa Asiatica, qua vtuntur omnes in publicis & priuatis
litteris. pro Flac. 29

Cretula.

Quum Valentio eius interpreti epistola Agrigenti allata
esset, casu signum animaduertit in cretula. 6. Verr. 51. a

Cretatus.

Etenim mihi eius caligæ, vt fasciæ cretatæ, non placebant.
2. ad Att. 18. 1. a

Creticus.

Creticus pes est ex longa & breui & longa: vt, Quid petam
præsidii, aut exequar, quoue nunc. 3. de Orat. 101

Sed iidem hi tres pedes malè concludunt, siquis eorum in
extremo locatus est, nisi quum pro cretico postremus est
daçtylus. in Orat. 126. a

Cribrum.

Quasi verò quicquam interfit, mures diem noctem aliquid
rodentes, scuta an cribra corroserint. 2. de Diuin. 87. a

Crimen.

Crimen aduersariorum, & audacia & potentia. pro Rosc.
Amer. 21

Ambitus crimen. pro Muren. 50. a

Crimen coniurationis. pro Syl. 169. b

Milonis facinoris suspicio, non facti crimen obstat. pro
Milone, 74

Falsum crimen, quasi venenatum aliquod telum iacere. pro
Quintio, 5. a

Tanti maleficii crimen. pro Sex. Rosc. 30. b

Quod si criminosum est, necessitatis crimen est, non volun-
tatis. pro Ligar. 3. a

Nefarium crimen & fraus capitalis. 2. de Orat. 109. a

Tribuarium crimen. pro Planc. 37. a

Veneri crimen. pro Deiot. 11. a

Hæreditatem mihi negasti obuuisse: vtinam hoc tuum ve-
rum crimen esset. in Philipp. a

Crimen tuum. pro Cæl. 27

Criminis comparatio. 1. ad Heren. 26

Criminis concessio, & eius partes. 1. ad Heren. 25

Exitum criminis reperire. pro Cæl. 53. a

Sunt enim qui, quum meus interitus nihil fuerit Reipub.
profuturus, criminis loco putat esse quod viuam. ad Ma-
rium, lib. 7. 12

Criminis purgatio, & eius partes. 1. ad Heren. 25

Criminis remotio, & eius species. 1. ad Heren. 26

Criminis remotione quomodo vtendum. 2. ad Heren. 59

Criminis translatio. 1. ad Heren. 26

Criminis translatione quomodo vtendum. 2. ad Heren. 55

Dare crimini. 7. Verr. 59. a

Cum accusatione sua Qu. Gallio crimini dedisset, sibi vene-
num eum parauisset. de Clar. Orat. 190. b

Id quod mihi crimini dabatur, crimen non erat. pro Domo
sua, 232. a

Scio mihi crimini datū iri, pecuniam accepisse. in Ver. 250. b

Non apertissima res erant crimini datæ: non omnes hæc te-
stibus comprobata: ad Heren. 35. b

Fraudi aut crimini esse alicui aliquid. pro Muren. 67. a

Quærat non solum quemadmodum nostro crimini, ve-
rumetiam quo pacto suæ confessioni possit mederi. 3.
Verrinarum, 7. a

Vita rustica, quam tu probro & crimini putas oportere. pro
Sext. Rosc. 28

Ad crimen defensionem quærere. 5. Verr. 134. a

Quæ suspicionem & crimen afferunt. de Orat. 139. b

Vestitus crimen afferre alicui. pro Rab. Posth. 17. a

Crimen alicui cum aliquo communicatum esse. 1. in Verr. 8

Conferre crimen cum vita. pro Syl. 56. a

Aut suspicioni crimen, aut inuidiæ materiam dedisse vide-
bimur. in Ant. 235

Ineptiarum crimen effugere. 3. de Orat. 104. a

Deinde hoc quintodecimo die crimen esse natū, postquam
classis esset amissa. 7. Verr. 84. a

Qui igitur probari potest in ea pecunia non referenda, crimen sibi ipsum facere, in qua crimen esset nullum si referret: pro Flac. 25. a
 Fingere crimen. pro Cael. 43. a. pro Deiot. 11. a
 Proditionis crimen inferre alicui. 7. Verr. 84. a
 Obliviscor iam iniurias Clodia, &c. sed ex te ipsa requiro, quoniam & crimen accusatores abs te, & testem eius criminis te ipsam dicunt se habere: si qua mulier, &c. pro Caelio, 38. a
 Crimen ingrati animi horreo. 9. ad Att. 5
 Crimen iacere. pro Quint. 5
 Hoc tu igitur in crimen vocas, quod cum iis fuerit C. Rabinus, &c. pro Rab. perduel. reo, 17. a. 5. in Verr. 187
 In crimen vocari. 5. fam. 48
 In crimen mandati iudiciumque infamiae reuocari. pro Sext. Rosc. 37. b
 Proficere crimen ex libidinosa domo. pro Cael. 43. a
 Reseruare iudicio crimen. pro Mil. 10. a
 Accipere crimen subire. Att. lib. 9. 20
 Tibi vni parcam, & totius istius culpae crimen, vituperationemque inconstantiae potius suscipiam, &c. 7. Verr. 28. a
 Suscipere crimen facinorum tantorum & tam atrocium. pro Sylla, 51. a
 Transferre crimen a se in alium. 2. de Inuent. 140. a
 Eodem ego te condemnabo crimine. Curioni, lib. 2. 1. 3. a
 Daréque operam, ut is eo crimine damnaretur, ne ipse esset in crimine. in Verr. 223. b
 Siue ex crimine causa constet, ut facinoris: siue ex controuersa, ut hereditatis: siue ex deliberatione, ut belli: siue ex persona, ut laudis: siue ex disputatione, ut de ratione viuendi. de Orat. 118. b
 Ficto crimine liberari. pro Rosc. Amer. 76. a
 In crimine esse. 6. in Verr. 89
 Notare libidinis crimine aliquem. pro Corn. Balb. 46. a
 Nefario crimine solui, & culpa liberari. pro Rosc. Am. 85. a
 Omnia simul intelligere potuistis Iudices ex hoc vno crimine Scandiliano: &c. 5. Verr. 120. a
 Duo sunt crimina vna in muliere summorum facinorum, auri, &c. veneni, &c. pro Cael. 48. b
 Hinc illa lachrymae nimirum, & haec causa est omnium horum scelerum atque criminum. pro Cael. 48. a
 Criminum causa plerumque inficiatione defenduntur. 2. de Orat. 58
 Criminum iacturam facere. 3. in Verr. 22
 Criminum inopia. pro Rosc. Amer. 28
 Crimnum accusatorum mentionem facere apud iudices. 2. ad Heren. 36
 Criminum est multitudo non defensionum infirmitas. 2. de Orat. 74
 Criminum patronus. pro Sylla, 9
 Crimina hostiatim agere. 6. in Verr. 42
 Dissoluere crimina. pro Syl. 51. a. de Opt. gen. Orat. 149. a
 Proponere & explicare crimina in testibus interrogandis. 3. Verr. 20. a
 Inferre crimina, accusatoris officium est: defensorum diluere & propulsare. ad Heren. 204
 Ponderare crimina rerum ipsarum magnitudine. 3. Verr. 29. a
 Criminibus respondebo, quibus tu pro me restitisti. 11. fam. 47. in epist. Matii. pro Planc. 3. a
 Istam accusator in magnis criminibus abiiciendam putabat. in Verr. 254. b
 Idem enim certis propriisque criminibus accusabo. 3. Ver. 29. a
 Manifestis criminibus conuinci. 3. Verr. 17. a
 Addendum eodem est, ut ne criminibus aut inferendis delectetur, aut credat oblati. de Amicit. 58. a
 Deinde reliquis diebus his criminibus, his testibus & vrbani & prouincialibus sic obrutus & oppressus est. 3. Ver. 13. a
 Obreritur laus imperatoria criminibus auaritia. 7. Verr. 2. a
 Criminibus falsis in odium aut inuidiam vocare aliquem. Offic. 1. 123

Criminosus.

Hic Tribun. plebis modestus, prudens, non modo non seditiosus, sed etiam seditiosus aduersarius: ille autem acerbus,

criminosus, popularis homo ac turbulentus. pro Clu. 75. a
 Vir criminosus. Partit. 233. b
 Quod si est criminosum, necessitatis crimen est, non voluntatis. pro Lig. 137. b
 Non enim timeo ne id mihi criminosum sit. pro Plan. 259. b
 Criminosum factum. pro Ligar. 3
 Criminosum nomen. pro Planc. 37
 Tempus criminosum. pro Ligar. 3. a
 Criminosum esse. pro Syl. 27. & pro Plan. 2. i. crimini dari. Ille hoc putabat Verri criminosum fore, si eius statuæ essent deiectæ. 4. Verr. 117. a
 Tu tibi hoc criminosum nunquam fore putasti. in Ver. 245. b
 Ne si argueret quidem tum denique, quum esset interrogatus, id mihi criminosum videretur. pro Syl. 28. a
 Nomine criminoso inquinare officiosam amicitiam. pro Planc. 37. a
 Conquerenda conditio communis periculi, si ingeniis hominum criminosorum sit exposita vita innocentium. in Part. 2. a
Criminosus.
 Criminosus rem agere. pro Deiot. 13
 Quum enim aliquid habeat quod possit criminosus ac suspiciosus dicere, aperte ludificari & calumniari sciens non videatur. pro Rosc. Amer. 33
 Non fecissem hominis penè infimi mentionem, nisi iudicarem qui suspiciosus aut criminosus diceret, audisse me neminem. de Clar. Orat. 68. a
Criminor.
 Quod benevolentia sit, id odio factum criminariis. pro Sex. Rosc. 25. b
 Quod tu me ingratum esse criminariis. pro Planc. 276. b
 Qui a me Syllanas possessiones defendi criminatur. pro Legge Agr. 107. a
 Secundus locus est, cum consideramus, illa res, de quibus criminamur, ad quos pertineant. ad Heren. 15. b
 Venenum quod eiusdem Clodiae necandae causa parasse Caelium criminantur. pro Cael. 48. b
 Cum accusatorem calumniari criminabatur. ad Heren. 7. b
 Messalam Consulem contumeliose laedebat: me tantum comperisse omnia criminabatur. Att. lib. 1. 9. 9. a
 De amicitia, quam iste a me violatam esse criminatus est, pauca dicam. in Ant. 160. b
 C. Marium, Q. Metellum, cuius legatus erat, summum virum & ciuem, quum ab eo imperatore suo Romam missus esset, apud populum Romanum criminatus est bellum illum dicere. 3. Offic. 104. a
 Criminari, crimenve dissoluere argumetando. de Opt. 249. b
 Ne cui liceret illud indicium temere creditum criminari. pro Syl. 175. b
 Jam enim non libet omnia criminari. 6. Verr. 52. a
 Inuidiosè potentiam alicuius criminari. pro Mil. 9. a
 Libet enim tibi nescio quid etiam de illa tribu criminari. pro Planc. 31. a
 Consuetudo criminandi. pro Deiot. 11. a
Criminatio.
 Falsa criminatio. 2. de Orat. 175. a
 Criminatio tua quae est: Roscium cum Flauio pro societate decidisse. pro Quint. Rosc. 51. b
 Nihil adhuc criminationis est in Sestium. pro Sest. 20. b
 Quae valeant contra falsam criminationem. 2. de Orat. 175. a
 Nos inaudita criminatione accusatorum, priore loco causam dicere intelligis: &c. pro Quint. 17
 Quae in negotio gerendo acta sunt, &c. cum vniuscuiusque indignatione & criminatione colligimus. 1. de Inuēt. 116. a
 Nunquid est causae Quirites, quin illa criminatione, qua in me absente vsus est, non solum meam, sed etiam vestram diligentiam, prudentiamque despexerit: pro Leg. Ag. 103. a
 Allatas criminationes repellere. de Amicit. 59. a
 Διλωτα κρωων. 12. ad Att. 6
 Κρωων. 9. fam. 7
 Κρωων. 1. ad Heren. 29. Topic. 51. Orat. 69
 Crines. in Verr. 164. & Orat. 211. b. Id est, capilli.
Crinitus.
 Crinitus Apollo. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 82

Gorgonis os pulcherrimum, crinitum anguibus, reuellit atque abstulit. 6. Ver. 111. Quaedam ex plaria habet, cinctum.
 Crinitas stellas nostri, cometas Graeci vocant. de Nat. d. 2. 11
Crispius.
 Crispus quidam Cicerone defendente datus. pro Plan. 61
 Crispus.
 -osti alii stant parietes
 Deformati, atque abiete crispa. 3. Tusc. 76. a
Crispifulcans.
 At quum in Aiakis nauim crispifulcans igneum fulmen iniectum est, inflammatur nauis necessario. in Topic. 31
Critias.
 Quid Critias: quid Alcibiades: ciuitatibus suis quidem non boni, sed certe docti atque eloquentes, nonne Socraticis erant disputationibus eruditi. 3. de Orat. 76
 Consecuti sunt hos (inquit) Critias, Theramenes, Lysias: multa Lysiae scripta sunt, nonnulla Critiae, de Theramene audiui. 2. de Orat. 52
 Critias Periclis aetati suppar. Brut. 14
Criticus.
 Ego tanquam criticus antiquus iudicaturus sum, vtrum sint, &c. ad Dolabellam, lib. 9. 19
Crito.
 Crito, familiaris Socratis. Diuin. lib. 1. 48
Critolaus.
 Critolaus euertit Corinthum. 3. de Nat. d. 68
 Critolaus cum Carneade & Diogene Romam legatus. 2. de Orat. 85
 Critolaus Peripateticus. 1. de Orat. 24
 Diodorus Critolai auditor fuit. de Finib. lib. 5. 12
Crocodilus.
 Crocodilum, aut ibim, aut felem nullum violatum ab Aegyptio. de Nat. d. 1. 57
 Crocodili, pisces, canes, aliaque multa beluae a barbaris in numero deorum ponebantur. 3. de Nat. d. 33
 Crocodili & fluuiatiles testudines. 2. de Nat. d. 93
 Crocodili cum in terra partum ediderint, obruunt oua, deinde discedunt. 2. de Nat. d. 98
Crocota.
 P. Clodius a crocota, a mitra, a muliebribus soleis, &c. a stupro est factus repente popularis. de Arusp. resp. 40. Id est, a veste muliebri crocea.
Crocus.
 Vnguetum magis laudatur, quod terram, quam quod crocum olet. de Orat. 152. b
 Crodimus locus. pro Font. 278. b
Cræsus.
 Cræsus, Apollinis oraculo deceptus, cum vim hostium se peruersum putaret, peruerit suam. Diuin. lib. 2. 90
 Cræsus opulentissimus rex Asiae. Diuin. lib. 2. 90
 Cræsi filius, cum esset infans, locutus est. Diuin. lib. 1. 102
 Neque expectat vltimum tempus aetatis, quod Cræso scribit Herodotus praecipuum a Solone. 2. de Finib. 139. a
Crommynacris.
 Vale, &c. Cypro a Crommynacride. epist. 190. b
 Κρωων dicitur Saturnus, qui est idem Κρωων. 2. de Nat. d. 47
Crotalum.
 Neque collegæ tui cymbala & crotala fugi. in Pis. 83. b
Croton.
 Q. Crotonis seruus, L. Saturninum occidit. pro C. Rab. 32
 Crotonem petemus, aut Thuriolos. 9. ad Att. 71
Crotoniates.
 Crotoniates Alcmeo, soli & lunæ, reliquisque sideribus, animoque praeterea diuinitatem dedit. de Nat. d. 1. 20
Crotoniatæ.
 Crotoniatæ templum Iunonis religiose coluerunt & ornauerunt. 2. de Inuent. 121
 Crotoniatæ a Locris deuicti ad fluuium Sagram. de N. d. 2. 5
 Crotoniatæ corporum viribus & dignitatibus praestantissimi. 2. de Inuent. 123
Cruciamentum, Cruciatu, Crucio, Vide Crux.
Crudus.
 Afoti, qui in mensam vomant, crudique postridie se rursus

ingurgitent. de Finib. 69. b
 Et quasi poma ex arboribus, si cruda sunt, vi auelluntur: si matura & cocta, decidunt. de Senect. 55. a
 Noluit, inquit, hodie agere Roscius, aut crudior fuit. 1. de Orat. 61
 Quod in cenam non veniret, quod esset crudior. a
 Cum ad illud prandium crudior venisset. pro Cluent. 134. a. 1. de Orat. 61. a
Cruditas.
 Causa autem ea est, quae id efficit cuius est causa: ut vulnus mortis, cruditas morbi, ignis ardoris. de Fato, 50. a
 Nos hic D. Sullam patrem mortuum habebamus, alii a latronibus, alii a cruditate dicebant. ad Cassium, lib. 15. 45
 Caret ergo etiam vinolentia & cruditate & infomniis. de Senect. 40. a
 Cruditate satius est hinc, quam istic fame. 9. fam. 44
Crudelis.
 Importunus atque crudelis. lib. 1. de Finib. 28
 Animus ferus, crudelis & inhumanus. ad Heren. 11. b
 Crudelis Castor est, ne dicam sceleratum & impium: qui nepos auum in discrimen capitis adduxerit. pro Deiot. 1. a
 Quispiam in alicuius calamitate crudelis. de Orat. 126. b
 Lepidus crudelis in liberis. ad Att. 280. b
 Crudelis in oratione. 7. famil. 9
 Crudelis res auditu. pro Planc. 80
 Bellum crudele & exitiosum. Att. lib. 10. 173. 14. a
 Nihil quod crudele, vile. Offic. 3. 60
 In sanguinem suum tam crudeles fuisse. 1. de Finib. 27
 Consilia crudelissima. 4. Philip. 14. a
 Si non solum exercitus ad Remp. libertatemque defendendam comparui, sed etiam crudelissimus tyrannus eripui. Cassius ad Ciceronem, lib. 12. 12. 6. a
Crudelitas.
 Non est ea medicina, sed carnificina atque crudelitas. pro Sestio, 119
 Crudelitas, hominum naturae (quam maxime sequi debemus) maxime est inimica. Offic. 3. 60, & 61
 Crudelitas inimicorum nondum esset nostra calamitate satiata. 1. ad Q. frat. 52
 Audacia & crudelitas singularis. 5. Verr. 42. a
 At iste spumans ex ore scelus, anhelans ex infimo pectore crudelitatem, contorquet brachium. ad Heren. 41. b
 Dolabella suam insatiabilem crudelitatem exercuit non solum in viuo, sed etiam in mortuo. 11. Philip. 294
 Sed quid ego vestram crudelitatem expromo, quam in ipsum me ac meos adhibuistis: pro Domo sua, 47. a
 Homo crudelitate barbarus. pro Flac. 19. a
 Vestrum nemo est, quin intelligat Pop. Romanum, &c. hoc tempore domestica crudelitate laborare. pro Rosc. Am. 92. a
 Vxorem meam vexauistis, rapuistis, omni crudelitate lacerauistis. pro Dom. 225. b
 Crudelitate sanguinis perlitus. pro Rosc. Amer. 89
Crudeliter.
 Crudeliter animaduertere aliquem in Cat. 103. b
 Qui de pernicie Reip. exitio huius vrbis tam acerbe, tamque crudeliter cogitat. 4. in Catil. 82. a
 Crudeliter criperere aliquid cuiuspiam. ad Att. 275. b
 De eueredis autem, diripiendisque vrbibus valde considerandum est, nequid temere, nequid crudeliter fiat. 1. Of. 45. a
 Crudeliter mori. pro Syl. 181. b
 Crudelissime interficere. 1. Philip. 25. a
 Crudelissime perire. pro Syl. 56. a
Cruot.
 Liberos vestros ad caedem & cruorem non sum passus extrahi. Inequum. 193. b
 Cruorem inimici quam recentissimum ostendere. pro Sex. Rosc. 11. a
Cruentus.
 Cruentus mucro. in Catil. 25. a
 Cruenta pecunia. 1. Philip. 13
 Tu P. Clodii cruentum cadauer eiecisti domo. pro Mil. 108. b
 Et tu cum gladio cruento comprehensus es. de Orat. 124. b
 Quasi cruentæ guttae imbrium. de Nat. d. 2. 10
 gg. iii.

Cruenta promissa. 8. Philipp. 2. 41
Cruentis inustum literis. 1. fam. 41

Cruento.

Hæc te, si vllam partem habes sensus, lacerat, hæc cruentat oratio. 2. Philip. 90. a

Tribunus plebis templum cruentauit. pro Sest. 20. b
Ego meam salutem deserui, ne propter me ciuium vulneribus Resp. cruentaretur. post redit. in Senatu. 4

Vt aut cum matre corpus miscere videamur, aut, &c. atque etiam trucidare aliquem, & impiè cruentari, &c. de Diuina. lib. 1. 56

Secures suas cruentari scelere noluit, &c. de Arusp. resp. 31. a

Crus.

Qui præstantissimos ciues Pollentia expulit, & quidem fracto cruce. in Ant. 233. b

Perire eum non posse, si ei crura fracta essent. in Ant. 252. b

Sin autem sic ageris, vt arguatis aliquem patrem occidisse, &c. crura quidem vobis nemo suffringet. pro Sex. Rosc. 34

Velut ibes maximam vim serpētium conficiunt, quum sint aues excelsæ, curibus rigidis, corneo proceroque rostro. 1. de Nat. d. 72

Crusta.

Cybiratæ fratres vocantur, pauca improbant, quæ probarent, iis crustæ aut emblemata detrahuntur. 6. Verr. 46. a

Crustuminus.

Crustuminus ager. pro Flac. 161. b

Crustumina tribus Romæ. pro Corn. Bal. 46. & pro Plan. 31

Crux.

Itaque illa crux sola post conditam Messaniam illo in loco fixa est. in Verr. 270. b

Crucis nomē quam inuisum Romanis fuerit. pro C. Rab. 10
Non ego, si te cruci suffixum viderem, maiori afficerer lætitia ex corporis tui laceratione. in Pis. 88. b

Is crucem sibipfi constituit, ex qua tu eum antè detraxisti. 1. ad Quint. frat. 39, & 40

Vt quam damnatis seruis crucem fixeras, hanc indemnatis ciuibus Romanis reseruares. 7. Philip. 10. a

Strato in crucem actus est, execta lingua. pro Cluent. 57. b

Policrates Samius ab Oronte Prætoris Darei in cruce actus est. 5. de Finib. 158. a

De saxo in crucem. ad Att. 230. b

Verres ciues Romanos in crucem sustulit. in Verr. 77. b

Statim deinde iussu Prætoris in crucem esse sublatū. 7. Verrinarum, 6. a

In crucem tolli. ad Att. 108. b

Qui ciues Romanos morte, cruciati, cruce affecerit. 3. Verrinarum, 6. a

Quis enim audeat violare, proposita cruce vel saxo: ad Atticum, 131. b

Hostis teterrimus omnibus bonis cruces & tormenta minatur. in Ant. 250. b

Crucio.

Illam suspicio intolerabili dolore cruciat. Tusc. q. lib. 1. 100
Officii mei deliberatio me cruciat, cruciauitque adhuc. ad Atticum, 133. b

Cruciare dolore, fame, vigiliis. 2. de Finib. 22, & 105. a

Cruciatu est à Dolabella Trebonius, &c. in Ant. 232. b

Cruciari & sollicitum esse. pro Muren. 80. a

Cruciari dies, noctesque. Parad. 21

Cruciari dies, noctes torqueri vellent. de Finib. lib. 5. 25

Cruciari maximis doloribus podagræ. Tusc. q. lib. 2. 40

Cruciari non ferendis doloribus. de Finib. lib. 5. 29

Cruciari summis doloribus. de Finib. lib. 2. 12. & lib. 4. 17

Cruciari libidine augendi bona. Parad. 7

Vulnere ac dolore corporis cruciari ac cõsumi. de Arusp. 35. a

Cruciatus.

Illi scelerum suorum conscientia cruciati, Populo Rom. poenas dabunt. Antequam. 12. a

Cruciati vita atque dedecore, sepultura ac iustis exequiis caruerunt. 2. de Legib. 42

Cruciatus.

Tantum enim mihi dolorem cruciatumque attulerunt errata ætatis meæ, vt, &c. 16. fam. 27. ex epist. Ciceronis filii.

Postulabant autem pro homine miserrimo atque infœlicissimo qui vel ipse sese in cruciatū dari cuperet. pro S. R. 71. a

Omnem cruciatum perferre. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 24

Qui retinendi officii causa cruciatum subierit volūtarium. Offic. 3. 143

Morte, cruciati, cruce afficere aliquos. 3. Verr. 6. a

Magno animi cruciati vitam agere. de Diuin. 113. b

Dionysius maximo cruciati timoris angustissimus est, qui, &c. Offic. 37. b

Cruciati maximorum dolorum confectus. 11. ad Att. 23

Summo cruciati supplicioque Varius homo importunissimus perit. 3. de Nat. 60

Cui viperino morfu venæ viscerum

Veneno imbutæ, tetros cruciatus cient. 2. de Finib. 151. a

At quàm pulchrè dicere videbare, quum ex altera parte, &c. ex altera autem cruciatis maximis toto corpore, nulla nec adiuncta, nec sperata voluptate. 2. de Finib. 102. a

Cruciamentum.

Nec grauiora verè sunt carnicum tormenta, quàm interdum cruciamenta morborum. 11. Philipp. 294

Ctesiphon.

De Ctesiphonte iudiciū Athenis quo tempore factum. Orat. 151

Pro Ctesiphonte omnium Demosthenis orationū perfectissima. Orat. 73

Cubicularis, Cubicularius, Cubiculum, Cubile, Cubito, Vide Cubo.

Cubitus.

Cubitum nullum affiduo cursu processit. 13. ad Att. 13

Quiesce tu, cuius pater cubito se emungere solebat. 4. ad Heren. 239

Nam super terræ tumulum noluit quid statui, nisi columellam tribus cubitis non altiorè, aut mensam, aut labellum: &c. 2. de Legib. 61

Cubo.

Quum iste etiam cubaret, in cubiculū introductus. 5. Verrinarum, 46. a

Alexandrum Pheræum vxor sua, cum simul cubaret, occidit. de Inuent. 80. b

Simonides dicitur ex eo quod meminisset, quo eorum loco quisque cubuisset, demonstrator vniuscuiusque sepeliendi fuisse. 2. de Orat. 192. a. Hoc est, discubuisse.

Propter aliquem cubare. pro Sex. Rosc. 39. a. Id est, iuxta. In eo conclau cubandum ei fuisset, quod proxima nocte corruit. 2. de Diuinat. 29. a

Deinde cubitum discessimus. de Som. 12. b

Alligandi essent omnes, qui cubitum irent. de Diuin. 133. b

Cum pater cœnatus cubitum in idem conclau cum duobus filiis isset. pro Sex. Rosc. 29. b

Cubans.

Ægrotus in lecto cubans. ad Heren. 22. b

Cretes, quorum nemo gustauit vnquã cubans. pro Mur. 142. b

Itaque narrabat eum grauius & copiosè de ipso nihil esse bonum, nisi quod honestum esset, cubantem disputauisse. 2. Tusc. 104. a

Cubito.

Qui propter nescio quam credo timiditatem, & nocturnos quosdam inanes metus tecum semper, pufio cum maiore sorore cubitauit. pro Cæl. 28. a

Cubile.

Non limen cubiculi, non cubile filiarum. pro Cluent. 20. b

Terra cubile erat Anacharsi. 5. Tusc. 130. a

Abducat Patrocles credo, vt collocet in cubili, vt vulnus obliget. 2. Tusc. 67. a. pro Cluent. 66. a

Cum, quod in eas cubile, non sentis. de Arusp. 252. b

Cubile Pheræi inire est ausus. 9. fam. 51

Vsurpare duplex cubile dicitur mulier, quum adulteratur. Pæto, lib. 9. 51

Nulli sunt inuenti tam aut fortuna miseri, aut voluntate perdit, qui non cubile ac lectulum suum saluum esse velint. 4. in Catil. 89. a

Cubilia & nidi gallinarum & auium. 1. de Nat. d. 134. a

Vt omnes mortales istius auaritiæ, nō iam vestigia, sed ipsa cubilia videre possint. 4. Verr. 138

Delitescunt cubilibus bestiarum. 2. de Nat. d. 189. a

Strages tuas nos non vestigiis odorantes ingressus tuos, sed totis volutationibus corporis, & cubilibus persecuti sumus. in Pis. 65

Cubiculum.

Cubiculum subgrande. 3. ad Q. fratrem, 2

Cum fores cubiculi clauserat. Tusc. quæst. 239. b

Is, cum iste etiam cubaret, in cubiculum introductus est. 5. Verrinarum, 46. a

Quando Galba de triclinio tuo exibis: cum tu, inquit, de cubiculo alieno. de Orat. 133. b

Ne domo quidē tua & cubiculo esse exclusam. 1. ad Q. fr. 19

Tantæque ambitione Prouinciæ totius in vno cubiculo inclusa. 4. Verrin. 92. a

Ex illo cubiculo tuo, ex quo tibi Stabianū perforasti. 7. fa. 1

Nec atriolam habere poterat adiuncta cubicula, & eiusmodi membra. ad Q. frat. 318. b

Cubicularius.

Aditus autem ad me minimè prouinciales, nihil per cubicularium. Att. lib. 6. 113. 9. a

Hunc vestri ianitores, hunc cubicularii diligunt. 5. Verrin. 7

Cubicularis.

Cubicularis lectus. 5. Tusc. 83. a

Quidam somniauit, ouum pendere ex fascia lecti sui cubicularis. de Diuin. 136. b

Cuias.

Socrates quidem quum rogaretur cuiatem se esse diceret, Mundanum, inquit: totius enim mundi se incolam & ciuem arbitrabatur. 5. Tusc. 152. a

Cuius.

Ea cædes potissimum criminis datur ei, cui interfuit, non ei cui nihil interfuit. pro Mur. a

Apronius certiore facit istum, cuius res erat, quid rei esset. 5. Verrin. 56. a

Vt optima conditione sit is, cuius res sit, cuius periculum? 3. Verrinarum, 100

Cuiusdammodi.

Num etiã si fissum cuiusdammodi fuerit in iecore, lucrum ostenditur. 2. de Diuin. 50. a

Cuiusmodi.

Vbi enim melius vti possumus hoc, cuiusmodi est, otio? 5. Tusc. quæst. 179. a

Quod cuiusmodi sit, satis intelligere non possum. 5. fam. 2. pro, quod quid sibi velit.

Quod si hæc cum summè inutilia, tum multò turpissima sint, legem cuiusmodi sit, in præsentia conseruari à iudicibus. 2. de Inuent. 222. a

Cuiusmodicunque.

Nam illud me non præterit, cuiusmodicunque mater sit: tamen in iudicio filii, de turpitudine parentis dici vix oportere. pro Cluent. 11. a

Cuiusquemodi.

Vereor enim cuiusquemodi es Rosci, ne ita hunc videam voluisse seruare, vt tibi omnino non pepercerim. pro Rosc. Amerino, 57. a

Sed tamē iudicium fieri videtur, quum tabulæ illæ ipsæ cuiusquemodi sunt, proferuntur. pro Flac. 31. a

Quum enim fertur quasi torrens oratio, quauis multa cuiusquemodi rapiat, nihil tamen teneas, nihil apprehendas. 2. de Finib. 5. a

Tot Prætores, tot Cõsules in Sicilia tum in pace, tum etiam in bello fuerunt, tot homines cuiusquemodi. 6. Verr. 6. a

Cuiquamodi.

Tuque ad me velim omnia quam diligētissimè, cuiquamodi sunt, scribas. 3. ad Attic. 37. Id est, qualiacunque sunt, siue læta, siue tristia.

Culcitra.

Collocemus in culcitra plumea, psaltriam adducamus. 3. Tusc. quæst. 39. a

Silius culcitra non habet. Att. lib. 13. 65

Culeus.

Quidam iudicatus est parietem occidisse, ei statim, quod effugiendi potestas non fuit, lignæ solæ in pedes inducæ

sunt. Os autem obuolutum est folliculo, & præligatum: deinde est in carcerē deductus, vt vbi esset tantisper, dum culeus, in quem coniectus in profluentem deferretur, comparatur. 2. de Inuent. 232

Quoniam Smyrnæ duos Mysios insuisses in culeum. ad Q. fratrem, lib. 1. 93

In sui voluerunt in culeum viuos, atque ita in flumē deiici. pro Rosc. Amer. 42. a

Vtrum malit ceruicis Roscio dare, an insutus in culeum, supplicium parricidarum, per summum dedecus vitam amittere. pro Rosc. Amer. 18. a

Culina.

Vbi igitur, inquires, philosophia: tua quidem in culina, mea molesta est. ad Cassium, lib. 15. 47

Oblitiscine es igitur fungorum illorum, quos apud Niciam & ingentium culinarum cum Sophia Septimix: Dola-bellæ, lib. 9. 19

Culmus.

Herbescens viriditas, quæ nixa fibris stirpium sensim adolescit, culmoque erecta geniculato, vaginis iam quasi pubescens includitur. de Senect. 47

Culpa.

Peccare, est tanquam transilire lineas, quod cum feceris, culpa commissa est. Parad. 119. b

Graues solent offensiones esse ex grauibus morbis, si qua culpa commissa est. epist. 262. b

Culpa ea est à nobis contracta, vt, &c. 11. ad Att. 49

Non enim C. Rabirium culpa delicti in discrimen vocauit. pro Rab. 90. b

Sed omnium istiusmodi querelarum in moribus est culpa, non in ætate. de Senect. 7

Senatori, qui non aderit, aut causa aut culpa esto. de Legibus, 186. b

Ne maior pœna, quàm culpa sit, cauendum. 1. Offic. 125. a

Maxima autem culpa in eo est qui & veritatem aspernatur, & in fraudem obsequio impellitur. de Amicit. 75. a

Magis adeo id facilitate, quàm vlla alia mea culpa contigit. de Orat. 181. b

De reliquo iam nostra culpa erit, si te dimiserimus. de Or. 93. b

Culpa patris eum non corruptit. 10. ad Att. 10. pro, non corruptus est culpa & vitio patris.

Huius rei culpa in te residet. ad Att. 285. b. Brutus Ciceroni, 16. 5. a

Temporum culpa. Att. lib. 9. 171. 3. a

Culpa tua summa est, vel, Culpa nonnulla est. 3. fam. 27

Iniusti oneris impositi tua culpa sit, mea recepti. Or. 100. b

Ergo idecirco turpis hæc culpa est, quod, &c. pro S. R. 66

Multorum est & varia culpa. epist. 12

Cum à te non solum liberationem culpæ, sed etiam errati veniam impetrauissent. pro Ligar. 1

Non potes effugere huius culpæ pœnã, te patrono. ep. 266. b

Culpæ alienæ me reum facies: ad Brut. 11. in epist. Bruti.

Culpæ meæ socium quæro. 3. ad Att. 24

Nec cum Paradis libidinem videmus, à Deo causam requirimus, cum culpæ penè vocem audiamus. de Nat. d. 78. b

Am profecto te intelliges inopia criminum, summam laudem Sex. Roscio vitio & culpæ dedisse. pro S. R. 28

Cum te Ædilem fieri oportuisse dicis, populi culpam, non competitoris accusas. pro Planc. 7. a

Attribuere culpam alicui. 7. Verrin. 104. a

Facti alicuius atrocitatem, aut omnino culpam augere. de Inuent. 68. b

Sed opinor quiescamus, ne culpam nostram coarguamus. ad Atticum, lib. 9. 173. 8. a

Omnino omnem culpam Domitius in Pompeium confert. Att. lib. 8. 160. 6. & 9. 171. 3. a

Sua vitia insipientes, & suam culpam in senectutem conferunt. de Senect. 79. b

Vt in eo, in quo reprehendatur, culpam in aduersarium conferat. Orat. 209. b

Dimouere culpam ab aliquo. 2. de Inuent. 140. a

Extra culpam esse. 7. Verrin. 104. a

Extra omnem culpam causamque sese ponere. de Vniu. 51. a

Ego culpam non in Nauarchis, sed in te fuisse demonstro. 7. Verrin. 104. a
 Nolite igitur fortunam conuere in culpam. pro R. P. 18
 Ille damnatus est, nullam aliam ob culpam, nisi propter dicendi inficiam. de Orat. 119. a
 Culpam præstare. 1. de Inuent. 56
 Nihil nisi culpam, sapientis esse præstare. 9. famil. 37
 Præter culpam & peccatum nihil homini horribile accidere potest. 5. famil. 64
 Nullum magnum malum præter culpam. 6. famil. 12
 Simus igitur ea mente, quam ratio & veritas præscribit, vt nihil in vita nobis præstādum, præter culpam, putemus. Torquato, lib. 6. 3
 Culpam præteritam redemisse. 10. famil. 14. in epist. Planci.
 Horum malorum culpam fortuna sustinet. Att. lib. 7. 123. 2. a. Cassio, lib. 15. 15. 7. a
 Cassiæ legis culpam Scipio tuus sustinet: quo authore lata esse dicitur: tu si tabellariam tuleris, ipse præstabis. 3. de Legib. 54. a
 Atticæ meæ velim me ita excuses, vt omnem culpam in te transferas. Att. lib. 15. 47. de Senect. 13. a
 Nō & illa piē fecit, & hic à culpa remotus est. pro Mur. 67. a
 Quæ non nostra culpa nobis accident, fortiter ferre debeamus. 6. famil. 54
 Cūm Domitius dixisset, vestra culpa hæc acciderunt equites Rom. ad Q. frat. 314. b
 Iudicans hæc eius opera accidisse ac culpa. ad Att. 137. b
 Carere culpa. Torquato, lib. 6. 1. 11. a
 Culpa contracta sunt omnia. 11. ad Att. 19
 Homines quæ culpa ipsorum contracta sunt, molestissimè ferre debent. 1. ad Q. frat. 2
 Ex culpa eximere aliquem. 2. de Inuent. 138. a
 Sed & illi priores erant, & Ephorus in culpa est. Orat. 215. b
 Non competitor, à quo es victus, sed populus, à quo es præteritus, in culpa est. pro Planc. 260. b
 Nos in culpa sumus. epist. 160. b
 Non omnes in culpa sunt ac suspicione ponendi. pro Cluentio, 44. b
 Similique sunt in culpa, qui officia deserunt mollitia animi, id est laborum & dolorum fuga. 1. de Finib. 51. a
 Vt si medicus sciat cum, qui, & magna sit in culpa. de Nat. deor. 75. b
 Et hic honos veteri amicitia tribuendus est, vt is in culpa sit qui faciat, non qui patiat in iuriam. de Amicit. 67. a
 Non dicam ne illud quidē, si maximè in culpa fuerit Apollonius, tamen, & in Verrem, 239. b
 Malo Tyronis verecundiam in culpa esse, quàm illiberalitatem Curii. ad Att. 122. b
 In culpa & suspicione ponere aliquos. pro Cluent. 100. a
 Ego liberos tuos culpa libero, neque te accuso. 13. ad Att. 27
 Neque verò, vt te liberent aliqua culpa, quam tu vereris ne à te suscepta videatur. pro Planc. 270. b
 Non sine magna culpa illius. 14. ad Att. 40
 Hoc sine maxima culpa negligentia fieri non potest. de Petit. Consul. 209. b
 Et si aliqua culpa tenemur erroris humani, à scelere certè liberati sumus. pro Marcel. 7. a
 Culpa vacare, & abesse à culpa, idem. 6. famil. 8. 10. 12
 Culpa vacare magnum solatium. 7. famil. 10
 In hoc vno genere omnes inesse culpas istius maximas avaritiae, maiestatis, dementiae, libidinis, crudelitatis. 7. Verrinarum, 34. a

Culpo.

Non te tui piget homo leuissime, quum culpas quæ in historiis gloria mihi ducis. in Sallust. 4. a
 Patientiam altius culpare. in Sallust. 7. a
 Quæ si tu mihi vt vitia obicit, temeritas tua reprehēdetur, non mea vitia culpabuntur. in Sallust. 7. a

Culter.

Qui cultros metuens tonforios, candente carbone sibi adurebat capillum. 2. Offic. 3. a. de Dionysio tyranno.

Cultio, Cultor, Cultrix, Cultura, Cultus, Vide Colo.

Cum, præpositio.

Statutum ac deliberatum aliquid cum animo habere. 5. Verrinarum, 79. a
 Recordari cum animo. pro Cluent. 34. a
 Cum aratoribus & cum ciuitatibus frumentum aestimasse. in Verrem, 191. b
 Cum cæteris tuis laudibus hæc est maxima. de Orat. 136. b
 Cum causa dicere. 2. de Orat. 136. a
 Certè enim scio te fecisse cum causa. ad Q. frat. lib. 1. 2. 9. a
 Vagemur egentes, cum coniugibus & liberis. ad Att. 118. b
 Perspicere aliquam rem cum consilio & cura. de In. 64. b
 Omnia rabidè appetentem cum inexplebili cupiditate. Tusc. quæst. 231. b
 Ager efficit, cum octauo bene vt agatur: verum vt omnes dii adiuent, cum decimo. 5. Verrin. 92. a
 Medimnum autem ex iugere decumano dari poterit, quum ager, id quod perrarò euenit, cum decumo extulisset. 5. Verrin. 93. a
 Idque faciunt cum desyderio, & cum quadam similitudine amoris humani. de Amicit. 111. b
 Pecuniam alicui debitam non soluere. pro Cluent. 24. b
 Cui munus hoc debitum, & debitam iustamque refero gratiam. pro Cor. 67. b
 Iandiu debitum necessitudini officium reddere. Licinio, libro 5. 8. 3. a
 Docere debitum est, delectare honorarium, permouere necessarium. de Op. 243. b
 Debito officio fungi. 3. Tusc. 129. a
 Debito testimonio aliquem priuare. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 4
 Huic habiti à me honores nulli nisi debiti. ad Att. 283. b
 Meritos alicui honores & debitos decernere. 7. Philip. 223. a
 Iustas & debitas poenas soluere. pro Mil. 65. a
 Vita alicuius multis suppliciis iustis debitisque crepta. 1. in Catil. 15. a

Debitum.

Prius quàm Fundanio debitum solutum esset. ad Q. frat. lib. 1. 2. 16. a
 Fidei conducit, in loco debitum retribuere. Antequam iret in exilium, 1. a
 Pro debito exigere aliquid. ad Brut. 50. in epist. Bruti. Id est, tanquam debitum.
 Fraudari debito. in Orat. 103. a
 Ne existimes, eos, qui non debita consecrari soleant, quod debeatur, remissuros. Att. lib. 13. 30
 Benefacta pro debitis exigimus. ad Att. 286. b

Debitor.

Leuior plaga ab amico, quàm à debitore. Papir. lib. 9. 16. 22. a
 Fecit eadem omnia, quæ nostri debitores solent. pro Flacco, 156. b
 Fusiūm Equitem Romanum, hominem ornatissimum, creditorem debitoribus suis addixisti. in Pis. 68. a
 Debitoribus creditas pecunias condonare. 2. Offic. 115. a
 Ticinius debitoribus suis renuntiavit, vt eodem fœnore vteretur. ad Att. 114. b

Debitio.

Dissimilis est pecuniæ debetio & gratiæ: nam qui pecuniam dissoluit, statim non habet id quod reddidit: qui autem debet, is retinet alienum: gratiam autem & qui refert, habet: & qui habet, in eo ipso quod habet, refert. pro Plan. 55
 Quintus de emendo nihil curat hoc tempore, satis enim torquetur debetioe dotis. Att. lib. 14. 21

Debilis.

Debilis aliqua parte animi. de Clar. Orat. 116. a
 Mancus, & membris omnibus captus ac debilis. pro Rab. perduel. reo, 15. a
 Duo corpora esse Reip. vnum debile, infirmo capite, alterum firmum sine capite. pro Muren. 48. b
 Si gladium paruo puero, aut si imbecilli seni, aut debili de-

deris. pro Sest. 18
 Occurrebat, mancam ac debilem Præturam suam futuram Consule Milone. pro Mil. 18. a. de Clodio.
 Vires equitum debiles. pro Mil. 72. a
 Infirmos sine illo ac debiles fore putabam. 3. in Catil. 50. a

Debilito.

Horū ego audaciam debilito, sceleri resisto. pro Mur. 143. b
 Dolor patientia debilitat. 5. Tusc. 112. a
 Me dolor debilitat, includitque vocem. pro Rab. Posth. 30. a
 Debilitat spem meam tua profectio. Att. lib. 5. 7
 Affligunt animos, & debilitant metu. 4. Tusc. 53. a. 5. de Finibus, 77. a
 Membra vxoris debilitauit lapidibus, fustibus, ferro, manus contudit, digitos confregit, neruos concidit. pro Flac. 101. b
 Sed hæc facta illius clarissimi viri mentio, & vocem meam fletu debilitauit, & mentem dolore impediuit. pro Cælio, 48. a
 Quæ leges sæpenumero Tribunitios furores debilitarunt & represserunt. in Vatin. 13. a
 Noli animum meum debilitare luctu. pro Planc. 281. b
 Quid est quod animum meum frangere aut debilitare possit. Postquam, 212. b
 Audaciam alicuius debilitare & comprimere. pro Mur. 72. a
 Studia amicorum debilitare. pro Mur. 41. Id est, minuere.
 Vtrum hoc est confirmare militum animos, an debilitare virtutem. 5. Philip. 166. a

Quæ quoniam angustiora parietes faciunt, actioque causæ maximè debilitatur loco: tuum est Cæsar, &c. pro Deiotaro, 3. a
 Versus debilitatur, in quacunque eius sit parte titubatum. de Orat. 160. b
 Eiusmodi candidatorum amici intimi debilitantur, studia deponunt, aut testatā rem abiiciunt, aut, &c. pro Mur. 42. a
 Saucii sæpe homines cum corpore debilitantur, animo tamen non cedunt. pro Cecin. 31
 Debilitantur cogitationes inimicorum & proditorum. ad Lent. lib. 1. 6. 2. a
 Victi debilitantur, animosque demittunt. de Finibus, lib. 5. 39
 Consensus Po. Romani, qui iam descendit in causam, finos languescimus, debilitetur necesse est. 8. Philip. 237. a
 Turpe esse viro debilitari dolore, frangi, succumbere. 2. de Finibus, 152. a
 Nec debilitari animos, aut cadere patitur. de Amic. 22. a
 Nulla est enim tanta vis, tanta copia, quæ non ferro, ac viribus debilitari, frangique possit. pro Marcel. 4. a
 Frangi & debilitari molestia non oportet. Q. frat. lib. 1. 1. 3. a
 Debilitari lachrymis. 14. fam. 9
 Druisique Tribunatus, pro Senatus autoritate susceptus, infringi ac debilitari videretur. 1. de Orat. 13. a
 Dolor ardentis facies intentat, is fortitudinem, patientiam se debilitaturum minatur. Tusc. 243. b

Debilitatus.

Recitatis literis debilitatus atque abiectus, conscientia repente conticuit. 3. in Catil. 55. a
 Cõsiliis, laboribus, periculis circūclusus ac debilitatus. 2. in Catil. 35. a
 Fractus ac debilitatus metu. 1. de Orat. 60. a
 Victus & debilitatus obiecta specie voluptatis. 1. de Fin. 73. a
 Debilitatus stupris. 2. in Catil. 32. a
 Ciuitas fracta malis, muta, debilitata, abiecta metu. pro Domo sua, 20. a
 Illa naufragorum eiecta ac debilitata manus. 2. in Cat. 43. a
 Mens debilitata metu concidit. pro Dom. 240. b
 Oppressa est Respub. armis, metu debilitata feruili. Antequam iret in exil. 197. b
 Vt multis incommodis veritas debilitata, tandem æquitate talium virorum recreetur. pro Quint. 2
 Virtus debilitata, animus fractus. post redit. ad Quirit. 15. a
 Nomen Græciæ iam fractum propè ac debilitatum. pro Flacco, 49. a
 Inermem & debilitatū aliquem opprimere. pro Mur. 74. a
 Hunc cum afflictum, debilitatum, moerentem, in summam discrimen adductum viderem. 2. de Orat. 105. a

Minimè decet te animo debilitatum videri. ad Att. 278. b
 Quod neruis vrbis omnibus exectis, vrbem ipsam solutam ac debilitatam reliquerunt. 2. de Leg. Agr. 90. a
 In tuo præcipitante iam & debilitato Tribunatu, auspicio- rum patronus subito exististi. pro Domo sua, 32. a
 Aut debilitata virtute, aut fracto animo esse. Postquã. 102. b
 Multis vulneribus acceptis, ac debilitato corpore & contrucidato, se abiecit exanimatus. pro Sestio, 68. a
 Debilitati à iure cognoscendo. 2. de Orat. 77. a
 Plerique autem victi & debilitati tradūt se libidinibus constringendos. 1. de Finibus, 63. b
 Vereor ne, &c. tandem studia multorum qui desperatione debilitati, experiri id nolent, quod se assequi posse diffidant. in Orat. 2. a

Debilitas.

Morbus, debilitas, &c. de Inuent. 50. b
 Tarditas ingenii, stupor, debilitasque linguæ. in Pis. 1. a
 Bonum integritas corporis, misera debilitas. 5. de Fin. 145. a
 Dolores humili animo imbecilloque ferre miserum est, ob eamque debilitatem animi, multi seipos penitus perderunt. 1. de Finibus, 76. b
 Separatim autem certæ scholæ sunt de seruitute, de debilitate, de cæcitate, &c. Tusc. 131. b
 Vincebatur enim fortuna ipsa debilitate gratiæ nostræ. 6. fam. 39
 Itaque id agunt, vt à se dolores, morbos, debilitates repellant. de Finibus, 111. b

Debilitatio.

Quid debilitatio atque abiectio animi tui. in Pis. 69. a

Decanto.

Hæc omnia vidi, sed & iam decantauerant fortasse. 3. Tusc. 80. a
 Nec mihi opus est Græco aliquo doctore, qui mihi peruulgata præcepta decantet. 2. de Or. 41. & 76. a. 1. de Diui. 169. a
 Iisdem de rebus semper quasi dictata decantare. de Finibus, lib. 4. 8
 Sola enim multorum annorum memoria non decantandi augurii, sed diuinandi tenuit disciplinam. de Diuin. 102. b

Decantatus.

Etenim hæc decantata erat fabula. 13. ad Att. 48. b
 Omnes causas, diligentes & memores & sobrii Oratores, percuras animo & propè decantatas habere debent. 2. de Orat. 76. a

Decedo.

Decedit ex Gallia Romam simul Næuius. pro Quint. 3. b
 Nam postea quàm M. Aquilius decessit, omnium instituta atque edicta Prætorum fuerunt eiusmodi. 7. Verr. 5. a
 Pater nobis decessit ad v. 111. Caléd. Decemb. At. lib. 1. 4. 2. a
 Decessit quartana. 7. ad Att. 8
 Qui iam decesserunt. in Sal. 272. b
 Qui iam de vita decesserunt. pro Rab. 97. b
 Nam puer festiuus anagnostes noster Sosthæus decesserat, meque plus, quàm serui mors debere videbatur, commouerat. Att. lib. 1. 7. 8. a
 Altera ratio, quod ii, quos in prouincia liberalitatis & virtutis suæ testes habuerat, nondum decesserant. in Piso. 1. a
 Ego inimicorum amentie, salutis omnium causa, decedam. Antequam iret in exil. 12. a
 Tametsi vicisse debeo, tamen de meo iure decedam. pro Rosc. Amer. 44. a
 Decedam pro omnibus vnus Tribunitio furori. Antequam iret in exil. 8. a. Id est, cedam.
 An vt de causa eius periculi nihil decederet, ad causam nouum crimen accederet. pro Cluent. 133. a
 Vt ex Cypro equites ante certam diem decederent. ad Atticum, 91. b
 Sunt etiam qui putent, si decedas, à te relinqui posse, qui prouincia præsit. epist. 17. b
 Etiam hoc ediderunt, vt statuas ne cui, nisi cum is de prouincia decessisset, polliceretur. 1. Ver. 16. & 4. 103. a. & 34. a
 Quid faceres pro homine innocente & propinquo, quum propter hominem perditissimum atque alienissimum de officio decesseris. in Verr. a

Cognosce quid me Consule Senatus decreuerit, quum quidem nihil à superioribus continuorum annorum decretis decesserit. pro Flac. 20. a
 Sed quum videas quatum de iure nostro decesserimus, quid hæres. Att. lib. 16. 332. 2. a. Brutus ad M. Anton. lib. 11. 5. 4. a
 Ἐξήκοτον πάλιν id fore putabam, quod omnes illi decesserant. ad Atticum, 209. b
 Decedere, ei qui successor missus est, cedere. 7. Verr. 33. a
 Non putet nos Senatus antè oportere decedere, quàm nobis successum sit. Att. a
 Decedere à conspectu. 12. ad Att. 17
 Vtrum Prætor imperet, vique cogat aliquem de suis bonis omnibus decedere, an, &c. 4. Verr. 29
 Qui de ciuitate decedere, quàm de sententia maluit. pro Corn. Balbo, 7
 Decedere de hypothecis. 13. fam. 78
 Est enim non modò liberale, paululum nonnūquam de suo iure decedere, sed interdū etiam fructuosum. 2. Offic. 93. a. 4. Verr. 111. a. Id est, mores mutare.
 Decedere de officio. 2. in Verr. 18
 Decedere de possessione. in Rull. 69
 Vetat Pythagoras, iniussu Dei, de præsidio & statione vitæ decedere. de Senect. 66
 Decedere de scena, & In scenam redire, contraria. 7. fam. 2
 Decedere de bona ratione. 2. ad Att. 6
 Decedere de sententia. de Finibus, lib. 4. 43
 De vita decedere. pro Rab. perduel. reo, a. Id est, mori.
 Dicunt contra, quibus inuitissimis imperatū est: dicunt, qui ex agris, ex Cn. Pompeii decreto decedere sunt coacti. pro Fonteio, 3. a
 Quamquam quid ego de licitoribus, qui penè ex Italia decedere sim iussus. Att. lib. 11. 215. 2. a. pro Quint. 9
 Itaque constituisse dicuntur in Cariam ex nostra prouincia decedere. Cælio, lib. 2. 10. 5. a
 Decedere in Italiam. 14. fam. 2
 Decedere prouincia. pro Ligar. 1
 Decedere Romæ. pro Domo sua, 42
 Si inuitauerit, id quod solet, sic hominè accipiemus, vt molestè ferat, se de via decessisse. pro Cluent. 131. a. pro Cæli. 29.
 Id est, peccauisse.
 Decedatur de prouinciis, in vrbem redeatur. 3. de Leg. 19
 Salutari, appeti, decedi, assurgere. de Senect. 58

Decedens.

Ego de prouincia decedens, quaestorem Cælium præposui prouinciæ. 15. fam. 38
 Decedens Roma ex legatione. de Vniuers. 1
 Decedenti mihi, & iam imperio annuo terminato. 3. fam. 51
 Quod tibi decedenti pollicitus sum, me, &c. epist. 111. b

Decessio.

Hæc decessio capitis, aut accessio, subitōne fieri potest. de Diuinat. 115. b
 Decessio è vel de prouincia. Att. lib. 6. 116. 5. a. 1. ad Q. frat. 1
 Neque enim vlla decessio fieri poterat, neque accessio, nec verò erat vnde. de Vniuers. 24. a
 Mihi decessionis dies ἄλλοτε obrepebat. Att. lib. 6. 116. 5. a
 Ego tibi spem naturæ decessionis afferebam. ad Quint. frat. lib. 1. 1. 2. a
 Decessionem de summa facere. pro Rab. Posth. 19
 Decessionem mille talentum esse factam. pro R. P. 117. b
 Is mecum sæpe de tua mansione aut decessione communicat. Sulpitio, lib. 4. 4. 16. a
 Sed quum sit is qui solum bonum iudicet, &c. eorum neque accessio meliorem vitam fieri, neque decessione peiorem. 3. Offic. 15. a. 2. de Diuin. 53. a

Decessus.

Decessus è prouincia. 2. Philipp. 97
 Quod ad decessum tuum attinet, &c. 8. fam. 31. in epist. Cælii. Decessus, pro, decessione.
 Quo amicorum decessu plerique angi solent. Læl. 9
 Decem.
 Fundos decem & tres reliquit. pro Sex. Rosc. 21. b
 Decemprimi.
 Itaque Decurionum decretum statim sit, vt Decemprimi iiii.

proficiscantur ad L. Syllam, doceantque eum qui vir Sex. Roscius fuerit. pro Rosc. Amer. 14. & 64

Decies.

Decies centena millia. 3. Verr. 19. a

Decimus, siue Decimus.

Quum hora diei decima ferè ad faxa Rubra venisset, delituit in quadam cauponula. 2. Philip. 84. a

Omnes denique agros decumanos per triennium Populo Romano ex parte decuma C. Verri ex omni reliquo veterigales fuisse. 5. Verr. 85. a

Decuma.

Quantum decumanus edidisset, tantum sibi decumæ dare oportere. in Verr. 153. b

Neque Herculi quisquam decumam vouit vnquam, si sapiens factus esset. 3. de Nat. d. 126. a

Affirmante se plus decuma non daturum. 5. Verr. 28. a. pro Flacco, 14. a

Decumæ facinorum & stuprorum. pro Domo sua, 41

Addicere decumas alicui. 5. Verr. 74. a

L. Octauio, & C. Cottæ Consulibus Senatus permisit, ut vini & olei decumas, &c. Romæ venderent. 5. Verr. 14. a

Ita neque ex portu, neque ex decumis, neque ex scriptura vectigal conseruari potest. pro Leg. Manil. 10. a

Decumanus.

Præterea omnis ager Siciliæ ciuitatis Decumanus est: itè que ante imperium Po. Romani, ipsorum Siculorum voluntate & institutus fuit. 5. Verr. a

O Publi, o Gurges Galloni, es homo miser, inquit: cœnasti in vita nūquam bene, cum omnia in isto consumis, squilla atque acipensere, cum decumano. de Finib. 69. b

Decumani, hoc est, principes & quasi Senatores publicanorum, remouendas de medio literas censuerunt. 4. Ver. 126

Decumani in Sicilia decreuerunt, ut ex suis literis ea remouerentur, quæ C. Verri nocere possent. 4. in Verr. 125

Inter aratores & decumanos lege frumentaria, quam Hieronicam appellant, iudicia fiunt. 4. Verr. 22. a. & 5. 16. a

De decumanis, qui decumas exigebant. in Verr. 153. b

Decempeda.

Peritus metator & callidus decempeda. 14. Philipp. 391. a

Huius magnitudinem quasi decempeda, &c. permensî refertis. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 117. de sole.

Decempeda diuidere. 14. Philipp. 391

Qui cum architectis & decempedis villas multorum, hortisque peragrabat. pro Mil. 55

Decempedor.

Cauebat etiam L. Antonio, qui fuerat æquissimus agri priuati & publici decempedor. 13. Philipp. 375

Decemscalmus.

Hæc ego conscendens è Pompeiano tribui actuariolis decemscalmis. Att. lib. 16. 333. 6. a

Decemuir.

Decemuiri legem Solonis de sublatis lametabilibus & sumptuosius funeribus in decimam tabulam eisdè propè verbis coniecerunt. 2. de Legib. 59. pro Domo sua, 61

Decemuiri legibus scribendis. 1. de Orat. 31

Dicant vel Græci, si volunt, &c. vel nostros Decemuiros, qui duodecim tabulas perscripserunt, quos necesse est fuisse prudentes, &c. 1. de Orat. 30. a

Decemuiralis.

Concuratio decemuiralis. de Leg. Agr. 4. a

Pecunia decemuiralis. in Verr. 225. in Rul. 63. b

Collegium decemuirale. 6. Verr. 97. a

Decemuiratus.

Vt in decemuiratum habeant, quos plebs designauerit. de Lege Agr. 38. a

Decerno.

Primum magnitudinem periculi summo timore hominem afficit, quod vno iudicio de fortunis omnibus decernit. pro Quintio, 3. a

De eadè re sæpe alius aliud decernit, aut iudicat. ad Her. 9. b

Crassus tres legatos decernit, nec excludit Pompeium: censet enim etiam ex iis qui cum imperio sunt. ad Lentul. lib. 1. 1. 8. a

Num quis igitur quicquam decernit inuitus? Tusc. quæst. lib. 3. 55

Ex illo Senatusconsulto, quod te referente factum est, tibi decernit, ut regem reducas. ad Lent. lib. 1. 1. 7. a

Bruti, inquit, erat familiaris: itaque is intercedebat: tu contra Burrieni qui iniuriam decernebat. pro Quintio, 46

Decernebat enim ut veteribus legibus tantummodo extra ordinem quæreretur. pro Mil. 10. a

Decreui ut in fastis ad eum diem Bruti nomen inscriberetur. ad Att. 283. b

Imprimisque ut quæ Appius de eius re decreuit, ea comprobaret. ad Lent. lib. 1. 3. 3. a

Res, quas Cæsar statuit, decreuit, egit, &c. ad Att. 163. b

Minimè, inquit Antonius, ac sic decreuit philosophari potius, ut Neoptolemus apud Ennium, paucis. 2. de Or. 85. a

Posthumus, de quo nominatim decreuit Senatus ut iret in Siciliam. ad Att. 112. b

Centuripinorum Senatus decreuit, populisque iussit. 4. Verr. 116. a

Supplicationem nunc mihi decreuit Cato. ad Att. 99. b. & epist. 39. b

Itaque affui, supplicationesque libenter tibi decreui. ad Sulpitium, lib. 13. 78. 1. a

Vos mea diligentia patefactam esse coniurationem decreuistis. in Catil. 119. b

Consules de consilii sententia decreuerunt secundum Buthrotios. Att. lib. 16. 343. 3. a. & lib. 4. 71. 4. a

Qui sine manibus & pedibus constare deum posse decreuerunt. de Nat. d. 1. 64

Decreuerunt secundum illos. 16. ad Att. 48

Decreram enim cum eo valde familiariter viuere. Attico, lib. 6. 117. 2. a

Nihil impertisti tuæ prudentiæ ad salutem meam, quod aut in me ipso satis esse cõsiliu decreueras, aut, &c. ad Att. 47. b

Sed vtinam meo solùm capite decernerem: lachrymæ meorum me interdum molliunt, &c. Att. lib. 10. 200. 2. a

Cum triumphum Africano decerneret. de Finibus, libro 4. 19. & 38. a

Si qua in re contra rem meam decreisset aliquid iniuria. 5. Verr. 6. a

Quæ res earum, quas Cæsar statuisse, decreuisset, egisset, Consulibus cognitionem dedit. Att. lib. 16. 343. 3. a

Quid si non decreuisset, sed edixisset, quis posset verè reprehendere? pro Flac. 61

Cum ad templum monumentumque nostrum ciuitates pecunias decreuissent. ad Quint. frat. 395. b

Verum veniat sanè, decernat bellum Cretensibus, liberet Byzantios. 4. Verr. 54

Nullum est in hac vrbe collegium, quod non amplissimè de salute mea decreuerit. pro Dom. 58. a

Decernere armis & animis, ne quid fiat. 3. Philipp. 148. ad Attic. lib. 7. 123. 8. a

Noui aliquid decernere. Curioni, lib. 2. 6. 10. a

Decernere aliquibus. 3. in Verr. 85

Aliter ut quis edixit, decernere. 3. Verr. 84. a

Contra edictu suu sine vlla religione decernere. 3. Ver. 84. a

Decernere de dignitate, vita, libertate. 11. Philip. 305

Vno iudicio de fortunis omnibus decernere. pro Quint. 3

Decernere aliquem disertum. in Pis. 55

Me pro meo sodali, quia mihi in liberum loco more maiorum esse deberet, & pro mea omni fama propè fortunisque decernere. 2. de Orat. 110

Gratulationem conseruatæ Reipublicæ alicui decernere. 4. in Catil. 92. a

Decernere imperium alicui. 11. Philip. 303

Decernere inter aliquos. 3. in Verr. 84

Decernere iudicium. pro Mil. 9

Decernere legiones in Syriam. ad Caninium, lib. 2. 16. 8. a

Decernere legationem contra aliquem. 4. Verr. 8. a

Decernere nouum, vel iniquum. pro Quint. 15

Decernere stipendium. ad Lent. lib. 1. 7. 34. a

Vt ei illam laudationem, quam se vi ac metu coactos paucis illis diebus decreuisse dicebant, tollerent. 6. Verr. 123. a

Nuntiat iam populo, pontifices secundum se decreuisse. ad Atticum, 54. b

Pendeo animi expectatione Corfiniensi, in qua de salute Reipub. decernitur. ad Att. 122. b

Sed si in ipso illo gladiatorio vitæ certamine, quo ferro decernitur, tamen ante cõgressum multa fiunt, quæ non, &c. 2. de Orat. 177. a

Itemque petiui à te, non ut decernatur aliquid noui, quod solet esse difficilius, sed ut ne quid noui decernatur. ep. 11. b

Solicitus quidnam de prouinciis decernatur. ad Cælium, lib. 2. 10. 1. a

Quod edixeris, ne ad laudes pecuniæ decernerentur. ad Quint. frat. lib. 1. 1. 38. a

Nullos honores mihi, nisi verboru, decerni sino. ad Att. 82. b

Ad me adire quodam memini, qui diceret nimis magnos sumptus legatis decerni. Appio, lib. 3. 10. 10. a

Ego censui sumptus legatis quam maximè ad legem Corneliam decernendos. epist. 41. b

Decerni esse tumultum, dixi placere. 6. Philip. 205. & 5. 187

Extra ordinem decerni vni negat oportuisse quicquam. pro Domo sua, 15. a

Quis honos ei non fuit decernendus? ad Brut. 15. 9. a

Decernendum cures quam honorificentissimè de meis rebus gestis. 15. famul. 36

Æqualiter decernendi vitat offensionem Prætor sapiens. pro Muren. 39. a

Æqualitas decernendi. pro Muren. 134. b

Decernendi consuetudinè tenere debet Senator. 3. de Leg. 36

Expetenda quidem magis est decernendi ratio, quam decertandi fortitudo: sed cauendum, ne id bellandi magis fuga, quam vtilitatis ratione faciamus. Offic. 1. 113

Quod in honoribus decernedis essem nimius, & tanquam prodigus. ad Brut. 15. 4. a

Hæc institutio potest sustinere in rebus statuendis decernendisque eam seueritatem, qua, &c. ad Quint. frat. 393. b

Decretus.

Honos debitus diis immortalibus decretus est. ad Brut. 91

Sumptus annuus decretus. Att. lib. 7. 121. 9. a

Desponsa & decreta prouincia. de Prouinc. Conf. 30. a

Quo plebiscito decreta à Senatu est Consuli quæstio Cn. Scipioni. 2. de Finib. 87. a

Caruit foro postea Pompeius, caruit Senatu, caruit publico, &c. Num quæ rogatio lata: num quæ noua quæstio decreta est? pro Mil. 14. a

Decreta suauitas. 3. de Orat. 57

Supplicatio decreta. Ciceroni, lib. 15. 5. 3. a

Sed si esset dissimilis istius, quæ se omnibus peruulgaret, quæ haberet palàm decretum semper aliquem, cuius in hortos, &c. pro Cæl. 30

Per Senatum (C. Gracchus) decreta lege sanxit. pro Dom. 19

Decreta virtutis præmia. 2. de Orat. 189. a

Decretum.

Decretum à pontificum collegio, non esse ius in loco publico fieri sepulchrum. 2. de Legib. 54

Decretum Academicorum, nihil posse percipi. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 29

Decretum collegii augurum fuit Romæ, omnem auem tripodium facere posse. Diuin. lib. 2. 57, & 58

Decurionum decretum statim sit, ut decem primi proficiscantur ad L. Syllam. pro Sext. Rosc. 22. b

Decretum factum. in Verr. 144. b

Decretum nullum falsum. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 28

Iudicatum, est id de quo sententia lata est, aut decretum interpositum. ad Heren. 52. a

Decretum liberalissimum à Cæsare abstulimus, quod est obsignatum ab amplissimis viris. 16. ad Att. 43

Decretum recitatum est, & multi libelli præterea Cæsaris prolati. 16. ad Att. 48

Nullum decretum sapientis, nisi cõprehensum, perceptum, cognitum. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 100

Decretum stabile, fixum, ratum, quod mouere nulla ratio potest. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 28

Ne qua tabula illius decreti Cæsaris, aut beneficii figeretur.

1. Philipp. 2. a

Decretum quod Cofs. secundum Buthrotios fecerunt. ad Atticum, 264. b

Cum Pompeius de me decretum Capuæ fecisset. pro Milone, 109. b

Proinde quasi sapiens nullum aliud decretum habeat, &c. 4. Acad. 197. a

Cum enim decretum proditur, lex veri restique proditur. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 27

Decreto collegii, consules & augures. 2. de Leg. 32

Cur non item, ut cum decreto & palàm regionem illam peterent? 2. de Leg. Agr. 51. a

Ex decreto deposita pecuniam habere. Therm. lib. 13. 57. 5. a

Sententia & decreto laudare aliquid. Cato Cic. lib. 15. 5. 3. a

Si ea decreta, quæ de Cæsaris actis interposita sunt, non seruantur, magna perturbatio rerum futura est. ad Att. 263. b

Decreta Senatus rata sunt. aut ni par potestas maiorve prohiberit. 3. de Legib. 10

Vestra decreta & euertuntur sæpe dicendo, & sine defensione oratoris firma esse non possunt. pro Mure. 17. Id est, iuriconsultorum responsa.

Nouitas, iniquitasque decretorum. 3. Verr. 87. a

Decretorum quæ philosophi *disuana* vocant, nullum sine scelere prodi potest. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 27. temeritas hæc erat antiquorum philosophoru, qui discipulos suos certis decretis sic addictos esse iubebant, ut scelus crederent de quoquam dubitare.

Decretis & responsis Cæsaris intersueramus. 16. ad Att. 51

Omnes omniu publicanorum societates de meo Consulatu ac de meis rebus gestis amplissima atque ornatissima decreta fecerunt. pro Domo sua, 58. a. Att. lib. 4. 188. 2. a

Cæsar volet augurum decreta facere. ad Att. 151. b

Est enim tanti philosophi, tamque nobilis, audacter sua decreta defendere. 2. de Finib. 49. a

Verres ab Siculis ob decreta interponenda pecuniam accepit. in Verr. 132. b

Proferre decreta. 3. Verr. 87. a

An hoc dubitabit quisquam omnium, quin, &c. qui Romæ totu edictum, atque omnia decreta vendiderit. 4. Ver. 81. a

Magnificentissimis decretis honestari ab aliquo. post reditum in Senatu, 1. a

Concitare in se, & infestare aliquos suis decretis & edictis. 3. Verr. 66. a

Sine decretis vitam agere. 4. Acad. 197. a

Statuere ius Reip. decretis. 10. Philip. 277. a

Decerpo.

Nihil sibi ex ista laude Centurio, nihil Præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit. pro Marcel. 4

Nequid iocus de granitate decerperet. 2. de Orat. 126. a

Decerptus.

Humanus autem animus decerptus ex mente diuina, cum alio nullo nisi cum ipso deo, si hoc fas est dictu, comparari potest. 5. Tusc. 55. a

Decerto.

Nam cum Consulibus & cum multis Consularibus tanta contentione decertauit, quanta nūquam antea vlla in causa. Licinio, lib. 5. 8. 2. a. 2. Philip. 30. a

Itaque cum acerrimis nationibus & maximis Germanorum & Heluetiorum prælis felicissimè decertauit. de Prouin. Consul. 26. a

An decertare mecum voluit contentione dicendis in Antonium, 160. b

Acerrimè decertare ferro. Tusc. q. lib. 2. 56. pro Planc. 69. a

An eum locum libenter inuisti, vbi Demosthenes & Æschines inter se decertare soliti sunt? 5. de Finib. 8. a

Iure & legibus disceptando decertare. pro Planc. 277. b

Vi & armis contra vim decertare. pro Dom. 226. b

Quum verò de imperio decertatur, belloque gloria quæritur. 1. Offic. 57

Sentiam enim omnia facienda, ne armis decertetur. Attico, lib. 7. 126. 2. a

Sed cum tempus, necessitasque postulat, decertandum manu est. 1. Offic. 114. a

Decertandi duo genera sunt: vnum per disceptationem, alterum per vim: quumque illud propriū sit hominis, hoc beluarum, confugiendum est ad posterius, si vti non licet superiore. *Offic.* 1.51

Quare expetenda quidem magis est decernēdi ratio, quam decertandi fortitudo. *1. Offic.* 113.a

Cum tempus necessitasque postulat, non temerē decertandum manu est, & mors seruituti turpitudinique anteponenda. *Offic.* 1.113

Cum duobus ducibus de imperio in Italia decertatum est, Pyrrho & Hannibale. *de Amicit.* 28.a

Decertatio.

Quumque harum rerum omnium decertatio Consulibus optimis & fortissimis cōmissa & cōmēdata sit. *11. Phil.* 305

Decet.

Decet chariorem esse patriam nobis, quam nosmetipsos. *de Finib.* 103.b

Hoc decet me, & cōuenit iis rebus, quas gessi. *de Prou.* 77.b

Decet hoc nefcio quomodo illum. *Orat.* 192.b

Nihil decet inuita, vt aiunt, Minerua, id est, aduersante & repugnante natura. *Offic.* 1.155

Oratorem verō irasci minimē decet, simulare non dedecet. *4. Tusc.* 85.a

Quem non decet hunc ad id quod possit, detrudēdum puto. *de Orat.* 95.b

Id enim maximē quēquam decet, quod est cuiusque suum maximē. *Offic.* 1.159

Neque abesse quicquam decet in definitionibus, neque redundare. *2. de Orat.* 46.a

Quod decet, honestum est: & quod honestum est, decet. *1. Offic.* 133

Optimē verō frater, & fieri sic decet. *2. de Legib.* 13.a

Decet aut conuenit nobis. *11. famil.* 6. in epist. M. Bruti & Cassii.

Minus seuerē, quam decuit, res confecta est: non tamen omnino dissolutē. *6. Philip.* 204.a

Exemplis grandioribus decuit vti. *1. de Diuin.* 71.a

Quo maiorem spem habeo, nihil fore aliter, ac deceat. *ad Atticum.* 93.b

Vt in vita, sic in oratione nihil est difficilius, quam quod deceat videre. *Orat.* 203.b

Quandoque id deceat prudentiæ tuæ. *de Orat.* a

Ita ferē officia reperientur, quum quæretur quid deceat, & quid aptum sit personis, temporibus, ætatibus. *1. Of.* 175.a

Nunc quid aptum sit, hoc est, quid maximē deceat in oratione, videamus. *3. de Orat.* 116.a

Quicquid est quod deceat, id tum apparet, cum antegressa est honestas. *Offic.* 1.133

Quæ contemplantes, expēdere oportebit quid quisque habeat sui, eaque moderari, nec velle experiri, quam se aliena deceant. *1. Offic.* 159.a

Decere, caput artis est. *1. de Orat.* 66

Decere, quasi aptum esse, cōsentaneūque tempori & personæ. *in Orat.* 40

Decentia.

In corporum etiam motione atque gestu multa cernunt subtilius, colorum etiam & figurarum tum venustatem atque ordinē, & (vt ita dicam) decentiam oculi iudicant, atque etiam alia maiora. *2. de Nat. d.* 110

Decenter.

Siquæ decentissime descripta maioribus iura finium, possessionum, aquarum, itinerūque sunt, hæc perturbari aliqua ratione, commutarique possunt: *pro Cecin.* 54.a

Decianus.

Deciani iniuria in Amyntam Apollonidensem. *pro Flac.* 56

Decido.

Decidis, statuisque tu propter necessitudinem quæ tibi cum Scapulis est, quid iis ad denariū solueretur. *pro Quin.* 9.a

Tu sine me cum Flauio decidisti. *pro Rosc. Com.* 19.a

Magno tuam dimidiā partem decidisti: magno & tu tuam partem decide. *pro Rosc. Com.* 19.a

Clodius cum propinquis suis decidit, ne reos faceret. *de Arusp. resp.* 153.b

Quum pecuniam C. Quintius P. Scapulæ debuisset, per te C. Aquili decidit P. Quintius, quod liberis eius dissolueret. *pro Quintio.* 9. Id est, transactione & pacto promissit se soluturum.

Si hanc ei rem priuatim Sex. Roscius mandauisset, vt cum Chrylogono trāfigeret atque decideret. *pro Rosc. Am.* 67.a

Nisi prius de rebus rationibusque societatis omnibus decidisset. *pro Quint.* 10.a

Qui cum reo transigat, post cum accusatore decidat. *4. Verrinarum.* 56.a

Constitari malebant, quam quicquam cum isto sua voluntate decidere. *5. Verr.* 57.a

Atque hoc in beneficii loco petitum est ab Apronio, vt iugera singula ternis medimnis decidere liceret. *5. Verr.* 94

Mancipes pretio cum ciuitatibus didicisse. *5. Verr.* 151.a

Quod te de Tadiano negotio decidisse scribis, id ego & Tadio & gratum esse intellexi, & magnopere iucundum. *Att. lib.* 1.5.1.a

Satisne ista stipulatio dicere tibi videtur apertē Roscium pro se decidisse: *pro Rosc. Com.* 23.a

Res ad istum defertur, & istius more deciditur. *4. Ver.* 89.a

Nisi cum muliere decideretur, in possessionem se ire iussurum. *3. Verr.* 89.a

Decisus.

Quibus rebus omnibus actis atque decisus, producuntur e carcere, & deligantur ad palum. *7. Verrinarum.* 93.a. Id est, transactis.

Decisio.

Quid nostra decisio de æquitate, quid ratio interdicti de iure admoneant, vt iudicetis. *pro Cecin.* 76.a

Decisionis arbiter C. Cæcilius fuit. *pro Flac.* 69.a

Augere decisionē alicuius oratione & opinione. *pro Rosc. Com.* 119.a

Dicat decisionem factam esse, quæ facta non est. *pro Rosc. Com.* 128.a

Negat eum sibi illa decisione satisfacere posse. *3. Verr.* 99.a

Imperatore illo nihil aliud actum est, nisi pactio pecuniarum, cum tyrannis decisiones, direptiones, latrocinia, cædes. *de Prouinc. Consul.* a

Decido.

Facta omnia celeriter tanquam flosculi decidunt. *2. Officiorum.* 61.a

Et quasi poma ex arboribus, si cruda sunt, vi auelluntur: si matura & cocta, decidunt: sic vitam adolescentibus vis aufert, senibus maturitas. *de Senect.* 65.a

Deciderat ex astris. *Att. lib.* 2.36.4.a

In vnus imperium ne res decidat admonemur. *de Arusp. respon.* 50.a

Decipio.

Nam illa Amphibolia quæ Cræsum decepit, vel Chrysippum potuisset fallere. *2. de Diuin.* 174.a

Nisi fortē me communis φιλανθία decepit. *ad Att.* 208.b

Expectationem alicuius decipere. *2. de Orat.* 159.a

Quod te de Taiano negotio decepisse scribis, id ego Tadio gratum esse intellexi. *ad Att.* 4.b

Decipi, falli, capi. *Acad.* 17.b

Deceptus.

Iam illis promissis standum non esse quis non videt, quæ coactus quis metu, aut deceptus dolo promiserit: *1. Officiorum.* 48

Decius.

Decius, P. Sestii libertus. *5. famil.* 14

Decius se pro patriæ incolumitate deuouit. *4. ad Herennium.* 221

D. Brutus M. F. qualis orator. *Brut.* 55

D. Brutus orator, Consul cum Mamerco. *Brut.* 91

D. Brutus, P. Scipio, Coss. *Brut.* 43

Cn. Decius Samnis proscriptus. *pro Cluent.* 129

P. Decius, Antonii comes, cuiusmodi vir. *11. Philip.* 199

Decius pater cum Latinis decertans, hostium telis se obiecit. *Tusculan.* quæst. lib. 1.74. Vide *Liuium*, lib. 8. & 10. ab vrbe.

Decii nepos cum Pyrrho decertans, hostium telis se obiecit. *Tusc.* quæst. lib. 1.74. Eiusdem mentionem facit *Cicero* 2. *de Finib.*

Decii duo ad voluntariam mortem, cursum equorum incitauerunt. *Cat.* 67

Decii se pro salute exercitus diis deuouerunt. *pro Sest.* 39. Ne auditores quidem suæ laudis fuerunt. *pro Dom.* 51

Decii c o s s. olium Capuæ. *in Pis.* 19

Deciorum deuotionibus placatos deos esse censet. *3. de Natura deor.* 10

D. Chrysippi disciplina differendi. *Orat.* 62

Decius, cum in aciem hostium irruerant, leuabat omnem vulnerū metum nobilitas mortis & gloria. *Tusc.* quæst. lib. 2.51

Declamo.

Ipse interea decem & septem dies de me declamauit, vt digestio potius, quam declamatio videretur. *in Ant.* 198.b

Ille autem insanus, qui pro isto contra me vehementissimē declamasset, postquam, & c. *6. Verr.* 131.a

Ad fluctum, aiunt, declamare solitum Demosthenem, vt fremitum assuesceret voce vincere. *de Finib.* 125.b

Haud amo vel hos designatos, qui etiam declamare me cōgerunt, vt, & c. *14. ad Att.* 17

Nisi fortē expectatis vt illa diluam, & c. quæ mihi iste visus est ex alia oratione declamare, quam in alium reum commentaretur. *pro Rosc. Amer.* 50.a

Veruntamen est maiestas (vt Sulla voluit) ne in quemuis impunē declamari liceret. *Appio.* lib. 3. 11.7.a

Declamito.

Sedentes declamitant Græci. *1. de Orat.* 131.a

Vt enim antea declamitabam causas, quod nemo me diutius fecit: sic, & c. *1. Tusc.* 6

Declamitare illos apud me, me apud eos cœnare. *9. fa.* 39

De aliquo declamitare. *5. Philip.* 177.a

Præterea declamitare Græcè apud Cassium institui: Latine autem apud Brutum exerceri volo. *Cic. filius apud Tironem.* lib. 16. 28

Vini exhalandi, non acuedi ingenii causa declamitare. *2. Philip.* 60.a

Declamitans.

Commentabar declamitans (sic enim nunc loquuntur) sæpe cum M. Pisonē, & cum Q. Pompeio, & c. *de Clar.* 171.a

Declamator.

Non eum declamator aliquis ad clepsydram latrare docuerat. *de Orat.* 155.b

Non enim declamatorem aliquem de ludo, aut rabulam de foro, sed doctissimum & perfectissimum quærimus. *in Orat.* 27.a

Non vobis videor cum aliquo declamatore, non causa laboris & fori disputare: *pro Planc.* 68.a

Delamatio.

Non placet mihi declamatio potius, quam persalutatio. *pro Muren.* 134.b

Vt enim antea declamitabam causas, quod nemo me diutius fecit: sic hæc mihi nunc senilis est declamatio. *1. Tusculan.* 6

Itaque postquam adamaui hanc quasi senilem declamationem. *Tusc.* q. lib. 2. 24

Vulgari & peruulgata declamatione contendere. *pro Plancio.* 38.a

Declamatorius.

Et ipse puer magis illo declamatorio genere duci & delectari videtur. *ad Q. frat.* lib. 3. 22. *1. de Orat.* 36.a

Declamatur vtrum in hoc declamatorio sit opere iactatus. *de Orat.* 91.b

Declaro.

Is nullam benevolentiam insignem in Remp. declarat. *pro Domo sua.* 76.a

Copiam declarat satietas rerū & abundantia. *in Parad.* 60.a

Perfectionem declarat officii verbum oportere. *in Or.* 40.a

Significatione, non demonstratione vniuersam rem & sententiam declarat gestus scenicus. *3. de Orat.* 122.a

Luculētam plagā accepit, vt declarat cicatrix. *7. Phil.* 218.a

Decere declarat quasi perfectum esse. *de Orat.* 203.b

Quod plurimis locis perorationes nostræ voluisse nos, & animo contendisse declarant. *de Orat.* 217.b

Præsentia deorum declarant ab his, ciuitatibus & singulis hominibus consuli. *2. de Nat. deor.* 4

Acumen interpretis declarat quædam. *1. de Diuinat.* 71.a

Consuetudinem, vitæque maiorū, actionum genera quædam declarant. *1. de Orat.* 95.a

Qui eatenus se nobis declarant, quoad ipsi volunt. *de Vniuers.* 202.b

Profecto etiam rectius in iudicio consulis designati, is potissimum consul, qui cōsulem declarauit, author beneficii Populi Romani, defensorque periculi esse debet. *pro Murena.* 36

Itaque me nō extrema tribus suffragiorū, sed primi illi vestri concursus: non singulæ voces præconū, sed vna voce vniuersus populus cōsulem declarauit. *contra Rul.* 66.b

Declarauit id modō temeritas C. Cæsar, qui omnia iura diuina atque humana peruerit. *1. Offic.* 39.a

Qui declarauit quanti me faceret, cum sæpe, tum in Bursa. *ad Atticum.* 86.b

Gemitu & moestitia declarauit quantum haberet odium seruitutis M. Lepidus. *5. Philip.* 192.a

Quando quid sentirem exposui, quid vellem tua causa, re potius declarabo, quam oratione. *Ligarlo.* lib. 6. 13.7.a

Sed cum tot signis eadem natura declarat quid velit, ac anquirat quid desyderet, & c. *de Amic.* 74.a

Nullum inueniri potest, quod magis idem declaret Latine, quod Græcè, quam declarat voluptas. *2. de Finib.* 10.a

Declarare munera. *2. famil.* 3

Declarare hominibus quæ futura sunt. *Diuinat.* lib. 1. 73

Studia vultu & verbis sæpe significare, re & sententiis declarare. *pro Milone.* 3. a. 3. *de Orat.* 27.a

Propriam cuiusque rei vim definitione declarare. *1. de Oratore.* 94.a

Multa oraculis declarantur, multa vaticinationibus, multa somniis, multa portentis. *2. de Nat. deor.* 242

Cannius exclamat neutrum illis literis declarari. *2. de Oratore.* 155

Volatibus auium, cantibusque certissimis signis res futuras declarari. *1. de Diuin.* 4.a

Verba vtitata & proprie demonstrantia ea, quæ significari & declarari volumus. *de Orat.* 147.b

Itaque hoc sæpius dicendum, tibi que non significandum solum, sed etiam declarandum arbitror, nihil mihi esse potuisse tuis literis gratius. *Luceio.* lib. 5. 13.4.a

Hoc autem tempore tantum nobis declarandum fuit, cur, & c. *Offic.* 34.b

Declarans.

Gestus sententiam non demonstratione, sed significatione declarans. *de Orat.* 163.b

Relinquendum est homini, vt signis quibusdam cōsequentiā declarantibus, futura præsentiat. *1. de Diuin.* 206.a

Erit enim notius quale sit pluribus notatū vocabulis idem declarantibus. *2. de Finib.* 21.a

Declaratus.

Vt eiusdem hominis voce & declaratus Consul, & defensus. *pro Muren.* 1.a

Clodius Tribunus plebis declaratus. *ad Att.* 38.b

Declaratio.

Rursus declaratio animi tui, quæ haberes de Rep. quemque habiturus esses, mihi erat iucundissima. *ad Planc.* lib. 10. 9

Vitis non omnibus adiungebat fidem, sed iis solum, quæ propriam quandam haberent declarationem earum rerum, quæ videntur. *Acad.* q. ed. 2. lib. 1. 29

Liber iste, quem mihi misisti, quātam habet declarationem amoris tui? *Trebonio.* lib. 15. 52

Declino.

Atomus ab atomo pulsa non declinat. *de Fat.* 34.a

Vt bona naturā appetimus, sic à malis naturā declinamus: quæ declinatio si cum ratione fiet, cautio appelletur. *4. Tusculan.* 22.a

At ego huc declinabam non inuitus. *1. de Leg.* 85 ii.iii.

Brūdusum veni, vel potius ad mœnia accessi: vrbem vnam mihi amicissimam declinaui, &c. pro Planc. 79

Eò reuocemur, vnde huc declinauit oratio. 2. de Orat. 86. a
Quæ ergo noua causa in natura est, quæ declinet atomum de Fat. 149. b. Id est, defleat.

Declinetque ea (vitia) quæ nocitura videantur. 1. Offic. 19
Neque enim dubito, quin ius tales viri suspicione aliqua percussis repentina, de statu suo declinent. pro Cluent. 85. a
Declinare à proposito, defleatque sententiam. in Or. 76. a
Declinare ab religione officii. 5. Verr. 2. a. Id est, non obseruare officii iura & sanctitatem.

Declinare aliquid. de Finib. 128. b
Epicurus ait sine causa declinare atomos. de Finib. 52. b. & de Nat. d. 15. b

Cum duo indiuidua per inanitatem ferantur, alterum è regione moueri, alterum declinare. de Fat. 144. b
Etenim vel subire eas (minas) videor mihi summa cum dignitate, vel declinare nulla cum molestia posse. Attico, lib. 2. 34. 2. a

De statu declinare. de Prouinc. Consul. 34. a
Impetum alicuius nec satis te cè declinare. in Orat. 134. a
Nimio interuallo declinare. de Fat. 68. a

Declinare laqueos iudicii. pro Mil. 31
Magna rerum permutatione impendente, declinasse paululum, & spe reliquæ tranquillitatis, præsentis fluctus, tempestatemque fugisse. pro Sest. 62. a
Non arbitrantur Antonium à Capua declinaturum. ad Atticum, 14. 31. 4. 6. a

Appetuntur autem quæ secundum naturam sunt, declinantur contraria: & omne animal appetit quædam, & fugit à quibusdam. 3. de Nat. d. 43. a
Neque extrinsecus impulsam atomum loco moueri & declinari dicit. de Fat. 69. a

Declinandum est de via, modò ne summa turpitudine sequatur. de Amic. 34. 5. de Finib. 4

Actiois autem duo sunt genera. Vnum, ad persequendum aliquid, aut declinandum: vt quibus rebus adipisci gloriam possis, aut quomodo iniuria vitetur. in Partit. 34. a

Declinans.

Hoc modo hanc causam disceptari oportet, non ab atomis errantibus, & de via declinantibus petere præsidium. de Fato, 68. a

Declinatio.

Declinatio à malis, si cum ratione sit, cautio appellatur, eaque intelligitur in solo esse sapiente: quæ autem sine ratione, & cum exanatione humili atque fracta, nominatur metus. Tusc. q. lib. 4. 11

Declinatio breuis à proposito. 3. de Orat. 115

Declinatio ad libidinem. 1. de Finib. 29. a

Epicuri atomorum declinatio commentitia. de Finib. 52. b
Præterea nullum potest esse animal, in quo non & appetito sit & declinatio naturalis. 3. de Nat. d. 22

Laboris & periculi declinatio. pro Cluentio, 118. a. Attico, lib. 2. 34. 8. a

Cum attulisset nullam causam, quæ istam declinationem efficeret: tamen, &c. de Fat. 149. b

Facere declinationem à malo cum ratione, sapientis est. 4. Tusc. 22. a

Parua declinatione effugere aliquid. 1. in Catil. 11. a

Decolor.

Iam decorem sanguinem omnem exorbuit. 2. Tusc. 32. a

Decoloratus.

Si timore aut liuore decoloratum est corpus mortui, significat eum veneno necatum. ad Heren. 7. b

Mortuum deformatum, timore præditum, corpore decoloratum constat fuisse. ad Heren. 14. b

Decoloratio.

Sed & decoloratio quædam ex aliqua contagione terrena maximè potest sanguini similis esse. 2. de Diuinat. 44

Decoquo.

Qui fortunæ vitio, non suo decoxisset. in Ant. 169. b
Sciebam eum agrum decoquere quoto anno. ad Att. 144. b
Tenefine memoria prætextatum te decoxisset. 2. Philip. 62

Decoctus.

Argentum decoctum. in Pis. 49. a

Ita sit nobis igitur ornatus & suauis orator, nec tamen potest aliter esse, vt suauitatem habeat austeram & solidam, non dulcem atque decoctam. 3. de Orat. 57. a

Decoctor.

Decoctoribus certus locus lege Roscia constitutus. 2. Philippica, 61

Exercitus collectus ex senibus desperatis, ex rusticis mendiculis, ex decoctoribus. 2. in Catil. 28

Decor.

Decor ipsius honestatis (emolumentum aliquod.) lib. 1. de Finib. 28

Spoliavit enim virtutem suo decore, imbecillamque reddidit, quod negauit in ea sola positum esse beatè viuere. 1. Acad. 49. a. De Theophrasto.

Factis virorum fortium, non emolumèto aliquo, sed ipsius honestatis decore laudandis. 1. de Finib. 56. a

Decorum.

Decorum, *ἡ ἀρετή*, totum quidem est cum virtute confusum, sed mente & cogitatione distinguitur. Offic. 1. 131. Tusc. quæst. lib. 2. 27

Decorum duplex est: generale, quod in omni honestate versatur, & aliud huic subiectum, quod pertinet ad singulas partes honestatis. Offic. 1. 135

Decorum generale est, quod consentaneum est hominis excellentiæ in eo, in quo natura eius à reliquis animantibus differat. Offic. 1. 135

Quæ autem subiecta pars generi est, eam sic definiunt, vt id decorum esse velint, quod ita naturæ consentaneum sit, vt in eo moderatio & temperantia appareat cum specie quadam liberali. 1. Offic. 135

Decorum positum est in tribus rebus, formositate, ordine, ornatu ad actionem apto. Offic. 1. 175

Hoc loco continetur id quod dici Latine decorum potest: Græcè enim *ἀρετή* dicitur. huius vis est ea, vt ab honesto non queat separari. 1. Offic. 131

Decorum ad omnem honestatem pertinet. Offic. 1. 133

Decorum quod poetæ sequuntur. Offic. 19. b

Vt vix satis decorum videretur, eum plures dies esse in Tusculano. ad Att. 64. b

Patras accedere sine iis impedimentis non satis visum est decorum. ad Att. 72. b

Valde decorum est, patère domos hominum illustrium illustribus hospitibus. 2. Offic. 94. a

Etenim illud ipsum quod honestum decorumque dicimus, quia per se nobis placet, animosque omnium naturæ & specie sua commouet, &c. 2. Offic. 45. a. & 1. 150. a

Decorum seruare. Offic. 19. b

Decorus.

Color albus præcipuè decorus deo est. 2. de Legib. 72. a

Decorus est sermo senis, quietus & remissus. de Senect. 15. a
Disputatio non ita decora alicui. 4. Acad. 10. a

Quod non decorum est, non dignum diis. 1. de Diuin. 192. a
Hoc tibi non ita decorum est. Acad. 2. b

Epicurus sentit nihil vnquam elegans, nihil decorum. 1. de Diuin. 110. a

Nihil nisi quod honestum decorumque sit, expetendum est. Offic. 13. b

Omnino si quicquam est decorum, nihil profectò magis, quam æquabilitas vniuersæ vitæ, tum singularum actionum. Offic. 22. b

Quæ decora gratæque cuique diuo sint hostiæ, sacerdotes prouidento. 2. de Legib. 17

Iusta omnia, decora sunt, iniusta contra vt turpia, sic indecora. 1. Offic. 134. a

Nos æris, argenti, auri venas penitus abditas inuenimus, & ad vsum aptas, & ad ornatum decoras. 2. de Nat. d. 227. a
Otia, qui studiis læti tenuere decoris. de Diuin. 85. b

Decore.

Verentur enim, ne si quo casu euenerit, vt corporis partes quædam aperiantur, aspiciantur non decore. 1. Officiorum, 180. a

Sin aliquando necessitas nos ad ea detruferit, quæ nostri ingenii non erunt, omnis adhibenda erit cura, meditatio, diligentia, vt ea si nõ decore, at quàm minimè indecore facere possimus. 1. Offic. 160. a

Sancta, formata decore louis species. 1. de Diuin. 40. a
Ad rerum dignitatè aptè, & quasi decore loqui. 1. de Or. 70. a
Quibus hi tres pedes in principio continuandorum verborum satis decore cadunt. de Orat. 24. b

Decus.

Homini decus, ingenium: sic ipsius lumen est eloquentia. de Claris Orat. 29. a

Decus & lumen imperii Romani Cn. Pompeius. 2. Phil. 68. a
Iudiciorum decus atque ornamentum. pro Cecin. 20. a

Epicureos nisi arguimus, omnis virtus, omne decus, omnis vera laus deserenda est. de Finib. 73. b

Triumphus decus & ornamentum. de Prouinc. Consul. 22. a
Verum decus in virtute positum est. Planco, lib. 10. 12. 14. a

Decoris honestatisque causa adeunda sunt quæuis pericula. 2. de Finib. 91. a

Magni existimans interesse ad decus & ad laudem ciuitatis, res tam graues, tamque præclaras Latinis etiam literis contineri. 1. de Nat. deor. 13. a. 5. de Finib. 112. a

Ad decus & ornatum senectutis, iuris interpretationem ab adolescentia comparare. 1. de Orat. 98. a

Ad laudem & ad decus nati sumus. de Finib. 139. b

Honestatem & decus conseruare. 1. Offic. 27. a
Et iisdem artibus decus omne virtutis iunxisti. de Clar. 196. b

Est igitur proprii munus magistratus, intelligere se gerere personam ciuitatis, deberèque eius dignitatem & decus sustinere. 1. Offic. 74. a

Modus autè est optimus, decus ipsum tenere, &c. 1. Of. 197. a
Cum decore atque omni me orbatum laude recordor. Tusc. quæst. 194. b

Vt cernat duplici decore cumulatam domum. ad Att. 187. b
Vna simplex, cuius author Zeno, posita in decore tota: id est, in honestate. de Finib. 72. b

Restat, inquit, quarta pars, quæ decore, moderatione, modestia, continentia, temperantia continetur. in Offic. a

Decora atque ornamenta fanorum. 6. Verrin. 87. a

Decoro.

Hæc omnia vitæ decorabat grauitas & integritas. de Claris Orat. 144. a

Scipiones patriam spoliis triumphisque decorarunt. Octauio, 14. a

Quem pop. Romanus singularibus honoribus decorassent. pro Corn. Balbo, 11. a

Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu Faxit. cur? volito docta per ora virum. 1. Tusc. 28. Ex Ennii Epitaphio.

Æterna triumphis laude imperatores decorare. Antequam iret in exil. 1. a

Decorare atque augere Rempub. in Pison. 21. a

Ad oppidum maximis monumentis decoratur. in Ver. 131. b
Quum verus, iustus atque honestus labor honoribus, præmiis atque splendore decoratur. 1. de Orat. 96. a

Omnes denique illi Maximi, Marcelli, &c. non sine communi omnium nostrum laude decorantur. pro Arch. 17

Socrates respondit sese meruisse, vt amplissimis honoribus & primis decoraretur. 1. de Orat. 119. a

Sed quæ populari gloria decorari in Lucullo debuerunt, ea ferè sunt & Græcis literis celebrata & Latinis. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 4

O clementiam admirabilem, atque omni laude, prædicatione, literis, monumentisque decorandam. pro Ligario, 4. a

Decoratus.

Inani vocis sono decoratus. 5. Tusc. 167. a

Decrepitus.

Ex his igitur, hora octaua quæ mortua est, prouecta ætate mortua est: quæ verò occidit sole, decrepita. 1. Tusc. 151. a
Huic tristi ac decrepito seni respondet Cælius: pro Cæ. 49. a

Decresco.

Ostreisque & conchyliis omnibus contingere, vt cum Luna pariter crescant, pariter decrescant. 2. de Diuin. 49. a

Decretum, Decretus, Vide Decerno.

Decuma, Decumanus, Vide post Decem.

Decumbo.

Quis non modò stetit, verum etiam decubuit turpiter: Tusc. quæst. 183. b

Quod gladiatores nobiles faciunt, vt honestè decumbant, faciamus nos principes orbis terrarum. 3. Philip. 149

Mittunt etiam vulneribus confecti ad dominos, qui querant, si satisfactum iis sit, se velle decumbere. Tusc. q. 183. b

Decupa, Vide Cupa.

Decurio.

Recita quid decreuerint Capuæ decuriones. pro Sest. 4. b
Coloni, decurionesque fortissimi atque optimi viri, beneficium P. Sestii testimonio declarant, periculumque decreto suo deprecantur. pro Sest. 7. a

Illæ tabulas publicas Larini corrupisse decuriones vniuersi indicarunt. pro Cluent. 26. b

Decurionum decretum statim fit, vt decem primi proficiantur ad Syllam. pro S. R. 22. b

Neque te in decurionibus habebam. Att. lib. 2. 16. 19. a

Decuria.

Decuria iudicum tertia à M. Antonio instituta. 1. Philip. 14
Vno iudicio multa est ab eo petita, sicut ab Iunio, quod non suæ Decuriæ munere, neque ex lege sedisset. pro Clu. 83. a

Decuriam emere. 5. Verrin. 158
Hunc hominè iudicum numero habebimus: hic alteram decuriam senatoriam iudex obtinebit. 4. Verrin. 56. a

Totum denique comessationis Antonianæ chorum in tertiam decuriam iudicum scitote esse collectum. 5. Phil. 174

Ex hac decuria nostra. in Verrem, 108. b
Quid Prætor iubet recuperatores reicere decurias. Scribamus quas decurias. 5. Verrin. 22. a

Decuriatus.

Eodem die S. C. factu est, vt sodalitates, decuriatque discederent. ad Q. frat. lib. 2. 11

Quum desperatis ducibus, decuriatos ac descriptos haberes exercitus perditorum. pro Domo sua, 11

Decurio.

Hunc prædæ causa quid facturum putatis? non cursus improbos decuriabit? non sollicitabit agrarios? 7. Philip. 228

Homines vicatim conscribere & decuriare. pro Sest. 27
Doce decuriasse Plancium, conscripsisse populum, &c. pro Plancio, 268. b

Decuriatio.

Decuriatio tribulium, descriptio populi. pro Planc. 36

Decurro.

Nam cæteri tum ad istam hortationem decurrunt, quum se in causa putant habere æquum & bonum quod defendat. pro Cecinna, 48. a

Ad hæc extrema & inimicissima iura tam cupidè decurrebas, vt tibi nihil in posterum, &c. pro Quint. 27. a

Decurrere ad calcem. Tusc. quæst. lib. 1. 14

Ego puto te bellissimè, si rectè erit, cum Quæstore Mesctino decursurum. ad Tironem, lib. 16. 7. Id est, nauigaturum.

Nunc video calcem: ad quem quum sit decursum, nihil præterea sit extimescendum. 1. Tusc. 24. a

Decursus.

Propè acta iam ætate decursaque. pro Quint. 66
Nec verò velim quasi decurso spatio à calce ad carceres reuocari. de Senect. 76

Septingenta millia passuum vis esse decursa biduo: pro Quintio, 54. a

Attamen ista quæ abs te breuiter de arte decursa sunt, audire cupimus. 1. de Orat. 71. a. Id est, breuiter à te tractata.

Decursa ætate vitia. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 13. 1. a

Decursus.

Decursus honorum. 1. de Orat. 1
Facilior erit mihi quasi decursus mei tēporis. Appio, lib. 3. 4

Decursio.

Quem Tyberina decursio festo illo die tanto gaudio affecit, quanto Lucium Paulum, quum regem Perlem adduceret eodem flumine inuectum. 5. de Finib. 124. a

Aus Apennino, Alpibusque se tenent: & decursionibus per ii. iiii.

Deducere testes. 6. in Verr. 82. & pro Flacco, 72
 Dicendo voluptates impellere quò velis, vnde autem velis deducere. 1. de Orat. 16. a
 Quorum scelera pœnis agitur, à mente consilioque deducitur. 3. in Verr. 4
 Ad eum agnum non casu, sed duce deo feruus deducitur. de Diuin. 116. b
 Coniectura omnis ingenii hominū in multas ac diuersas, aut etiam contrarias partes sæpe deducitur. de Leg. 180. b
 Ergo huc vniuersa causa deducitur, vtrum, &c. pro Sext. Rosc. 50. b
 Plerunque autem parentum præceptis imbuti, ad eorum consuetudinem, morémque deducimur. 1. Offic. 166. a
 Spe tamen deducebar ad eam cogitationem, vt, &c. Att. lib. 9. 183. 1. a
 Cicerones nostri sunt apud Deiotarum, sed si opus erit, deducuntur Rhodum. ad Att. 78. b
 Quum deducaris ab eo, quicum libentissimè vixeris. 1. de Inuent. 117. a
 Vt is qui audit, ad fletum misericordiamque deducatur. 2. de Orat. 102. a
 Ne verba asperè concurrant, nè vastius deducantur. de Orat. 159. b
 Placuit Cecinnæ de amicorum sententiâ constituere, quo die in rem præsentem veniretur, & de fundo Cecinna moribus deduceretur. pro Cecin. 14
 Partitionis caput scriptum cautè, vt centum nummi deducerentur. 2. de Legib. 83. a
 Hæc enim ipsa sunt honorabilia, quæ videntur leuia atque communia, salutari, appeti, decedi, assurgi, deduci, reduci, consuli. de Senect. 58. a
 Deduci à mente & consilio. 3. Verrin. 4. a. & 7. 4. a
 A tristitia & acerbitate commodè ac hilarè dicto deduci. 2. de Orat. 185. a
 Deduci à via recta. ad Heren. 17. b
 Quod instituit referre de religione, ab eo deduci non potest. 1. famil. 2
 Deduci ad salutem alicuius. pro Sylla, 66
 Deduci periculo de animi lenitate. in Catil. 47. a
 De sententiâ deduci. de Clar. Orat. 173. b. & ad Att. 25. b
 Homines coniuratos cum gladiis in campum deduci à Catilina sciebam. pro Mur. 13. b
 In multas ac diuersas, aut etiam in contrarias partes deduci. Diuin. lib. 2. 42
 Deduci in similitudinem alienæ culpæ. pro Rab. Posth. 2
 Odor quàm sagacissimè possum, quò iudices deduci oratione facillime posse videantur. de Orat. 115. b
 Cofs. præsidia deducuntur sunt. ad Att. 130. b
 Vt boni ratiocinatores officiorum esse possimus, & addèdo, deducendoque, videre quæ reliqui summa fiat: ex quo quantum cuique debeat intelligas. 1. Offic. 86
Deductus.
 A dolore deductus est (Dionysius). 2. Tusc. 101. a
 Ego autem à patre ita eram deductus ad Scæuolam, &c. de Amicit. 1. a
 Homo deductus ex vltimis gentibus. 13. Philip. 365. a
 Ea cum vsque in Capitolium deductus, maximo clamore atque plausu in rostris collocatus sum. ad Brut. 3. 3. a
 Domum ad istum in ius deductus est. 5. Verr. 46. a
 Neque legis improbiſſimæ pœna deductus est, quo minus hospitii amicitia ius, officiumque præstaret. Terentia, lib. 14. 10
 Sed quoniam res eò deducta est, non quæram vt scribis, &c. Att. lib. 7. 123. 7. a
 Si prius exposuero, quæ causa in iudicium deducta sit. de Opt. gen. Orat. 244. b
 In eum locum res deducta est, vt nisi qui deus vel casus aliquis subuenerit, salui esse nequeamus. Tironi, lib. 16. 11. 1. a
 Hoc dicam, hunc à patre continuo ad me esse deductum. pro Cælio, 6. a
 An me aliquo præmio de sententiâ esse deductum? Att. lib. 2. 10. 1. a. in Catil. 38. a. de Claris Orat. 48. a
 Qui quidem quum in fraudè se deductum videret, manus

quas iustius in Lepidi perniciem armasset, sibi afferre conatus est. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 48
 Sed sunt in illo numero multi boni, docti, prudentes, qui ad hoc iudicium deducti non sunt. pro Flac. 6. a
 Si in testamento deducta scripta non essent. de Legib. 180. b
Deductio.
 Ex quo illa mirabilis à maioribus Albanæ aquæ deductio est. 1. de Diuin. 162. a
 Deductio coloniarum in agros aliquos. contra Rull. 63. b
 Ne qua deductio fieret, magna ex parte tua potestas erat. ad Atticum, 59. b
 Ibi tum Cecinam postulasse, vt moribus deductio fieret. pro Cecin. 19. a
 Misera & crudelis militum in oppida deductio. 2. Phil. 73. a
 Rationis deductio in causæ constitutione. 1. de Inuent. 17. a
 Partium distributio sæpe est infinitior, tanquam riuorum à fonte deductio. in Topic. 17. a
 Qui aliquam partem illius deductionis, honoris, muneris attigerunt, &c. pro Lege Agr. 90. a
 Deductionem ex pecunia facere. 1. in Verr. 18. & 5. 155
 Certis nominibus deductiones fieri solebant. in Verr. 189. b
Deductor.
 Deductorum officium, quod maius est, quàm saluatorum, &c. de Petit. Consul. 29
 Huius autem rei tres sunt partes: vna saluatorum, quum domum veniunt: altera deductorum, tertia affectatorum. Q. Cicero ad M. Ciceronem, a
Deerto.
 Si nullis transitionibus utemur, si non deerrabimus ab eo quod cœperimus exponere. ad Heren. 3. b
 At iste eos, similitudine loci deceptos, angiporto toto deerrasse. ad Heren. 40. b
Defatigo.
 In quo ille tot & tales viros defatigat: pro Quint. 7. b
 Hæc etsi adhuc non magnopere mihi tulisse fructum animaduerto, tamen non despero: nec defatigabor permanere non solum in studio libertatis, sed etiam in labore & periculis. 12. famil. 30
 Profectò nunquam conquiescam, neque defatigabor, antequam percepero, &c. 3. de Orat. 81. a
 Ne defatigè, neu diffidas, semper in præsentibus malis prohibendis futura quoque, nisi antè sit occursum, explores, ne se insinuent. ad Brutum, 50. in epist. Bruti. Id est, animum non abiicias & despondeas.
 Egerunt gratias, & ne defatigaretur, orauerunt. de Clar. 172. b
 Laborare & defatigari, idem. de Clar. Orat. 167. b
 Defatigari aliquem in aliquo negotio. de Legib. 190. b
 Noli igitur in conseruandis bonis viris defatigari. pro Marcello, 134. b
 Nec animi, nec corporis laboribus defatigari. Terentia, lib. 14. 1. 1. a
 Defatigari satietate alicuius rei. 2. de Orat. 94. a
Defatigatus.
 Defatigatus in Repub. conseruanda. Planco, lib. 10. 19. 4. a
 Puella defatigata petiit à matertera, vt sibi concederet, vt in eius sella requiesceret. de Diuin. 101. b
 Vel animo defatigato, qui nunc requiem quærit. epist. 70. b
 Quamquàm sumus iam defatigati, sed nulla lassitudo officium impedire debet. epist. 199. b
 Animi defatigati ab aduersariis multitudine verborum. ad Herennium, lib. 3. 109. a
Defatigatio.
 Nulla res ei sinem cædendi nisi defatigatio & satietas attulisset. 5. Philip. 178. a
 Defatigatio miseriarum ægritudines cum faciat leuiore, intelligi necesse est, non rem ipsam causam atque fontem esse mororum. Tusc. lib. 3. 57
 Defatigatio quærendi turpis est, cum id, quod quæritur, sit pulcherrimum. 1. de Finib. 3
 Ne qua possit animum tuum defatigatio retardare. ad Herennium, 6. b
 Interſpirationis enim, non defatigationis nostræ, neque librariorum notis, sed verborum & sententiarum modo

interpunctas clausulas esse in oratione voluerunt. de Oratore, 159. b
 Armis defatigatione abiectis. 6. famil. 7
 Defatigatione desistere aliquid facere. pro Sest. 58. a
 Deus morbum non metuens ex defatigatione membrorum. de Nat. deorum, 2. 43
 Corpora quidem exercitationum defatigatione ingrauescunt: animi autem se exercendo leuantur. de Senect. 32. & 78. a. 3. de Orat. 95. a. 3. Tusc. 115. a
Defectio, Defectus, Vide Deficio.
Defendo.
 Ego iacètem & spoliatum defendo & protego. pro Syl. 37. a
 Nullum scelus defendo ac te go. pro Syl. 65. a
 Equidem si quando audio, tam defendo, quàm me scio à te cõtra inimicos meos solere defèdi. ad Marii, lib. 11. 27. 15. a
 Qui autem nec defendit nec obſistit, si potest, iniuriæ, tam est in vitio, quàm qui, &c. 1. Offic. 36. a
 Pudor defendit aliquem. Metellus Ciceroni, lib. 5. 1. 1. a
 Vna vestita pampinis, nimios solis defendit ardores. de Senectute, 49
 Ne locum suum, quem adhuc honestissimè defendit, obtineat. pro Quint. 23. a
 Qui non defendit iniuriâ, neque propulsat à suis. 3. Off. 97. a
 Defendunt leges ac tuentur bonos. 2. de Legib. 11
 Hæc qui pro virili parte defendunt, optimates sunt, cuiuscunque sint ordinis. pro Sest. 120. a
 Dentibus se defendunt apri. 2. de Nat. deor. 96
 Oratâ Crassus, Grandianus defendebat Antonius. 3. Off. 88
 Causarumque illustrium, quas cunque defendi, nunc quammaximè conficio orationes. de Senect. 34. a
 Ego semper otio studui, pacem defendi. 8. Philip. 140. a
 Carneades nullam vnquam rem defendit, quam non probarit: nullam oppugnauit, quam nõ euerterit. de Or. 123. b
 Hortensius Syllam de ambitu defendit. pro Syll. 4. a
 Quæ defendam à te piè fieri. 11. famil. 45
 Defendemus nos manu vel locis. 5. ad Att. 35
 Defende me ac suscipe. 10. famil. 22. in epist. Planci.
 A quo periculo defendite iudices ciuem fortem atque innocentem. pro Font. 31. a
 Non libertate solum, sed etiam omnibus præmiis dignissimos fuisse qui domini caput defendissent. pro Milo. 43. a. De seruis Milonis.
 Si socios æquitate & fide defendissent. Offic. 2. 37
 Ego fratrem cum equitatu mittam, qui sequatur, Italiâ à vastatione defendat. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 15. 10. a
 A calamitate defendere aliquem. pro Lege Manil. 9. a
 Defendere aliquem contra crimen. pro Deiot. 1
 Diligentissime aliquem tueri atque defendere. epist. 227. b
 Publicè priuatimque aliquem defendere. 4. Verr. 81. a
 Rectè ac iure defendere aliquem. pro Milon. 5. a
 Defendere aliquid loco communè. de Offic. quæ. ed. 1. lib. 2. 71. quid sit, vide in dictione Communitatis.
 Præsidio & periculo suo defendere aliquid. pro Sest. 114. a
 Defendere alicuius causam. Tusc. quæst. lib. 5. 74
 Lege & præsidio legis, causam defendere. pro Cluent. 114. a
 Videtur etiam, si hac sententiâ iuris nudata sit, posse facili cæteris armis prudentiæ causas tueri atque defendere. 1. de Orat. 44. a
 Defendere commoda ciuium. Offic. 2. 122
 Defendere audacter sua decreta. de Finib. lib. 2. 25
 Defendere diem aut tempus aliquod. 2. Philipp. 108
 Domum ac deos penates aliquo oppugnantem defendere. pro Milone, 29. a
 Illud autem superius, sicut caput & famam tuam, defendere necesse erit. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 111
 Amici fortunas defendere. pro Murena, 4. a
 Defendere honorem suum. 6. Verrin. 72. a
 Defendere maleficium. pro Sylla, 14
 Defendere nocentem & nefarium impiumque. Offic. 2. 72
 Quod sentias aut re efficere, aut denique libera oratione defendere. epist. 58. b
 Defendere pericula ciuium. pro Mur. 4. a
 Defendere pugnacissimè. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 9

Rationem defendere. 2. de Finib. 118. a
 Defendere Rempub. consilio & autoritate. Cat. 15
 Communem salutem Reipub. defendere. pro Mur. 4
 Se acri animo defendere. pro Milon. 21. a
 Excusatione adolescentiæ se defendere. pro Cæli. 34. a
 Se telo defendere. pro Mil. 6. a
 Defendere sententiam aliquam. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 57
 Sed quòd videntur acutissimè sententias suas, prudentissimèque defendere. Diuin. lib. 2. 115. 2. de Finib. 3. a
 Defendere sine vlla dubitatione quod non satis est exploratum. de Nat. deor. 1. 1
 Tecta sua defendere, & ab aris, focus, ferrum, flammamque depellere. pro Sest. 78. a
 Verissimè nonnunquam, etiam si minus sit verum, defendere, est patroni. 2. Offic. 73. a
 Hoc quanquam sedulo faciebat, tamen interdum non defendere, sed præuaricari accusatori videbatur. pro Clu. 45. a
 Cum vi vim defendere. pro Mil. 6. a
 Defendere vitam ab inimicis. pro Milon. 4. a
 Vitam suam noctis & fugæ præsidio, non iuris iudiciorumque defendere. pro Sest. 65. a
 Defendere alicuius utilitatem. 13. famil. 20
 A Cyrenatis melius, liberiusque defenditur. lib. 1. de Fin. 17
 Grauiſſimèque & verissimè defenditur nunquam utilitatem ab æquitate posse se iungi. de Finib. a
 Quæ plurimorum patrociniis defenditur. Parad. 17
 Defendebatur testibus collegis suis, non recitandi causa legisse, sed recognoscendi. in Vatin. 3. a
 Ab hostibus defendi paludibus & itinerum angustiis, & altitudine montium. 2. de Lege Agr. 57. a
 Quas putet probabiliter defendi posse. Academic. quæst. edit. 1. lib. 2. 129
 Tam sunt defendenda, quàm mœnia. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 127
 Mèque tibi in omnes partes defendendum putes. 5. fam. 25. in epist. Vatinii.
Defensus.
 Itaque re magis, quàm autoritate, causa illa defensa est. de Amicit. 79. a
 Defensa & collaudata philosophia. lib. 1. de Finib. 2
 Prouincia ab hostium populatione defensa. pro Font. 28. a
 Sex igitur hæc sunt simplices de summa bonorum malorumque sententiæ: duæ sunt sine patrono, quatuor defensæ. 5. de Finib. 34. a
Defensio.
 Cuius sententiam ita studiose defenditabat. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 129
 Fannius causas defenditavit. de Claris Orat. 51. a. 1. Offic. 169. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 65
 Idem hæc non acrius accusauit in senectute, quàm antea defenditauerat. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 63
Defensor.
 Assiduus defensor & propugnator fortunarum alicuius. Post reditum in Senatu, 34. a
 Custos, defensorque iuris & libertatis. pro Rab. perd. reo, 7. a
 Defensorem sui iuris, vltorem iniuriarum, auctorem totius causæ adoptare. 1. Verr. 29. a
 Paterni iuris defensor, & quasi patrimonii propugnator sui. 1. de Orat. 126. a
 Defensor necis. pro Milone, 43
 Defensor pacis. 4. famil. 1
 Defensor periculi. pro Mur. 3
 P. Lentulus, vltor sceleris, propugnator Senatus, defensor vestræ voluntatis, patronus illius publici consensus, restitutor salutis meæ. pro Mil. 30. Partit. 32
 Defensoris officium. 4. ad Heren. 104
 Accerrimum defensorem alicuius in re aliqua se ostendere. Lentulo, lib. 1. 1. 6. a
Defensio.
 Breuis defensio. pro Cælio, 5. a
 Criminis defensio. pro Milone, 4. a
 Propugnatio ac defensionis dignitatis. Lentulo, lib. 1. 7. 7. a
 Innocentiæ defensio sæpe multorum improbitate interclusa respirat. pro Cluent. 145. a

Defensio accusatione laudabilior. *Offic.* 2.69
 Sed hæc quidem est perfacilis & perexpedita defensio. de
 Finib. lib. 3.30
 Præclara defensio facinoris. in Vatinius. 21. a
 Vtriusque rei facilis est & prompta defensio. de Orat. 105. b
 Defensionis prætermittendæ, deferendique officii plures
 solent esse causæ. *Offic.* 1. 41
 Defensionis vnum corpus esse debet. *Brut.* 110
 Vt ea pars defensionis relinquatur. 4. *Acad.* 194. a
 Rationem defensionis tentare. 4. *Verr.* 18. a
 Neque auxilium modò defensionis meæ, verum etiam silen-
 tium pollicentur. pro *Mil.* 1. a
 Comparabit defensionem ex constitutionibus ab auctore in-
 ductis defensor. 2. de *Inuent.* 179. a
 Nam qui non pœnam confessioni, sed defensionem dedit, is
 causam interitus quærendam, non interitum putauit. pro
Milone, 11. a
 Habere defensionem in iudicio. *Bruto*, 12. 4. a
 In defensione ingredi. 1. de *Inuent.* 35
 Probare defensionem suam aliquibus. pro *Milo*. 8. a
 Defensionem facinoris à natura iure aliquo quærere. 1. de
Legib. 30
 Suscipere defensionem dignitatis alicuius, & in ea perma-
 nere. *Licinio*, lib. 5. 8. 14. a
 Defensionem iuris suscipere. pro *Mil.* 10. 4. b
 Defensione eget meum factum. 16. ad *Att.* 20
 In defensione spem causæ suæ ponere. pro *Cecina*. 2. a
 Vt defensione aliqua. 4. *Verr.* 18. a
 Quod causarum defensionibus adeptus es. de *Petitione Con-
 sulatus*, 15

Defero.

Atque istam partem vitæ consuetudinisque nostræ totam
 ad te defero. *epist.* 16. b
 Vniuersum studium meum & beneuolentiam ad te defero.
 6. *famil.* 35
 Quicquid auctoritate, fide, constantia possum, id omne ad
 hanc rem cõsciendam tibi & populo Romano polliceor
 & defero. pro *Lege Manil.* 49. a
 Defert ad cõiectorem quidã somniasse, se, &c. de *Diu.* 136. b
 Is causam habet, quam causam ad te deferet. ad *Titium*, lib.
 13. 80. pro *Flac.* 39
 Sopater iterum flens, ad Senatum defert istius cupiditatem,
 minasque demonstrat. 6. *Verr.* 77. a
 Qui nostra consilia ad aduersarios deferunt. pro *Clu.* 114. a
 Te esse sollicitum multi ad nos deferunt. *epist.* 47. b
 Sic ad nos omnes ferè deferunt, nihil te fieri posse iucundius.
 ad *Quint. frat.* 197. b
 Commodius fecissent Tribuni plebis *Quirites*, si quæ apud
 vos de me deferunt, ea coram potius me præsentem dixis-
 sent. 3. de *Lege Agr.* a
 Ad hunc ordinem res optimas deferebat. in *Ant.* 153. b
 Qui hoc nõ in beneficii loco, sed in laboris ac muneris, non
 temerè libertis suis deferebant. ad *Att.* 292. b. in *Ver.* 114. b
 Ad quem tum *Epicurei* primas ex nostris hominibus defe-
 rebant. de *Nat. deor.* 5. b
 Cum ad vos iudicia communis exitii detuli. pro *Sest.* 28. b
 Nomen hominis audacissimi detuli. 3. *Verr.* 10. a
 Interea tibi absentem, &c. optimo filio tuo studium, officium,
 operam, laborem meum iam pridem & pollicitus sum, &
 detuli. *Cecinna*, lib. 6. 25
 Hanc meam volutatem ad matrem tuam detuli. *epist.* 94. b
 Etique nec opinati volutatem tuã per literas detuli. *ep.* 211. b
 Quem crudelitatis authorem fuisse dixeras, ad hunc hono-
 rem & imperium extra ordinem nominatim rogatione
 tua detulisti, &c. pro *Domo sua*, 17. a
 Omnem & suam auctoritatem, gratiam, copias, opes ad hoc
 negotium conficiendum detulit. pro *Flac.* 11. a
 Hoc *Curio* ad patrem detulit, ille ad *Pompeium*, res delata
 ad Senatum est. ad *Att.* 38. b
Populus Romanus mihi omnes honores detulit. de *Pro-
 uinciis Consul.* 79. b
 Nomen amici mei de ambitu detulit. pro *Cælio*, 60. a
 Vtrò mihi *Cæsar* omnia detulit. *Figulo*, lib. 4. 13. 4. a

Quæ tibi non antequam postulares, maiora quàm velles,
 plura quàm sperares, detulit *Senatus*. *Octauio*, 330. b
 In prætura, in Consulatū præfectum fabrum detulit: consi-
 lium hominis probauit: fidem est complexus, officia, ob-
 seruantiãque dilexit. pro *Corn. Balbo*, 51. a
 Itaque ad me *Iudices*, præter cæteras, hæc querimoniam *Si-
 cilia* detulit *lachrymis*. 7. *Verr.* 101. a
M. Antonius Consul C. Cæsari dictatori regnum detulit,
Cæsar uti noluit. in *Ant.* 177. b
 Rem ad populum detulit. *Offic.* 3. 153
 Quam vocem ad *Catonem* statim *Fauonius* detulit. pro *Mi-
 lone*, 106. b
 Ea non petenti detulerunt, quæ multis petentibus denega-
 runt. pro *Cælio*, 3. a
 Hæc omnia *iudices* detulerunt, rei cõfessi sunt. in *Cat.* 119. b
Ligarianam præclare vëdidisti: posthac quicquid scripsero,
 tibi præconium deferam. *Att.* lib. 13. 269. 1. a
 Si quis est honos singularis, *Pop. Rom.* anus eum, cui velit,
 deferat. cõtra *Rul.* 75. b. in *Pis.* 1. a. ad *At.* li. 2. 20. 3. a. 10. fa. 21
 Sed quàm multos fuisse putatis, qui, quæ ego deferrem, non
 crederent. in *Catil.* 105. b
 Quæ si ciuitas per bonos viros, grauësque homines, querelas
 ad vos detulisset, &c. pro *Flac.* 41. a
 Hos ad magistratos si qua te fortuna *Cato* detulisset, non tu
 quidem, &c. pro *Mur.* 139. b
 Si iudicia iam facta domo deferamus ad causas. pro *Clu.* 3. a
 Quod vtrò ei detulerim legationem, quum multis peten-
 tibus denegassem. *Thermo*, lib. 13. 56. 2. a
Cincius siquid ad me tui negotii detulerit, suscipiam. *Att.*
 lib. 1. 11. 24. a
 Multos esse arbitror, qui ad *Cæsarem* detulerint, me pœni-
 tere consilii mei. ad *Att.* 177. b
 Deferre ad aliquem quæ audiuiimus. 3. *Ver.* 95. a. 3. *Off.* 153. a.
 ad *Brutum*, 15. 1
 Quod si etiam possis quiduis deferre ad alterum, videndum
 est tamen quid ille possit sustinere. de *Amic.* 63
 Deferre ad pontifices. pro *Domo sua*, 239. b
 Deferre ad Senatum aliquid. 1. *Philip.* 2
 Deferre ætatulam ad libidines alicuius. de *Arusp. resp.* 38
 Deferre aliquem. 5. *famil.* 59
 Deferre bellum ad aliquem. 11. *Philip.* 302
 Deferre beneficium ad aliquem. pro *Planc.* 9
 Beneficia dormientibus deferre. 7. *Verr.* 141. a
 Deferre cistellam. 1. ad *Heren.* 21
 Deferre crimen in aliquem. pro *Deiotaro*, 21
 Deferre curam. pro *Mur.* 32
 Deferre dissensionem ad patronos. pro *Syll.* 45
 Deferre facinus quoddam alicui. 2. *Philip.* 65
 Deferre facultates alicui. *Att.* lib. 11. 221. 5. a
 Deferre honorem, vel imperium ad aliquem. pro *Dom.* 17
 Deferre in aliquem locum. *Att.* lib. 12. 19. 3. a
 Deferre in beneficiis. 5. *famil.* 59
 Animo amicissimo insidias alicui paratas ei deferre. pro
Plancio, 81. a
 Deferre ad aliquem alterius iudicium. 15. *famil.* 6
 Deferre iurandum alicui. *Offic.* 73. b
 Maleficium alicuius ad iudicem deferre. pro *Cælio*, 49. a
 Mandata ab aliquo deferre. pro *Sylla*, 40. a. 12. *Philip.* 316
Librarium te aiunt eripuisse è domo, ut præclarum inde
 munus ad aliquem deferre posses. pro *Milone*, 107. b
 Deferre negotium ad aliquem. 11. *Philipp.* 301
 Deferre nomen alicuius de aliquo crimine. pro *Sexto Rosc.*
Amer. 5. 16. & 39
 Deferre nomen alicuius de repetundis. 4. *Verr.* 99. a
 Deferre nomen alicui. in *Pisonem*, 64
 Atque ut intelligatis *Cluentium* non accusatorio animo, &c.
 sed nefariis iniuriis, quotidianis insidiis proposito ante o-
 culos vitæ periculo, nomen *Oppianici* detulisse, &c. pro
Cluentio, 7. a
Acerbum nuntium alicui deferre. pro *Corn. Balbo*, 51
 Deferre omnia ad vnum. pro *Pomp.* 16. b
 Deferre opes suas & alienas ad aliquem. 2. *Philip.* 45
 Potestatem alicui deferre. pro *Corn. Balbo*, 30. a1

Deferre præmium dignitatis alicui. pro *Flac.* 1
 Deferre principatum ex latronibus. 2. *Philip.* 32
 Deferre querelam ad aliquem. pro *Ligario*, 15
 Quæquã iustis de causis rationes deferre properatim. 5. fa. 56
 Deferre rem ad aliquem. pro *Domo sua*, 15
 Deferre rem ad amicos. *Diuin.* lib. 1. 51
 Deferre se totum ad aliquem. pro *Rab. Posth.* 29
 Deferre spem. 14. *Philip.* 403
 Deferre triumphum. *Att.* lib. 8. 147. 10. a
 Deferre visa ad cõiectorem. *Diuin.* lib. 2. 100
 Deferre vultum in forum. Post reditum in Senatu, 13
 Itaque publicanos causam detulisse ad *Galbam*. de *Claris*
Orat. 172. b
 Et illud quidem admiror, te nobis in eo genere tribuisse
 tantum, & non huius rei quoque palmam, ut cæterarum,
Craffo detulisse. 2. de *Orat.* 126. a
 Ad eum defertur esse, &c. in *Verr.* 260. b
 Serui cuiusdam nomen defertur. is accusatur. ficti testes in
 eum dantur. in *Verr.* a
 Defertur res ad Senatum. ad *Att.* 11. b
 Quod genus imperii primum ad homines iustissimos defe-
 rebatur. de *Legib.* 184. b
 Si illud imperium esse potuit, quod ad priuatum clamore
 multitudinis imperitæ nullo publico consilio defereba-
 tur. pro *Ligario*, 2. a
 Cui primæ sine controuersia deferebantur. in *Orat.* 15. a
 In beneficiis ad ærarium est delatus à *L. Lucullo* Prætorè
 & *Consule*. pro *Arch.* 8
 Ad istam epistolam delati sumus. de *Finib.* lib. 2. 85
 Ad quamcunque sunt disciplinam quasi tempestate delati,
 ad eam tanquam ad saxum adhærescunt. 4. *Acad.* 17. a
 Et quoniam nepos proficitur, scire velim cuiam augu-
 ratus deferatur. *Att.* 15. b
 Ne fortè varietate & dissimilitudine rerù deductus, alicuius
 animus in quendam errorem deferatur. 2. de *Inuent.* 203. a
 Deferri ad causam. 1. *Philip.* 8
 Omnes rem ad *Pompeium* deferri volunt. *epist.* 2. b
 Lex tabulas ad Prætorè triduo deferri iubet. pro *Fl.* 150. b
 Deferri de loco ad alium. Post redi. in *Senat.* 16
 In vobis hoc maxime admirari soleo, quod, &c. ut ei nihil
 neque à natura denegatum, neque à doctrina non dela-
 tum esse videatur. 2. de *Orat.* 69. a

Deferens.

Vt igitur *Ti. Gracchum* cum videor cõcionantem in *Capit-
 o*lio videre de *M. Octauio* deferentem sitellam, &c. de
Nat. deor. 1. 75

Delatus.

Diuinitus ad nos delatus vir. 1. de *Orat.* 100. a
 Reliqua est ea causa *Iudices*, quæ nõ iam recepta, sed innata:
 neque delata ad me, sed in anima sensuque meo penitus
 affixa atque insita est. 7. *Verr.* 108. a
Hybernæ legionem eligedi optio delata. *Att.* lib. 4. 87. 4. a
 Delata res est ad me. 13. *famil.* 61. Id est, mihi nuntiatum est.
 Delatum negotium in sinum. 3. in *Verr.* 93
 Vt in quodam iudicio, quum venefici cuiusdam nomen ef-
 set delatum. 2. de *Inuent.* 163. a
 Tu, cum istiusmodi sermones ad te de me delati sunt, non
 debuisti credere. ad *Appium*, lib. 3. 8. 20. a
 Nomina filiorum de parricidio delata sunt. pro *S. Rosc.* 29. b
 Delata omnia ad vnum sunt. 4. *famil.* 30. Id est, omnia in v-
 nius potestatem deuenerunt.
 Scito à me & tribunos militares, & præfectos, & contubern-
 ales duntaxat meos delatos esse, in quo quidem ratio me
 sefellit: liberum enim mihi tempus ad, &c. *epist.* 76. b

Delatio.

Vt ne hæc mihi delatio detur. 1. *Verr.* 12. a
 Cuicumque vos delationem dedissetis. 1. in *Verr.* 10
 Illud mihi occurrit, quod inter postulationem & nominis dela-
 tionem, vxor à *Dolabella* discessit. *Cælius Ciceroni*, lib. 8. 14
 Qui sibi delationem nominis, & capitis periculum ostenta-
 rat. pro *Cluent.* 18. a
 Nuper quum in *Pub. Gabinium* vir fortissimus & innocen-
 tissimus *L. Piso* delationem nominis postularet. 1. *Verr.* 35

Deferueo, siue Deferuesco.

Deferuescat hæc gratulatio. 9. *famil.* 4
 Aut rogandi, orandique sunt, ut si quam habent vlciscendi
 vim, differant in tempus aliud, dum deferuescat ira. *Tusc.*
quæst. li. 4. 65. Deferuescere autem significat ardorem ani-
 mi inuita ratione excitatum mitigari.
 Summi homines & clarissimi ciues fuerunt, quorum quum
 adolescentiæ cupiditates deferuissent, eximia virtutes
 firmata iam ætate extiterunt. pro *Cælio*, 34. a
 Iam ista deferuerint, iam ætas omnia, iam ista dies mitigarit.
 pro *Cælio*, 61
 Quãtis illa clamoribus adolescentuli diximus de supplicio
 parricidarum, quæ nequaquam satis deferuisset, post ali-
 quanto sentire cœpimus. in *Orat.* 57. a
 Hominum studia deferuisset intelligebat. pro *Cluent.* 87. a

Defessus.

Quamobrem nisi fortè iam es defessus, etsi tibi graues non
 sumus, refer te, &c. de *Orat.* 156. b
 Defessus audiendo animus quomodo aut integretur aut re-
 nouetur. 1. de *Inuent.* 37
 Defessus cultu agrorum. pro *Lege Agr.* 87. a
 Defessus labore atque itinere disputationis meæ. 2. de *Or.* 129. a
 Neque quisquam, quin fatietate iam defessus sit. *Curioni*,
 lib. 2. 2. 6. a
 Defessa ac refrigerata accusatio. 2. *Verr.* 20. a
 Senatumque iam languescens & defessum ad pristinam
 virtutem consuetudinẽque reuocauit. *Trebonio*, lib.
 10. 28. 4. a
 Defesso auditore quid agendum. 1. ad *Heren.* 10
 Animi forensibus negotiis atque urbano opere defessi, ge-
 stit, ac volitare cupiunt vacui cura ac labore. 2. de *Or.* 14. a
 Aures conuicio defessæ conqueiscant. pro *Arch.* 8. a
 Quum iam tortor, atque essent tormenta ipsa defessa, &c.
 pro *Cluent.* 141. a

Deficio.

Quare si planè à nobis deficiis, molestè fero. *epist.* 101. b
 Dolor me non deficit. 7. *Verr.* 123. a
 Quod mihi consuevit esse adiumento, id quoque in hac
 causa deficit. pro *Quint.* 1. b
 Memoria deficit. 2. de *Finib.* 74. a
 Prudentia nunquam deficit Oratorem. de *Claris Orato-
 ribus*, 47. a
 Omnia colligo, ut noui scribam aliquid ad te, sed, ut vides,
 res me ipsa deficit. ad *Q. frat.* lib. 2. 15. 3. a
 Spes deficit non voluntas. *Att.* lib. 7. 139. 2. a
 Tempus deficit ad bellum gerendum. pro *Rosc. Amer.* 53. a
 Discendũ vita deficit. 3. de *Orat.* 49. a
 Me non solum vires, sed etiam vita deficit. in *Verr.* 250. b
 Dies, latera, & vox me deficiunt. 4. *Verr.* 37. a
 In causa aliquem deficiunt omnia. pro *Font.* 20. a
 Qui à Republica deficiunt, ciuium iura non tenent. in *Ca-
 tulinam*, 103. b
 Ea me solatia deficiunt, quæ cæteris, quorum mihi exempla
 propono, simili in fortuna nõ defuerunt. *epist.* lib. 4. 5. 6. a
 Studia cuncta ætate exacta deficiunt. pro *Deiot.* 19. a
 Deficiunt te *Latina*. 1. *Acad.* 37. a
 In hac *Repub.* ad quam opprimendam, non animus eis, sed
 vires deficiunt & defuerunt. pro *Flac.* 159. b
 Sed vires nondum omne animal in mundo intus incluserat,
 ex ea parte deficiebat ad propositum exemplar imaginis
 similitudo. de *Vniuers.* 4,
 Relinquebatur triste quoddam literarum genus, id quoque
 deficiebat me, in quo, &c. *epist.* 56. b
Leontina ciuitas me deficit. in *Verr.* 171. b
 Dolor me non deficit. in *Verr.* 268. b
 Ita eum non modò ingenium illud, & discendi exercitatio,
 qua semper valuit, sed etiã propter vim sceleris manifesti
 atque deprehensi, impudentia, qua superabat omnes, im-
 probitasque deficit. 3. in *Catil.* 56. a
 Interpositu, interiectuque terræ repente *Luna* deficit. 2. de
Nat. deorum, 148. a
 Vox eum deficit in illo loco. ad *Marium*, lib. 7. 1. 6. a
 Cæterique qui vnã cum illo à *Repub.* defecerunt. *epist.* 18. b

Consules à Republ. & à bonis omnibus defecerunt. pro Plancio, 277. b
 Tamen nec illi defecerunt, neque nos studium exquirendi defatigati relinquemus. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 8
 Sed sicubi illi defecerunt, &c. Tuscul. quæst. lib. 2. 2. 4
 Multi orantes clari *ἄνθρωποι* fuerunt, & antea fuerant, nec postea defecerunt. de Orat. 197. b
 Ea tamen illum studia defecerunt. pro Domo sua, 149. b
 Nec vlli bonarū artium magistri non beati putādi, quanuis consenuerint vires atque defecerint. de Senect. 26. a
 Motusque omnis animi, tanquam ventus hominem defecerat. de Claris Orat. 47. a
 Sin à vobis, &c. deserar: tamen animo non deficiam, & id quod suscepi, quoad potero, perferam. pro Ros. Amer. 6. a
 Dies iam me deficiet, si, quæ dici in eam sententiā possunt, coner exprimere. pro Cæl. 43. b. 2. de Finib. 100. a
 Si quem aut natura sua, aut illa præstantis ingenii vis fortè deficiet. de Orat. 197. b
 A' meque ipse deficerem. epist. 26. b
 Vt quod odium in omnes bonos conceptum iandiu continebant, id in me vno potius, quam in vniuersa ciuitate deficeret. Postquam iret in exil. 198. b
 Tempus hercule te citius, q̄ oratio deficeret. pro S. Ros. 54. a
 Si eum in causa deficerent omnia. pro Font. 281. b
 Ne vna plaga accepta p. c. coniderent, ne deficerent. Attic. lib. 1. 11. 15. a
 Vererer, ne mihi crimina non suppetent, ne oratio deesset, ne vox virèque deficerent. 3. Verr. 21. a. Sub. mihi.
 Si Luna paulò ante Solis ortum defecisset. 1. de Diuin. 196. a
 Dies deficiat, si velim numerare. 3. de Nat. deor. 60
 Si me in ea querimonia, &c. non modò vires, verumetiam vita deficiat, id mihi præclarum & iucundum putem: 7. Verrinarum, 58. a
 Quàm multa te deficiant vides Cæcili. in Verr. 72. b
 Difficile est amicitiam manere, si à virtute defeceris. de Amicitia, 36. a
 Animantes, quum calor defecerit, tum interire: & in omni natura rerum id viuere, id vigere quod caleat. 3. de Nat. deorum, 46. a
 Si memoria defecerit, tuum est vt suggeras. de Fin. lib. 2. 38
 Vox me citius defecerit, quàm nomina. in Verr. 213. b
 Sed quid ages tandem, si vtilitas ab amicitia (vt fit sæpe) defecerit? 2. de Finib. 126. a. Id est, si nulla vtilitas percipitur ex amicitia.
 Nec si à me fortè deficiueris, idcirco te à se, & à Republ. & à tua dignitate deficere patitur. pro Syll. 26
 A' seipso deficere. Cælio, lib. 2. 15. 4. a
 Deficere à virtute. Læli. 36
 Sæpe officium est sapientis, deficere à vita. 3. de Finib. 93. a
 Planè ab aliquo deficere. Trebatio, lib. 7. 12. 5. a
 Deficere ab imperio ac nomine nostro volebat. in Ver. 92. b
 Res eos iam pridem, fides deficere nuper cœpit. 2. in Cat. 32. a
 Nanque vt olim deficere sol hominibus extinguique visus est, &c. Somn. Scip. 26
 Iam me vires deficere cœperunt. de Orat. 101. b
 En hoc illud est, quod antè dixi, mulier abundat audacia, consilio & ratione deficitur. pro Cluent. 146. a
 Ne patres auxilio diminuti deficiantur. de Arusp. resp. 253. b
 In quo non modò defici, sed etiam laborare turpe est. de Claris Orat. 167. b

Deficiens.

Qui quum acriter oculis deficientem solem intuerentur, vt aspectum omnino amitterent, &c. 1. Tuscul. 115. a

Defectus.

Libri ad Varronem non morabantur. Sunt enim defecti, vt vidisti: tantū librariorū menda tollūtur. Att. lib. 13. 281. 3. a

Defectus.

Neque solùm eius species ac forma mutatur, tum crescèdo, tum defectibus in initia recurrendo: sed etiam, &c. 2. de Nat. deor. 72. a. de Sole.

Defectum.

Ille ad eos, à quibus audiebatur, quotidie aliquid defecti asserbat. pro Sestio, 116

Defectio.

Intemperantia, quæ est à tota mente & à recta ratione defectio, sic auersa à præscriptione rationis. 4. Tuscul. 33. a
 Multa conuenerunt quæ mētem exturbarent meam, subita defectio Pompeii, alienatio Consulū, &c. Q. fratri, lib. 1. 4. 3. a
 Defectio virium, adolescentiæ vitii efficitur sæpius, quàm senectutis. Cat. 26
 Thales primus defectioem solis, quæ Astrygo regnante facta est, prædixisse dicitur. de Diuin. 103. b
 Defectioem animi mei times. 3. ad Att. 30
 In illa omnium barbarorum defectioe Macedonica. in Pisonem, 97. b
 Defectioes solis, lunæ. de Diuin. lib. 2. 12. & Cat. 45

Defigo.

Omissis cæteris argumentis, in eo mentem, orationemque defigit. 3. de Orat. 17. a
 Parum defigunt animos, & intendunt in ea quæ perspicua sunt, vt quanta luce ea circumfusa sunt, possint agnoscere. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 44
 Omnes suas curas in Reip. salute defigunt. 14. Philip. 393
 Nihil de hac eius vrbana, quam ille præsens in vestris oculis mentibusque defixit, audacia loquor. de Prouinc. Conf. 7
 At quam sententiā dixi: primùm eam, quam populi sermo in animis vestris iam antè defixerat. pro Domo sua, 7. a
 Quæ defixerit, iniusta, nefasta, vitiosa, dira, irrita, infestaque sunt. 2. de Legib. 18
 Defigere aliquid in auribus vel oculis. 2. in Verr. 5
 Quam crucem nō ausus est vsquam defigere, nisi apud eos, &c. 6. Verr. 20. a
 Qui in campo Martio crucem defigi & constitui iubes. pro Rab. 29. b
 Quò defigere nostra deportarèque tutò possimus. 7. famil. 51. in epist. M. Curii.
 Cuius sanguinem non bibere censetis: in cuius possessiones atque fortunas non impudētissimos oculos spe & mente defigere? 11. Philip. 296. a
 In Consulū corpore ficam defigere. 1. in Cat. 11. a
 Vt non modò in auribus vestris, sed in oculis omnium sua furta atque flagitia defixurus sim. 2. Verr. 5. a. Hoc est, ita de prompturus & relaturus, vt non modò audiri, sed etiam fieri videantur. Vel sic, Vt non modò auditui & intellectui perspicua sint, sed etiam visui subici videantur, id est, sub oculos poni.

Defixus.

Quousque humi defixa tua mens erit? Somn. Scip. 14
 Virtus est vna altissimis defixa radicibus, quæ nunquam vlla vi labefactari potest, nunquam dimoueri loco. 4. Phil. 161
 Porticus furoris Tribunitii, defixum iudiciū ad memoriā omnium gentium sempiternam. pro Domo sua, 79
 Aliquid intueri, in eoque defixum, esse. in Orat. 5. a
 Cū eum in cogitatione defixum esse sensisset, statim recessisse. de Orat. 144. b
 Vt omnia Reipub. subsidia, &c. spem reliquorum in vestra potestate, in vestris sententiis, in hoc vno iudicio positam & defixam putetis. pro Flac. 2. a
 Vittæ in aliquo penitus defixa & hærentia. de Aruspicum responsis, 257. b
 His locis in mente & cogitatione defixis. Orat. 124. b

Definio.

Altera sententiā est, quæ definit amicitiam paribus officiis ac voluntatibus. de Amicit. 51. a
 Dat præterea potestatem verbo prætoriam, reuera regiam definit in quinquennium. contra Rull. 72. b
 Itaque id definimus, quod sit indifferēs cum existimatione mediocri. de Finib. 101. b
 Illi orbes, qui cælum quasi medium diuidunt, & aspectum nostrum definiunt, &c. 2. de Diuin. 138. a
 Philosophi causam aut controuersiam appellat, eamq; tribus, lite, aut deliberatione, aut laudatione definiunt. de Or. 153. b
 Sæpiusimè extrema definiunt. Orat. 202. b
 Loca, quæ regione orbem terrarum, rebus illius gestis imperium populi Rōm. definiunt. pro Cora. Balbo, 51

Mala dolore, bona voluptate definiunt. in Pisonem, 33. a
 Quæ autem pars subiecta generi est, eam sic definiunt, vt id decorum esse velint, quod, &c. Offic. 19. b
 Eius autem fundi: extremam partem oleæ directo ordine definiunt. pro Cecinna, 16. a
 Sedes sibi optimas, hortos, Tusculana, Albana definiunt. in Ant. 216. b
 Vt aliquando totam huius generis orationem concludam ac definitam. 6. Verr. 103. a
 Hic tu modum tuæ vitæ, non salute Reipublicæ, sed æquitate animi definiens. pro Marcel. a
 Si vnamquaque rem certo naturæ termino definiemus. 3. ad Herennium, 97. a
 In hoc quidem certè propè idem nullis vt terminis circumscribat, aut definit ius suum. de Orat. 91. b
 Qui imperium pop. Romani, orbis terrarum terminis definiunt. pro Sest. 56. a. de Pompeio.
 Aedes sibi optimas definire. 8. Philip. 240. a
 Definire alicui quid faciat. pro Quintio, 57. a
 Definire sibi aliquid. 8. Philip. 240
 Artem definire ex rebus perispectis, planèque cognitis. 1. de Orat. 54. a
 Definire in ea causa, in qua quale quid sit, quæritur, puerile est. 2. de Orat. 59
 Definire in quinquennium. pro Lege Agr. 43. a
 Definire legem. 5. Verr. 182
 Neque æquum est tempore & die memoriā beneficii definire. Postquam iret in exil. 203. b
 Erit igitur hæc facultas in eo, vt definire rem possit, neque id faciat tam pressè & angustè, quàm in philosophorum disputationibus fieri solet. Orat. 207. b
 Aliquid breuiter illustrare, verbisque definire. de Orat. 123. b
 Si quis vniuersam & propriam oratoris vim definire, complectique vult, hic orator erit, qui, &c. de Orat. 90. b
 Definire vim vocabuli alicuius. de Inuent. 44. b
 Definire quam quis vitā ingrediatur. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 104
 Itaque probè definitur à Stoicis fortitudo, cū eam virtutem esse dicunt propugnātem pro æquitate. Offic. 13. b
 Cur huic præcipua lex iniuriæ definitur? 5. Verr. 182. a
 Perficiendi vis ita definitur à Stoicis, vt negent, &c. de Finibus, 143. b
 Res, quas Romani gesserunt, orbis terræ regionibus definiuntur. pro Archia, 17. a. Id est, terminantur.
 Atque his ferè ipsis definitur vis. de Orat. 143. b
 Quas ego alias optimatum discordias à diis immortalibus defini putè: de Arusp. 49. Id est, intelligi, iudicari, innui.
 Genus vniuersum, &c. breui circumscribi & definiti potest. pro Sestio, 84. a
 Non solùm numerum signorum, sed etiam vniuscuiusque magnitudinem, figuram, statum literis definiunt vides. 3. Verrinarum, 39. a
 Epicurus negat defini rem placere, sine quo fieri interdum non potest, vt inter eos, qui ambigunt, conueniat quid sit id de quo agatur. de Finib. 64. b
 Quum autem nominis controuersia est, quia vis vocabuli definienda verbis est, constitutio definitiua nominatur. 1. de Inuent. 15. a
 Explicanda est sæpe verbis mens nostra, atque inuolutæ rei notitia definiendo aperienda est. in Orat. 207. b
 Latentem (rem) explicare definiendo, obscuram explanare interpretando. in Bruto, 78. a
 Res inuolutas definiendo explicauimus. in Orat. 55. a
 Videamus igitur rursus, priusquam digrediamur ad leges singulas, vim naturamque legis, ne cū referenda sint ad eam nobis omnia, labamur interdum errore sermonis, ignoremúsque vim sermonis eius, quo iura nobis definienda sint. de Legib. 170. b

Definiens.

Sol duabus vnus orbis vltimis partibus definiens motum. de Nat. deor. 1. 61

Definitus.

Certus in cælo ac definitus locus. in Somn. Scip. 8. a
 Non enim parum habet in se fructus copia dicendi, si recta

intelligentia & definita animi moderatione gubernetur. ad Herennium, lib. 1. 1
 Definita mors omnibus. pro Sest. 58
 Definita quæstio, id est, Hypothesis. Topic. 42
 Certa & definita quæstio. de Nat. deor. 1. 38
 Constituta & definita res. 2. de Orat. 24. a
 Definitum aut certum nihil habeat. Appio, lib. 3. 8. 5. a
 Definitum & constitutum principalibus causis. Fat. 7
 Quid quæstio: qualnam habet partes? c. 2. In finitum, quam consultationē appello: & definitam, quam controuersiam nomino. in Partit. 3. a
 Bene dicere, non habet definitam aliquam regionem, cuius terminis septa teneatur. 2. de Orat. 4
 Definitas partes cæli sibi esse traditas meminisse augur debet. 3. de Legib. 38

Definitio.

Definitio, est earum rerum, quæ sint eius rei, quam definire volumus, breuis & circumscripta quædam explicatio. de Orat. 100. b
 Inuolutæ rei notitia definiendo aperienda est: definitio enim est oratio, quæ quid sit id, de quo agitur, ostendit quam breuissimè. Orat. 118. b
 Definitio, est oratio, quæ id, quod definitur, explicat quid sit. Topic. 22. b
 Definitio, est patefactio quasi rerum operatarum, cū quid quidque sit, aperiatur. de Finib. lib. 2. 4
 Definitio est, quæ id quod quasi inuolutum est, euoluit. Topic. 21. b
 Definitio est, quæ rei alicuius proprias amplectitur potestates breuiter & absolute. 4. ad Heren. 185
 Breuis & apta opinioe hominum definitio. de Inuent. 68. b
 Definitio genere declaratur, & proprietate quadā, aut etiam communium frequentia, ex quibus proprium quid sit eluceat. in Partit. 23. a
 Definitio facile extorquetur è manibus. 2. de Orat. 60
 Definitio hominis quæcunque est, vna in omnes valet. 1. de Legib. 22
 Num illa definitio possit in aliam rem transferri? Acad. q. ed. 1. lib. 2. 41
 Definitio mala quæ sit. 1. de Inuent. 104
 Definitio antè præterlabitur, q̄ percepta est. 2. de Orat. 60
 Definitio genere ipso exercitatione redolet penè puerilem. 2. de Orat. 60
 Omnium rerū vna est definitio cōprehendendi. 4. Acad. 132. a
 Vera definitio. 2. de Inuent. 160. a
 Definitio atque descriptio aut informatio verbi. Part. 239. b
 Alia est enim, cū inter doctos homines de iis ipsis rebus quæ versantur in artibus, disputatur, verborum definitio: vt cū quæritur, quid sit ars, quid sit lex: in quibus, &c. de Orat. 116. b
 Nulla dissimilitudo est in genere: quæ si esset, non vna omnes definitio contineret. de Legib. 161. b
 Definitionis qui modus. Topic. 13
 Definitionis quænam ratio. Partit. 23
 Definitionis status non argumentando tractatur. Partit. 68
 Definitionis vsus. Topic. 5
 Definitioni adiunctum est, vt res in partes diuidatur. de Finib. lib. 4. 7
 Cū autem quid sit quæritur, notio explicanda, & proprietates, & diuisio, & partitio. hæc enim sunt definitioni attributa. Topic. 22. b
 Definitionem euertere. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 10
 A' definitione argumentum. Topic. 5
 Omnis enim quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet à definitione proficisci: vt intelligatur quid sit id de quo disputatur. 1. Offic. 12. a. in Topicis, 12. & 44. a. 1. de Orat. 93. a. 2. de Finib. 7. a
 Propriā cuiusque vim definitione declarare. 1. de Orat. 94. a
 Quod ea definitione explicetur. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 41
 Definitione res & controuersia quomodo explicanda. 2. de Inuent. 235
 Hominum & temporum definitione sublata. de Diu. 131. b
 Definitiones aliæ sunt partitionum, aliæ diuisionum: parti- 1212. ii.

Antonii præsidium Claterna deiecit Hircius. in Ant. 215. b
Magno semper vi impetu, sæpe aduersarios de statu omni
deiecimus. in Orat. 70. a

Atque cum, qui semper vestrum consensum grauissimum
iudicasset, de sententia deiecit. 9. Philip. 262

Patriæ liberatores vrbe carebāt ea, cuius à ceruicibus iugum
seruile deiecerant. 1. Philip. 4

Cum Senatum à gubernaculis deiecesses, populum è nauī
exturbasses. pro Domo sua, 20

Prætor interdixit, vt est consuetudo, de vi hominibus ar-
matis, sine vlla exceptione, tantum, vt vnde deiecesset, re-
stitueret. pro Cecin. 17. a

Pollicitus est quantum vellent pecuniæ, si me ædilitate de-
iecessit. in Verr. 70. b

Hunc ego si metu Siciliæ, damnatione istius per vestram fi-
dem & seueritatem deiecerō, Iudices, satis officio meo, sa-
tis illorum volūtati, qui à me hoc petierunt, factum esse
arbitror. 7. Verr. 102. a

Si prius illud propugnaculum, quo cōtra omnes meos im-
petus vsurū se putat, ex defensione eius deiecerō. in Ver-
rem, 156. b

Vidēsne igitur quantum breuiter admonitus de doloris ter-
rore deieceris. 2. Tusc. 11

Quantū mali ex humana conditione deieceris. Tusc. quæst.
lib. 1. 13

Habeo etiam dicere, quem contra morem maiorum, mino-
rem annis x l. de ponte in Tyberim deiecerit. pro Sexto
Roscio, 35. b

Prius te quis de omni vitæ statu deiecerit, quàm de ista au-
thoritate. de Nat. deor. 1. 46. Hoc est, Democriti sententia
& opinione.

Si tantulum oculos deiecerimus, præsto esse insidias. 7. Ver-
rinarum, 142. a

Deiecere & dimouere ex possessione. de Lege Agr. 81. a. pro
Cecinna, 2

Deiecere honore aliquem. 2. in Verr. 15

Deiecere libellos. pro Quint. 13. & 42

Deiecere templo magistratus. pro Sest. 67. a

Pueri autem Sisennæ, credo qui audiussēt, quæ in istum te-
stimonia essent dicta, oculos de isto nusquam deiecere, ne-
que ab argento digitum discedere. 6. Verr. 29. a. 1. Philip. 1

Deiecere vitia ratione. Tusc. quæst. lib. 4. 67

De saltu deicitur Quintius. pro Quint. 14. b

Noster Brutus citò deiectus est de illo inani sermone. Attic.
lib. 15. 326. 4. a

Is obuolutus & obligatus corio deiciatur in profluentem.
ad Herennium, 4. b

Fortis verò animi & constantis est, non perturbari in rebus
asperis, nec tumultuantem de gradu deici, vt dicitur, sed
præsentī animo vti & consilio. 1. Offic. 113. a

Deiici de vrbs præsidio, & de custodia ciuitatis deturbari.
pro Murena, 72. a

Deiici de sermone. 15. ad Atticum, 21

Deiici ex hæresi. 15. famil. 44

Hac se commemoratione ciuitatis, omnia verbera depulsu-
rum, cruciatumque à corpore deiecturum arbitratur.
7. Verrinarum, 117. a

Deiectus.

Deiectus de gradu. Att. lib. 16. 339. 6. a

Me pudet tam citò de sententia esse deiectum. 2. Tusc. 21

His hædinis pelliculis Prætura deiectus est. pro Mur. 69. a

Deiectus & ex aliquo, & ab aliquo loco dicitur. pro Ceci. 63

Qui vi deiectus est. pro Cecin. 296. b

Deiectus verò quī potest esse quisquam, nisi in inferiorem
locum de superiore motus. pro Cecin. 7

Deiectæ copix. 4. ad Att. 15. Id est, afflictæ & infirmæ.

Deiectio.

Qui illam vim deiectionisq; tuo rogatu, aut tuo nomine
fecerit. pro Cecin. 42

Dein.

Hæc quidem duo binis pedibus incisim, dein membratim.
in Orat. 124. a. pro, Deinde.

Dein quæ sequuntur. 2. de Nat. deor. 158. a

Deinde.

Deinde, &c. deinde, &c. quater. de Inuent. 50. b

Primū cur? Deinde, Nihilne præterea dixim? 4. Acad. 140. a

Cogita quid deinde. 9. ad Att. 66. subaudito, verbo.

Deinde Delphinus:

Exinde Orion obliquo corpore nitens. 2. de Nat. deor. 85.
ex Arato.

An ego tibi obuia non prodirem? primūm Appio Claudio:
deinde Imperatori? deinde more maiorum? deinde (quod
caput est) amico? Appio, lib. 3. 7. 11. a

Totius augurii primūm naturam ipsam videre, deinde in-
uentionem, deinde constantiam. de Diuin. 125. b

Tu velim cures, vt sciam quibus nos dare oporteat eas, quas
ad te deinde literas mittemus. ad Q. frat. lib. 3. 24. 3. a

Deinde quòd ita multa sunt incommoda in vita. de Nat. d.
1. 17. pro, Præterea.

Capit hoc consilium, vt pecuniam quibusdam iudicibus le-
uissimis polliceatur, deinde eam postea supprimat. pro
Cluent. 2. 4. Acad. 71. a. 7. Verr. 12. a

Deinceps.

Deinceps accipere ab aliis, & tradere aliis. de Somn. 130. b

Vt deinceps qui accubarent, canerent ad tibiam. Tusc. 209. b

Res quas idem Cæsar anno post, & deinceps reliquis annis
administrauisset in Gallia. Brutus, 115. pro, Postea.

Αποστ. 25, cum deinceps ex primis versus literis aliquid con-
nectitur. Diuin. lib. 2. 86

Posteaque prosperæ res deinceps multæ consecutæ sunt. de
Clar. Orat. 6. a

Deinceps reliqua reliquis debeantur. Offic. 32. b

Opinionibus & institutis omnia teneri, nihil veritati relin-
qui, deinceps omnia tenebris circumfusa esse dixerunt. 1.
Academic. 64. a

Cauendum est etiam ne id quod semel supra diximus, de-
inceps dicamus. ad Heren. lib. 1. 15. a

De iustitia satis dictum est, deinceps, vt erat propositum, de
liberalitate dicatur. Offic. 9. b

Deinceps in lege est, vt de ritibus colantur optimi. de Le-
gibus, 178. b

Breues deinceps tres, extrema producta, prænem faciunt.
de Orat. 160. b

A quibus ducti deinceps omnes sapientes habebantur. Tu-
scul. quæst. 229. b

Deinceps laudatur prouincia Gallia. 4. Phil. 158. pro, deinde.

Quo (exemplo) affert Rhodium quendam morientem sex
æquales nominasse, & dixisse, qui primus eorum, qui se-
cundus, qui deinceps moriturus esset. 1. de Diuin. 112. a

Itaque prima causa publica, &c. Deinceps inde multæ, &c.
de Clar. Orat. 173. a

Tum reliquos, vt institui, deinceps persequar. de Orat. 182. b
Annale Ennii, vt deinceps legi possent, effici posse. de Nat.
deor. 44. b

Sacra deinceps familiis prodantur, & sint perpetua. de Le-
gibus, 179. b

Primum est officium, &c. vt se cōseruet in naturæ statu: de-
inceps vt ea teneat, quæ secundum naturam sint, pellatque
contraria. 3. de Finib. 32. a

Opera mea Remp. incolumem magistratibus deinceps tra-
ditam. Postquam iret in exil. 201. b

Velim deinceps meliora sint. ad Att. 279. b

Sed tamē tres fratres summo loco natos, &c. te nolo habere
iratos, iure præsertim, quos video deinceps Tribunos ple-
bis per triennium fore. Thermo, lib. 2. 17. 5. a

Sed deinceps omnia cōsiliorum plena videmus. de Or. 88. b
Etenim deinceps viderimus. 5. Verr. 63. a

Loci autem qui, &c. deinceps est viuendum. Top. 228. b

Deintegro. Vide post particulam De.

Deiotarus.

Deiotarus magnificentissimo hospitio acceptus. de Diuin.
lib. 2. 63

Deiotarus quum ex itinere quodam proposito & iam con-
stituto reuertisset, aquilæ ad monitus volatu, conclauē il-
lud, vbi erat mansurus, si i re perrexisset, proxima nocte
corruit. de Diuinat. lib. 1. 27

Deiotarus fugit ex prælio cum Pompeio. Diuin. lib. 2. 62

Deiotarus rex. 15. fam. 14

Deiotarus rex, optimus agricola & pecuarius. pro Deiot. 19

Deiotarus rex nihil vnquam nisi auspicio gessit. Diuinat.
lib. 1. 26

Deiotarus rex, hospes Ciceronis. Diuin. lib. 1. 26

Deiotarus à Cæsare Tetrarchiæ regno pecuniæque multa-
tus. Diuin. lib. 1. 27

Deiotarus per sæpe reuertit ex itinere, quum iam progressus
esset multorum dierum viam. Diuin. lib. 1. 27

Deiotarus eodem tempore Cæsarem & hostem & hospitem
vidit. Diuin. lib. 2. 63

Deiotari fidelissimi atque optimi regis causa ornatissimè à
M. Bruto defensa. Brut. 11

Deiotari regis laus. de Arusp. respon. 25

Cæsar Deiotaro Troginorum Tetrarchiam eripuit, & asse-
clæ suo Pergameno cuidam dedit. Diuin. lib. 2. 63

Deiotarum ex itinere aquila reuocauit. Diuin. lib. 2. 15

Pro Deiotaro dixit Brutus Niceæ. 14. ad Att. 1

Pro Deiotaro Ciceronis oratio. 9. fam. 21

Deiotarus filius, qui rex ab Senatu appellatus est. 5. ad At-
ticum, 32

Deiotari filio pacta Artauadis filia. 5. ad Att. 45

Deiotari virtusque laus. 11. Philipp. 313. & 314

Indulge valetudini tuæ, cui quidem tu adhuc, dum mihi deseruis, seruivisti non satis. epist. 263. b
 Si officia mea, si operæ, si vigiliæ deseruiant amicis, & præsto sunt omnibus. pro Syl. 19
 Item alii, qui quiduis perpetantur, cuius deseruiant, dum quod velint, consequantur. Offic. 1153
 Deseruire corpori. 1. de Leg. 56. a. Id est, habere curam corporis.
 Deseruire rebus diuinis. in Partit. 43. a

Desideo.

Labes agri Priuernatis, cum ad infinitam altitudinem terra defedisset. de Diuin. 1. 82
 Eo tempore ipso, quum hoc calamitosum prælium fieret, tantos terramotus in Liguriis, Gallia, &c. vt multa oppida corruerint, multis locis labes factæ sint, terræque defederint, &c. 1. de Diuin. 132. a. Id est, pessum ierint, & vult descenderint, subfederint.

Desiderabilis, Desiderans, Desideratio, Desiderium, Desidero, vide Desydero.**Desidia.**

Ignauia, inertia, desidia, luxuria. ad Heren. 2
 Desidii fuga. Acad. quæst. edit. 2. lib. 1. 17
 Homo desidii ac luxuriæ plenus. in Sallust. 5. a
 Confugere in portum non inertia neque desidii, sed omni moderati atque honesti. de Clar. 165. b
 Nihil autem magis cauendum est seneçtuti, quam ne languori se desidii que dedat. Offic. 25. b
 Qui propter desidiam in otio viuunt, tamen in turpi inertia voluptatem capiunt. contra Rul. 87. b
 Sed mihi omnis oratio est cum virtute, non cum desidia. pro Sest. 26. b

Sed nos vmbribus, deliciis, otio, languore, desidia animum infecimus: opinionibus, maloque more delinitum molliuimus. 5. Tusc. 114. a
Desidiosus.

Desidiosa delectatio. 3. de Orat. 50. a
 Inertissimum & desidiosissimum otium. 2. de Leg. Agr. 90. a
 Vt cum desidiosam artem dicimus, quia desidiosos facit. ad Heren. 34. b

Designo.

Vtique locum sepulchro pedes triginta quaque versus designat. in Ant. 224. b
 Catilina notat & designat oculis ad eadem vnumquemque vestrum. in Cat. 97. b
 Hæc enim ridetur vel sola, vel maxime quæ notant & designant turpitudinem aliqua non turpiter. 2. de Ora. 130. a
 Aristoteles quodam loco mundum designauit deum. de Nat. deor. 8. b
 Quæ cum ita designasset. de Vniu. 57
 At quomodo: vt si decemviratum haberent, quos plebs designauerit, oblitus est nullos à plebe designari. contra Rul. 71. b
 Res aliquas verbis designare, generibus illustrare, partibus distribuere. de Orat. 94. b
 Nam hoc verbo, nec Clodius, nec quisquam de gregalibus eius designatur. de Ar. 256. b
 Ex qua certum quiddam designatur oratori, in quo animū debeat habere occupatum. de Inu. 49. b
 Anaxagoras primus omnium rerum descriptionem & mundum mentis infinita vi ac ratione designari & confici voluit. 1. de Nat. deor. 20
 Sin vera diuina sunt, falsa autem humana, quæ est ista designandi licentia? de Diu. 135. b

Designatus.

Designatus Reip. ciuis. pro Cluent. 24. a
 Consul designatus à populo suffragiis, declaratus autem vel renuntiatus ab alio consule vocc. 14. ad Att. 11
 Designatus Prætor. 3. Tusc. 118. a
 Nullus iam designatus Tribunus plebis alio vultu, alio vocis sono, alio incessu esse meditabatur. contra Rul. 69. b
 Nec domus, nec respub. ratione quadam & disciplina designata videatur, si in ea nec recte factis premia extent, nec supplicia peccatis. 3. de Nat. 64
 Quod in epistola tua scriptum erat, me iam arbitrari designatum esse: scito nihil tam exercitum esse nunc Romæ, quam candidatos. ad Att. 6. b
 Cum Tribuni plebis haberent in animo de præsidio consulum designatorum referre. epist. 170. b
 Hæc ab hominibus callidis ac peritis animaduersa ac notata, verbis designata. 1. de Orat. 53. a
 Neque non diligunt nos dii, neque ignorant ea, quæ ab ipsis constituta & designata sunt. 1. de Diuin. 73

Designator.

Desertus à suis, vix iam decimum designatorem, vix Gelliū retinet. ad Att. lib. 4. 72. 3. a

Designatio.

Siue designatio personarum & temporum. 1. de Orat. 68. a
 Perbellè feceris, si ad nos veneris. Offendes designationem Tyrannionis, mirificam librorum meorum bibliothecā. ad Att. lib. 4. 18. Designatio, pro ordine quo aliquid dingeritur.
 Omnem totius orbis designationem atque apparatus requiro. de Nat. deor. 116

Desilio.

Milo de rheda, reiecta penula, desiliuit. pro Mil. 21. a

Desultorius.

Qui nescio quo pacto mihi videtur Prætorius candidatus in Consularem, quasi desultorius in quadrigarum curriculum incurrere. pro Mur. 52. a

Desino.

Admirans illud, iam mirari desino. 2. de Orat. 32. a
 Quem ego ad bellum commune vocare non desino. epist. 179. b
 Quod sese mouet, nunquam moueri desinit. de Som. 130. b

Iste caput petere non desinit. pro Quint. 5. b
 Desinunt adhibere suum iudicium. de Nat. deor. 1. 8
 Illa quæ similiter desinunt, aut quæ cadunt similiter. 3. de Orat. 114. a

Itaque conuentus, qui initio celebrabantur, iandiu fieri desierunt. ad Att. lib. 1. 14. 12. a
 Non desinam tua decreta defendere. epist. 17. b
 Desine quæso communibus locis, domi nobis ista nascuntur. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 72

Desine ei succedere. 7. Verr. 16. a
 Quod si tam facile populum haberem, quam Æsopus habuit, libenter me hercule artem desinerem, tecumque, & cum similibus nostri viuerem. ad Marium, lib. 7. 4
 Desinat ea se putare posse emere, quæ ipse semper habuit vana. 5. Verr. 122. a
 Nam mihi stat alere morbum desinere. ad Att. 272. b
 Te ad cænas ire desisse molestè fero. epist. 141. b
 Et vt incipiendi ratio fuerit, ita sit desinendi modus. 1. Offic. 189. a
 Hæc copia facultatem affert non semper eodem modo desinendi. Orat. 218. b

Desinens.

Desinens similiter exornatio. 4. ad Heren. 176

Desitus.

Post hunc tredecim fuerunt sella Curuli ante L. Papyrium Crassum, qui primum Papius est vocari desitus. ad Peritum, lib. 9. 21. 6. a
 Nocuumus fortasse, quod veteres orationes post nostras, nō à me quidem, (meis enim illas antepono) sed à plerisque legi sunt desitæ. de claris Orat. 63
 Rectè iam pridem desitum est contra eos disputari. 2. de Finib. 71. a
 Desitum est enim videri quicquid in socios iniquū. Off. 38. b
 In quo desitum sit deinceps incipere. 1. de Inuent. 41. a
 Si enim esset factitatum, non esset desitum. 2. de Diuin. 145. a

Desipio.

Vtrum ego desipio, & plus, quam satis est, doleo, in tanta calamitate miseriæque sociorum? 7. Verr. 95. a
 In quo quum obiurgar, quod nimio gaudio penè despere, ita me defendebam, Ego voluptatem animi nimiam. ad Cælium, lib. 2. 8. 5. a
 Desipere, delirare, & dementem esse. 1. de Nat. deor. 130. a
 Licet me despere dicatis. pro Plancio, 73. a. 4. Acad. 214. a

Desipiens.

Estne quisquam ita desipiens, qui credat exaratum esse, deum dicam, an hominem? 2. de Diuin. 76. a
 Neque enim eram tam desipiens, vt, &c. epist. 37. b
 Neque enim tam desipiens fuisset, vt, &c. de Nat. deor. 1. 87
 Esse autem hominem qui nihil in omni mundo melius esse quam se putet, desipientis arrogantia est. 2. de Nat. d. 13
 Quom offendisset populum Atheniensem propè iam desipientem seneçtute, &c. Lentulo, lib. 1. 9. 64. a

Desisto.

Auctionem velle facere desistit. pro Quintio, 9. a
 Pompeium orare & hortari nō desistimus, vt, &c. epist. 2. b
 Itaque quum sint docti à peritis, facile desistunt à sententia. 3. Offic. 19
 Non desistunt nobis agere quotidie gratias honestissimæ societates. 1. ad Q. frat. 27
 Nos non desistebamus augere illud. de Clar. 195. b
 Ego id facere non desiti. ad Att. 264. b
 Rogatus à me, Etiamne maius quam dedecus, verbo de sententia destitisti? Tusc. 9. lib. 2. 25. Aca. q. edit. 1. lib. 2. 58, & 59
 Nunquam vllius oratione victi sententia desistimus. de Finib. lib. 1. 50
 Cum amici me hortarentur, vt causas agere desisterē, quoduis periculum mihi adeundum, quam à sperata dicendi gloria discendum putavi. de Clar. 194. b
 Mihi ad Metellum communes amicos, qui agerent cum eo, vt de illa mente desisteret. Metello, lib. 5. 6
 Atque vt aliquando de rebus ab isto cognitæ, iudicatisque, & de iudiciis datis dicere desistamus. 4. Verr. 82. a. de Claris Orat. 173. a

Rogat eos vt id facere desistant. in Ver. 256. b
 Homines mortem vel optare incipiant, vel certe timere desistant. 1. Tusc. 191. a
 Quasi desisterim pristina causa. epist. 14. b
 Vt magis pœneret cœpisse, quam liceret desistere. pro Rab. Posth. 123. b
 Rem ad populum detulit, docuit cur sibi causa desistere necesse esset. 3. Offic. 153
 Desistere de re aliqua. pro Planc. 43
 Desistere pugna. epist. 13. b

Despectio. Despectus, vide Despicio.

Despero.

Ego, quantum augur coniectura, nō despero fore aliquē, qui, &c. de Orat. 92. b
 Non equidem planē despero, ista esse vera: sed nescio, & discere à te volo. 2. de Diuin. 70. a
 Tu tamen siue habes aliquam spem de repub. siue desperas, ea meditare, quæ, &c. epist. 20. b
 Alium faciam: quoniam sibi hic ipse desperat. pro Murena, 42. a
 Honores, quos quæta Rep. desperant, perturbata consequi posse arbitrantur. 3. in Catil. 39. a. pro Murena, 41. a. Id est, non sperant.
 Desperabam iam domum Sullanam, sed tamen non abiecti. 9. fam. 34
 Desperauit. ad Att. 247. b. id est, prorsus diffusus sum.
 Reipublicæ causa, de qua desperauit. ad Att. 127. b
 Breuis loquentem iam me tempus ipsum facit: pacem enim desperauit. Att. lib. 7. 138. 1. a
 Volo circum villulas nostras errare, quas me visurum postea desperauit. ad Att. lib. 15. 37. 38. a
 Desperauerunt nos & Remp. 12. fam. 26. in epist. Lentuli.
 In quo considerandum est, ne aut temerè desperet propter ignauitiam, aut nimis confidat propter cupiditatē. Off. 1. 105
 Si desperarit, certè corruet. 10. ad Att. 43
 Thessalonicenses, quum oppido desperassent, munire arcē coegerunt. in Pisonem, 67
 Necesse est quum de toto ordine desperarit, aliud genus hominum, atque aliam rationem iudiciorum requirat. 3. Verr. 14. a
 Desperare ab aliquo. in Pis. 181. b
 De Repub. desperare. Curioni, lib. 2. 4. 4. a. ad Attic. lib. 8. 159. 9. a
 De se desperare. Plancus Ciceroni, lib. 10. 21. 7. a
 Desperare suis fortunis. post Red. in Senatu, 30. a
 Desperare reditum in aliquem locum. in Somnio Scip. 26. a
 Promissis cum suis excitaui abiectum, & simul salutem desperare vetuit. pro Cluentio, 54. a
 Desperare sibi. pro Mure. 42
 Spem habere à Tribuno plebis, si tua consilia cum illo coniunxeris: sed à Senatu quidem desperasse. in Pisonem, 8. a
 Simonidem arbitror desperasse omnem veritatem. de Nat. deor. 1. 42
 Mihi ad id quod cogito, hoc quod habeo satis est: siue restituimur, siue desperamur, nihil amplius opus est. Q. fratri, lib. 1. 54. id est, si desperatur de nostro negotio.
 Cuius aures ita clausæ sunt veritati, vt ab amico verum audire nequeat, huius salus desperanda est. de Amic. 76
 Quod est optimum, non est desperandum. in Orat. 4. a
 Quod si in vino & alea comestiones solum & scorta quærent, essent illi quidem desperandi, sed tamen essent ferendi. 2. in Catil. 32. a

Desperans.

Laterensis suo chirographo mittit mihi literas, desperans de se, de exercitu, de Lepidi fide, querensque se destitutum. epist. 156. b

Quid, quod tu toties diffidens, ac desperans rebus tuis, in sordibus, lamentis, lacrimisque iacuisi in Pisonem, 70. a

Serui desperantes vitam domini. pro Mil. 42. a

Omnia semper desperantes. 1. de Fin. 91. a

Desperanter.

Desperanter tecum locutus est. ad Att. lib. 14. 40

Desperatus.

Nunquam ego sanguinem expetiui tuum, &c. sed abiectum, contemptum, despectum à cæteris, à te ipso desperatum & relictum. in Pisonem, 79. a
 Magnus & diuturnus, & iam desperatus Reipublicæ morbus. pro Sylla, 57. a
 Causa publica desperata. Att. lib. 7. 141. 3. a
 Fuga desperata alicuius. 5. Philipp. 186
 Desperata res, cui opponitur Res confecta. 10. ad Att. 45. & 7. 65
 Res penè desperata. pro Domo sua, 19. a
 Cùm iam ab aliis desperata res esset. 1. ad Quint. f. 1
 Desperata & ægrota respub. 1. Verr. 38. a
 Desperata est salus. 5. Philipp. 175
 Sed hæc iam nostra salus cum hac lege desperata erit. ad Att. a
 Quod enim est tam desperatum collegium, in quo nemo è decem sana mente sit. 3. de Leg. 34. a
 Lustrum desperatum. ad Att. lib. 4. 86. 6. a
 Rempublicam desperatam quoque sanari puto posse. ad Att. 287. b. ad Brutum, 17. 5. a
 Alicui oppresso iam desperatoque ab omnibus opitulari. pro Sext. Rosc. Amer. 16
 Desperati duces. pro domo sua. 11
 Desperatorum hominum fragitiosi greges. in Catil. 31. a
 Illos autem qui omnia incerta dicunt, quasi desperatos aliquos relinquamus. Acad. lib. 2. 32
 Ipse autem in Gallia, vt nostri homines desperatas iam pecunias exigent, æquitate diligentiaque perfecit. pro Murena, 40
 Desperatis etiam Hippocrates vetat adhibere medicinam. ad Att. lib. 16. 40
 Exercitus collectus ex senibus desperatis, ex rusticis mendiculis, &c. in Cat. 28
 In perditis ac desperatis habere aliquod negotium. 13. fam. 77
 Desperatis rebus. 5. fam. 64. & 7. 49
 Infirmis ac desperatissimus. in Piso. 51. pro, vilissimus vel abiectissimus.
 Desperatissima spes. ad Att. lib. 9. 178. 3. a
 Desperatissimum perfugium. 4. Verr. 70
 Sed me hercule rursus tam abiectam compositionis spem non desperatissimam esse puto. ad Att. lib. 9. 178. 3. a

Desperatio.

Desperatio, est ægritudo sine vlla rerum expectatione meliorum. Tusc. q. lib. 4. 15
 Imbecillitas & desperatio. Brutus Ciceroni, 16. 5. a
 Tanta est omnium rerum amissio, & desperatio recuperandi. Sulpit. lib. 4. 3. 7. a
 Rerum alicuius desperatio animos omnium occupat. ad Att. lib. 11. 214. 6. a
 Vitæ desperatio propter conscientiam scelerum. 2. Philippica, 92
 Desperationem in consilium cogitationum suarum adhibere. 6. fam. 2
 Huic mori optimum esse propter desperationem sapientia. 4. de Fin. 91. a
 His igitur omnibus victoriam sperantibus, pacis nomen afferemus, id est desperationem victoriam. 12. Philipp. 326. a
 Qui me à morte ad vitam, à desperatione ad spem, ab exitio ad salutem reuocauit. post reditum in Senatu, 21. a
 Desperatione affectus. 14. ad Att. 41
 Cum omnium rerum desperatione configit bona spes. 2. in Catil. 44. a
 In omni desperatione fortes. 5. fam. 38
 Desperatione diuturna rerum obduruisset animus ad dolorem nouum. 2. fam. 28
 Fuga & maritima opportunitas visa quæri desperatione. ad Att. 120. b
 Nam L. Cotta familiaris meus fatali quadam desperatione, vt ait, minus in Senatum venit. 12. fam. 5
 Recordor enim desperationes eorum qui senes erant adolescentem me. 2. fam. 33

Despicio.

Tu sic ordinem senatorum despexisti: in Verr. 168. b
 Quod si tantas auxiliorum nostrorum copias Induciomarus ipse despexerit. pro Fonteio, 30. a
 Hos si contemnimus, etiam abiectos putamus, illos certè minus despiciere debemus. Acad. 33. b
 Despiciere humana. Tusc. quæst. lib. 2. 8. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 118
 Despiciere imperia & magistratus. Off. 1. 101
 Nec verè vulgi inscitiam despiciere possum, cùm consyde- ro. de Nat. d. 67. b
 Omnes despiciere, & hominem præter se neminem putare. pro Rosc. Amer. 79. a
 Despiciere, & pro nihilo putare omnia quæ cadere in hominem possunt. de Fin. lib. 3. 23
 Despiciere res humanas, atque infra se positas arbitrari. Tusc. quæst. lib. 3. 13
 Vitam, mortem, diuitias, paupertates excelso animo, magnèque despiciere. 2. Offic. 51. a
 A suis despici. de Senect. 7. a
 Sed neque magnum bonum, & præ rectis honestisque contemnendum & despiciendum, nec magnopere expetendum. 4. de Fin. 118. a
 Despiciere, pro, animaduertere, aspiciere.
 Tollam altius tectum: non vt ego te despiciam, sed tu ne aspicias vrbe eam, quam delere voluisti. de Arusp. resp. 30. id est, de loco superiori aspiciam.
 Nec verò possum meo tantum ingenio dare, vt tot res, tantas, tam varias, tam repentinas in illa turbulentissima tempestate Reip. mea sponte despexerim. pro Sylla, 30. a
 Et quoniam catuli qui iam despecturi sunt, cæci æquè vt hi qui modò nati. 4. de Fin. 106. a. Id est, qui visuri sunt.

Despicere, pro, non animaduertere.

Vt simulatque ille despexerit, aliquid huiusmodi molitur. pro Rosc. Amer. 13
 Si tuam solitudinem, communemque alterius calamitatem nemo despexerit. Q. frat. lib. 1. 4. 6. a

Despiciens.

Nemo vnquam tam sui despiciens fuit, qui desperaret aut melius, aut eodem modo se posse dicere. 2. de Orat. 198. a

Despicientia.

Hæc animi despicientia admirabilitatem magnam facit. 2. Offic. 52. a
 Despicientia in contemnendis honoribus, animi magnitudinem imitatur. Partit. 43
 Despicientia rerum externarum. Offic. 1. 95
 Despicientia omnium rerum humanarum. Tusc. q. lib. 1. 78

Despectus.

Nunquam ego sanguinem expetiui tuum, &c. sed abiectum, contemptum, despectum à cæteris, &c. videre te volui. in Pisonem, 79. a

Despectus.

Filii parui priuati patris auxilio, ludibrio & despectui paternis inimicis erunt oppositi. ad Heren. lib. 4. 210. a

Despectio.

Consolabitur tam magnitudo animi, & humanarum opinionum alta quædam despectio. in Hortensio, a

Despicatus.

Cessi Tribuni plebis despicatissimi hominis furori. pro Sextio, 29

Despicatus.

Prouerbum, si qui despicatui ducitur, vt Myforum vltimus esse dicatur. pro Flac. 51

Despicatio.

Vt odia, inuidiæ, despicationes aduersantur voluptatibus: sic, &c. 1. de Fin. 52

Despolio.

Quum ferret literas ad bustum Basilii, vulneratus & despoliatus est. ad Att. lib. 7. 33. de Quintio loquitur.
 Qui in sua patria dux isti quondam & magister ad despoliandum Dianæ templum fuit. 5. Verr. 44. a
 Illud doleo, quæ impensa facienda est, in eius patem miseræ & despoliatam venire. Terentia, lib. 14. 2. 6. a

Despondeo.

Cornificius adolescens Orestilla filiam sibi despondit. Cælius Ciceroni, lib. 8. 7. 2. a
 Despondit ei filiam suam, illam quam ex genero susceperat. pro Cluent. 142. a
 Tulliolam C. Pisoni, L. F. frugi despondimus. ad Att. lib. 1. 114. a
 Despondimus illi. 13. ad Att. 13. id est, mittere illi constituimus.
 L. verò Lentulus Hortensii domum sibi, & Cæsaris hortos & Baias desponderat. ad Att. lib. 11. 214. 7. a. Hoc est, Sua quodammodo hæc omnia futura pollicebatur.
 Cùm Seruius Galba Crassii filiam Caio filio suo despondisset. de Orat. 105. b
 Exigua enim spes est Reipub. nam nullam non libet dicere, sed quæcunque est, ea despondetur anno Consulatus tui. 12. fam. 15

Desponsa.

Habere prouinciam debet is, vt eam desponsam, non decretam, habere videatur. de Prouinc. Consul. 30
 Cui me præripere desponsam iam & destinatam laudem, quum ipse eius opera & dignitatem & salutem recuperarem, valde est iniquum. de Arusp. resp. 4
 Pisonem Consulem nulla in re consistere vnquam sum passus: desponsam homini in Syria ademi. ad Att. lib. 1. 41

Desponsatus.

Dederam ad te literas antea, quibus erat scriptum, Tulliam nostram Crassipedi pridie Nonas Aprilis esse desponsatam. ad Q. frat. lib. 2. 11. 1. a

Destino.

Sed si Plancus destinat, tum haberes difficultatem. ad Att. 216. b

At ego iam destinaram. ad Att. 248. b
 Destinaras tibi trapezophoron. 7. fam. 41
 Cùm eorum alteri Dionysius diem necis destinauisset: & is, qui morti additus esset, paucos sibi dies commendatorum suorum causa postulauisset, &c. 3. Off. 58
 Destinare sorti. 5. Philipp. 188

Si prius aperuerimus quid oporteat ab ambobus in causa destinari, quo ratio totius orationis cõseratur. ad Her. 5. b

Destinatus.

Nō est annus hic tibi destinatus. Furnio, lib. 10. 25. 5. a. Id est, non est tibi legitimus ad petendum.
 Qui locus orbis terræ iam non erat alicui destinatus: pro Sextio, 55. a
 Alter præsto fuit ad horam mortui destinatam. Tusc. 140. b
 Desponsam & destinatam laudem alicui præripere. de Arusp. resp. 4. a
 Ais te putare, si addiderimus aliud, à quo refugiat, cùm ab ipso id fuerit destinatum, venditurum. ad Att. 196. b
 Certis, destinatisque sententiis additi. 2. Tusc. 8. a

Destituo.

Qui ne forti quidem fortunas nostras destituit, sed libidini cuiusque nos ita addixit, vt ne sibi quidē, &c. 5. Phil. 188. a
 Eiusdem muneris, legationis, officii, mandatorumque socios induxit, decepit, destituit. pro Sex. Rosc. 69. a
 Quid eundem in decemuiratu nō destituisi in Ant. 179. b
 Ait illum me animi conscientia, quod Phameam destituissem, de se suspicari. ad Att. lib. 13. 296. 4. a
 Destitui ab aliquo. pro Cluent. 35. b

Destitutus.

Ita sum destitutus, vt nihil quietis habeam. ad Att. 16. b
 Destitutus bonis. 1. Tusc. 152. a
 Destitutus consiliis & promissis alicuius. ad Quint. frat. lib. 1. 3. 12. a
 Contrahit frõtem, & queritur se ab Oppianico destitutum. pro Cluentio, 57. a
 Magisque ille, cui promissum sit, ab officio discedat, si se destitutum queratur. 1. Off. 48. a
 Destitutum se querens. 10. fam. 42. in epist. Planci. id est, si dem sibi non præstitam.
 Viri boni, multis vadimoniis desertis, sæpe illusi ac destituti. pro Quint. 29. a

Destitutio.

Hos, qui leuiiores erant, destituitone iratos Oppianico redderet. pro Cluentio, 56. a

Destituitone illa percussus Quintius, à Scapulis pauculos dies aufert. Pro Quint. 11. b

Destruo.

Vt nauem, vt ædificium idem destruxit facillimè qui construxit, & c. de Senect. 66

Desudo.

In his desudans atque elaborans, corporis vires non magnopere desydero. de Senect. 84

Desuefactus.

Qui quòd rostra iamdiu vacua, & c. multitudinè que iam desuefactam à concionibus ad veteris consuetudinis similitudinem reuocauerat, & c. pro Cluent. 88

Desultorius, Vide Desilio.

Desum.

Siue naturæ deest quidpiam, siue abundat atque effluit. 1. de Diuinat. 109. a

Tibi hominū pœnæ desunt adhuc, nō deorū. de Aruf. 151. b

Non putauit fieri posse, vt mihi verba deessent: sed tamen in C. Lenio commendando desunt. Ep. 2. 27. b

Decori vestro non desui. Somn. Scip. 18

Cur ei bello tum propter timiditatem tuam & propter libidines desuisti. 1. Philip. 79

Desuit ei animus ab initio. ad Brutum, 10. 2. a

Non modò desuit consilium, sed etiam obfuit. 3. ad Attic. 15

Non tibi desuit cura aut studium in tanto officio. 9. Phil. 1. a

Quòd si tibi tantum in nobis videtur esse, quibus etiā si ingenium, vt tu putas, non maximè desuit, doctrina certè & otium, & hercule etiam studium illud dicendi acerrimum desuit. 1. de Orat. 39. a

Nihil desuit illis. 13. ad Att. 67. id est, ita à nobis fuerunt accepti, vt desyderari nihil possent.

Non desuit huic rationi ac studio Dicæarchus. 3. de Leg. 16

Tibi nullum à me amoris, nullum studii, nullū pietatis officium desuit. pro Milone, 76. a

Quòd officium tuum, vel in absentem me, vel in præsentem meos desuit. Epist. 131. b

Nec in Antonio desuit hic ornatus, nec in Crasso redundauit. de Orat. 144. b

Huic conuiuio puer optimus Quintus tuus, meusque, & c. desuit. 2. ad Quint. Frat. 14. id est non affuit.

Et vita suppeditauit, & splendor ei non desuit. de Clar. 175. b

Nunquam mihi tui ornandi voluntas desuit. Epist. 64. b

Paucæ Centuriæ ad consulatum desuerunt. de Claris Orat. 118. a

Non animus eis, sed vires desuerunt. pro Flac. 48. a

Qui quum remiserant dolores pedum, non deerat in cauiis. de Clar. 176. b

Tantum enitor, vt neque amicis, neque etiam alienioribus, opera, consilio, labore desim. ad Lentul. lib. 1. 9. 59. a

Mihi auscultata, vide ne tibi desis. pro Rosc. Amer. 62. a

Nec metuo tamen, ne mihi sermo desit abs te, quo magnopere delector. Att. lib. 4. 80. 3. a

Non deest sapienti quod agat. 4. Acad. 198. a

Deesse causæ communis. 6. Verr. 113. 3. a

Deesse dignitati suæ. 1. Philip. 11

Deesse gladius. pro Sest. 69

Deesse honori, rei, existimationi alterius. 13. fam. 100

Deesse mihi nolui, quin te admonerem. 5. fam. 28

Nusquam deesse. de Pet. Conf. 28

Deesse officio suo & muneri. 3. Tusc. 13. Att. lib. 7. 136. 3. a. & 7. fam. 8

Orationem ad alicuius rei disceptationem deesse. de Lege Agr. 49. a

Neque deesse, neque superesse Reip. volo. 10. fam. 77. in ep. Asinii Pollionis.

Deesse studiis alicuius. 10. Philip. 279

Quòd si qui vestrum non probabit, mihi prudentiā in consilio desuisse sciat, non illi erga patriam fidelitatem. Plan- cus Ciceroni, lib. 10. 17. 5. a

Desuisse me illi, quum eius causam recepissem. 13. ad Att. 62

Tute tibi desuisse videare. Offic. 3. 9

In Tribb. plebis Des. reliqua spes est: quam si expectaro, nō erit quòd putes me causæ meæ, volūtati meorum desuisse. Att. lib. 3. 53. 2. a

Desydero.

Desydero abs te aliquid. ad Q. frat. a. Id est, non videris mihi facere quod debes.

Αμφιλατίαν illam, quam tu soles dicere, bono modo desy- dero. ad Q. fratrem, 311. b

Tu me consoiari desine: obiurgare verò noli. quod quum facis, vt ego tuum dolorem amorè que desydero. Att. a.

Id est, videris mihi nō dolere vicem meam, & me amare.

Nec honores desydero, nec sitio gloriam. ad Q. frat. 325. b

Nec enim scire desydero. de Nat. deorum, a

Neque nunc vires desydero adolescentis. de Sen. 82. b

Ius ciuile, doctorem, lumenque desyderat. Ep. 104. b

Virtus nullam aliam mercedem laborum suorum desyde- rat præter hanc laudis & gloriæ. pro Archia, 5

Quis ab eis vllam rem dignam laude desyderat. ad At. 132. b

Non curia vires meas desyderat, non rostra, nō amici, non clientes. de Senect. 28. a

Quòd ea voluptates nullas magnopere desyderat. de Senec. 40. a

Lepidus quod ego desyderabam fecit. Ep. 153. b

Desyderant sententiæ lucem auctoris. de Nat. deor. 1. 9

Dum hæc quæ longiorem desyderant orationem, summa- tim tibi perscriberem. Att. lib. 5. 104. 1. a

Iam illa non longam orationem desyderant, quam obrem, & c. de Or. 101. b

Nunquam istam sententiam desyderauit. a. Id est, ea nunquā mihi desuit.

Quis congressum meum aut facilitatem sermonis desyde- rauit. ad Att. 200. b

Refertur ad consilium, vna sola sententia præsidium non desyderauit. ad Att. 11. b

Desyderarunt te, inquit, oculi mei, cum tu esses Cyrenis. pro Plan. 251. b

Cum vos me vt charissimū filiū desyderabatis. de Pro. 78. b

Vnum excipio Catonem, in quo perfectissimo Stoico sum- mam eloquentiam non desyderem. de Clar. 175. b

Amplius quod desyderes nihil erit. Tusc. quæst. lib. 1. 21

Qui in vita rationem summi officii desyderemus, & insti- tuta bonorum virorum requiramus. pro Quintio, 32. a

Et reliquos non desyderaret solū, sed etiam posceret & flagitaret. 7. Verr. 57. a

Non desyderare iucundius est, quàm frui. Cat. 44

Desyderare vel requirere aliquid ab aliquo. pro Quin. 10. b.

de Amic. 69. a

Desyderare aliquid bono modo. 2. ad Quint. frat. 18

Desyderare gloriā quasi mercedem rerum gestarū. Off. 1. 93

Non patietur nos desyderare illum diutius. 15. famil. 49. in epist. Cassii.

Intellexi enim ex tuo sermone quodam, quum mœstitiā & desperationem accusares domi tuæ, dicere te, ex meis libris animum meum desyderare. 7. fam. 50

Quando id te video desyderare. epist. 76. b

In quo autem desyderare te significabas literas meas, præ te ferres, & c. epist. 18. b

Sed ea quæ desyderatur à magno philosopho grauitas, in eo non fuit. 5. de Finib. 23. a

Desyderatur ea res. 11. ad Att. 14. id est, eius rei prætermisso reprehenditur.

Sin erit bellum, vt video fore, partes meæ nō desyderabun- tur. ad Att. 117. b

Desyderando sentimus tuam suauitatem. 16. fam. 9

Desyderans.

Antonius multa in se & in aliis desyderans. Or. 198. b

Desyderatus.

Nec tam desyderata sit antè, quàm inuenta. Tusc. q. lib. 3. 1

Nec quicquam ex eo fano, præter vnum perparuulum si- gnū ex ære desyderatum est. in Verr. 222. b

Sed omnia desyderata magis, quàm assidue perspecta dele- ctant. post red. ad Quir. 3. a

Desyderium.

Desyderium, libidō eius, qui nondum adsit, videndi. Tusc. quæst. lib. 4. 17

Hem mea lux, meum desyderium. Terentia, lib. 14. 5

Desyderium tuum te mouet. 5. fam. 45

Desyderium vtriusque nostrum absentis crebris & longis epistolis leniatur. 15. fam. 51

Desyderium me tenet eius, & Satietas me tenet, contraria. 2. fam. 10

Me mirum desyderium tenet vrbis. epist. 24. b

Vt aliquando vos, Patresque Conscriptos, Italiā que vni- uersam memoria mei, misericordia, desyderiumque tene- ret. post red. ad Quir. 1. a

Ea si paulò latius dixeris, expleris omnem expectationem diuturni desyderii nostri. 1. de Orat. 102. a

Quo tolerabilius feramus igniculum desyderii tui, crebris nos literis appellato. Trebonio, lib. 15. 50

Huic meæ voluntati, in qua inest aliqua vis desyderii, ad fa- nādum vulnus iniuriæ, vt faueas, adiutorque sis, & c. ve- hementer te rogo. Catoni, lib. 15. 4. 42. a

Annus tertius accessit desyderio nostro. Q. fratri, lib. 1. 1. 1. a

Is desyderium tui dissidii ferre non potest. in Ant. 169. b

Nunc emergit amor, nunc desyderium ferre non possum.

Att. lib. 9. 181. 3. a

Inter desyderium & indigentiam distinguunt Stoici, vt de- syderium sit libidō earum rerum, quæ dicuntur de quo- dam aut quibusdā, quæ κατηρηματα dialectici appellat, vt habere diuitias, capere honores. Indigentia rerum ipsa- rum est, vt honorum, vt pecuniæ. Tusc. quæst. lib. 4. 17

Populus Romanus desyderiū liberatoris sui perpetuo plau- sū & clamore leniuit. in Ant. 159. b

Desyderium ac dolorem alicuius literis refricare. 5. Fam. 49

Gracchus magnū desyderium sui reliquit apud populum Romanum. pro Rab. 9. a

Hortensius extinctus, & authoritatis & prudētia suæ tris- te nobis desyderium reliquit. de Clar. 165. b

Qui suo fletu desyderiū mei, memoriā que renouaret. Post- quam. 199. b

Desyderio quempiam afficere. 15. fam. 51

Cum desyderio & cum timore expectare. 2. ad Q. frat. 16

Deinde requirunt atque appetunt, ad quas se applicet eius- dem generis animantes, idque faciunt cum desyderio, & cum quadam similitudine amoris humani. de Am. 111. b

Cupio equidem, & iam pridem cupio, Alexandriam, reli- quā que Ægyptum visere, & simul ab hac hominum sa- tetate nostri discedere, & cum aliquo desyderio reuertii.

Att. lib. 2. 16

Non ignoro quantum ex desyderio labores, sed, & c. 16. fam. 12

Non dici potest, quàm flagrè desyderio vrbis. ad Att. lib. 5. a

Erat enim Brutus in desyderio ciuitatis, in ore, in sermone omnium. 10. Philip. 279. a

Diutius enim iam in hoc desyderio esse non possum. 1. 86. 2. fam. 22

Faciam vt in medio dolore ac desyderio mei lateris. ad Q. frat. 315. b

Spes triumphii, in qua satis gloriose triumpharem, si non ef- sem tam diu in desyderio rerum mihi charissimarum. epist. 24. b

Desyderio libertatis, odioque diutina seruitutis. 11. fam. 14

Desyderio nostri te æstuarè putarem. 7. fam. 33

Ego si Scipionis desyderio me moueri negem, quàm id re- ctè faciam, videret sapientes, sed certè mētiar. de Amic. 9

Summo meo dolore & desyderio. 3. ad Q. frat. 6

Desyderio tui mortuam esse. 1. ad Att. 6

Desyderio tui oblanguerunt literulæ meæ. 16. fam. 18

Desyderio virium teneri. de Senect. 29. a

Desyderia naturæ. de Finib. lib. 2. 25

Valete mea desyderia, valete. Terentia, lib. 14. 6

Qui hominis seditiosū imagine, desyderia imperitorum mi- sericordia commoueret. pro Rab. 95. b

Etenim quis hoc non videt, desyderio ista condiri omnia

Tusc. q. lib. 5. 70

Desyderatio.

At non est voluptatum tanta quasi titillatio in senibus, cre- do: sed ne desyderatio quidem. nihil autem est molestum, quod non desyderes. de Senect. 43. a

Desyderabile.

Nihil enim desyderabile concupiscunt. de Fin. lib. 1. 42

Detego.

Quia possit fieri, vt patefacta & detecta mutentur. 4. Acad. 219. a

Deter, vide post Detrimentum.

Detergo.

Cum neque caligans detergit sydera nubes. in Arat. b

Quid quæris? iamne ad centena Cluuiantum aduentare vi- detur: sed primo anno L x x x. deterimus. ad Att. lib. 14. 306. 4. a

Determino.

Etid quod dicit, spiritu, non arte determinat. 3. de Orat. 96. a

Omnia defixa tu? glomerās determinat annus. de Diu. 84. b

Determinatio.

Conclusio, est exitus & determinatio totius orationis. 1. de Inuent. 109. a

Cæli complexus, extrema ora & determinatio mundi. 2. de Nat. d. 146. a

Determinatus.

Determinatus cursus. 2. de Nat. d. 146. a

Detrimentum.

Providere nequid Respub. detrimenti accipiat. 5. Philip. 188. a

Curare ne quid detrimenti Respub. capiat. epist. 260

Videret nequid Respub. detrimenti caperet. pro Milone, 52. a.

1. in Catil. 2. a

Tamen si quid Lepidus bene sentiens detrimenti cepisset, hoc omne assignatum iri, aut pertinaciæ meæ, aut timori videbam. epist. 154. b

Plusque in ipsa iniuria detrimenti est, quàm in his rebus emolumentis, quæ iniuria pariuntur. 1. de Fin. 82. a

Neque tamen refugiendo commissuri sumus, vt maius de- trimentum Respub. accipere possit. epist. 159. b

Accipere detrimentum in re aliqua. pro Pomp. 6. b

Ne illa peregrinatio detrimentum aliquod afferret rei fa- miliari, eodem magnam partem fortunarum traiecit sua- rum. ad Att. 265. b

Respub. detrimentum fecit, quòd per te, & c. 6. Verr. 18. a

Nostro incommodo detrimentoque, si ita est necesse, dolea- mus. de Claris Orat. 3. a

Non sine magno Reip. detrimento. 6. Verr. 17. a

Quicquid sine detrimento possit commodari, id tribuatur cuique. Off. 2. b

Tua ista detrimenta sunt, illa nostra. in Ant. 179. b

Plura detrimenta publicis rebus, quàm adiuuenta per ho- mines eloquentissimas importata. de Orat. 88. b

Detrimenta atque damna cum maximis iniuriis contume- liisque perferre. 5. Verr. 196. a

Deter.

Sic in iudiciis deterior causa sit eorum qui fugerint, quàm qui, & c. pro Cecinna, 34. a

Nec ideo est Gaditanorum causa deterior, grauiissima enim, & plurimis rebus est fulta. pro Corn. 62. b

Theophrastus author haud deterior, mea quidem sententiā. de Leg. 172. b

Deterior quàm ceteri. 4. de Fin. 70. a

Res verbo fieri interdum deterior solet. in Ant. 215. b

Corrigere & deterius facere. 2. de Nat. d. 123. a

Nisi hoc ita statuisses, in re tam manifesta, quicquid dixis- ses, te deterius esse facturum. 5. Verr. 114. a

Quicquid aut addideris, aut mutaueris, aut detraxeris, vi- tiosius & deterius futurum. 3. de Orat. 17

Ego valeo, sicut soleo, paululo tamen etiam deterius, quàm soleo. epist. 70. b

Quæ tam inculta de malis Græcè, Latine scripta deterius, de Fin. 50. b

Deterioris verbum in eum maximè cadit, qui sit vnus om- nium mortalium sine vlla dubitatione deterrimus. de Arusp. resp. 52

Ruina rem nō fecit deteriore, haud scio an iam fructuosiorē. ad Att. lib. 4. 307. 3. a
 Ut si qua res honestiori ordini placeat, quæ a deteriore ordine improbetur. ad Heren. 27. b
 Iam principio ausus est dicere, non posse hæredem esse Cæcenniam Cecinnam, quod is deteriore iure esset, quam ceteri ciues, &c. pro Cecinna. 13. a
 Deteriore statu esse. de Ar. 238. b
 Deteriore tempore absens auctonatur. pro Quintio. 11. a
 Deteriores, repulsos (quod iam audietis) hos appellat, quorum & mentes & res sunt perditæ, longèque a communi salute disiunctæ. de Arusp. resp. 49. 53
 Deteriores iugulare cupio, meliores vincere. in Ant. 256. b
 Ex his angustis ista euaserunt deteriora, quam Aristonis. de Fin. 120. b
 Si quæ in his corrigere voluit, deteriora fecit. lib. 1. de Fin. 20
 De repulsis & deterioribus multa. de Arusp. 257. b
 Homo deterrimus. ad Heren. 17. b
 Tertius verò ille finis deterrimus, ut quanti quisque se ipse faciat, tanti fiat ab amicis. de Amic. 107. b
 Mortalium deterrimus. de Arusp. resp. 52. a
 Natura non optima putanda potius, quam deterrima. 2. de Nat. d. 26
 Deterrima via. 9. ad Att. 31
 Quod optimo dissimillimum est, id est deterrimum. de Optimo. 243. b
 Deterrimæ mulierculæ. 5. Verr. 66. a
Deterro.
 Sed ut ego te ad certam laudem adhortor, sic a dimicatione deterro. epist. 7. b
 Non te Bruti nostri vulticulus ab ista oratione deterrere. ad Att. 235. b
 Itaque non deterrere sapientem mors, quo minus in omne tempus Reipub. consulat. Tusc. 168. b
 Neque is sum, qui his delecter, aut utar omnino literis quæ animos nostros deterrere atque auocant a religione. de Arusp. resp. 16. a
 Nec verò Aristotelem in philosophia deterruit a scribendo amplitudo Platonis, nec ipse Aristoteles admirabili quadam scientia & copia cæterorum studia restinxit. de Clar. 197. b
 Cæsar sanos homines a scribendo deterruit. de Clar. 189. b
 Me quidem auctoritas tua a nimio mærore deterruit. ad Att. 278. b. ad Brutum. 19
 Deterruit pudor. 5. fam. 27
 Aut ne deterruisset alios a studiis. de Finib. lib. 1. 20
 Neque hæc in eam sententiam disputo, ut homines adolescentēs a dicendi studio deterream. de Orat. 94. b
 Nisi eos per se fœditate sua turpitudine ipsa deterreat. 3. de Finib. 59. a
 Deterrere a bello faciendo. pro Fonteio. 22. a
 Deterrere ab industria. 1. de Finib. 6. a
 Deterrere ab iniuria. 5. fam. 5
 Sceleratos ciues timore ab impugnanda patria deterrere. ad Att. 284. b
 Deterrere aliquem ne faciat aliquid. pro Quint. 3. b
 Deterrere me de meo statu nullis contumeliis possunt. 11. fam. 19. in epist. D. Bruti.
 Num igitur eorum frequentia Stoici de sententia deterruntur. 2. de Diuin. 64
 Is nulla re deterreri a proposito potest. ad Att. 280. b. Bruto. 11. 4. a
 Deterrenda liberalitas. 2. Offic. 92. a
 Vereor ne maiorem vim ad deterrendum habuerit, quam ad cohortandum. 1. de Orat. 135. a
Deterritus.
 Deterritus pudore. ad Att. lib. 10. 206. 3. a
 Nemo enim necessitudine & amicitia te deterritum ab officio dicet. Cælius Ciceroni. lib. 8. 14
Detestor.
 De proximo bello civili non libet dicere, Ignoro causam: detestor exitum. 8. Philip. 239. a
 Detestaris hoc diligenter x 1. Cal. Mart. ad Att. 146. b

O dii immortales, auertite & detestamini quæso hoc omen. 4. Philip. 158
 Si vitant, fugiunt, audire de te nolunt: quum viderunt, tanquam auspiciū malum detestantur, &c. in Vatinius. 30
 Omnes memoriam Consulatus tui, facta, mores, faciem denique ac nomen a Repub. detestantur. in Pisonem. 76
 Nunc ut a me P. C. quandam propè iustam patriæ querimoniam detester ac deprecere, percipite quæso quæ dicæ. in Catil. 19. a
 Quæque is de diis immortalibus dixerit, inuidiæ detestandæ gratia dixisse. 1. de Nat. d. 87. Id est, amouendæ.
Detestabilis.
 Nulla tam detestabilis pestis est, quæ non homini ab homine nascatur. 2. Offic. 22. a
 Tetra enim res est, misera, detestabilis, omni contentione, velis (ut ita dicam) remisque fugienda. 3. Tusc. q. 43. a
 Detestabilis alicui. 2. Philip. 75
 Nil tam detestabile, tamque pestiferum, quam voluptas. de Sen. 37
 Metui verò, & in odio esse, inuidiosum, detestabile, imbecillum, caducum. 1. Philip. 25. a
 Omen detestabile auertat deus. 11. Philip. 296. a
 Non te execrandum Pop. Romano, non detestabilem, non omnes tibi deos, omnes homines & esse inimicos, & futuros scias. 2. Philip. 75. a
 Iam ægritudinem laudare, vnam rem maximè detestabilem, quorum est tandem philosophorum. Tusc. 221. b
 O detestabilem hominem. 2. Philip. 106
 Quæ dirimi nisi detestabili scelere non potest. Læli. 27
 Quo detestabilior istorum immanitas qui lacerarunt omni scelere patriam. 1. Offic. 83. a
Detestatio.
 Cum pro detestatione tot scelerum, vnam aram nefariè consecrarat. pro Domo sua. 241. b
Detexo.
 His non perpetuum detexens conficit orbem. in Arat. b
 Nunc ego te ab summo iam detexam exordio. ad Heren. lib. 2. 80. Id est, aperiam.
 Et ad extremum ipsi se compungunt suis acuminibus, & multa querendo reperiunt, non modò ea quæ iam non possunt ipsi dissoluere, sed etiam quibus antè exorsa, vel potius detexta propè retexantur. 2. de Orat. 86. a
Detineo.
 Consilium tuum etiam non in longinquum tempus differs, tamen suspensum me detines. ad Att. 254. b
 Detinere aliquem lepore. ad Att. lib. 4. 84. 2. a
 Nonnullis etiam ipsi magistratus veniebant in suspicionem, detinuisse nos, & demoratos esse, dum, &c. 12. fam. 35. in epist. Lentuli.
 Nunquam est enim quin aliquid memoriæ tradere velimus, & tum maximè, cum aliquo maiore negotio detinemur. ad Heren. 23. b
 Hactenus Thessaloniciæ detentus sum. ad Att. 48. b
 Detineri in alienis negotiis. 2. de Inuent. 217. a
Detorqueo.
 Nam & voluptates blandissimæ dominæ sæpe maiores partes animi a virtute detorqueunt. 2. Offic. 56. a
 Naturam detorsit a latere in dextram partem. de Vniu. 31
 Ut ea ipsa nescio quomodo rursus detorqueres, & oratori propria traderes. de Orat. 91. b
 Nisi quos a recta ratione, natura vitiosa detorsisset. Tusc. q. lib. 5. 66
 Fletere & detorquere voluntatem alicuius. pro Cælio. 16. a
Detortus.
 Aptas malit, & integras omnes partes corporis, quam eodè vsu imminutas & detortas habere. 3. de Fin. 27. a
Detraho.
 Hoc si non vtor, non tibi iniuriam facio, sed de meo iure aliquid & commodo detraho. 3. Verr. 16. a
 Qui autem interpretes iuris vituperat, si imperitos esse dicit, de omnibus, non de iure detrahit. pro Cecinna. 51. a
 Paruis enim momentis, multa natura aut effingit, aut mutat, aut detrahit. de Diuin. 105. b

Dat de lucro, nihil detrahit de viuo, minus igitur lucri facit. pro Flacco. a
 Efficit hoc philosophia: medetur animis: inanes sollicitudines detrahit. 2. Tusc. 8
 Concedere aduersario id ipsum, quod tibi ille detrahit. de Orat. 135. b
 Multæque res sunt, in quibus de suis commodis viri boni multa detrahunt, detrahi que patiuntur: &c. de Amic. 51. a. Offic. 37
 At hinc non modò illum inimicum ex Gallia sententiis suis non detrahebant, sed & propter rationem Gallici belli prouinciam extra ordinem decernebant. de Prouinc. Consul. 15. a
 Nunc propter intermissionem forensis operæ, & lucubrationes detraxi, & meridiationes addidi, quibus antea non utebar. de Diuin. 137. b
 Collegam quidem de cælo detraxisti. 2. Philip. 204. a
 Qui sacerdotem ab aris detraxisti. de Arusp. 250. b
 Dionysius Ioui aureum detraxit amiculum. de Nat. d. 76. b
 Cæsar Deiotaro detraxit Armeniam a Senatu datam. de Diuin. 125. b
 Nihil enim detraxit tibi senatus, nisi id quod per eandem religionem dari alteri non potest. epist. 5. b
 Neque Quintus Metellus quicquam de virtute sua detraxit, quod cessit L. Saturnino. Antequam iret in exilium, 197. b
 Detraxit vnam partem ex toto. de Vniu. 29
 Postremò sicuti ciuitati sociæ tantum detraxit, quantum commodum fuit. in Verrem. a
 Senatorem Populi Romani si non inuitauerunt, honorem debitum detraxerunt non homini, sed ordini. 6. Verr. 21. a
 De hoc ego teste detraham. pro Cecinna. 9. a
 Nihil mihi detrahā, cum illis exactæ ætatis seuerissimè fructum, quem meruerunt, retribuā. pro Sexto Roscio Amerino. 51. b
 Nihil cuiquam quod in se transferat, detrahet. Offic. 399
 Quantum operibus tuis diuturnitas detrahet, tantum affectet laudibus. pro Marc. 131. b
 Ne de C. Lælii gloria detraham. de Orat. 88. b
 Ut ipse de me detraham. in Verr. 212. b
 Ut hunc Oppianicum aliquid agentem, ac nihil eiusmodi cogitantem, ad hanc accusationem detraheret. pro Cluentio. 142. a. Hoc est, pertraheret.
 Egi cum Claudia vxore tua, & cum vestra sorore Mutia, ut cum ab illa iniuria detraherent. epist. 60. b
 Saltem aliquod de pondere detraxisset, & paulo minoris æstimauisset ea, quam Peripatetici. 4. de Finib. 46
 Si quis hanc consuetudinem plerisque in rebus bonos oblectandi tibi detraxerit. in Ant. 25. b
 Nunquam committit, ut alienum appetat, & id quod detraxerit, sibi assumat. 3. Offic. 29. a
 Si quid ex iis rebus, quas tibi fortuna elargita est, nonnullorum hominum perfidia detraxerit. epist. 5. b
 Ab iniuria detrahere. Q. Metello. lib. 5. 2. 16. a
 Detrahere ægritudinem. Tusc. q. lib. 4. 50
 Detrahere aliquem de cruce. de Arusp. b
 Detrahere aliquem in iudicium. pro Mil. 29
 Detrahere aliquid alteri, & hominem hominis incommodo suum augere commodum, magis est contra naturam, quam mors, quam paupertas, quam dolor, quam cætera quæ possunt aut corpori accidere, aut rebus externis. Offic. 326
 Detrahere alteri sui commodi causa, magis est contra naturam, quam mors, quam dolor, quam cætera generis eiusdem. Offic. 330
 Detrahere aliquid de opera publica priuatis studiis. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 6
 Detrahere aliquid de summa. in Verr. 204. b
 Detrahere quod cuique quis possit, emolumentum sui gratia. Offic. 327. de Arusp. resp. 47
 Detrahere de aliquo, & eum in inuidiā vocare. pro Rab. 94. b
 Detrahere de auctoritate Senatus. pro Cluentio. 111. a
 Detrahere de fama alicuius. epist. 38. b

Detrahere de honestate alicuius. de Inu. 66. b
 Non cessat de nobis detrahere. ad Att. lib. 11. 24
 Detrahere de se ipso. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 16
 Detrahere de Senatu. pro Rab. 14. a
 Sermo eorum, qui de te detrahere volunt. ad Quint. frat. 299. b
 Detrahere ex summa. ad Att. lib. 10. 195. 19. a
 Detrahere laudem. pro Lege Manil. 6. a
 Detrahere quid de aliquo, quod sibi assumat. de Fin. lib. 3. 55
 Mihi, quod potuit sceleratorum furor detrahere, eripuit, abtulit, dissipauit. Postquam. 202. b
 Sibi detrahere. 6. Verr. 47. a
 Detrahere cruenta spolia. pro Rosc. Amer. 87. a
 Detrahere torquem hosti. 1. de Fin. 34. a
 Non solum calamitatem mihi detraxisse, sed etiam dignitatem auxisse videmini. Postquam. 4. a
 Scribæ nomine de tota pecunia binæ quinquagesimæ detraxerunt. 5. Verr. 156. a
 Cum aliquod de illo detrahat, nefas esse approbare. ad Att. 135. b
 Claudia patrem triumphantem de curru detrahi passam non est. pro Cæli. 44. b
 Ne P. Clodius, quum in iudicium detrahi non posset, ut oppressam ciuitatem teneret. pro Milone. 28. a
 Si tibi vnum hoc detrahi potest. 5. fam. 46. id est, euelli ex animo.
 Cum de absentibus detrahendi causā, maledicè contumeliosèque dicitur. 1. Offic. 188. a
 Ut ad ea, quæ accusatores deformandi eius causa, detrahendæ, spoliandæque dignitatis gratia dixerunt, primum respondeam. pro Cælio. 2. a
 Cum ipse de ea facultate, si quam habet, aliquantum detracturus sit. in Verr. 62. b
Detrahens.
 Socrates de se ipse detrahens. Acad. 5. b
 Nihil operæ reipub. detrahens. de Finib. lib. 3. 6
 Verba modò mutantem, de opinionibus nihil detrahentem. de Fin. lib. 4. 19
Detractus.
 Si absenti mihi vnius mēis labor detractus esset. epist. 34. b
 Celeritas detracta de causa est: boni tamen aliquid accessit ad causam. 6. Philip. 214. a
 Hoc non de summa frumentum detractum est, sed translatum in Centuripinos. 6. Verr. 18. a
 Restituere id quod detractum est ex aliqua re. pro R. P. 129. b
 Nequid de summo meo erga te amore detractum esse videatur. Appio. lib. 3. 12. 10. a. Id est, ablatum aut imminutum
 Hæc autem res habet hoc certè, ut nihil possit neque additum, neque detractum de re familiari latere. pro Clu. 66. a
 Nihil enim, mihi crede, de te detractum, sed aliquid etiam de virtute significatum tua. pro Planc. 270. b
 Ne vera laus ei detracta oratione nostra, nec falsa afficta esse videatur. pro Pomp. 5. b
 Quo quis callidior est, hoc inuisior, detracta opinione probitatis. Off. 39. b
 Commentarii Cæsar's nudi omni orationis tanquam veste detracta. de Clar. 189. b
 Cor, &c. detracta utilitate. quid habet venustatis? de Nat. deor. 1. 65
 Quasi detractis de homine sensibus. lib. 1. de Finib. 21
 Fingere aliquem detractis omnibus vitiis, atque omni laude cumulatam. de Orat. 94. b
Detractio.
 Non igitur magis est contra naturam morbus, aut egestas, aut quid eiusmodi, quam detractio, aut appetitio alieni. 3. Offic. 38. a
 Ipsa detractio molestiæ consecutionem affert voluptatis, de Finib. lib. 1. 30
 Nec verò desyderabat aut alimenta corporis, aut detractionem consecuti & consumpti cibi. de Vniu. 23. a. Id est, exonerationem alui.
 Cuius loci detractionem fieri velit. ad Att. 12. 44
 Statuæ enim ipsæ efficiuntur detractione. de Diuin. 118. b
 mm. liii.

Detrudo.

Id fit, quum speculorum lzuitas hinc illincque altitudinem assumptit, & ita dextra detrudit in lzuam partem oculorum, lzuaque in dextram. de Vniuers. 55. a

Quatuor enim muros, & quatuor muros cepi, & arcem eorum tota, ex qua me niues, frigora, imbres detruserunt. epist. 66. b

Quæ me ita conficiunt, vt ii voluerunt, qui me de mea sententia detruserunt. Terentiz, lib. 14. 23. id est, coegerunt sententiam mutare.

Sin aliquando necessitas nos ad ea detruserit, quæ nostri ingenii non erunt. 1. Off. 160. a

Non putant satis conuersam esse Remp. nisi in eandem impiorum pœnam optumè meritis ciues detruserint. pro Flacco, 73. a

Ad id quod facere possit, aliquem detrudere. 1. de Orat. 64. a

Detrudere ciues in pœnam. pro Flacco 73

Detrudere comitia in alium mensem. 1. ad Q. frat. 29

Detrudere comitia in tempus aliquod. 4. ad Att. 50

Decessi, vnus hominis telo perterritus, deiectus, detrususque sum. pro Cecinna, 34. a

Quoniam in tantum luctum & laborem detrusus es, quantum nemo vnquam ad Q. frat. lib. 1. 58

Detrudi de saltu, agroque communi. pro Quintio, 14. a

Oratorem in iudicia & contumelias tanquam in aliquod pistrinum detrudi: & compingi videbam. Orat. 89. b

Potestne detrudi quisquam, qui non attingitur: pro Cecinna, 36. a

Detrusus.

Detrusum bellum in Hispaniam. 10. fam. 53. in epist. Planci.

Atque is agitatione & motibus linguæ, quum depulsus & quasi detrusum cibum accipit, depellit. 1. de Nat. d. 101. a

De stomacho loquitur.

Deturbo.

Suum quenque scelus de sanitate ac mente deturbat. in Pisonem, 89. b

Illi autem statuam istius perfimilem, quam stare celeberrimo in loco voluerat, ne suauissimi hominis memoria moreretur, deturbant, affligunt, comminuunt, dissipant. in Pisonem, 74. a

Tyndaritani statuam istius deturbarunt. in Verr. 221. b

Deturbare ædificium. ad Q. frat. lib. 3. 24. 13. a

Debueris, aut potueris, P. Quintium de possessione deturbare. pro Quintio, 56. a. in Parad. 121. b

De fortunis omnibus P. Quintius deturbandus est. pro Quintio, 16. a

Itaque crebras, vel potius quotidianas cõpellationes meas non tulit, & c. sed certa re iam & possessione deturbatus est. Cornificio, lib. 12. 25. 5. a

Sed hoc scito, tuos veteres hostes, nouos amicos, vehementer literis percussos, atque ex magna spe deturbatos iacere. Cn. Pompeio, lib. 5. 7. 2. a

Deuexo.

Atque ego celeriter Veliam deuexis, Brutum vidi: quanto meo dolore, non dico. 1. Philipp. 6

Deuenio.

Deuenit, aut potius incidit in istum, eodem deceptus supercilio Græcus atque aduena: & c. in Pisonem, 55

Deuenimus in eam fortunam. 4. fam. 19. in epistol. Seruui Sulpitii.

Quæ cuiusmodi sunt, facilius iam intelligemus, cum ad ipsa ridiculorum genera deuenerimus. de Orat. 131. b

Deuenire ad Senatum. 7. Verr. 98. a

Sic nonnullos videmus qui Oratores euadere non poterunt, eos ad iuris studium deuenire. pro Murena, 26. a. Id est, conferre se ad studium.

Deuenire in medium certamen atque discrimen. 1. de Oratore, 2. a

Nolebam istum nostrum familiarem sermonem in alienas manus deuenire. 1. ad Att. 15

Discessi ab eo bello, in quo aut in acie cadendum fuit, aut in aliquas insidias incidendum, aut deueniendum in victoris manus. Mario, lib. 7. 3. 10. a

Deuexatus.

Per tot annos respublica deuexata. epist. 154. b

Deuexus.

Lucus Vestæ qui à Palatii radice in nouam viam deuexus est. 1. de Diuin. 163. a

Deuexa ætas à laboribus ad otium. 9. ad Att. 38

Deuincio.

Charitate homines deuincit sanguinis coniunctio & beneuolentia. 1. Off. 79

Mentem hominis, volutate libera spoliata, necessitate fati deuinciunt, qui introducunt causarum seriem sempiternam. de Fato, 16

Eloquentia nos iuris legumque societate deuinxit. de Nat. deor. 56. b

Qui in Italia omnes omnium gẽtium partes tribus triumphis deuinxit. in Pisonem, 85. b

Muneribus, monumentis, congiariis, epulis, multitudinem imperitam lenierat: suos præmiis, aduersarios clementiæ specie deuinxerat. 3. Philip. 121. a

Hunc vir clarissimus, mihi que multis repugnantibus amicissimus Cn. Pompeius omni cautione, fædere, execratione deuinxerat. pro Sestio, 12. a

Non faciet Remp. loquentem, nec ab inferis mortuos excitabit, nec aceruatim multa frequentans, vna complexione deuinciet. in Orat. 47. a

Attellam, Cumas, Neapolin, Pompeios, Nuceriam suis præfidiis deuincient. de Leg. Agr. 85. a

Præscribere enim se arbitrabatur, vt sine studiis diffensionis sententiæ dicerentur, si sedem ipsam ac templum publici consilii religione concordiz deuinxisset. pro Domo sua, 100. a

Tum viros primos & homines honestissimos summo beneficio, in perpetuum tibi tuisque deuinxeris. Memmio, lib. 13. 3. 2. a

Qui si sensit quo se scelere deuinxerit, non dubito quin fit miserimus. de Arusp. resp. 4. pro Cælio, 40. a

Liberalitate deuincire aliquem. Lentulo, lib. 1. 9. 10. a

Deuincire aliquem vi. Offic. 1. 53

Deuincire sibi quempiam officio & obseruantia. 13. fam. 6

Deuincire aliquem locum religione. pro Domo sua, 101. id est, dedicare.

Affinitate sese alicui deuincire. de Claris Orat. 50. a

Tum artibus, tum opera, tum facultatibus deuincire hominum inter homines societatem. 1. Offic. 33

Deuincire sermone suo vel familiaritate. 1. ad Q. frat. 38

Deuincire societate. 2. de Nat. d. 222. a

Deuinciri firma societate. 1. Offic. 81

Verba comprehensione deuincire. de Claris Orat. 71. a

Id indicant fœdera, quibus etiam cum hoste deuincitur fides. 3. Offic. 151

Cleomenes ab isto donis, beneficiisque plurimis deuinciebatur. 7. Verr. 65. a

Nunc tanto sum deuinctus eius beneficio, vt nemini plus debeam. epist. 88. b

Hic tibi tua præstanti in eum liberalitate deuinctus est. epistol. 6. b

Præferim in his studiis, quibus vterque nostrum deuinctus est. Appio Pulchro, lib. 3. 13. 4. a

Deuinctus.

Deuinctus consuetudine. pro Arch. 4

Deuinctus officiis. 6. fam. 35

Deuincta voluntas alicuius beneficio. 1. ad Att. 25

Cn. Pompeium nouo reditu in gratiam quasi deuinctum arbitrabatur. pro Milone, 67. a

Quod si feceris, me, quem voluntate & paterna necessitudine coniunctum semper habuisti, maximo beneficio deuinctum habebis. ad Att. lib. 16. 342. 4. a

Illum filium familiæ, patre parco ac tenaci, habere tuis copiis deuinctum non potes. pro Cælio, 28

Vt cum nuptiis alligati simul, & testamenti spe deuinctum possit habere in potestate. pro Cluentio, 142. a

Deuinctam consuetudine domum tenere. pro Archia, 4. a

Quam præfidiis confirmaretis, coloniis occuparetis, omnibus vinculis deuinctam & constrictam teneretis: pro Leg. Agr. 9. a

Omnes ferè familiarissimi eius, quasi deuincti meis magnis veteribus officiis, me diligenter obseruant. epist. 87. b

Domitæ sunt à Cæsare maximæ nationes, sed nondum legibus, nondum iure certo, nondum firma pace deuinctæ. de Prouinc. Consul. 16. a

Deuincta quæ fuerunt omnia, sint vnum. de Vniu. 17

Ad duas dissimiles res duo deuincta interdicta sunt. pro Cecinna, 67. a

Ita putauit Senatus, quum reo tribus ederentur hæ, quas is largitione deuinctas haberet, eosdem fore testes & iudices. pro Plancio, a

Nec in impeditis ac regum dominatione deuinctis, nasci cupiditas discendi solet. de Claris Orat. 22. a

Deuincio.

Duellius qui Pœnos primus classe deuicerat. de Senect. 41. a. Orat. 211. b

Nuceriam suis præfidiis deuincient. contra Rul. 73. b

Cum ad fluuium Sagram Crotoniatas Locri maximo prælio deuicissent. de Nat. d. 27. b

Et cum iis, quos vi deuiceris, consulendum est: tum ii qui armis positis ad imperatorem fidem confugiunt, quantum murum aries percusserit, recipiendi sunt. Offic. 1. 53

Deuincere aliquam ciuitatem seu nationem bello. 1. Offic. 53. ad Brutum, 15. 14. 2. de Nat. d. 9. a

Tu ad deuincendas perfringendæque leges valuisti. in Catil. 101. b

Deuictus.

Quibus Consulibus Capua deuicta, atque capta est. 2. de Legge Agr. 88. a

Qui riuus classe deuicta, multas ipsi (Claudio) lachrymas, magnam populo Romano cladè attulit. 2. de Nat. deorū, 12. a

Deuito.

Vt quoniam criminum vim subterfugere nullo modo poterat, procellam temporis deuicaret. 2. Verr. 5. a

Deuitare incommodum. 2. de Inuent. 134. a

Nullum ab iis, qui in certamen descendant, deuitari dolorè. 2. Tusc. 9. 105. a

Si nec hic, nec illic eum videro, deuitatum se à me putet. ad Att. lib. 9. 19

Deuitatio.

Facilior enim & explorator deuitatio legionum fore videtur, quam piratarū qui apparere dicuntur. ad Att. lib. 16. 5

Deuius.

Homo amentissimus atque omnibus consiliis præceptis & deuius. 5. Philip. 191

Deuium est *ἄπιστος*. 7. ad Att. 23

Deuium iter. 1. Tuscul. 114. a. ad Att. lib. 4. 72. 8. a. ibidem, 306. 1. a

Oppidum deuium Beroam perfugisti. in Pisonem, 71. a

Quid potest esse tam flexibile, tam deuium, quam animus eius, qui ad alterius non modò sensum ac voluntatem, sed etiam vultum atque nutum conuertitur. de Amic. 77

Id & nobis erit iucundum, & tibi non sanè deuium. 2. ad Att. 15

Stulte Aquinates. sed tamen in via habebant. quid Anagnini qui quum essent deuii, obuiam ei descenderunt, vt istū tanquam si esset Consul, salutarerit. 2. Philip. 104. a. Id est extra viam positi.

Metellus per itinera deuia ad campum currebat, & c. ad Atticum, 56. b

Trebonius itineribus deuiis proficiscitur in prouinciam. ad Att. 25. b

Deunx.

Ex deunce & femuncia aliquem hæredem facere. pro Cecinna, 13. a

Deuoco.

Ad gloriam deuocant, ad triumphum, ad gratulationem, ad summum honorem Senatus, equestris ordinis gratiam, populi charitatem. de Prouinc. Consul. 23. a

Socrates autem primus philosophiam deuocauit è cælo, & in vrbibus collocauit. 5. Tusc. 16. a

Nihil est quod eum de prouincia deuocent. de Prou. Consul. 23

In suspicionem maleficii deuocari. ad Heren. lib. 2. a

Deuolo.

Falsi amici, simul ac fortuna dilapsa est, deuolant omnes. ad Heren. 29. b

Fatetur se non bellè dicere, non ad voluntatem loqui posse, non ab afflicta amicitia transfugere, atque ad florètem aliam deuolare. pro Quintio, 62. a

Deuoluo.

Cui quum pridie frequentes essetis assensi, postridie ad spē estis inanem pacis deuoluti. 7. Philip. 225

Deuoro.

Verbum ipsum omnibus modis animi & corporis deuorabat, & c. pro Sest. 27

Segulium negligamus, qui res nouas quærit: non quò veterem comederit (nullam enim habuit) sed hanc ipsam recentem nouam deuorauit. Bruto, lib. 11. fam. 35

Quid enim tibi faciã, qui illos libros deuorasti? 7. ad Att. 14

Ille autem regis hæreditatem spe deuorarat. Att. lib. 1. 11. 18. a

Quapropter Quirites expectate legatorum reditum, & paucorum dierum molestiam deuorate: qui quum redierint, si pacem afferent, cupidum me: si bellum, prouidum iudicatore. 6. Philip. 215

Non enim arbitror, quum post meum discessum, omnium locupletum fortunas, omnium prouinciarum fructus, & Tetrarcharum ac regum bona, spe & auaritia deuorasses, argenti & supellectilis meæ cupiditate cæcatum. pro Domo sua, 48. a

Cum partim eius prædæ profundæ libidines deuorassent partim, & c. in Pis. 90. b

Deuorare hominum ineptias & stultitias. de Claris Ora. 127. Id est, patienter ferre & dissimulanter.

Deuorare omnem pecuniam publicam non dubitauit. in Verr. 188. b

Prædam spe & opinione deuorare. 3. Verr. 96. in Pis. 38. a

Stomachi partes quæ sunt infra, quam id quod deuoratur, dilatantur: quæ autem supra, contrahuntur. de Nat. 53. b

Itaque eius oratio nimia religione attenuata, doctis & attentè audientibus erat illustris: à multitudine autem, & à foro, cui nata eloquentia est, deuorabatur. de Claris Orat. 156. Id est, non intellecta transmittabatur.

Dudum circunrodo quod deuorandum est. ad Att. 57. b

Deuoratus.

In quo tu accepta tamen & deuorata pecunia Vtinachorum, centum talenta euomere non poteris. in Pis. 71. a

Quæ ciuitati facta est iniuria: at molestè fert ciuitas: credo: amissum est enim præter spem, quod erat spe deuoratum lucrū. pro Flacco, 44. a. Metaphora sumpta à canibus voracibus, qui ostenso sibi fructu, increpant malis, & mandentium speciem præbent, gestientes auiditate & gannientes.

Patrimonium comestum & deuoratum. in Sallust. 12. a

Qui suis rebus exhaustis, beneficiis Cæsaris deuoratis, fortunas nostras concupierunt. 15. Philip. 344

Deuouo.

Mèque ac meum caput hac conditione deuoui, vt si, & c. pro Dom. sua, 242. b

Cum me fortunisque meas, pro vestra incolumitate, otio, concordiaque deuoui. Postquam. 198. b

Agamemnon deuouit Dianæ, quod in suo regno pulcherrimum natum esset illo anno: immolauit Iphigeniam, qua nihil erat eo quidem anno natum pulchrius. 3. Off. 127

Videte etiam P. Decii auctionem clarissimi viri, qui maiorum suorum exempla persequens, pro alieno se ære deuouit. 11. Philip. 299

P. Decius deuouit se, & in aciem Latinorum irrupit armatus. de Diuin. 91. b

Quæ vis Coclitum, contra omnes hostium copias, tenuit in ponte solum: quæ patrem Decium, quæ filium deuouit, ac immisit in armatas hostium copias. in Parad. 13. a

Ut quidam imperatores etiam seipso diis immortalibus, capite velato, verbis certis pro Repub. deuouerunt. 2. de Nat. d. 2. de Fin. 98. a

Vixerat M. Curius cum P. Decio, qui quinquennio ante eum Consulere se pro Rep. quarto Consulatu deuouerat. de Senect. 39. a

Num etiam eius collega P. Decius, princeps in ea familia consulatus, cum se deuoueret, & equo admissio in mediâ actem Latinorum irruerat. de Fin. 77. b

Se & caput suum aliqua conditione deuouere. pro Domo sua, 112. a

Deuotus.

Deuotus & donatus studius. 3. Tusc. 2

Accedit etiam, quod expectatione omnium, fortissimo & clarissimo viro T. Annio deuota & constituta hostia esse videtur. de Arusp. resp. 4

Deuota sacris fida. in Catil. 11. a

Deuotio.

Eius deuotionis me esse conuictum iudicio deorum, & testimonio senatus, confessione inimicorum maxime lætor. post reditum ad Quir. 1

Hanc ego deuotionem capitis mei, quum ero in sedes meas restitutus, tum denique conuictam esse & commissam pu- tabo. pro Domo sua, 112

In deuotione vitæ, & in ipso genere mortis imitatus est P. Decium filius. pro Rab. Posth. 2

Tu autem etiam Deciorum deuotionibus placandos deos esse censet. 3. de Nat. d. 10

Nullas deis exis sperandis habere possum in eius rebus. 3. ad Quint. frat. 13

Deus.

Roges me, quid, aut qualis sit Deus, auctore utar Simonides: de quo cum quaesisset hoc idem tyrannus Hiero, deliberrandâ causa sibi vnum diem postulauit. Cum idem ex eo postredie quaereret, biduum petiit, cum sæpius duplicaret numerum dierum, admiransque Hiero quaereret cur ita faceret, quia quanto (inquit) diutius considero, tanto mihi res videtur obscurior. 1. de Nat. d. 42

Deus qua facie sit, aut ubi habitet, ne quaerendum quidem est. Tusc. q. lib. 1. 55

Deus est qui viget, qui sentit, qui meminit, qui præuidet, qui tam regit & moderatur & mouet id corpus, cui præpositus est, quam hunc mundum princeps ille deus. Som. Scip. 29

Deus qua mente sit futurus, quando ei aliquid ab impiis do- natur, vetat Plato dubitare, cum vir nemo bonus ab improbo donari velit. 2. de Leg. 40

Nec verò Deus ipse, qui intelligitur à nobis, alio modo intelligi potest, nisi mens soluta quadam, & libera, segregata ab omni concretionem mortali, omnia sentiens & mouens, ipsaque prædita motu sempiterno. 1. Tusc. 54

Si deus esset animus hominis, cur quicquam ignoraret: de Nat. deor. 1. 21

Si mundus est deus, quoniam partes mundi sunt, dei membra partim ardentia, partim refrigerata dicenda sunt. de Nat. d. 1. 19

Sapiens est mundus, & propterea deus. de Nat. d. 2. 28

Deus mundum ædificauit, secundum Platonem in Timæo. Tusc. q. lib. 1. 51

Sic deus ille æternus, hunc perfectè deum beatum procreauit. de Vniu. 17

Deus aliquis hæc gubernabit. 6. ad Att. 32

Harum sententiarum quæ vera sit, deus aliquis viderit. Tusc. 153. b

Deus aliquis mihi medicinam fecisse videatur. 14. fam. 16

Cum tibi siue deus, siue natura dederit animum. Paradox. 118. b

Deus quum similem mundum efficere vellet, ei quod pulcherrimum in rerû natura intelligi potest, & quod omni ex parte absolutissimè est, animal vnu aspeçtabile, in quo omnia animalia continerentur, effectit. de Vniu. 13

Deus effector mundi atque molitor hanc habuit rationem, vt vnum opus totum, atque perfectum ex omnibus totis

atque perfectis absolueret, quod omni morbo senioque careret. de Vniu. 21

Deus vel effector mundi, si natus est, vel moderator, si semper fuit. Tusc. q. lib. 1. 57

Nihil est quod deus efficere non possit, & quidem sine labore vilo. 3. de Nat. d. 133. a. 2. de Diuin. 68

Deus inclusus corpore humano. Diuin. lib. 1. 61

Deus is, qui erat, quum mundum crearet, de aliquando futuro deo cogitans. de Vniu. 25

Deus nulli naturæ obediens aut subiectus. 2. de Nat. d. 56

Deus ille noster Plato. 4. ad Att. 41

Deus Platonis de Timæo, opifex ædificatorque mundi. de Nat. d. 1. 14

Deus Platonius. de Nat. d. 1. 16

Deus præsens & præpotens. de Nat. d. 2. 3

Tantus & tam præsens habetur deus. Tusc. q. lib. 1. 24

Ille princeps deus, qui omnem hunc mundum regit. de Som. Scip. 127. b

Deus singularem hunc mundum atque vnigenam procreauit. de Vniu. 15

Deus procreator mundi, animum ex sua mente & diuinitate quum genuisset, tum denique omne quod erat concretum atque corporeum, substernebat animo. de Vniu. 33

Deus qui omnia genuit, ad alios deos genitos fatur. de Vniu. 49

Deus qui nos melius, quam optare auderemus, liberauit. 7. ad Att. 2

Fors viderit, aut si quis est deus qui hæc curet. 4. ad Att. 29

Si quis deus mihi largiatur, vt ex hac ætate repuerascam. de Sen. 94. b

Nisi quis nos deus respexerit. 1. ad Att. 40

Nisi quis deus, vel casus aliquis subuenerit. 16. fam. 14

Deus significatur beatus & æternus. de Nat. d. 1. 47

Nouem orbibus connexa sunt omnia, quorum vnus est cælestis extremus, summus ipse deus arcens & continens æteros. de Som. Scip. 128. b

Vetat dominans ille in nobis deus iniussu hinc nos suo demigrare. Tusc. q. lib. 1. 60

Qui ordo tibi placet, inquit Catulus, & quæ dispositio argumentorum, in qua tu mihi semper deus videri soles. 2. de Orat. 96. a

Deus vindex constituitur, vt præsentis pœnæ metu religio confirmetur. 2. de Leg. 17

Mundus, deus volubilis. de Nat. d. 1. 14

P. Lentulus, Consul, parens, deus, salus nostræ vitæ, fortunæ, memoriæ, nominis, &c. post reditum ad Quirites, 6

Quid tu autem possis: aut quid homo quisquam: vix iam deus. ad Att. 138. b

Dei formam intelligi non posse censet Aristoteles. de Nat. deor. 1. 27

Dei formam mutabilem esse vult Heraclides Ponticus. de Nat. d. 1. 26

Dei formam quæri non oportere, Socrates apud Xenophontem. de Nat. d. 1. 24

Dei notitiam nullum est animal quod habeat præter hominem. 1. de Leg. 18

Dei speciem cogitatione percipi cum sensu. de Nat. d. 1. 74

Ei deo id est, Dianæ. de Inu. 74. b

Quanto id deo est facilius, cuius numini parent omnia. 1. de Diuin. 102

Deo nihil minus gratum, quam non omnibus patere ad se placandum & colendum viam. 2. de Leg. 27

Deo causa iustissima mundum generandi, fuit probitas, itaque omnia sui similia generauit. de Vniu. 11

Deo isti rotundo quæ vita tribuitur. de Nat. d. 1. 18

Deo piè & castè satisfacere. 14. fam. 16

Deo nihil, quod quidem in terris fiat, acceptius est, quam concilia, cætuque hominum iure sociati, quæ ciuitates appellantur. Som. Scip. 8

Deo paret mundus, & huic obediunt maria, terræque, & hominum vita iussis supremæ legis obtemperat. 3. de Leg. 2

Deo probitas grata est, sumptus remouendus. 2. de Leg. 16

Deo proximum & antiquissimum id habendum, quod sit optimum. 2. de Leg. 39

Deo sponione voti obligamur. 2. de Leg. 40

Non membra solum hominis deo tribuunt imperiti, sed vsam etiam membrorum: arcum, sagittas, hastam, &c. de Nat. deor. 1. 72

Deo tribuenda est ratio recta constansque. 2. de Nat. deor. 25. Paulò post vocat perfectam & absolutam.

Deum dixit Thales Milesius eam mentem quæ ex aqua cuncta fingeret. de Nat. d. 1. 19

Deum, qui esset optimus, fas nec est, nec vnquam fuit facere quicquam, nisi pulcherrimum. de Vniu. 11

Deum Pythagoras censuit esse animum per naturam rerum omnem intentum & comitantem, ex quo animi nostri carperentur. de Nat. deo. 1. 21

Deum voluit esse Xenophanes, mente adiuncta, omne præterea quod esset infinitum. de Nat. d. 1. 21

Deum esse mundum & cælum & ætra & terrâ, & animos, & eos quos maiorum institutis accepimus. de Nat. d. 1. 33

Deum esse mundum, omnemque vim mundi diuina natura contineri. de Nat. d. 2. 22

Deum Plato sine corpore vilo vult esse, vt Græci dicunt ἀσώματος. de Nat. deo. 1. 23

Deum, solem & animi esse ait Socrates apud Xenophontem, & modò vnum, tum autem plures deos constituit. de Nat. deor. 1. 24

Deum nunquam nec irasci nec nocere, commune est omnium philosophorum. Off. 3. 138

Vt deum, aliquem colere. de Senect. 73. a

Tragici poætæ cum explicare argumenti exitum non possunt, confugiunt ad deum. 1. de Nat. d. 74. a

Ad deum reuocat Parmenides cupiditatem, bellum, discordiam. de Nat. d. 1. 22

Deum etsi non videmus, tamen agnoscimus ex operibus eius. Tusc. q. lib. 1. 57

Deum non attingit labor. de Nat. d. 1. 17

Deum ipsum cogitatione complecti non possumus. Tusc. quæst. lib. 1. 42

Contra deum disputare. 3. de Nat. d. 57

Deum non modo aliqua, sed etiam pulcherrima specie esse decet. de Nat. d. 1. 20

Ipsis in hominibus nulla gens est, neque tam immanis, neque tam fera, quæ non, etiam si ignoret qualem habere deum deceat, tamen habendum sciat. 1. de Leg. 18

Ex quo efficitur, vt is agnoscat deum, qui vnde ortus sit, quasi recordetur ac agnoscat. 1. de Leg. 19

Deum omnia nostri causa fecisse docent Stoici. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 111

Fingeret deum lineamentis duntaxat extremis. de Nat. d. 1. 87

Ne in deum quidem cadere, vt sciat quid casu & fortuito futurum sit. Diuin. lib. 2. 14

Deum certissimum iudicat Cleanthes, vltimum & altissimum, atque vndique circumfusum, & extremum omnia cingentem, atque complexum ardorem qui æther nominetur. de Nat. d. 1. 28

Sed nos deum nisi sempiternum intelligere quæ possumus: de Nat. d. 1. 19

Video P. Lentulum, cuius ego patrem deum ac parentem statuo fortunæ ac nominis mei, fratris, rerumque nostrarum, in hoc misero squallore & fordibus. pro Sextio, 12. 7. a

Ætra deum statuit Anaximenes. de Nat. d. 1. 19

Quis enim deum non timeat omnia providentem & cogitantem & animaduertentem, & omnia ad se pertinere putantem, curiosum & plenum negotii deum: de Nat. d. 1. 39

Nonne deum ita tollit omnino, vt nullam eius opinionem reliquam faciat: de Nat. d. 1. 23

Commoda quibus vitium, lucemque qua fruimur, spiritumque quem ducimus, à deo nobis dari impartiri que videmus. pro Sex. Ros. 40. b

Nihil à deo significari somniis. Diuin. lib. 2. 97

Nec frustra, & sine causa: quid facere, dignum deo est. de Diuin. 134. b

Deo inuito, non sunt dissoluta per eum facta. de Vniu. 49

Nisi iuuante deo tales non fuerunt, Curius, Fabricius, Cornelianus, reliquique viri fortes. 2. de Nat. d. 124

Quarum omnium rerum, quia vis erat tanta, vt sine deo regi non posset, ipsa res deorum nomen obtinuit. de Nat. deor. 38. b

Si dii adiuuant. 14. fam. 15

Dii approbent velim quod egeris. 2. fam. 40

Dii approbent quod actum est. 2. fam. 17. & 6. ad Att. 42

Proponis, quam sit turpe me adesse, quum quid de illo detraheretur, nefas esse approbare. Certè, cõtra igitur: Dii, inquis, auerunt. Att. lib. 9. 171. 3. a

Quod si iam (quod dii omen auertant) fatum extremum Reip. venit, &c. 3. Philip. 149. a

Dii Barbarorum. 3. de Nat. d. 33

Dii benefici sunt, generique hominum amici. Diuin. lib. 2. 79. & lib. 1. 73

Dii bellis præliisque non caruerunt, vt fabulæ ferunt. 2. de Nat. deor. 52

Dii commentitii & ficti. 2. de Nat. d. 52

Magna dii curant, parua negligunt. 2. de Nat. d. 115

Dii deique mihi prius omnia eripuerint. ad Brut. 46. in epist. Bruti.

Dii faciant, vt rei militaris, vt belli mentionem facere audeas. in Verrem, a

Dii isti malè faciant. 11. fam. 34

Nostri illi Heroes, sed dii futuri quidam, in gloria sempiterna sunt. 14. ad Att. 15

Dii faxint quod promittis. 15. ad Att. 48. & 16. 2

Dii genitales. Tusc. quæst. lib. 1. 23

Dii maiorum gentium. Tusc. q. lib. 1. 24

Dii illi mortuo. 15. ad Att. 38. imprecatio est suppresso verbo.

Dii, deique immortales, qui, &c. Antequam. 196. b

Dii immortales sciunt, hominè puto scire neminè. Tusc. 170. b

Ergo habet Antonius quod suis pollicetur, quid nos nunquid tale habemus: dii meliora. Id enim ipsum agimus, nequid posthac eiusmodi quicquam possit polliceri. 8. Philip. 240. a

Dii minora negligunt, neque agellos singulorum, nec vitulas persequuntur. 3. de Nat. d. 64

Dii ipsi se nobis non offerunt, vim autem suam longè lateque diffundunt. Diuin. lib. 1. 70

Patrii dii. 3. Verr. 4. a

Dii poetici. 3. de Nat. d. 57

Dii præsentis vbi visi fuerint. 3. de Nat. d. 8

Quod dii prohibeant. 10. fam. 76. in epist. Pollionis.

Dii quales sint, ratione cognoscimus. Tusc. q. lib. 1. 29

Dii quomodo placandi. pro Cluen. 153

Dii, quos tu castissimè coluisti, gratiam nobis non retulerunt. 14. fam. 10

Dii hominum similes, &c. de Nat. d. 1. 63

Dii induti specie humana, fabulas poetis suppeditauerunt. 2. de Nat. d. 46

Dii ratione vtentes. Off. 35. b

Deorum, quos Græci δαίμονας appellat, nostri opinor lares, &c. & nosse, & nuntiare ortum eorum maius est, quam vt profiteri scribere non audeamus. de Vniu. 47

Cur paupertatem sumptu ad sacra adhibito deorum aditu arceamus: 2. de Leg. 28

Quom essent agri deorum immortalium excepti lege Censoria. 3. de Nat. d. 34

Deorum beneficio multi peruersè vtuntur. 3. de Nat. d. 52

Deum benignitate. 10. fam. 17. in epist. Planci.

Deum benignitate dedi operam, vt, & c. 10. fa. 47

Manfuetudine imperatoris potius, quam deorum benignitate retentam prouinciam. 15. fam. 26. in epist. M. Catonis.

Tanquam descendisset ex deorum concilio. 1. de Nat. d. 14

Deorum infitas, vel potius innatas cognitiones habemus. de Nat. deor. 1. 32

Deorum cultus quis optimus & castissimus. 2. de Nat. d. 53

Deorum formæ & ætates & vestitus, ornatuque noti sunt. 2. de Nat. d. 52

Deorum honore res sordidas atque deformes afficere. de Nat. deor. 1. 29

Deorum interpretes aruspices. de Nat. deor. lib. 2. 9
 Deorum iram donis placare impius ne audeto. 2. de Leg. 24
 Deorum manū iura sancta funto. Hos leto dato diuos habento. Sumptum in ollos, luctumque minuunto. 2. de Leg. 24
 Deorum natura præpotens & excellens. 2. de Nat. deor. 55
 Est deorum eximia quædam præstantque natura. de Nat. deor. 1. 81
 Quæ de deorum, qui cernuntur, quique sunt orti, natura præfati fumus. de Vniuers. 47
 Quisquam nobilium deorum. 3. de Nat. deor. 35
 Deorum nomen obtinuerunt eæ res, quarum vis erat tanta, vt sine deo regi non posset (nempe fides, virtus, honor, salus, concordia, libertas.) de Nat. d. 2. 45
 Quot hominum linguæ, tot nomina deorū. de Nat. d. 1. 58
 Deorum notionem in hominum animis impressit ipsa natura. de Nat. d. 1. 32
 Cleanthes quatuor modis formatas in animis hominū putat deorum esse notiones. 3. de Nat. d. 11
 Deorum numini tribuere. de Nat. d. 1. 3
 Deorum immortalium numine omnia regi, gubernarique perspeximus. de Arusp. resp. 17. a
 In deorum numero esse maiores voluerunt eos qui ex hac vita migrassent. 2. de Leg. 51
 In deorum numero Democritus refert imagines, earumque circuitus, &c. de Nat. d. 1. 22
 Deorū omnium plures, singuli singulis sacerdotes. 2. de Leg. 30
 Deorum omnium terra, sacrum domicilium. 2. de Leg. 43
 Deorum omnium qui intra cælum gignerentur, terram custodem esse voluit deus. de Vniu. 45
 In deorum opinione turpissime labitur Empedocles. de Nat. deor. 1. 22
 Deorum ortus habeatur, atque dicatur, vt Oceanum, Salaciæque cæli satū, terræque conceptu generatos, editosque memoremus. ex his Phorcyn, Saturnum, & Opem: deinceps Ioem atque Iunonem, reliquos, quos fratres inter se, agnatosque vsurpare atque appellare videmus. de Vniu. 49
 Deorum præsentia. 2. de Nat. deor. 124
 Deorum progeniem se esse dicebant veteres & prisca viri. de Vniu. 47
 Deorum species quadam opinione in oculis est, non solum in mentibus. 2. de Leg. 18
 Deorum speciem, corpus non esse, sed quasi corpus: nec habere sanguinem, sed quasi sanguinem dixit Epicurus. de Nat. deor. 1. 35
 Deorum ignotorum turbam magnam congregat Chrysippus. de Nat. d. 1. 29
 Deorum immortalium vi, natura, ratione, potestate, mente, numine, natura omnis diuina regitur. 1. de Leg. 16
 Improborum prosperitates, secundæque res redarguunt vim omnem deorum ac potestatem. 3. de Nat. d. 66
 Deorum vim & naturam tollit Antisthenes. de Natura deorum, 1. 24
 Deorum virtus naturâ excellit, hominum industria. Top. 4
 Diis immortalibus gratulari nos, quàm tibi, acceptum referre maui, gaudeo. 15. fam. 25. in epist. M. Catonis.
 Quoniam si diis placet, ab Epicuro loqui discimus. 2. de Finib. 54. a
 Appellatus est hic Vulturius, illius provincie (si diis placet) imperator. in Pis. 87. b
 Cui, si diis placet, videtur sapiens semper beatus. Tus. quæstionum, 234. b
 Deos frustra appello, quorum aures atque animus à nobis abhorret. ad Octa. 42
 Sed etiam modestiam quandam cognitio rerum cælestium affert his, qui videant quanta sit etiam apud deos moderatio, quantus ordo: & magnitudinem animi, deorum opera & facta cernentibus: iustitiam etiam, quum cognitum habeas, quod sit summi rectoris & domi numen. de Fin. 108. b
 Deos certos cur Homerus principibus heroum periculorum comites adiunxerit. 2. de Nat. d. 124

Qui canem & felem vt deos colunt, eadem superstitione, qua cætera gentes conficiuntur. 1. de Leg. 24
 Diogenes Cynicus dicere solebat, Harpalum, qui temporibus illis prædo foelix habebatur, contra deos testimonium dicere. 3. de Nat. d. 61
 Mala & impia est consuetudo contra deos disputandi. 2. de Nat. d. 125
 Deos esse, & consulere rebus humanis. Diuin. lib. 1. 9
 Deos non esse parietibus claudentes, quibus omnia deberent esse patentia ac libera, quorumque hic mundus deum plurimum esset, censuerunt Magi Persarum. 2. de Leg. 27
 Cur deos esse credamus, firmissimum hoc afferri potest, quod nulla gens tam fera, nemo omnium tam sit immanis, cuius mentem non imbuerit deorum opinio. Tus. q. lib. 1. 25
 Deos esse dominos ac moderatores omnium rerum, eoque, quæ gerantur, eorum geri iudicio ac numine, eosdemque optimè de genere hominum mereri, & qualis quisque sit, quid agat, quid in se admittat, qua mēte, qua pietate religiones colat, intueri, piorumque & impiorum habere rationem, à principio ciuibus persuasum esse debet. 2. de Leg. 13
 Deos esse dicit Democritus, principia, mentesque, quæ sunt in vniuerso. de Nat. d. 1. 84
 Deos Perseus eos dicit esse habitos, à quibus magna vtilitas ad vitæ cultum esset inuenta. de Nat. d. 1. 28
 Deos omnia cernere, deorum esse plena omnia, homines existimare oportere dicebat Thales: fore enim omnes castiores. 2. de Leg. 28
 Deos octo esse dixit Zenocrates. de Nat. d. 1. 25
 Deos esse dubitauit Protagoras, nullos esse omnino Diogenes & Theodorus Cyrenæicus putauerunt. de Nat. d. 1. 2
 Deos esse facimus his vocabulis, quibus à nobis nominantur. de Nat. d. 1. 58
 Deos esse natiuos Anaximander putauit. de Nat. d. 1. 10
 Deos esse quodam pacto negat Democritus. 2. de Nat. d. 55
 Deos esse naturâ opinamur. Tus. q. lib. 1. 29
 Deos populares esse multos, naturalem vnum dicit Antisthenes. de Nat. d. 1. 24
 Deos esse quibus argumentis probetur. de Arusp. resp. 16
 Quis est tam vecors, qui cum suspexerit in cælum, deos esse non sentiat. de Aruf. 248. b
 Deos esse summos cum cōcedamus, eorumque mente mundum regi, & eorum benignitatem hominum consulere generi, & posse nobis signa futurarum rerum ostendere, non video cur diuinationem esse negem. 2. de Leg. 33
 Deos quosdam ex magnis beneficiis fuisse constitutos. de Nat. 37. b
 Multos ex hominibus deos habet in Græcia. 3. de Nat. d. 27
 Deos nemo separatim habebat, nec nouos, sed ne aduenas, nisi publice adscitos priuatim colunto. 2. de Leg. 16
 In deos ceremonie ac religiones, non metu, sed ea coniunctione, quæ est homini cum deo, conseruadæ. 1. de Leg. 33
 Deos ipsos iocandi causa induxit Epicurus perlucidos & perslabiles. de Diuin. 116. b
 Deos nouos, & in his colendis nocturnas peruigilaciones sic Aristophanes poeta vexat, vt apud eum Sabazius, & quidam alii dii peregrini iudicati è ciuitate eiiciantur. 2. de Leg. 37
 Deos ea facie nouimus, qua pictores & fictores esse voluerunt. de Nat. 71. b
 Quid est enim per deos optabilius sapientia: Offic. 33. b
 Deos placatos efficit pietas & sanctitas. Off. 1. 15
 Quod precarer deos, nisi meas preces audire desisissent. 1. ad Quint. frat. 55
 Deos quæsumus. 11. fam. 7. in epist. M. Bruti & Cassii.
 Re tollit, oratione relinquit deos Epicurus. de Nat. d. 1. 87
 Deos alios in terra, alios in luna, alios in reliquis mundi partes spargens deus quasi serebat. de Vniu. 57
 Deos suos, aut nouos, aut alienigenas coli, confusionem habet religionum, & ignotas etiã sacerdotibus ceremonias. 2. de Legib. 27
 Testor omnes deos, & eos maximè, qui huic loco temploque præsidet, qui omnium mentes eorum, qui ad rempublicam adeant, maximè perspicunt. pro Pomp. 17. b

Deos hominesque testor. 10. fam. 78. in epist. Lepidi.
 Testor deos deaque omnes immortales, me, &c. Antequam iret in exilium, 197. b
 Hoc si non cogitat, &c. quid irascitur ei, &c. cum ignorit omnibus qui multa deos venerati sint contra eius salutem: 6. fam. 26. in epist. A. Cecinna.
 Vereri deos. de Senect. 73. a
 Deos tibi eum honorem fortunare volo. 15. fam. 29. 30. intelligit consulum.
 Reliqua, o dii, qui comitatus: ad Att. 155. b
 O dii boni, quàm facile perspiceres timere otium. ad Att. 236. b
 Alter, o dii boni, quàm teter incedebat. pro Sest. 6. b
 O dii boni, quid, quod quasi nos aliud agimus. de Claris Orat. 191. b
 O dii boni, viuut tyrannus: ad Att. 225. b
 Apud quem virum, dii boni. de Clar. 170. b
 Quàm dii boni non decebat. in Ant. 164. b
 Dii boni, quid boni est emori: Tuscul. 169. b
 Quibus optimatibus dii boni. ad Att. 114. b
 Ac te apud eum dii boni, quanta in gratia posui. de Inventione; 97. b
 Quos, dii immortales, ille, quum omnes artus ardere viderentur, cruciatus perferebat: 2. de Finib. 149. a
 Iam illa præclara, non testium modò cateruas, quum tua res ageretur, sed tum à diis manibus innocentium pœnas, sceleratorumque furias in tuum iudicium esse venturas. in Vatinius, 10. a. 7. Verr. 89. a
 A diis ortis fidem non habere, difficile. de Vniuers. 47
 Non idcirco à diis non optimè nobis esse prouisum, quod multi eorum beneficio peruersè vtantur. 3. de Nat. d. 51
 Diis hominibusque approbantibus. 1. famil. 47. & 10. 45
 De diis multi praua sentiunt. Tuscul. quæst. lib. 1. 82
 Diis hominibusque inuitis. 3. ad Quint. frat. 17
 Diis immortalibus interpositis tum iudiciis, tum testibus ciuium inter ipsos, quàm sancta erit inter eos societas. 2. de Legib. 14
 Mèque diis iuantibus ante brumam expectabis. epistolarum, 105. & 156. b
 His ducibus diis iuantibus erimus liberi breui tempore. in Ant. 190. b
 Diis hominibusque plaudentibus. 2. ad Q. fra. 13
Dexio.
 Dexto Tyndaritanus à C. Verre hospite suo, filio orbat. 7. in Verr. 84
Dexter.
 Requirens, Iupiterne cornicem à læua, coruum à dextra canere iussisset. 1. de Diuinat. 19. a
 Dextra videntur, quæ læua sunt: quia contrariis partibus, oculorum contrarias partes attingunt. de Vniuers. 61
 Dexterius cornu. 10. fam. 64. in epist. Galbæ.
Dextera, siue Dextra.
 Suprà, infrà, dextra, sinistra, antè, post, &c. 4. Acad. 125. a
 Dextra hostilis. Tuscul. q. lib. 2. 16
 Dolabellæ villam quum præteriret, omnis armatorum copia, dextra sinistra ad equum, nec vsquam alibi. Attico, lib. 13. 67
 Nam & antè & ponè, ad læuam & ad dextram, & sursum, & deorsum, &c. de Vniuers. 55. a
 Facilis est circūspectus, vnde exeam, quò progrediar, quid ad dextram, quid ad sinistram sit. 12. Philip. 337. a
 Per dexteram istam te oro, quæ regi Deiotaro hospes hospiti porrexisti, &c. pro Deiotaro, 4. a
 Dextram intendit ad statuam. 16. ad Att. 39
 Quumque de tua patria vi pulsum esse dixisses,prehendisse eum dextram tuam, & bono animo te iussisse esse, &c. 1. de Diuinat. 105. a
 Qui mihi primus afflictio & iacenti, Consularem fidem, dexteramque porrexit. post red. in Senatu, 21. a
 Quæ quidem nunc M. Bruti imperio, autoritate, copiis non instructa solum, sed etiam ornata tendit dextram Italiæ, suumque ei præsidium pollicetur. 10. Philip. 275
 Imperator dexteram tendens, milites hortabatur. de Prouinc. 71. b

Quid augur: cur à dextra coruus, à sinistra cornix faciat ratum: de Diuin. 98. b
 Dextra detrufit in læuam partem oculorum, læuaque in dextram. de Vniuers. 61
 Firmior non tam in bellis & in præliis, quàm in promissis & fide dextera. pro Deior. 4. a
 Manu dextera tenere pateram. 1. de Diuin. 83. a
 Dextræ quæ fidei testes esse solebant, perfidia sunt & scelere violatæ. 11. Philip. 291. a
 Vbi sunt illæ densæ dextera: ad Att. 98. b
Dextella.
 Q. F. vt scribis, est dextella. per eum igitur quod volumus, facile auferemus. Att. lib. 14. 46
Dextrorsum.
 - dextrorsum orbem flammæum
 Radiatum solis liquier cursu nouo. 1. de Diuinat. 80. a
Diadema.
 Tu diadema imponebas cum plangore populi: ille cum plausu reiciebat. 2. Philip. 89. a
 Vt collegæ diadema imponeret. 3. Philip. 131. a
 Diadema ostendis: gemitus toto foro. vnde diadema. 12. Philippic. 89. a
 Nisi forte eos, qui diadema posuerunt, conseruandos, eos qui nomen regis sustulerunt, deserendos putatis. in Antonium, 225. b
 Breue autem edictum est propter hanc meam *diapem*, quod duobus generibus edicendum putauit, &c. Attico, lib. 6. 111. 26. a
Diæta.
 Diæta curari incipio, chirurgiæ tædet. Att. lib. 4. 72. 4. a
Diagondas.
 Diagondas Thebanus nocturna omnia in media Græcia, lege perpetua sustulit. 2. de Leg. 37
Diagoras.
 Diagoras, Atheos ille qui dicitur. 3. de Nat. d. 66
 Diagoras, Atheos qui dicitur, posteaque Theodorus, nonne apertè deorum naturam sustulerunt: de Nat. 1. 44
 Diagoras putabat deos humana negligere. 3. de Nat. 66
 Diagoras ac Theodorus, omnino deos esse negabāt. de Natura deor. 1. 82
 Diagoras & Theodorus Cyrenæicus nullos esse deos putauerunt. de Nat. d. 1. 2
 Diagoras Rhodius, Olympionices nobilis, vno die duos suos filios victores Olympiæ vidit. Tuscul. q. lib. 1. 99
 Diagora dictum de diis. 3. de Nat. d. 66
Dialectica, siue Dialectice.
 Dialectica, disciplina est orationis ratione conclusæ. Acad. quæst. edit. 2. lib. 1. 23
 Dialectica vna continet omnem, & perspicendi quid in quaque re sit, scientiam, & iudicandi quale quidque sit, ac ratione & via disputandi. de Finib. lib. 2. 15
 Ars bene disserendi, ac vera ac falsa diiudicandi, quæ verbo Græco *διδασκαλία* appellatur. de Orat. 123. b
 Dialectica veri & falsi, quasi disceptatrix & iudex. Academ. lib. 2. 82
 Dialectica, infantie garrula disciplina. ad Heren. 49. a
 Dialectica in excogitandis argumentis muta nimium est, in iudicandis nimium loquax. 2. de Orat. 86. ad Brut. 28
 Dialectica, quasi contracta & astricta eloquentia putanda est: sine qua etiam tu Brute, iudicasti te illam iustam eloquentiam, quam dialecticam dilatatam esse putat, consequi non posse. de Clar. Orat. 171. a
 Dialectica in ratione & disserendo est. Academ. quæst. ed. 2. lib. 1. 22
 Dialectica habet rationem, necui falsò assentiamur, necve vnquam captiosa probabilitate fallamur: eaque quæ de bonis & malis diceremus, vt tenere tuerique possimus. Nam sine hac arte, quemuis arbitramur à vero abduci fallique posse. de Finib. 105. b
 Dialectica eloquenti necessaria. Orat. 61
 Dialectica, pars philosophiæ. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 22
 Dialectica Stoicorum qualis, & quo ordine progrediatur. Academ. q. ed. 1. lib. 2. 83
 nn. i.

Dialectica primo progressu festinè tradit clemèter loquendi, & ambiguum intelligentiam, concludendique rationem: tum paucis additis venit ad Soritas, lubricum fanè & periculosum locum. 4. Acad. 163. a

Fundamentum dialecticæ est, quicquid enuntietur (id autem appellatur *ἀξιωμα*, quod est quasi effatum) aut verum aut falsum. 2. Acad. 86

Judicia dialecticæ nulla. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 131

Aristoteles in principio artis rhetoricæ dicit eam artem quasi ex altera parte respondere dialecticæ: vt hoc videlicet differant inter se, quòd hæc ratio dicendi latior sit, illa loquendi contractior. Orat. 107. b

Epicurus totam dialecticam contemnit & irridet. Academic. quæst. 42. b

Dialecticam contemnit Epicurus, quæ vnâ continet omnem & perspicuam quid in quaque re sit scientiam, & iudicandi quale quidque sit, ac ratione & via disputandi. de Finib. 68. b

Zeno rhetoricam palmæ, dialecticam pugno similem esse dicebat, quòd latius loquerentur rhetores, dialectici autem compressius. 2. de Finib. 18. a. in Orat. 61. a

Iudicandi vias Stoici diligenter persecuti sunt, eam scientiam quam Dialecticam appellant: Inueniendâ: verò artem, quæ Topice dicitur, quæ ad usum potior erat, & ordine naturæ certe prior, totam reliquerunt. in Top. 4. a. 2. de Orat. 86. a

A Diodoro cum in aliis rebus, tum studiosissime in dialectica exercebat, quæ quasi contracta & astricta eloquentia putanda est: sine qua etiam tu Brute iudicasti te illam iustam eloquentiam, quam dialecticam esse putant, consequi non posse. de Clar. 104. b

Dialectica orum.

Vestorius homo remotus à dialecticis, in arithmeticis satis exercitatus. 14. ad Att. 18

An tu dialecticis ne imbutus quidem es: Tusculan. quæst. lib. 1. 12

Stoicorum in dialecticis omnis cura consumitur. de Claris Orat. 61. a. 175. b

Carneades tuus egregia quadam exercitatione in dialecticis. de Finib. 99. b

Dialecticè.

Dialecticè dicere. 1. Acad. 13. a

Rheticè vel dialecticè disputare. 2. de Finib. 18. a

Dialecticus.

Sexte noster bona venia, quoniam iam dialecticus es, & hoc quoque liguris, &c. pro Dom. 222. b

Quid sit verum aut falsum, dialecticus iudicabit. 4. Academic. 162. a

Ad dialecticum deferendæ sunt sortes ambigux. 2. de Diuinat. 172. a

Vigila Chryssippe, ne causam tuam, in qua tibi cum Diodoro valente dialectico magna luctatio est, deferas. de Fato, 142. b

Dialectici omnes amphibologias aucupantur. 2. ad Herennium, 49

Dialectici angustè differunt. Partit. 77

Quomodo mentientem dissolvas, quem Pseudomenon vocant, aut quemadmodum Soriti resistas, dialectici docent. de Diuin. 110. b

Dialectici post Aristotelem multa spinosiora præcepta differendi pepererunt. Orat. 62

Dialectici nomen suum pronuntiare non possunt. 2. ad Herennium, 49

Dialectici acerbè reprehensi. 2. ad Heren. 49

Dialectici irrisi & reprehensi. 2. de Orat. 86

Dialectici statuunt omne, quòd ita disinctum sit, quasi aut etiam, non modo verum esse, sed etiam necessarium. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 88

De connexis & coniunctionibus ridiculis dialecticorum. de Fato, 143. b

De minuto genere dicendi, & argumèntandi dialecticorum, siue Stoicorum. Part. 116. b

Acumen dialecticorum. 1. de Orat. 63. a

Dialecticorum officium. Orat. 61

Mina, merces dialecticorum. 4. Acad. 174. a

Dialecticorum opiniones pueriles. 2. ad Heren. 49

Disputandi ratio & loquendi, dialecticorum sit: oratorum autem, dicendi & ornandi. in Orat. 61. a. in Partit. 77. a

Dialecticorum scientia. Orat. 107. b

Perversa & præpostera dialecticorum sapientia. pro Murena, 142. b

Dialecticorum verba nulla sunt publica. Acade. quæst. ed. 2. lib. 1. 19

Contra dialecticos. ad Heren. 9. b

De dialecticis. de Diuin. 131. b

Dialecticus.

Si velim geometricum quiddam, aut Physicum, aut dialecticum explicare. de Diuin. 134. b

Finem, inquit, interrogandi, si videtur: quod quidem ego à principio ita me male dixeram, hoc ipsum providens dialecticas captiones. 2. de Finib. 28. a

Dialogus.

Dialogus hic sic conclusus est. 13. ad Att. 55. Id est, sermo què habuimus.

Varronis *δὲ δὲ* expecto. ad Att. 144. b

Scripti enim tres libros in disputatione & dialogo. ep. 16. b

Plato in his sermonibus, qui dialogi vocantur. Orat. 211. b

Cum disputatio esset inter eos, vt est consuetudo dialogorum. de Clar. 184. b

Dialogorum meorum genus nostri. 4. ad Att. 40

Dialogorum morem nostri. 9. fam. 15

Dialogorum scribendorum ratio. 13. ad Att. 10

In dialogos aliquem includere. 13. ad Att. 19

Nos Tarenti, quos cum Pompeio *δὲ δὲ* de Repub. habuerimus, ad te perferibemus. ad Att. 70. b

Diana.

Diana, est luna: vt Apollo, sol. 3. de Nat. d. 36

Diana in Delo nata. 3. in Verr. 32

Dianæ Pergensis fanum à Verre spoliatum. 3. in Verr. 36

Fuit apud Segeitanos ex ære simulacrum Dianæ, tum singulari opera, artificioque perfectum, &c. 6. Verr. 54. a

Dianam & lunam eandem esse putant. 2. de Nat. d. 50

Itaque vt apud Græcos Dianam, eamque Luciferam, sic apud nostros Lunonem Lucinam in pariendo inuocant: quæ eadem Diana omniuaga dicitur, non à venando, sed quòd in septem numeratur tanquam vagantibus. 2. de Nat. deor. 50. 51

Dianæ Ephesæ templum eadem nocte deflagrauit, qua natus est Alexander. ibidem.

Vt quondam Orion manibus violasse Dianam dicitur, &c. in Arato. 46. a

Dianam Pergæ violatam esse. in Verr. 216. b

Dianæ plures. 3. de Nat. d. 41

Dianium.

Dianium, in Hispania. 3. in Verr. 61

Διανίου *δὲ δὲ* 15. fam. 43

Διανίου *δὲ δὲ* 16. fam. 24

Diaria.

Is diariis militum celeritatem incitat. 8. ad Att. 52

Διὰ δὲ δὲ scripserat, vt, &c. 16. fam. 29. ex epistol. Ciceronis filii.

Διὰ δὲ δὲ tanta me arripuit, vt hodie primum videatur capisse consistere. 7. fam. 47

Διὰ δὲ δὲ alicuius odorari. 14. ad Att. 4

Dibaphus.

Curtius noster dibaphum cogitat. sed eum infector mortur. Cælio, lib. 2. 33

Strumam Vannii sacerdotii *δὲ δὲ* vestiant. ad Attic. 28. b

Dica.

Scribitur Heraclio dica quater. 4. Verr. 25

Deinde ceteras dicas omnes illo foro M. Posthumius Quæstor sortitus est: hanc solam tu illo conuentu reperire sortitus. 4. Verr. 30. a

Aduenit dies, quo die sese ex instituto ac lege Rupilia dicas sortiturum Syracusis iste edixerat. 4. Verr. 25. Id est, sortitione causas cogniturum.

Id et postera die venit in mentem, è lege Rupilia fortiri dicas oportere. 4. Verr. a

Artagatho imperat, vt aliquid illis, quorum argentum fuerat, nummularum dicas causa daret. 6. Verr. 47

Dicacitas, DicaX, Vide Dico.

Dicæarchus.

Dicæarchus Aristoxeni æqualis & condiscipulus. Tuscul. q. lib. 1. 34

Dicæarchus acerrimè contra immortalitatem animæ differuit. Tusc. q. lib. 1. 63

Dicæarchus ab Aristotele doctus, huic rationi studioque non defuit. 3. de Leg. 16

Dicæarchus Melenius. Tusc. q. lib. 1. 18

Dicæarchus Peripateticus magnus & copiosus, librum scripsit de interitu hominum. Offic. 2. 22

Dicæarchus tres libros scripsit, qui Lesbici vocantur, quòd Mitylenis sermo habetur: in quibus vult efficere animos esse mortales. Tusc. q. lib. 1. 63

Dicæarchus *ἀρχαίων βίον τῆς θεωρητικῆς* anteferre solitus. 2. ad Atticum, 39

Dicæarchus ne condoluisset quidem vnquam videtur, qui animum se habere non sentiat. Tusc. q. lib. 1. 34

Dicæarchus, delicæ mex. Tusc. q. lib. 1. 63

Dicæarchus & Aristoxenus nullum omnino animum esse dixerunt. Tusc. q. lib. 1. 43

Dicæarchi cum Theophrasto controuersia. 2. ad Att. 39

Dicæarchi magnus liber est, quæ euentura sint, ea nescire melius esse, quàm scire. Diuin. lib. 2. 81

Dicæarchi libri *τῆς ψυχῆς* & *τῆς κατὰ κράτος*. 13. ad Att. 42

Dicæarchi more, volo aliquem *πολιτικὸν σύλλογον*. 13. ad Atticum, 40

Dicæarchi de animo & anima sententia sub persona Phæretratis Phthioræ. Tusc. q. lib. 1. 18

Dicæarchi *πρὸς Πλάτωνα*, & epistola ad Aristoxenum, & alia præterea. 13. ad Att. 42

Dichoreus.

Insistit autem ambitus modis pluribus, è quibus vnum est secuta Asia maximè, qui dichoreus vocatur, quum duo extremi chorei sunt, id est, è singulis longis & breuibus. in Orat. 123. a

Dico.

Dicamus hunc totum tibi diem maiore musarum primordio. 2. de Leg. 6. Id est, totum hunc diem occupabimus in te audiendo.

In aliam ciuitatem se dicauit. pro Corn. Balbo, 23. a

Non vidit eorum ipsorum, qui tum adolescentes Crasso se dicant, horribiles, miserisque casus. 3. de Orat. 7. a

Hoc à te peto, vt subuenias huic mex sollicitudini: vt huic mex laudi, vel (vt verius dicam) propè saluti tuum studium dices. Curioni, lib. 2. 5. 13. a

Balbus quanti faciam, quanquam me ei totum dicauerim, ex ipso scies. ad Cæsarem, lib. epist. a

Non est huius ciuitatis ciuis, qui se alii ciuitati dicare potest. pro Cor. 23. b

Dicare studium suum rei alicui. 1. fam. 10

Dicatus.

Donum alicui dicatum atque promissum. 7. Verr. 144. a

Epidicticon genus gymnasis & palæstræ dicatum, spretum & pulsum foro. Orat. 201. b

Dicati Apollini cygni. 1. Tusc. 114. a

Dicatio.

Neque solùm dicatione, &c. sed etiam postliminio potest ciuitatis fieri mutatio. pro Corn. Balbo, 20. a

Dico.

Sed etiam atque etiam dico, tuo periculo fiet. ad Att. 212. b

Dico igitur, & quàm possum maxima voce dico, me, &c. pro Dom. 232. b

Mortem dico, & deos timebat Metrodorus. de Nat. deorum, 1. 60

Nihil dico amplius: tantùm dico, si mihi, &c. de Claris Oratoribus, 96. b

Quamobrem nihil dico de meo ingenio, neque est quod possim dicere: neque si esset, dicerem. 1. Verr. 20. a

Non dico fortasse etiam quod sentio. Tusc. q. lib. 1. 10

Homines beati, hos piscinarios dico, amicos tuos. ad Atticum, 18. b

Vnum illud dico, si propter, &c. pro Quint. 12. b

Causam dicitis qui vnus relictus, ex illorum nefaria cæde restat. pro Rosc. Amer. 8. a

Dicit planè quod intelligam. lib. 1. de Finib. 12

Cicero meus modestissimus & suauissimus puer tibi salutem dicit. Att. lib. 5. 96. 4. a. & 2. 22. 6. a

Ea nos hoc tempore vtimur, qui causam dicimus. pro Rosc. Amer. 7. a

Dicimus multa inconsideratè ac temerè. de Vniuers. 27

Quòd versus sæpe in oratione per imprudentiam dicimus. Orat. 251. b

Hoc Nauarchi reliqui dicunt, hoc Netinorum foederata ciuitas publicè dicit. 7. Verr. 104. a

Qui nihil sine aliqua probabili coniectura ac ratione dicunt. Diuin. lib. 2. 12

Multi etiam communes inimici reorum omnium, qui ita semper testimonium de ambitu dicunt. pro Planc. 45. a

Ille sensim dicebat, quod causa prodesset: tu cursim dicis aliena. 2. Philip. 60. a

Dixi ad ea omnia Consules, de quibus retulistis. in Antonium, 205. b

Dixi pro illo de ambitu. 2. ad Q. frat. 11

Qui testimonium de coniuratione dixi in alios. pro Sylla, 62. a

Quod autem, & in Senatu pluribus verbis differui, & dixi in concione, in eo velim fidem meam liberè. epist. 186. b

Quæ dixi necessariò, pluribus verbis egi, vt, &c. pro Cluentio, 52. b

Neque dixi quicquam pro testimonio, nisi quod erat ita notum atque testatum. Att. lib. 1. 11. 3. a. 6. Verr. 38. a

Sed tu istuc dixti bene Latine, parum planè. 2. de Fin. 15. a

Sed quibus sententis dixti, quod & ipsi probarent, lætati sunt tamen me contra Pompeii voluntatem dixisse. Att. lib. 4. 74. 3. a

Senator quæro: ita enim dixisti, & quidem de scripto, &c. literas Bruti rectè & ordine scriptas videri. 10. Philippicarum, 271. a

Et si ea, quæ adhuc dixisti, quanuis ad ætatem rectè isto modo dicerentur. de Finib. 130. b

Non temerè dixit Hortensius ad Quæstorem, Trib. mil. ad Atticum, 216. b

Ad has omnes visiones permulta dixit. Acad. 13. b

Quod ego maximè potui iudicare in ea causa, quam ille contra me apud Centumuiros pro fratribus Cossis dixit. 2. de Orat. 55. a

Quis apud Populum Rom. de illius dignitate industrius: quis Senatui sapius dixit: pro Dom. 218. b

Vt quisque ætate & honore antecederet, ita sententiam dixit ex ordine. 6. Verr. 125. a

Crassus Consul Pontifex maximus, Flacco collega Flamini Martiali multam dixit, si à sacris discessisset. 11. Philippica, 302

Diem mihi (credo) dixerat, multam irrogarat, actionem perduellionis intenderat. pro Mil. 27. a

Metellus pro L. Cotta dixit accusatè Africano. de Clar. 171. b

Acad. q. ed. 1. lib. 2. 18

Cur dixisti testimonium in alios: pro Sylla, 35. a

Qui in illum testimonia graui dixerunt. pro Sylla, a

Qui priore actione ita testimonia grauius, vehementerque dixerunt, vt Artemonem Centuripinum legatum & publicè testem Q. Hortensius accusatorem, non testem esse dixerit. in Verrem, a

Primum ipse in Sicilia sæpe & palàm de loco superiore dixerat, & in sermone multis demonstrat, licere nomen recipere absentis. 4. Verr. 70. a

Opus in acceptum retulit quadriennio post, quàm diem operi dixerat. 3. Verr. 106

Qui anno antè Romæ ius dixerat. pro L. Flacco, 5. a

Et si multa, præsens in præsentem acerbè dixerat & fecerat. Att. lib. 11. 220. 3. a

Doti Valeria omnem suam pecuniam dixerat. pro Flac. 67
Dicam paulo altius. 4. Verr. 12. 7. a
Nihil dicam grauius. 3. ad Q. frat. 14
Disuasimus nos, sed nihil de me: de Scipione dicam libentius. de Amic. 78. a
Valeat, quid enim dicam, propitius si de Nat. d. 1. 87
Dicam enim tibi Catule, non tam doctus, quam expertus. de Orat. 115. b
Dicam quod sentio tamen. Parad. 7
Dicam vt res est. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 8
Dices, Quid postea, si Romæ assiduò fuit: pro Rosc. Amerino, 56. a
Dicit aliquis, Quid ergo tu Epicurum existimabas voluisse? Tusc. 80. a. 6. Verr. 9. a
Dicit is pro testimonio, de missione nauarum, de fame, &c. 7. Verr. 95. a
Ad summam dic M. Tulli, &c. de Orat. 157. b
Dic dic quæso clarius. 3. Verr. 102. a
Dic mihi, Antonius vulne, &c. 15. ad Att. 37
Dic mihi verum. 2. ad Q. frat. 40
Dicat Senator loco. 3. de Leg. 35. Id est, rogatus.
Dicerem de me ipse. 6. familiar. 55. Id est, meipsum laudarem.
Id emptum ita vendidisti, vt aut ius non diceret, aut bonos ciues Romanos euerteret. de Prouinc. Conf. 6. & 8. a
Qui maiore autoritate nihil diceret. Diuin. lib. 1. 106
Fuit nundinatio aliqua, & isti non noua, ne causam diceret. 7. Verr. 8. a
Cum Quintus Metellus causam de pecuniis repetundis diceret. pro Cor. 56. b
Quum surgeret nemo, neque sententiam diceret. 6. Verrinarum, 126. a
Quum ante Gellus Nutricula feditiosorum omnium testimonium diceret. in Vatinius, 2. a
Voluptatem cum summum bonum diceret. lib. 1. de Fin. 21
Quæ cum dixissem, magis vt illum prouocarem, quam vt ipse loquerer. lib. 1. de Finib. 20
Quum testimonium secundum fidem & religionem grauius dixissem. ad Q. frat. lib. 3. 20. 5. a
Quum quidem eo ipso anno contra Seruium Galbam ad populum summa contentione dixisset: quam etiam orationem scriptam reliquit. de Clar. Orat. 39. a
Nisi hi omnes multa ad veritatem admirabilia dixissent. 2. de Leg. 55. a
Alii amentiam mirari, stultitiam alii, &c. cui comperendinato quum tam multi testes dixissent, quicquam illorum veniret in mentem? 3. Verr. a
Si dicam, docere te videar, non rogare. 13. fam. 17
Sic loquitur, vt Coruncanum pontificem maximum te audire dicas. de Nat. d. 1. 81
Vel vt c o s. roget Prætor, vel Dictatorem dicat: quorum neutrum ius est. Att. lib. 10. 188. 2. a
Mos est Syracusis, vt si qua de re ad Senatum referatur, dicat sententiam qui velit, nominatim nemo rogatur. 6. Verrinarum, 124. 2
Idem absens, & de istius scelere, improbitate, audacia testimonium dicat. in Verrem, a
Sed in iudicium veniant, ad stantem iudicem dicant. de Clar. 160. a
Non dixerim facile. 10. fam. 51. in epist. Planci.
Iam vero in bonis Q. Opimi vendendis, quas iste prædas, quam aperte, quam improbe fecerit, longum est dicere. 3. Verr. 111. a
Aliud videtur oratio esse, aliud disputatio: nec idem loqui esse, quod dicere. de Orat. 207. b
Dicere nunquam non ineptum est, nisi cum est necessarium. 1. de Orat. 56
Dicere à scripto. 2. de Inuent. 237
Dicere ad voluntatem alicuius. Læli. 81
Dicere aliquid acius & vehementius. Tusc. q. lib. 4. 44
Dicere aliquid constanter. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 11
Dicere aliquid ex superiore loco. in Verr. 129. b
Dicere aliud atque sentias. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 16

Dicere aperte & clara voce. Tusc. q. lib. 5. 56
Dicere apte, distincte, ornate. Offic. 1. 3
De re priuata apud vnum iudicem dicere. de Opt. 243. b
Dicere audacter & aperte. pro Rosc. Com. 8. a
Dicere bene nemo potest, nisi qui prudenter intelligit. Brutus, 11
Dicere causam apud aliquem. 1. de Finib. 36. a
De ambitu causam dicere. pro Sest. 14. a
De capite suo priore loco causam dicere. pro Quint. 16. a
Quis non pertimescat causam dicere dominos? 7. Ver. 12. a
Iniqua conditione rerum causam dicere. pro Cluent. 75. a
Dicere causas in foro. de Orat. 111. b
Dicere certa. Tusc. q. lib. 1. 16
Dicere contra omnes. lib. 1. de Finib. 2
Dicere contra sensus, contraque perspicuitatem. Academ. q. edit. 1. lib. 2. 90
Dicere copiose & ornate de aliqua re. Tusc. 149. b
Dicere copiose, sapienterque. Offic. 1. 68
Dicere de absentibus, detrahendi causa. Offic. 1. 187
Nam quid ineptus est, quam de dicendo dicere? de Oratore, 94. b
Longum est dicere de Platonis inconstantia. de Natura deorum, 1. 23
Dicere de moribus apud Censores, de criminibus apud iudices. 2. ad Heren. 36
Dicere de aliqua re proposita in vtranque partem. de Claris Orat. 118. b
Dicere de singulis rebus in vtranque partem. de Fin. lib. 5. 9
Dicere de seipso senile est, eique ætati conceditur. Cat. 27. a
Sed materia facilis, in te & in tuos dicta dicere. 2. Phil. 60. a
Dicere diem alicui. Offic. 3. 151. pro Rosc. Amer. 19
Dicere disertè copioseque. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 124
Dicere dotem. pro Cecin. 53
Dicere ea quæ sunt in promptu. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 3
Dicere minora enucleatè. de Finib. lib. 4. 5
Q. Catulū ex inferiore loco iusserat dicere. Att. lib. 2. 39. 5. a
Dicere ex tempore. Orat. 184. b
Quoties ego hunc vidi, quum literam scripserit nullam, magnum numerum optimorum versuum de his ipsis rebus quæ tum agerentur, dicere ex tempore: pro Arch. 13. a
Dicere grauius & copiosissime. Offic. 1. 5
Quod inter nos liceat dicere. de Nat. d. 1. 51. & 2. ad Att. 14
Dicere inuidiosè, eleganter, subtiliter. Academ. quæst. edit. 1. lib. 2. 134
Dicere ius. de Finib. lib. 2. 61
Dicere leges. 5. in Verr. 15
Dicere mendacium alicui. de Pet. Conf. 31
Dicere monstra. Tusc. q. lib. 4. 43
Dicere orationem de scripto. pro Planc. 61
Dicere grandia ornate. de Finib. lib. 4. 5
Dicere polite, apteque. de Finib. lib. 4. 4
Dicere pro reo. de Finib. lib. 4. 19
Dicere suam rationem contra alienam. 2. fam. 3
Demosthenes cum Rho dicere nequiret, exercitatione fecit, vt planissime diceret. de Diuin. 128. b
Dicere omnes Romæ cupierunt, non plurimi ausi sunt, pauci potuerunt. Brut. 94
Dicere Senatui, pro Domo sua, 21. pro, in Senatu, vel apud Senatum.
Dicere sententiam de scripto. ad Att. 56. b
Dicere sententiam in Senatu. Tusc. q. lib. 5. 80. Parad. 1
Dicere sententiosè sine verborum & ordine & modo, infantia est. Orat. 139
Dicere simpliciter breuiterque. Offic. 2. 44
Dicere subtiliter contra aliquem. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 58
Dicere subtiliter magis, quam dilucidè. Tusc. q. lib. 1. 33
Nec temerè dicere, nec astutè reticere. 1. ad Q. frat. 37
Diogenes quidem Cynicus dicere solebat, Harpalum, qui temporibus illis prædo foelix habebatur, contra deos testimonium dicere, quod in illa fortuna tandiu viueret. 3. de Nat. d. 119. a
Dicere falsum testimonium. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 74. & 135
Nunquam post Pop. Romani nomen ab Siculis auditum &

cognitum Agyrinenses, &c. qui nunc contra Prætorum Pop. Rom. magnis iniuriis & magno dolore publicè testimonium dicere cogentur. 5. in Verr. 62. a
Dicere valde vehementer & liberè. 14. ad Att. 1
Verè dicere. 2. de Leg. 5. a
Non dicere visus Antonius, sed vomere. 12. fam. 4
Quauis sphaeram in scenam (vt dicitur) attulerit Ennius, tamen in sphaera fornicis similitudo non potest inesse. 3. de Orat. 89. a
Æsculapius qui primus vulnus obligasse dicitur. de Natura deorum, 71. b
Quartus is est, quem heroicis temporibus Acantho Rhodi peperisse dicitur. 3. de Nat. d. 74. a. De solibus.
Aristæus oliuæ inuentor dicitur. de Nat. 68. b
Dicitur etiam C. Flaminius ad populum valuisse dicendo. de Clar. 169. b
Mercurius qui Argum dicitur interemisse. de Nat. 68. b
Pompeius dicitur valde laborare. epist. 115. b
De hoc homine Verri dicitur, habere cum bona toreumata. in Verr. 208. b
Portenta & flagitia ab vtrisque dicuntur. de Nat. 78. b
Quæ dicuntur quidem, & acuta mihi videntur in vtranque partem & paria. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 124
Distinguunt illud etiam, vt sit libido earum rerum, quæ dicuntur de quodam, aut quibusdam, quæ κατὰ γρημματα dialectici appellant: vt habere diuitias, capere honores. Tusc. q. 213. b
Ita profus, inquam, etsi ea quidè, quæ adhuc dixisti, quauis ad ætatem rectè isto modo dicerentur. 5. de Fin. 47. a
Quid hoc iniquius dicti aut comemorari potest? pro Quintio, 1. b
Non offendebant homines in eo, neque molestè ferebant abesse à foro magistratum, non ius dici, non iudicia fieri. in Verrem, a
De cuius excellentia, multa quidem dici quauis fusè lateque possint. Tusc. q. lib. 4. 46
Vt sententiæ de summa Reip. liberè dici possint. 4. Philip. a
Quid eo miserius dici aut fingi potest? de Fin. lib. 1. 33
Dici non potest quam valde gaudeam. 7. fam. 19
Dici vix potest quam multa sint quæ respondeatis, antè fieri oportere. pro Quint. 32. a
Video enim ab eo dici multa seuerè, multa præclarè. Tusc. quæst. lib. 3. 40
Dici splendè quædam non conuersa de Græcis. lib. 1. de Finib. 5
P. Vatinius cliens ad te venit, qui pro se causam dicit vult. 5. fam. 22. in epist. Vatini.
Dicendum aliquando est. 13. familiar. 3. pro, tandem dicendum est.
Dicendum est igitur mihi ad ea, quæ sunt à te dicta. de Diuinat. 110. b
Audistis ob ius dicendum, Q. Varium dicere, procuratores suos isti centum & triginta millia nummum dedisse. 4. Verr. 83. a
Dicendi ars, pro Rhetorica. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 4
Dicendi assiduitas artem multum iuuat. 1. ad Heren. 2
Dicendi assiduitas audaciam alit. 1. de Inuent. 6
Dicendi calumniam tempus eximere. 4. ad Att. 15
Dicendi copia quid desideret. 1. ad Heren. 1
Dicendi cupiditas quibus rebus alatur, quas fugiat. Brut. 22
Dicendi disciplina mendacium nixa est. 2. de Orat. 17
Dicendi facultas cæteris artibus multo tardius absoluta. Brut. 13
Dicendi facultatis laus. 2. de Orat. 19
Dicendi facultatem veteres Græci sapientiam nominabant. 3. de Orat. 31
Dicendi genus forense. Offic. 1. 5
Dicendi genera tria. Orat. 10
Dicendi genera cur tam varia. 2. de Orat. 51
Dicendi genera singula singulis ætatibus. 2. de Orat. 51
De optimo dicendi genere iudicium M. Bruti à Cicerone diuersum. 15. ad Att. 4
Dicendi opus ex quinque partibus constat. Brut. 113

Dicendi doctrinæ partes tres. Partit. 2
Dicendi ratio tribus ad persuadendum rebus est nixa. 2. de Orat. 63. 70. & 170
Dicendi studium non commune Græciæ, sed proprium Athenarum. Brut. 24
Dicendi certum tempus Pompeia lege constitutum. Brutus, 180
Dicendi vsus in omni pacata & libera ciuitate dominatur. 2. de Orat. 19
Dicendo vincere non postulo. 11. fam. 49. in epist. Matii.
Dicendo, homines vt dicant, efficere. 1. de Orat. 72
Multique in nostra Repub. adolefcentes & apud iudices, & apud Senatum dicendo laudem assecuti sunt. 2. Officiorum, 69. a
Neque nostræ disputationes quicquam aliud agunt, nisi vt in vtranque partem dicendo & audiendo eliciant, & tanquam expriment aliquid, quod aut verum sit, aut ad id quam proximè accedat. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 8. & 99
Vt non modò Græcarum literarum rudes, sed etiam docti aliquantum se arbitrentur adeptos & ad dicendum, & ad iudicandum. 1. Offic. 1. a. Id est, in Oratoria arte & in Philosophia.
Num igitur placet, quum de eloquentia præcipias, aliquid etià de testimoniis dicèdis quasi in arte tradere? de Orat. a
Quod ne dictum quidem fas est. de Vniuers. 7
Qui hoc iudicio partes accusatoris obtinet, contra me sit dicturus. pro Quint. 4. a
Respondebat se ad recuperatores esse dicturum. in Ver. 162. b
Dicens.
Consulem designatum primùm sententiam dicentem. Cælius Cic. a. Hoc est, referentem de re aliqua.
In dicente vitia acius, quam recta videntur. 1. de Orat. 57
Dicentibus à scripto, à sententia, quid agendum. 2. ad Herennium, 45
Dictus.
Nisi ostenderit, illam in tutela Flacci non fuisse. si fuit, quæcunque sine hoc auctore est dicta dos, nulla est. pro L. Flacco, 67. a
Reciteturque oratio, quæ propter eius magnitudinem dicta de scripto est. pro Planc. 61. a
Causa dicta damnati sunt. 7. Verr. a
Mortuus est aculeo iam dimisso ac dicto testimonio. pro Flacco, 32. a
Me Consule sententiæ singulares dictæ sunt, quibus ad hæc diem viximus. in Philip. a
Itaque multa ab eo prudenter disputata, multa breuiter & commodè dicta, memoriæ mandabam. de Amic. 1. a
Res bonas verbis electis grauius, ornateque dictas, quis non legat? lib. 1. de Finib. 7
Dictum.
Acute aut facetè dictum. de Orat. 140. b
Dictum ambiguè. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 83
Catonis est dictum, pedibus compensari pecuniam. pro Flacco, 161. b
Commodè ac breuiter, & acute dictum. de Orat. 140. b
Nullum ne minimum dictum, non modò factum pro Cæfare intercessit, quod ille non ita illustri gratia exceperit, vt ego eum mihi deuinctum putarem. epist. 16. b
Dictum proteruum. de Finib. lib. 2. 41
Vt nostrum est cupidior dicti. pro Planc. 277. b
Audiens dicto. 3. Verr. 62. a
Dictum dicere. pro Planc. 68
Ne quotiescunque potuerit dictum dici, necesse habeamus dicere. de Orat. 131. b
Ob dictum, capite & fortunis oppugnari. epist. 59. b
Dictum perdere. pro Planc. 68
Dicta breuiter & commodè. Læli. 1. ἀποδείματα dicuntur Græcis.
Dicere enim aiūt Ennium, &c. hæc scilicet bona dicta, quæ falsa sunt. nam ea dicta appellantur proprio iam nomine. 2. de Orat. 122. a
Multa multorum facetè dicta, vt ea, quæ à sene Catone sunt collecta, quæ vocant ἀποδείματα. Offic. 21. b
 nn.iii.

Sed materia facilis in te & in tuos dicta dicere. in Ant. 168. b

Ex dictis testium appellari. pro R. P. 124. b

Dictis testium recitatis. pro R. Posth. 127. b

Dicto.

Dictabat se hortulos aliquos emere velle. 3. Offic. 75. a

Si scriberem ipse, longior epistola fuisset: sed dictavi propter lippitudinem. Attic. lib. 7. 132. 9. a

Eodem die epistolam dictavi, & pridie dederam mea manu longiorem. ad Attic. 156. b

Hæc scripsi seu dictavi, apposita secunda mensa. ad Att. 236. b

Hæc inter cœnam Tyroni dictavi. ad Quint. 321. b

Ergo ego ne Tyroni quidem dictavi, qui totas periochas persequi solet, sed Spinteri syllabatim. ad Attic. 213. b

Paruula lippitudine adductus sum, ut dictarem hanc epistolam: & non, ut soleo, ad te ipse scriberem. ad Quint. fr. lib. 2. 6. 1. a. 1. de Finib. 14. a

Qui illis orationem dictauisses. de Finib. lib. 4. 51

Mihi molestior lippitudo erat etiam, quam antè fuerat: dictare tamen hæc epistolam malui, quam, &c. ad Att. 128. b

Non modò Tyroni dictare, sed ne ipse quidem auderem scribere. ad Att. 206. b

Testatur se epistolam sua manu non scripsisse, sed recreandæ vocalæ causa ambulantiem dictasse. Att. lib. 2. 38. 1. a

Dictata.

Dionysius Stoicus multos versus admiscebat orationi, sed is quasi dictata nullo delectu, nulla elegantia. Tusc. 180. b

Ne necesse sit semper quasi dictata decantare, neque à commentariolis suis discedere. 4. de Finib. 17. a

Mea in illum pueri omnes tanquam dictata perdiscant. ad Quint. frat. lib. 3. 17. 16. a

Ista enim à vobis quasi dictata redduntur, quæ Epicurus oscitans hallucinatus est. 1. de Nat. deor. 56

Dictato.

Quem post reditum dictant fracto animo & demisso fuisset. Lentulo, lib. 1. 9. 55. a

Appius in sermonibus antea dictabat: postea dixit etiã in Senatu palam. Lentul. lib. 1. 9. 104. a

Boni viri dictabant. pro Dom. 216. b

Ex numero accepimus eorum qui causas dictitarunt. 2. de Orat. 31. a

Vt hoc iam palam dictitent. 3. Verr. 15. a. & 5. 116. a

Dictio.

Educenda deinde dictio est ex hac domestica exercitatione & vmbatili medium in agmen, in puluerem, in clamorem, in castra, atque aciem forensium. de Clar. Orat. 76. a

Aliud enim laus aut vituperatio, aliud sententiæ dictio, aliud accusatio aut recusatio conficere debet. 2. de Inventione, 130. a

Aut ab aliqua firmissima ratione nostræ dictionis incipimus. de Inuent. 46. b

Itaque cum ante meridiem dictioni operam dedissemus. Tusc. q. lib. 2. 7. hoc est, arti oratoriæ.

Is mihi causæ dictionem denuntiabat. pro Sest. 11. b

Totam causæ meæ dictionem in certas partes diuidam. pro Quint. 6. b

Malim mihi L. Crassi vnam pro M. Curio dictionem, quam castellanos triumphos duos. de Clar. Orat. 138. a

Fatebor equidem in his magis assidue versari hanc nostram dictionem. 1. de Orat. 28. a

Nullum tempus illi vnquam vacabat aut à forèsi dictione, aut à commentatione domestica, aut à scribèdo, aut à cogitando. de Clar. Orat. 47. a

Quæcunque res inciderit, quæ sit dictione explicanda. de Orat. 90. b

Græci seposuerunt à cæteris dictionibus hanc partem dicendi, quæ, &c. de Orat. 86. b

Genus facietiarum cum oratoris dictionibus, tum vrbis sermonibus accommodatum. de Orat. 134. b

Etiã si vehementissimè se in his subitis dictionibus exercuerit. de Orat. 97. b

Dicax.

Quo quidem mihi nihil videtur vrbanius, sed non tam dicax fuit, quam facetus. in Orat. 49. a. de Demosthene.

Quo impunius dicax esset. pro Quint. 2. b

Populum in te dicacem etiam reddidisti. 2. Philip. 85. a

Quam volent in conuiuio faceti, dicaces, nonnunquam etiam ad vinum disertis sint. pro Cæl. 54. a. 2. de Orat. 121. a

Dicacibus hominibus difficile dignitatem suam seruare. 2. de Orat. 122

Dicacitas.

Duo sunt genera facietiarum: alterum æquabiliter in omni sermone fufum, alterum peracutum & breue: Illa à veteribus superior caullatio, hæc altera dicacitas nominata est. 2. de Orat. 120

Dicacitas. acrioris ingenii est: facetiæ, maioris artis. Orat. 49

Scurrilis Oratori dicacitas magnopere fugienda est. 2. de Orat. 135. a

Huic generi orationis aspergentur etiam sales, qui in dicendo mirum quantum valent, quorum duo genera sunt, vnum facietiarum, alterum dicacitatis. in Orat. 48. a

Genere illo moroso, quod etiam sine dicacitate ridetur. ad Attic. 7. b

Dictator.

Rectius magister populi (is enim est dictator) quam Sylla. de Finib. lib. 3. 59

Sylla potuit efficere ab interrege ut dictator diceretur. ad Attic. 151. b

Iter eo die Miloni Lanuuium erat ad Flaminem prodendum, quod erat dictator Lanuuii Milo. pro Mil. 106. b

Ad interregnum comitia adducta, rumor dictatoris iniucundus bonis. ad Quint. frat. 327. b

C. Cæsari dictatori perpetuo M. Antonius consul populi iussu regnum detulit. in Ant. 177. b

Voler Cæsar ut Cofs. roget Prætor, vel dictatorem dicat. ad Atticum, 151. b

Quinto filio negotium dedit Antonius, ut eum dictatorem efficeret. ad Att. 248. b

Dictatorius.

Dictatorius gladius. pro Cluent. 97. a

Dictatura.

Dictaturæ nomen ab Antonio è Rep. sublaturum. 1. Philip. 2

Erat aliqua suspicio dictaturæ, nec ea quidem certa. ad Quint. frat. 316. b

Quod is paucos sibi dies ad dictaturam gerendam addidisset. 2. Offic. 152. a

Alter enim qui in illa dictatura scriba fuerat, in hac fuit Quæstor vrbanus. 2. Offic. 40. a

Dicrotum.

ῥοοαυτη Rhodiorum, & dicrota Mitylenæorum habebam, & aliquid ῥιγροπυ. Att. lib. 5. 19

Nam & ipse Domitius bona planè habet dicrota. Attic. lib. 16. 12. Nauigiorum genus.

Dictamus.

Capras autem in Creta feras, quum essent confixæ venenatis sagittis, herbam quærere, quæ dictamus vocaretur: quam quum gustauissent, sagittas excidere dicunt è corpore. 2. de Nat. deor. 95

Genere tamen, quod ad nos pertineat, & ῥιδαυαλια quamdam, ut versetur inter manus, habeat. Cæl. Cic. lib. 8. 3. 9. a

Didius.

T. Didius ex Macedonia triumphauit. in Pifo. 48

Didia lex. pro Sest. 118. pro Domo sua, 33. & 41. & 5. Philip. 169. & 2. ad Att. 26

ῥε δὲ δὶδωσα. 6. ad Att. 40

Diduco.

Itaque & lumen mutari sæpe volumus, &c. & interualla aut contrahimus, aut diducimus, multaque facimus vsque eò, dum, &c. 4. Acad. 40. a

Nam quum compresserat digitos, pugnumque fecerat, dialecticam aiebat eiusmodi esse: quum autem diduxerat, & manum dilatauerat, palmæ illius similem eloquentiam esse dicebat. in Orat. 61. a

Nubem diducere auris subitis. in Arato, 23. a

Atque hi quidem, &c. in contrarias partes diducuntur. 2. de Inuent. 157. a

Diduci ab aliquo. de Inuent. 61. b. Id est, separari.

Diductus.

Riuus est diducta oratio, non fontibus. 3. de Orat. 14. a

Dies.

Quod dies impetratura est, impetret ratio. 12. ad Att. 12

Quæ non posterior dies acerbiore prior illuxit: ad Octa. 42

In qua primum erat, quod antiquior dies intus fuisset ascripta literis, quam in Cæsaris. ad Quint. frat. lib. 3. 6

Dies brumalis. Diuin. lib. 2. 25

Dies Curia. 1. de Orat. 14

Mihi decessionis dies ῥεπρωσ obrepebat. ad Att. 95. b

Dies deficit, si velim paupertatis causam defendere. Tusc. quæst. lib. 5. 73

Sed dies me deficiet. de Finib. lib. 2. 52

Dies deficiat, si velim numerare. 3. de Nat. d. 60

Delet dies opinionum commenta, naturæ iudicia confirmat. de Nat. d. 2. 4

Cui dies dicta non est. pro Dom. 230. b

Dies foedus & flagitiosus. 3. Philip. 132

Dies funestior. 9. ad Att. 11

Lætissimus dies ciuitati illuxit. Bruto, 15. 10. a

Quis enim iste dies illuxerit, &c. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 64

Dies non modò non leuat luctum hunc, sed etiam auget. 3. ad Att. 11

Dies natalis. de Finib. lib. 2. 84

Dies nullus erat, Antii cum essem, quo die non scirem. ad Attic. 29. b

Dies obrepit. 6. ad Att. 30

Dies præstituta. Tusc. q. lib. 1. 77

Dixit Marcellus à me rogatus: honestè discessimus: producta dies est in quartum Idus Februarii. Q. frat. lib. 2. 7. 1. a

Heri quartus in circo dies ludorum Romanorum fuit, M. Antonius ad populum tulit, ut quintus præterea dies Cæsari tribueretur. in Ant. 181. b

Postridie in Senatu, qui fuit dies Non. Septemb. ad Att. 53. b

Dies stultis quoque mederi solet. 7. fam. 50. Tusc. q. lib. 3. 45

Id est, longinquitas temporis.

Dies solstitialis. Tusc. q. lib. 1. 78

Dies supremus. Tusc. q. lib. 3. 48

Dies diceretur à Prætoribus tertius. de Arusp. respon. 6

Vel vna dies mihi erit vtilis. ad Attic. 105. b

Venit legi dies. ad Att. 64. b

Vnus dies ex præceptis philosophiæ actus, peccanti immortalitati est anteposendus. Tusc. q. lib. 5. 4

Diei noctisque effectrix terra. de Vniuers. 45

Diei noctisque vicissitudo tribuit aliud agendi tempus, aliud quiescendi. 2. de Nat. d. 100

Equites non duros illius diei pœnas. pro Sest. 22. a

Ad 1111. Non. Septemb. dedi, cum ad eam diem, &c. ep. 112. b

Opinor esse in lege, quam ad diem proscriptioes fiant. pro Sext. Ros. 39. b

Multus sermo ad multum diem. ad Att. 206. b

Ad diem pecuniam soluere. Att. lib. 16. 241. 2. a

Cecinna ad constitutam diem tempusque venit. pro Cecinna, 291. b

Nos in Formiano esse volumus vsque ad pridie Nonas Maias: eò si ante eam diem non veneris, Romæ te fortasse videbo. Att. lib. 2. 26. 2. a. & 12. 260. 1. a

Qui paulò ante diem noctemque, Tribunitium nomen horrebant. pro lege Agr. 70. a

Diem non adscribis in epistola. 3. ad Att. 37

Agere diem suum natalem. de Finib. 88. b

Quum ab Epidauro Piræum nau aduectus essem, ibi Marcellum Collegam nostrum conueni, cumque diem ibi consumpsi, ut cum eo essem. Seruius Cic. lib. 4. 12. 2. a

Diem cupiit consumere, neque ei finis factus est. 4. ad Att. 9

Consumere diem altercatione. ep. 3. b

Tullioli tibi diem dat, sponforem appellat. 1. ad Att. 19

Sed quoniam aduersperascit, dabis nobis diem aliquem ut contra ista dicamus. 3. de Nat. d. 137. a

Opus in acceptum reulit quadriennio, postquam diem oport dixerat. 3. Verr. 106

Diem dixisset, ut fecerat: fecissem ut ei statim tertius à Prætoribus dies diceretur. de Ar. 245. b

Si nobis diem Clodius dixerit, tota Italia concurreret. ad Quint. 302. b. pro Rosc. Amer. 19

Nuper Cn. Domitium scimus Decimo Syllano diem dixisse propter vnus hominis Egritomari patrum amici, atque hospitium iniurias. 1. Verr. 37

Diem iudicis differre. 4. in Verr. 26

Diem pecuniæ Idibus Nouemb. esse. 10. ad Att. 16. Sub. soluendæ. Respondit, &c. alios non soluere, aliorum diem nodum esse. Att. lib. 8. 154. a

Vnum quasi comprehendit medium diem fuisse. de Clar. Orat. 172. b

Diem tuum heri puto fuisse. 9. ad Attic. 23. Id est, diem tuæ quartanæ.

Diem dicendo eximere cepit. 2. ad Q. frat. 3

Diem ex die expectabam, ut statuerem, quid esset faciendum. 7. ad Att. 68

In eam diem cadunt numi. 15. ad Att. 39

In diem differre. 13. ad Att. 50

Emerere aliquid in diem. ad Att. 268. b

Quem in diem incurrat tua ἀνῆψε. 7. ad Att. 27

Dii nonnunquam præsentis fraudis pœnas in diem reseruant. pro Cæl. 50. b

Nos in diem viuimus. Tusc. q. lib. 5. 25. & 2. Philip. 91. Id est, tenemus tandiu, atque defendimus aliquid, dum afferat dies aliquid probabilis.

Si Barbarorum est in diem viuere, nostra consilia in sempiternum tempus spectare debent. de Orat. 124. b

Diem natalem reditus mei cura ut in tuis ædibus amoenissimis agam tecum, & cum meis. 3. ad Att. 33

Nullum diem literarum à te desideravi. 12. ad Att. 56

Diem auctionis obire. 13. ad Att. 15

Antonius diem edicti obire neglexit, & ante quartam Calendarum Decembris distulit. in Ant. 187. b

A me nominis, quod inficiatus esset, diem petiuit. pro Q. 50

Diem vnum cum aliquo ponere. 5. fam. 62. Id est, cum aliquo versari spatio vnus diei.

Post diem tertium eius diei. ad Att. 41. b

Cum ego diem in Siciliam inquirendi perexiguam postulassem. in Verr. 97. b

Diem laxius proferre volent. 13. ad Att. 16

Diem proscribere vel edicere. 3. in Verr. 99

Ego diem statuo satis laxam. 6. ad Att. 14

Diem eum videam, cum, &c. 16. ad Att. 28

Quem diem si videro. 14. fam. 2

Quasi verò quicquam interfit, mures diem ac noctem rotentes, scuta an cribra corrosierint. 2. de Diuinat. 87. a

Qui si error stultis extenuetur die. Tuscul. q. lib. 4. 31. Id est, diuturnitate temporis.

Die annua. 12. ad Att. 4

Non æquum est, tempore & die memoriam beneficii definire. Postquam. 18

De die rogare, deinde plus annua postulare. 7. fam. 40

Cum latronibus non solum de die, sed etiam in diem viuere. in Ant. 177. b

Vt ea die manerem in Trebulano. ad Att. 68. b

Ea ipsa die domum ad vespertinum rediit. de Diuin. 101. b

Ex ea die ad hanc diem quæ fecisti in iudicium voco. in Verr. 82. b

Quæ formido illa dies in Ant. 177. b

Socios illa die quæstione liberatos fuisse. de Clar. 172. b

Inclinato iam in post meridianum tempus die. Tusc. quæst. lib. 3. 6

Et ipsa die, qua debilitatur cogitationes & inimicorum & proditorum. lib. 1. fam. 14. pro diuturnitate siue longinquitate temporis.

Mercurius cælo patre, die matre natus. 3. de Nat. 39

Die natali meo, quo vtinam susceptus non essem. 11. ad Atticum, 21

Die tuo natali. 11. fam. 25

Inuitat Caninius postera die familiares suos. Offic. 63. b. in Cat. 105. & 116. b

Multa prima die, cum de ipsa morte quæreremus: non pauca etiam postero, cum ageretur de dolore, sunt dicta de nn. iiii.

morte. Tusc. quæst. 1. 51. b
 Die tuo. 9. ad Att. 3. Hoc est, die accessionis morbi tui.
 Et quodam liberiore, quam solebat, & magis vacuo ab interuentoribus die. Fat. 2
 Equidem credibile non est quantum scribam die. ad Atticum, 213. pro Pomp. 5. b
 Cato concionatus est comitia haberi non futurum, si sibi cum populo dies agendi essent exempti. Q. fr. lib. 2. 21
 Dies complures. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 13
 Vestorio dandi sunt dies. Att. lib. 4. 86. 2. a
 Dies fastorum. Tusc. q. lib. 1. 55
 Dies otiosi. 3. ad Q. frat. 34
 Dies quieti, cælestium feræ nominantur. 2. de Leg. 51
 Dies triginta ad decedendum prouincia, constituti lege Cornelia. 3. fam. 14
 Dies Tusculanenses. 9. fam. 11
 Dierum mistorum opus. 9. ad Att. 58. in epist. Cæsaris.
 Dierum festorum, feriarumque ratio in liberis requiemem habet litium & iurgiorum, in seruis operum & laborum, quas compositio anni conferre debet, & perfectionem operum rusticorum. 2. de Leg. 30
 Ex dierum ratione intellexi. 7. ad Att. 54
 Et noctes & dies. de Nat. 12. b
 Dare dies alicui. ad Att. 3. b
 Dies plerosque deduceret. Acad. q. ed. 1. lib. 1. 33. translatio à filo, quod deduci proprie dicitur.
 Paucos dies habebam reliquos annui muneris. ad Att. 94. b
 Vitium in dies crescit. Top. 216. b
 In dies singulos magis magisque opinio hominum confirmatur. 6. fam. 11
 Dies multos in oppidum ponat. 11. ad Att. 45
 Qui dies totos de officio differunt. Postquam. 207. b
 Quibus eorum animi dies & noctes exedunt. de Fin. 59. b
 Perpotare rotos dies. in Verr. 253. b
 Dies noctesque parentum poenas à consceleratissimis filiis repetant. pro Rosc. Amer. 40. a
 Dies totos sum cum eo, noctisque sæpenumero partem. 16. fam. 28. ex epist. Ciceronis filii.
 Dies & noctes sempiternum dominum timeremus. de Natura deor. 1. 39
 Dies noctesque torqueor. ad Att. 108. b
 O reliquas dies omnes, noctesque, quibus iste, &c. pro Plancio, 280. b
 Diebus breuioribus. 12. ad Att. 51
 Etesiatum diebus Ausser me in Italiam retulit. ad Att. 202. b
 Ex multis diebus, quos in vita celeberrimos lætissimosque tulit. de Amic. 97. b
 Diebus paucis. 7. ad Att. 55. pro, intra dies paucos, vel, paucis abhinc diebus.
 Paucis diebus habebam tabellarios. 5. ad Att. 31
 Diebus x v. absolutæ quatuor tragicæ. 3. ad Q. frat. 31
Dicula.
 Præterea diculam adderem. a
 Commemorat quid olim etiam mali C. Julius fecerit, quana diculam dixerit, nunquam Resp. plus. Att. lib. 5. 55
 Διδικυλισμὸν φιλοσοφῶντων. 7. ad Att. 31
Diurnus.
 Quies diurna & nocturna. 2. de lege Agr. 21. a
 Annum menstruum, diurnum, nocturnum spatium. de Inuent. 51. b
 An censes, &c. me tantos labores diurnos, nocturnosque domi, militiæque suscepturum fuisse, &c. de Senect. 74. a. 1. Tusc. 77. a
Differo.
 Quare omnem hanc disputationem in aduentum tuum differo. Curioni, lib. 2. 1. 7. a
 Quarum cum vna sit, qua mores conformari putantur, differo eam partem, &c. de Finib. 107. b
 Sin autem differs me in tempus aliud, coram tecum loquar. Luceio, 5. 12. 35. a
 Quæ differs, vt mecum coram, expectabo tabellarios. ad Att. 248. b
 Istorum aduentus in vrbes non multum ab hostili expu-

gnatione differt. pro Pomp. 6. b
 Compositio ab utroque differt. Orat. 214. b
 Hoc genus causæ à superiore hoc differt, quod in illo, &c. de Inuent. 37. b
 Qui hoc ab illo differt: vt ille cogatur, &c. pro Cecin. 29. a
 In eo, in quo natura hominis à reliquis animantibus differt. Offic. 19. b
 Nihil inter deum & deum differt. de Nat. 17. b
 Occasio cum tempore hoc differt: nam genere quidè vtunque idem esse intelligitur: verum, &c. de Inuent. 51. b
 Deinde Romæ dies x x. ferè Quintius commoratur: cum cæteris quæ habebat vadimonia differt. pro Quint. 12
 Nihil, aut non ferè multum, differunt ætates vestra, vt illorum. de Clar. Orat. 77. a
 Sed eorum definitiones paulum oppidò inter se differunt. 3. de Finib. 51. a
 Hæc, quæ dico, cogitatione quidem inter se differunt, re vero copulata sunt. Tusc. 214. b
 Oratores non generibus inter se, sed facultatibus differunt. de Opt. 143. b
 A perfecto qui absunt, non genere differunt, vt ab Actio Terentius, sed in eodem non sunt pares. de Opt. 143. b
 Sed hoc differunt, quod, &c. Orat. 202. b
 Rhetorica & dialectica hoc differunt inter se, quod hæc, &c. Orat. 207. b
 Itaque & illi Theopompus, Ephorus, Phylisius, Naucræ, multique alii naturis differunt: voluntate autem similes sunt inter sese. 2. de Orat. 53. a
 Virtutes omnes similes artium reliquarum, materia tantum ad meliorem partem & tractatione differunt. de Fin. 107. b
 Multa alia sunt quæ inter locum & locum differunt. de Fato, 141. b
 Quanquam enim vocabula propè idem valere videantur: tamen quia res differebant, nomina rerum distare voluerunt. in Top. 17. a
 Alii tempus differebant, alii, &c. de Prouinc. 74. b. de Fin. lib. 4. 1. 8. Philip. 249
 Peripatetici, Academicique, qui re consentientes, vocabulis differebant. de Finib. 4. 4
 Antonius diem edicti obire neglexit, & ante diem quartum Calendarum Decembris distulit. 3. Philip. 137. a
 In posterum inquit diem distulit. pro Dom. 147. b
 Seruilius rogatus rem distulit. epist. 153. b
 Distulimus omnino sermonem in posterum. ad Atticum, lib. 8. 205. 7. a
 Eodemque etiam illa differemus. de Nat. 63. b
 In hominem ire cupiebam: non mehercule vt differre cum eo vadimonium, &c. Att. lib. 2. 21
 Ipsi magnopere author fui, ne differret tempus petitionis suæ. ad Att. 279. b
 Cum ille tempus differret, virgula stantem circumscribit. in Ant. 218. b
 Poetæ quæstionem attulerunt, quidnam esset illud, quo ipsi differrent ab oratoribus. Orat. 203. b
 Quasi verò paulum differat ager Campanus & Stellatis. contra Rull. 83. b
 Mirabile est, quum plurimum in faciendo intersit inter doctum & rudem, quam non multum differat in iudicando. 3. de Orat. 108. a
 Est autem qui differat in omni ratione habenda inter iustitiam & verecundiam. Offic. 20. b
 At vide quid differat inter opinionem meam & tuam. in Verr. 64. b
 Cum genere idem sit, sit aliud, quod quadam parte & specie differat. de Inuent. 51. b
 Ea res, quam ego dico, & ea quam tu fecisti, inter se genere iniuriæ, non magnitudine pecuniæ differat. 5. Verr. 176. a
 Deinde quid res cum re differat, demonstrabitur, vt non idem videatur de vtraque existimari oportere. 2. de Inventione, 234. a
 Hæc est vna res prorsus, vt non multum differat inter summos & mediocres viros. Offic. 39. b
 Rem comouisti noua disputatione dignam, quam in aliud

tempus differamus. de Orat. 193. b
 Sed quid inter se differant, dicendum est. Top. 223. b
 Sed cætera (vt scribis) præsentis sermoni referentur: hoc tamen non queo differre. Q. fratri, lib. 2. 9. 3. a
 Differre plurimum à bestiis. 2. de Finib. 75. a
 Atque Aristonius est explosa sententia, dicentis nihil differre aliud ab alio, nec esse res villas præter virtutes, inter quas quicquam omnino interesset. de Finib. 116. b
 Differre aliquid in aliud tempus. Cat. 1. Tusc. q. lib. 4. 65
 Differre consilium in longinquum tempus. ad Att. 154. b
 Aliqua inter se magnitudine, & quasi gradibus, non genere differre. de Nat. 5. b
 Differre diem iudicis. 4. in Verr. 26
 Differre nominibus, congruere rebus. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 16. & 1. 12
 Differre quotidie ac procrastinare aliquam rem. pro S. R. 22. b
 Differre rem in diem tertium. ad Att. 217. b
 Vt ista re aliquid cum aliqua ex parte differre videatur. pro Cecin. 292. b
 Quod etiam si verbo differre videatur, re tamen est vnum, & idem in omnibus causis valebit. pro Cecin. 296. b
 Statuit tamen à vobis in tanta atrocitate temporis non differre vestitu. 8. Philip. 255. a
 Differre vim doloris in posterum. in Verr. 92. b
 Tua fraus, tuum maleficiū, tuum scelus illud est, te id, quod promulgasses misericordiæ nomine, ad crudelitatis tempus distulisse. in Vatinius, 22. a
 Cum ego te hac noua lege videam eodem die accusatori respondere, & tribus horis perorare, in hac me causa dilaturum putas. de Finib. 106. b
 Venit tempus ita maturum, vt differri iam hora non possit. in Ant. 209. b
Differens.
 Etenim ratio, qua vna præstamus beluis, &c. certè est communis, doctrina differens, discendi quidem facultate par. 1. de Leg. 44. a
 Aliquid ab indisertis re plus, quam opinione differens. Orat. 203. b
 Aristotelem & Theophrastum cum illis congruentes re, genere docedi paulum differetes secuti sunt. 1. de Leg. 55. a
 Partes generis communione quadam similes, specie autem differentes. de Orat. 100. b
 Quoniam igitur inquit, tantum natura à natura distat, quid mirum est, has dissimilitudines ex differentibus causis esse factas. de Fato, 13. a
Differentia.
 Qualis autè differentia sit honesti & decori, facilius intelligi, quam explanari potest. Offic. 19. b
 Ita fit vt, quanta differentia est in principiis naturalibus, tanta sit in finibus bonorum malorumque dissimilitudo. 5. de Finib. 31. a
 Quod videretur esse quædam in visis differentia. 4. Academicarum, 199. a
 Atque hæc differentia naturarum tantam habet vim, vt, &c. Offic. 22. b
 Differentia principii ab insinuatione. 1. ad Heren. 11
 Qui nullam differentiam rerum esse duxerunt. de Fin. 96. b
 A differentia argumentum. Topic. 8
Dilatus.
 Vereor ne in breue tempus dilata sit abs te perniciēs. ad Attic. 285. b
 Res ab iis à Calend. Iun. dilata est ad 11. Nonarum Iun. ad Attic. 63. b
 Res in posterum dilata est, Clodius in Quirinaliâ produxit diem. ad Q. frat. 318. b. epist. 151. b
 Nec totiens dilata res esset. de Prouinc. 71. b
 Bonam sermonis partem in alium diem esse dilata. de Orat. 110. b
 Quasi metueret ne Petilius priuato illo iudicio transacto, aut dilato, cum cæteris in consiliū reuenteretur. 4. Ver. 53. a
 Comitiam in v. 1. Calend. Sextilis dilata sunt. ad Att. 13. b
 Si ea, quo die dixi sententiã, perfecta essent, & non in diem ex die dilata. Brut. 90. b

Dilatio.

Dilatio comitorum. Att. lib. 2. 30. 2. a. pro Leg. Manil. 1. a
 Quæ est igitur expectatio, aut quæ minima dilatio temporis? Philip. 124. a
Difficilis.
 Difficilis causa. 4. ad Att. 14
 Difficilis res & inexplicabilis. 8. ad Att. 12
 Difficilis, & multum sæpe quæsitã res. 3. de Leg. 48. a
 Nec fuisse ei graue, nec difficile, eam causam excipere, quã aduersarii proferant. de Inuent. a
 Quod scire vis qua quisque in te fide sit, & voluntate, difficile dictu est. Lentul. lib. 1. 7. 4. a. Tusc. q. lib. 2. 15
 Etsi difficile est, tamen imperarem mihi. 11. ad Att. 50
 Vt difficile sit de temeritate eorum, perinde vt causa postulat, dicere. 4. Acad. 62. a
 Difficile factu est, me id sentire quod tu velis. de Nat. b
 Difficile fieri quid dicitur. 2. de Inuent. 147
 Difficile mare & magnum. 16. fam. 11
 Parentem habere auarum, illepidum, in liberos
 Difficilem, qui te nec amet, nec studeat tui. 3. de Nat. d. 102. ex quodam poeta.
 Intelligi quam scopuloso difficilique loco verser. in Verrem, 60. b
 Dicam Attice, & versabor in re difficili, ac multum, & sæpe quæsitã. de Leg. 190. b
 Exercitum difficili Reip. tempore conficere. pro Pomp. 15. b
 Res difficiles ad iudicandum. ad Att. 142. b
 Arduæ & difficiles res. 2. de Inuent. 142. a
 Contortæ res & difficiles. 1. de Orat. 130. a
 Difficiles & obscuræ res. 1. Offic. 29. a
 Moderati enim nec difficiles senes. de Senect. 7. a
 Vt vsque eò difficiles ac morosi simus. in Orat. 56. a
 Hæc ferè dicere habui de natura deorum, non vt eam tollerem, sed vt intelligeretis quàm esset obscura, & quàm difficile explicatus haberet. 3. de Nat. d. 136. a
 Siqui difficiliore erunt. 13. fam. 45. pro, litigiosiores.
 Quo scire plura & difficiliora videatur. de Leg. 179. b
 Difficilis est ad eloquendum, sed satis erit intelligi. 1. Of. a
 Sed quo difficilius, hoc præclarior. Offic. 13. b
 Nihil difficilius facio. 14. famil. 4. Id est, cum maiori molestia.
 Difficilius vti literis. 12. ad Att. 14
 Difficiliore conditione dissoluere. pro Quint. 11
 Difficillimum Reip. tempus. 5. Philip. 190
 Difficillimum tempus solutionis. pro Cecin. 8
 Difficillima tempora. 10. fam. 10
Difficultas.
 Difficultas annonæ, summaque inopia rei frumctariæ. pro Domo sua, 10
 Domestica difficultas ac turpitudine. 1. in Catil. 10
 Sed difficultas, laborque discendi disertam negligentiam reddidit. de Diuin. 112. b
 Ea difficultas induxit imperitos in errorem, &c. de Natura deor. 2. 32
 Incredibilis magnitudo & difficultas rei. 1. de Orat. 9. a
 Difficultas pecuniaria. 10. ad Att. 46
 Non rei solum magna utilitas est, sed præcipiendi quoque summa difficultas. de Inuent. 52. b
 In vtraque enim re summa difficultas erit, summus animi dolor. Att. lib. 8. 147. 8. a
 Si fecit, num tanta difficultas cum rei nummarie tenuerit, &c. 6. Verr. 9. a
 Difficultas vecturæ. in Verr. 91. b
 Hæc est vna difficultas in toto tuo imperio. 1. ad Q. frat. 24
 Prospicio quantum in agendo difficultatis, & quantum laboris sit habitura. pro Cluent. 1. a
 Afferre difficultatem magnam voluntati ac diligentia alius. Q. fratri, lib. 1. 24
 Præsto fuit multis, multorum stultitiam perpeffus est, arrogantiã pertulit, difficultatem exorbuit. pro Mur. 17
 De nomine tu videbis cum Cuspio: sed si Plancus destinatum haberes difficultatem. Att. lib. 13. 287. 5. a
 Nihil enim constitui potest, quod non incurrat in magnam

aliquam difficultatem. Sulp. lib. 4. 5
 Ut enim quisque optime dicit, ita maxime dicendi difficultatem, variisque euentus orationis, hominumque pertimescit. 1. de Orat. 59. a
 Propter nauigandi difficultatem. Orat. 91. b
 Propter magnitudinem rerum ac difficultatem. in Ver. 61. b
 Summa in difficultate nauium. in Verr. 2. 46. b
 Et simul ostendit, se in summa difficultate esse nummaria.

4. Verr. 49
 Qua difficultate, tu arbitrare. 11. fam. 18. in epist. D. Bruti.
 Dum antea verbis vitur suis, delabatur in eas difficultates. de Fato, 57. a

Quæ fieri sine summa difficultate non possunt. Top. 229. b
 Tot, tantisque difficultatibus affectus atque afflictus, &c. pro Quintio, 5. & 13. fam. 14

Quod tum recentibus suis officiis, integra re, nullis Pop. R. difficultatibus, a maioribus nostris fœdere assequi non poterunt: id nunc, &c. a C. Verre pretio assecuti sunt. 7. Verrinarum, 41. a

Quiritis eundem in cæterorum periculis haberemus animum, quem in nostris difficultatibus, &c. Anteq. 19. 4. b
 Multis difficultatibus obstructa omnis cognitio. Academ. quæst. edit. 1. lib. 2. 7

Difficile.

Difficile autem fieri, quod quamquam laboris, sumptus, molestiæ, longinquitatis indiget, &c. 2. de Inuent. 2. 47. a
 Difficillime factu est, a diis ortis fidem non habere. de Vniuers. 101. b

Difficiliter, siue Difficiliter.

Cur non etiam ut valde verisimile: cur deinde non ut difficiliter a vero internoscatur? 4. Acad. 91. a

Quomodo autem sumis, ut siquid, cui simile esse possit, sequatur, ut etiam difficiliter internosci possit? 4. Acad. a
 Atque in his omnibus quid difficiliter fieri, & quid facile fieri possit, oportet considerare. de Inuent. 83. b

Diffido.

De Othone diffido, fortasse quia cupio. Att. lib. 12. 257. 1. a
 Diffido me posse in hac causa consistere. pro Quint. 14. b
 Parthos times, quod diffidis copiis nostris. epist. 23. b
 Videtne tu illum tristem, demissum iacet, diffidit, abiecit hastas. pro Murena, 42. a

Qui diffidit (bonis suis), beatus esse qui potest? Tusc. quæst. lib. 5. 30

Si ille Dictator factus sit, penè diffidit. 3. ad Quint. frat. 36
 Et de nobis diffidimus. ad Herennium, 1. a

Qui autem diffidet perpetuitati bonorum suorum, timeat necesse est, ne aliquando amissis illis sit miser. 2. de Finibus, 138. a

Non tamen ut ei respondere posse diffiderem. 4. Acad. 116. a
 Ut rem posse confici non diffiderem. Q. frat. lib. 1. 1. 1. a

Diffiderem otio. 12. fam. 1. Id est, de otio ipem abiicerem.
 Is certè potius qui sibi alia ratione diffideret, quam is qui omni ratione consideret. pro Cluent. 30. b

Sed hanc eloquentiam, quæ cursu magno, sonituque ferretur, quam suspicerent omnes, quam admirarentur, quam se assequi posse diffiderent. in Orat. 52. a

Eudem ita grauius æger fuit, ut omnes medici diffiderent. ad Quint. frat. 290. b

Experiri id quod te assequi posse diffidas. Acad. 97. b
 Te Cicero rogo atque hortor, ne defatigare, neu diffidas semper in præsentibus malis prohibendis. Brutus Ciceroni, 16. 17. a

At diffidat (bonis suis) necesse est, qui bona diuidit tripartito. Tusc. q. lib. 5. 30

Sibi, ac suis diffidere fortunis. Antequam iret in exil. 7. a
 Diffidere ingeniis. pro Rosc. Amer. 49. a

Plura me ad te de hac re scribere pudet, ne videar prudentiæ tuæ diffidere. Sulpit. ad Ciceronem, lib. 4. 5. 21. a

Huic incipio sententiæ diffidere. Tusc. q. lib. 5. 2
 Inuenire se posse quod cuperent, diffisi sunt. 4. Acad. 15. a

Sed homines diffisi sunt sibi ipsi. de Prouinc. 77. b

Diffidens.

Desperans & diffidens rebus suis. in Pison. 98. b

Nihil affirmabo, quæram omnia, dubitans plerunque, & mihi ipse diffidens. 2. de Diuin. 12. a

Aliquem fugientem excipere, diffidentem rebus suis confirmare, afflictu erigere, perditum recreare. pro Pomp. 8. b
 Diffidenter.

Altera tantummodo consuetudinis causa timide, & diffidenter attingere ratione beneficii criminum. pro Cluentio, 1. a

Diffidentia.

Quod genus fidentiarum contrarium est diffidentia, & ea re vitium est. 2. de Inuent. 2. 43. a

Et si fidentia, id est firma animi confisio, scientia quædam est & opinio grauis, non temerè assentiens, metus quoque est diffidentia expectati & impendentis mali. 4. Tuscul. 130. a

Diffusus.

Diffusus fidei alicuius. 2. Verr. 10. a
 Fatebor enim Cato me quoque in adolescentia diffusum ingenio meo, quæsisse adiumenta doctrinæ. pro Mur. 58. a

Diffindo.

Hanc igitur omnem coniunctionem duplicem, in longitudinem diffidit, mediæque accommodans mediam, quasi decussauit. de Vniuers. 31

Diffissum saxum. 1. de Diuinat. 47. a

Diffinitio.

Singulasque res diffinimus, circumscripenteque complectimur. 2. de Nat. d. 111

Et omnia quæ fiunt, ex omni æternitate diffinita dicis esse fataliter. Diuin. lib. 2. 14

Diffiteor.

Itaque nunquam diffitebor, multa me, ut ad effectum horum consiliorum peruenirem, & simulasse inuitum, & dissimulasse cum dolore. 10. fam. 16. in epist. Planci.

Diffluo.

Omnia quæ dilapsa diffluxerunt, seueris legibus vincienda sunt. pro Marcello, 14. a

Atque etiam si considerare volumus, quæ sit in natura excellentia & dignitas, intelligemus quàm sit turpe diffluere luxuria, & delicatè ac molliter viuere: quàmque honestum, parè, continenter, seuerè, sobriè. 1. Offic. 149

Diffluens.

Fluuium extra ripas diffluentem coercere. de Clar. 19. 4. b
 Illi nati in literis, ardentisque his studiis, otio diffluentes, non modò nihil acquisierint, sed ne relictum quidem & traditum & suum conseruauerint. 3. de Orat. 72. a

Diffugio.

Diffugiunt qui sunt, metu oblato. epist. 2. 41. b
 Omnes metu perterriti repente diffugiunt. in Ant. 181. b
 Diffugerunt enim permulti, id quod ostendam. 5. Verr. 35. a
 Aut qui periculo mortis diffugissent. Offic. 3. 136

Ministros partim amissis gladiis, partim ereptis diffugisse. pro Dom. 12. 4. b

Diffundo.

Aqua se diffundit admixto calore liquefacta & dilapsa. de Nat. deor. 2. 19

Deinde tepesactum vapore & complexu suo, diffundit & elicit herbescentem ex eo viriditatem. de Senect. 47. a

Dii vin suam longè lateque diffundunt. 1. de Diuin. 134. a

Sanguis per venas in omne corpus diffunditur. de Nat. 54. b

Neque enim sunt isti audiendi, qui virtutem duram & quasi ferream esse quandam volunt: quæ quidem est tum multis in rebus, tum in amicitia tenera atque tractabilis, ut ex bonis amici quasi diffundatur, & in commodis contrahatur. de Amic. 45

Late diffundi. de Orat. 10. b

Diffusus.

Color diffusus sanguine. 3. de Nat. d. 110. a
 Diffusus error longè, lateque. 2. de Finib. 182. a

Numerus optimatum late & variè diffusus est. pro Sest. 23. b
 Hæc beneuolentia tam late longèque diffusa. de Leg. 162. b

Pompeii late longèque diffusa laus. pro Cor. 57. b

Platanus ad opacandum aliquem locum patulis diffusa ramis. de Orat. 87. b

Est enim heri nobis ille hoc Catule pollicitus, se ius ciuile, quod nunc diffusum & dissipatum est, in certa genera coarcturum. 2. de Orat. 78. a

Quibus vinu diffusum è pleno sit œnophoro. 2. de Fin. 40. a
 Sed diem efficit toto cælo luce diffusa. de Nat. d. 45. b

Dithyrambi membra & pedes sunt in omni locupleti oratione diffusa. de Orat. 161. b

Quæ ignota quondam omnibus & diffusa late videbantur. de Orat. 100. b

Diffuse.

Enumeratio est per quam res dispersæ & diffuse dicuntur, vnu in locum coguntur. 1. de Inuent. 105. a

Diffusius & latius dicere aliquid. Tusc. q. lib. 3. 18

Digamma.

Deli tuum digamma videram. ad Att. 14. 4. b

Digero.

Numeros & modos & partes argumentandi confuse & permixte dispersimus: post discretè & electè in genus quodque causæ quid cuique conueniat, ex hac copia digere. 1. de Inuent. 66. a

Habeo & istius & patris eius accepti tabulas omnes, quas diligentissimè legi atque digessi. 3. Verr. 40. a

Demetrium & ex Rep. Athenis, quam optimè digesserat, & ex doctrina nobilem & clarum, &c. pro Rab. Posth. 14. a

Facias ut mea mandata digeras, persequare, conficias. ad Quint. frat. lib. 2. 32

Stomachus concaluit, ut digerat multa cruda facilius. ad Att. 65. b

Digerere ius ciuile in genera. 1. de Orat. 94. a. in Part. 40. a

Digestus.

Nulli fuerunt qui illa artificiosè digesta generatim componerent. 1. de Orat. 92. a

Nomina in codicem accepti & expensi digesta habere. pro Rosc. Comædo, 5. a

Digestio.

Digestio, figura dicendi. 3. de Orat. 114

Adesse in Senatu iussit ad xiiii. Calend. Octobris. Ipse interea decem & septem dies, ut digestio potius, quam declamatio videretur, de me in Tyburtino Scipionis declamauit, situm quærens. 5. Philip. 177. a

Digitus.

Mihi certum est ab honestissima sententiâ digitorum nusquam. Attic. lib. 7. 20. & 4. Acad. 106. a

Oculos de isto nusquam deicere, neque ab argento digitorum discedere. 6. Verr. 29

Sed ut monstrarem tantum viam, & ut fieri solet, digitorum ad fontes intenderem. 1. de Orat. 102

Ne digitorum quidem eius causa porrigendum esse dicebant. de Finib. lib. 3. 45

Digitum proferre. pro Cecin. 52

Quibus non concessis digitorum progredi non possunt. Academic. q. ed. 1. lib. 2. 107

Itaque renuntiat Rabonius illam decisionem tutoribus: accurrunt tamen ad tempus tutores: digitorum tollit Iunius patruus. 3. Verr. 99. Digitorum tollit, id est, significat sese redemptorem.

Digito Crassi, vis animi eius significabatur. 2. de Orat. 101

Digito liceri. 5. in Verr. 21

Digitorum contractio facilis, facilisque porrectio. 2. de Natura deor. 113

Digitorum percussione hæres scriptus. Offic. 3. 99

Quum paulum digitos constrinxerat. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 122

Extendere digitos, manumque extendere aduersam. de Finib. 36. b

Si digitos tuos noui, certè habes subductum. 5. ad Att. 54

Equidem multos & vidi in hac ciuitate, & audiui, non modò qui primoribus labris gustassent genus hoc vitæ, & extremis (ut dicitur) digitis attigissent: sed, &c. pro M. Cælio, 20

Si digitis concreperit. Offic. 3. 99. Id est, leuissimo momento. prouerbialis locutio.

Digitis peccata sua dimetiri. Parad. 31

Nam cum extensis digitis aduersam manum ostenderat, &c.

Academic. quæst. edit. 1. lib. 2. 133

Digladior.

Digladientur illi per me licet. Tusc. 219. b
 C. verò Gracchus ruinis & emissitiis, quas ipse se proiecisit in forum dixit, quibus digladiarentur inter se ciues, nonne, &c. 3. de Leg. 30. a. 1. Offic. 42. a

Dignus.

Dignus est qui aliquando imperet, is qui modestè paret. 3. de Legib. 3

Ne vnus modò Consularis, quod tum accidit, dignus illo honore, dignus Rep. inueniretur. 1. Philip. 10. a

Quo nomine dignus est nemo, nisi qui tati honoris nomen potest sustinere. in Ant. 210. b

Qui moror dignus in tanta calamitate potest? pro Q. 17. b
 Non potest qui dignus habetur patronus consularium, indignus consulatu putari. de Pet. 205. b

Dignus quicum in tenebris mices. Offic. 3. 102

Deiotarus sæpe Senatu, Reguli nomine, dignus existimatus est. de Ar. 251. b

Ex te natus, teque dignus est. 12. fam. 31. in epist. Lentuli.

Quem nos, & quia tuus, & quia te dignus est filius, & quia nos diligit, semperque dilexit, in primis amamus, charumque habemus. Lentul. lib. 1. 7. 37. a

Dignus te nimis viderere. 12. fam. 58

Tum omnis liberalis, & digna homine liberali ab eo percepta doctrina. 4. Acad. 1. a

Præclara volūtas, atque omni laude digna. pro Dom. 100. a

Venit tempus Quiritis serius omnino, quàm dignum Romano fuit. 6. Philip. 216. a

Dum perducerem eò rem, ut dignum aliquid & Consulatu meo, & vestra expectatione efficerem. Plancus Ciceroni, lib. 10. 7. 4. a

Quod non decorum est, nec diis dignum. de Diuin. 104. b

Certè laudat, & vnum esse in hac ciuitate dignu huius imperii gloria dicit, & significat se illi amicissimum esse. de Arusp. resp. 48. a

Quid docto homine & amico dignum fuerit. ad Att. 114. b

Id est, quid docto homini conueniens fuerit.

Omnes qui aliquid de ingeniis poterant iudicare, cognatione atque hospitio dignum existimauerunt. pro Arch. 3. a

Quum hoc non recusares, quin hi, a quibus dicebare Consul, te luce dignum non putarent, nisi nequior quàm Gabinius extitisses. in Pison. 2. a

Præbere se dignum maioribus suis. Thermo, lib. 2. 17. 4. a

2. de Finib. 101. a. 2. de Orat. 158. a. 3. Philip. 141. a

Vel quia totum negotium non est dignum viribus nostris, quia maiora in Repub. onera sustinere & possim & solem. epist. 2. 4. b

Res est idonea de qua quaratur, & homines digni quibuscum differatur. Acad. 5. b

Digni honore cum ignominia dignis non erant comparandi. 12. fam. 64

Malo digni multi, sicut ipse. 3. Philip. 139

Digni te propinqui. 12. fam. 22. in epist. Cassii.

Ista quæ vos dicitis, vix digna sunt lucubratione anicularum. de Nat. d. 1. 67

Qui illa non modò cura, sed ne memoria quidem digna ducant. Diuin. lib. 2. 97

Quæ quidem digna statuisset, in quibus elaborarent. Tuscul. q. lib. 1. 1

Dignos habuerit, in quos tanta libertate verborum incurreret. 12. fam. 40. in epist. Trebonii.

Nunc tantum disputo de iure populi: qui & potest, & solet nonnunquam dignos præterire. pro Planc. 5

Philippus vir auo, patre, maioribusque suis dignissimus. in Ant. 188. b

Dignissimus iusto odio. de Finib. lib. 1. 26

Dignissima tuæ virtutis cura. 8. ad Att. 57. in epist. Balbi.

Dignissimum est autoritate & prudentia vestra Iudices, in audiendo diligentiâ non minus religioni tribuere quàm voluptati. 5. Verr. 9. a

Obscuro te Cicero, suscipe curam & cogitationem dignissimam tuæ virtutis, ut, &c. Att. lib. 8. 168. 1. a



Dignissima autem dona habetur, & formæ ab vno pictore, vno absolutæ die. de Leg. 179. b

Dignè.

Neque enim omnium iudicio, malim me à te commendari, quam ipse tuo iudicio, dignè ac mereor, commendatus esse. 12. fam. 22

Nunquam igitur fatis laudari dignè poterit philosophia. de Senect. 2. a

 Tantum boni à diis immortalibus oblatum & datum. pro Lege Manil. 35. a
 Et tamen ab illo apertè, rectè, quicquid est datum, libenter accipi. ad Att. 9. b
 Ne legi quidem quicquam per Tribunal pleb. laxamenti datum est. pro Cluent. 71. a
 Ego planè vellem me arbitrum inter antiquam Academiam & Zenonem datum. 1. de Leg. 80. a
 Non M. Attilium, qui ad supplicium est profectus, vt fidem hosti datam conseruarem. de Senect. 68. a. 2. de Finib. 102. a. 1. Offic. 61. a
 Ferebat grauius illam sibi ab isto prouinciam datam. 6. Verr. 46. a
 Datum 1111. Idus Iunii. Terentia, lib. 14. a
 Datum pridie Idus Iunii. ad Tironem, lib. 16. 10. 10. a
 Datum ad 1111. Non. Octob. Thesalonica. epist. 134. b
 Hoc tantum boni quod à diis immortalibus oblatum & datum est. pro Pomp. 13. b
 Ne Marco quidem Seio vitio datum est, quod in caritate ad se modium populo dedit. 2. Offic. 85. a
 Ad sepulturam corpus vitrici sui negant à me datum. 2. Philip. 41. a
 Alterum Consulatum à Rep. ne data quidem occasione repulimus. ad Att. lib. 7. 136. 3. a
 Data opera parauit. 8. fam. 1. in epist. Cælii.
 Apud amicos multa deposita, multa aliis data atque donata. 6. Verr. 31. a
 Accepi literas tuas Coreyræ datas. epist. 58. b
 Itaque vt comperi legatos, & c. atque huic esse ad Catilinam datas literas, & c. 3. in Catil. 51. a
 Accepi literas tuas datas Placentia. ad Quint. frat. lib. 2. 16. 1. a
 Datum.
 Hoc quidem est nimis exigue & exiliter ad calcios vocare amicitiam, vt par sit ratio acceptorum & datorum. de Amic. 52. a
 Datio.
 Cuius iudicium legumque datio, captorum agrorum ipsius virtute cognitio tollitur. pro Leg. Agr. 63. a
 Doceo.
 Docilem autem non quum pollicor me demonstraturum, sed tum quum doceo & explano. 2. de Orat. 45. a
 Quamobrem vos hoc doceo Sulpicii, vt in dicendo irasci, vt dolere possitis, & c. de Orat. 126. b
 Optimus est enim Orator, qui dicendo animos audientium & docet, & delectat, & permouet. Docere, debitum est: delectare, honorarium: permouere, necessarium. de Opt. gen. Orat. 142. a
 Tyrannio docet apud me. 2. ad Q. frat. 13. id est, domi meæ.
 Docet me eiusmodi rem & factum simul Sex. Næuii, quod si solum proferretur, satis esse deberet. pro Quint. 14. b
 Altera quæ docet & explanat quid faciendum fugiendumque sit. Offic. 20. b
 Neque solum viui atque præsentis studiosos discendi erudiunt atque docent, sed hoc idem etiam post mortem monumentis literarum assequuntur. 1. Offic. 218. a. 2. de Diuin. 7. a
 Docui literis, hoc fieri non posse. ad Att. 257. b
 Quis enim de isto genere non docuit, non instituit, non etiam scriptum reliquit. 3. de Orat. 82. a
 Iam inuideo magistro tuo, qui te tanta mercede, quantam iam proferam, nihil sapere docuit. 2. Philip. 35. a
 Deinde nos idem iste Mithridates docuit, id quod certè calamitate docti memoria retinere debemus. pro Pomp. 7. b
 Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicen. 9. fam. 53
 Docebo hæc omnia esse vera. 5. Verr. 103. a

Et docebo sus (vt autem) oratorem eum, quem quum **Catulus** nuper addidit, &c. 2. de Orat. 129. a
Aut si qua est ars salis, eam tu nos potissimum docebis. pro **Quinto.** Rab. 49. de Orat. 128. b
 Nihil arbitror fore quod reprehendas: si qua erunt, doce me. ad Att. 128. b
Sed ut doceri nullum possit in his saltem tacere rebus, in quibus de se & suis factis taceri vellet. de Leg. Agr. a
Quid nunc te sine literas doceam non opus est verbis, sed iustibus. in Pis. 57
Anne eas quidem vires senectuti relinquimus, vt adolefcntulos doceat, iustitias, ad omne officii munus instruat. de Senectute. 26. a
Equidem soleo dare operam, vt de sua quisque se me ipse doceat. de Orat. 128. b
Producam etiam Cossanos municipales illis ac necessarios, qui te nunc sero doceant. 7. Verr. 119. a
In quo cum doceret eos, qui, &c. Orat. 100. b
De rationibus prouinciarum quid vellem fieri, vt tu vos doceret & commonefaceret. Metellus Ciceroni. lib. 5. 3. a
Ne literas quidem vllas accepi, quz me docerent quid ageres, aut vbi te visurus essem. Appio Pulchro, lib. 3. 6. 15. a
Conciliare, docere, mouere. de Orat. 119. b
Docere, tradere, inculcare. Orat. 95. b
Docere an habeat dignitatem. Orat. 20
Erudire atque docere aliquem. Offic. 31. b
Docere aliquem de re aliqua. pro Rosc. Amer. 67
Docere, delectare, permouere animos audiendum. de Opt. 23. 4. b
Docere argumentis & rationibus. Diuin. lib. 2. 21
Quid est enim aut tam arrogans, quam de religione, de rebus diuinis, caeremoniis, sacris, Pontificum collegium docere conari. pro Domo sua, 26. a
Docere de diuendo ac partiendo. lib. 1. de Fin. 16
Docere fabulam. Tusc. q. lib. 4. 51
Docere iudicem de iniuriis suis. 6. Verr. 101. a
Docere atque erudire iuuentutem. de Diuin. 109. b
Docere mercede. de Orat. 95. b
Auctoritas eorum qui se docere profitentur. de Nat. d. 1. 8
Aperitis doceri. 3. Offic. 19. a
Doceri de aliqua re. de Clar. 182. b
Vsq; adeo autem ille pertimuerat, vt mori mallet, quam de his rebus Syllam doceri. pro. S. R. 15
An sum etiam nunc vel Græce loqui, vel Latine docendus? de Fin. lib. 2. 12
Aut docendus is est, aut dedocendus, aut reprimendus, aut incitandus, &c. 2. de Orat. 40. a
Docendi iuris ciuilis ars quædam est, quam qui ignorant, sæpe quod positum est in vna cognitione, dispartuntur id in infinita. 2. de Leg. 45
Tradere artem docendi. pro Flac.
Vtendû est enim docendi causa verbo minus vtitato. Tusc. q. lib. 4. 13
Iureconsulti ignorantia docendi (nam non solum scire aliquid artis est, sed quædam etiam ars docendi) quod positum est in vna cognitione, &c. de Leg. 179. b
Ad docendum se dare. Brut. 169
Vir instituendo docendoque prudens. de Clar. 194. b
Natura impellimur, vt prodesse velimus quamplurimis, in primisque docendo, rationibusque prudentiæ tradendis, &c. de Fin. 104. b

Doctus.

Dicam enim tibi Catule, non tam doctus, quam (id quod est maius) expertus. de Orat. 115. b
Doctus ad legem. pro Milo. 7
Ex disciplina Stoicorum doctus. de claris Orat. 48. a
Doctus & perturbatus homo. 2. de Orat. 15. a
M. Gratidius doctus Græcis literis. de Clar. 179. b
Literarum Græcarum doctus. 1. Offic. 3. a
Doctus re. 13. fam. 28
Simonidem arbitror (nô enim poeta solum suavis, verum etiam cæteroque doctus sapiensque traditur) quia, &c. 1. de Nat. d. 42

Cens humana atque docti. 1. de Diuin. 2. & 3. a
Quid mihi nunc vos, inquit Crassus, tanquam alicui Graculo otioso & loquaci, & fortasse docto atque erudito quæstionculam, de qua meo arbitrio loquar, ponitis. de Orat. 51. a
Veniunt enim qui me audiunt, quasi doctrinam hominem quia paulo sim, quam ipsi, doctior. 9. fam. 47
Sed proxime scripti de optimo genere dicendi, in quo sæpe suspicatus sum te a iudicio nostro, sic solitari, vt docti hominem a non indocto, paululum distindere. Cornificio, lib. 11. 17. 3. a
Nec me angustibus de dâ, quibus etiam constitus, nisi his resistentibus, rursus indignis docto homine voluptariabus. 2. Offic. 3. a
Itaque cum sint docti a peritis, facile desistant a sententia. 3. Offic. 19. a
Est enim hæc iudices non scripta, sed nata lex; & c. ad quam non docti, sed facti non infirmati, sed imbuti sumus. pro Milone, 7. a
Docti exemplis domesticis. de Nat. d. 1. 6
Minus docti. Acad. q. ed. lib. 1. 6. pro indocto.
Magnam adiumentum attulimus hominibus nostris, vt nô modo Græcarum literarum rudes, sed etiam docti, aliquantum se arbuerentur ad aptos & ad dicendum & ad iudicandum. 1. Offic. 3. a
Doctorem atque prudentiam reprehensio. in Orat. 1. a
Ita & doctis eloquentia popularis, & disertis elegans doctrina fuit. in Orat. 7. a
Hæc apud doctos semidoctus percurro. de Orat. 12. 4. b
In quo nunquam fuit populo cum doctis intelligentibusque dissensio. de claris Orat. 98. a
Antiquissimum è doctis genus poetarum. Tusc. 148. b
Adolescentes humanissimi & doctissimi, recensimus studeis atque artibus præditi. pro Cælio, 17. a
Ea quæ scribo, neque ab indoctissimis neque ab doctissimis legi vellem. de Orat. 111. b

Docte.
Docte & perite facere. in Salust. 1. a
Tu ad te ludibunda doctè & delicatè detulit. 3. de Orat. 111. a
Nihil mihi tam deesse scito, quam quicum hæc familiariter doctè que rideam. 11. fam. 44

Docilis.
Docilis ad aliquam disciplinam. 7. fam. 38
Docilis auditor quomodo fiat. 1. de Inuent. 33
Docilis est is, qui attentè vult audire. ad Heren. 1. 6
Docilem, non cum polliceor me demonstraturum, sed cum doceo & explano. de Orat. 116. b
Iubent enim exordiri ita, vt eum qui audiet, beneuolum nobis faciamus, & docilem & attentum. 2. de Orat. 45. b
O medicum suauem, meque docilem ad hanc disciplinam. ad Trebatium, lib. 7. 21. 5. a
Dehinc ad hanc eneruatam, muliebremque sententiam factus docilem se Epicurus præbuit. 2. Tusc. 123. a

Docilitas.
Prioris generis est docilitas, memoria, quas virtutes qui habent, ingeniosi vocantur. de Fin. 133. b
Si perfectio genere humanæ docilitatis atque ingenii, dissipatos vnum in locum congregauerunt. pro Sest. 12. b

Doctrina.
Præcipit ratio atque doctrina. 2. de Orat. 60. a
Doctrina dicendi in tres partes distributa est. Part. 230. b
Doctrina ea quæ vel vitiosissimam naturam excolere possit. 1. ad Q. frat. 5
Doctrina nihil primum inuenit. 3. ad Heren. 131
Nam & si à prima ætate me omnis ars & doctrina liberalis, & maxime Philosophia delectauit, & c. Sulpitio, lib. 4. 4. 14. a. de Fin. lib. 5. 6. & Tusc. q. lib. 2. 25
Doctrina liberalis & digna homine nobili. Acad. lib. 2. 1
Doctrina mediocris. lib. 1. de Fin. 6
Doctrina non moderata nec mitis, sed paulo asperior & durior, quam aut veritas aut natura patitur. pro Mur. 55. a
Rerum honestarum doctrina. 1. Offic. 109. a
Subtilior doctrina. 2. de Orat. 142. a

Ab aliis rerum, ab aliis verborum doctrina quæritur. in Orat. 9. a
Doctrina vetus, eadem & rectè faciendi & bene viuendi magistris. 3. de Orat. 32
Ego quoque in adolescentia diffusio ingenio meo, quæstui adiumenta doctrinæ. pro Mur. 58. a
Doctrinæ fructus percipere. 9. fam. 11
Doctrinæ possessio, oratoris est. 3. de Ora. 67. aliàs, professio. Ingenii & doctrinæ princeps Plato. Q. frat. lib. 1. 1. 43. a
Studium doctrinæ atque humanitatis. pro Cæli. 42. b
Studia doctrinæ nunquam intermittere. in Orat. 19. a. pro Rosc. Amer. 26. a
Doctrinæ quanta vis. 3. de Orat. 78
Eiusmodi definitio genere ipso doctrinam redolet, exercitationemque penè puerilem. 2. de Orat. 60. a
Doctrinam fumere. pro Sest. 103. pro, docendum suscipere. Tradere doctrinam aliquam. 1. de Orat. 104. a
Doctrina quæ bona sunt, meliora fieri possunt. 1. de Orat. 57
A doctrina mediocriter instructus. Brut. 125
Quod si indocta cõsuetudo tam est opifex suauitatis, quid ab ipsa tandem arte & doctrina postulari putamus? Orat. 112. b
Doctrina & ingenii abundare. 3. de Orat. 34. a
Res quæ doctrina aliqua continentur. Orat. 110. b
Homo omni doctrina eruditus. lib. 1. de Fin. 11
Doctrina atque optimarum artium studiis eruditi. 1. ad Q. frat. 17
Exquisita doctrina, summisque ingenii philosophi. 1. de Fin. 1
In doctrina atque arte multo plus esse præditi, quam in natura. 3. ad Heren. 130
An tu existimas aut suppetere nobis posse quod quotidie dicamus in tanta varietate rerû, nisi animos nostros doctrina excolamus? aut ferre animos tantam posse contentionem, nisi eos doctrina eadè relaxemus? pro Archia, 8. a
Educatione doctrinæque puerili liberaliter institui. 3. de Orat. 69. a
Omni doctrina & virtute ornatissimus homo. 5. in Verr. 176. a
Summatim percipi sine doctrina potest ius ciuile. 1. de Orat. 131. a
Etiam illud adiungo, sapius ad laudem atque virtutem, naturam sine doctrina, quam sine natura valuisse doctrinæ. pro Archia, a
**Hæc non aliqua mihi doctrina tradita sunt, sed, & c. de Orat. 102. b
 Doctrinarum notæ in sermone Ciceronis.** Orat. 81
Studiosus doctrinarum omnium. Sulpitio, lib. 4. 3. 11. a
Malis studiis, malisque doctrinis repente totas ciuitates euerteteret. 2. de Leg. 63. a
Græcis doctrinis erudiri. de claris Orat. 126. a
Vellem equidem doctrinis fuisset instructor. lib. 1. de Fin. 20
Qui in artium studiis liberalissimis sunt doctrinisque versati. de Orat. 85. b

Documentum.
Homo omnium scelerum flagitiorumque documentum. pro Domo sua, 96. Id est, sceleratissimus.
Virtutis, antiquitatis, & prudentiæ documentum. pro Rab. Posth. 17. a
Ex quo nimirum documentum nos capere fortuna voluit, quod esset victis extimescendum. 11. Philip. 292. a
Et in posterum documentum stauerem, nequis talem amentiam veller imitari. ad Brut. 15. 15. a
Habeat me ipsum sibi documento, quem Equestri ortum loco Consullem videt. pro Leg. Agr. 17. a
Iam ab adolescentia dederas documenta maxima, quam contemneres populares infanias. pro Mil. 105. b

Doctor.
Doctor alicuius disciplinæ. de Orat. 19. b
Sed à Stoicis vel principibus eius disciplinæ, Posidonii doctor, discipulus Antipatri degenerauit Panætius. 1. de Diuin. 11. a

Doctor sapientiæ. Offic. 1. b
Autoritas doctoris summa. 1. Offic. 1. a
Libri iuris ciuilis quæquam plurimi sunt, doctorem tamen lumênque desiderant. 7. fam. 36
Iudicem me esse, non doctorem volo. Orat. 107. b
Cum Cleanthe doctore suo. 4. Acad. 258. a
Artifices dicendi & doctores, Græci. 1. de Orat. 13. a
Neque disuncti doctores, sed iidem erant viuendi præceptores atque dicendi. 3. de Orat. 32. a
De qua nihil rhetorici isti doctores in præceptis suis reliquissent. 1. de Orat. 43. a

Dochimus.
Dochimus autem è quinque syllabis, breui, duabus longis, breui, longa: vt est hoc, amî cõs tènës. in Orat. 127

Docimus.
Docimus, C. Verris familiaris. 5. in Verr. 66

Dodona.
Aut à Dodona oraculum petebant. de Diuin. 100. b
Dodonæus.
Dodonæa quercus. 2. ad Att. 15
Dodonæum oraculum. de Diuin. 80. b
Cum oraculum à Ioue Dodonæo petiisset. de Diuin. 96. b

Dodrans.
Q. Frater, qui Argiletani ædificii reliquum dodrâtem emit, & c. Att. lib. 1. 9. 11. a

Dogma.
Sentitis enim iam hoc me dogma dicere. 4. Tusc. a
Scelus enim dicebas esse Luculle, dogma prodere. de Finib. 33. b
Vt prouerbia nonnulla veriora sint, quam vestra dogmata. de Fin. 86. b
Sapientiæ verò quid futurum est? quæ neque de seipsa dubitare debet, neque de suis decretis, quæ philosophi vocant dogmata: & c. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 27

Dolabella.
Cn. Dolabella, C. Verris Quæstoris & Legati sui testimonio oppressus. 3. in Verr. 29
Cn. Dolabella Prætor. pro Quint. 15
Cn. Dolabella ex Macedonia triumphauit. in Pifo. 35
Dolabella, Appii Claudii accusator. 8. fam. 13. in epist. Cælii.
Dolabella exclusus ab Antiochia, & in oppugnando malè acceptus. 12. fam. 28. in epist. Lentuli.
Dolabella à Tullio & Deiotaro cæsus fugatusque. ad Brut. 16. in epist. Bruti.
Dolabella emptus pecunia. 16. ad Att. 37
Dolabella nefariè Trebonio occiso Asiã occupauit. 12. fam. 19. in epist. Cassii.
Dolabellæ classis à Lentulo dissipata. 12. fam. 25
Dolabellæ classis à Lentulo fugata. 12. fam. 36
Dolabellæ crudelitas in C. Trebonium. 11. Philip. 292
Dolabellæ fuga ab Antiochia. 12. fam. 37
Dolabellæ laus. 9. fam. 27. & tota epist.
De Dolabellæ laudibus deruam cumulum. 16. ad Att. 28
Cum autem Dolabellæ venit in mentem, paulum respiro. 7. ad Att. 44. 2. fam. 24. & 26
Dolabellæ opera Trebatius à Cæsare restitutus. 6. fam. 38
Dolabellam quinque cohortes misisse in Cherronesum. ad Brut. 1
Hircium ego & Dolabellam dicendi discipulos habeo, cœnandi magistros. 9. fam. 39
Dixit Seruilius etiam de Vridio, & vt Cassius Dolabellam persequeretur. ad Brut. 12
Conferre vitam Trebonii cum Dolabella. 11. Philip. 295

Dolatus, vide Dolo.
Dolens, Dolenter, Doleo, vide Dolor.
Δολιχὸν πλοῦν ἑρμαιότες, hemistichium Homericum. 16. ad Att. 16

Dolium.
Num igitur qui hoc sentiat, si is potare velit, de dolio sibi hauriendum putet? de claris Orat. 159. a

Dolo.
Quis robur illud cecidit? quis dolauit. de Diuin. 126. b
Dolare orationem. 2. de Orat. 29

Dolare opus aliquod. 2. de Orat. 29. a
Nō enim est ē saxo sculptus, aut ē robore dolatus. 4. Acad.
180. a. pro homine, qui nullis rebus mouetur.

Dolor.

Mortalis nemo est, quem non attingat dolor morbusque. Tusc. q. lib. 3. 50. ex Euripide.
Dolor, est ægritudo crucians. Tusc. q. lib. 4. 15
Dolor, est motus asper in corpore à sensibus alienus. Tusc. quæst. lib. 2. 31
Dolor, est omne id quo offendimur. de Fin. lib. 1. 29
Dolor, res tristis est sine dubio, aspera, amara, inimica natura, ad patiendū tolerandūque difficilis. Tusc. q. lib. 2. 14
Dolor esse videtur acerrimus virtuti aduersarius: is ardētes faces intentat: is fortitudinem, magnitudinem animi, patientiam se debilitaturum minatur. Tusc. q. lib. 5. 56, & 57
Dolor malum sit, necne. Tusc. q. lib. 2. 10
Nec tam quærendum, dolor malūne sit, quā firmandus animus ad dolorem ferendum. Tusc. q. lib. 2. 26
Dolor aut non est malum, aut etiam, si quicquid asperum, alienūque à natura sit, id appellari placeat malum: tantulum tamen est, vt à virtute ita obruatur, vt nusquam appareat. Tusc. q. lib. 2. 56
Pericula, labores, dolor etiam. lib. 1. de Fin. 19
Dolor & labor finitima sunt, sed tamen differunt aliquid. Tusc. q. lib. 2. 30
Dolor & risus in re eadem. pro Domo sua, 80
Dolor si deponi potest, etiam non suscipi potest. Tusc. quæst. lib. 3. 56
Dolor qui abest longius à summi luctus acerbitate. 5. fa. 43
Accidit alicui dolor. 6. Verr. 119. a
Animi quidam dolor homines aliquando effert ad gloriā in refutandis maledictis improborum. in Ant. 247. b
Est omnino vix consolabilis dolor: tanta est omnium rerū amissio, & desperatio recuperandi. Sulpitio, lib. 4. 3. 7. a
Aut nulla virtus est, aut contemnendus est omnis dolor. Tusc. q. lib. 2. 28
Dolor aliquis corporis, aut infirmitas valetudinis. 7. fam. 1
Itaque & dolor corporis, cuius est morsus acerrimus, perferitur spe propostia boni. Tusc. q. lib. 3. 51
Dolor decessionis. in Piso. 70
Omnis voluptas assumenda est, omnis dolor depellendus. lib. 1. de Fin. 26
Dolor diuturnus, inquit Epicurus, plus habet lætitiæ, quā molestiæ. Tusc. q. lib. 2. 39
Dolor rursus emergit. 9. ad Att. 15
Dolor exarsit. 2. ad Q. frat. 8
Dolor, malorum omnium extremum, iuxta Epicurū. Tusc. quæst. lib. 2. 14
Sensim enim & pedetentim progrediens extenuatur dolor. Tusc. q. lib. 3. 47
Dolor per se fugiendus, Epicuro. de Fin. lib. 1. 24
Dolor intestinus. 4. fam. 15. in epist. Ser. Sulpitii.
Dolor intolerabilis. Tusc. q. lib. 1. 100
Dolor inueteratus. Tusc. q. lib. 3. 31
Dolor in longinquitate leuis, in grauitate breuis. de Finib. lib. 1. 32
Dolor meus mihi omnes partes mētis ademisset. 3. ad Att. 7
Dolor meus tuis fuisset dolori. 7. fam. 7
Dolor meus incurfabit in te. 12. ad Att. 55
Dolor meus non modò minuitur, cum focium sibi adiungit dolorem tuum, sed etiam augetur. 11. ad Att. 9
Dolor municipalis. 7. ad Att. 39
Nullus dolor est, quem non longinquitas temporis minuat atque molliat. Sulpitius Ciceroni, lib. 4. 19
Sed omnis dolor est, quod, & c. ad Q. frat. 305. b
Dolor officiosus. Tusc. q. lib. 3. 59
Dolor opprimitur patientia. Tusc. q. lib. 2. 29
Pungit dolor, vel fodiat fane. Tusc. q. lib. 2. 30
Quarum rerum dolor eò grauior est, quò culpa maior. 11. ad Att. 24
Amittenda igitur fortitudo est, aut sepeliendus dolor. Tusc. q. lib. 2. 29
Dolor in Oratore significandus. 2. de Orat. 101

Dolor apud me plurimum solet valere. 8. fam. 49. in epist. Cælii.
Summus dolor quem in tuis rebus capio. epist. 50. b
Dolor summus, quo nihil sit superius: breuis, quo nihil breuius. Tusc. q. lib. 2. 39
In vtraque enim re summa difficultas erit, summus animi dolor. ad Att. lib. 8. 147. 8. a
Dolor tuus, humanus is quidem, sed magnopere moderandus. 12. ad Att. 12
Dolor vincit omnem consolationem. 12. ad Att. 15, 16
Dolor virilis. 11. ad Att. 47
Doloris atque indignitatis causa. 8. fam. 49. in epist. Cælii.
Doloris magnitudo vim quandam nobis dicendi dedit. 4. ad Att. 7
Doloris medicinam à philosophia peto. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 8
Morsus doloris acer. 2. Tusc. q. 92. a
Doloris obliuionem exiguum à literis capere. 5. fam. 43
Doloris partes suscipere. pro Sest. 2
Doloris mei periculum. 12. ad Att. 15
Illi, in quem dicitur damnatio, omne ignominie periculum iam abstulerit, mors verò etiam doloris. pro Cluent. 7. a
Quid esset iracundia, seruorūne mentis, ac cupiditas puniendi doloris: de Orat. 203. b
Doloris præteriti secura recordatio delectationem habet. 5. fam. 31
Doloris remedia non sunt ab eo quærenda, qui dolere malorum omnium maximum dixerit. Tusc. q. lib. 2. 40
Sensu doloris carere. Bruto, 9. 2. a
Doloris suscipiendi plures sunt causæ. Tusc. q. lib. 3. 61
Dolori non voluptas contraria, sed doloris priuatio. de Fin. lib. 2. 26
Est mihi dolori hæreditas. 14. fam. 14
Homini in iuria tui stupri illata in ipsos, dolori nō fuit. in Ant. 152. b
Dolori esse. de Arusp. resp. 40
Dolori & iracundiæ pareat omni animi impetu. 2. ad Att. 54
Sed ego in hac sententia dicenda non parebo dolori meo, nec iracundiæ seruiam. de Prou. 1. a
Sed opprimor interdum, & vix resisto dolori. 5. fam. 49
Tamen aliquam dolori meo veniam tribueretis. de Prou. Conf. 79. b
Abiicere omnem dolorem. 11. ad Att. 42
Dolorem omnem abstergebo. 2. ad Q. frat. 24
Existimare vos hoc volo, mirum quendam dolorem accedere iis, ex quorum vrbibus hæc auferantur. in Ver. 231. b
Quod dolorem accipit, id accipiat etiam interitum necesse est. 3. de Nat. d. 22
Dolorem hunc accepi in ea voluptate. 15. fam. 51
Accipiam equidem dolorem, illum mihi irasci. ad Att. 85. b
Dolorem accipere ex re aliqua. 1. Phil. 10. 6. ad Att. 7
Accipere magnum & incredibilem dolorem. pro Domo sua, 74. a
Hoc vno incommodo addito, quid ad dolorem adiungi potuit: Sulpitius Ciceroni, lib. 4. 5. a
Nihil mihi ad dolorem acerbius accidere poterat. de Or. 127. b
Ad dolorem placidè & sedatè ferendum plurimum proficit toto pectore, vt dicitur, cogitare, quā id honestum sit. Tusc. q. lib. 2. 50
Ad dolorem mihi omnia sunt intolerabilia. 11. ad Att. 28
Ad dolorem nouum obduruisset animus diuturna desperatione rerum. 2. fam. 28
Quid est autem quod plus valeat ad ponendum dolorem, quā cum est intellectum, nihil profici, & frustra esse susceptum? Tusc. q. lib. 3. 56
Ad dolorem omnes & metus & ægritudines referuntur. de Fin. lib. 1. 33
Aristippi est, ad voluptatem & dolorem quæ fugiamus, quæque sequamur, referri omnia. lib. 1. de Fin. 17
Dolorem & laborem Græci vno nomine appellant (nempe *noion*) Tusc. q. lib. 2. 31
Dolorem aspernari, vt summum malum, & quantum possit, à se repellere. lib. 1. de Fin. 23

Dolore augeo comemorando, & facio etiā tibi. 11. ad Att. 18
Dolorem augeo retractando. 8. ad Att. 24
Dolorem augeo oculi. 6. fam. 1
Hoc loco vides me augere tuum dolorem, quem consolando leuare debeam. 6. fam. 11
Dolorem animi in sapientem cadere. Læli. 44
Nec eum dolorem, quem à Repub. capio, domus iam consolari potest. Sulpitio, lib. 4. 6. 10. a
Opinione omnium maiorem animo cepi dolorem. de Clar. 165. b
Minimum enim dolorem capiet, qui illam non videbit. pro Cæli. 25. a
Hæ res magnum & acerbum dolorem commouēt, mulierculis præsertim. in Verr. 210. b
Ego dolorem & inimicitias meas Reip. cōcessi. de Pro. 78. b
Dolorem alicui dare. 7. ad Att. 43
Dolorem summum malum non dubitauit dicere Socraticus Aristippus. Tusc. q. lib. 2. 11
Recordatione effugio, quæ quasi morsu quodam dolorem efficiunt. 12. ad Att. 19
Si voluptas dolorem effectura sit. Tusc. 246. b
Quam porro quis ignominiam, quam turpitudinem non pertulerit, vt effugiat dolorem, si id summum malum esse decreuerit? Tusc. q. lib. 2. 12
Dolorem hunc mihi eripe, aut minue saltem aut consolatione aut consilio. 9. ad Att. 15
Dolorem non esse summum malum. de Fin. lib. 2. 85
Exhaurire alicui vniuersum dolorem. 5. fam. 45
Dolorem ob id ipsum, quia dolor sit, seipsum esse fugiendum, putat Epicurus. Tusc. q. lib. 5. 69
Voluptatem etiam & per se expetendam esse, & dolorem ipsum per se esse fugiendum. lib. 1. de Fin. 24
Nulla enim remedia quæ vulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, quā quæ sunt salutaria. Octauio, 40
Dolorem frangere. 12. Philip. 333
Dolorem suum gauisos. 8. fam. 40. in epist. Cælii. 70
At habet magnum dolorem, vnde cum honore decesseris, eodem cum ignominia reuertis. pro Mur. 145. b
Vidi enim, & illum hausi dolorem vel acerbissimum in vita. pro Cæli. 50. b
Dolorem suum alicui impertire. 2. ad Att. 59
Inurere alicui dolorem quā acerbissimum. 11. Philip. 317. a
Inter dolorem & laborem est quædam similitudo: consuetudo enim laborum perpeffionem dolorum efficiet faciliorem. Tusc. q. lib. 2. 31
Dolorem leuat communis quasi legis & humanæ conditionis recordatio. 6. fam. 25
Dolorem meum minuis hoc ipso, quod vt minuas, tam valde laboras. 11. ad Att. 14
Vt omittam dolorem, quem optimus quisque pro patria & pro suis suscipit. de Fin. 53. b
Ille facillè dolorem corporis patiebatur. in Verr. 258. b
Hunc dolorem perpeti malui, quā, & c. pro Sest. 14. b
Quid percipit & quid iudicat, quo aut petat, aut fugiat aliquid præter voluptatem aut dolorem? lib. 1. de Fin. 24
Dolorem suum punire. pro Milo. 26
Sed ipsum etiam dolorem nescio quo pacto mitiorem reddidit. Tusc. q. lib. 2. 47
Et eorum dolorem, qui lugebāt suos, oratione refricabam. de Orat. 127. b
Ne scindam dolorem meum. 3. ad Att. 21. id est, quasi refricando augeam.
Dolorem nostrum, & nostra causa susceptum, modicè ferre debemus, ne nosmetipsos amare videamur. Tusc. q. lib. 1. 100. & 1. de Fin. 37. a
Vt perpetuum dolorem auulsus à meis sustinerem. pro Domo sua, 242. b
Quod huic officium, quæ laus, quod decus erit tanti, quod adipisci cum dolore corporis velit, qui dolorem summum malum esse sibi persuaferit? Tusc. q. lib. 2. 12
Dolorem tenere. 12. ad Att. 49
Tanto plus apud me valere beneficii gratiam, quā iniuriæ dolorem volo. ad Att. lib. 9. 180. 2. a

Aberratio à dolore. 12. ad Att. 49
Afficior summo dolore, eiusmodi tempora, & c. epist. 4. b
Non angor, sed ardeo dolore. 2. ad Att. 49
Vehementer esse sollicitum, & in communibus miseriis, præcipuo quodam dolore angere. Sulpitio, lib. 4. 3. 1. a
Causa grauis, & cum aliquo animi & iuris dolore coniuncta. de Arusp. resp. 254. b
Cū summo dolore diuelli ab aliquibus. pro Dom. sua, 76. a
De luctu & dolore. ad Att. 45. b
Cædem à vobis liberisque vestris, vastitatem, incendia, rapinas meo dolore luctuque depuli. pro Sestio, 41. a
Voluptas quædam percipitur omni dolore detracta. lib. 1. de Fin. 29
Dolore disrumpor. 7. ad Att. 41
Quanto fuerim dolore meministi, in quo, & c. epist. 81. b
Quo dolore esse debeo. 4. ad Att. 22
Me ex dolore, errore mentis affici. 3. ad Att. 18
Ex dolore inimicorū victor ages triūphū iustissimū. 5. fa. 35
Magno in dolore sum, vel mærore potius, quæ accepimus ex crudeli morte Trebonii. 11. Philip. 288
Si in dolore summum malum est, sit, vt omnino nemo possit esse beatus. Tusc. q. lib. 2. 12
In dolore hoc maximè est prouidendum, ne quid abiecit, ne quid timide, ne quid ignauè, ne quid seruiliter muliebriter faciamus. Tusc. q. lib. 2. 48
Aliquem in voluptate esse aut in dolore. de Fin. 56. b
Dolore intolerabili lacerari. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 24
Faciam vt in medio dolore ac deſyderio mei læteris. ad Q. frat. 315. b
Stam in dolore meo *συνυπαγομαι* fuisse. 4. ad Att. 34
Da cæteris amicis & familiaribus, qui tuo dolore mærent. 4. fam. 19. in epist. Ser. Sulpitii.
Quom priuamur dolore, ipsa liberatione & vacuitate omnis molestiæ gaudemus. lib. 1. de Fin. 29
Vt labore & dolore magnam aliquam quærat voluptatem. lib. 1. de Fin. 25
Mirificè torqueor, sine dolore tamen. 15. ad Att. 41
Huic autem, pro quo dicitur, nihil possit offensionis accedere sine acerbissimo animi sensu ac dolore. pro Clu. 7. a
Summo meo dolore & deſyderio. 3. ad Q. frat. 6
Dolore animi sim tardior. 15. ad Att. 18. id est, propter dolorem
Dolores acerbissimi. Tusc. q. lib. 5. 21
Cæteri dolores mitigantur vetustate. ad Att. 45. b
Dolores graues corporis. Tusc. q. lib. 4. 31
Dolores intolerabiles. Tusc. q. lib. 5. 2
Dolores magni & longinqui. de Fin. 2. 78
Dolores longinquitate producti. Tusc. q. lib. 5. 84
Dolores suscipiantur maiorum dolorum effugiendorum gratia. lib. 1. de Fin. 29
Dolorum maximorum cruciatu confectus. 11. ad Att. 23
Cuius in sermone & suauitate omnes curas doloresque deponebam. epist. 51. b
Quos dolores, quas molestias excepturi sint. lib. 1. de Fin. 26
Dolores meos quasi fouebam. 12. ad Att. 20
Teretia magnos articulorū dolores habet. ad Att. lib. 1. 3. 6. a
Quantquam proprios dolores suarum rerum omnes habebant, tamen huius ciuitatis miseriis non poterant non commoueri. in Ant. 217. b
Mihi hæc conditio consulatus data est, vt omnes acerbitates, omnes dolores, cruciatuque perferrem. in Cat. 118. b
Qui, etsi quom remiserant dolores pedum, non deerat in causis, tamen id non sæpe faciebat. de claris Orat. 67. a
In doloribus animi sunt qui solitudines captent. Tusc. 3. 53
Qui complures annos doloribus podagræ crucientur maximis. Tusc. q. lib. 2. 40
Sic vrgētibus asperis & odiosis doloribus, & c. Tusc. quæst. lib. 2. 57
Doloribus totius corporis oppressus. 9. fam. 27
Reiciendis voluptatibus maiores alias consequatur: aut perferendis doloribus asperiores repellat. lib. 1. de Fin. 27
Doleo.
Doleo, quia doles & angere. 5. fam. 40. in epist. Luceii,
Doleo dolorem tuum. epist. 1. 22. b

Equidem doleo, me non tuis literis certior fieri. ad Att. 92. b
 Pompeius, cuius ego vicem doleo. ad Att. 118. b
 Curionis & Pauli meorum familiarium vicem doleo. ad Att. 92
 Cui placet, obliuiscitur, cui dolet, meminit. pro Mur. 134. b
 Quis bonus non luget mortem Trebonii? quis non dolet interitum talis & cuius & viri? 12. Philip. 336. a
 Dolet mihi, quod tu nunc stomacharis. ad Brut. 56. in epist. Bruti.
 Nam qui dolet rebus alicuius aduersis, idem etiam alicuius secundis dolet. Tusc. q. lib. 3. 18
 Si id dolemus, quod eo iam frui nobis non licet, nostrum est id malum. ad Brut. 165. b
 Non enim omnia quæ dolemus, eadem iure queri possumus. pro Flacco, 45. a
 Nosque malo solatio, sed nonnullo tamen consolamur, quod ipsius vicem minimè dolemus. ad Att. 58. b
 Quid ergo illud quod Alcibiades dolebat, non ex animi malis vitis que constabat. Tusc. q. 207. b
 Cum varices secabantur C. Mario, dolebat: quum æstu magno ducebat agmen, laborabat. Tusc. q. lib. 2. 31
 Dolus in eius literis. 3. ad Q. frat. 12
 Doluisti ex me. 16. fam. 27. ex epist. Ciceronis filii. Id est, tibi fui doloris causa.
 Quis tum non ingemuit, quis non doluit Reip. casum? in Vatinius, 24. a
 Qui ex omnibus maximè Dionis mortem doluit. pro Cælio, 42. b
 Nemo ingemuit, nihil cuiquam doluit, nemo est questus, nemo Rempub. implorauit, nemo supplicauit. de Orat. 104. b
 Qui omnem meum casum luctumque doluerunt. pro Sestio, 28. b
 Doleas, necne doleas, nunquam quicquam ad beatè viuendum interest, iuxta Zenonem, quod est in vna virtute positum, sed est tamen reiiciendum. Tusc. q. lib. 2. 26
 A te peto, vt meas iniurias proinde doleas, vt me existimas & dolere, & vlcisci tuas solere. Cælius Ciceroni, lib. 8. 38
 Quanquam alia sunt quæ magis curemus, magisque doleamus. ad Terentiam, lib. 14. 16. 2. a
 Dummodo doleant aliquid, doleant quidlibet. ad Att. 251. b
 Vt meam vicem doleres, cum me videres derideri. ad Att. 133. b
 Si aliena vicem pro nostra iniuria doleamus. 3. in Verr. 79. & 10. Philip. 272. Cornificio, lib. 12. 23. 6. a. ad Brutum, 11
 Aliud est dolere, aliud laborare. Tusc. q. lib. 2. 31
 Dolere & angere. Tusc. q. lib. 1. 25
 Dolere angoribus amicorum. de Fin. lib. 1. 53
 De febricula alicuius dolere. ad Att. lib. 12. 232. 3. a
 De Hortensio te certò scio dolere. ad Att. 95. b
 Dolere delicto. Læli. 76
 Dolere alterius improbè factò. de Fin. lib. 2. 46
 Nihil dolere non sine magna mercede contingit, immanitatis in animo, stuporis in corpore. Tusc. q. lib. 3. 11
 Nihil dolere summa voluptas est, vt Epicuro placet. de Fin. lib. 1. 32
 Ne dolere quidem impunè licere. 11. fam. 48. in epist. Matii.
 Quis huius vrbs nomini ac sedibus vsque adeo est inimicus, vt ista dissimulare possit, aut non dolere? Octauio, 5. a
 Dolere alicuius rebus secundis. Tusc. q. lib. 4. 14
 Dolendum nihil est cuiquam, præcipuè in eo quod accidat vniuersis. 6. fam. 7
 Et est dolendum in tam graui vulnere. ad Att. 278. b
 Ad dolendum me iam præparassem. 8. fam. 4. in epist. Cælii.
 Neque enim quæ tu propter magnitudinem & animi & ingenii moderatè fers, à te non vlciscenda sunt, etiam si non sunt dolenda. ad Cornificium, lib. 12. 23. 2. a

Dolens.

Nec haberent vlla ex parte aliquid aut dolens aut ægrum. 2. de Fin. 36. a

Soligitur hoc contingit sapienti, vt nihil faciat inuitus, nihil dolens, nihil coactus. in Parad. 43. a

Sed quædam pestes hominum laude aliena dolentium, & te nonnunquam à me alienarunt, & me aliquando immutarunt tibi. Licinio, lib. 5. 8. 4. a

Dolenter.

Sed quicquid tibi scribo, dolenter mehercule magis, quam inimicè facio. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 53. pro Domo sua, 75. in Vati. 7. & 8. Philip. 248. 2. de Orat. 117. Id est, ægrè & iniquo animo.

Dolentius deplorare. pro Sestio, 10

Dolus.

Illud in primis nequa calumnia, nequa fraus, nequis dolus adhibeat. pro Domo sua, 29. a

Dolus in utilitate cernendus. 3. ad Heren. 93

Dolus confumitur in pecuniam, pollicitationes, dissimulationes, maturaciones, mentiones, &c. ad Heren. 16. b

Dolus malus est, quum aliud est simulatum, aliud actum. Offic. 3. 78

Dolus malus in simulatione continetur. Offic. 3. 80

Neque quo pacto fallam, nec quid inde auferam, Nec quem dolum ad eum aut machinam commoliar, &c. 3. de Nat. deor. 54

Nam quod in docendo retilucidat causa dolum appellauimus, id in dicendo honestius consilium appellabimus. ad Heren. 17. b

Illi enim dolum malum, illi fidem bonam, illi æquum bonum, &c. tradiderunt. in Topicis, 34. a

Agere cepit cum eius fratre de iis rebus, quas cum dolo malo accepisse de Vario diceret. ad Att. 1. b

Adductus est in iudicium Polemocrates de dolo malo & de fraude à Dione huius ipsius tutelæ nomine. pro Flacco, 58. a

Aquilius protulit formulas de dolo malo. Off. 64. b

Inde euerriculum malitiarum omnium, iudicium de dolo malo, quod Aquilius protulit. &c. 3. de Nat. d. 107. a

Pactane semper sint seruanda, quæ nec vi, nec dolo malo, vt Prætores dicere solent, facta sint. Off. 70. b

Quid ergo isti doli, quid machinæ, quid fallaciæ, præstigiæque: num sine ratione esse potuerunt? 3. de Nat. d. 54

Commoliri dolos & fallacias ad aliquem in versu. de Nat. deor. 74. b

Dolis malitiosa Carthago. ad Heren. 40. b

Dolosus.

Pulsus interea regno Ptolemæus dolosis consiliis (vt dixit Sibylla, sensit Posthumus) Romam venit. pro Rab. Post. 3. a

Dolose.

Quum dicitur inter bonos bene agere: quicquam agi dolose aut malitiose potest? 3. Off. 80

Domesticus, Domicilium, Domina, Dominans, Dominator, Dominatrix, Dominatus, Dominor, Dominus, vide post Domus.

Domitius.

Domitius Appulus, comes Antonii. 11. Philip. 298

Domitius, audita Pompeii fuga ex Italia, se & Corfinium Cæsari tradidit. 8. ad Att. 21

Domitius à Memmio de ambitu postulatus. 3. ad Q. frat. 18

Domitius, C. Fannius, Coss. Brut. 50

Domitio vltior Gallia obtigit. 16. fam. 15

Cn. Domitius, M. Syllanum consularè accusauit. 4. in Verr. 81

Cn. Domitius equitatu à C. Antonio abduxit. 10. Philip. 278

Cn. Domitius Decimo Syllano diem dixit. 1. in Verr. 37

Cn. Domitius homo non popularis, Prætor tamen factus. pro Sestio, 98

Cn. Domitius, iudex quæstionis de morte P. Clodii. pro Milone, 16

Cn. Domitius iudex in M. Cælium. pro Cæli. 23

Cn. Domitius Trib. pl. legem tulit de sacerdotibus creandis. in Rull. 32

Cn. Domitii iustitia in M. Scaturum. pro Deiot. 22

Cn. Domitii quæ ad cædè Cæsaris impulerint. 2. Philip. 48

L. Domitius adulescens pudentissimus. 3. in Verr. 98

L. Domitius, à Vectio indice à Vatinius productò, nominatus. in Vatin. 19

L. Domitius ab Antonio occisus. 2. Philip. 79

L. Domitius Prætor in Sicilia feruum in crucem sustulit, quem venabulo vsus compererat. 7. in Verr. 6

Domitius.

Domitia lex de sacerdotiis. ad Brut. 13

Domitia via in Gallia. pro Font. 7

Domiporta.

Vt si quis medicus ægroto imperet vtumat terrigenam, tardigradam, domiportam, sanguine cassam, potius quam hominum more cochleam. 2. de Diuin. 102

Domitor, Domitus, Domo, Vide Domus.

Domus.

Nihil sanctius, nec omni religione munitius, quam domus vniuersi cuiusque ciuium: hic aræ sunt, hic foci, hic dii penates, hic sacræ religionis cerimoniarum continentur: hoc perfugium est ita sanctum omnibus, vt inde abripi neminem fas sit. pro Domo, 235. b. pro Deiot. 5. a

Domus, commune perfugium. in Cat. 118. b

Nemo enim dubitat, quin domus nobis esset adiudicata. 4. ad Atticum, 8

Domus illa æterna. ad Octa. 47. vbi videlicet agunt beatæ animæ.

Ampla domus. 1. Offic. 194. a

Domus amicis apertissima & perhospitalis. in Verr. 200. b

Domus celebratur: occurritur. 2. ad Att. 57

Domus Ciceronis in conspectu totius vrbs sita. pro Domo sua, 77

Quocum domus fuit & militia communis. Læli. 14

Domus clari hominis, in quam & hospites multi recipiendi sunt, & admittenda hominum cuiusque generis multitudo, qualiter comparata esse debeat. Offic. 1. 193

Domus in imperio est. de Arusp. respon. 33

Domus magna pulchraq. de Nat. d. 2. 13

Domus præclara & plena dignitatis. Offic. 1. 193

Iam tibi Asia, sicut vnicuique sua domus, nota esse debet. ad Quint. frat. 299. b

Vt domus tua tota cognosceret. epist. 64. b

Tota domus superior vacat. 12. ad Att. 12

Domus finis vsus est. Offic. 1. 191

Cn. Octavius præclaram ædificauit in Palatio, & plenam dignitatis domum. Offic. 25. b

Affligere domum alicuius. pro Domo sua, 82. a

Disturbare ac diripere domum alicuius. pro Domo sua, 87. a

Extra domum gratiosus. 2. ad Quint. frat. 32

Domum & familiam perfringere. 4. ad Heren. 210

Tu velim cum fabris domum perspicias: si enim nihil est in parietibus, aut in tecto vitii, cætera mihi probabuntur. epist. 135. b

Balbus rectè à porta domum meam venit: neque hoc admiror, quod non ad tuam potius, sed illud, quod nec ad suam. epist. 138. b

Domum conicere aliquem. pro Domo sua, 53

Domum deducere. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 7

Sestertia sexcenta quadraginta millia deferri ad se domum iussit. pro Cluent. 54. a

Domum denuntiare. pro Quint. 31

Domum aliquid literarum dabis. 15. fam. 47

Domum aliquem expectare. 8. ad Att. 60

Statim Luculli, &c. eum domum suam receperunt. pro Archia, 4. a

Is cum prima luce Pomponii domum venit. Offic. 74. b

Venontius domum Ventidii venit. ad Att. 54. b

Siculis denuntiatum est domum ad illum vt venirent. in Verrem, 171. b

Domum alicuius ventitare in summis officiis ducebatur. 11. fam. 43

Domum vocare. pro Rosc. Amer. 31

Odiosum est, cum à prætereuntibus dicitur, o domus antiqua, heu quam dispari dominare domino. Off. 1. 193, & 195

Ridicula ex tempore facta, vel domo allata. Orat. 205. b

De domo me deduceret. 10. fam. 25

De domo nostra nihil adhuc pontifices responderant. 4. ad Atticum, 5

De domo scribis. 14. fam. 5

Eum tibi igitur sic commendo, vt vnum ex nostra domo. Apuleio, lib. 13. 69

Non domo dominus, sed domino domus honestanda est. Offic. 1. 193

Ornanda est dignitas domo, non ex domo dignitas tota quærenda. 1. Offic. 193

Adiunxit illa, vt eos qui domo exire nolebant, testimonii denuntiatione terreret. pro Flac. 11. a

Me domo mea expulistis, Pompeium domum suam compulistis. in Pis. 82. b

Clodius in domo Cæsaris quondam vnus vir fuit. ad Att. 26. b

Domo se non commouerunt. 9. fam. 8

Domo consilium petere. 2. Philip. 48

Domo se recipere. 11. ad Att. 10

Propter metum dimicationis & sanguinis domo se tenere. Post redit. in Senatu, 26. a

Clamor interea fit tota domo inter seruos Rubrii atque hospitis, &c. 3. Verr. 46. a

Domo alicuius vti. 13. fam. 32

Duas & magnas & nobiles domos coniungere. pro Domo sua, 88. a

Est enim valde decorum, patere domos hominum illustrium illustribus hospitibus. Offic. 2. 94

Domi.

Sed tu etiam Chryssippe in foro, domi, in schola definis. 5. de Finib. 153. a

Tu ista nunc audes dicere qui nuper alienam domi non auisim dicere, ne quem te digna dixerò, me indignum quidpiam dixisse videar. ad Heren. lib. 4. 194. a

Domi aliena esse. Tusc. q. lib. 1. 42

Quid tibi necesse fuit anili superstitione homo fanaticæ, sacrificium, quod alienam domi fieret, inuisere? pro Domo sua, 81. a

Que ipsa Phalaridis domi consecrauisset. Diuin. lib. 1. 44

Clodius deprehensus domi Cæsaris. ad Att. 7. b

Parua sunt arma foris, nisi est consilium domi. 1. Offic. a

Is domi apud me est. in Verr. 250. b

Hospes tuus cuius tu domi fueras, quem hospitem appellaras. 7. Verr. 85. a

Quorum virtus fuerat domi militiæque cognita. Tuscul. q. lib. 5. 40

Domi esse apud sese archipyratas dixit duos. 7. Verr. 59. a

An censes (vt de me ipso aliquid more senum glorier) me tantos labores diurnos nocturnosque domi, militiæque suscepturum fuisse, &c. de Senect. 74

Scio me domi mansisse. in Verr. 214. b

Domi nobis ista nascuntur. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 72. 9. fam. 6

Præterea quibuscunque rebus vel belli vel domi poterunt, Rempub. augeant. 2. Offic. a

Qui domi stare non poterant. pro Flac. 149. b

Ego verò neque veni, & domi me tenui, quandiu turbulentum tempus fuit. pro Domo sua, 3

Domi togati, armati foris. 15. fam. 25. in epist. M. Catonis.

Ibi tanquam domi meæ. 16. ad Att. 16

Apud eum sic fui, tanquam domi meæ. 13. fam. 92

Qui istius domi erat educatus. pro Quint. 11. a

Nonne maior sine periculo domi tuæ esse, quam cum periculo alienæ? epist. 38. b

Diodorus Stoicus cæcus multos annos nostræ domi vixit. 5. Tusc. 158. a

Domesticus.

Domesticus amor. 1. ad Att. 50

Domesticus sanguis. de Arusp. respon. 40

Domesticus, natiuusque sensus. de Arusp. respon. 17. a

Domesticus vsus & consuetudo. pro Rosc. Amer. 9. a

Domestica crudelitas. pro Rosc. Amer. 92. a

Domestica disciplina. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 7

Domestica dissensio. 8. famil. 41. in epist. Cælii. Id est, ciuilem discordiam.

Domestica inhumanitas. pro Deiot. 22

Domesticum crimen & vernaculum. 5. Verrin. 120. a. Id est, Romæ, non in provincia paratum.

Domesticum lenocinium. 5. Verr. 5. a

Occultum, intestinum, ac domesticum malum. 3. Verrinarum, 27. a
Valde iam lautus es, qui grauerer literas ad me dare, homini præsertim propè domestico. 7. fam. 28
Domesticum consilium capere. 16. ad Att. 32
Quis vnquam in luctu domestico, in funere familiari conuauit cum toga pulla? in Verr. 35. b
Domestica sede iucundior locus. 4. fam. 29
Domestico præconio colligere testes stultitiæ suæ. 2. de Oratore, 48
Domestico & sui ipsius testimonio abuti. ad Heren. 24. b
Domestici & alienigenæ. pro Fonteio, 19. a
Domestica epistolæ. ad Brut. 30. Id est, domo missæ, & de rebus domesticis scriptæ.
Domestica insidiæ. Metello, lib. 5. 2. 3. a
Res domesticæ & familiares. Tusc. 148. b
Domestica res impeditæ. 11. ad Att. 1
Domestica res & forenses: Publicæ & priuatæ, opponuntur. 1. ad Att. 51
Domestica trica. 10. ad Att. 25
Domestica exempla. 2. de Nat. d. a
Vnde hoc tam insolens domesticarum rerum fastidium? lib. 1. de Finib. 8
Intra domesticos parietes dicere. pro Deiot. 2
Paucis enim diebus eram missurus domesticos tabellarios. Curioni, lib. 2. 6. 7. a. Id est, priuatim, & meo nomine.
Externa libentius in tali re, quàm domestica, recordor. 2. Officiorum, 36. a
Ergo & domestica feremus, vt censes: & publica paulò etiã fortius, quàm tu ipse qui præcipis. Luceio, lib. 5. 13. 9. a
Ego vrbem à domesticis insidiis, & ab intestino scelere defendi. epist. 59. b
Ne domesticis quidem exemplis docti. de Nat. d. 2. 6
Domesticis malis impediti. pro Sest. 23. b
Domesticis rebus & cupiditatibus suis peropportunam victoriam fore putabant. 6. fam. 20
Domicilium.
Domicilium huic verbo proprium est. 16. fam. 23
Domicilium imperii & gloriæ, Roma. 1. de Orat. 53
Pompeii gloriæ domicilium cõmunis imperii finibus terminatur. pro Cor. 57. b
Domicilium sacrum deorum omnium, terra. 2. de Leg. 43
Qui familiaritatis licentia, suorum improbissimorum sermonum domicilium in auribus eius impulsu vestro collocauerunt. in Pison. 60
In qua vrbe domicilium quõdam superbix fuit. Ad Quirites post reditum, 207. b
Domicilium tantum studiorum Athenis remanserat. 3. de Orat. 24
Domicilium vitæ & mortis. Post red. in Senat. 32. & 33
Erat enim multò domicilium huius vrbis aptius humanitati tuæ. 7. fam. 49
Sedes ac domicilium collocare. 3. Verr. 4. a
Sedem antiquam, diuinumque domicilium nocturno latrocinito atque impetu compilauit. 7. Ver. 145. a. & 6. 114. a
Humanam figuram metis domicilium esse. de Natura deorum, 16. b
At domicilium Romæ habuit. pro Arch. 187. b
Cùm hic domicilium Romæ multos iam annos haberet. pro Arch. 168. b
Si in Italia domicilium habuissent. pro Arch. 16. b
Cùm tam repente in tam insolitum, tamque perturbatum domicilium immigrauit. Tusc. quæst. lib. 1. 48. corpus intelligit.
In cælum quasi in suum domicilium peruenire. Tusc. 153. b
Quem censoria leges vrbis domicilio carere voluerunt. pro Rab. 93. b
Animus cælestis ex altissimo domicilio depressus, & quasi demersus in terram. de Senect. 70. a
Capuæ in domicilio superbix atque in sedibus luxuriæ collocati. 2. de Leg. Agr. 95. a
Consecrantur ædes, non priuatorum domicilia. de Diuinatione, 238. b

Hæc enim sunt vitæ domicilia. de Nat. d. 1. 70
Si essent qui sub terra habitarent bonis & illustribus domiciliis. de Natura deorum, 45. b
Firma tecta in domiciliis habere. de Clar. Orat. 188. b
Vt aratores cultu agrorum defessi, vrbis domiciliis vterentur. contra Rul. 83. b
Domo.
Domuisti gentes immanitate barbaras. pro Marc. 132. b
C. Pontinus Allobroges domuit. de Prouinc. Conf. 75. b
Qui seruitia virtute, victoriæque domuit. de Senect. 18. b
Sine hominum opera aut pascere equos, aut domare non possemus. Offic. 35. b
Conterere, compellere, domare nationes. de Prou. Cõf. 26. a
Quas nationes nemo vnquam fuit, quin frangi, domarique cuperet. de Prouinc. Conf. 27. a
Domitus.
Calli subacti, & bello domiti. pro Font. 276. b
Improbi ciues domiti atque victi. pro Syll. 167. b
Domitæ gentes. de Prouinc. Conf. 4. a
Docemur autoritate, nutuque legum, domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates. de Orat. 101. b
Domitis & condocefactis vti feris beluis, vt elephantis. 2. de Nat. d. 121
Domitis gentibus finitimis, barbariæque compressa. de Prouinc. Conf. 70. b
Domitus.
Efficimus etiam domitu nostro quadrupedum uestiones. 2. de Nat. d. 116
Domitor.
Milo, domitor armorum Clodii. pro Mil. 27. a
Equos præliorum ferocitate exultantes domitoribus tradere. Offic. 1. 127
Dominus.
Deus summus, rector & dominus. de Finib. 108. b
Dominus & imperans. de Vniuers. 27. a
Dominus agrestis ac furiosus. Cat. 43
Dominus ac rex aratorum. 5. Verr. 59. a
Dominus sit publici consilii Senatus. 3. de Leg. 26
Cùm ipse epuli dominus Quint. Arrius albanus esset. in Verrem, 35. b
Ecce tibi qui rex populi Romani, dominusque omnium gentium esse concupierit. Offic. 68. b
Dominus grauissimus. Tusc. q. lib. 1. 40
Ne tandiu quidem dominus erit in suos, dum ex iis de patris morte queratur. pro Rosc. Amer. 47. a
Dominus sui iuris retinendi & dimittendi. pro Corn. Balbo, 24
Domini boni, assiduique semper referta cella vinaria, olearia & penaria est, villaque tota locuples est, &c. Cat. 52
Domini dignitate minus est turpis fortuna serui. ad Octauium, 46
Nasica sensit ancillam domini iussu dixisse, &c. 2. de Oratore, 153. a
Iustitia summi rectoris ac domini numen. 4. de Finib. 18. a
Sed quis vnquam tantis opibus, tantis rebus gestis fuit, qui se Populi Rom. victoris, dominique omnium gentium tutorem dicere auderet? 6. Philip. 212. a
Interea comitia nostra, quorum iste se, vt cæterorum hoc anno comitorum, dominum esse arbitrabatur, haberi cõcepta sunt. 2. Verr. 16. a
Etiã in nostros liberos dominum & tyrannum comparabat. 13. Philip. a
Sui quemque iuris & retinendi & dimittendi esse dominum. pro Corn. Balbo, 24. a
Qui ita sit affectus, eum dominum esse rerum suarum vident x i. tabulæ. 3. Tusc. 19. a. Id est, rerum administrationem habere.
Vna iusta illa rogatione sua vir bonus dominum se in meis bonis esse voluisset. pro Domo sua, 83. a
Dominum ferre non potuimus: conseruo seruimus. 12. familiarium, 7
Ita cogimur dissensione sapientum dominum nostrum ignorare. 4. Academ. 228. a

Nam si ipse seruire poterat, nobis dominum cur imponeretur? 13. Philip. 356. a
Dominum sempiternum imposuistis in ceruicibus nostris, quem dies & noctes timeremus. de Nat. d. 1. 39
O domus antiqua, heu quàm dispari dominaris domino! Offic. 1. 196. a
Bene Sophocles quum ex eo quidam iam confecto ætate quereretur, vtereturne rebus Venereis, Dii meliora, inquit: libenter verò istinc tanquam à domino agresti & furioso profugi. de Senect. 43. a
Domini concionum. pro Sest. 109
Domini & magistri in auctionibus constituuntur. pro Quint. 28
Canum verò tam fida custodia, tamque amans dominorum adulatio. 2. de Nat. d. 236. a
Dominorum commutationes. 12. ad Att. 45
In discordia dominorum, domus beata esse non potest. 1. de Finib. 90. a
In omni dominorum mutatione. 12. ad Att. 22
Naues dominis restituere. 12. fam. 36. in epist. Lentuli.
Sit igitur hoc iam à principio persuasum ciuibus, dominos esse omnium rerum ac moderatores deos. 2. de Leg. 25. a
Liberatos enim se per eum dicunt grauissimis dominis terrore sempiterno, &c. Tusc. 158. b
Domina.
Sit sanè fors domina campi. in Pis. 80. b
Et in ea lamina scriptum, Domina honoris. de Leg. 182. b
Cupiditas honoris, quàm est imperiosa domina. Parad. 50. in Pison. 2. a
Vna quædam virtus, omnium domina & regina virtutum. 3. Offic. 36. a
Fortuna domina rerum humanarum. pro Mar. 132. b
Domina rerum, eloquendi vis. 2. de Nat. d. 112
Dominæ rerum omnium virtutes. 2. de Finib. 63. a
Voluptates blandissimæ dominæ. Offic. 40. b
Dominor.
O domus antiqua, heu quàm dispari dominaris domino! 1. Offic. 196. a
Casus & natura in bonis dominatur. Seru. Sulpitius Curioni, lib. 4. 12. a
Fortuna in Repub. dominatur. Q. fratri, lib. 1. 1. 6. a
Vbi libido dominatur, innocentix leue præsidium est. Orator, 218. b
Denique nimia ista quæ dominatur in ciuitate potentia, in hoc solo genere quiescit. pro Cecin. 52. a
Vfus dicendi in omni pacata & libera ciuitate dominatur. 2. de Orat. 19. a
Ita enim senectus honesta est, si se ipsa defendit, si ius suum retinet, si nemini micipata est, si vsque ad extremum spiritum dominatur in suos. de Senect. 33. a
Dominatus est enim (inquit) Alexandria, imò verò in superbissimo dominatu fuit. pro Rab. Posth. 24. a
Hæc vna res in omni libero populo, maximeque in pacatis tranquillisque ciuitatibus præcipue semper floruit, semperque dominata est. 1. de Orat. 16. a. De eloquentia.
Atque hæc in oratore dominabuntur. Orat. 204. b
Dominari & potiri rerum. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 117
Dominari in iudiciis. in Verr. 58. b
Cleanthes qui quasi maiorum est gentium Stoicus, Zenonis auditor, solem dominari & rerum potiri putat. 4. Academ. 228. a
Dominans.
Vetat enim dominans ille in nobis deus iniussu hinc nos suo demigrare. 1. Tusc. 116. a
Vt nos adolescentibus contra L. Syllæ dominantis opes fecimus. Offic. 43. b
Vt etiam bestix fame dominante plerumque ad eum locum, vbi pastæ aliquando sint, reuertantur. pro Cluent. 53. a
Dominante homine furioso. pro Mil. 116. b
Maximas verò virtutes iacere omnes necesse est, voluptate dominante. 2. de Finib. 185. a
Libidine dominante non est temperantiæ locus. de Senectute, 36. a

Dominatus.
Potestas & dominatus. 2. de Nat. d. 43. a
Quid quum cupiditatis dominatus excessit, & alius est dominus exortus ex conscientia peccatorum timor in Parad. 51
Terrenorum commodorum omnis est in homine dominatus. 2. de Nat. deor. 228. a
Dominatus possessio. 10. fam. 59
Animaduerti P. C. & C. Cassio verò sententia mea dominatum & principatum dicari. 11. Philip. 315. a
Iudex verò quantum habet dominatum, quo timore nocentes afficit in Parad. 51. a
Occupare dominatum alicuius. Tusc. 239. b
Potestate dominatque dignissimum. de Natura deorum, 2. 22
Quum autem assumpta ratio est, tanto in dominatu locatur, vt omnia illa prima naturæ, huius tutelæ subiciantur. 4. de Finib. 64. a
In dominatu seruitus fit, in seruitute dominatus. pro Deiotaro, 149. b
Nouo dominatu pulsus esse. pro Domo sua, 53. a
Dominatu regio Respub. liberata. 4. Tusc. 1
Cum autem dominatu vnus omnia tenerentur. Offic. 2. 3
Quæ erat vrbis in Thessalia tum admodum nobilis, ab Alexandro autem tyranno, crudeli dominatu tenebatur. 1. de Diuinat. 94. a
Nam quum quidam ex eius assentatoribus Damocles commemoraret in sermone copias eius, opes, maiestatem, dominatus, &c. 5. Tusc. 85. a
Dominator.
Dominator rerum deus. 2. de Nat. deor. 6. a
Dominatrix.
Cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas. 1. de Inuentione, 3. a
Dominatio.
Dominatio, regnumque iudiciorum. 2. Verr. 22. a
Temperantia, est rationis in libidinem, atque in alios non rectos impetus animi firma & moderata dominatio. 2. de Inuent. 243. a
Dominatio quæ sita ab vtroque est. ad Att. 125. b
Dominatio Reip. ad Octa. 42
Diurnitas victoriæ ac dominationis. Att. lib. 7. 140. 2. a
Nouam dominationem sibi comparare. 1. de Leg. Agr. 12. a
Dominationem expectant, rerum potiri volunt. in Ver. 108. b
Nemo est tam stultus, qui non intelligat, si dormierimus hoc tempore, non modò crudelem, superbamque dominationem nobis, sed ignominiosam etiam & flagitiosam esse ferendam. 3. Philip. 148. a
Non sunt omnia commutenda fortunæ, ne magnam nimis in nos habeat dominationem. ad Heren. lib. 4. 174
Qua impudentia putatis eum in dominatione fuisse, qui in fuga tam improbus sit? 5. Verr. 132. a. 3. de Finib. 114. a. 2. Verr. 22. a
Idem fecero, quod in Cinnæ dominatione & Marii tyrannide Philippus. ad Att. 110. b
Vita sub dominatione misera est. Pollio Cicer. lib. 10. 31. 9. a
Donatio, Vide Donum.
Donec.
Ad properationem meam quiddam interest, non te expectare, donec ad locum venias. epist. 67. b
Donum.
Donum haud satis castum deo ebur ex inani corpore extractum. 2. de Leg. 43
Donum diuinum rationis & consilii. 3. de Nat. d. 109. a
Afferre Reipub. donum. 1. Philip. 23. a
Donum ne capiunto, neve danto, neve peteda, neve gerenda, neve gesta potestate. 3. de Leg. 11
Donum facere. 7. in Verr. 144
Quare suo iure noster ille Ennius sanctos appellat poetas: quòd quasi deorum aliquo dono atque munere cõmendati nobis esse videantur. pro Arch. 14. a
Quæ sunt quasi dona fortunæ. de Amicit. 50. Tusc. quæst. lib. 5. 16

Hæc quidē inferi & donari ab arte non possunt: omnia sunt enim illa dona naturæ. 1. de Orat. 5. a
Nuptialia dona. pro Cluent. 20. a
Dona diuinissima habent, & formæ ab vno pictore vno absolutæ die. Itēque cætera huius exempli dona sunt. hæc illi placent. 2. de Leg. 44
Tantum donis datis, muneribusque perferat, vt, &c. pro Cluent. 52. a
Donis placare deorum iram impius ne audeo. 2. de Leg. 24
Donis impii placare ne audeant deos. 2. de Leg. 40
M. Cincius legem de donis & muneribus tulit. de Orat. 135. b
Dono.
Minuebat veſtigialia, donabat ciuitates ex commentario. ad Quint. frat. 319. b
Non pauca suis adiutoribus largē effusēque donabat. pro Rosc. Amer. 14. a
Qui Rubrium corona & phaleris & torque donasti. in Verrem, 190. b
Mihi Populus Rom. vniuersus illa in concione non vnus diei gratulationem, sed æternitatem, immortalitatēque donauit. in Pison. 4. a
Itaque eum Tarentini ciuitate, cæterisque præmiis donauerunt. pro Arch. 186. b
Vtinam tibi istam mentem dii immortales donarent. 1. in Catil. 16. a
Sylla quum Gallos & Hispanos ciuitate donasset. pro Arch. 18. a
Nisi fortē dubium est, quin hominibus hæc omnia natura donauerit. de Nat. d. 58. b
Donare aliquem annulo aureo. in Verr. 114. b
Donare Reip. suas inimicitias. 5. fam. 11. Id est, amore Reip. desinere inimicos odisse.
Munera donare alicui. 5. Tusc. 130. a
Donare aliquem præmiis. pro Rosc. Amer. 64. a
Donare vacatione. 2. de Nat. d. 9. a
Itaque credo, si cuius Romanus Archias legibus non esset, vt ab aliquo Imperatore ciuitate donaretur, perficere non potuit. pro Arch. 12. a
Vir nemo bonus ab improbo donari se vult. de Leg. 178. b
Aduocare concionem donandi causa. in Verr. 190. b
Donatus.
Homo quasi diuino munere donatus Reipublicæ. de Arusp. resp. 5. a
Cauda pauoni à natura donata est ad ornatum. de Finibus, 94. b
Neque Dyrhachini inficiantur, sed sibi donatum æs alienum à Cæsare dicunt. Brut. 6. 4. a
Alia videntur à natura propter eorum vsum tantum esse donata. de Finib. 94. b
Donatio.
Quos non bonorum donatio, non agrorum assignatio, non illa infinita Pompeii hasta satiauit. 4. Philip. 158. a
Vt corona aurea donaretur: eaque donatio fieret in theatro, populo conuocato. in Orat. 151. a. 6. Ver. 30. a. Luceio, lib. 5. 12. 31. a. de Opt. gen. Orat. 151. a
Donatio sine acceptione intelligi non potest. Top. 19
In donatione, hoc iudem secus interpretantur: & quod patetfam. in eius donatione, qui in ipsius potestate esset, approbavit, ratum est: quod eo inscio factum est, si id is non approbat, ratum non est. 2. de Legibus, 48
Doris.
Doris Locrensis. 5. Tusc. 83. a. vxor Dionysii Syracusani.
Dormio.
Capius (opinor) olim, Non omnibus dormio: Sic ego, Non omnibus, mi Galle, seruiuo. ad Fabium Gallum, lib. 7. familiarium, 44
Dormis interea. 12. ad Att. 2
Si dormis, expergiscere: si stas, ingredere. 2. ad Att. 60
Puella eius mane primum dormit ad horas treis. ad Atticum, 67. b
Dormitis, nec hæc adhuc mihi videmini intelligere. 8. fam. 49. in epist. Cælii.
Arctē & grauter dormire. de Diuin. 93. b

Ex lassitudine arctius dormire. 2. de Inuent. 131. a
Contrahi autem animum Zeno, & quasi labi putat, atque concidere, & ipsum esse dormire. 2. de Diuin. 178. a
Dormitum me conferam. 9. fam. 61
Proficisci ad dormiendum. 2. de Diuin. 179. a
Dormiens.
Nec tam multum dormiens vilo somnio tum admonitus, tantis præfertim de rebus. 2. de Diuinat. 209. a
Dormientis animus imbecillus & remissus. de Diuin. 137. b
Dormientis corpus iacet vt mortui: viget autem & viuit animus. Diuin. lib. 1. 58
Non vt te dormientem excitasse, sed potius vt currentem incitasse videatur. 1. ad Quint. frat. 34
Si dormientes ea agerent, quæ somniarent, alligandi essent omnes qui cubitum irent. de Diuin. 133. b
Aut si etiam dormientes aliquid animo videre videamur. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 116
Dormientium & vigilantium non eandem esse vim, neque integritatem, nec mente, nec sensu. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 49
Dormito.
Ad lucem denique arctē & grauter dormire cœpisse. 1. de Diuin. 104. a
Dormitans.
Cœnato mihi, etiam dormitanti pridie Calend. Maias epistola est illa reddita, in qua de agro Campano scribis. Artico, lib. 2. 31. 1. a
Et istam oscitantem dormitatemque sapientiam, Scæuolarum & reliquorum beatorum otio cōcedamus. 2. de Oratore, 79
Dorotheus.
Dorotheus Thermitanus, Agathini gener. 4. in Verr. 62
Dorylaus.
Dorylaus, legatus Deiotari regis ad Cæsarem. pro Deiot. 29
Dorylenses, populi. pro Flac. 154. b
Dorylensium legati in L. Flaccum. pro Flacco, 30
Doryphorus.
Doryphori statua. Orat. 4
De horum laudibus tibi prorsus assentior: sed tamen non isto modo, vt Polycleti Doryphorum sibi Lysippus aiebat: sic tu suasionem legis Seruiliæ tibi magistram fuisse. Brut. 164. a
Dos.
Quæcunque sine hoc authore est dicta dos, nulla est. pro Flacco, 67. a
Quintus torquetur debitione dotis. 14. ad Att. 21
Doti, inquit, Valeria pecuniam omnem suam dixerat. pro Flacco, 67. a
Ipse filia nubili dotem conficere non potest. pro Quint. 18. b
Dotem dicere. pro Cecin. 53
His, quasi præter dotem quam in ciuilibus malis acceperant, agrum Campanum est largitus Antonius. 11. Philippicarum, 298. a
Cuius artem quum indotatam esse, atque incomitatam & incomptam videres, verborum eam dote locupletasti & ornasti. 1. de Orat. 120. a
Clisthenes lunoni Samiæ filiarum dotes credidit. de Legibus, 178. b
Dotalis.
Dotale matrimonium. ad Octa. 48
Mercedes dotalium prædiorum. ad Att. 15. 39
Dotatus.
Villa quod introducatur dotata Aquilia. ad Atticum, lib. 14. 309. 2. a
ἡ δὲ τῆς δόξης. 7. ad Att. 45
Drachma.
Dixit publicè datum drachmarum e c. & sex milia. pro Flacco, 153. b
Quibus diuitias pollicentur, ab his drachmas ipsi petunt. 1. de Diuinat. 216. a. Caninio, lib. 2. 16. 7. a
Draco.
Draco is quem mater Olympias alebat. 2. de Diuinat. 104. a. & 36. b
Iste quotidie per forum medium, tanquam iubatus draco

serpit, &c. ad Herennium, 4. 229. a
Anis non reddet, qui domini patrimonium circumplexus, quasi thesaurum draco, &c. 13. Philip. 351
Vidimus immani specie, tortuque draconem
Terribilem. 2. de Diuin. 49
Druidæ, siue Druides.
Siquidem (inquit) & in Gallia Druidæ sunt, è quibus ipse Diuitiacum Heduum cognoui, qui & naturæ rationem, quam Physiologiam Græci appellat, notam esse sibi proferebatur: &c. 1. de Diuin. 78
Drusus.
Drusus domi suæ interfectus. 3. de Nat. d. 60
Drusus Tribunus pleb. causam principum contra Philippum consulem tutatus est. 1. de Orat. 13
Drusi colluuiio. in Vati. 17
Drusum ferro sustulit Q. Varius. 3. de Nat. d. 61
M. Drusus, Catonis Vticensis auunculus, domi suæ occisus. pro Milon. 12
M. Drusus Trib. pleb. pontifex. pro Domo sua, 92
M. Drusi leges contra legem Cæciliam & Didiam latæ. pro Domo sua, 33
C. autem Drusi domum compleri consultiis solitam accepimus, cum, quorum res esset, sua ipsi non videbant, cæcum adhibebant ducem. Tusc. q. lib. 5. 80
Tuus, o Druse, sanguis domesticos parietes & vultum parentis aspersit. 4. ad Heren. 179
Dua.
Video sepulchra dua duorum corporum. in Orat. 88. apud veteres, pro duo.
Dubie, Dubitanter, Dubitatio, Dubito, Vide Dubius.
Dubius.
Dubia fortuna. 3. Verr. 26. a
Opinio dubia. pro Domo sua, 9. a
Res minimè dubia. pro Flacco, 39. a
Hanc in opinionem discessi, vt mihi tua salus dubia non esset. ad Ligarium, lib. 6. 14. 6. a
Dubium causæ genus. 1. ad Heren. 4
Dubium est, æquanam fieri possit accessio. de Finib. 121. b
Ridiculum est, quod est dubium, id relinquere incertum, quod nemini dubium potest esse, iudicare. pro Muren. 140. b
Dubium nemini est quin, &c. 4. Verr. 19. a
Si dubium tibi est, posse te illius regno potiri, non est conandum: si exploratum, non est cunctandum. epist. 7. b
Dubium est vobis de hoc, & Persuasissimum est, contraria. 11. famil. 15. in epist. D. Bruti.
De hac re mihi dubium non est. ad Att. 173. b
Non dubium est id quidem, quin definitio, &c. Part. 133. b
Non dubium est, quin si in re ipsa nihil, &c. 4. de Fin. 93. a
Non est dubium, quin si quis hoc animaduertit, id possit notare. de Orat. 111. b
Cognoui autem id, quod mihi dubium non fuit. epist. 58. b
De Pompeii exitu mihi dubium nunquam fuit. Attic. lib. 11. 214. 6. a
An in coacta multitudine, an in armis, in telis, &c. dubium vobis fuit? pro Cecin. 290. b
Tantum sat est intelligi id fumere istos pro certo, quod dubium controuersumque sit. 2. de Diuinat. 156. a
Cum nobis non dubium esset, quin Brundisium contenderemus. ad Att. 127. b
Quæ res est, quæ cuiusquam animum in hac causa dubium facere possit? pro lege Manil. 18
Prorsus ex his literis non videbatur esse dubium. ad Atticum, 219. b
Tum ille confirmabat, ita se rem habere, nec dubium esse posse. de Orat. 105. b
Et nunc credo esse dubium, quin tu id commissurus non fueris, &c. 7. Verr. 62. a
Rem minimè dubiam, argumentando dubiam facis. de Natura deor. 61. b
Alii non veniunt in dubium de voluntate. ad Att. 179. b
Tua fama & gnata vita in dubium veniet. Attico, lib. 16. 343. 5. a

Non eò dico, quò mihi veniat in dubium tua fides. pro Quintio, 1. b
De ciuitate in dubium venire. pro Cecin. 13
Res in dubium venire non potest. pro Quint. 12. b
Acta Cæsaris in dubium ventura videntur. 16. ad Att. 49
Vocare aliquid in dubium. de Inuent. 72. b
In generum causis atque naturis omnia sita esse, quæ in dubium vocarentur. 2. de Orat. 79. a
Omnia in dubium incertumque reuocari. pro Cecin. 289. b
Cohortes quas dubio animo habeo. 8. ad Attic. 44. in epist. Cn. Pompeii.
Ne plura de re minimè loquar dubia. de Arusp. 248. b
Res erat non in opinione dubia, sed in præsentia, atque ante oculos proposito periculo. pro Domo sua, 215. b
Vti in re non dubia, testibus non necessariis. Offic. 36. b
Heluetii sine dubio sunt in armis. ad Att. 17. b
Et herclè sine dubio erit ignominia. epist. 29. b
Sine dubio res à Lentulo remota videtur esse. ad Quintum fratrem, a
Et Chrysippus tibi acutè dicere videbatur, homo sine dubio versutus & callidus. de Nat. d. 64. b
Dubiæ res. 8. fam. 46. in epist. Cælii.
Vtrum igitur tandem perspicuisne dubia aperiuntur, an dubiis perspicua tolluntur? 4. de Fimb. 9. a
Eorum igitur quæ constant, exempla ponemus: horum quæ dubia sunt, rationes afferemus. 1. de Inuent. 82. a
Vidēne igitur quæ dubia sint, ea sumi pro certis atque concessis? 2. de Diuinat. 157. a
Hæc autem omnia quæ tractarentur ab Oratoribus, dubia esse & incerta. 1. de Orat. 45. a
Dubia tempora. 7. in Verr. 1. & 3. Id est, periculosa.
Tempora Reipub. dubia. pro Fonteio, 17. a
Hæc autem habere dubia, abhorrere à sapientia est. Academicarum, 8. b
Et si vna fefellerit similitudo, dubia omnia reddiderit. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 76
Respicite Iudices hominum fortunas, respicite dubios variisque casus. pro Cluent. 45. a
Dubiis rebus, & rebus desperatis. 5. fam. 64
Quem dubiis rebus lædere noluit. Att. lib. 10. 201. 3. a
Dubie.
Potest accidere, vt aliquod signum dubiè datum, pro certo sit acceptum. 1. de Diuinat. 202. a
Dubiè nuntiare. 15. fam. 1
Dubito.
Te hominem amicissimum, & aliquot annis minorem natu non dubito monere. 4. Acad. 111. a
Dubito quid agam de illis. 7. ad Attic. 44. Id est, quid agere debeam.
Non dubito, quid nobis agendum putes. Att. 154. b
Non dubito, quid præsentis sentiant. epist. 248. b
Non dubito quin multos, si fieri posset, C. Cæsar ab inferis excitaret. pro Marc. 133. b
Non dubito quin vobis stitiffecerim Iudices. 5. Verrin. 22. a. & 4. 108. a. & 3. 31. a
Non dubito quin mirere, qui tecum de eadem re sapius agam. Att. 264. b
Cornelius etiam de iudicando dubitat. pro Syl. 39. a
Quod qui dubitat, haud sanè intelligo, &c. de Natura deorum, 2. 3
Iste non dubitat iubere nomen deferri. 6. Verr. 36. a
Dionysius non dubitat, quin ei crederemus. Att. 90. b
Quod si acciderit, non dubitat quin breui Troia sit peritura. de Senect. 28. a
Itaque homo mitissimus non dubitat P. Lentulum æternis vinculis mandare. in Catil. 120. b
Quid dubitamus igitur affirmare? Academic. quæst. edit. 1. lib. 2. 47. vt Græci πῶς ἀποδύσει
Ne vinolenti quidem quæ faciunt, eadem approbatione faciunt qua sobrii: dubitant, hæsitant, reuocat se interdum, &c. 4. Acad. 96. a
Nam de tua erga me voluntate non dubitant. Apuleio, lib. 13. 46. 3. a

Non dubitavit dicere illa quæ verbis persequutus est Ennius, Quò vobis mentes, &c. de Senect. 15. a
 Macinus in Senatum introire non dubitavit. de Orat. 100. b
 Tum verò dubitabit quid sit extremum. 4. Acad. 47. a
 Dubita, si potes, quin ille, &c. 10. ad Att. 36
 Illud caue dubites quod ego, &c. epist. 76. b
 Dubitemus, aut vereamur de te. 11. fam. 3. in epist. M. Bruti & Cassii.
 Non dubitares, quin, &c. de Nat. d. 1. 17
 Tamen vsque eò timui, nequis de mea fide atque integritate dubitaret, donec ad reiciendos iudices venimus. a
 Nemo de diuina ratione dubitaret. de Nat. d. 46. b
 Infinitè dubitare, vtrum sit vtilius propter multos improbos vni parcere, an, &c. 5. Verr. 179. a
 Potes de damnatione dubitare? 7. Verr. 60. a
 Nec verò de hoc quisquam dubitare possit, nisi idem, &c. Tusc. 163. b
 Tum ille fidenter sanè nihil tam verens, quàm ne dubitare de aliqua re videretur. de Nat. d. 5. b
 Dubitare de alicuius voluntate. de Pet. Conf. 2. 4
 Nec dubitare illum in omni sermone appellare sapientem. de Amic. 1. a
 Hoc non turpe est dubitare philosophos, quod ne rustici quidem dubitent? 3. Offic. 102. a
 Dubitare non debes quin velis. 13. fam. 7
 De Rutilia, quoniam videris dubitare, scribes ad me, cum scies: sed quamprimum, &c. 12. ad Att. 28
 Sed vtrum fronte an mente, dubitatur. Att. lib. 4. 84. 7. a
 Non de armis dubitatur, sed de verbis quæritur. pro Cecina, 292. b
 Præsertim aliorum autoritate confirmatum dubitabitur? 4. Verr. 76. a
 Nec id quidem dubitari poterat. Academ. q. ed. 1. lib. 2. 12
 Vestra in dubitando iudicatio. pro Cecin. 285. b
 Arbitror eum non dubitatum, quin cum suo periculo salutem patriæ afferat. pro Mil. 113. b
 Dubitans.
 Nihil affirmando quarum omnia, dubitans, plerunque mihi ipse diffidens. de Diuin. 110. b
 Identidem se ipse reuocando dubitans, timens, hæsitans, omnia aliter ac vos in monumentis habetis, & pronuntiarit, & fecerit. pro Domo sua, 108. a
 Hoc non dubitans confirmare possum. 5. fam. 45. Id est, certo confirmare.
 Dubitanti mihi quid me facere par sit, permagnum pondus affert benevolentia erga illum. 9. ad Att. 31
 Dubitantem magis quàm fidentem suis rebus. 10. ad Atticum, 10
 Dubitatio.
 Hic tum iniectus est hominibus scrupulus & quædam dubitatio, quidnam esset actum. pro Cluent. 60. a
 Dubitatio belli. 5. Philipp. 186
 Si quando dubitatio accidit, quale sit id de quo consyderetur. Offic. 55. b
 Dubitatio de re aliqua. 1. Acad. 26. a
 Cum pœnam ne dubitatio quidem effugere potuisset. de Nat. d. 14. b
 Iuris dubitatio me tardiolem facit ad iudicandum. pro Cecin. 286. b
 Dubitatio nulla in re erat. 5. de Finib. 115. a
 Dubitatio Socratica de omnibus rebus. Aca. q. ed. 2. lib. 1. 13. Græci è φουβία vocant.
 Nec in causa vlla dubitatio esse potest. pro Cluent. 21. b
 Qui timor: quæ dubitatio: quanta hæsitatio, tractusque verborum? 2. de Orat. 111. a
 Dubitatio, exornationis species. 4. ad Heren. 191
 Dubitatio, figura in dicendo. 3. de Orat. 113
 Hic locus nihil habet dubitationis, quin, &c. 2. Offic. 23. a
 Ad dubitationem tollendam magnum pondus accessit. 11. fam. 51
 Dubitationem affert quin, &c. 2. de Nat. d. 119
 Sic enim intellexi, nihil aliud esse quod dubitationem afferet ei, penes quæ est potestas, nisi quòd vereretur, ne, &c.

Marcel. lib. 4. 7. 9. a
 Ad ea eligenda, quæ dubitationem afferunt, adhibere homines vsu peritos. Offic. 29. b
 Quod quanquam dubitationem non habet, &c. tamen, &c. 5. de Finib. 47. a
 Dubitationem nullam habet res. 10. fam. 37. in epist. Planci. De quo alterum potest habere dubitationem, an, &c. Officiorum, 54. b
 Itinerum meorum ratio te nonnullam in dubitationem videtur adducere. Appio, lib. 3. 5. 7. a
 Nullam enim dubitationem apud me reliquisti, quantum me amares. ad Trebonium, lib. 15. 21. 7. a
 Dubitationem omnem alicui tollere. Att. lib. 12. 236. 4. a
 In ea obscuritate & dubitatione omnium, Canutio placuit pronuntiare. pro Clu. 58. a
 Sine dubitatione vlla abiecti consilium profectiois. 16. ad Atticum, 19
 Sine dubitatione accipere excusationem. ad Tiron. lib. 16. 27
 Sine vlla dubitatione aut retractatione conficere. 13. ad Atticum, 31
 Illi sine dubitatione damnati esse videantur. in Cat. 119. b
 Sine vlla dubitatione defendere quod non satis exploratè perceptum sit, sapientis grauitate atque constantia indignum. de Nat. d. 1. 1
 Aliquis sine vlla dubitatione deterrimus. de Arusp. 257. b
 Sine vlla dubitatione summo studio faciam. 14. ad Att. 26
 Primum explicabo, &c. si id facere verè, & sine cuiusquam dubitatione poterò, &c. de Arusp. 245. b
 Consules probauerunt causas sine vlla dubitatione. ad Atticum, 262. b
 Pro his omnibus sine vlla dubitatione respondeo. de Oratore, 160. b

Dubitanter.

De me quidem non dubitanter, quin omnia de meo consilio & vos fecissetis, & Canutius faceret. 12. familiar. 6. ad Octa. 41
 Non dubitater adire pericula. 10. fam. 67. in epist. Pollionis. Verecundè & dubitanter recipere. de Clar. Orat. 43. a

Ducenti.

Sanè frequentes fuimus omnino ad ducentos. ad Quint. fr. lib. 2. 5. 1. a

Ducenties.

Ego enim amplius hinc ducenties acceptum hæreditatibus retuli. 2. Philip. 58. a

Duco.

Quarum alteram duco è Casare ipso, alteram, &c. epist. 83. b
 Neque te tui piget homo leuissime, quum ea culpas, quæ in historis gloriæ mihi ducis: in Sallust. 4. a
 Accedit etiam, quòd ducit familiam, &c. 7. fam. 14
 Et tamen cum ita viuuit, neminem præ se ducit hominem. ad Heren. 30. b
 Ita me ad credendum tua ducit oratio. 2. Tusc. 73. a
 Nec verò ille ducit me. 8. ad Atticum, 59. Id est, Non pendeo ab illo.
 Hanc autem nemo ducit rationem, sed omnia desyderantur ab eo tanquam nihil denegatum sit. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 5. 3. a
 Non vilius rationem sui comodi ducit. pro Sext. Rosc. 76. a
 Neque attendit eos ipsos, vnde hoc simile ducit, aliter facere. de Orat. 130. b
 Nam hoc quidem, si spiritum ducit, viuuit, &c. 1. de Inuentione, 99. a
 Lucemque qua fruimur, spiritumque quem ducimus, ab eo nobis dari atque impartiri videmus. pro R. Am. 78. a
 Aer, quem spiritu ducimus. de Nat. d. 2. 14. Id est, spirando haurimus.
 Quum vestros portus, atque eos portus, quibus vitam & spiritum ducitis, in prædonum potestate fuisse sciamus. pro lege Manil. 23. a
 Pulmones & cor extrinsecus spiritum ducunt. 2. de Natura deor. 204. a
 Quum æstu magno agmen ducebat, laborabat. 2. Tuf. 61. a
 Aquamque quam ii ducebant non longè à villa, bellè sanè

fluentem vidi. ad Quint. frat. lib. 3. 1
 Duxi meam rationem, quam tibi, &c. 8. ad Att. 37
 Vt sperem te mihi ignoscere, si ea non timuerim, quæ ne tu quidem vnquam timenda duxisti. Lentul. lib. 1. 6. 4. a
 Qui maximas copias duxit ad Troiam. 1. Tusc. 157. a
 Qua in legatione duxit exercitum, signa contulit. pro Muræna, 138. b
 P. Sestius duxit C. Albinii filiam. pro Sest. 4. b
 Vtrum enim in clarissimis est ciuibus Heraclides, quem iudicatum hic duxit Hermippus: pro Flacco, 35. a
 C. Nasennius Cretenfi bello, Metello imperatore, octauum principem duxit. ad Brut. 18
 Viri fortissimi, qui ordines duxerunt. 1. Philip. 14
 Ex quo etiam nomen hoc duxerat. 1. Acad. 58. a
 Vt mortem non ducerem in malis. Tusc. q. lib. 1. 101
 Ego si mei comodi rationem ducerem, te mecum esse maxime vellem. 7. fam. 31
 Dein quum ab ea sententia Pompeius valde abhorreret, suadere institui vt bellum duceret. ad Marium, lib. 7. 3. 6. a
 3. Offic. 104. & 7. fam. 9. Id est, produceret, seu protraheret. Lælius eò dictus est sapiens, non quòd intelligeret, quid suauissimum esset, sed quia parui id duceret. de Fin. 69. b
 Ne res duceret, fecimus, vt Hercules Antiaris in alium locum transferretur. ad Cæs. Iuniorum, lib. 1. a
 Hanc esse in te sapientiam existimant, vt omnia tua in te posita esse ducas, humanosque casus virtute inferiores esse putes. de Amic. 6. a
 Quò ducat me coniectura, habeo. 9. fam. 4
 A quo torius vitæ ducat exordium. de Finib. 128. b
 Nisi fortè id volumus armis efficere, vt fœnus quaternis centesimis ducant. Att. lib. 6. 28
 Contemplabatur aliquem è quo similitudinem duceret. in Orat. 5. a
 Nec in hoc ironiam duxeris esse. de Orat. 193. b
 Tunc quæro quam ob causam initium rerum ac legum suarum hinc duxerit, vt Pop. Rom. suffragio priuaretur. contra Rull. 69. b
 Ex qua affectione cæli primum spiritum duxerit. Diuinat. lib. 2. 77
 Ita viuunt, dum possunt, vt ducere animam de cælo non queant. in Orat. 57. a
 Ducere centesimas. 6. ad Att. 14
 Commendationem ineuntis ætatis ab impietate & scelere ducere. pro Deiot. 1. a
 Ducere cõiecturam ex similitudine aliqua, modò huc, modò illuc. Diuin. lib. 2. 111
 Ducere exercitum in Sabinos. in Catil. 36. a
 Ducere familiam. 5. Philipp. 186
 Ducere hostias. Diuin. lib. 1. 86
 Ducere omnia humana infra se. de Finib. lib. 3. 24
 Ducere in ratione. 5. in Verr. 96
 Ducere in vincula. in Catil. 20. a
 Nihil ducere in bonis præter virtutem. 3. de Finib. 15. a
 Ducere iudicium. pro Flacco, 64
 Ab eodem verbo sæpe ducere orationem. Orat. 109. b. Id est, incipere.
 Ducere os. Orat. 47
 Qui parietem sic per vestibulum sororis instituit ducere, sic, &c. pro Mil. 56
 Ducere principium ab aliquo vel ab aliqua re. in Verr. 31. b. de Nat. d. 37. b
 Diuitias, honores, opes contemnere, eaque quæ his contraria sunt, pro nihilo ducere. 5. Tusc. 45. Offic. 3. 30
 Tu ausus es pro nihilo præ tua præda tot res sanctissimas ducere? 4. Verr. 27. a
 Debere eum aiebat suam quoque rationem ducere, multa sibi opus esse, &c. 3. in Verr. 90. pro Quint. 30. pro Rosc. Amer. 76. & pro Sest. 17. 2. in Verr. 17
 Saffiam in matrimonium ducere. pro Cluent. 18. a
 Ducere se à loco aliquo. 10. famil. 70. in epist. Af. Pollionis. Ducere sortes. Diuin. lib. 1. 33
 Ducere spiritum otiosum. pro Arch. 22
 Quæ expectatio ita longa est, vt optandum sit vt possimus

ad id tempus Reipub. spiritum ducere. ad Plancum, lib. 10. 1. 3. a
 Ducere verbum aliquod in longius. de claris Orat. 150. a
 Quo studio Aristophanem putamus ætatem in literis duxisse? 5. de Finib. 45
 Nihil sanè mihi legisse videor: tantummodo coniectura ducor ad suspicandum. de claris Orat. 18. a
 Vel quòd is qui audit, aliò ducitur cogitatione. 3. de Or. 88. a
 Ex quibus coniectura quædam ducitur, si quemadmodum, &c. 2. de Inuent. 149. a
 Si quis despiciatui ducitur. pro Flac. 51
 Huic acerbissimum viuio videntique funus ducitur. pro Quintio, 29. a
 Et si quis earum statuarum honore ac gloria ducitur. 4. Verriarum, 101. a. Tusc. q. lib. 2. 41
 Qui eloquentiæ laude ducitur. in Orat. 62. a
 Ita credo, literis eorù Chryfogonus ducitur. pro S. Rosc. 38. b
 Aut ab eodem verbo ducitur sapius oratio. in Orat. 74. a
 Sors ducitur. quam obrem? nemo erat voluntarius laudator Prætore tuæ. 6. Verr. 126. a
 Omnes enim trahimur & ducimur ad cognitionis & scientiæ cupiditatem. 1. Offic. 28. a
 Quæ ducuntur à sensibus, & ab omni consuetudine. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 40
 Sic adolescentes senum præceptis gaudent, quibus ad virtutum studia ducuntur. Cat. 23
 Ita ex quatuor temporum mutationibus, omnium, quæ terra marique gignuntur, initia causæque ducuntur. 2. de Nat. deorum, 72. a
 Oracula æquatis sortibus ducuntur. 1. de Diuin. 33
 Qui in periculis cum laude & virtute versantur, spe posteritatis, fructuque ducuntur. pro Rab. 96. b
 Itaque anhelans ex imis pulmonibus præ cura spiritus ducatur. ad Heren. lib. 4. 200. a
 Omnino iam tempora (bellum enim ducetur) integram sibi causam referuant. Bruto, 18. 7. a. Id est, produceret.
 Nec verò dubito quin exitiosum bellum impendeat, cuius initium ducetur à fame. Att. lib. 9. 180. 4. a
 At nunc per me spoliati, nauæ à prædonibus abducta, ipsi in hostium numero locoque ducemini. 7. Verr. 97. a
 Secumque rapiunt, ad quemcunque ipsæ dolorem, cruciatumque ducuntur. Tusc. quæst. lib. 5. 59
 Ex facto autè ipso suspiciones ducuntur, si, &c. 2. de In. 147. a
 Ab iis rebus quemadmodum ducatur honestum, satis ferè diximus. Offic. 12. b
 At enim id ipsum habet aliquid diuini, quæ cuique hostia obtingat, tanquam in sortibus quæ cuique ducatur. 2. de Diuinat. 57. a
 Vt qui audient, ratione potius quàm autoritate ducantur. 4. Acad. 109. a
 Mulier, quæ in concubina locum duceretur. 1. de Orat. 90. b
 Deinde ita tempus duceretur, vt à M. Glabrione Prætore, & à magna parte horum iudicum, ad Prætorem alium, iudicetque alios veniremus. 3. Verr. 20. a
 Ad quem metum, si deorum monitis non duceremur, tamen ipsi nostro sensu coniecturæque raperemur. de Arusp. resp. 50
 Puto postquam tu es profectus, in creditorum causa, vt centesimæ perpetuo fœnore ducerentur. 5. ad Attic. 54. pro, subducerentur.
 Alii emendi aut vendendi quæstu & lucro ducerentur. 5. Tusc. lib. 13. a
 Sed ab iis partibus, quæ sunt honestatis, quemadmodum officia ducerentur, satis expositum videtur. Offic. 30. b
 Duci ab humili. Tusc. quæst. lib. 2. 4
 Duci ad mortem. Tusc. quæst. lib. 1. 90
 Duci auditione fabellarum. de Finib. lib. 5. 39
 Duci benevolentia. Offic. 2. 30
 Nec quenquam hoc errore duci oportet. Offic. 206. a
 Spe posteritatis fructuque duci. pro Rab. perduel. reo, 22. a
 Duci honestate. de Finib. lib. 5. 59
 Quum de foro in Capitolium currum flectere incipiunt, illos duci in carcerem iubent. 7. Verr. 62. a

Tanquam in gyrum rationis duci oporteret. Part. 118. b. Officiorum. 1. 127
 Duci ineptus ac fabulis. pro Cluent. 136. a
 C. Fuscium duci iussit petitoem, & c. 4. in Verr. 21. & 44
 Duci beneficiorum magnitudine. Offic. 2. 30
 Duci opinione. Tusc. quæst. lib. 2. 56
 Duci pretio ac mercede. Offic. 2. 29
 Pretio quæstusque duci. 1. Verr. 229
 Duci dignitatis præstantia. Offic. 2. 30
 Duci ratione potius, quam authoritate. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 56
 Duci & delectari re aliqua. 3. ad Q. frat. 22
 Duci splendore dignitatis. de Finib. lib. 5. 59
 Sorte duci. de Diuin. 87. b
 Duci studio alicuius rei. Tusc. quæst. lib. 2. 56
 In perpetuitate temporis vita beata duci solet. 2. de Fin. 138. a
 Hanc damnationem duci non oportet. in Verr. 229. b
 Legiones ex, quas audio duci, ad te perducantur. 12. fam. 45
 Officii rationem atque existimationis duci conuenit. pro Quintio. 9. b
 Quid, quum fictas tabulas, è quibus utilitas nulla duci potest, cum voluptate legimus? 5. de Finib. 94. a
 A lege ducendum est iuris exordium. 1. de Legib. 27. a
 Vti liberum spiritum ducendi nullam habeat potestatem. in Ant. 197. b
 Officii rationem in omni vita, non commodi, esse ducendam. pro Sest. 7. b
 A ducenda autem vxore sic abhorret, & c. Att. lib. 14. 309. 3. a
 In vxore ducenda, in liberis procreandis. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 99
 Pericula mortis parui esse ducenda. pro Arch. 138. b
 Non suas secum mulierculas sunt in castra ducturi? in Cat. 109. b

Ducens.
 Infra se humana omnia ducens. 3. de Finib. 45. a
 Cohortes ex Piceno, Lentulo & Thermo ducentibus, cum Domitii exercitu iunctas esse. Att. 116. b

Ductus.
 Mihi, beneuolentia, credo, ductus, tribuebat omnia. de claris Orat. 99. a
 Est igitur ambulantis ad hunc modum sermo ille nobis institutus, & à tali quodam ductus exordio. 2. Tusc. 14. a
 Ductus odio properauit reum in iudiciu deducere. Att. lib. 1. 11. 4. a. 5. Tusc. 13. a
 Non re ductus es, sed opinione. pro Mur. 57
 Omnis ille sermo ductus est è percunctatione filii. de claris Orat. 184. b
 Hinc Pomponii ductus est sermo. de Clar. 166. b
 Excipiaturque animam eam quæ ducta sit spiritu, eandemque à pulmonibus respiret & reddat. 2. de Nat. deor. 204. a
 Contumacia à magnitudine animi ducta, non à superbia. Tusc. 163. b
 Vt non sine causa ex his memoriæ ducta sit disciplina. de Finib. 124. b
 Ducta laus ab humili venit ad summum. 2. Tusc. 7. a
 Huic spatio simili ductum latus extat vtrunque. in Arat. b
 Vnde hoc totum ductum & constat mendacium est. pro Rosc. Comædo, 28. a
 Ex quo amicitia nomen est ductum. de Nat. deor. 1. 85
 Ac video hanc primam ingressionem meam non ex oratoris disputationibus ductam, sed è media philosophia repetitam. Orat. 197. b
 Ex quo intelligi debet principium ductum esse à se diligendi. 3. de Finib. 26. a
 Mèque temporis non longinqua spe ductum esse molestè feram. Att. 44. b
 Quoniam confidens mala consuetudine loquendi in vitio ponitur, ductum verbum à confidendo. 3. Tusc. 13. a
 Vix ab intestinis ad iecur ductæ ac directæ. 2. de N. d. 207. a
 Magnam pecuniam cõfeceram, vt soluerent centesimis sexcennii ductis cum renouatione singulorum annorum. Attic. lib. 6. 6
 Sed centesimis ductis à proxima quidem syngrapha, nec perpetuis, sed renouatis quotannis numerabatur nummi. Att. lib. 6. 113. 11. a. Ductis, id est supputatis & imputatis.

Ductus.

Quemadmodum quis ambulet, sedeat, qui ductus oris, qui vultus, & c. 5. de Finib. 43
 Omnes vires ciuitatis se ad Pompeii ductum applicauerunt. 3. fam. 47
 Pompeius rem optimè ductu suo gessit. pro Pomp. 15. b
 Quique suo ductu & imperio cruento illo atque funesto, supplicia, & c. de Arusp. resp. 2. a
 Adde ductus aquarum, deriuationes fluminum. 2. Offic. 18
 Ductus verò aquarum, quos isti Nilos & Euripos vocant, quis non, quum hæc videat, irriserit? 2. de Legib. 1

Dux.
 Tanta autoritate dux. Att. lib. 7. 127. 7. a
 Dux rectè viuendi natura. de Amicit. 17. a
 Is est Artemidorus Pergamenus, qui in sua patria dux isti quondam & magister ad despoliandum Dianæ templum fuit. 5. Verr. 44. a
 Ad hostiam deligendam potest dux esse vis quædam sentiens. de Diuin. 105. b
 Induciomarus, dux Allobrogum. pro Font. 283. b
 Dux ἐστὶν ἡγεμῶν. 7. ad Att. 43
 Dux & signifer calamitoforum. pro Mur. 48. a
 Dux causæ. pro Planc. 61
 Dux & præfectus classis. 7. Verr. 71. a
 Sed tamen ille dux Græciæ, & c. de Senect. 83. b
 Imperator eorum castrorum, duxque hostium. in Cat. 98. b
 Dux impietatis. de Amicit. 40. a
 Mors claris viris & fœminis dux est in cælum. Tusc. 154. b
 Maior dux. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 3
 Sed tamen eorum omnium hic dux est atque princeps. de Arusp. resp. 257. b
 Huius autem rei tu idem dux es & comes. pro Marcel. 6. a
 Dux salutis. post red. in Senat. 20
 Dux sententiæ. 1. Phillip. 10
 Dux ac princeps in illa multitudine sicariorum. pro Rosc. Amer. 49. a
 Ducem quòd habet vis populi, interdum lenior est, quàm si nullu haberet. Dux enim suo periculo progredi cogitat, populi impetus periculi sui ratione non habet. 3. de Leg. 22
 Duce paratiorem nunquã improbi ciues habuerunt. 16. fa. 13
 Ad rem gerendam non superstitionem habeas, sed rationem ducem. 2. de Diuin. 116. a
 Nec fe comitem illius furoris, sed ducem præbuit. Læl. 35
 Deinde & Senatui, bonisque omnibus authorè, principem, ducem præbeas. Planc. lib. 10. 6. 7. a
 Ducem se huic animanti præbere. de Vniuers. 59
 Præbere aliquem ducem exercitui. pro Dom. 231. b
 Summum me ducem tuæ literæ reddiderunt: planè nesciebam te tam peritum esse rei militaris. epist. 142. b
 Naturam debemus ducem sequi. Offic. 56. b
 Quem authorem publici consilii, & regendæ ciuitatis ducem, & sententiæ atque eloquentiæ principem in Senatu, in populo, in causis publicis esse volumus. 3. de Orat. 36. a
 Pompeio duce tanti belli. pro Pomp. 10. b
 Planè hoc spectat Octavius, vt se duce bellum geratur. ad Attic. 257. b
 Magistra & duce natura. 1. de Finib. 107. a
 Belli duces præstantissimi. de Orat. 85. b
 Statuissimq; eos solum nominare, qui causæ nostræ duces, & quasi signiferi fuissent. pro Planc. 61. a
 An ingenium? quum etiam ipse casus euentusque rerum non duces, sed comites eius consiliorum fuerint. pro Cornelio Balbo, a
 Duces hostium. in Verr. 78. b
 Improvidi & negligentes duces. Att. lib. 7. 138. 2. a
 Qui ipsi fuerint impietatis duces. Lælius. 40
 Duces latronum notissimi. 10. famil. 29
 An vestri Prætores, vestri duces, vestri imperatores? pro Flacco, 21. a
 Diis immortalibus ducibus hanc voluntatem suscepi. in Catil. 155. b
 Cui populo duces Lætidios, Lollios, Sergios præfeceras. pro Domo sua, 69. a

Cum duobus ducibus de imperio in Italia decertatum est, Pyrrho & Annibale. de Amicit. 101. b
 Videte ne vtilius vobis & honestius sit illis ducibus errare, quàm hoc magistro erudiri. pro Corn. Balbo, 52. a

Ductor.
 Quoties non modò ductores nostri, sed vniuersi etiam exercitus, ad non dubiam mortem concurrerunt? 1. Tusc. 73. Id est, duces exercitus, ἡγεμῶνες, στρατηγῶνες.

Dudum.
 Vt dudum de Læliorum & Mutioru familiis audiebamus. de Claris Orat. 136. a
 Dudum enim circumrodo, quod deuorandum est. ad Attic. lib. 4. 74. 1. a
 Dixi dudum materiam aliam esse ioci, aliam seueritatis. 2. de Orat. 146. a
 Ratio, quam dudum diximus. de Fat. 148. b
 Quæ dudum ad me, & quæ etiã antè bis ad Tulliam de me scripsisti, ea sentio esse vera. Att. lib. 11. 230. 1. a
 Vt dudum ad Demosthenem & Hyperidem, sic nunc ad Antonium Crassiumque peruenimus. de Claris Orat. 71. a
 Id erat quondam quasi necesse: nunc quoquo modo se res habet, non est item quàm dudum. ad Att. 227. b

Duellius.
 Nam vt duellum, bellum, & dux bis, sic Duellium eum, qui Pænos classe deuicit, Bellium nominauerunt, quum superiores semper appellati essent Duellii. in Orat. 85

Duellum.
 Duellum grauius discordiæ ciuium. 3. de Leg. 8
 Duelli instrumenta, non fani æs atque ferrum. 2. de Leg. 43
 Quique agent rem duelli, quique popularem, auspicium præmonento. 2. de Legib. 18
 Duella iustè gerunto. 3. de Legib. 9

Duillius.
 Duillius primo Punico bello. 2. de Nat. deor. 124

Dulcis.
 Dulcis amor. 2. famil. 1
 Dulcis lenitate sum. 5. ad Att. 20
 Vt sim dulcis mihi. 3. fam. 29
 Dulcis non multò secus est patria ea quæ genuit, quàm quæ excepit. 2. de Leg. 5
 Demetrius Phalereus Orator parum vehemens, dulcis tamen, vt Theophrasti discipuli possis agnoscere. Offic. 1. 5
 Quòd tu ipse tam amandus es, tamque dulcis, & c. 9. famil. 31. Id est, suauis & iucundus.
 Oratione Lælii nihil est dulcius. de Clar. b
 Nihil potuit, mihi quidem vt visum est, dulcius, idque, cum verbis, tum etiam animo ac vultu. 5. ad Att. 2
 Omne enim animal sensus habet: sentit igitur & calida & frigida & dulcia & amara. 3. de Nat. deor. 42. a
 Longiori epistola, superiorique respondi: nunc breuiori, propiorique quid respondeam, nisi eam fuisse dulcissimam? Attic. lib. 15. 327. 3. a
 Nihil inquam in isto: Brutum amasti dulcissime Attice. ad Atticum, 91. b
 Nostra autem causa, quæ optime & dulcissime frater incidit in Tribunitiam potestatem, nihil habuit cõtentionis cum Tribunatu. 3. de Legib. 36. a

Dulciculus.
 Demus scutellam dulciculae potionis, aliquid videamus & cibi. 3. Tusc. 79. a

Dulcedo.
 Hunc auium dulcedo ducit ad auium. 4. ad Heren. 177. a
 Dulcedo corporis. de Finib. lib. 3. 1
 Dulcedo iracundiæ. 1. ad Q. frat. 40
 Nã & odor vrbanitatis, & mollitudo humanitatis, & murmur maris, & dulcedo orationis, sunt ducta à cæteris sensibus. 3. de Orat. 88. a
 Si liberum conceptam dulcedinem animo inclusam continetis. Antequam. 192. b
 Ac vestri miserebor, quibus nec ætas, neque honores, neque virtus aliena dulcedinem viuendi minuere poterit. ad Brut. 49. in epist. Bruti.
 Itaque in victoria hominis necessarii, neque honoris, neque

pecuniæ dulcedine sum captus. Matus Cicero, li. 11. 47
 Quæ natura bona sunt, quia dulcedine voluptatis & scabie carent, non cernimus satis. de Legib. 165. b
 Milites dulcedine quadam gloriæ commoti, magno illud clamore approbauerunt. pro Arch. 18
 Dulcedine, corruptelæque mores deprauati. 2. de Legib. 62. a
 Mouet maxima dulcedine sensum voluptas. 2. de Finib. 65. a
 Cum omnes sensus dulcedine omni quasi perfusi mouerentur. de Finib. 88. b

Dulcitus.
 Dulcitus orationis. 3. de Orat. 88
 Quinetiam gustatus, qui est sensus ex omnibus maximè voluptarius, quique dulcitudine præter cæteros sensus commouetur, quàm citò id quod valde dulce est, aspènatur ac respuit? 3. de Orat. 55. a

Dulcesco.
 Primò vua est peracerba gustatu: deinde maturata dulcescit. de Senect. 49. a

Dulce.
 Tum historia quædam Græca scripta dulcissimè. de Claris Orat. 38. a

Dulciter.
 Aut enim eam voluptatem tueretur quam Aristippus, id est qua sensus dulciter ac iucundè mouetur. 2. de Finib. 30. a

Dum.
 Num expectatis, dum L. Metellus, & c. in Verr. 174. b
 Noli expectare dum tibi gratias agam. ad Att. 276. b
 Et quaquam nihil dum audieramus, nec vbi esses, nec quas copias haberes, tamè sic statuebam. ad Cassiu, lib. 12. 7. 5. a
 Ego in Arcano opperier, dum ista cognosco. 10. ad Attic. 6. Id est cognoscam.
 Expecta amabo te, dum Atticū conueniam. Att. li. 7. 121. 7. a
 Dum mihi deseruis, non seruisti satis valetudini. 16. famil. 24. in epist. ad Tironem.
 Expectas fortasse dum dicat, patietur? Tusc. 174. b
 Sed tamen iam infici debet his artibus, quas si, dum est tener, combiberit, ad maiora veniet paratior. 3. de Fin. 14. a
 Dum præsidia vlla fuerunt, in Syllæ præidiis fuit. pro Rosc. Amer. 75. a
 Brundisio nihil dum erat allatum. ad Att. 135. b
 Dum hominum genus erit. pro Rosc. Amer. a
 Hæc dum Romæ geruntur, Quintius interea, & c. pro Quintio, 4. b
 Vfus est hoc cupidine tam diu, dum forum diis immortalibus, populoque Romano habuit ornatum. 6. Verr. 5. a
 Sustinuisse hoc crimen primum ipse ille latronum occulator locus, dum neque muta solitudo iudicasset, neque cæca nox offenderet Milonem. pro Mil. 111. b
 Ista cõditione, dum mihi liceat fateri nescire, quod nesciam. de Orat. 53. b
 Dum literæ Latinæ loquentur. 1. de Legib. 1
 Dum res maneat, verba singant arbitratu suo. 5. de Fin. 153. a
 Vsq; ad eum finem, dum possint se ipsa defendere. de Nat. deorum, 52. b
 Virtus, quæ verat spectare fortunam, dum præstetur fides. de Diuin. 142. b
 Qui valuit tandiu, dum hic prodiret. pro Flac. 154
 Si mea pericula neglexi, dum timorem à patria propulsa-rem. Antequam. 197. b. Id est, vt.
 Interim ad me venit Munatius noster, vt consueuerat, & ego ei literas tuas dedi: nihil dum enim sciebat. Planc. lib. 12. 13. 6. a
 Quòd si totum tibi persuadere non possum: saltem, dum quid de Hispanis agamus scitur, expecta. a
 De Ausidio non puto te expectare dum scribam. ad Att. 1. b
 Non expectaui Brute, dum tu scriberes. ad Brutum, a
 Nihil dum etiam istiusmodi suspicabar. in Verr. 201. b
 Nihil ei longius videbatur, quàm dum illud videret argentum. in Verr. 208. b
 Vti aliqua re tandiu dum velis. in Verr. 201. b
 Tu autè meministi nos sic agere, vt quot vellet præfecturas sumeret, dum ne negotiatori. Att. lib. 6. 111. 10. a
 Interpellent me, quominus honoratus sim, dum ne inter-

pellent quominus Respublica à me commodè administrari possit. Brutus Ciceroni, lib. 10. 11. 3. a
Ego sicut adhuc videor segnior fuisse, dum ne tibi videar, non laboro. Att. lib. 8. 32. Id est, dummodo non.

Dummodo.

Quid, qui omnia recta & honesta negligunt, dummodo potentiam consequantur, nonne idem faciunt, &c. 3. Officiorum, 109. a

Quod nunquam, dummodo otiosi essent, recusarunt. ad Atticum, 106. b

Dummodo ne iisdem verbis. ad Att. 202. b

Dummodo ne contrarium sit. de Orat. 160. b

Postpositi omnia, dummodo parerem. 16. famil. 29. ex epist. Ciceronis filii. Id est, parum postpositis omnibus.

Dumus.

Animaduerti columellam non multum è dumis eminentem, in qua inerat sphaera figura & cylindri. 5. Tusc. 92. a

Dumetum.

Quum sit enim campus in quo exultare possit oratio, cur tam tantas in angustias & Stoicorum dumeta compellimus? Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 102. Dumeta Stoicorum, allegoricè, pro spinoso & subtili differendi genere, quale erat Stoicorum.

Septum vndique & vestitum vepibus & dumetis indagavi sepulchrum. 5. Tusc. 91. a

Duntaxat.

Statim mehercule Arpinum irem, ni te in Formiano commodissimè expectari viderem, duntaxat ad pridie Nonas Maias. Att. lib. 2. 29. 3. a

Colitur autem simulatione amicitiae, duntaxat ad tempus. de Amicit. 106. b

Consules duos bonos amissimus, sed duntaxat bonos. ad Brutum, 3. a

Atque ille discessus, dolor meus duntaxat, vestrum quidem scelus ac dedecus haberetur. in Pis. 86. b

Eum tamen velle duntaxat imitari. de Legib. 1. 6

Quod ipsum est non iniquum est, in tuo duntaxat periculo. pro Deiotaro, 1. a

Hæc artem quidè & præcepta duntaxat requirunt. Or. 119. b

Nos animo duntaxat vigemus. ad Att. 17. b

Inferiorem esse patitur, duntaxat vsque eò, ne cum bonis, fama, fortunisque omnibus Sexti Neuii cupiditati crudelitique dedatur. pro Quintio, 41. a

Duo.

Duo enim duarum ætatum plurimi facio, Cn. Pompeium filiae tuae socerum, & M. Brutum generum tuum. Appio, lib. 3. 4. 4. a

Omnia duo tertium aliquod ad cohærendum requirunt. de Vniuers. 15

Horum pater abhinc duo & viginti annos est mortuus. in Verrem, 113. b

Sinautem id non est, nihil duobus nobis est stultius. 7. fam. 21. Id est, utroque nostrum.

Duodecim.

Duodecim tabulas discibamus pueri ut carmen necessarium, quas iam nemo discit. 2. de Legib. 54

In duodecim hæc habemus secundam naturam, reliqua sunt in more. 2. de Legib. 57

Quid, qui post duodecim in vrbe sepulti sunt. 2. de Leg. 53

Duodecim tabulæ omnibus bibliothecis anteponendæ. 1. de Orat. 96. & 127

Duodecim tabularum libri vtilitas & commendatio. 1. de Orat. 95. & 96

Duodecies.

Furta Prætoris quæ essent h. s. duodecies. 4. Verr. 134. a

Ne causam diceret, sestertio duodecies cum Cæsare paciscitur. in Sallust. 12. a

Duodenus.

Et in eo duodena describit in singulos homines iugera. in Rullum, 84. a

Duodeuiginti.

Amplius duodeuiginti partibus confirmant maiorem. 4. Acad. 145. a

Duodetricies.

Ita in frumetum imperatum h. s. duodetricies in annos singulos Verri decernebatur. 5. Verr. 139. a

Duodequadraginta.

Duodequadraginta anni. 5. Tusc. 80. a

Duodequingagesimus.

Oratio, qua anno duodequingagesimo vsus est. de Clar. Orat. 179. b

Duplex.

Modus in singulis pedibus orationis aut sesquipleus, aut duplex, aut par. in Orat. 112. a

Itaque differunt duas esse vias, duplicesq; cursus animorum è corpore excedentium. 1. Tusc. 113. a

Duplices similitudines esse debent, vnæ rerum, altera personarum. ad Herennium, 22. b

Dupliciter.

Carere culpa dupliciter. Pæto, lib. 9. 16. 13. a

Dupliciter delectatus sum tuis literis, & quod, &c. ad Pætum, lib. 9. 20. 1. a. 3. Tusc. 64. a. 4. Acad. 185. a

Quæ cum exposuit, adiungit dupliciter dici, assensus sustinere sapientem: vno modo cum, &c. Acad. 26. b

Is se maledictis non abstinere, iis quidem, quæ in ipsum dupliciter recidunt. Orat. 207. b

Dupliciter homines deiciuntur. pro Cecin. 67. 9. famil. 37. ad Brut. 52. in epist. Bruti. Id est, duobus modis.

Duplus.

Dupla secunda pars primæ partis. de Vniuers. 29

Pœna dupli. 3. Offic. 84. a

In duplum ire. pro Flacco, 39. a

Duplo & triplo interuallo orbes septem dispares moueri iussit. de Vniuers. 33

Duplo maius & altero tanto maius. Orat. 215. b

Dupla & tripla interualla explere. de Vniuers. 29

Duplico.

Quum sæpius duplicaret numerum dierum. de Nat. d. 1. 42

Facile fuit, quas non habemus duplicare. de Diuin. 117. b

Duplicare & iterare verba. in Orat. 74. a

Duplicetur hæc nascens de me opinio. 16. famil. 27. ex epist. Ciceronis filii.

Non intelliges duplicari sollicitudines, quas eleuare tua te prudentia postulat. Luceius Ciceroni, lib. 5. 40

Exercitum, Deiotari aduētū, cum omnibus suis copiis duplicaturus eramus. 5. ad Att. 35

Duplicatus.

Ad id nec propositum vllum fuit, etsi fuisset, duplicata gloria discessissem. pro Dom. 232. b

Et geminata atque duplicata, vel etiam sæpius iterata ponantur. in Partit. 13 & 29. a

Dupondius, vide Dipondius.**Duriensis.**

Duriense prælium in Hispania sub Pompeio. pro Cornelio Balbo, 3

Durus.

Quis tam fuit illo tempore durus & ferreus, quis tam inhumanus, præter vnum te, qui non illorum ætate, nobilitate, miseria commoueretur? 7. Verr. 94. a

Homo vehemens atque durus. pro Cælio, 28. a

Durus in pœna & animaduersione. ad Brut. 54

Vt vita, sic oratione durus, incultus, horridus. de Cl. Or. 60. a

Durus & sermone & moribus. de Finib. lib. 4. 74

Senex durus ac penè agrestis. pro Cælio, 27. a

Nam ipse durus est præter æquū & bonum. de Inuent. 48. b

Dura annona. pro Domo sua, 13

Dura domina cupiditas. in Parad. 50. a

Dura lex. 1. de Orat. 141. a

Dura natio. 5. Philip. 173

Dura seruitus. in Parad. 49. a

Aut ista siue beatitas, siue beatitudo dicenda est (vtrunque omnino durum, sed vsu mollienda nobis verba sunt) Verum, &c. 1. de Nat. deor. 132. a. de Claris Orat. 150. a

Verbum durum, insolens, humile. de Clar. 190. b

Duri enim hominis, vel potius vix hominis videtur, periculum capitis inferre multis. 2. Offic. 71. a

Quis tamen se tam durum, agrestemque præberet, qui hanc mihi non daret veniam? in Orat. 82. a

Neminem puto esse tam durum, cui non oratio tua miseranda visa sit. de Orat. 134. b

Quis tam animo agresti ac duro est, &c. pro Arch. 189. b

Duro tempore anni. 10. ad Att. 39. cui opponit Ætatem.

Duri fuimus in Dolabella. ad Brut. 91. b

Duris enim quondam temporibus Reipub. nostræ, &c. pro Cornel. Balbo, a

Nam & Cimbricas res adolescens attigit, & ipsi illi C. Mario, qui durior ad hæc studia videbatur, iucundus fuit. pro Archia, 15

Iam penè belli depulso metu commutatam annonam esse dicebat: quæ quia rursus in meo reditu facta erat durior, &c. pro Domo sua, 13. a

Durior causa. ad Brnt. 26

Doctrina non moderata, nec mitis, sed, ut mihi videtur, paulo asperior & durior, quam aut veritas aut natura patitur. pro Murena, 55. a

Durior in aliquem. 1. ad Att. 5

Durior locus dicendi. pro Mur. 45

Si durius aliquid esset, succurrere celeriter possem. 10. fa. 42. in epist. Planci. Id est, aliquid aduersum accideret.

Quid ad hanc mansuetudinem addi potest, eum, quicum bellum geras, tam molli nomine appellari? Quanquam id nomen durius iam efficit vetustas. 1. Offic. 57. a

Prouidete, ne duriosem vobis conditionem statuatis, ordine vestro, quam ferre possit. pro Rab. Posth. 10. a

Duriosem te eius miseræ & afflictæ fortunæ præbes. 14. ad Attic. 22. in epist. Attici.

Perfpicio, non fore in te Cæsarem duriosem. 6. famil. 43

Duriose fortuna conflictari. Att. lib. 10. 195. 4. a

Duriores legum conditiones. pro Cluent. 120. a

Duriores partes mihi impositas esse. 10. ad Att. 27. in epist. Antonii.

Attilius Poeta durissimus. Att. lib. 14. 318. 5. a

Durissimo ore fuit, qui præsertim Hortensio gestum agere conaretur. pro Quint. 52

Durissima Reipub. tempora. pro Domo sua, 72

Durissimis & frigidissimis locis. 8. famil. 43. in epist. Cælii.

Durissimis pedibus Socrates. 1. de Orat. 15

Durius.

Durius hoc accipere, quam belli homines solent. 1. ad Att. 4

Durius accipere hoc mihi visus est, quam vellem. 1. ad Att. 4

Equidem nihil differui durius, quum nominatim de C. Antonio decernerem. ad Brutum, 3. 5. a

Durius quæ à te facta sunt, nonnulla proferantur. 11. famil. 44

Duriter.

Verba duriter aliunde translata. ad Heren. 27. b

Duritas.

Quanta in altero duritas: in altero comitas? de Senect. 90. b

Alii duritatem & seueritatem quandam verbis, & orationis quasi mœstitiam sequuntur. in Orat. 29. a

Duritia.

Animi duritia sicut corporis, quod cum vritur, non sentit, stupor potius est quam virtus. pro Dom. 232. b

Et fortitudinem audacia imitatur, & patientiam duritia immanis. in Partit. 43

Duritia virilis. Tusc. quæst. lib. 5. 55

Nullam capitaliorem pestem, quam voluptatem corporis hominibus dicebat à natura datam, cuius voluptatis audax libidines temerè & effrænate ad potiendum incita-

rentur. de Senect. 36. a
De L. Bruto fortasse dubitarim, an propter infinitum odium tyranni effrænatus in Aruntem inuaserit. 4. Tusc. 3. 9. Id est, petulantius.

Sed cum libertatis auida legio effrænatus in acie hostium irrupisset, & c. 14. Philippicarum, 40. 1

Effrænatio.

Quæ effrænatio impotentis animi. 5. Philip. 1. 7. 9
Effringo.

Fores effregit, restituentur. pro Cæl. 9. 2. a. 6. Verr. 4. 6
Effractus.

Eamque urbem sibi Mithridates Asia ianuam fore putauisset, qua effracta & reuulsa, tota pateret prouincia. pro Mu. 31. a
Conuulsis repagulis, effractusque valuis. 6. Verr. 8. 4. a

Effugio.

Effugit animus oculorum obtutum. de Vniuers. 3. 3
Effugit sensum omnem oculorum animus. de Vniuers. 6. 3
Quos ego homines effugi, cum in hos incidi. 2. ad Att. 3. 6
Effugit rex è manibus. pro Leg. Manil. 15. a
Nihil te effugiet, atque omne quod erit in te, occurret atque incidet, si modò rerum vsum percallueris. 2. de Orat. 8. 1. a
Vix effugeret viuus. 1. ad Quint. frat. 4. 7

Sperabat Heraclius, si illum effugisset, ante alteram fortitionem Q. Arrium, & c. successurum. 4. Verr. 26. a
Effugere impendentes calamitates. Diuinat. lib. 2. 4. 2
Effugere calumniam. pro Cluent. 13. 1. a

Effugere crimen inconstantia. 5. de Finib. 15. 1. a
Effugere crimen ineptiarum. 3. de Orat. 10. 4. a
Effugere de prælio. 2. Philip. 7. 9. a

Dolores intolerabiles effugere. Quint. frat. lib. 1. 4. 4. a
Effugere infamiam crudelitatis. pro Leg. Agr. 90. a
Maledictum omne effugere. pro Flacco, 50. a

Effugere manus. in Somn. Scip. 7. a
Neque mari effugere villo modo possent. 7. Verr. 7. 2. a
Offensionem negligentia effugere. 3. Verr. 7. 2. a

Effugere plagam. Att. lib. 7. 12. 8. a
Non quòd mihi fas sit quicquam effugere, quòd salus Plancii postulet. pro Planc. 46. Id est, ommittere.

Speciem alicuius effugere. de Clar. Orat. 80. a
Effugere vituperationem. Att. lib. 16. 3. 4. 7. a
At ego effugisse arbitrabar. 2. de Leg. 6

Aut eum effugisse alias rationes commodiores propter cupiditatem. ad Heren. 7. b
Dolores suscipiantur maiorum dolorum effugiendorum gratia. lib. 1. de Finib. 2. 9

Effugium.

Asequi effugium. 7. Verr. 13. 1. a
Alias animantes esse cornibus armatas, alias habere effugia pennarum. 2. de Nat. d. 90

Effundo.

Segetes fœcundæ effundunt herbas inimicas frugibus. Orator, 20. 1. b
Triduo verò aut quadriduo ante hanc rem pulcherrimam timore quodam percussa ciuitas tota ad te se cum conuigibus & liberis effundebat. ad Brut. 3. 2. a

Per eos ipsos dies effudi (si ita vis) honores in mortuos, ad Attic. 28. 3. b

Effudi vobis omnia quæ habebam. de Orat. 98. b
Hæc enim ætas effudit hanc copiam. de Clar. Orat. 18. a

Qui omnes iudices Tribunus è carcere in forum effudit. de Arusp. 2. 5. 1. b
Effudit illa omnia quæ tacuerat, vt recorderer illud tuum. Att. lib. 16. 2. 1

At istud columen actionis tuæ Mithridates, posteaquam biduum retentus testis à nobis, effudit quæ voluit omnia, reprehensus, conuictus, fractusque discessit. pro Flac. 32. a
Multi enim patrimonia effuderunt inconsultè largiendo. Offic. 2. 7. 7

Quod in me carcerem effudistis. in Pison. 82. b
Qui extremum spiritum in victoria effudistis. 14. Philippicarum, 40. 5. a

Qui omnia remedia Reipublicæ effuderunt. Att. lib. 2. 2. 7
Sic sum in Antonium inuectus, vt ille non ferret, omnemque

ff. iiii.

suum vinolentum furorem in me vnum effunderet, &c. Cornificio, lib. 12. 55
 Spolium orbem terrarum, vendamus vectigalia, effundamus ararium. pro Leg. Agr. 9. a. 3. Tusc. 42
 Aut temperantem qui se in aliqua libidine continuerit, in aliqua effuderit in Parad. 25
 Per luxuriam effundere & consumere omnes fortunas. pro Sext. Rosc. 19. b
 Effundere gratiam collectam. 2. fam. 29
 Effundere honores in mortuum. ad Brut. 15. 11. a
 Lachrymas effundere. pro Planc. 82. a
 Effundere sanguinem pro Repub. pro Mil. 77. a
 Sed quum inclusum illud odium multarum eius in me iniuriarum, quod ego effudisse me omne arbitrabar, restiduum tamen, &c. Lentul. lib. 1. 48
 Eademque ratione mare quum supra terram sit, &c. conglobatur vndique æquabiliter, neque redundat vnquam, neque effunditur. 2. de Nat. d. 17. 4. a
 A iudicibus oratio auertitur, vox in coronam, turbamque effunditur. pro Flacco, 54. a
Effulus.
 In nos verò suauissimè hercule est effusus. Att. lib. 4. 28
 Consules ex Italia profugisse, cunctum Senatum, totam Italiam esse effusam. pro Deiot. 6. a
 Sumptus effusi cum dedecore. pro Sext. Rosc. 41. a
 Vt effusus in omni intemperantia deorum libidines videremus. de Nat. d. 1. 31
 Effusus ac dissipatis fructibus. 2. de Leg. Agr. 87. a
 Quis in largitione effusior? pro Cæl. 9. i. magis prodigus.
Effusè.
 Si vidua liberè, proterua petulanter, diues effusè, libidinosè meretricio more viueret. pro Cæl. 30
 Effusè, petulantèrque conari aliquid. in Piso. 7
 Non pauca suis adiutoribus largè effusèque donabat. pro Rosc. Amer. 14
 Effusè exultat animus. 4. Tusc. 21. a
Effusio.
 Eodem enim vitio est effusio animi in lætitia, quo in dolore contractio. 4. Tusc. 55
 Effusio aquæ, declarata admixtum huic esse calorem. de Natura deor. 2. 19 (eo enim) liquefacta & dilapsa se diffundit. Liberalitatem effusio imitatur. in Partit. 43. a
 Illud probè iudicas, neque satis pro meis officiis, pro ipsius in alios effusione illum, in me liberalem fuisse. Att. lib. 7. 14. 5. a. Id est, liberalitate.
 Effusiones hominum ex oppidis concursusque ex agris. in Piso. 40. a
 Effusiones pecuniarum. Offic. 2. 82
 In hac vita iudices, quos sumptus quotidianos, quas effusiones fieri putatis? pro Rosc. Amer. 80. a
Effutio.
 Quidam effutiant ita temerè de mundo, vt, &c. 2. de Natura deorum, 69
 Nec hoc sic agit, vt ex tempore quasi effutire videatur. Tuscul. q. lib. 5. 65
Effutiens.
 Quam bellum erat Vellei confiteri potius nescire quod nescires, quam ista effutientem nauseare, atque ipsum sibi displicere. 1. de Nat. d. 59
Effutitus.
 Quorum partim ficta apertè, partim effutita temerè, nunquam ne mediocri quidem cuiquam, non modò prudenti, probata sunt. 2. de Diuinat. 88
Egeo.
 Egeo consilii: quod optimum factu videbitur, facies. Attic. lib. 7. 140. 2. a
 Etsi ego rebus omnibus. Att. lib. 11. a
 Tu quanquam consilio non eges, vel abundas potius, &c. epist. 53. b
 Eget ille Senatu, Equitibus Romanis, &c. 2. in Catil. 44. a
 Eorum qui copiis egent, infinita est multitudo. 1. Offic. 78. a
 Quæ se ipsi contenta sunt, meliora quam quæ egent aliis. Topic. 226. b

Egebat: imò locuples erat. pro Comædo, 12. a
 Macer autoritate semper eguit. de Clar. Orat. 128. a
 Siquidem etiam Themistoclis liberi eguerunt. ad Brut. 40.
 Id est, ad extremam paupertatem redacti fuerunt.
 Quæ non modò vt fierent, ratione eguerunt, sed intelligi qualia sunt, sine summa ratione non possunt. 2. de Natura deor. 172. a
 Ne bibliothecis quidem Græcis egebimus. Tusc. 176. b
 Quum oculis ad cernendū non egeremus, vt qui tanquam inuoluti quiescerent. 2. de Nat. d. 215. a
 Earum rerum quibus abundaremus exportatio, & earum quibus egeremus inuectio. Offic. 35. b
 Incredibile est mi frater, quam egeam tempore. Quint. frat. lib. 3. 21. 5. a
 Grauitas morbi facit, vt medicinæ egeamus. epist. 127. b
 Magnificum illud etiam, Romanisque hominibus gloriosum, vt Græcis de philosophia literis non egeant. 2. de Diuinat. 8. a
 Qui consumptis patrimoniis egeant. de Finib. lib. 2. 21
 Egere consolatione. epist. 71. b
 Non egere hortatione. 11. fam. 8. 9
 Indignè egere. Antequam iret in exil. 10. a
 Quiduis se perpeti malle, quam videri eguisse auxilio meo. Caninio, lib. 2. 16. 12. a

Egens.

Egens æquè est is qui non satis habet, & is cui nihil satis potest esse. ad Heren. lib. 4. 170. a
 Quid ergo vnus Asclepiades, fortuna egens, vita turpis, eximinatione damnatus, &c. pro Flacco, 27. a
 Nec quid tibi pollicerer, ipse egens rebus omnibus, &c. reperiebam. Domitio, lib. 7. 22. 2. a
 Quòd primūm ex eo iudicio tam egens discessit, &c. de Perit. Conf. 8
 Seruicque & egentes in tecta nostra cum facibus immissi. Att. lib. 14. 13
 Quocirca & absentes adsunt, & egentes abundant, & imbecilli valent. de Amic. 22. a
 Egentes, inanèsq; discederent. 4. Verr. 15. a
 Vagantur egentes cum coniugibus & liberis. Att. 118. b
 Nihil illo regno spoliatus, nihil rege egentius. Attico, libro 6. 111. 9. a
 Qui in sua re fuisset egentissimus, erat (vt sit) insolens in aliena. pro Sext. Rosc. 22. b
 Egentissimi tyrones. 11. fam. 31. in epist. D. Bruti.
 Egestates tot egentissimorum hominum. ad Att. 140. b
Egestas.
 Inopia atque egestas. 2. in Catil. 43. a
 Egestas ac mendicitas. in Parad. 57. a
 Non egestas animi recipit tantam personam. in Piso. 18. b
 Egestatem & luxuriam domestico lenocinio sustentauit. post red. in Senatu, 9. a
 Copiæ cum egestate confligunt. 2. in Catil. 44. a
 Vitam in egestate degere. pro Rosc. Amer. 85. a
 Si propter inopiam in egestate estis, pecuniam non habetis, &c. 1. de Inuent. 101. a
 Egestates tot vehementissimorum hominum. ad Att. 140. b

Egeria.

Non dubito quin iudem cum Egeria colloquutū Numam, &c. putent. 1. de Legib. 3
Egesinus.
 Egesinus Euandrum audiuit. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 17
Eggyna.
 Eggyna, ciuitas in Sicilia. 5. in Verr. 85
Egilius.
 Egilius, homo festiuus. 2. de Orat. 153
Egnatius.
 Cn. Egnatius pater, à Censoribus Senatu motus. pro Cluentio, 105

Egnatuleius.

L. Egnatuleius Quæstor cum quarta legione ab Antonio ad Octauium defecit. 3. Philip. 127
Ego.
 Ego me cupio non mendacem putari. 1. de Leg. 3

Noui ego Epicureos omnia sigilla numerantes. de Natura deor. 1. 59
 Ego sum ille Consul, cui, &c. 4. in Catil. 73. a
 Ego omni officio, ac potius pietate, &c. ad Lent. lib. 1. a
 Dixi ego idem in Senatu, eadem te optumatum contulisse in ante diem v. Calend. Nouembris. 1. in Catil. 5. a
 Atque idem ego neque P. Syllam supplicem ferre, &c. potui. pro Sylla, 14. a
 At ego tibi postridie à villa ante lucè, vt me omnino illi ne videret. 10. ad Att. 51. Ad ornatum ponitur tibi, vt & alibi.
 Nihil malo, quam & me mei similem esse, & illos sui. ad Attic. 152. b
 Mihi tu, tui, tua omnia curæ sunt. 6. fam. 10
 Quòd rogas, vt in bonam partem accipiam, &c. ego verò in optimam. Att. lib. 11. 7. Subaudi, partem accipio.
 Ego verò, & incautè, vt scribis, & celerius quam oportuit, feci. 11. ad Att. 19
 Quòd te excusas: ego verò & tuas causas nosco: & mea interesse puto, te istic esse. Att. lib. 11. 15
Egomet.
 Cæpi egomet mecum sic cogitare. 4. fam. 17. in epist. Seru. Sulpitii.
 Eam nauem nuper egomet vidi Velæ. 7. Verr. 35. a. pro Cælio, 19. a
 Statui egomet mihi tum modum orationi meæ. 7. Ver. 128. a
Egredior.
 Roma egreditur Quintus. pro Quint. 4. b
 Domo est egressus non modò nullum ad bellum, sed ne ad minimam quidem suspicionem belli. pro Ligar. 2. a
 Porta egressus. 1. Tusc. 22. a
 Roma est egressus ad bellum. pro Ligar. 137. b
 Pedem è villa adhuc egressi non sumus. Att. lib. 13. 273. 2. a
 Egredi à proposito, ornandi causa. de Clar. Orat. 41. a
 Egredi è nauis. in Verr. 212. b
 Egredi è vel ex portu. Tusc. q. lib. 4. 8. & 53
 Ex prouincia egredi. epist. 241. b
 Ex Syria egredi. Senatui, lib. 15. 2. 3. a
 Extra cancellos egredi. pro Quint. a
 Certos mihi fines, terminosque cõstituiam, extra quos egredi non possim, si maximè velim pro Quint. 19. a
Egrediens.
 Cùm egredientem insequi cœpissim. de Arusp. 243. b
 Ipsum egredientem vrbe prosequuti sumus. 2. in Catil. 25. a
Egressus.
 Cùm Senatum egressum vidi ad complectendum conseruatorum suum. in Piso. 90. b
Egressus.
 Itaque credo, si minus frequentia sua vestrum egressum ornando atque celebrando: at, &c. in Pison. 24. a
Egregius.
 Cuius egregius. epist. 22. b
 Egregius color, integra valetudo. 2. de Finib. 104. a
 In bellica laude egregius. de Clar. Orat. 42. a
 In procuratione ciuitatis vir egregius. 1. de Orat. 108. a
 Egregia exercitatio. 3. de Finib. 64. a
 Egregia & præclara indoles. 1. de Orat. 65. a
 Egregia pulchritudo, vnica turpitudine. ad Heren. 23. b
 Præclara tum oratio Antonii, egregia etiam voluntas. in Ant. 153. b
 Opus magnum & egregium. 1. de Nat. d. 139. a
 Egregiam operam dare alicui. Att. lib. 5. 90. 2. a
 Minimam copiam poetarū egregiorum extitisse. de Or. 85. a
Egrogie.
 Egrogie cordatus homo Catus Ælius Sextus. 1. de Or. 98. b
 Seruus egrogie fidelis. Q. frat. lib. 11. 26. a
 P. Cornelius egrogie fortis & bonus Imperator. 2. de Oratore, 149. a
 Egrogie subtilis scriptor atque elegans. de Clar. Orat. 17. a
 Sed tamen quòd ab eo egrogie diligi sensi, multo amicior ei sum factus. ad Cassium, lib. 15. 14. 12. a
 Quum vterque Græcè egrogie loquatur. 2. de Finib. 32. a
 Præsertim quum pauci pingere egrogie possint, aut fingere. de Clar. Orat. 139. a

Dolabellam valde placere tibi video, mihi quidem egregie. Att. lib. 14. 318. 6. a
 Quod egregie non modò iis qui vtuntur opera, sed etiam in vulgus gratum esse sentimus. Att. lib. 2. 37. 4. a
Egressus, Vide Egredior.
Eheu.
 Eheu conditionem huius temporis. Antequam iret in exilium, 20. a
Eho.
 Eho tu cognatum tuum non noras? Orat. 211. b
 Εἴδωλον eius mihi aduolabit ad pectus. 15. fam. 44
 Εἴδωλα, spectra. 15. fam. 44
 Εἴδωλα quæ dicuntur à Democrito. 15. fam. 44
 Καὶ εἴδωλον θανάσιον. 15. fam. 43
 Εἴδωσιν, σιλήζω. 9. ad Att. 19
Eiero.
 Placet etiam mihi illud Scipionis, &c. Eiero inquit, iniquus est, &c. 2. de Orat. 157. a
Eiicio.
 Reliquum sic è poculo eiecit, vt id resonaret. Tuscul. quæst. lib. 1. 79
 Furium Flaccum Capitolini & Mercuriales de collegio eiecerunt. ad Quint. frat. 312. b
 Non nimium liberale hospitium meum dices: nam te in viam, simul ac perpaululū gustaris, extrudam & eiiciam. 2. de Orat. 130. a
 Memoriam Milonis retinebitis: ipsum eiicietis, & erit dignior locus, &c. pro Mil. 77. a
 Eicere aliquem à suis diis penatibus. pro Quint. 55. a
 Eicere calculos. Diuin. lib. 2. 109
 Eicere è vel ex Senatu. de Senect. 38. a. pro Cluent. 94. a
 Eicere ex animo amorem insitum. pro Rosc. Amer. 31. a
 Eicere molestias & solitudines. 14. fam. 16
 Eicere nos magnum fuit, excludere facile est. 14. fam. 7
 Eicere rubores. 4. ad Heren. 155
 Se eicere, suosque secum educere. 1. in Catil. 22
 Eicere stirpes superstitionis. Diuin. lib. 2. 114
 Ita postremò eiiciuntur, vt ne ad saxa quidem mortui conquelescant. Orat. 206. b
 Hæc tanta virtus ex hac vrbe expellatur, exterminabitur, eiicietur: pro Mil. 78. a
 Eiici à patria. in Piso. 75
 Expelli atque eiici è pradio. pro Quint. 4. b
 Eiici in exilium. Parad. 39
 Hoc simile tandem est non risu potius, quam oratione eiiciendum: de Finib. lib. 4. 25
 Eumque ex numero hominum eiiciendum, ex finibus humanæ naturæ exterminandum puto. in Ant. 246. b
Eiectus.
 Damnatus & eiectus. pro Sext. Rosc. 19. b
 Eiectus homo. pro Quint. 42
 C. Cotta è ciuitate eiectus est. de Orat. 143. b
 A me in exilium eiectus est Catilina. in Catil. 106. b
 Gallus pictus eiecta lingua buccis fluentibus. 2. de Orat. 148
Eiectio.
 Tenemur vndique, &c. sed mortem & eiectiõnem, quasi maiora, timemus, quæ multo sunt minora. Attic. lib. 2. 42. Id est, exilium.
 Εἰκρινεὶς iudicium. 2. ad Quint. frat. 16
 Εἰκρινεὶς est ordo serieque causarum, cum causa causæ nexa rem ex se gignat. Diuin. lib. 1. 106
 Εἰκρινεὶς est ex omni æternitate fluens veritas sempiterna. Diuin. lib. 1. 106
 Εἰκρινεὶς, fatalem necessitatem dixerunt Stoici. de Natura deor. 1. 39
 Εἰρων Africanus Æmilianus. 2. de Orat. 150
 Εἰρωνία Græci Socratem nominarunt, quòd esset in omni oratione simulator. Offic. 1. 151
 Εἰρωνεία Græcis, Latinis dissimulatio dicitur. Academ. quæst. edit. 1. lib. 2. 16
 Εἰρωνεία bella. 16. ad Att. 28
 Εἰρωνοδότης enim non necesse est, sed tamen idem, nec hoc ειρωνοδοτης, &c. 4. fam. 11

Εἰς αἰωνὸς ἀπίστως ἀμύθηται ἀπὸ πατρὸς. 2. ad Att. 13

Eiulo.

Ipsū enim Herculem viderat in Ceta magnitudine dolorum eiulantem. 2. Tusc. 14

Eiulatus.

Ingemiscere nonnunquam viro concessum est, idque raro: eiulatus verò ne mulieri quidem. 2. Tusc. 48

Non sunt illi eiulatus & gemitus Philoctetæ tam miseri, quàm illa exultatio Athamantis, & quàm somnium matricidarum. de Arusp. respon. 35. a. 2. de Finib. 15. a

Eiulatum duodecim tabulæ in funeribus adhiberi vetuerunt. Tusc. q. lib. 2. 48

Eiulatio.

Eiulationem lugubrè in funere, Solonis lex vetat. 2. de Legibus, 55

Eiuro.

Itaque ut alacres & læti, &c. gratulabantur: sic me iniquum eiurabant, de me querebantur, diffidebant etiam Seruilio, &c. 12. Philipp. 33

Tu autem, quòd mihi bonam copiam eiures, nihil est. Pæto, lib. 9. 39

Negotiatores putant esse turpe, id forum sibi iniquum eiurare, vbi negotientur: Prætor provinciam suam totam sibi iniquam eiurat. 5. Verr. 117. a

Eiufmodi.

Vt eiufmodi ab eo quod non est, posset esse. Acad. 19. b

Nihil enim eiufmodi celare possumus. 6. Verr. 130. a

Genus belli est eiufmodi, quod maximè vestros animos excitare atque inflammare debet. pro Leg. Manil. 3. a

Qui illic eiufmodi est, vt eum pueri sectentur. 6. Ver. 130. a. 3. Verr. 110. a. 4. Academ. 76. a

Reliqua sunt eiufmodi, vt, &c. epist. 55. b

Nam cum compresserat digitos, pugnumque fecerat, dialecticam aiebat eiufmodi esse. Orat. 207. b

In eiufmodi rerum perturbatione, quanquam omnia metuenda sunt, nihil magis quàm perfidiam timemus. ep. 5. b

Eiufdem.

Et cætera eiufdem generis. Top. 22. 4. b

Nihil interesse autem non modò, si ex omni parte eiufdem modi sint, sed etiam si discerni non possint. 4. Academic. quæst. 93. & 75. a

Alios dissimiles, alios eiufdem modi mundos esse. 4. Academic. 215. a

Eiufdem modi totum ius prætorium, eiufdem modi omnes res iudicaria fuit. in Verr. 114. b

Eiufdem modi fortitionem homo amentissimus suorum quoque iudicium fore putavit. 3. Verr. 112. a

Elabor.

Assensio illa omnis elabitur. 1. Tusc. 41. a

Sed nescio quo pacto iam de manibus mos elabitur. pro Flacco, 12. a

Nec hoc alia de causa potest accidere, nisi quòd vñitata res facile è memoria elabuntur, insignes & nouæ diutius in animo manent. ad Heren. lib. 3. 131. a

Nihil vnquam vidi, quod tam è manibus elaberetur, quàm mihi tum elapsa est illa causa. de Orat. 127. b

Magno cum dolore parricidarum elapsus sum iis. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 13. 10. a

Hic Tito fratre suo Censore elapsus est. Cat. 38

Elapsus esset me agente. 3. ad Quint. frat. 24

Elabatur Ventidius, aut Antonius in Italia moretur. 11. fam. 15. in epist. D. Bruti.

Nam quum dormienti ei sol ad pedes visus esset, ter eum scribit frustra appetiuisse manibus, quum se conuoluens sol elaberetur & abiret. 1. de Diuinat. 84. a

Elabi ex criminibus. 4. Verr. 100. a

Ex isto ore, religionis verbum excidere aut elabi potest, &c. pro Domo sua, 80. a

Et cum extraordinaria pecunia crimen subterfugere velles, satis te elapsurum omni suspitione arbitrabare, si, &c. 3. in Verrem, 71. a

Elapsus.

Elapsus de manibus. 1. ad Att. 40

Elapsus è foci manibus ac ferro, bellum terra & mari comparat. Att. lib. 10. 195. 3. a. pro Mur. 76. a. pro Dom. sua, 47. a

Quoties tibi sica excidit casu aliquo & elapsa est: 1. in Catinam, 11. a

Quod quum ex vtero elapsum excidit, in iis animantibus quæ lacte aluntur, omnis ferè cibus matrum lactescere incipit. 2. de Nat. d. 193. a

Nam eorum animi qui se corporis voluptatibus dediderunt, &c. corporibus elapsi circum terram ipsam voluntantur. in Somn. Scip. 33

Elaboro.

Elaborant alii puro quasi genere dicendi. Orat. 201. b

Sacerdotum comitia, mea summa contentione in alterum annum sunt reiecta, quod ego cum Ciceronis causa elaboraui, &c. ad Brut. 281. b

Sed in literis certè elaboraui. Cat. 24

Qui in illo subtili elaboraui, &c. de Orat. 205. b

Ad quas igitur res aptissimi erimus, in his potissimum elaborabimus. 1. Offic. 160. a

Contende, quæso, & elabora, vt, &c. ad Quint. frat. 298. b

Nunc mi Capito, &c. eò plus apud hominem facillimum atque humanissimum Plancum enitere, elabora, vel potius eblandire, effice, vt, &c. Att. lib. 16. 343. 4. a

Si optimis à pueritia disciplinis atque artibus studuisses, & in his elaboraffes: &c. 1. Verr. 21. a

Videbatur id perdere arator quod aratro ipse quæssisset, in quo elaborasset. 5. Verr. 172. a

Num est tam asperum saxetum, in quo agricolarum cultus non elaboret: contra Rull. 79. b

Nec tam docti tunc erant, ad quorum iudicium elaboraret. lib. 1. de Finib. 6

Elaborare & eniti causa alicuius. de Pet. 208. b

Ex tempore elaborare. de Pet. Conf. 16. a

Contentione & dimicatione in aliqua re elaborare. Curioni, lib. 2. 5. 15. a. Tusc. q. lib. 1. 1

In re aliqua separatim elaborare. 1. de Orat. 5. a

Elaborare in aliqua scientia. pro Mur. 128. b

Ex illis rebus vniuersis eloquentia constat, quibus in singulis elaborare permagnum est. de Orat. 86. b

Non tam vt pro sim causis elaborare soleo, quàm vt nequid ob sim. 2. de Orat. 163. a

Neque in vniuerso genere singulos elaborasse, sed, &c. Orator, 87. b

De industriaque, non ex insidiis elaboratur, vt verba verbis quasi demensa & paria respondeant. Orat. 200

Hæc mihi ampliora multò sunt, quàm illa ipsa propter quæ elaborantur. epist. 45. b

Sed tamen quicquid elaborari aut effici potuerit ad istorū benevolentiam conciliandum & colligendum, summo studio me consecutum esse, &c. Pæto, lib. 9. 16. 4. a

Nihil mihi ita elaborandum est, quàm vt consilia nemo intelligat. a

In hoc tibi elaborandum est, Rempub. vt constituas. pro Marc. 135. b

In quo eò magis est elaborandum, quòd, &c. Tusc. 149. b

Elaborans.

Hæ sunt exercitationes ingenii, hæc curricula mentis, in his defudans atque elaborans, corporis vires non magnopere desidero. de Senect. 34. a

Elaboratus.

Ne elaborata concinnitas, & quoddam aucupium delectationis manifestò deprehensum appareat. in Orat. 46. a

Oratio & bonis artibus instituta, & cura & vigiliis elaborata. pro Cæl. 35. a

Hæc est à Græcis elaborata dicendi vis atque copia. de Clar. Orat. 13. a

Omne enim curriculum industria nostræ in foro, in curia, in amicorum periculis propulsandis elaboratum est. 7. Philip. 222

Perfectum ingenio, elaboratum industria. pro Leg. Man. 1. a

Elaboratum munus. Att. lib. 13. 263. 1. a

Omnes apud hunc ornati elaboratique sunt versus. in Oratore, 20. a

Deinceps inde multæ, quas non minus diligenter elaboratas etiam, quàm elucubratas afferebamus. de Cl. Or. 173. a

Elaboratio.

Aliquid sine elaboratione, & operæ consumptione inuenire. ad Heren. 31. b

Ελαττω appellat Epicurus, cum declinat atomus interuallo minimo. Fat. 18

Elapsus, Vide Elabor.**Elargior.**

Ex iis rebus quas tibi fortuna elargita est. epist. 5. b

Elatè, Elatio, Elatus, Vide Effero.

Eleaticus.

Eleatici philosophi à Parmenide & Zenone nominati, qui iidem & Megarici. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 120

Electè, Electio, Elector, Electus, Elegans, Eleganter, Elegancia, Vide post Eligo.

Electra.

Electra, Q. Ciceronis tragœdia. 3. ad Q. frat. 31

Elementum.

Elementa Latine, quæ Græcè στοιχεῖα. Academ. quæst. edit. 2. lib. 1. 20

Ergo illa initia, & vt è Græco vertam, elementa dicuntur. 1. Academ. 40. a

Quatuor elementa, corpora sunt omnia gignentia. Tusc. q. lib. 1. 33

Sunt enim quasi prima elementa naturæ. de Fin. lib. 3. 15

Elementa puerorum. 1. de Orat. 77. a. & 2. 25. a

Quatuor elementorum natura. Tusc. q. lib. 1. 33

Elementa quasi partita habent inter se & diuisa momenta. Tusc. q. lib. 1. 33. per momenta, τὰς κινήσεις, hoc est motus intelligit.

Quæ primo progressu festiuè tradit elementa loquendi. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 83. Hoc est, Grammaticam.

Ex elementis aer & ignis mouendi vim habent & efficiendi, aqua & terra patiendi. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 20. Aristoteli tamen aer patitur, quia humidus est: & aqua magis agit, quàm patitur, quia frigida.

Ex elementis, formæ animantium, earumque rerum quæ gignuntur è terra, ortæ. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 20

Quod in elementis dialectici docent. Acad. 35. b

Elephas, siue Elephantus.

Vires elephantis desiderare. de Senect. 24. a

Elephanto, beluarum nulla prudentior. de Nat. d. 1. 69

Elephanto quandam esse cum genere humano societatem. 7. fam. 3

Elephantorum extremus dies fuit. 7. fam. 3

Elephantorum acutissimis sensibus ad vtilitatem nostram abutimur. 2. de Nat. d. 114

Romani nepotem Antiochi, elephantos alere prohibuerunt. in Ant. 221. b

Equites, sagittarios, elephantos in suam potestatem redegit. in Ant. 203. b

Manus etiam data elephantis, quia propter magnitudinem corporis difficiles aditus habebant ad pastum. de Nat. d. 2. 92

Elephantis domitis vti & condocefactis. 2. de Nat. d. 121

Eleuo.

Mouere risum oratoris est, quod frangit aduersarium, quod impedit, quod eleuat, quod deterret, quod refutat, &c. de Orat. 130. b

Nihil est quod tam obtudat eleuetque ægritudinem, quàm perpetua in omni vita cogitatio. Tusc. lib. 3. 30

Eleuare amicitias remissione vsus. Læl. 65

Non intelliges querelis quotidianis te nihil proficere, non intelliges duplicari sollicitudines, quas eleuare tua te prudentia postulabat. 5. fam. 40. Id est, minuere.

Est enim varius & multiplex vsus amicitiarum, multæque causæ suspicionum offensionumque damnantur: quas tum euitare, tum eleuare, tum ferre sapientis est. de Amic. 74. a

Reprehensio est per quam argumentando aduersariorum confirmatio diluitur, aut infirmatur, aut eleuatur. de In. 57. b

Erat autem tanta grauitas in Domitio, tanta auctoritas, vt quod esset ab eo obiectum, lepore magis eleuandum, quàm contentione frangendum videretur. 2. de Orat. 127. a

Eleus.

Eleus Hippias gloriatus est, cuncta penè audiente Græcia, nihil esse vlla in arte rerum omnium quod ipse nesciret. 3. de Orat. 69

Eleusin.

Omitto Eleusinem sanctam illam & Augustam, vbi iniantur gentes orarum vltimæ. de Nat. d. 1. 83

Eleutherocilices.

Eleutherocilices, Asiæ populi. 5. ad Att. 40

Eleutherocilices populi in Amanone regibus quidem vnquam paruerant. 15. fam. 18

Elicio.

Elicio tuas literas mea loquacitas. 7. ad Att. 45

Elicere volo tuas literas. 7. ad Att. 41. & 9. 171. 2. a

Nos è terræ cauernis ferrum elicimus. 2. de Nat. d. 216. a

Terra semen tepefactum complexu suo diffundit, & elicit herbescentem ex eo viriditatem. de Senect. 88. b

Vt aliquas abs te epistolas eliciam. ad Att. 135. b

Nonne ipsam domum metuet, ne quam vocem eliciat: pro Cecin. 50. b

Neque nostræ disputationes quicquam aliud agunt, nisi vt in vtranque partem dicendo & audiendo, eliciant & tanquam expriment aliquid quod aut verum sit, aut ad id quàm proximè accedat. 4. Acad. 16. a

Tamen dabunt operam vt eliciant sententiam meam. Attic. lib. 7. 121. 9. a

Quem ego toties omni ratione tentans, ad disputandum elicere non potuissim. 2. de Orat. 8. a

Propositis præmiis elicere ex ciuitatibus sociorū optimum quenque ad subeunda pericula pro nobis. pro Cor. 59. & 62. b. Tusc. q. lib. 5. 16

Inferorum animas elicere. in Vatin. 10. a

Elicere me vellet ad cædis causam. 12. fam. 55

Elicere causam immutatæ voluntatis. 1. ad Att. 19

Quis igitur elicere causas præfensionū potest? Diui. lib. 1. 12

Elicere ignem conflictu & ictu lapidum. 2. de Nat. d. 19

Si quis opportunitatem, quæ in animis inesset hominum, posset elicere, & præcipiendo meliorem reddere. de Inuent. 42. b

Potestne igitur nostra maiestas à Gaditanis benignè conseruari, si ad eam retinendam Gaditanos præmiis elicere non possumus. pro Corn. Balb. 31. a

Sanguinem elicere. 2. Tusc. 190. a

Elicere sapientem debet ipsa natura per se ad se colendam. de Nat. d. 1. 81

Elicere cupio sententiam tuam. 8. ad Att. 53

Suspicionem elicere ex re aliqua. 2. de Inuent. 140. a

Verbum ex eo nunquam elicere potui de vi ac ratione dicendi. 1. de Orat. 48. a

Elicere verum. Academ. q. ed. 1. lib. 2. 8

Elicere vultatum. 2. Tusc. 96. a

Vocem è lateribus & faucibus elicere. 2. Tusc. 96. a. pro Cælio, 47. a

Dolor & ardor animi, qui etiam ex infantium ingeniis elicere voces & querelas solet. de Orat. 190. b

Ex quibus elicetur aliquid suspicionis. de Inuent. 67. b

Conquiri verò & elici blanditiis (vt tu scribis) ad iudicium necesse non fuit. ad Quint. frat. lib. 1. 2. 8. a

Multa ab ipso Publio elici, multa cognosci, &c. At. li. 2. 37. 5. a

Si tacebitur, elicienda est responsio. 1. de Inuent. 70. a

Et quicquid erit in vnaquaque re probabile, eliciendum atque dicendum. 1. de Orat. 77. a

Itaque ad pingendum, fingendum, ad sculpendum, ad neruorum eliciendos sonos, ad tibiurum, apta manus est admonitione digitorum. 2. de Nat. d. 124. a

Elido.

Elidere neruos omnes virtutis. Tusc. q. lib. 2. 24

Qui rebus his fractus ægritudine eliditur. Tusc. 231. b

Hæ sunt illæ fibræ stirpium, quas initio dixi, persequendæ, & omnes elidendæ, ne vlla vnquam possit existere. Tusc. q. 208. b

Atqui stirpes sunt ægritudinis quàm multæ, quàm amaræ, quæ ipso truco uerbo omnes elidendæ sūt. 3. Tusc. 140. a

Eligo.

Aliquot enim sunt anni, cum vos duos elegi, quos præcipue colerem. ad Att. 147. b
 Elegit ex multis Iſocratis libris triginta fortasse versus Hieronymus Peripateticus. in Orat. 110. a
 Populus elegit sibi in principem Octauium. a
 Quam potissimum sententiam & disciplinam melius eligeret. 4. Academ. 209. a
 Quoties ille tibi potestatem optionemque facturus sit, ut eligas utrum velis, factum esse, necne. 1. Verr. 2. 4. a
 Non solum ex malis minima eligere oportet, sed etiam excerpere ex his ipsis, si quid inest boni. Offic. 53. b
 De tribus eligere quem velis. 10. Philip. 171. a
 A multis eligere commodissimum quodque. 2. de Inu. 124. a
 Eligere amplissimos viros ad sacerdotia. pro Dom. 23. b
 E duobus autem malis quum maius fugiendum sit, leuius est eligendum. Octauio, a
 Soluta nobis est eligendi optio. lib. 1. de Finib. 26
 Sunt igitur constantes eligendi amici. de Amic. 108. b
 Electus.
 Non electus, sed relictus. pro Rosc. Amer. 3
 De decem Myleſiorum manibus electum. 3. Verr. 61. a
 Nunquam profecto scholis essent excitati, neque ad illud munus electi. 4. Tusc. 9. a
 Conquisiti atque electi coloni. contra Rull. 85. b
 Electis verbis dictata res. 1. de Finib. 14. a
 Prudentissima, electissimaque foemina. in Verr. 95. b
 Electissimi viri ciuitatis. pro Quint. 3
 Electissimis verbis ornari. 3. de Finib. 41. a
 Elector.
 Electores boni aliorum. 4. ad Heren. 145. Id est, qui bene ab aliis eligant.
 Electe.
 Electe digerere. de Inuent. 52. b
 Electio.
 Id autem est iudicium electioque verborum. in Orat. 37. a
 Quorum ex electione virtus possit existere. 4. de Fin. 75. a
 Elegans.
 Acutus, elegans, facetus, breuis. de Clar. Orat. 170. b
 Perspicitis hoc genus quam sit facetum, quam elegans, quam oratorium. 2. de Orat. 133. a
 Iocandi genus elegans, vrbatum, ingeniosum, facetum. 1. Offic. 146. a
 Elegans in cibo. in Orat. 46. a
 In dicendo elegans. de Clar. Orat. 129. a
 Elegans in iudicio. 7. fam. 40
 Faceta & elegans ironia. de Clar. 192. b
 Epicurus sentit nihil vnquam elegans, nihil decorum. de Diuinat. 53. b
 Polita, vrbana, & elegans oratio. de Claris Orat. 156. a. 1. de Finib. 16. a
 Lysias egregie subtilis scriptor atque elegans. de Clar. Oratoribus, 17. a
 Artes elegantes & ingenue. 3. de Finib. 6. a
 Elegantes aures. 9. fam. 45
 Vide ne ille non solum temperantia, sed etiam intelligentia te atque istos qui se elegantes dici volunt, vicerit. 6. Verrin. 88. a
 Elegantes ex eligendo dicti, tanquam a deligendo diligentes. 2. de Nat. d. 53
 Elegantium parcissimus L. Crassus. Brut. 76
 A quibus mansuefacti & exculti, ad elegantiora defluximus. Tusc. 161. b
 Homo in omni iudicio elegantissimus. ad Gall. lib. 7. 24. 3. a
 Elegantissima epistola. ad Att. 259. b
 Elegantia.
 Elegantia apud Rhetores, est quæ facit ut vnumquodque pure & aperte dici videatur: eius partes sunt, Latinitas & explanatio. ad Heren. lib. 4. 159
 Elegantia hominis. ad Att. 5. b
 Linguae subtilitas & elegantia. 2. de Orat. 17. a
 Loquendi elegantia. de Clar. Orat. 79. a
 Elegantia & munditia orationis. Orat. 204. b

Fucati vero medicamenta candoris & ruboris, omnia repellentur, elegantia modo & munditia remanebit. in Oratore, 43. a
 Scriptorum tuorum subtilitas & elegantia. epist. 48. b
 Quæ tibi eius loci, & nostri studii & tuæ elegantia esse videbuntur. Att. lib. 1. 5. 2. a
 Itaque ad hanc elegantiam verborum Latinorum adiungit illa oratoria ornamenta dicendi. de Clar. 188. b
 Epicurus contemnit elegantiam differendi, confuse loquitur. de Finib. lib. 2. 24. & Tusc. q. lib. 2. 50
 In hac diuisione rem ipsam probo, elegantiam desydero. de Finib. 70. b
 Terentius, cuius fabellæ propter elegantiam sermonis putabantur à Lælio scribi. ad Att. 103. b
 Tu autem eloquentiam ab elegantia doctrinae segregadam putas. Orat. 85. b
 Agricultura, quæ abhorret ab omni politiore elegantia. 3. de Finib. 3
 Cum summa elegantia atque integritate viuere. pro Syl. 59. Id est, integrè.
 Verius tuus & Camillus qua munditia homines, qua elegantia. epist. 38. b
 Quid enim est elegantia tua dignius? de Leg. 184. b
 Eleganter.
 Ad consolandum autem cum illa valent, quæ eleganter, copioseque collegisti. Luceio, lib. 5. 13. 5. a
 Libertis lautis, seruisque nihil defuit: nam lautiores eleganter accepti. Att. lib. 13. 298. 4. a
 Accurate elegantèrque dicere. de Clar. Orat. 43. a
 Causam pro aliquo politè elegantèrque dicere. de Cl. 172. b
 Tractantur ista ingeniosè, disputantur etiam eleganter. Academ. q. ed. 1. lib. 2. 78
 Eleganter explicare aliquid. Tusc. q. lib. 1. 45
 Neque distinctè, neque distributè, neque eleganter, neque ornate scribere. 2. Tusc. 10. a
 Eleganter adolescentiam traducere. pro Planc. 25
 Hoc ipsum elegantius poni, meliusque potuit. 2. de Finibus, 160. a
 Audio illum omnium ferè Oratorum Latine loqui elegantissime. de Clar. Orat. 136. a. De Cæsare.
 Tibi is exponet qui & optimè omnia nouit, & elegantissime expedire, & deferre ad te potest. ad Brut. 15. 1. a
 Elimo.
 Velim *ἐπιλοιπὸν* elimes ad me, oportuisse te id facere. Attico, lib. 16. 334. 4. a
 Rationes latiore specie non ad tenue climata. 4. Acad. 119. a
 Elinguis.
 Elinguis curia. post redit. in Senat. 5
 Præsertim quum Fannius nunquam sit habitus elinguis. de Clar. Orat. 51. a
 Conuicit, & elinguem reddidit. pro Flacco, 17. a
 Elis.
 Elis in Peloponeso familias duas certas habuit, Iamidarum vnam, alteram Glutidarum, aruspicina nobilitate præstantes. Diuin. lib. 1. 79
 Elisus.
 Elisus Terinæus. Tusc. q. lib. 1. 103
 Eloco.
 Nunc vero hoc magis, quod illa gens est victa, quod elocata, quod seruata. pro Flac. 54. b
 Xenon ad se pertinere negabat: fundum elocatum esse dicebat. 5. Verr. a
 Elocutio, Vide Eloquor.
 Elogium.
 In quem illud elogium vnicum, Plurimæ consentiunt gentes populi primarium fuisse virum. Cat. 57
 Si illud censorium elogium Appii Claudii, & L. Pisonis, quo vsus est quisque eorum pro lege, palam vniuersis recitarem, nonne tibi viderer æternas inurere maculas: in Sal. 274. b
 Solonis quidem sapientis elogium est, quo se negat velle suam mortem dolore amicorum, lamentisque vacare. de Senect. 66. a

Vnum etiam est quod me maxime cõturbat, &c. quod eloquium recitasti de testamento Cn. Egnatii, &c. pro Cluentio, 106. a
 Hæc res tibi fluctus illos excitauit: at hoc nusquam opinor scriptum fuisse in illo elogio, quod te Consule in sepulchro Reip. incisum est, Velitis, iubeatis. in Piso. 57. a
 Non elogia monumentorum id significant, velut hoc ad portum, vno ore cui plurimæ consentiunt gentes, populi primarium fuisse virum. 2. de Finib. 95
 Quid procreatio liberorum, quid propagatio nominis, quid adoptiones filiorum, quid testamentorum diligentia, quid sepulchrorum monumenta, quid elogia significant, nisi nos futura etiam cogitare. 1. Tusc. 26. Elogia, testificationes sunt de aliquo, siue honoris, siue vituperationis causa, teste Quintiliano.
 Eloquor.
 Omne quod eloquimur, sit ut id aut esse dicamus, aut non esse. de Orat. 123. b
 Nullum est periculum, ne quid tu eloquere nisi prudenter. de Orat. 102. b
 Compositè, ornate, copiose eloqui oratoris est. 1. de Oratore, 26. a
 Eloqui copiose, modo prudenter, melius est, quam vel acutissime sine eloquentia cogitare. Offic. 1. 219
 Præclare eloqui cogitata mentis. de Clar. Orat. 137. a
 Fieri autem potest ut rectè quis sentiat: & id quod sentit, politè eloqui non possit. 1. Tusc. 10. a
 Memini in Senatu disertum consularem ita eloqui, hæc culpam maiorem, an illam dicam: epist. 148. b
 Eloqui rem aliquam per continuationem. ad Heren. 30. b
 Veretur quicquam aut facere aut eloqui, quod parum virile videatur. de Finib. 74. b
 Eloqui in verbis proprie dicitur. Partit. 2
 Exercitatio celeritatem eloquendi incitat. Orat. 92. b
 Eloquendi genera duo. Partit. 9
 Tu qui in isto eloquendi & exprimendi genere superasti, à me petis: Quint. frat. lib. 3. 21. 5. a
 Domina rerum eloquendi vis quam est præclara, quamque diuina. 2. de Nat. d. 112
 Vis eloquendi maxima soli oratori tribuitur. in Orat. 34. a
 Vterque si ad eloquendum venerit, non plus quam semel eloqueretur. 3. Offic. 81. a. De venditore & emptore.
 Eloquens.
 Eloquens is est qui & humilia subtiliter, & magna grauitèr, & mediocria temperatè potest dicere. in Orat. 54. & 55
 Eloquens etiam is erit, qui ad id quodcumque decebit, poterit accommodare orationem. in Orat. 67. a
 Conformatio est, &c. quum res muta aut informis sit eloquens & formata. ad Heren. lib. 4. 237. a
 Eloquens esse aliquis potest. 1. de Orat. 47. & 48
 Eloquens sine philosophia effici non potest. Orat. 7
 Eloquens nemo factus victoria. Brut. 12
 Eloquens quis futurus sit. Orat. 37
 Eloquens omnibus rebus debet excellere. Orat. 139
 Eloquens sit temporum personarumque moderator. Or. 67
 Græcè ab eloquendo rhetor, Latine eloquens dictus est. Orat. 202. b
 Eloquenti necessaria dialectica. Orat. 61
 Nec timuissim sine ista philosophia rhetorem, quanuis eloquentem. de Nat. d. 26. b
 Disertos me cognosse nonnullos, eloquentem adhuc neminem. 1. de Orat. 47
 Antonius disertus ait se vidisse multos, eloquentem omnino neminem. in Orat. 9. a
 Eloquentes & in dicendo suaues atque ornati. 1. de Orat. 27
 Atque illud est probabilius, neque tamen verum, quod Socrates dicere solebat, omnes in eo quod sciunt, satis esse eloquentes. 1. de Orat. 33
 Eloquentium paucitas. 1. de Orat. 10. a
 L. Crassus homo eloquentissimus. pro Cecin. 39. a
 Eloquentia.
 Eloquentia nihil est, nisi copiose loquens sapientia. in Partit. 42. ad Brut. 33

Pacis est comes otique socia, & iam bene constituta ciuitatis, quasi alumna quædam eloquentia. de Claris Oratoribus, 22. a
 Eloquentia, doctrinae ciuili pars præcipua. 1. de Inuent. 9
 Eloquentia à dialectica quid differat. Orat. 61. Partit. 42
 Eloquentia bonine an mali plus adferat. 1. de Orat. 16
 Eloquentia & gratia plurimum possunt in ciuitate. pro Quint. 1
 Eloquentia, vna quædam de summis virtutibus. 3. de Oratore, 31
 Abundans sonantibus verbis, vberibusque sententiis eloquentia. 1. Tusc. 99. a
 Eloquentia C. Cælii. Brut. 85
 Eloquentia nisi mentis oculis cerni non potest. Orat. 54
 Eloquentia ex quinque rebus constat. Brut. 12
 Ex verbis & sententiis constat eloquentia. de Optimo gen. Orat. 143
 Ut hominis decus, ingenium: sic ingenii ipsius lumen, est eloquentia. de Clar. Orat. 29. a
 Multitudo & forum cui nata eloquentia est. de Claris Oratoribus, 191. b
 Eloquentia cum prudentia & probitate iungenda. 3. de Oratore, 31
 Eloquentia, lumen ingenii. Brut. 29
 Eloquentia sine sapientia pernicioſa. 2. de Orat. 4
 Eloquentia facultate præclara, arte mediocris. 2. de Oratore, 17
 Eloquentia populo non minus, quam doctis probanda est. Brut. 95
 Eloquentia Athenis serò prodiit. Brut. 18. & 19
 Hæc ars quæ vocatur eloquentia, siue ars, siue studium, siue exercitatio, siue facultas à natura profecta. 1. de Inventione, 2
 Eloquentia res vna omnium difficillima. Brut. 12
 Eloquentia primas tenuit semper vrbis pacatisque rebus, secundas iuris scientia. Orat. 78
 De commutatione sic, Possitne eloquentia commutatione aliqua conuerti in infantiam. in Topic. 44. a
 Eloquentia defensio. Orat. 78
 Effectus eloquentia est audientium approbatio. 2. Tusc. 2
 Eloquentia qui fructus sit. 1. de Orat. 16. 1. de Inuent. 7
 Eloquentia membra quinque. 2. de Orat. 44
 Eloquentia partes suscipere. pro Sest. 2
 Eloquentia perfectæ speciem animo videmus, effigiem auribus quarimus. Orat. 5
 Eloquentia studium ex plurimis artibus studiisque collectum est. 1. de Orat. 9
 Athenis studia eloquentia vigerunt. de Orat. 85. b
 Eloquentia vis quanta sit. 3. de Orat. 43
 Eloquentiam à philosopho, si asserat non asperner: si non habeat, non admodum flagitem. lib. 1. de Finib. 12
 Eloquentiam veram & perfectam cur nemo assequatur. Orat. 9
 Quid tam inhumanum, quam eloquentiam à natura ad salutem hominum, & ad conseruationem datam, ad bonorum pestem perniciosamque conuertere? Offic. 2. 72
 De quo dum disputarem, tuam mihi dari velim eloquentiam. de Nat. d. 55. b
 Contentio orationis maiorem vim habet ad gloriam, ea est enim quam eloquentiam dicimus. Offic. 24. b
 Stoici eloquentiam virtutem ac sapientiam esse dixerunt. Orat. 148. b
 Aut eloquentiam sine quadam vi maiore fluere. Tuscul. q. lib. 1. 51
 Tu autem eloquentiam ab elegantia doctrinae segregadam putas. de Orat. 85. b
 Prudentiam cum eloquentia iungebat Aristoteles. 1. Tuscul. q. 11. a
 Ex eloquentia natum est artificium, non ex artificio eloquentia. 1. de Orat. 71
 Eloquentia nemo vnquam floruit sine omni sapientia. 2. de Orat. 4
 In eloquentia non sunt omnia. pro Quint. 54

Quid enim eloquentia laudabilius & præstabilius, vel admiratione audientium, vel spe indigentium, vel eorum qui defensi sunt gratia: Offic. 46. b

Perfuadere eloquentia aliquid alicui. in Orat. 54. a

Num eloquentia Platonem superare possumus? Tus. quæst. lib. 1. 21

Eloquentia illi ipsi qui consecuti sunt tamen valere se dissimulant, propterea quod prudentia hominibus grata, lingua suspecta. Orat. 210. b

Elocutio.

Elocutio est idoneorum verborum & sententiarum ad inuentionem accommodatio. 1. de Inuent. 13. 1. ad Heren. 3

Elocutio ad commodum Oratoris accommodata, tres in se res debet habere, elegantiam, compositionem, dignitatem. ad Heren. lib. 4. 159

Oratio, quæ, nisi subest res ab oratore percepta & cognita, inanem quandam habet elocutionem & penè puerilem. 1. de Orat. 11. a

Circuitio, est oratio rem simplicem assumpta circumscribens elocutione. ad Heren. lib. 4. 198. a

Elorinus.

Elorini, populi Siciliae. 5. in Verr. 85

Eluceo.

Amicitia magis elucet inter æquales. de Amicit. 83. a

Elucet animi excellentia, magnitudoque in despiciendis opibus. 1. Offic. 27. a

Elucet ingenium in eo. pro Cæl. 35. a

Ex animo elucebit omnium constantia omnisque moderatio. 1. Offic. 143. a

Nemo enim studet eloquentiæ nostrorum hominum, nisi ut in causis atque in foro eluceat. 1. de Orat. 30. a

In ipso ioco aliquod probi ingenii lumen eluceat. Off. 21. b

Nunc autem opto ut ab istis Orientis partibus virtutis tuæ lumen eluceat. ad Cassium, lib. 12. a

Hoc in genere eluceat oportet omnis eloquentiæ magnitudo. Orat. 209. b

Ut illa tertia pars rationis & mētis eluceat. 1. de Diuin. 109. a

Ex quibus proprium quid sit eluceat. Part. 233. b

Si qua significatio virtutis eluceat. de Amic. 45

Tenuitas hominis eiusmodi est, ut dissimulari non queat: atque eò magis eluceat, quò magis occultatur. pro Rosc. Amer. 52. a

Quare sit modò aliqua Respublica in qua honos elucere possit, & c. Planco, lib. 10. 10. 4. a

Eaque in maximis ingeniis maximè elucere. de Fin. lib. 4. 3

Existimant quasi lumen aliquod elucere sanctitatem tuam. epist. 7

Quid est igitur ubi elucere possit prudentia: pro Font. 278. b

Elucens.

Inter flammam circulus elucens splendidissimo candore. in Somn. Scip. 12. a

Elucubrator.

Nihil habeo quod ad te scribam, quinetiam eam epistolam, quam eram elucubratus, ad te non dedi. Att. lib. 7. 53

Elucubratus.

Deinceps inde multæ, quas non minus diligenter elaboratas, etiam quàm elucubratas afferebamus. De Cla. Or. 173. a

Eludo.

Quasi rudibus Isocratis eludit oratio. de Opt. 243. b

Sed quod idem iuris civilis est, spernitis, & scientia illa eludit. de Leg. lib. 2. 54

Sed vos ab illo irridemini, & ipsi illum vicissim eludit. 2. Academ. 114

Pueri quos adhuc elusit. in Verr. 58. b

Quandiu nos etiam furor iste tuus eludet: in Catil. 1. a

Magnas accusatoris minas, magnamque iudicii expectationem ad nostrum arbitrium libidinèque eludere. 2. Verrinarum, 19. a

Rempubicam in suis cogitatis & furoribus eludere. pro Milone, 24. a

Nosq; ab isto nebulone facietius eludemur. pro R. Am. 76. a

Te verò Cæcili quemadmodum sit elusus, quàm omni ratione iactaturus, videre iam videor. 1. Verr. 24. a

Eludens.

Quæ est ista ars coniectoris, eludens ingenio: 2. de Diuinatione, 111

Elusus.

Nihil queror de Dolabella, qui tum est impulsus, elusus, inductus. 2. Philip. 85. a

Elugeo.

Patriam eluxi iam & grauius & diutius, quàm vlla mater vnicum filium. ad Papirium, lib. 9. 47

Eluo.

Eluere maculas furtorum suorum, sanguine sociorum. 7. Verr. 94. a. pro Sestio, 53. a

Eluere sordes. 8. fam. 42. in epist. Cælii.

Eluere vitæ sordes & animi labe. in Sallust. 1. a

Ut Centurionum legionis Martiæ Brundusii profusus sanguis eluatur, num elui prædicatio crudelitatis poterit: 12. Philip. 327

Animi labe, nec diuturnitate vancere, nec manibus vllis elui potest. 2. de Leg. 26. 1. Philip. 15. a

Eluio.

Collectis cæteris causis eluionis, pestilentiæ, vastitatis. 2. Offic. 22. a

Propter eluiones, exustionesque terrarum, quas accidere tempore certo necesse est. in Somn. Scip. 24

Eluuius.

Idcirco tu ad illam labem atque eluuiem ciuitatis sine summa vi peruenire potuisti: pro Domo sua, 43. a

Emancipo.

Quum illam seueritatem in eo filio adhibuit, quem in adoptionem D. Syllano emancipauerat, ut eum, & c. causam apud se dicere iuberet. 1. de Finib. 18

Nam adoptatum emancipari statim, ne sit eius filius qui adoptarit. pro Domo sua, 30. a

Emancipatus.

Ita senectus nimis honesta est, si seipsum defendit, si ius suum retinet, si nemini emancipata est, si vsque ad extremum spiritum dominatur in suos. de Senect. 33. a

Emano.

Sub platano vmbrifera fons vnde emanat aqua. 2. de Diuinatione, 95. a

Nam ferè omnis sermo ad forensam famam ab his emanat authoribus. de Petit. 207. b

Ex quo omnis vis emanat argumentationis. de Inuent. 55. b

Ex quo emanant qui communes appellatur loci. Or. 201. b

Mala istinc emanant: boni autem hinc quod expectes, nihil est. Att. lib. 7. 139. 1. a

Ex generibus emanant partes. 1. de Orat. 93. a

Ab Arcefila recentior Academia emanauit. de Orat. 149. b

Atque alii quoque alio ex fonte præceptores dicendi emanauerunt. 2. de Inuent. 126. a

Quæ fama non idcirco solùm emanat. in Verr. 76. b

Sed quòd metuat ne emanet, id est ne malum habeat. 1. de Legib. 61. a

Tu tamen eas epistolas, quibus asperius de eo scripsi, aliquando concerpito, nequando quid emanet: ego itè tuas. 10. ad Att. 41

Quæro ex quo iste fonte Senator emanet. pro Cæl. 41. b

Vereri te arbitror, ne per nos sermo hic tuus emanet. de Clar. Orat. 185. b

Denique inuidiosum tibi sit, si emanarit. epist. 115. b

Ego etiam si omnia quæ dicenda sunt, liberè dixero, nequaquam tamen similiter oratio mea exire, atque in vulgus emanare poterit. pro Rosc. Amer. 2

Scripsi equidem olim ei iratus, quod ille prior scripserat: sed ita compresseram, ut nunquam emanaturam putarem. Attic. lib. 3. 16

Emathium.

Emathio Attici, platanisque caue putes quicquam esse præclarum. 2. de Legib. 6

Emax. Vide Emo.

Emblema.

Emblema vermiculatum. de Orat. 94. Hoc est, arte & variis coloribus distinctis compositum.

Scaphia cum emblematis Lilybæi empta. in Verr. 208. b

Quum inspiciendum poposcisses, auulso emblemate remississe. 6. Verr. 40. a

Auellere vel detrahere emblemata. 6. Verr. 46. a

Illigare & includere emblemata in aureis poculis. 6. Verrinarum, 46. a

Embœnetica.

Embœneticam facere. 8. fam. 3. in epist. Cælii.

Embolium.

Embolium in librum inducere. 3. ad Quint. frat. 16

Embolium nouum cogito. Att. a

Sororis embolia. pro Sest. 101

Emendo.

Ita rursus remittit, ut me roget, ut annales suos emendem & edam. Att. lib. 2. 31. 7. a

Emendare antiquitatem. in Orat. 86. a

Consilium aliquod emendare. pro Muren. 55. a

Consuetudinem vitiosam & corruptam, pura & incorrupta consuetudine emendare. de Clar. Orat. 141. a

Ut enim cupiditatibus principum & vitii infici solet tota ciuitas, sic corrigi & emendari continentia. 3. de Leg. 44. a

Emendatus.

Emendatus ita debet esse tertius annus, ut ne minimam quidem rem quisquam possit vllam reprehendere. 1. ad Quint. frat. 31

Emendata & Latina locutio. de Clar. Orat. 139. a

Certè enim recentissima quæque sunt correctæ & emendata maximè. 1. Academ. 19. a

Ut cum emendati mores amicorum sint. Læl. 54

Emendatè.

Perficiendum est, ut purè & emendatè loquentes, quod est Latine, verborum præterea & propriorum & translatorum elegantiam persequamur. de Opt. gen. Orat. 143. a

Emendator.

Emendator & corrector. 2. Philip. 60. a

Emendator sermonis. de Clar. Orat. 140. a

Opæclarum interpretem iuris, authorem antiquitatis, correctorem atque emendatorem nostræ ciuitatis. pro Cornelio Balbo, 14. a

Emendatrix.

Emendatrix vitæ poetica. 4. Tusc. 113. a

Quoniam vitiorum emendatricem legem esse oportet, commendatricemque virtutum, ab ea viuendi doctrina ducatur. 1. de Leg. 44

Emendatio.

Hæc videlicet est correctio philosophiæ veteris, & emendatio. 4. de Finib. 37. a

Ementior.

Non enim furatus est ciuitatem, non genus suum ementitus. pro Corn. Balb. 3. a

Eschines legationem ementitus est. pro Planc. 25. b

Quantum sit ementita opinio, apparet. Tusc. 203. b

Alii ementiti sunt in eos, quos oderant. in Partit. 27. a

Ego hæc omnia Chrysofonum fecisse dico, ut ementiretur, ut malum ciuem Roscium iussit fingeret. pro Rosc. Am. 75. a

Ementiri aliquid & criminari. 4. Verr. 62. a

Ementiri auspicia. 1. de Diuin. 29. 2. Philip. 88

Ementiri auctoritatem Senatus. pro Domo sua, 40

Quòd si aut quantum voluntatem habent ad hunc opprimendum, & c. tantum habent aut ad ementiendum animi, aut ad fingendum ingenii, & c. pro Font. 25. a

Quid desperatus, qui ne ementiendo quid potueris auctorem adumbrare meliorem: pro Domo sua, 62. a

Ementiens.

Videmus hæc signa nunquam ferè ementientia. 1. de Diu. 13

Ementitus.

Quod me de ementitis auspiciis putares esse dicturum. 2. Philip. 88

Emercor.

Annus enim mihi operæ ad 111. Calend. Sextiles emerentur. Att. lib. 6. 113. 9. a

Emeritus.

Reliqua vide, & quantum fieri potest, perspiciamus, etsi an-

num tempus propè tamen emeritum habebamus. Attico, lib. 6. 40

Tanquam emeritis stipendiis libidinis. de Senect. 44

Emergo.

 Perfice vt Crassus hæc, quæ coarctauit, & perangustè referat in oratione sua, dilatat nobis atque explicet. 1. de Orat. 79. a
 Veniat modò, explicet suum illud volumen, quod, &c. pro Sex. Rosc. 35. b
 Cur igitur vos inducitis in eas captiones, quas nunquàm explicetis? 2. de Diuin. 60. a
 Apertissimè, planissimèque aliquid explicare. 4. Verr. 112. a
 Breui explicare aliquid. ad Att. lib. 8. 147. 1. a
 Definitione aliquid explicare. 3. de Fin. 51. a
 Explicare aliquid enodatus. de Fin. lib. 5. 23
 Expedite explicare aliquid. de claris Orat. 127. a
 Causam alicuius rei explicare. ad Att. lib. 7. 123. 5. a
 Rerum nouarum causas explicare. Lucetio, lib. 5. 12. 13. a
 Explicare consilium. 14. fam. 19
 Incredibilem fabricam naturæ explicare. 2. de Nat. deorum, 108. a
 Geometricum quiddam, aut Physicum, aut Dialecticum explicare. 2. de Diuin. 183. a
 Hæc si verbis explicare conemur, frustra laboremus. de Vniu. 47
 Laxare aliquod ædificium, & explicare illud vsque ad aliquem locum. ad Att. 69. b
 Infantiam alicuius dicendo explicare non posse. 3. de Orat. 79. a
 Interpretationem alicuius explicare. 1. de Diuin. 71. a
 Interpretari leges, & æquitate explicare. 9. Philip. 263. a
 De præceptis, quæ ad institutionem vitæ communis pertinere videntur, libris explicare. 1. Offic. 14. a
 Mentem suam de quaque re verbis explicare. in Orat. 63. a
 Nomen aliquod explicare. Att. lib. 13. 284. 3. a
 Explicare, atque omnia in dicendo consequi. pro Cluen. 4. a
 Explicare quid sit optimum factu. 7. fam. 8
 Orationem sanè longam, & verbis valde bonis explicare. 2. de Lege Agr. 28. a
 Ordines temporum explicare. de claris Orat. 8. a
 Explicare per montes. 8. ad Att. 44. in epist. Cn. Pompeii.
 Philosophiam explicare. 2. de Diuin. 8. a
 Rationem belli explicare. de prouinciis Consul. 29. a
 Totam rationem omni & personarum genere & literarum explicare. pro Flacco, 35. a
 Dictione rem aliquam explicare. 1. de Orat. 33. a
 Explicare scholam. de Fin. lib. 2. 1
 Se dicendo explicare. pro Flacco, 7. a
 Aliqua vi ac ratione se explicare. 7. Verr. 118. a
 Explicare alicuius sententiam. Cat. 3
 Explicare sententiam suam. 1. de Fin. 56
 Explicare & excutere aliquod verbum. Part. 241. b
 Vitam alterius totam explicare, atque eam in oculis cõspicere, & omnium exponere. &c. 1. Verr. 15
 Voluptatem explicare. 2. de Fin. 20. a

Si enim Faberianum vederè, explicare vel repræsentatione non dubitarem. 12. ad Att. 40
 Sed quò commodius disputationes explicentur, sic eas exponam, &c. Tusc. q. lib. 1. 7
 Nunquam te, nisi omnia quæ percunctati erimus explicaris, dimittemus. de Orat. 93. b
 Cum hæc a te explicabuntur, ne impediatur timeo. 11. fam. 18. in epist. D. Bruti.
 Quæ nobis alio loco planius explicabuntur. 4. Verr. 133. a
 Hæc explicari non placebit Latine. lib. 1. de Fin. 4
 Aperiendum est igitur quid sit voluptas, aliter enim explicari quod queritur non potest: quam si explicauisset, non tam hæsitaret. de Fin. 68. b
 Hæc quemadmodum explicari possint. 11. fam. 18. in epist. D. Bruti. id est, iniri possit de his salutare consilium.
 Nihil vidi vnquàm quod minus explicari possit. ad Att. 109. b
 Præcepta Stoicorum de quibus est nobis his libris explicandum. Offic. 2. b
 O rem inquis inexplicabilem: atqui explicanda est. ad Att. 120. b
 Quæcunque res inciderit, quæ sit dictione explicanda. de Orat. 90. b
 In legib⁹ interpretadis, & æquitate explicadis. in Ant. 223. b
Explicatus.
 Sed ita meruisse illum de me puto, vt *ἀπαεστα* crimen subire non audeam: quanquam ad te eius quoque rei iusta defensio est explicata. ad Att. lib. 9. 20. Hoc est, explicata.
Explicatus.
 Cognitio de aliquibus rebus explicata. de Vniu. 9. a
 Explicata prouincia. 3. fam. 3
 Explicata diligētissimè philosophia Græcis literis. 1. Aca. 6. a
 Explicata ratio belli. de prou. Conf. 29
 Explicata & explorata ratio salutis suæ. Torquato, lib. 6. 1. 6. a
 Veteris cuiusdam memoriæ non satis explicata recordatio. 3. de Orat. 3. a
 Explicata tota Carneadis sententia. 4. Acad. 175. a
 Planissimo loco explicata vrbs. 2. pro Lege Agr. 94. a. de Capua.
 Mihi non erat explicatum quid agerem. ad Brut. 91. b
 Sed antequam proficiscere, vti que explicatum sit illud, *ns. xx & de c. c.* ad Att. 71. b
 Explicatum summis ingeniis, maximis studiis. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 15
 Explicatam aut exploratam habere rationem salutis suæ. 6. fam. 2
 Rem propè iam explicatam perturbare atque impedire. de Prouinc. 76. b
 Si mihi in causa facili & explicata perdifficilis & lubrica defensionis ratio proponitur. pro Planc. 3
 Eoque magis, si plus adipiscere re explicata boni, quam ad dubitatum mali. 1. Offic. 117. a
 Repub. Antoniano quidem latrocinio liberata, sed nodum omnino explicata. ad Cornificium, lib. 12. 56
 Explicata solutione. 15. ad Att. 39
 Tanquam in aliquam locupletem domum venerim non explicata veste, neque proposito argento, neque signis ac tabulis propalam collocatis. de Orat. 98. b
 Multa res in Philosophia nequaquam satis adhuc explicata sunt. de Nat. d. 1. b
 Explicata omnia. 2. ad Att. 58. pro, facilia.
 Reliqua explicata. ad Att. lib. 16. 333. 5. a
 Somnia Antiphontis interpretatione explicata. de Diuin. 88. b
 Aristotelis topica, quæ sunt ab illo pluribus libris explicata. Top. 211. b
 Quod ex quibusdam capitibus expositis nec explicatis intelligi potest. de claris Orat. 85. a
 Locis est vtendum multis, illustribus & explicatis. 2. de Orat. 194. a
 Salutare te mihi literas misisse, neque solum has lōgiore, quibus nihil potest esse explicatius, nihil perfectius. ad Att. lib. 9. 18

Explicatus

Vt intelligeretis quam esset obscura, & quam difficiles explicatus haberet. 3. de Nat. d. 70. Id est, expositiones.

Explicatio.

Illustris & perpolitata explicatio. 2. de Orat. 65. a
 Explicatio fabularum, & enodatio nominum. 3. de Natura deor. 84. a
 Explicatio naturæ. Tusc. q. lib. 5. 50. & de Fin. lib. 3. 58
 Facilis aliquarum rerum explicatio. 7. Philip. 217. a
 Sed est quasi rudentis explicatio. 1. de Diuin. 206. a
 Multumque ad ea quæ quarimus, explicatio tua ista profecerit. 3. de Fin. 22. a
 Verborum etiam explicatio probabatur, id est, qua de causa quæque essent ita nominata, quam etymologiam appellabant. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 23
 Vtrum philosophia dignius sagarum superstitione ista interpretari, an explicatione naturæ? 2. de Diuin. 193. a

Explicator.

Rerum explicator prudens, seuerus, grauis. in Orat. 17. a
 Ad hunc quasi ad quemdam multò commodiorem explicatorem reuertantur. 2. de Inuent. 126

Explicatrix.

Explicatrix orationis perpetua, est vis dicendi. 1. Acad. 47. a
 Explicare.

Qui distinctè, qui explicatè, qui abundanter, qui illuminatè & rebus & verbis dicunt. 3. de Orat. 30. a

Explo.

Sed hoc quidem genus diuinationis vita iam communis explofit. 2. de Diuin. 130. a. pro Rosc. Comædo, 18. a. 5. Verr. 159. a

Histrion si paulò se mouit extra numerum, exhibatur & exploditur. Parad. 31

Erotes comædus non modò sibilis, sed etiam cõuitio è scena explodebatur. pro Quint. 50. b

At Æsopum, si paulum irraucuerit, explodi video. 1. de Orat. 135. a

Explosus.

Multa dixi in ignobilem regem, quibus totus est explosus. Q. frat. lib. 11. 14. 3. a

Quoniam Aristonis, Pyrrhonis & Herilli iam pridem explosa est sententia. Offic. 1. 9. de Fin. lib. 5. 19

Te verò illud idem quod tum explosum & ciectum est, nunc retulisse demiror. pro Cluen. 69. a

Explosio.

Ludorum explosiones & funerum. epist. 121. b

Explo.

Qui Siciliam adiit, Africam explorauit, inde Sardiniam cū classe venit. pro Lege Manil. 24. a

Vide quæso ea quæ restat, & explora cū istis. de Orat. 173. b
 Sed explora rem totam. Att. 97. b

Te hoc nunc rogo, vt explores ad quam diem hîc ita possum esse, vt ne opprimar. ad Att. lib. 12. 249. 2. a

Futura quoque, nisi antè sit occursum, explores, ne se insinuent. Brutus Ciceroni in epist. ad Brutum, 16. 17. a

Quæ quidem prospicere iam exilium & explorare fugam videbatur. in Verr. 244. b

Rem notam explorare. ad Att. lib. 6. 119. 4. a

Exploratum.

Exploratum est, & Dubium est, contraria. 1. fam. 19
 Quid si ne id quidem exploratum est, fore vt mihi liceat? de Nat. d. 160. b

A quo mihi exploratum est. 5. fam. 54
 Exploratum est mihi de hac re. Cælio, lib. 2. 15. 17. a. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 10. 11. a

De quo mihi exploratum est, ita esse, vt tu scribis. epist. 27. b
 Exploratum est nobis. 7. Verr. 128. a. 4. Acad. 99. a

Vt non libeat cuiquam dare, nisi de quo exploratum sit tibi eum redditurum. ad Att. 62. b

Quis est tam stultus, quanuis sit adolescens, cui sit exploratum se ad vesperum esse victurum? de Senect. 61. a

Dixi me nullo modo facere posse, nisi mihi exploratum esset, eum Tyrannoctonis amicum fore. ad Att. 119. b

Cum mihi erit exploratum, te libenter esse risurum, scribam

ad te pluribus. epist. 131. b
Cui possit exploratum esse de sua sanitate. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 51
Exploratum habeo. de Amic. 80. a
Cæsarem hoc idem probaturum, exploratum habeo. ad Att. 141. b
Illud exploratum habeo nihil fieri posse sine causa. de Diu. nat. 121. b
Se semper fore, exploratum habet Deus. 1. de Nat. d. 72. a
Habet exploratum fore se semper in maximis voluptatibus. de Nat. d. 1. 37
Exploratum habebis. 11. fam. 10. id est, tibi persuasum erit.
Illud tamen exploratum habeto. Diu. lib. 2. 46
Hac vi non utatur, ne si exploratum quidem habeat, id omnino neminem vnquam suspicaturum. 3. Offic. a. 4. Acad. 149. a
Si exploratum habere cæpero, Cæsare honoribus extraordinariis fore contentum. ad Att. 275. b
Quid habes explorati? Acad. q. ed. 1. lib. 2. 76
Quicquam explorati ad spem habere. 11. ad Att. 42

Exploratus.

Sic ut ei iam exploratus, & domi conditus consulatus videretur. pro Mur. 136. b
Explorata ratio ad confirmandum. de Nat. d. 1. 45
Non est igitur tam explorata ratio, quam videtur. de Nat. deor. 14. b
Explorata atque prouisa ratio. 3. Verr. 10. a
Explorata spes alicuius. 3. Offic. 160. a
Explorata pacem habere. 7. Philip. 227
Magis ut consolaretur fortem virum atque sapientem, quam ut exploratam spem salutis ostenderem, nisi eam, &c. ad Appium, lib. 6. 41
Magna spe & prouisa explorata, libertatis causam suscipere. 10. Philip. 283. a
A timore explorata literæ. ad Att. lib. 3. 58. 2. a
Explorata victoriæ spem afferre. 11. fam. 24. id est certæ.
Fac ut omnia ad me perspecta & explorata perscribas. ad Att. lib. 3. 55. 14. a
Bene prouisa & diligenter explorata principia ponere. 1. de Leg. 54. a
Brundisium cogito: facilius enim & exploratior deuitatio legionum fore videtur, quam piratarum, qui apparere dicuntur. ad Att. lib. 16. 332. 5. a
Quid enim mihi exploratius esse potest, quam illius animus in reipub: ad Brutum. 52
An ego, quum mihi esset exploratissimum, P. Lentulum proximo anno Cõsulem futurum, &c. post red. ad Quir. 12. a

Explorate.

Non solum bene sperare de nobis homines, sed exploratè iudicare volumus. Plancus ad Senatum, lib. 10. 17
Nëve nauiges, nisi exploratè ad Tironem, lib. 16. fam. 9
Exploratè percipere & cognoscere. 1. de Nat. d. 1
Hæc ita sentio, iudico, ad te exploratè scribo. ad Q. frat. lib. 2. 16. 8. a
Exploratius possem promittere. 6. fam. 4

Expolio.

Expoliare aliquem prouincia & exercitu. ad Att. lib. 10. 2
Quo tum erga te rex animo fuit, qui auctonatus sit, seseque & filium suum expoliare maluerit, quam tibi pecuniam non subministrare: pro Deiotaro, 16
Naturam rerum selectione expoliare. 2. de Fin. 73

Expoliatus.

Fana multa expoliata, & simulachra deorum de locis sanctissimis ablata. de Nat. d. 57. b

Expolio.

Nihil simplici in genere omni ex parte perfectum natura expoliuit. 2. de Inuent. 123. a
Plato Syracusum Dionem doctrinis omnibus expoliuit. 3. de Orat. 77. a
Nox te, inquit, nobis Antoni expoliuit, hominemque reddidit. 2. de Orat. 23. a
Inuentum expolire, & expeditè pronuntiare difficillimum est. ad Heren. lib. 2. 60. a

Neque eadem ratione expolire partitiones. de Inuent. 56. b

Expolitus.

Excultus atque expolitus vita atque cultu. de claris Orat. 48. a
Pictum atque expolitum orationis genus. in Orat. 51. a
Cum aut ad lineamenta oris peruentum est, tum intelligas illud quod iam expolitum sit. 2. de Diu. 72. a

Expolitio.

Expolitio est cum in eodem loco manemus, & aliud atque aliud dicere videmur. 4. ad Heren. 215
Argumentatio est inuenti artificiosa expolitio. 1. de Inu. 89
In verbis inest quasi materia quædam, in numero autem expolitio. in Orat. 107. a
Vrbanam expolitionem vrget ille quidem & Philotimus, &c. ad Q. frat. lib. 3. 5
Artificio & expolitione distincta oratio. 1. de Orat. 17. a. in Orat. 107. a
Expolitiones vtriusque nostrum sunt in manibus, sed tua ad perfectum iam res est rustica Arcani & Laterii. 3. ad Q. frat. 20

Expono.

Expofui breuiter cõsulatum meum, audi nunc, &c. in Pis. 81. b
De Oppio bene curasti, quod ei d c c c. expofuisti. ad Att. lib. 5. 91. 5. a
Hoc de quo modo expofuit Antonius. de Orat. 93. b
Quam orationem in Originibus suis expofuit ipse Cato. 1. de Orat. 116. a
Is sermonem expofuit nobis de amicitia. de Amic. 3. a
Strauit pelliculis hædinis lectulos Punicanos, & expofuit vasa Samia. pro Murena, 69. a
Hæc erat illis prima à Platone tradita, cuius quas acceperim disputationes, si vultis, exponam. 1. Acad. q. 47. a
Exponam igitur generatim argumenta eorum. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 44
Quod tibi planius ut exponam, paulò altius repetam. epist. 10. b
Summã feci cogitationum mearum omnium, quam tibi si poterò, breuiter exponam. Lentulo, lib. 1. 9. 32. a
Quam spem nunc habeat in manibus, & quid moliat, breuiter iam Iudices exponam. 2. Verr. 10. a
Exponam vobis breuiter quid hominis sit. 4. Verr. 92. a
Ab initio res quemadmodum gesta sit, vobis exponemus. pro Rosc. Amer. 8. a
Apud eosdem, qui magistratu abierint, edant & exponant quid in magistratu gesserint, deque iis Cenfores præiudicent. 3. de Leg. 67. a. 3. in Catil. 56. a
Ex memoria aliquid exponere. 3. in Catil. 58. a
Planius exponere aliquid. Lentulo, lib. 1. 9. 10. a
Artes rhetoricas exponere. 3. de Orat. 43. a
Crimina alterius exponere. pro Cælio, 6. a
Consilium profectiois & reuersionis suæ exponere. 1. Philip. 1. & 4 a
Exponere disciplinam sapientiæ. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 104
Facinus alicuius manifestò deprehensum atque compertum exponere. pro Cluentio, 32. a
Difficile est formam exponere optimi. Orat. 200. b
Aduchere frumentum & exponere. 3. Offic. 67. a
Tu hoc nõ in postremis, de quo cæperam exponere. epi. 14. b
Equidem soleo, quod vno Græci, si aliter nõ possum, idem plurimis verbis exponere. de Fin. 93. b
Indignitatem alicuius rei exponere. Antequam iret in exil. 9. a
Exponere alicuius mandata. 2. de Finib. 94. a. 3. Off. 135. 2. de Orat. 27. a
Exponere multa memoriter, obscura dilucidè. de Fin. li. 4. 1
Narrationem exponere. in Orat. 121. a
Exponere & numerare pecuniam. ad Att. 70. b
Exponere præcepta diligenter enodata. de Inuen. 63. b
Præmium sceleris exponere. pro Quintio, 49. a
Reddere & exponere rationem alicuius rei. pro Cælio, 27. a
Rem gestam breuiter exponere. pro Milone, 17. a
Sententias cuiusdam disputationis suo arbitratu in aliquo libro exponere. de Amic. 3. a
Exponere pluribus verbis, quod vno non possis. de Fin. 3. 12
Explicare vitam alterius: atque eam in animis iudicium, & in oculis, conspectuque omnium exponere. 1. Verr. 15. a

Vitam suam exponere iuuentuti ad imitandum. in Ant. 182. b
Hoc in sermone cum à me exponeretur, quæ mea expectatio fuisset orationis tuæ, visa est tua oratio non iniucunda. epist. 59. b
Quocirca melius est rationes referri, causamque exponi. Cenforibus. 3. de Leg. 40
Si mandata sint exponenda in senatu ab imperatore. de Orat. 113. b
Si exponenda narratio est. Orat. 17. b

Expositus.

Ille noster sermo, qui est expositus in Bruto. Orat. 198. b
Exposita ante oculos causa. pro Rosc. Amer. 20. a
Exposita domus cupiditati & voluptatibus. pro Quint. 63. a
Prompta, expositaque fides. pro Cecinna, 57. a
Aut libertas parata esse victori, aut mors exposita victo. 8. Philip. 253. id est, certa & parata.
Quum tibi exposita esset omnis ad prædandum Pamphylia, contentus his tam opimis rebus nõ fuisti. 3. Verr. 66. a
Vita innocentium si ingenii hominum criminorum sit exposita, conquerenda est cõditio communis periculi. in Partit. 25. a
Quum essent triclinia strata, argentum expositum in ædibus. 6. Verr. 29. a
Expositum factum ad imitandum. 2. Philip. 109. a
Quam rationem sic intelliges expositam, ut ab ipsis non solet accuratius explicari. lib. 1. de Fin. 11
Post autem aliquantò toto Vulturii iam indicio exposito atque edito surrexit. in Cat. 113. b
Quasi eximio præmio sceleris exposito. pro Quint. 13. b
Colores pictori ad variandum expositi. 3. de Orat. 120. a
Adiones ab aliquo expositæ. 1. de Orat. 91. a
Capita multa exposita, nec explicata. de Clar. 179. b
Dicta exposita & demonstrata omnia. pro Cluentio, 83. a
Signa quæ nobis curasti, ea sunt ad Caietam exposita. ad Att. lib. 1. 1. 13. a
Ab hoc abaci vasa omnia ut exposita fuerant, abstulit. in Verr. 207. b
Expositis nominibus tot virorum atque tantorum. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 14

Expositio.

Expositio est, cum res, quibus de rebus dicturi sumus, exponimus breuiter & absolute. 1. ad Heren. 18
Perspicua & dilucida expositio. ad Heren. 36. b
Sententiæ suæ expositio. 3. de Orat. 113. a
Expositio vitiosa est, cum ab aliqua, aut à maiore parte ad omnes confertur id, quod non necessariò est omnibus attributum. &c. 2. ad Heren. 65
Narratio defensoris simplicem & dilucidam expositionem habere debet. ad Heren. 6. b
Iunctæ autem & duplices expositiones summi boni, tres omnino fuerunt. 5. de Fin. 35. a
Ergo hac quoque ab vltimo repetitione in expositionibus magnopere superfedendum est. 2. ad Heren. 70

Exporto.

Exportauit Syracusis magnam vim mellis. 4. Verr. 127. a
Qui frumentum in fame exportare ausus est. pro Flac. 13. a
Ex prouincia secum exportare. 7. Verr. 26. a
Exportare ex oppido. 6. Verr. 68. a
Asia fertilis multitudine earum rerum quæ exportantur. pro Pomp. 6. b
Cum frumentum quotannis ex Italia, atque ex omnibus prouinciis exportaretur. pro Flac. 160. b
Ex Italia Ierofolymam aurum quotannis exportari solere. pro Flacco, 51. a
Ut inde aurum exportari argentumque prohiberes. in Vat. 31. b
Exportandum in vltimas terras portentum. 3. Verr. 28. a
Per istos, quæ volebat, in naum clam imponenda, occultè exportanda curabat. 6. Verr. 20. a

Exportatio.

Iam verò & earum rerum quibus abundaremus, exportatio, & earum quibus egeremus, inuectio certè nulla esset. 2. Offic. 17
His exportationibus quæ recitatæ sunt. 4. in Verr. 133

Exposco.

Misericordiã ipse non implorat, ego autem repugnante hoc imploro & exposco. pro Mil. 70

Expostulo.

Queruntur omnes liberi populi, regna denique iam omnia de nostris cupiditatibus & iniuriis expostulat. 5. Verr. 178. a
Facilis à te existimari debeo, qui nihil tecum de his ipsis rebus expostulem. epist. 61. b
Virtutes autem noli vereri, ne expostulent & querantur se à beata vita esse relictas. 5. Tusc. q. 11. a
Ex oratione vnus alium expostulare. pro Plancio, 47. a
Expostulare aliquem cum alio. pro Plan. 47
De aliqua re cum aliquo expostulare. Appio Pulchro, lib. 3. 10. 17. a
Vix mediussidius tu Fani à Ballione, aut aliquo eius simili hoc expostulare auderes, & impetrare posses. pro Rosc. Comædo, 29. a
Iracundius & vehementius expostulare. pro Sylla, 33. a
Sed locò videtur esse tecum expostulandi. Sallustio, li. 2. 16. 10. a
De qua alienum est mihi tempus tecum expostulandi, purgandi autem mei necessarium. epist. 41. b

Expostulatio.

Cum esset expostulatio facta, pro Cluentio. 51. b
Nunc cognosce æquitatem expostulationis tuæ. epist. 35. b
Bonorum expostulatione flagitabar, improborum conuitia sustinere non poteram. pro Domo sua, 13. a
Fuerunt nonnulli aculei in C. Cæsarem, contumeliæ in Gelitum, expostulationes cum absente Põpeio. ad Q. frat. lib. 2. 1

Expribo.

Qui iura non vtilitate communi, sed literis exprimis. pro Cecin. 36
Hæc verba ipsa Platonis expressi, igitur, &c. de Diu. 93. b
Et quom in ius ipsum eduxi, expressi ut conficere tabulas se negaret. 5. Verr. 92. a
Sanequam eos sermones expressit qui de eo tum fuerant, quum Romæ essemus. Cælius Ciceroni, lib. 8. 1. 7. a
Atque hanc speciem Praxiteles calauit argento, & noster expressit Archias versibus. 1. de Diu. 154. a
Filius liberalitate vitam patris expressit. pro Rosc. Post. 3
Hanc legem à natura ipsa arripimus, hausimus, expressimus. de Orat. 212. b
Ille vir quem nostris libris satis diligenter, ut tibi quidem videmur, expressimus. ad Att. 124. b
Nemo superiorum non modò expresserat, sed ne dixerat quidem, posse hominem nihil opinari. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 69
Exercitatio qua illum, quem antè delegeris, imitando effingas atque exprimas. 2. de Orat. 51. a
Cur non ipsius confessionem multorum oculis, facinoris denique voce tanti sceleris crimen expresserit? de Diu. 97. b
Aliquem satis diligenter libris suis exprimere. ad Att. 155. 2. a
Bellum aliquod exprimere. pro Archia, 15. pro mādare literis.
Exprimere & effingere formam alicuius. ad Heren. 39. b
Exprimere quandam formam dicendi. de Orat. 117. b
Exprimere formam reipub. & temporum. epist. 43. b
Exprimere verbis & vultu liberalitatem. 13. fam. 12
Mores alicuius oratione exprimere. 2. de Orat. 98. a
De aliquo orationem exprimere. pro Rab. Perducl. reo, 4. a
Exprimere pecuniam ab aliquo. 5. Verr. 72. a. ad Att. 244. 4. a
Exprimere quicquam ab aliquo. 10. ad Att. 49
Exprimere sensa. 1. de Orat. 17
Exprimere quædam verba imitando. de Diu. 97. b
Exprimere vim Græcorum poetarum. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 8.
 hoc est, sententiam interpretari.
Vocem alicuius exprimere. ad Att. lib. 2. 36. 7. a
In libris Platonis ferè omnibus Socrates exprimitur. de Orat. 144. b
Vnde illud ex ore aliquo quasi imago exprimitur. 3. de Orat. 23. a
Nolo exprimi literas putidius, nolo obscurari negligētius. de Orat. 146. b
Nec tamen exprimi verbum è verbo necesse erit, ut interpretes indiserti solent. 3. de Fin. 13. a. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 31. id est, exponi.

An de tabulario incenso longa oratio est exprimenda: pro Rab. Posth. 91. b
 Perfecti Oratoris species exprimenda est. Orat. 202. b
 Omnis vis ratioque dicendi, in eorum, qui audiunt mentibus, aut sedandis aut excitandis exprimenda est. de Oratore, 86. b
 Extorquendum est inuito, atque ingratis: quod non debet: eripiendum atque exprimendum est: & c. pro Quint. 16. a
 Tu qui omnes isto eloquendi & exprimendi genere superasti. 3. ad Q. frat. 19
 Ad sensus animi exprimendos oratio reperta. 4. Academ. quæst. 136. a

Exprimens.

Gestus scenicus verba exprimens. de Orat. 163. b
 Poeta fingendo exprimens Scyllam aut Charybdin. de Aruspic. 158. b
 Manus autem minus arguta, digitis subsequens verba, non exprimens. 3. de Orat. 122. a

Expressus.

Nubium conflictu ardor expressus. 2. de Diuin. 64. a
 Lex est iustorum, iniustorumque distinctio, ad illam antiquissimam, & rerum omnium principem expressa naturam, ad quam leges hominum dirigitur. de Leg. lib. 2. 11
 Expressa in huius moribus natura, vitæque, persona illa ludentia, inuisa, & c. pro Rosc. Comædo. 12. a
 Res solida & expressa, non adumbrata. Tusc. 190. b
 Hoc auspiciu diuini nihil habere potest quod tam sit coactum & expressum. de Diuin. 123. b
 Bellum Mithridaticum totum ab hoc expressum est. pro Arch. 189. b
 Vitium imitatione ex aliquo expressum. 3. de Orat. 17. a
 Species deorum, quæ nihil cõcreti habeat, nihil solidi, nihil expressi, nihil eminentis. 1. de Nat. d. 100. a
 Omnem illius, meumque sermonem, omnibus verbis expressum tibi statim mittam. ad Att. lib. 9. 188. 4. a
 Sed nos veri iuris germanæque iustitiæ solidam & expressam effigiem nullam tenemus, umbra & imaginibus vitimur. 3. Offic. 91
 Effigiem virtutum nostrarum summis ingeniis expressam & politam relinquere. pro Archia. 22. a
 Fateantur in persona Mæandrii expressam esse faciem ciuitatis. pro Flac. 157. b
 Iam igitur est perspicuum, & c. nullam pecuniam statuari nomine nisi vi expressam & coactam. 4. Verr. 120. a. 2. de Diuin. 111. a

Vt effectos nostros mores in alienis personis, expressamque imaginem nostram vitæ quotidianæ videremus. pro Rosc. Amer. 17. a

Expressæ formulæ. pro Rosc. Comædo. 14. a
 Sonus erat dulcis literæ neque expressæ neque oppressæ. Offic. 72. b

Literæ lituræque omnes assimilata, expressæ, de tabulis in libros transferuntur. 4. Verr. 137. a

Hæc sunt iudicia solida & expressa, hæc signa prohibitatis. pro Planc. 14

Materiam quandam ex qua omnia expressa atque effecta. 1. Acad. q. 41. a

Quæ modo expressa ad verbum dixi. Tusc. q. lib. 3. 37

Habuit enim ille permulta maximam non expressa signa, sed adumbrata virtutum. pro Cælio. 8. a

Expressa sceleris vestigia extant. pro Sext. Rosc. 38

Quum iidem fabellas Latinas ad verbu de Græcis expressas non inuiti legant. 1. de Fin. 3

Multas imagines fortissimorum virorum expressas scriptores nobis reliquerunt. pro Arch. 188. b

Hæc profecto vides quanto expressiora, quætoque illustriora futura sint. Lentulo, lib. 1. 22

Expresse.

Conscripta expresse oportet ponere exempla. ad Herenniu, lib. 4. 149. a

Exprobro.

Quorum plerique aut queruntur semper aliquid, aut etiam exprobrant. de Amic. 62. a

Exprobrare & obiicere casus bellicos. 3. Verr. 103. a
 Languorem & soporem alicui exprobrare. in Salust. 9. a
 Vitia in aduersarios exprobrare. 2. de Orat. 168. a
 Nescio quomodo illæ ipsæ literæ quasi exprobrare mihi videntur quod in vita maneam. epist. 71. b
 Non enim exprobrandi causa, sed cõmonendi gratia dicam. pro Rosc. Am. 26. a. Id est, non vt tibi obiiciã turpitudinẽ.

Exprobrans.

Odiolum sane genus hominum officia exprobrantium, quæ meminisse debetis in quem collata sunt, non commemorare qui contulit. de Amicit. 62. a

Expromo.

Sed ego vestram crudelitatem expromo: pro Dom. 47
 Audacius absens aliqua expromit. Luceio, lib. 5. 27
 In me inimico crudelitatem exprompsisti tuã. pro Mil. 108. b
 Sed iam exprome, si placet, leges istas de religione. de Le. 173. b
 Expromam primum illa inuidiosa. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 133
 Expromere apud ipsos. 1. ad Q. frat. 22
 Expromere crudelitatem in aliquo. pro Milo. 26
 Odium alicuius expromere. ad Att. lib. 2. 27. 2. a
 Apud eos quod ab iis didicerimus expromere. Q. frat. lib. 1. 1. 43. a

Conferre causas, & quid in quaque sententiam dici possit expromere. 2. de Diuin. 115

Expromere supplicia in ciues, quæ constituta erant in conuictos maleficii seruos. 7. Verr. 109. a

Vim eloquentiæ expromere. in Orat. 68. a

Quorum omnis industria vitæ, & vigilandi labor in antelucanis cœnis expromitur. 2. in Catil. 42. a

Expugno.

Ratione expugnare aliquid. 4. Verr. 91. a. Id est, conuincere. Castella expugnare. de claris Orat. 138. a
 Hoc se Aiulo tanquam aliqua machina admota, sperabat se capere Asinii adolescentiam, & fortunas eius expugnare posse. pro Cluen. 27
 Expugnare honorem vel magistratum. 3. in Verr. 30. id est, per gratiam obtinere.
 Cupiditate & allegationibus legationem aliquã expugnare. 3. Verr. 30. a
 Vtrum hic tibi L. Herenni adulter, an amator, expugnare pudicitiam, an explere libidinem voluisse videatur: pro Cælio. 38. a

Sapientis animus nunquam vincitur, nec expugnatur. in Parad. 33. a

Nihil tam munitum, quod non expugnari pecunia possit. 2. Verr. 3. a

Expugnatio.

Ipsorum aduentus in vrbes non multum ab hostili expugnatione differt. pro Lege Manil. 8. a

Nocturnæ expugnationes. ad Att. lib. 11. 219. 3. a

Vt vrbium expugnationes recordentur. de Senect. 11

Expugnator.

Expugnator pudicitæ. 3. in Verr. 5
 Vrbis expugnator. de Inuent. 59. b

Expulsio, Expulsor, Expulsus, Expultrix, vide Expello.

Expurgo.

Sermonem expurgare. de claris Orat. 140. a
 Expurgare & dimouere suspicionem. Antequam iret in exilium, 13. a

Exputo.

Quæ mens eum, & c. auocarit, & ad cognitionem Consulatus bimestris summo cum terrore hominũ, & insulsa cum efflagitatione trãstulerit, exputare non possum. Placius ad Ciceronem, lib. 10. 54. Hoc est, apud me perpendere & ratiocinari.

Exquilina.

Exquilina porta. in Pis. 43. a. Id est, quæ in Exquilias ducit.

Exquiro.

Cum ex te causam vniuscuiusque diuinationis exquirere. 2. de Diuin. 68. a

Exquirere auctoritatem. in Vatin. 18
 Causas alicuius rei exquirere. 2. de Nat. d. 139. a

Exquirere ea consilia, quæ ad pacem & cõcordiam ciuium pertinent. Fat. 1

De aliquo exquirere. pro Deiotaro, 19. a

Diligenter quid alicui de alio placeat exquirere. ad Att. lib. 13. 280. 1. a

Noli exquirere facta Verris ad antiquæ religionis ratione. 6. Verr. 9. a

Et complures iam menses Athenis hæc ipsa te ex Antiocho videamus exquirere. 5. de Fin. 14. a

Exquirere honores alicui. 3. Philip. 133

Honores singulares exquirere. 4. Philip. 155. a

Mores testium exquirere. pro Flacco, 9. a

Nihil certi exquirere. ad Att. lib. 7. 131. 5. a

Officium ex tempore exquirere. 3. Offic. 40. a

Quid in omni munere vitæ opimum & verissimum sit, exquirere. 1. de Fin. 19. a

Quid in aliquo peccatum sit, exquirere. in Verr. 202. b. 1. Offic. 206

Palam pretium exquirere. 4. Verr. 92. a

Exquirere pretium alicuius rei. 5. Verr. 59. a

Non nimis ab aliquibus quicquam exquirere. ad Att. lib. 7. 136. 4. a

Religionis rationem exquirere. 6. Verr. 9. a

Agitare & exquirere rationes. 5. Tusc. 94. a

Exquirere verba interdicti. pro Cecin. 195. b

Omnia verba alicuius sententiæ exquirere. pro Cecin. 42. a

Sed soli sumus, licet verum exquirere sine inuidia. Diu. lib. 2. 21. & Offic. 1183

Omnia auctoritatibus exquirere veritatem. pro Lege Manil. 36. a

Neque nos studium exquirendi defatigati relinquemus. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 8

Ne exquirendo audire tam multa possunt. de Nat. deorum, 1. 68

Non sum in exquirendo iure Augurum curiosus. pro Domo sua, 31

In vero exquirendo cogitatio maximè versatur. 1. Officiorũ, 183. a

Exquirit.

Hæc scripsi sedato animo, nullum meum iudicium interponens, sed exquirit tuum. ad Att. lib. 8. 147. 14. a

Multum vnã eramus, maximè nos quidem exquirentes ea consilia, quæ ad pacem & ad concordiam ciuium pertinerent. de Fato, 3. a

Exquisitus.

Exquisita doctrina & singularis alicuius industria. de claris Orat. 11. a

Exquisita doctrina philosophus. 1. de Fin. 1. a

Munditia odiosa & exquisita nimis. Offic. lib. 1. 182

Exquisita ratio & doctrina. ad Nigidium, lib. 4. 13. 11. a

Lautum, elegans, exquisitum, sumptuosum nihil apud aliquem præter libidines esse. in Piso. 52. a

Non est exquisitæ artis præscribere, sed mediocris ingenii iudicare. de Orat. 12. 4. b

Iudicio exquisito vir. 1. Offic. 186. a

Multæ, & hæc quidem recõditæ & exquisitæ literæ alicuius. de claris Orat. 136. a

Rationes exquisitæ. 1. de Fin. 46. a

Reconditæ & exquisitæ sententiæ. de claris Oratoribus, 149. a

Argumenta philosophorum exquisita. 1. de Diuin. 9. a

Verba bene sonantia, non ad sonum exquisita. Orator, 212. b

Gracchus semper habuit exquisitos è Græcia magistros. de Clar. 53. a

Nec verò ignorabat se ad supplicia exquisita proficisci. 3. Offic. 136

Consulta & exquisita ad quempiam deferre. 1. de Orat. 130. a

Rationibus exquisitis aliquid confirmare. 1. de Finibus, 46. a

Accuratius & exquisitius dicendi genus. de claris Orator. 155. a

Exquisitius & minimè vulgare. de Clar. 195

Verbis exquisitissimis aliquos laudare. 4. Philippicarum, 156. a

Exquisite.

Deque eo crimine accuratè atque exquisitè disputauisset. de claris Orat. 151. a

Accuratè, exquisitèq; facere aliquid. de claris Oratoribus, 190. b

Rationes à philosophis exquisitius colliguntur. 1. Tuscul. quæst. 188

Qui videretur exquisitius, quàm vulgus hominum, studuisse literis. de Clar. 195. b

Exsacrifico.

Exsacrificat hostiis balantibus. 1. de Diuin. 76. a

Exsaturus, vide Exaturo.

Exscribo.

Tabulas in foro summa hominum frequentia exscribo. 4. Verr. 137. a

Perinde quasi exscribendi potestatem non haberet. 3. Verr. 69. a

Multum mihi eripitur operæ in exscribendis hypomnematis. epist. 265. b

Exsibilo, vide Exhibilo.

Exsicco, vide Exicco.

Exsuscito, vide Exuscito.

Exta.

Argutissima exta gallinacci. 2. de Diuin. 44. a

Exta pecudum, aut monstra, aut fulgura interpretantium. de Diuin. 18. a

Per exta inuenta præsentio. in Topicis, 41. a

Vnde tales diuinationes extispicia appellarunt ab extis inspiciendis. 2. de Nat. d. 247. a

Cum puerorum extis deos manes maculare. in Vatinium, 10. a

Extabesco.

Extabuit macie corpus. 3. Tusc. 45. a

Etenim videmus ceteras opiniones fictas atque vanas diurnitate extabuisse. de Nat. d. 2. 4

Extempore, vide Ex.

Extensus.

Quum extensis digitis aduersam manum ostēderat, visum, inquebat, huiusmodi. 4. Acad. 160. a

Extensus.

Per statuas verò quum dixit, & extento brachio paululum etiam de gestu addidit, vehementer risimus. 2. de Orat. 134. a

Extenuo.

Neque verò verbis auget suum, siquo fortè fungitur, sed extenuat. 2. Offic. 103. a

Nam locupletissimi cuiusque census extenuarant, tenuissimi auxerant. 4. Verr. 96. a

Vehementer causam extenuare. ad Heren. lib. 2. 34. a

Extenuare crimen. 7. in Verr. 81

Extenuare verbis bellicas laudes, aut munus aliquod. pro Marcello, 3. a

Extenuare & diluere molestias. Tusculan. quæstionum, lib. 3. 31

Dentibus autem in ore constructis manditur, atque ab his extenuatur & molitur cibus. 2. de Nat. d. 201. a

Posteaquam extenuari ipem nostram & euanescere vidi. ad Att. lib. 3. 53. 1. a

Summa autem laus eloquentiæ est, amplificare rem orando, quod valet non solum ad augendum aliquid & tollendum altius dicendo, sed etiam ad extenuandum atque abiciendum. 2. de Orat. 58. a

Hoc extenuando, maleficii magnitudinem simul adaugere. 2. de Inuent. 178. a

Extenuatus.

Exin mari finitimus aer die & nocte distinguitur: Isque tũ fufus & extenuatus sublimis fertur, tum autem concretus in nubes cogitur. 2. de Nat. d. 145. a

Recurri ad meas copias: sic enim verè eas appellare possum: sunt extenuatissimæ, & inopia omnium rerum pessimè acceptæ. Brutus Ciceroni, lib. 1. 121

Extenuatio.

Significatio & distinctio concisa breuitas, & extenuatio. 3. de Orat. 112

Exterebro.

Itaque ex eo auro quod exterebratū esset, buclam curasse faciendam. 1. de Diuin. 46

Exterfus.

Euersum atque exterfum relinquere fanum aliquod. 4. Verr. 37. a

Extermino.

Exterminare aliquem ex communitate hominum. Off. 3. 39

Ex numero hominum aliquem eiicere, & ex finibus humanæ naturæ exterminare. 13. Philip. 342. a

Authoritatem aliquorū è ciuitate exterminare. de prouinc. Consul. 2. a

A suis diis penatibus ciues exterminare. pro Sestio, 23. a

Prohibere vti vrbibus peregrinos, & eos exterminare. 3. Offic. 61

Expellere, exterminare, & eiicere ex vrbe virtutem. pro Milone, 78. a

Ex eodem tempore tantæ discordiæ secutæ sunt, vti & tyranni existerent, & primates exterminaretur. 2. Offic. 118. a. pro Flacco, 19. a

Venire in ciuitatē, & De ciuitate exterminari. pro Cornel. Balbo, 41. a. contraria.

Eiicere aliquem ex vrbe, & illum exterminari velle. 3. in Catil. 50. a

Exterminari oppidis & agris. in Pifo. 77

Exterminari sedibus. 2. Philip. 69

Idem C. Marcellum exterminandum ab illa vrbe curauit. pro Sest. 4. b

Neque tamen istas quæstiones physicorum exterminandas puto. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 118

Exterminatus.

Protagoras ab vrbe atque agro exterminatus est. 1. de Nat. deor. 44

Exterminata resp. & reuocata. post red. in Senatu. 31

Itaque neque Repub. exterminata, mihi locum in hac vrbe esse duxi. post red. ad Quir. 11. a

Huius virtute reges exterminati sunt. pro Flacc. 19

Exterminator.

Tamen obuersabatur ante oculos exterminatoris sui. pro Domo sua, 109. a. Id est euerforis & expugnatoris.

Externus.

Nec enim ille externus & aduentitius habendus est tepor, sed ex intimis maris partibus agitatione excitatus. 2. de Nat. d. 10

Externa & aliena religio. 6. Verr. 102. a

Quod externum, id omne est in casu. de Fin. lib. 2. 74

Externo corpore mens cingitur. de Nat. d. 1. 20

Inanimum est enim omne quod pulsu agitur externo. in Somn. Scip. 32. a

Vtrum igitur censemus, & c. an, vt Democritus cēset, externa & aduentitia animos pulsari. 2. de Diuin. 180. a

Externi mores. pro Ligar. 6

Externa commoda. in Top. 48

Externorum sensuum quiuis suspicionem confare potest. 2. ad Heren. 39

Rerum externarum & ad corpus pertinentium domina fortuna. 5. Tusc. 39. a

Externarum rerum species. 3. ad Heren. 101

Apud externos populos valere opibus & gratia, vehementer vtile est iis qui honestè multum posse volunt. 2. Offic. 94. a

Canum amor in dominos, odium in externos. 2. de Nat. d. 237. a

Homines externos non egere, ornamento est Reipub. 2. Offic. 94. a

Si conferre volumus nostra cum externis. de Nat. d. 2. 6

Externis hostibus magis, quàm domesticis laboramus. Marcellus, lib. 4. 9. 15. a

In externis locis minor est ad facinus verecundia. epistoliarum, 54. b

Extero.

Atque omne quod accipit, cogit & confundit, vt facile & calore quem multum habet extereō cibo, & c. 2. de Nat. deor. 105. a

Exterreo.

Et dolorum quum admouetur faces, præter modum plerique exterrantur. 2. Offic. 52. a

Exterreri aspectu. 1. de Diuin. 134. a

Exterritus.

Talia commemorat lachrymans exterrita somno. 1. de Diuin. 72. a

Quibus exterriti homines. de Nat. d. 2. 11

Quæ illi exterriti somnio ad coniectorem mane deferant. Diuin. lib. 2. 100

Exterus.

Exterus hostis atque longinquus. 2. in Catil. 47. a

Exteræ nationes. pro Lege Manil. 45. a. 6. Verr. 55. a. pro Focilio, 21. a. ad Octa. 41

Extimesco.

Cur non extimescam opinandi temeritatem? Acad. q. ed. 1. lib. 2. 77

Quod igitur adolefcētes, & ii quidem non solum indocti, sed etiam rustici contemnunt, id docti senes extimescunt. de Senect. 68. a

Vt aut casus aut iustus extimescant. de Nat. d. 2. 43

Aduentum alicuius extimescere. Pæto, lib. 9. 26. 9. a

De fortunis communibus extimescere. de Fato, 42. a

Extimescere deos. Tusc. q. lib. 3. 34

Extimescere fatum. Fat. 15

Extimescere formidines. 5. de Fin. 54. a

Extimescere imbecillitatem, fragilitatēque humani generis. Tusc. q. lib. 5. 2

Extimescere infidelitatem amicitiarum. Tusc. q. lib. 5. 46

Periculum maius ab Antonio, quàm ab vllis nationibus extimescendum est. 7. Philip. 218. a

Extimescenda non sunt portenta, quæ quondam credebantur apud inferos. de Nat. de. 1. 4

Intelligebant eas nequaquam pro opinione vulgi esse extimescendas. 3. Tusc. 98. a

Extimus, vide Extra.

Extinguo.

Gratiam autem nostram extinguit hominum suspicio. ad Lentulum, lib. 1. 12. a

Inuidiam extinguit mors. pro Corn. Balbo, 11. a

Religionem extinguit cupiditas. 3. Verr. 33. a

Extinxit Censuram. de Arusp. resp. 54

Eum qui ædem Nympharum incendit, vt memoriam publicæ recensionis tabulis publicis impressam extingueret. pro Milone, 55. a

Vt si posset, quæ antea scripserat, ea planè extingueret. 4. Verr. 124. a

Extinguere & funditus delere aliquid. de Arusp. resp. 5. a

Animum extingui. de Senect. 61. a

Extinguere bellum. 10. fam. 49. in epist. Planci ad Brutum, lib. 11. 12. 2. a

Extinguere ciuitatem. 4. ad Heren. 201

Non posse Verrem testes interficiendo, crimina sua extingui. 7. Verr. 89

Extinguere familiaritates. de Amic. 34. a

Furore alicui⁹ extingui, & audaciā opprimere. 6. Phil. 116

Extinguere ignē, flammam, incendiū. Nigidio, lib. 4. 13. 7. a

Extinguere & delere improbitatem alicuius. 1. Verr. 14. a

Extinguere indicia. pro Milo. 78

Potes igitur dicere, & c. quæ eorum nōn in statuari inscriptione positis omnem te sperabas inuidiam atque infamiam tuam extingui posse. 4. Verr. 122. a

Inimicitias in fortissimis viris non solum extingui, sed etiam ad amicitiam, consuetudinēque traducere. de prouinc. Consul. 17. a

Extinguere leges. 3. pro Leg. Agr. 4. a

Extinguere lumen animi dicitur voluptas. Cat. 37

Extinguere memoriam rei alicuius. pro Milo. 55

Motus animorum inflammare & extingui. 1. de Orat. 31. a

Qui delere imperium, qui populi Romani nomen extinguere conati sunt. 4. in Catil. 79. a

Potentiam alicuius extinguere & opprimere. pro Roscio Amer. 21. a

Reliquias belli extinguere. Furnio, lib. 10. 25. 1. a

Extinguere rumorem. ad Att. lib. 15. 3

Alicuius non salutem modò extingui, sed etiam gloriam per iudices infringere. pro Mil. 4

Extinguere Senatum. in Pison. 43

Extinguere tentata & concepta. 7. Verr. 13. a

Formæ dignitas aut morbo deflorescit, aut vetustate extinguitur. ad Heren. lib. 4. 189. a

Adolescentes mori sic mihi videntur, vt quum aquæ multitudine vis flammæ opprimitur: Senes autem, sicut sua sponte, nulla adhibita vi, consumptus ignis extinguitur. de Senect. 65. a

Morte omnis sensus extinguitur. 2. de Fin. 161. a

Sermo, & c. & obruitur hominum interitu, & obliuione posteritatis extinguitur. in Somn. Scip. 27. a

Animus & mens, nisi tanquam lumini oleum instilles, extinguntur senectute. de Senect. 31. a

Extingui & opprimi antequam planè exortum & natum sit. 2. pro Leg. Agr. 88. a

Causam dissensionis nascentis extingui summè studui. epist. 179. b

Extingui obliuione posteritatis dicitur sermo de aliquo. Somn. Scip. 27

Extingui homini suo tempore optabile est. de Senect. 78. a

Nolite hunc natura ipsa occidentem velle maturius extingui vulnere vestro. pro Cæl. 54. b

Deficere sol hominibus & extingui visus est. in Somn. Scip. 26. a

Quæ ad extinguendas belli reliquias pertinent. epist. 159. b

Extinctus.

Vtrum igitur, si tum esset extinctus, à bonis rebus an à malis discessisset. Tusc. 135. a. in Somn. Scip. 9. a

Etiam si morbo extinctus essem. pro Sestio, 40. a

Vir egregius, coniunctissimūque mecum consiliorum omnium societate, alienissimo reipub. tempore extinctus, & autoritatis & prudentiæ suæ triste nobis desiderium reliquerat. de claris Orat. 2. a

Sin autem iam suberat similitas, extincta erat consuetudo, dissidium extiterat. pro Cælio, 48. a. Id est, abolita.

Extincta disciplina Pythagoreorum, quæ aliquot secula viguerat. de Vniu. 1

Extincta dissensio. pro Marcel. 19

Virtus extincta. 3. de Orat. 1. a

Extincta vox Hortensii fato suo. de claris Orat. 184. a

Corynthum Patres vestri totius Græciæ lumen extinctum esse voluerunt. pro Lege Manil. 6. a. 4. de Fin. 108. a

Extinctum maledictum. pro Domo sua, 72

Principium extinctum, nec ipsum ab alio renascetur, nec ex se aliud creabit. in Somn. Scip. 31. a

Audet sine excitare tati flagitii memoriam, non extinctam illam quidem, sed repressam vetustate. pro Cælio, 57. a

Refrigerato autem & extincto calore, occidimus ipsi & extingui. de Nat. 30. b

Quum duo fulmina nostri imperii subito in Hispania Cn. & P. Scipiones extincti occidissent, & c. pro Corn. Balbo, 27. a

Quamobrem primū danda opera est, nequa amicorum dissidia fiant: sin tale aliquid euenerit, vt extinctæ potius amicitia, quàm oppressæ videantur. de Amic. 66. Id est, defueta, non repetita, abrupta.

Omnes ciues sic existimant, quasi lumen aliquod extinctis ceteris elucere sanctitatem, & prudentiam, & dignitatem tuam. Sulpitio, lib. 4. 3. 7. a

Extinctor.

Extinctor belli. pro Cælio, 45. a

Belli domestici extinctor. de Arusp. resp. 45. a

Extinctor coniurationis. pro Domo sua, 78. a

Ne extinctor patriæ, ne proditor appelletur. pro Syl. 67

Non extinctor, sed auctor incendiū. in Pif. 10

Extinctio.

Nam si supremus ille dies non extinctioem, sed commutationem affert loci, quid optabilius. Tusc. 191. a

Extirpo.

Nisi ex eius animo extirpatam humanitatem arbitremur. de Amic. 44

Vitia ex naturalibus causis nata extirpari ac funditus tolli non possunt. de Fat. 8

Perturbationes extirpandas putamus. 4. Tusc. 64. a

Extispex.

Artificiosa diuinationis illa ferè genera ponebas extispiciū. 2. de Diuinat. 40. a

Extor.

Apparet atque extat, vtrum simus earum rerum rudes, an didicerimus. 1. de Orat. 37. a

Sed is ambitus extat, & c. 11. fam. 28

Extatque id quod mihi ostenderas quibusdam literis, hōc te studiosiorem, & c. ad Rufum, lib. 5. 25

Cædium & libidinum iudicium extat, & ad insignem memoriam turpitudinis, & penè ad iustum odium nostrri imperii. de prouinc. Conf. 5. a

Extat memoria, sunt tabulæ publicæ: redargue me si mentior. pro Cluentio, 49. a

Non item in oratione vt in versu extat numerus. in Orat. 117. a

Extat officium. de Amic. 24. a

Quæ, vt scis, extat oratio. a

Ipsi Appii extat oratio. de Senct. 15. a

Scriptum extat in istdem literis. 7. Verr. 116. a

Nullum senatusconsultum extat, quo reductio regis tibi adempta sit. ad Lent. lib. 1. 7. 12. a

Extant epistolæ Philippi ad Alexandrum. 2. Offic. 68. a

Vbique huius fortitudinis extant exempla. pro Corn. 17. b

Præteritarum rerum monumenta certa in literis extant. 1. de Inuent. 56. a

Multa extant in me tua merita. pro Plancio, 1. a

Demadis scripta nulla extant. de claris Orat. 17. a

Graviora iudicia de potentissimis hominibus extant voces, quàm tabellæ. 3. de Leg. 50. a

Quales tibi sæpe scripsi, Consules extiterunt. ad Brutum, a.

Hoc est, sese eo pacto gesserunt.

Aliquid extabit, ne tibi planè cessasse videamur. ad Att. lib. 2. 12. 1. a

Dum id senatusconsultum extabit, officium meum in te obscurum esse non poterit. ad Metellum, lib. 5. 2. 11. a

Extabit opera peregrinationis huius. 15. ad Att. 27

Nostrum studium extabit in conueniendis magistratibus & senatoribus. ad Lentulum, lib. 1. 8. 14. a

Multum autē fluxisse video de libris nostris, & c. vnde hoc philosophandi nobis subitò studii extitisset. de Nat. d. 1. 5

Neque vnquam ex illo delendi huius imperii tam sceleratus impetus extitisset, nisi, & c. pro Cælio, 10

Alioqui multa extarent exempla maiorum. 1. de Legibus, 58. a

Si literæ non extarent, magnopere eas requireremus. 1. de Inuent. 85. a

Sed quod literis extet. 1. Tusc. 31

Curabo vt huius peregrinationis aliquod tibi opus extet. ad Att. lib. 2. 19. 3. a

Hæc quum sint omnia, tamen extent oportet expressa sceleris vestigia, & c. pro Rosc. Amer. 38. a

Quo magis id quod erit illuminatum, extare atque imminere videatur. 3. de Orat. 57. a

Sine diuinatione non potest officium & munus diuinationis extare. de Diuin. 130. b

Officium & munus oculorum sine oculis extare non potest. 1. de Diuin. 122. a

Clarorum virorum atque magnorum non minus otii, quàm negotii rationem extare oportere. pro Plancio, 54. a

In optimis quibusque honoris certamen & gloriæ: ex quo inimicitias maximas sæpe inter amicissimos extitisse. de Amic. 33. a

Extitisse hunc qui post eos disciplinam renouaret. de Vniuersi. 1
 Ego multos homines excellenti animo ac virtute fuisse, & sine doctrina, naturæ ipsius habitu propè diuino, per se ipsos & moderatos & graues extitisse fateor. pro Archia poeta. 11. a
 Tum te repente lærum extitisse. Diuin. lib. 1. 54. id est, apparuisse, seu emeruisse è flumine.
Extollo.
 Percussum ipsa Resp. manibus suis extollit. pro Domo sua. 92. a
 An quisquam in potiundis voluptatibus gloriando se & prædicatione extollit. in Parad. 17. a
 Vos meam fortunam deprimitis, vestram extollitis. in Pisonem. 32. a
 At hercule egregia facta tuorum te extollunt. in Salust. 275. b
 Quem virtutis gloria cum summa laude ad cælum extulit, eundem inimicorum inuidia indignissimè oppressum deprimit ad supplicium. Antequam iret in exil. 1. a. 3. Tusc. 68. a. & 5. 63
 Dum Plancii in me verbis meritum extollerem, me arcem ex cloaca facere dixisti. pro Planc. 279. b
 Extollere ad æquitatem animi. 6. fam. 39
 Laudando aliquem extollere. Cornificio, lib. 12. 25. 16. a. de Arusp. resp. 44. a
 Animum extollere. in Part. 43. a
 Vbi illa antiqua libertas, quæ malis oppressa ciuilibus extollere iam caput, & aliquando recreata se erigere debet. pro Plancio. 27. a
 In gremium suum liberorū ex se genus extollere. in Orat. 87. a
 Iacentem non modò extollere, sed etiam amplificare eius pristinam dignitatem. pro Marcello. 4. a
 Quamobrem vt ii qui superiores sunt, submittere se debent in amicitia, sic quodammodo inferiores extollere. de Amic. 63. a
 Vnius in alterum meritum verbis extollere. pro Planc. 77. a
 Alte pugionem extollere. 2. Philipp. 49. a
 Sic vrgetur, vt nequeat se extollere. 2. Tusc. 93. a
 Erigere & extollere vites. 5. de Fin. 70. a
Extorquo.
 Ille ea tamen exorabat quæ volebat auferre, tu extorques. ad Octauium. 46
 Auxilium extorques inueterati doloris. Tusc. q. lib. 3. 31
 A Cesare per Orodem talenta Attica 1. extorsisti. ad Att. lib. 6. 112. 4. a. 5. Verr. 151. a
 Quoniam extorsisti vt faterer. Tusc. q. lib. 1. 13
 Qua qui apud te C. Cæsar vtetur, suam citius abiiciet humanitatem, quam extorquebit tuam. pro Ligario. 10. a
 Extorquebit veritas ne repugnetis. pro Cluent. 3. a
 Extorsisset mihi fortuna proprium consilium. 10. fam. 78. in epist. Lepidi.
 Postquam nihil exprimere ab egentibus, nihil vlla vi à miseris extorquere potuit, cohortes in hyberna misit. de prouinc. Conf. 5. a
 Extorquere arma è manibus iratorum ciuium. de Claris Oratoribus. 4
 Hoc est vim Torquate afferre sensibus, extorquere ex animis cognitiones verborum. 2. de Fin. 13
 Extorquere de vel ex manibus regis. 7. Verr. 144. a. pro Cluentio. 40. a. in Piso. 3. a. 2. de Orat. 60. a
 Extorquere hæc conantur nobis metu. 11. fam. 48. in epist. Matii.
 Extorquere & eripere pecuniam ab aliquo. pro Cluentio. 62. a. 2. de Leg. Agr. 33. a
 Sententias de manibus vi quadam orationis extorquere. 2. de Orat. 41. a
 Veritatem extorquere. in Orat. 91. a
 Extorquere vocem & simulationem. 6. Philipp. 215
 Nec mihi huc errorem, dum viuo, extorqueri volo. Cat. 77
 Extorquere ferrum alicui de manibus. in Cat. 104. b
Extortus.
 Pecunia omnis ab eo extorta atque erepta est. pro Clu. 34. b

Extorta est contenti sica de manibus. pro Milone. 14. a
 Vi & metu extortum frumentum. in Pisonem. 68. a
Extorris.
 Hinc centum patresfamilias extorris profugerunt. 5. Verrinarum. 101
Extra.
 Sensibus & animo ea quæ extra sunt, percipimus. 2. de Nat. deor. 221. a
 Eminere foras, & ea quæ extra erunt, contemplari, & quam maximè se corpore abstrahere. in Somn. Scip. 33. a
 Vt nulla pars huiusce generis excederet extra. de Vniu. 19
 Ex quo intelligitur esse extra diuinum animum humanus vnde ducatur, & c. de Diuin. 95. b
 Id extra causam est. pro Cec. 303. b
 Extra collegium sacerdotum ne quisquam sacra, quæ publicè constituta essent, nosset. 2. de Leg. 31
 Extra coniurationem hunc esse se scire dixisset. pro Sylla. 29. a
 Nemo est extra istam coniurationem perditissimorum hominum, qui te non metuat. in Cat. 100. b
 Cæcili iam me hercle hoc, extra hanc contentionem, certamenque nostrum, familiariter tecum loquar. 1. Verr. 10. a
 Et in corpore & extra esse quædam bona. 2. de Fin. 109. a
 Extra culpam esse. 7. Verr. 104. a
 Se extra omnem culpam & causam posuit. de Vniu. 57
 Extra ducem paucosque prætere. epist. 96. b
 Extra fatum nihil fieri. 2. de Diuin. 37. a
Luna accretione & diminutione luminis quasi fastorum notans & significans dies. Tusc. 162. b
Etenim ordo ipse annalium mediocriter nos retinet, quasi enumeratione fastorum. 5. fam. 31
Scriba quidam Cn. Flavius diebus singulis ediscendos fastos populo proposuit, & ab ipsis cautis Iureconsultis eorum scientiam compilauit. pro Muren. 22
Poffet agi lege necne, pauci quondam sciebant: fastos enim vulgò non habebant. pro Mur. 22
Flavius protulit fastos: nam occultatam putant quodam tempore istam tabulam, ut dies agendi peterentur à paucis. ad Att. 86. b
Non omnibus fastis legem ferri licere. de Prouincis Consular. 78. b
Eximere dies de fastis. 4. Verr. 91. a
Quum diem festum ludorum de fastis suis sustulissent. 6. Verrin. 133. a
Consules non modò ex memoria, sed etiam ex fastis euellendi. pro Sest. 26
Decreui, ut in fastis ad eum diem Bruti nomen ascriberetur. ad Brut. 37
Quod ego cum dabam Bruto, notam esse in fastis gratissimæ victoriæ memoriam volebam. ad Att. 123. b
Longæ paginulæ in codicillorum fastis. 4. ad Att. 26

Fastidio.
Qui non modò improbitati irascuntur candidatorum, sed etiam in rectè factis sæpe fastidiunt. pro Mil. 32

Fastidium.
Fastidium delicatissimum. 1. de Finib. 8. a
Non sunt tanti vlla eius merita, quanta insolentia hominis, quantumque fastidium. de Orat. 121. b
Quod igitur est eorum in orationibus à Græco conuersis fastidium, nullum cum sit in versibus: de Opt. 150. a
Cibi satiætas & fastidium. 1. de Inuent. 37. a
Fastidium oculorum in hominum insolentium indignitate. 2. fam. 29
Satis mirari non queo, vnde hoc sit tam insolens domesticarum rerum fastidium. lib. 1. de Finib. 8
Fastidium stomachi. ad Cælium, lib. 2. 15. 5. a
Esse omnino rudem in nostris poetis aut inertissimæ segnitie est, aut fastidii delicatissimi. lib. 1. de Finib. 4
Superbiam, fastidium, arrogantiamque magnopere fugiamus. 1. Offic. 226. a
Eaque quæ eis morbis contraria, quæ habent ad res certas vitiosam offensionem atque fastidium. Tusc. 213. b
Quorum etiam si amplecterer virtutes, ut facio: tamen si essent arrogantes, non possem ferre fastidium. 10. Philippicarum, 182. a
Ab aliquo celerrimè fastidio quodam & satiætat abalienari. de Orat. 151. b
Ego dabo operam, ut pro me minimo cum fastidio respondeam. in Sal. 272. b
Superbia nata mihi esse ex Campanorum fastidio videtur. pro Lege Agr. 12. a
Qui intelligentiâ ponunt in audiendo fastidio. de Opt. gen. orat. 147. a
Nec id sit fastidio meo, sed charitate Reipub. in Ant. 243. b
Adhærescunt fastidiis, quæ praua sunt: quæ recta sunt, probantur. 1. de Orat. 135

Fastidiosus.
C. Memmius L. filius perfectus literis, sed Græcis, fastidiosus sanè Latinarum, argutus orator, &c. de Claris Orat. 133. a
In æquos & pares fastidiosus. ad Heren. lib. 4. 213. a
Propterea quòd Antonius, qui maximè expetebatur, facilis in causis recipiendis erat: fastidiosior Crassus, sed tamen recipiebat. de Claris Orat. 109. a
Aurium sensus fastidiosissimus. ad Heren. lib. 4. 181. a

Fastidiosè.
Quàm diligenter, quàm propè fastidiosè iudicamus. 1. de Or. 59
Lentè & fastidiosè probare aliquid. Att. lib. 2. 1
Quod ego non tam fastidiosè in nobis, quàm in histrionibus spectari puto. 1. de Orat. 135. a
Huic ego iam stomachans fastidiosè, imò ex Sicilia inquam. pro Plancio, 53. a
Nolo enim dicere de tam suauis homine fastidiosus. 2. de Oratore, 198. a
Pudètius vel inuitius, vel etiam fastidiosus dicere aliquid. 2. de Orat. 198

Fastigium.
Capitolii fastigium illud, cæterarumque ædium, non venustas, sed necessitas ipsa fabricata est. de Orat. 159. b
Quem is maiorem honorem consecutus erat, quàm vt haberet puluinari, simulachrum, fastigium, flaminem. 2. Philipp. 106. a. De diuo Iulio.
Sed quoniam operi inchoato, propè tamen absoluto, tantquam fastigium imponimus. 3. Offic. 41. a
Fastigiorum multorum testum. ad Q. frat. lib. 3. 10

Fatalis, Fataliter, Vide Fatum.
Fateor.
Non fateor solùm, sed etiam facile patior. de Nat. deor. 1. 51
Quamobrem fateor atque etiam profiteor, & præ me fero, perduellionis iudiciu à me fuisse sublatum. pro Rab. 11. a
Tu qui à Næuio vel sumpisti multa, si fateris: vel si negas, surripuisti. de Claris Orat. 171. b
Laterensis nostri & fidem & animum in Rempub. singularem semper fatebor. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 23. 8. a
Qui quum de scelere fateretur, non tamen, &c. Antequam iret in exil. 11. a. 2. de Inuent. 179. a
Quum tute passus esses te id crimen tantò antè metuisse, si eum diceres mortuum, quis te audiret? 7. Verr. 63. a
Quæ est ista æquitas, hunc agru excipere nominatum, quem publicum esse fateatur: contra Rull. 77. b
Vt victum quandoque se esse fateatur. 3. Tuscul. 25. a
Nec me pudet, ut istos, fateri nescire quod nesciam. Tuscul. quæst. lib. 1. 49
Non solùm fateri, sed etiam profiteri aliquid. pro Cecin. 17. a
Fatendum est enim, &c. 3. ad Att. 23. & 10. famil. 39
Fatendum est summum esse bonum iucundè viuere. 1. de Finib. 66. a
Hominum causa earum rerum copias comparatas fatèdum est. de Nat. deor. 58. b
Mori maluit falsum fatendo, quàm verè inficiando dolere. in Partit. 27. a

Fatidicus, Vide Fatum.
Fatigo.
Qui non verbis sunt & disputatione philosophorum, sed vinculis & carcere fatigandi. Offic. 3. 95

Fatigatus.
Fatigatus igne. Topic. 227. b

Fatuitas, Vide Fatuus.
Fatum.
Fatum est causa æterna rerum, cur ea quæ præterierint, facta sint: & ea quæ instant, fiant: & ea quæ consequuntur, futura sint. de Diuinat. lib. 1. 106
Fatum est ordo seriésque causarum, cum causa causæ nexa rem ex se gignat. de Diuin. lib. 1. 106
Quod semper ex omni æternitate verum fuerit, id esse fatum. 3. de Nat. deor. 9
Fatum, quo omnia contineri dicitis, contemno. ne exadificatum quidem hunc mundum diuino cõsilio existimo. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 116, & 117
Nihil est futurum, cuius nõ fatum causas efficientes natura

contineat. Diuin. lib. 1. 106
Ex hoc genere causarum ex æternitate pendentium, fatum à Stoicis nescitur. Topic. 30
Si fatum tibi est ex hoc morbo conualescere. de Fato, 4. a
Sin autem illud potest fieri, nullu est fatum. de Diuin. 112. b
Quid enim si Daphitæ fatum fuit, ex equo cadere, atque ita perire: de Fato, 8. a
Fuit hoc meum fatum, ut in me, &c. pro Corn. Balbo, 67. b
Impendet fatum. 2. in Catil. 32. a
Ruina igitur oppressus esset: at id neque si fatum fuerat, effugisset: neque si non fuerat, in eum casum incidisset. de Diuinat. 112. b
Iam fatum extremum Reipublicæ venit. 4. Philipp. 149
Illud fati est, hoc consilii. pro Mur. 135. b
Neque tantò antè exitium ac fati diem Reip. denuntiaffer. 3. in Catil. 62
Fati necessitas, quod à deo constitutum & designatum est vt eueniat, causarum series sempiterna, causæ æternæ rerum futurarum, causæ immutabiles & æternæ, causæ incluse in rerum natura atque mundo. de Fat. 144. b
Anile sanè & plenum superstitionis fati nomen ipsum. de Diuinat. lib. 2. 14
Vita hominis fatum debetur. ad Heren. 37. b
Si nostrum fatum aut fortunam cõquereremur. ad Att. 16. b
Miseros nos cur nõ omnes fatum illius vnà executi sumus? 9. ad Atticum, 50
Quibus ego confido impendere fatum aliquod & pœnam, iam diu improbitati debitam. in Catil. 160. b
Si quid mihi humanitus accidisset, multa enim impendere videbantur præter naturam, præterque fatum. 1. Philip. 7
Si tamen fato nescio quo accidit. 5. famil. 22. in epist. Vatini. Omnes qui ad illa arma fato sumus nescio quo Reip. misero funestoque compulsi. pro Marcel. 133. b
Fato nescio quo ita contigisse arbitror. 15. famil. 35
Amabo te mi frater, nisi si vno meo fato & tu & omnes mei corruistis, improbitati & sceleri meo potius, quàm imprudentiæ misericordiamque assignes. ad Q. frat. lib. 1. 4. 1. a. Vetus codex legit factò.
Sic Hortensii vox extincta fato suo est, nostra publico. de Claris Orat. 196. b
Nam hoc Verrem dicere aiebant, te non fato, ut cæteros ex vestra familia, sed opera tua Cõsulcm factum. 2. Verr. 18. a
Fato facta putarem. 14. famil. 1
Omnia fato fieri, nihil fieri extra fatum. de Diuin. 112. b
Fato sic fieri omnia censuerunt quidam veterum philosophorum, vt id fatum vim necessitatis afferret, in qua sententia Democritus, Heraclitus, Empedocles, Aristoteles fuit. Fat. 19
Fieri igitur omnia fato, ratio cogit fateri. Fatum autem id apello, quod Græci εὐδαιμονία, id est ordinem, seriémque causarum, cum causa causæ nexa rem ex se gignat. Ea est ex omni æternitate fluens veritas sempiterna. 1. de Diuinatione, 106
Stoici fato omnia fieri dicunt. de Fat. 147. b
Fato fieri omnia videntur quibusdam philosophis, tãquam aniculis, & iis quidem indoctis. de Nat. deor. 1. 39
Ego quid faciam, aut quo me fato geram: ad Att. 240. b
Impendere fato odia amicitiis. de Amicit. 34. a
In illo penè fato Reipub. pro Domo sua, 242. b
Quoniam meo fato fieri dicam, vt, &c. 2. Philipp. 29. a
Milo hoc fato natus, vt ne se quidem seruare potuerit, quin vnà Rempub. seruaret. pro Mil. 22
Prædicere quid cuique euenturum, & quo quisque fato natus sit. 1. de Diuin. 4. a
Ea cõditione atque eo fato natu esse me, &c. pro Font. 283. b
Nescio quo fato sim seruatus. 10. famil. 64. in epist. Galbæ.
Sine fato ratio omnium rerum ad naturam fortunamve refertur. Fat. 5
Qua quidem in re singulari sum fato. epist. lib. 6. 7. 2. a
Atque hæc fixa graui fato & fundata tenentur. de Diuin. 84. b
At te fata patriæ Paridem futurum prædicabant. Octau. 45
Nisi dii immortales omni ratione placati, propè fata ipsa xissent. in Catil. 115. b

Nec vos vlla mortis fata vnquam periment. de Vniuers. 51
L. Tarutius vrbis nostræ fata canere non dubitabat. de Diuinatione, 128. b
Mutari fata non possunt. 2. de Diuin. 16
Lentulus autem confirmavit ex fati Sibyllinis, Aruspicumque responsis, se esse tertium illum Cornelium, &c. 3. in Catil. 54
 Ex fati, quæ Veientes scripta haberent, Veios capi nõ posse. de Diuin. 100. b

Fatalis.

Hic annus fatalis est ad interitum huius vrbis. in Catil. 54
 Fuit aliquis fatalis casus, vt ita dicam, &c. nunc si quis erit, erit voluntarius. 6. Philipp. 217
Meus Consulatus ad salutem Reipub. propè fatalis fuit. 4. in Catil. 75. a
Fatalis & immutabilis continuatio ordinis sempiterni. Academic. quæst. edit. 2. lib. 1. 22
Sed fuit profecto quædam illa Reip. fortuna fatalis, vt ille, &c. pro Sest. 6. b
Fatalis necessitas, quam *εὐδαιμονία* dicunt Stoici, à deo primum extitit. de Nat. deor. 1. 39
Fatalis necessitas rerum futurarum. de Nat. deor. 12. b
Vis est nulla fatalis. de Fat. 141. b
Fatalis vmbra. de Nat. deor. 1. 29
Tam enim fatale est, medicum adhibere, quàm cõualescere. de Fato, 146. b
P. Clodius fatale portentum Reipub. in Pison. 81. b
Quod fuit illorum vtrique fatale. 2. Philipp. 37. a
Cum hi duo numeri circuitu naturali summam tibi fatalem confecerint. de Somn. Scip. 127. b
Ille annus, quem ego mihi, quàm patriæ, malueram esse fatalem. Postquam. 204. b
Fatali quadam desperatione. 12. famil. 5
Respub. perfuncta est hoc misero fatalique bello. pro Marcello, 136. b
Scipio quasi fatali euentu solus Carthaginem euertit. de Arusp. respons. 5. a
In hoc communi nostro & quasi fatali malo. de Cl. Or. 187. b
Quoniam nobis quasi aliqua fatali necessitate, cum fortuna belligerandum fuit. Postquam. 202. b
Causæ fatales. de Fat. 144. b
Fatales leges & necessariæ. de Vniuers. 53
Exitus fatales habere. 2. de Diuinat. 35. a
Quæ cuique accidunt diuina atque fatalia. Partit. 236. b
Sinautem idcirco possunt prouideri, quia certa sunt & fatalia: rursus diuinitio nulla est. 2. de Diuinat. 38. a

Fataliter.

Et omnia quæ sũt, quæque futura sunt, ex omni æternitate definita dicis esse fataliter. 2. de Diuinat. 27. a

Fatidicus.

Anus fatidica Stoicorum Progne. 1. de Nat. deor. 14
Fatidicorum & vatium effata incognita interpretari. 2. de Legib. 17

Fatuus.

Non modò nequam & improbus, sed & fatuus & amens. pro Deiotaro, 14. a
Homo fatuus. de Orat. 134. b
Puer fortasse fatuus, & non grauis, nec cõtinens. ad Att. 95. b
Ne cum periculo fatuus sis. Furnio, lib. 10. 57
Hoc præceptum est, magisque monitoris non fatui, quàm eruditi magistri. 2. de Orat. 55. a
Ipse negat, vt antè dixi, luxuriosorum vitam reprehendam, nisi planè fatui sint, id est, nisi aut planè cupiant, aut metuant. 2. de Finib. 112. a

Fatuitas.

Postea definitionibus ostendere non hanc imprudentiã aut casum, sed incertam negligentiam, fatuitatem nominari oportere. 2. de Inuent. 192. a

Ego huius miserima fatuitate confictor. Att. lib. 11. 231. 3. a

Fauces.

Fauces fati. in Catil. 48
 Omitto fauces ex quibus te eripi vis. de Orat. 164. b
Faucium, laterumve & pulmonum vis & figura. 1. Tuf. 58. a

Cuius tu ex faucibus impurissimis inhonestissimam cupiditatem eripuisti. 1. ad Q. frat. 15
Vrbem ex omni impetu hostium, ac totius belli ore ac faucibus ereptam esse atque seruatam. pro Arch. 16
Corinthus erat posita in angustiis atque faucibus Græciæ. contra Rullum, 86. a
Æmilius sedens in faucibus macelli. pro Quint. 13. 5. Ver. 113
Faucibus terræ patefactis. 2. de Nat. deor. 70
Faucibus premi. pro Cluent. 68. a

Fauco.

Non magis mihi fauco in amicitia nostra tuẽda, quàm tibi. epistol. 33. b
Non multò plus fauco patriæ, quàm tibi. epist. 155. b
Sententiæ isti fauco. 1. Tuscul. 162. a
Tibi fauemus, te tua virtute frui cupimus, tibi optamus eam Rempub. in qua, &c. de Clar. Orat. 196. b
Qui fauent nobilitati. pro Planc. 262. b
Galli silentio noctis, vt ait Ennius, fauent faucibus: rursus cantu plausuque premunt alas. 2. de Diuin. 44
Qui diligebant hunc, illi fauebant. pro Quint. Rosc. 49. b
Ego virtutibus Casaris faui. in Sallust. 273. b
Cuius honori agri propè dicam ipsi, montesque fauerunt. pro Plancio, 263. b
Fauete innocentia. Antequam. 196. b
Rebusque diuinis, quæ publicè fierent, vt fauerent linguis, imperabatur. Diuinat. lib. 1. 86
Huic meæ voluntati, in qua inest vis desiderii, vt faueas, adiutorque sis, vehementer te rogo. 15. famil. 22
Honori alicuius fauere. Att. lib. 7. 122. 7. a
Industria gloriæque alicuius fauere. pro Ligario, 5
Fauere iustitio. 4. ad Atticum, 53
Fauere laudi alicuius & gloriæ. ad Lentulum, lib. 1. 7. 10. a
Ego fauisse me tibi fateor. in Ant. 164. b
Quod eò firmiore animo faciunt, quia nõ modò non inuidetur illi ætati, verum etiam fauetur. 2. Offic. 64. a
Inuidetur enim commodis hominum ipsorum: studiis autem eorum cæteris commodandi fauetur. 2. de Orat. 114. a
Rescripsi patrono, illi nihil opus esse, me tamè ei faurum. ad Att. lib. 12. 63
Quum autem audirem meos partim inimicos, partim inuidos, huic accusationi esse fautores, &c. pro Planc. a

Fauor.

Quam expectationem, quod studium, quem fauorẽ secum in scenam attulit Panurgius: pro Rosc. Comædo, 17. a
Fauore populi teneri. pro Sest. 100

Fautor.

Cuius ego fautor & adiutor ab adolescentia extiti. epistol. lib. 1. 9. 34. a
Ego consiliorum tuorum author, dignitatisque fautor, &c. 1. familiar. 37
Hic nobilitatis fautor fuit. pro Sex. Rosc. 9. loquitur de Rosc.
Fautor ordinis. 5. in Verrem, 192
Me tuæ dignitatis non modò fauorem, sed etiam amplificatorem cognosces. 10. famil. 28
Si te fautore vsus erit. 13. famil. 86
Multi sunt cupidi tui, multi fautores laudis tuæ. pro Planc. 45. 13. famil. 70
Nõ inuidos solùm, sed fautores etiã laudũ mearũ. in Or. 78. a
Studiosi ac fautores victoriæ. Att. lib. 1. 11. 14. a
Cum multos & bonos viros eius honori viderem esse fautores. pro Planc. 1

Fautrix.

Nostri illa fautrix suorum regio. pro Planc. 18
Amicitia fautrices fidelissimæ voluptatum. de Fin. lib. 1. 51

Faunus.

Faunus omnino quid sit, nescio. de Nat. deor. 3. 11
Fauni vocem equidem nunquam audiui. de Nat. deor. 3. 11
Fauni sæpe in præliis auditi. Diuin. lib. 1. 85
Versus quos olim Fauni vatesque canebat. de Diuin. 104. b
Faunorum voces exaudita. de Nat. deor. 2. 5

Fauonius.

Sed etiam Fauonius ipse infuffrat, nauigãdi nobis tempus esse. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 135

Veris initium non à Fauonio notabat: sed quum rosam viderat, tunc incipere Ver arbitrabatur. 7. Verr. 22. a
Fauonio nascente, purpureum videtur mare. 4. Acad. 187. a
Faustus.

O nox illa fausta huic vrbis. pro Flacco, 79. a
Antiqui omnibus rebus agendis, quod bonum, faustum, foelix, fortunatumque esset, præfabantur. de Diuin. 101. b
Eo tamè simus animo, vt horribilem illum diem aliis, nobis faustum putemus. 1. Tuscul. 193. a
Faustaque signa suæ laudis reditũque notauit. de Diu. 102. b
Fausse.

Idem ego sum precatus, vt, &c. ea res faustè, foeliciter, prospereque eueniret. pro Mur. 1. a

Fautor, Fautrix, Vide Fauco.

Faupus.

Apum examina non fingendorum fauorum causa congregantur: sed quum cõgregabilia natura sint, fingunt fauos. 1. Offic. 219. a

Faux, Vide Fauces.

Fax.

Nõne Senatui prouidendum fuit, ne in hanc tantam materiam seditionis ista funesta fax adhæresceret: pro Domo sua, 11. a

Sed quæ provincia est, ex qua illa fax excitare nõ posset incendium? 7. Philipp. 219. a

Incendiorum Antonii fax Clodius. 2. Philipp. 64. a

Diana facem iacit à læua. Acad. 22. b

Dextra ardentem facem præferbat. in Verr. 217. b

Cui tu adolescentulo, &c. ad libidinem non facem prætulisti? 1. in Catil. 9

Cælestes faces visæ Romæ. Diuin. lib. 1. 82. de Nat. deor. 2. 11

Neque paruis in rebus adhibendæ sunt hæ dicendi faces. 2. de Orat. 113. a

Dolorum cum admouentur faces, præter modum plerique exterrantur. Offic. 2. 53

Inuidiæ faces. pro Mil. 74

Nuptiales faces. pro Cluent. 11. a

Faces verborum. 3. de Orat. 3

Visæ sunt nocturno tempore faces. 3. in Catil. 63. a

Faces quibus incensa L. Bellieni domus deflagrauit. 2. Philippica, 93. a

Malleolos ad incendendam vrbem facesque comparare. in Catil. 103. b

Ego faces iam accensas, ad huius vrbis incendium extinxi. in Pisonem, 80. b

Si te in Capitolium faces ferre vellet. Lælius, 35

Cum ardentes faces in vicinorũ tecta iactas. de Arusp. 251. b

Aut quum tectis sceleratas faces inferebas. Parad. 35

Cum ardentes faces furis Clodianis ministrabas. in Pis. 85. b

Cum facibus accensis alios adduxerit. 4. ad Att. 14

Serui cum facibus in tecta nostra immissi. Att. lib. 14. 306. 2. a

Facibus corporis inflammari solemus ad omnes ferè cupiditates. Tuscul. quæst. lib. 1. 37

Faxit, Vide post Facio.

Febris.

Febris ara Romæ in Palatio. 2. de Legib. 29

Febris fanum in Palatio. 3. de Nat. deor. 45

Quartana febris discessit. Att. lib. 8. 150. 3. a

Si cum biduum cibo se abstinuisset, subito febris discessit. ad Atticum, 272. b

Sicui venæ sic mouentur, is habet febrim: sed potius illo modo, nõ ei venæ sic mouentur, & is febrim non habet: de Fato, 24. a

Cum decimum iam diem grauius ex intestinis laborarem, nec probarem me non valere, quia febrim non habebam, fugi in Tusculanum. epist. 107. b

Qui æstu febrique iactantur, si aquã gelidam biberint, prius releuari videntur, deinde multò grauius, vehementiusque affliguntur. in Catil. 103. b

Ægypta mihi nuntiauit te planè febris carere & bellè habere. ad Tironem, lib. 16. 13. 1. a

Ex quo sudore cum cohorruiisset, cum febris domum rediit. de Orat. 143. b

Cognoui ex eo, quod ita scripseras te Romam venisse cum febris. ad Att. 7. 1. Id est, febre laborans.

Inest enim velle in carendo, nisi eum sic tanquam in febris dicitur. Tusc. quæst. 167. b

Incommoda valetudine emerferam, vt pote cum sine febris laborassem. Att. lib. 7. 110. 2. a

Tertianarum febrium & quartanarum reuersione & motu quid potest esse constantius? 3. de Nat. deor. 17

Febricula.

Febriculam habere. Att. lib. 6. 48. & 13. 1

Qui ex labore in febriculam incidi assiduam, & satis molestam. Plancus Ciceroni, lib. 10. 44

Diem tuum ex quadam epistola tua, quam incipiente febricula scripseras, mihi notaueram. ad Att. lib. 7. 30

Februarius.

Februarius veteribus mensis anni extremus. 2. de Legib. 50

Mensis februarius postulat, & legationibus prouinciarum audiendis dabatur ex lege Gabinia. ad Q. frat. 313. b

Ante diem 1111. Cal. Februarii. pro Quint. Rosc. b

Fecialis.

Feciales oratores, iudices foederum, pacis, belli, induciarum funto. 2. de Legib. 18

Habemus hominem in fecialium manibus educatum: &c. 7. Verr. 39. a

Fecialis.

Cum iusto enim & legitimo hoste res gerebatur, aduersus quem & totum ius feciale, & multa sunt iura communia. Offic. 74. b

Belli quidem æquitas sanctissimè feciali populi Romani iure perscripta est. 1. Offic. 74. a

Fel.

Fel gallinaceum, &c. quid habet naturale, quod declarare possit, quid futurum sit? de Diuin. lib. 2. 22

Feles, vel Felis.

Feles, canis, crocodilus. Tuscul. quæst. 243. b

Qui canem & felem, vt deos colunt. de Legib. 161. b

Crocodilum & ibim & felem nõ violari ab Ægypto. de Natura deor. 17. & 60. b

Possum de ichneumonum vtilitate, de crocodilorum, de felium dicere: sed nolo esse longius. 1. de Nat. deor. a

Felicitas, Feliciter, Felix, Vide Foelix.

Femen.

Quid Agrigento? nõne eiusdem P. Scipionis monimentum signum Apollinis pulcherrimum, cuius in femine literulis minutis argenteis nomẽ Myronis erat inscriptum, ex Æsculapii religiosissimo fano sustulisti? 6. Verr. 83. a

Redundare pedibus, feminibus, cruribus. 1. de Nat. d. 138. a

Femur.

Frons non percussa, non femur, pedis (quod minimum est) nulla supplotio. de Claris Orat. 152. a

Fenestra.

Non eas partes, quæ quasi fenestræ sunt animi. 1. Tusc. 74. a

Fenestrarum angustias quod reprehendis, scito te *κέρως* *παραδέναι* reprehendere. ad Att. 2. 18. 1. a

Fenestris animi nihil sentire queat mēs, nisi id agat & adsit. Tuscul. quæst. lib. 1. 39

Fera.

Fera & immanis belua. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 99

Id ne fera quidem faciunt, vt ita ruant atque turbentur, vt earum motus & impetũs quod pertineant, non intelligamus. lib. 1. de Finib. 27

Ferarum natura non est illa quidem deprauata mala disciplina, sed natura sua. de Finib. lib. 2. 29

Excitare & agitare feras. 3. Offic. 89. a

In feris iustitiam, bonitatem, æquitatem inesse non dicimus: sunt enim rationis & orationis expertes. Offic. 1. 75

Noluerunt feris corpus obicere, ne bestiis quoque, quæ tantum scelus artigissent, immanioribus vteremur. pro Rosc. Amer. 43. a

Feris beluis vtamur domitis & condocefactis. 2. de N. d. 121

Ferinus.

Nam fuit quoddam tempus, cum in agris homines passim bestiarum more vagabantur, & sibi victu ferino vitam

propagabant : nec ratione animi quicquam, sed pleraque viribus corporis administrabant. i. de Inuent. 3

Ferus.

Quem ego ferus ac ferreus è complexu dimissi meo. ad Quint. fratrem, lib. 1. 51

Ferus & agrestis homo. pro Rosc. Amer. 45. a
Hostis nimis ferus & immanis. in Verr. 119. b
Quæro cur tam subito mansuetus in Senatu fuerit, cum in edictis tam fuisset ferus? in Ant. 188. b
Immanis & fera bellua. 2. de Nat. deor. 240. a
Gens immanifera atque fera. i. de Legib. 36. a
Fera agrestisque vita. de Orat. 87. b
Bestiæ feræ. de Amicit. 68. a
Varia genera bestiarum, vel cicurum vel ferarum. de Nat. 46. b
Mores feros, immanemque naturam alicuius ostendere. pro Rosc. Amer. 22. a
Gentes feras armatas in Italiam adducere. Tusc. q. 154. b
Deinde propter rationem atque orationem studiosius audientes, ex feris & immanibus mites reddidit & mansuetos. i. de Inuent. 4. a

Feritas.

Feritas atque agrestis immanitas. i. de Diuinat. 107. a
Feritas & immanitas bellæ in figura hominis. Offic. 38. b
Magnitudo animi, remota communitate coniunctioneque humana, feritas sit quædam & immanitas. Offic. 32. b
Ex feritate ad mansuetudinem traducere. pro Sest. 79. a

Ferialia.

Eodem enim die video Cæsarem à Corfinio post meridiem profectum esse Ferialibus, quo Canusio mane Pópeium. Att. lib. 8. 166. 3. a

Ferax, Ferculum, Vide Fero.

Fere.

Ex victoria bellica non ferè quinquam est inuidia ciuium consecuta. pro Sest. 42. a
Quam ferè omnium constans & moderata ratio vitæ, &c. pro Cluentio, 34. a
Omnes ferè familiares Cæsaris me colunt & obseruant. epistolarum, 87. b
Nec ferè cuncta barbaries. de Nat. deor. 1. 57
Hæc ferè de moribus. i. Acad. 55. a
Vt ferè dicitis. i. de Nat. deor. 17
Quemadmodum ducatur honestum, ex quo aptum est officium, satis ferè diximus. i. Offic. 87. a
Hæc ferè dicere habui de natura deorum. 3. de Nat. deor. 70
Ætates nostræ nihil aut non ferè multum differunt. de Clar. Orat. 77
Nam etiam ab orationibus distingo me ferè, referoque ad mansuetiores musas, &c. i. famil. 51
Eadem ferè hora. Att. lib. 14. 318. 1. a
Pater meus hic ferè ætatem egit in literis. de Legib. 169. b
Quum sæpe multa narraret, tum memini, &c. in eum sermonem illum incidere, qui tum ferè multis erat in ore. de Amicit. 2. a
Hæc erant ferè, quæ tibi nota esse vellem. 12. famil. 10
Vt ferè sit. 2. de Inuent. 131. a
Hoc iam ferè sic fieri accepimus, vt, &c. pro Pomp. 8. b
Quod ferè fieri solet, probabile est. i. de Inuent. 62. a
Hæc habebam ferè, quæ te scire vellem. i. ad Att. 13
Nec adhuc ferè inueni, qui non, &c. Att. lib. 7. 126. 1. a
Ferè non difficile est inuenire quid sit causæ adiuuato, &c. ad Heren. lib. 2. 60. a
Hora ferè nona. Att. lib. 7. 135. 3. a
Idem illo ferè biduo productus in concionem. in Pis. 82. b
Et qui suos casus aliter ferunt, &c. non sunt vitiosiores, quam ferè plerique qui auari auaros, gloriæ cupidos, gloriosi reprehendunt. 3. Tusc. 125. a
Scripsit igitur his ferè verbis. 4. Acad. 184. a
Sæpe ex focero meo audiui, cum is diceret focerum suum Lælium semper ferè cum Scipione solitum rusticari. 2. de Orat. 13. a
Hæc ferè sunt in illa epistola. ad Att. 98. b
E Pompeiana nauis aduectus sum in Luculli nostri hospitium v. i. Iduum, hora ferè tertia. ad Att. 235. b

Declaratur autè studium bellicæ gloriæ, quod statuas quoque videmus ornatu ferè militari. i. Offic. 90. a

Ferentani.

Ad sunt Ferentani homines nobilissimi. pro Cluent. 59. b

Ferix.

Nec verò tam Denicales, quæ à nece appellatæ sunt, qua residentur mortui, quam cæterorum cælestium quieti dies ferix nominarentur, &c. de Legib. lib. 2. 51
Tantum tribui doctrinæ temporis, quantum mihi puerilis ætas & forenses ferix concesserunt. de Orat. 150. b
Ferix nouendiales, quæ fuerunt Tuditano & Aquilio c o s s. ad Quint. frat. 325. b
Quærit ex proximo vicino, num ferix quædam piscatorum essent. Offic. 63. b
Ferialium dies mihi additos video. 13. ad Att. 57. Id est, diutius ferari mihi licet.
Ferialium festorumque dierum ratio in liberis quietem habet litium & iurgiorum, in seruis, operum & laborum: quas compositio anni conferre debet, & perfectionem operum rusticorum. 2. de Legib. 30
Ferias triduum habedas cenlet Cotta, & porco foemina piaculum pati, si in mari mortuus esset. 2. de Legib. 53
Ferias & ceremonias sacris patrifamil. coniungi pontifices voluerunt. 2. de Legib. 47
Imperare ferias. i. de Diuinat. 165. a
Feriis iurgia amouento, easque in famulis operibus patris habento. 2. de Legib. 16
Cum feriis Latinis ad C. Cottam familiarem meum venissem, &c. i. de Nat. deor. 12. 8. fam. 15. in epist. Cælii.

Feriatus.

Feriatus voluntate sua à negotiis publicis. 3. de Orat. 33. a
Ne putes in Asia feriatum illum à studiis futurum. 12. fam. 39. in epist. C. Trebonii.
Deum feriatum volunt cessione torpere Epicurei. i. de Nat. deorum, 141. a

Ferinus, Vide Fera.

Ferio.

Ferunt enim aures hominum cum illa quæ iucunda & grata, tum etiam illa quæ mirabilia sunt, in virtute laudari. 2. de Orat. 188. a
Ideo ego pacem Pyrrhi diremi, vt tu amorum turpissimorum quotidie fœdera ferires? pro Cæl. 44. b
Puto te in hoc risisse aut ingemuisse, vt frontem ferias. ad Atticum, lib. 1. b
Quo minus patent multa in eorum vita, quæ fortuna feriat. Offic. 15. b
Ferire & repellere aduersarium. 2. de Orat. 40. a
Ferire fœdus cum aliquo. de Inuent. 73. b
Hostem ferire. pro Corn. Balbo, 41. a
Ferire parietem. pro Cælio, 50. b
Binis aut tennis ferire verbis. Orat. 219. b
Sed vno tempore cautiones fiebant pecuniarum, fœdera feriebantur prouinciarum. pro Domo sua, 99. a
Instat, vt securi ambo feriantur. in Verr. 91. b. Cato, 38
His autem spectris, etiam si oculi possent feriri, animus qui possit non video. 15. famil. 44

Feritas, Vide Fera.

Ferme.

De me possum quidem quod Plautinus pater in Trinummo, Mihi quidem ætas acta ferme est: tua istuc refert maximè. ad Brutum, 2. 4. a
Sapientis enim cogitatio non fermè ad inuestigandum adhibet oculos aduocatos. Tusc. quæst. 249. b
Vt eo nihil fermè quicquam possit addere. de Cl. Orat. 179. b
Quod fermè dirum in tempus cecidere. de Diuin. 84. b
Hæc exornatio in coniecturali constitutione causæ ferme semper necessaria est. ad Heren. 37. b

Fero.

De Lentulo scilicet fero vt debeo. ad Att. 58. b
Balbum verò qui est istius rei (quemadmodum scribis) adiutor, in oculis fero. ad Quint. fratrem, lib. 3. 7. & 6. Philipp. 211. Id est, valde diligo.
Nam isti vix sunt digni, quibus alteri Cæsarem, alteri Cof-

futianarum tabernarum fundamenta credas. te (vt dixi) fero in oculis. Tironi, lib. 16. 27. 4. a
Sed nostri genus dialogorum meorum, vt in Oratoris quos tu in cælum fers. Att. lib. 4. 40
Sapientia tua, qua fers iniuriam, lætitia. Memmio, lib. 13. 1. 1. a
Quum ad illud prandium crudior venisset, & vt ætas illa fert, sibi tum non peperisset, &c. pro Cluent. 134. a
Ad me, vt tempora nostra, non vt amor tuus fert, verè perscribe. ad Quint. frat. lib. 1. 4. 5. a
Si ita commodum vestrum fert. pro Lege Agr. 77. a
Nos, vt opinio, & spes, & coniectura nostra fert, firmissima beneuolentia hominum munit sumus. Att. lib. 2. 40. 3. a
Hoc si vobis verius, quam mea consuetudo defendendi fert, videbitur, &c. pro Cecin. 61
Fert δὲ λόγος. 13. ad Att. 26
Terra fruges fert. i. de Legibus, 183. b. Id est, gignit, parit, producit.
Vereor, ne grauioribus vtar verbis, quam natura mea fert. pro Quintio, 33
Natura fert vt extrema ex altera parte grauius, ex altera autem acutè sonent. in Somn. Scip. 17. a. Id est, natura comparatum.
Nemo vestrum, vt mea fert opinio, ignorat. pro Cluent. 34. 6. in Verrem, 20. ad Seruiliam, lib. 13. 67. 4. a
Is præ se probitatem quandam fert. Acad. q. 45. b
Fidenti animo (si ita res fert) gradietur ad mortem. i. Tusculanarum, 178. a
In hac causa Piso, amicitia P. Clodii ductus, operam dat, vt ea rogatio, quam ipse fert, & fert ex s. c. & de religione, antiquetur. Att. lib. 1. 8. 6. a. pro Syl. 49. post red. in Senatu, 9. 3. Offic. 148
Vt se fert ipse. 8. famil. 8. in epist. Cælii.
Vt eorum fert usus. de Orat. a
Vos autem Iudices, de hominum fortunis sententiam fertis. pro Cluent. 117
Apollinem ex hyperboreis Delphos ferunt aduenisse. de Nat. deor. 71. b
Hanc conditionem misero ferunt, vt optet vtrum malit, ceruices, &c. pro Rosc. Amerino, 18. Tironi, lib. 16. 11. 4. a. pro Domo sua, 41. & 7. Philipp. 218
Vt ferunt fabulæ. 3. Offic. 48. a
Princeps Thales vnus è septem, cui sex reliquos consensisse primos ferunt, &c. 4. Acad. 210. a
Quignominiam & infamiam ferunt sine dolore. Tuscul. quæst. lib. 4. 35
Obiurgari molestè ferunt, molestiâ capiunt, dolent. de Amicitia, 113. b. ad Att. 6. 46
Iuuat me, hæc præclara nomina artificum, quæ isti ad cælum ferunt, Verris æstimatione sic concidisse. 6. Verr. 11. a
Præpropera festinatio abducet à tantis laudibus, quibus te omnes in cælum iure & verè ferunt. Furnio, lib. 10. 26. 5. a. i. Tuscul. 67. a
Sicut opiniones hominum & religiones ferunt. 7. Verr. 145. a
Ita sui periculi rationes ferunt ac postulant. 7. Verr. 82. a
Veterrima quæque (vt ea vina quæ vetustatem ferunt) esse debent suauissima. de Amicit. 60. a
Grauioribus verbis per literas accusasti me, quam tua consuetudo ferebat. Bruto, 9. 2. a
Sed cogitandi non ferebat laborem. de Claris Orat. 189. b
Nihil de iudicio ferebat, sed pœnam ambitus ferebat eam, quæ fuerat nuper superioribus constituta. pro Syll. 47
Cato facillè senectutem ferebat. de Senect. 77. b
Ita tempus ferebat. Att. lib. 8. 153. 3. a
Cum vt absentis ratio haberetur, ferebamus. 7. ad Att. 25
Prout Thermitani hominis facultates ferebant. 4. in Ver. 58
Hominem, vt ferebant, acerrimum. de Orat. 88. b
Ferebant in oculis hominem quidam boni viri, & de me optimè meriti: &c. de Arusp. resp. 45. a
Hoc ab isto prædone ereptum esse grauius & acerbè homines ferebant. 3. Verr. 108. a. i. Verr. 2. a. pro Planc. 1
Tum ferebant vi magna, tum ferebantur. de Vniuers. 61
Quo in loco conditionem tuli, si vellet, &c. pro Quint. 58. 7. ad Att. 50. & 16. 15. & lib. 10. 201. 2. a

Ego fructus ex Repub. magna acerbitate permixtos tuli. pro Planc. 279. b
Sanèque pro eo, vt debui, grauius molesteque tuli. ep. 49. b
Tuli grauius & acerbè, me, &c. in Verr. 55. b
Istam paupertatem, vel potius egestatem ac mendicitatem tuam nunquam obscure tulisti. in Parad. 58. a. pro Cluent. 41. 9. ad Atticum, 19
Ita fortuna tulit. Pulchro, lib. 4. 13. 5. a
Quantum libido tulit, tantum relictum est. 5. Verr. 49. a
Quandiu voluntas tulit. 7. Verr. 47. a
Simius, non semisilis homo cõtra me arma tulit, & eum bello cepi. Vatinius ad Ciceronem, lib. 5. 10. 4. 2. i. Offic. 57. a. Att. lib. 9. 181. 5. a
Is authorem Senatus extinctum lætè atque insolenter tulit. i. Philipp. 26. a
Qua humanitate tulit contentionem meam. 3. famil. 43
Non quin rectum esset: sed quia, quod multò rectius fuit, id mihi fraudem tulit. Att. lib. 7. 67
Quos tandem fructus huiusce necessitudinis in istius imperio tulit? 7. Verr. 97. a
Deinde quod Sylla ipse ita tulit de ciuitate, vt non sustulerit horum nexa. pro Cæcina, 304. b
Hæc ætas primum Athenis oratorem propè perfectum tulit. de Claris Orat. 168. b
Ne diutius pendes, palmam tulit. ad Att. lib. 4. 84. 6. a
Familiaris tuus de te priuilegiu tulit, vt si in opertum Bonæ deæ accessisses, exulares. Parad. 39. pro Domo sua, 21
Mulieri crudelissimæ seruum fidelissimum non in quæstionem tulit, sed planè ad supplicium dedit. pro Cluent. 144. 2. i. de Orat. 115. Sub. Oppianicus.
Tales innumerabiles nostra ciuitas tulit. i. Tuscul. 161. a
Lætitiâ autem apertissime tulimus omnes. ad Atticum, lib. 14. 308. 6. a
Qui ab eo partem prædæ tulerunt. pro Sexto Rosc. 36. b
Ex his Cotta & P. Sulpitius cum meo iudicio, tum omnium facile primas tulerunt. de Claris Orat. 95
Rationes meæ ita tulerunt. Metello, lib. 5. 56
Cætera si reprehenderis, non ferres tacitum. ad Att. lib. 2. 12
Sæpe supra feret, quam fieri possit. Orat. 209. b
Tolerabilius feret incommodum, qui cognouerit necesse esse homini tale aliquid accidere. Tusc. q. lib. 3. 47
Si vestra voluntas feret. pro Lege Manil. 50. a
Non ferent, inquam, oculi Saxam, Caphonem. in Antonium, 243. b
Quem ego si ferrem iudicem, refugere non deberet: &c. pro Rosc. Comædo, 26
Ferres me, si ego idem dicerem? 4. Acad. 129. a
Cognitor si fuisset tuus, quod vicisset iudicio, ferres tuum. pro Quint. 52. b
Neminem adhuc offendi, qui hæc tam lætè, quam ego fero, ferret. de Orat. 102
Anno proximo P. Scæuola Tribunus plebis ferret ad plebem, vellent necne de ea re queri. 2. de Finib. 45
Nondum satis huc erat allatum, quomodo Cæsar ferret de autoritate præscripta. ad Att. 69. b
Perniciosè etiam Philippus in Tribunatu cum legem agrariam ferret. 2. Offic. 107. a
Si tempus ita ferret. pro Cecin. 55. a. Catoni, lib. 15. 4. 22. a
Pompeius contendit, vt decem Tribuni plebis ferret, vt absentis ratio haberetur, quod idem ipse sanxit lege quadam sua. ad Att. 120. b
Quum à me quoque id responsum tulisses, me nullo modo posse, &c. in Catil. 14. a
Velim ita fortuna tulisset, vt, &c. epist. 45. b
Si res ita tulisset. 4. Philipp. 161. a. Id est, si opus fuisset.
Quumque ea contentio mihi magnum etiam foris fructum tulisset. ad Lentulum, lib. 1. 9. 79. a. Tuscul. quæst. lib. 2. 1. i. pro Domo sua, 76. Hoc est, attulisset.
Si me satis nouisset, & maior pars Senatus, maiores ex me fructus tulisset. Pollio ad Ciceronem, lib. 10. 32. 15. a. Id est, reportasset.
Cum ipse Consul esset factus, ille repulsam tulisset. de Oratore, 134. b. Tuscul. quæst. lib. 5. 40

Timeo quoniam modo id factum ferat. pro Mil. 116. b
 Ut si quis ægrè ferat, se pauperem esse. Tuscul. quæst. 2. 22. b
 Quid res, quid tempus, quid causa ferat, tu perspicies. epistoliarum, 7. b
 Nisi illud quod eò, quò intendas, ferat deducatur, cognoscis. 1. de Orat. 67. a
 Idemque refert, ut vniversus populus campo Martio suffragium de re Clodii ferat. Att. lib. 1. 13. 8. a
 Timere se dicunt, quo modo ferant veterani, exercitum Brutum habere. in Ant. 227. b
 Mulieres autem vix humanæ, quæ inimico animo ferant. ad Atticum, 211. b
 Qui potentissimorum hominum potentiam nunquam tulerim, ferrem huius affectu. ad Att. 93. b
 Questus es plures te testes habere de Volitina, quam quot in ea tribu puncta tuleris. pro Planc. 170. b
 Quam ille grauem suum casum magno animo, quam constanti tulerit. Diuin. lib. 2. 107
 An tandem vna centuria prærogatiua tantum habet auctoritatis, ut nemo vnquam prior eam tulerit, quin renuntiatu sit. pro Planc. 169. b
 Quemcunque fors tulerit, casum subeam. ad Att. 118. b
 Si occasio tulerit. epist. 156. b
 Plura dixi, quam opinio mea tulerit, aut voluntas mea. pro Domo sua, 26. a
 Ferre ad populum de aliqua re. pro Corn. Balbo, 60. b. 1. Philippica, 14
 Ferre adiuuenium, opem, auxilium. pro Sylla, 61
 Ferre aduersam ærumnam. ex Terentio. Tusculan. quæst. lib. 3. 27
 Acerbissimè ferre aliquid. pro Cluent. 29. b
 Æquo animo ferre ac concedere aliquid. de Orat. 122. b. Tuscul. quæst. lib. 1. 77
 Æquo vel iniquo animo ferre. ad Att. 249. b
 Apertè ferre aliquid. pro Planc. 29. a
 Bellè ferre aliquid. ad Att. 65. b
 Clementer ferre aliquid. Att. lib. 6. 3. 7. a
 Ferre aliquid *δυσχερόσως*. 9. ad Att. 10
 Ferre aliquid expensum alicui. 6. Philipp. 214. Att. lib. 2. 19. 1. a. & lib. 7. 123. 16. a. 3. Verr. 70. a
 Humaniter ferre aliquid. Att. lib. 1. 2. 1. a. & lib. 4. 84. 12. a
 Leuiter ferre & negligenter defendere aliquid. pro Roscio Comædo, 9. a
 Leuissimè ferre aliquid. Fadio, lib. 5. 18. 4. a
 Mediocriter ferre aliquid. in Verr. 68. b
 Ferre aliquid modicè, moderatè. Tuscul. quæst. lib. 4. 31
 Ferre aliquid moderatè & tranquillè. Tusc. q. lib. 3. 51
 Ferre aliquid modicè ac sapienter. Cat. 2
 Modicè vel immodicè ferre aliquid. Tusc. q. 217. b
 Ferre arma contra patriam. Læli. 34
 Ferre non poterat aspernari Epicureos. de Nat. deor. 1. 79
 Atrociter ferre. pro Mil. 16. a
 Ferre auxilium alicui. 3. de Legib. 32. a. 2. de Orat. 110. a
 Ferre auxilium contra vim. 2. in Catil. 39. a
 Ferre calamitatem. pro Lege Manil. 26
 Ferre calumniam maximo plausu. 8. fam. 18. in epist. Cælii.
 Ferre sapienter communem incertumque casum. 5. fam. 48
 Quem ego meum casum fortiter ferre visus sum: nò quòd, &c. de Senect. 77. a. 5. de Finib. 162. a
 Ferre aptè & quietè quencunque casum fortuna inuexerit. 4. Tuscul. 58. a
 Sapienter casus aduersos ferre, non frangi fortuna, retinere in rebus aduersis dignitatem. 2. de Orat. 189. a
 Ferre de aliquo, sub legem, vel priuilegium. pro Do. sua, 34
 Ferre delicta alicuius. pro Domo sua, 7
 Huius desiderium ferre ciuitas non potest. in Ant. 219. b
 Desideriū coniuuentissimi viri atque amantiissimi ferre nullo modo possem. Lælius, 86
 Ferre fortiter aliquid, si euenerit. 11. Philipp. 294. a. epistolarum, 58. b
 Fortius ferre dolorem. ad Att. 139. b
 Modicè ferre dolorem. Tuscul. quæst. lib. 1. 100
 Moderatè ferre dolorem. de Amicit. 7. a

Ferre dolorem mollius. ad Att. 278. b
 Ferre dolorem placidè & sedatè. Tusc. q. lib. 2. 50
 Ferre dolorem studio potius & gloria, quam ratione aut sapientia. Tuscul. quæst. lib. 2. 55
 Ferre dolores animo humili imbecillòque. de Finibus, lib. 1. 38
 Ferre quæcūque erunt, optare optima, cogitare difficillima. 9. familiar. 43
 Ferre exitum temeritatis. pro Flac. 81
 Ferre fructum. pro Cal. 42. pro, afferre.
 Ferre fructum pietatis ab aliquo. pro Sest. 58
 Ferre fructus vberimos. Tuscul. quæst. lib. 2. 110
 Inultam fugam ferre. Antequam iret in exil. 12. a
 Quis hoc timeret, quod neque acciderat antea, nec videbatur natura ferre, ut accidere posset. Att. lib. 13. 268. 1. a
 Grauius ferre de aliquo. ad Att. 206. b. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 7
 Ferre impunè. 13. famil. 101
 Inimicis incommoda ferre. ad Q. frat. lib. 1. 44
 Ferre inedia biduum aut triduum. Tusc. q. lib. 2. 55
 Ferre modicè iniurias fortunæ. de Finib. lib. 1. 36. Tusculan. quæst. lib. 5. 84
 Laborem pro cunctis ferre. Antequam iret in exil. 8. a
 Ferre legem ad populum. 1. ad Heren. 21
 Postea dixit etiam in Senatu palam, sese, si licitum esset, legem Curiatam ferre. ad Lentulum, lib. 1. 9. 104. a
 Ferre legem in aliquem. in Vatinius, 21. Id est, in eius gratiam.
 Ferre leges populares. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 13
 Ferre lites. pro Rab. Posth. 7
 Ferre mala æquo animo. Tusc. quæst. lib. 4. 49
 Ferre mandata. 8. Philipp. 250
 Ferre fortunam moderatè. 5. famil. 64
 Id & modestè & sapienter, sicut omnia, & ferre, & laturum esse certò scio. de Senect. 77. b
 Ferre quamleuissimè molestiam. 5. famil. 51
 Ferre naturam alicuius. 1. Philipp. 21
 Ferre nomen alicuius. Offic. 3. 96
 Ferre opem atque auxilium afflictæ Reipub. ad Atticum, lib. 8. 158. 1. a
 Ferre opem salutemque indigentibus. de Finib. lib. 2. 96
 Pacatè & moderatè ferre. epist. 78. b
 Quamhumanissimè ferre peruersitatem alicuius. ad Quint. fratrem, 300. b
 Ferre placatè aut remissè. 6. famil. 44
 Grauiissimas plagas excipere, & ferre silètio. Tuscul. quæst. lib. 2. 41
 Existimato me stultitiæ meæ pœnam ferre grauius, quam euenti. Att. lib. 3. 48. 6. a. pro Domo sua, 103
 Patienter ferre potentiam alicuius. epist. 9. b
 Præ se ferre magnam speciem doctrinæ sapientiæque. Tusc. quæst. lib. 3. 2
 Præ se ferre speciem boni viri. Offic. 2. 55
 Ferre præsidium labenti & inclinatæ Reipublicæ. ad Brutum, 18. 2. a
 Ferre principatum. 13. Philipp. 380
 Ferre proscriptionem de aliquo. pro Sest. 54
 Quæstionem de morte alicuius ferre. pro Mil. 15
 Mediocriter ferre quippiam. 5. Verr. 79
 Acerbas res ferre. 1. de Orat. 116. a
 Immoderatè res aduersas & secundas ferre, leuitatis est. 1. Offic. 127. a
 Aduersas verò res ferre difficile esset sine eo qui illas grauius etiam, quam tu, ferret. de Amicit. 21. a
 Ferre salutem alicui. pro Arch. 1
 Ferre se obuiam alicui. pro Planc. 73
 Perditos homines de capite alicuius suffragium ferre. pro Domo sua, 37. in Pis. 45
 Ferre tribum in comitiis. pro Sest. 99
 Ferre non potuit ea vulnera. ad Brut. 7
 Dissidium aliquod acerbissimè tulisse. Att. lib. 4. 72. a
 Permolestè tulisse. in Verr. 223. b

Quòd scribis libenter repulsam tulisse eum qui cum sororis tuæ filii patruo certaret, magni amoris signum. ad Att. lib. 5. 107. 3. a
 Aut te ne gratuita quidem eorum suffragia tulisse. pro Plancio, 44
 Quo tandem animo hoc tyrannum tulisse creditis? pro Milone, 108. b
 Vitæ quæ naturâ caduca est, & nisi sulca sit, ad terram fertur: &c. de Senect. 48. a
 Neuius non faceret? qui vsque eò feruet, ferturque auaritia, ut de suis commodis nolit aliquam partem amittere. pro Quintio, 21
 Quòd Tarquinius dixisse fertur, tum quum exul esset, se, &c. de Amic. 49. a
 Quum enim fertur quasi torrens oratio. de Fin. lib. 2. 3
 Si ornatè locutus est, sicut fertur, & mihi videtur physicus ille Democritus. de Orat. 89. b
 Quorum ingeniis hæc feruntur, ab his populi Rom. fama celebratur. pro Arch. 190. b
 Eius scripta quædam feruntur. de Clar. 167. b
 Ut temporibus illis ferebatur. de Orat. 88. b
 Cœnatus in hortos ad Pompeiū lectica latus sum. Q. frat. lib. 2. 8. 5. a
 At iste operta lectica latus est per oppidum. in Ant. 180. b
 Ne infinitè feratur ut flumen oratio. Orat. 219. b
 Ferri ad gloriam. 3. Tusc. 5. a
 Ferri ad terram. Cat. 48
 Ferri omni impetu ad voluptatem. Offic. 1. 147
 Ferri cæcum & præcipitem. pro Plan. 4
 Quam cæcam crudelitate & scelere ferri videtis. pro Cluentio, 59. b
 Ferri cupiditate pecuniæ. Tusc. q. lib. 3. 4
 Ferri magno cursu & sonitu. Orat. 205. b
 Indiuidua & solida corpora censeo Epicurus ferri suo deorsum pondere ad lineam. lib. 1. de Fin. 14
 Ferri è regione. Fat. 35
 Ferri gloria. in Piso. 46
 Ferri in cælum. 4. Philipp. 156
 Ferri in medium mundi locum grauitate & pondere (ut terra & aqua) Tusc. q. lib. 1. 33
 Ferri leges in priuatos homines maiores noluerunt. 3. de Leg. 38
 Ferri in sublime. Tusc. q. lib. 1. 33
 Ferri in terram & mare suo pte nutu & pondere ad pares angulos (ut facit aqua & terra). Tusc. q. lib. 1. 33
 Ferri magna incitatione. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 74
 Ferri iudicio multitudinis. Offic. 1. 165
 Ferri libidine voluptatum. Tusc. q. lib. 3. 4
 Rapidè ferri. in Orat. 71. a
 Constituendi autem sunt qui sunt in amicitia fines, & quasi termini diligendi, de quibus tres video sententias ferri, quarum nullam probo. de Amicit. 50. a
 Nimum sibi sumit, nec est ferendus. 3. in Catil. 66. a
 Nihil mihi indignius ferendum videtur. in Verr. 219. b
 Sed tamen necesse fuit aliquod esse extremum, &c. quod ferendum est molliter sapienti. de Senect. 5. a
 Reliquas quoque partes ægritudinis viles esse dicunt: Misericordiam ad opem ferendam, & calamitates hominum indignorum subleuandas. a
 Non fuit ea causa Iudices, non fuit, cur sibi censeret Pompeius quæstionem ferendam. pro Mil. 15. a
 Illa superiora quamquam ferenda non fuerunt, tamen, ut potui, tuli. in Cat. 101. b
 De hoc igitur latum est, ut quæreretur. 2. Id est, ut iudicium exerceretur.
 Si fidem non seruabis, ita laturus sum, ut, &c. ad Att. 37. b
 De te sententiam laturus est. 3. Verr. 37. a
 Quid id impedisset, grauius molestèque laturus? Postquã. 210. b
 Non illi vos de vnus municipis fortunis arbitrantur, sed de totius municipii statu, dignitate, commodisque omnibus sententias esse laturus. pro Cluentio, 55. a
 Nam illud valde leue est ac nugatorium, ea de re denuntia-

tum esse veteranis, quod de commodis eorum mense Iunio laturus esses. Brutus ad Antonium, lib. 11. 2. 7. a
Ferens.
 Seruus per circum cum virgis cæderetur, furcam ferens ductus est. 1. de Diuin. a
 Quòd is, L. Scribonio quæstionem in eum ferente, populi misericordiam concitasset, &c. 1. de Orat. 115
 Non modò nullo Pop. Rom. studio, sed nullo ferente suffragium libero. in Pisonem, 45. a
Latus.
 Lex per vim lata. pro Sestio, 29. a
 Pœna lata. pro Corn. Balbo, 26. a
 Num igitur vlla quæstio de Africani morte lata est? certe nulla. pro Mil. 104. b
 Num quæ rogatio lata? num quæ noua quæstio decretata? pro Mil. 105. b
 Illud vnà datum est annorum x. imperium, & ita latum placet. ad Att. 106. b
 Nihil vnquam de isto fœdere ad populum, nihil ad plebem latum esse dico. pro Cor. 61. b
Latio.
 Mihi in animo est legum lationem expectare. ad Att. lib. 3. 68. 1. a. pro Murena, 4. a
Lator.
 M. Cicero legis ambitus lator. in Ant. 253. b
 Lator legis Sempronie. in Cat. 120. b
 Suffragi lator in ista tua proscriptio. pro Dom. sua, 223. b
 Itaque isti rationi neque lator quifquam est inuictus, neque auctor vnquam bonus. 2. de Leg. 21. b
 Ferrète ciuitas vlla latorem istiusmodi legis, ut condemnaretur filius aut nepos, si pater aut auus deliquisset? 3. de Nat. d. 130. a
Latorius.
 Tutela x 11. Tab. & circumscriptio adolescentum lege latoria. 3. Offic. 80. a
Ferax.
 Ferax ingenium. in Orat. 27. a
 Feraces agri. 5. Verr. 86. a
 Feracior & vberior locus in philosophia nullus est quam de officiis. 3. Offic. 7
 Ingeniis nihil feracius. in Orat. 27. a
Fertilis.
 Asia opima est & fertilis, & vbertate agrorum, & varietate fructuum, & magnitudine pastionis, & multitudine earum rerum quæ exportantur, faciliè omnibus terris antecellit. pro Pomp. 6. b
 Opima & fertilis Syria. pro Domo sua, 18. a
 Agri iucundi & fertiles. contra Rul. 74. b
 Agri lati & fertiles. in Verr. 174. b
 Agri optimi & fertiles. contra Rul. 76. b
 Agros fertiles, qui multò plus afferunt, quam acceperunt, imitari debemus. 1. Offic. 72. a
 Vberimos, maximèque fertiles agros incolere. 1. de Diuinat. 155. a
 Proferre possum multos agros fertiles, alios aliorum fructuum. 2. de Nat. d. 197. a
Fertilitas.
 Fertilitas agrorum. Diuin. lib. 1. 110
 Fertilitas barbara. Tusc. q. lib. 2. 32. id est fœcunditas: *δυναμια*, cui otium & fuga laborum idonea est.
Ferculum.
 Cauendum est ne tarditatibus vtamur in ingressu mollioribus, ut pomparum ferculis similes esse videamur: &c. 1. Offic. 182. a
Ferox.
 Nimum vehemens feròque natura homo. in Vatin. 2. a
 Ferozem fortasse ac arrogantem & infestum facit indulgentia, non mendacem, aut auarum, aut non amantem suorum. ad Att. lib. 10. 38
 Reddit hominem ferociorem impotentiorèque victoria. Marcello, lib. 4. 31
Ferocia.
 Infirmitas puerorum est, ferocia iuuenum. de Senect. 83. b
 cccii.

Qui comperit eius vim & effrenatam illam ferociam. 6. de Repub.

Impetum gladiatoris ferociamque comprimere. de Arusp. resp. 1. a

Itaque illam Campanam arrogantiam atque intolerandam ferociam ratione & consilio maiores nostri ad inertissimum & desidiosissimum otium perduxerunt. pro Lege Agr. 89. a

Quos illorum animos, quos impetus, quam ferociam fore putatis? contra Rul. 85. b

Ferocitas.

Ferocitas iuuenum. de Senect. 30. a

Ferocitas Troianorum. de Diuin. 125. b

Tanta ferocitatis victorem extimescere. pro Deiotaro, 9. a

Ferocitatem tuam istam comprimerem, & audaciam frangerem. in Vatinius, 1. a

Victoriae ferocitatem extimescere. pro Marcello, 9. a

Reprimere ferocitatem alicuius. 2. Offic. 57. a

Vtequos propter crebras contentiones praeciorum ferocitate exultantes domitoribus tradere soleant, &c. 1. Offic. 128. a. 2. de Diuin. 123. a

Ferociter.

Asperè, ferociter, & liberè maledicta in aliquem dicere. pro Plancio, 27. a

Multò ferocius inquit. ad Q. frat. lib. 2. 15. 2. a

Ferrum.

Æs atque ferrum, duelli instrumenta sunt, non fani. 2. de Leg. 72. a

Obstitero ferro nequis accedat. pro Cecinna, 17. a

Ferrum conferre cum aliquo. pro Font. 2

Elicere ferrum è terræ cauernis, rem ad colendos agros necessariam. 2. de Nat. d. 11. 4

In ferrum atque in vincula coniecti. 7. Verr. 84. a

In feruor ferrum & manus incidere. 1. Tusc. 136. a

Ferrum recipere. pro Sest. 69

Instruati, & certis locis cum ferro homines collocati. pro Cecinna, 20. a

Inopia potius, quam ferro conficeretur. 11. fam. 17. in epist. D. Bruti.

Cum ferro aliquem aduenientem inuadere. pro Cecinna, 18. a

Igni, ferroque, patriæ munitari. 14. Philip. 383. a

Ferro vel veneno aliquem tollere. 3. de Nat. d. 61

Vulneratus ferro Phrygio. pro Rosc. Amer. 54

Ferreus.

Quid filium venustissimum, mihi que dulcissimum, quem ego ferus ac ferreus è complexu dimisi meo: ad Q. frat. lib. 1. 3. 5. a

Quis tam fuit illo tempore durus & ferreus, quis tam inhumans, praeter vnum te, &c. 7. Verr. 94. a

Ferreus qui fratris charissimi atque amatissimi praesentis morore non mouetur. 4. in Catil. 75. a

Ferreus essem, si te non amarem. ad Trebonium, lib. 15. 21. 8. a

Quis tam esset ferreus, qui eam vitam ferre possit? Læ. 73

Ferreus scriptor. 1. de Fin. 8. a

Ferreus os. in Piso. 50. pro, impudens.

O te ferreum, qui illius periculis non moueris. ad Att. lib. 13. 285. 1. a

Ferramentum.

Quæ molitio, quæ ferramenta, qui vestes, quæ machinæ, qui ministri tanti muneris fuerunt? 1. de Nat. d. 15

Vt materiae, ferramenta, & cætera generis eiusdè. Top. 30. a

Sed tum munere seruili obtulit se ad ferramenta prospicienda. pro Sylla, 41. a

Cethegus dixit se bonorum ferramentorum studiosum fuisse. in Cat. 55

Fertus.

Frugifera & ferta arua Asiæ tenet. in Orat. 93. a

Feruo.

Æstu feruet pelagus. 3. de Orat. 86

Visque eò feruet ferturque auaritia, vt de suis commodis nolit aliquam partem amittere, ne, &c. pro Quintio, 21

Feruens.

Aqua denique feruenti à Rubrio ipso Philodamus perfunditur. 3. Verr. 46

Nam fortis animus & magnus in homine non perfetto, nec sapiente feruentior plerunque est. 1. Offic. 70. a

Feruenter.

Quod Pilius necessarius Attici nostri de repetundis eum postulauit, magna ilico fama surrexit, & de damnatione feruenter loqui est coeptum. Cælius Ciceroni, lib. 8. 19

Feruentissime.

Feruentissime concerpitur Curio. 8. fam. 16. in epist. Cælii.

Feruirus.

Natura ignis tota feruida est, & aliis naturis impertit vitale calorem. de Nat. d. 31. b

Iam verò reliqua quarta pars mundi, ea & ipsa tota natura feruida est. 2. de Nat. d. 20. a. Hoc est, ardens maxime.

Feruirus quoddam & petulans & furiosum genus dicitur. de claris Orat. 130. a

Appii Claudii volubilis, sed paulò feruiriior erat oratio. de claris Orat. 55. a

Feruor.

Sed erat tamen quidam feruor ætatis. Cat. 41

Feruor concitatioque animi. Tusc. q. lib. 4. 18

Maris feruor. de prouinc. Consul. 24. a

Iracundia est feruor quidam mentis. 1. de Orat. 111

Oceani feruor. de Nat. 74. b

Feruor ille mundi purior, aptior est ad sensus commouendos, quam hic noster calor, &c. de Nat. d. 2. 14

Ferus, vide Fera.

Fessus.

Fessus bello. Diuin. lib. 1. 85

Plorando fessus sum. Hirtius Ciceroni, in epist. ad Att. lib. 15. 26

Et nisi de via fessus esset, continuò ad nos venturum fuisse. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 1

Me & fessum de via, &c. arctior quam solebat somnus complexus est. Somn. Scip. 3

Inedia fluctibusque fessum recreare. pro Plancio, 11. a

Festino.

Ad reliqua enim festinat animus. 2. Philip. 63

Ad singulare alicuius factum festinat oratio. 1. Philip. 2. a

Sed lucet, vrget turba, festinat Philogenes. ad Att. 92. b

Eros autem festinauit vt ad me literæ Dolabellæ perferrentur, non de re mea (nondum enim meas acceperat) sed rescripsit ad eas, &c. ad Att. lib. 14. 319. 1. a

Plura scripsissem, nisi tui festinarent. epist. 197. b

Solent nauæ festinare quæstus sui causa. epist. 159. b

Festinans.

At ille properans festinansque. 9. Philip. 260

Hæc festinans scripsi. ad Att. 94. b

Festinatior.

Quid hæc tanta celeritas festinatiorque significat? pro Rosc. Amer. 59. a

Mea autem festinatio non solum victoriae auida est, sed etiam celeritatis. in Ant. 184. b

Tempus pacis, an belli: festinationis, an otii. 3. de Orat. 117. a

Festinationis plena epistola & pulueris. ad Att. lib. 5. 101. 3. a

Ignoscere festinationi alicuius. Luceio, lib. 5. 12. 3. a

Quæ causa cur Romam properaret? cur in noctem se coniceret? quid afferebat festinationem? pro Milone, 37. a. Id est, quæ causa festinationis.

Cuius festinationem mihi tollis, quoniam de ætate polliceris, vel potius recipis. ad Att. lib. 13. 261. 2. a

Præripere festinatione deorum immortalium beneficium. ad Att. lib. 14. a

Ventis remisque in patriam omni festinatione properare. Cornificio, lib. 12. 54

In festinationibus non suscipiendæ nimix celeritates. 1. Offic. 182. a

Festinanter.

Illud mihi à te nimium festinanter dictum videtur, sapientes omnes semper esse beatos, nescio quò præteruolauit oratio. 5. de Fin. 134. a

Festinus.

Festino enim simillimus decurro. ad Att. 142. b

Festus.

Quid quæris? restitutus est mihi dies festus. 12. ad Att. 4

Idem diem festum nomine Verris agerent. in Verr. 235. b

Marcellæ tolluntur: quem illi diem festum cum recentibus beneficiis M. Marcelli debitum reddebant, tum generi, nomini, familiae Marcellorum maxima voluntate tribuebant. 6. Verr. 36. a

Cum diem festum ludorum de factis suis sustulissent, celebrerimur & sanctissimum, &c. in Verr. 235. b

Quem Tyberina dissensio festo illo die tanto gaudio affecit. de Fin. 141. b

Acti & instituti dies festi. pro Milone, 75. a

Festi atque solennes dies sunt aduentu redituque alicuius celebrati. in Pisonem, 40. a

Aduentus alicuius dies festos agere. pro Sestio, 114. a

Syracusani anniuersarios dies festos agunt. 6. Verr. 96. a

Senatus fuit frequentior, quam putabam esse posse mense Decembri sub dies festos. ad Q. frat. lib. 2. 5. 1. a

Quod facere ante nisi ludis publicis, aut festis diebus non solebat. pro Cluen. 23. b

Dies illi pro festis, penè funestis exiuerunt. de Arusp. 249. b

Festiuus.

Nunc denique materculæ suæ festiuus filius. pro Flac. 70

Egilius homo festiuus. 2. de Orat. 153. b

Puer festiuus Anagnostes noster decesserat. ad Atticum, lib. 1. 13

Acroama festiuum. 6. Verr. 43. a

De Græcis autem dulcem & facetum, festiuumque sermonis, &c. Socratem accepimus. 1. Offic. 151. a

Itaque libris me delecto, quorum habeo Antii festiuam copiam. 2. ad Att. 18

Nonne igitur sunt ista festiua? Parad. 123. b

Pueris iis, quibus nihil potest esse festiuus. 6. fam. 12

Quid isto festiuus fore arbitramur, qui est tuus natura filius, &c. 5. Verr. 137. a

Festiuitas.

Festiuitas, splendor, concinnitudo in oratore. 1. de Inu. 37. a

In illo genere perpetuæ festiuitatis ars nõ desyderatur. 2. de Orat. 121

Moriar, si, præter te, quæquam habeo reliquum, in quo possim imaginem antiquæ & vernaculæ festiuitatis agnoscere. 9. fam. 32

Sermonis festiuitatem debet habere narratio. ad Heren. lib. 1. 14. a

Festiuitate & venustate coniuncta vis dicendi. 1. de Oratore, 126. a

Festiuitate igitur & facetiis, inquam, C. Julius L. F. & superioribus & æqualibus suis omnibus præstitit, de claris Orat. 91. a

Gorgias his festiuitatibus (sic enim ipse censet) insolentius abutitur. in Orat. 101. a

Festiuæ.

Quamquam à te actam fabellam video esse festiuæ, nullo modo probaui. ad Q. frat. lib. 2. 16. 13. a

At quam festiuæ crimen contexitur. pro Deiot. 12

Bellè & festiuè dicere. 2. de Orat. 51. a

Dissoluerunt festiuæ aliquid. 2. de Diuin. 51. a

Soles enim tu hæc festiuæ odorari. ad Att. lib. 4. 34

Tradit festiuæ elementa loquendi Dialectica. 4. Academ. quæst. 163. a

Fesulæ, oppidum olim Hetruuriæ non procul à Florètia. ad Att. 70. b

Fex, vide Fax.

Fibra.

In extis fibra quid valeat. 1. de Diuin. 28. a

Non solum ramos amputare, sed etiam radicum fibras euellere. 3. Tusc. q. 71

Deinde tepescit vapore & complexu suo diffundit & elicit herbescentem ex eo viriditatem: quæ nixa fibris stirpium, sensim adolescit. de Senect. 47

Fibrenus.

Fibrenus fluuius præcipitat in Lirem. 2. de Leg. 5

In Fibreno flumine insula. 2. de Leg. 1

Ficte, Fictilis, Fictor, Fictrix, Fictus, vide Fingo.

Ficus.

Terra quæ ex fici tantulo grano tantos truncos ramosque procreat. de Sen. 88. b

Homini enim Phrygi qui arborem fici nunquam vidisset, fiscinam ficosum obiecisti. pro Flacco, 32. a

Quo in genere est illud Siculi, cui cum familiaris quidam quereretur, quò diceret, vxorem suam suspendisse se de ficu: Amabo te, inquit, da mihi ex ista arbore, quos feram furculos. 2. de Orat. 154

Fidelia.

De eadem fidelia duos parietes dealbare. Curius ad Cicero- nem, lib. 7. 30. 4. a. Id est, eadem re duplicem inire gratiam, eademque opera duos pariter demereri.

Fidenæ.

Fidenæ, oppidum Romæ finitimum. in Rull. 94

Fides.

Fides (hoc est, templum Fidei) consecrata ab Attilio Calatino. de Nat. d. 2. 44

Fidei & mentis templa in Capitolio dedicauit M. Æmilius Scaurus. de Nat. d. 2. 44

Fides.

Fides, est dictorum conuentoriumque constantia & veritas. Offic. 1. 35

Fides est firma opinio. Partit. 6

Fides appellata à fiendo, quòd fiat quòd dictum est. Officiorum, 1. 35

Fides in quo cernatur. Partit. 41

Fides quibus rebus sit. Partit. 3

Fides est quod haberet. 16. fam. 19

Adhibenda fides somniantium visis non est. 2. de Diuin. 182. a

Dolus malus & fides bona. in Topicis, 34. a

Si fides Saturnino data est, non eam Rabirius, sed C. Marius dedit: idemque violauit, si in fide non stetit. pro Rabirio Posth. 96. b

Nulla fides quæ infideli data sit. 3. Offic. 144. a

Considerandum est, quanta Cæsari fides sit habenda. ad Att. 119. b

Fides & iustitia in rebus creditis. in Partit. 41. a

Fides in dando consilio. 11. fam. 51

Optima & spectatissima tua fides. pro Flacco, 78. a

Fides soluta. 10. fam. 43. in epist. Planci.

Fides stabilis, amicitia firmamentum. Læ. 58

Fides sceleratæ confessionis. 10. ad Att. 7

Fides & religio iudicis. pro Rosc. Comædo, 26. a

Fides iurisiurandi sæpe est cum hoste seruanda. Offic. 3. 144

Me in hanc mentem impulit Pompeii fides, quam de me Cæsari dederat, & fratris mei quam Pompeio. epist. 12. b

Fides rerum contractarum. Offic. 1. 23

Testimoniorum fides & religio. pro Flac. 7

Quia his visis, inter quæ nihil interest, æqualiter omnibus abrogatur fides. Acad. 10. b

Res eos iam pridem, fides deficere nuper coepit. 2. in Catilinam, 32. a

Tum quum in Asia res magnas permulti amiserunt, Romæ solutione impedita fides concidit. pro Lege Manil. 12

Nec enim vlla res vehementius Rempub. continet, quam fides. Offic. 2. 124

Si esset in iis fides, in quibus summa esse debebat, non laboraremus. epist. 3. b

Pugnat hinc fides, illinc fraudatio. 2. in Catil. 44. a

Virtus, quæ vetat spectare fortunam, dum præsteretur fides. de Diuin. 124. b

Fidei illius obside eo vterer. 10. fam. 35. in epist. Planci.

Narratio, est fundamentum constituendæ fidei. in Partit. 232. b

Quint. Scauola fidei bonæ nomen existimabat manare laetius, idque versari in tutelis, fiduciis, mandatis, rebus emptis, venditis, conductis, locatis. Offic. 66. b

Fidei plenus. de Senect. 1. a
Optimæ fidei alicuius salutem vrbis & ciuium commenda-
re. pro Flacco, 78. a
Committere fidei alicuius, & eius potestati permittere. pro
Fonteio, 25. a
Iura fidei magistratum commissa sunt. 1. Offic. 163. a
Sed vestra sapientia tamen est Iudices, & c. alieno dolori
potius, quam vestra fidei consulendi. pro Cælio, 15. a
Credere fidei alicuius. pro Flacco, 36. a
O constantiam promissi, & fidem miram. ad Att. 66. b
Fidem orationi abrogat meditationis & artificii suspicio. 1.
ad Heren. 17
Si iam tibi deliberatum est, quibus abrogas fidem iusiuran-
di, responde. pro Rosc. Com. 26. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 35
Aliquid de possessione detrahare, & fidem acquirere. in Ca-
til. 38
Adiungere fidem & auctoritatem rebus commentitiis nul-
lam debemus. 2. de Diuin. 169. a. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 29
Commemoratio autem antiquitatis, exemplorumque pro-
latio summa cum delectatione & auctoritatem orationi
affert & fidem. in Orat. 66. a
Testimoniorum fidem & religionem nunquam ista natio
coluit. pro Flacco, 148. b
Oratio nostra omnem sibi fidem sensibus confirmat, id est
incorruptis atque integris testibus. 1. de Fin. 107. a
Constringi fidem religione potius quam veritate Græci no-
luerunt. pro Corn. Balbo, 8. a
Lusitani contra interpositam fidem interfecti. de Clar. 45
Suspicio inimicitarum derogat fidem in testimonio dicen-
do. pro Font. 279. b. pro Quint. 50. & pro Flacco, 6
Fidem Dolabellæ sanctissimi viri deserere homo pius non
potest. 13. Philip. 378
Introduxi Vulturcium sine Gallis: fidem ei publicam iussu
Senatus dedi: & c. 3. in Catil. 53. a. de Fin. 78. b
Dare fidem & violare, & in ea non stare. pro Rab. peruel-
co, 21. a
Meam erga te fidem & benevolentiam expertus es. epist.
lib. 1. 5. 2. a
Fidem facit necessitas. Top. 39
Nutus tuus non facit fidem. ad Att. lib. 7. 138. 1. a
Probat, fidem facit oratio. de Clar. 181. b
Hæc & multa eiusmodi dicens, fidem faciebat. Brutus, 102
Non facies fidem, scilicet cum hæc disputabis. in Pis. 92. b
Et tibi fidem faciemus, nos ea suadere, quæ tibi putemus ef-
se vtilia. 9. ad Att. 28. in epist. Balbi & Oppii.
Fac fidem te nihil nisi populi vtilitatem querere. 2. de Lege
Agr. 35. a
Quoniam minorem faceret fidem oratio mea. in Cat. 111. b
Multaque facimus eousque, dum aspectus fidem faciat sui
iudicii. 4. Acad. 40. a
Quod nisi mihi fidem fecisset, non fecissem id, quod dictu-
rus sum. ad Att. lib. 6. 13
Fidem facere non potest veritas sine verisimilitudine. 1. ad
Heren. 16
Argumentatio, est ratio rei dubiæ fidem faciens. Top. 221. b
Fallere fidem hosti datam. 1. Offic. 61. a. 13. Philip. 378. a
Frangere fidem, perfidiosum & nefarium est. pro Roscio
Comædo, 9
Populus tibi maximam fidem rerum suarum habet. in Verr.
266. b
Fidem habemus iis, quos plus intelligere quam nos arbi-
tramur, quosque & futura prospicere credimus, & cum
res agatur, in discrimenque ventum sit, expedire rem, &
consilium ex tempore capere posse. Offic. 2. 46
Quasi verò non specie visa iudicentur, quæ fidem nullam
habebunt, sublata veri & falsi nota. 4. Academ. quæstion.
107. a
Habere fidem orationi alicuius. de Inuen. 56. b
Quare debet habere fidem nostra prædictio. epist. 83. b
Nunc verò quam habere auctoritatem, aut quam fidem
possunt? pro Flac. 16. a
Fidem alicui habendam non esse. ad Att. 217. b
Suspicio artificii imminuit & oratoris auctoritatem, & ora-

tionis fidem. 2. de Orat. 85. a
Fidem alicuius implorare. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 81
Peto à vobis, vt eum in vestram fidem accipiatis. pro Ar-
chia, 23. a
Capere in fidem deuictas bello nationes. 1. Offic. 54. a
Sed cum te ex adolescentia tua in amicitiam & fidem meam
contulisses. 7. fam. 31
Conferre se in fidem & clientelam alicuius. pro Sexto Rosc.
36. b
Post mortem autem Crassi, eò mihi etiam dignior visus est,
quem in fidem atque amicitiam meam reciperem. 13. fam.
30
In fidem suam aliquem recipere, & commendatum ha-
bere. ad Att. lib. 15. 328. 3. a. Antequam iret in exil. 14. a. 13.
fam. 71. 90. Offic. 1. 53. 6. Philip. 212
Ille tamen dolet, dubitans vtrum morem gerat Leptæ, an fi-
dem infirmet Silio Mandibili. ad Att. lib. 15. 43
Fidem qui lædit, oppugnat omnium commune præsidium.
pro Rosc. Amer. 65
Quod autem in senatu pluribus verbis disserui, in eo velim
fidem meam liberare. 12. fam. 12. id est, præstes quod de te
pollicitus sum.
Hermippus ab Heraclide petit: ipse tamen Fusiis satisficit,
absentibus & fidem suam liberat. pro Flacco, 38
Fidem iusiurandumque negligere. de Arusp. 251. b
Fidem obligare. 5. Philip. 201
Fidem publicam postulauit: reclamatum est. 2. ad Att. 61
Porrigere fidem, & spem salutis supplicii ostendere. 7. Verr.
119. a
Fidem quamcumque ei dederis, præstabo. 5. fam. 27
Vt ei fidem meam præstarem. ad Att. 82. b
Si rex amicis tuis, qui pecunias ei credidissent, fidem suam
præstitisset. epist. 7. b. 5. ad Att. 51. 12. Philip. 326
Fidem alicuius præstare. 1. fam. 35
Qui fiduciam accepit, debet fidem præstare. Top. 224. b. 2.
de Diuin. 118. a. 3. de Orat. 74
Nihil debet, qui consilium dat, præstare præter fidem. ad At-
tic. 256. b
Fidem prodere. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 25
Fidem vanalem proponere. 4. in Verr. 55
Vt ne propter te, fideve tuam captus fraudatusque sim. Of-
fic. 65. b
Recipere fidem de aliquo, & eam seruare. ad Att. lib. 2. 56
Nam cum, & c. Gabinii, quandiu incolumis fuit, leuitas,
post damnationem calamitas omnem tabularum fidem
resignasset: & c. pro Arch. 6
Fidem reuocare. pro Marc. 13
Tum quæro, seruariusne in eo fidem. in Vat. 11. id est, a sece-
ris quod dixisti.
Non tenuit omnino colloquium illud fidem. 13. Philip. 339
Dicaarchus iisdem rebus fidem tribuit. 1. de Diuin. 10. a. id
est, auctoritatem.
Fidem nostram facile tuebere huius pecuniæ permutatio-
ne. 11. ad Attic. 1. est enim fides, proprium verbum debi-
torum.
Tribuere fidem testimonio alicuius. pro Sylla, 7. Acad. q.
ed. 2. lib. 1. 30
Fidem suam & famam tueri. ad Att. lib. 11. 210. 1. a. id est, ser-
uare illam famam locupletis debitoris.
Qui fidem violat, oppugnat omnium commune præsidium.
pro Sexto Rosc. 37. b
O fides alma, apta pennis, & iusiurandum Iouis.
Qui igitur iusiurandum violat, is fidem violat: quam in
Capitolio vicinam Iouis Optimi Maximi (vt in Catonis
oratio est) maiores nostri esse voluerunt. 3. Offic. 142
Adest vir summa auctoritate & religione & fide, L. Lucul-
lus, qui se non opinari, sed scire: non audiuisse, sed vidisse:
non interfuisse, sed egisse dicit. pro Archia, 5. a
A fide abducere aliquem. pro Flacco, 64. a
Fide aliquem attingere. 7. in Verr. 67
Bona fide in gratiam redire. 3. fam. 28
Sed quando suspicaris minus fide certa eos tibi visos, tan-
quam procurator sic agas, rogo. 8. fam. 36. in epist. Cælii.

Fide colitur societas. pro Quint. 13
Is tibi optima fide omnia sua concessit. pro Sexto Roscio,
42. b
Fide censores legem custodiunt. 3. de Leg. 11
Iudicia de fide mala, & iudicium de dolo malo. de Natura
deor. 75. b
Quoniam de fide respondiisti, volo audire de motu. Partit.
230. b
Istius fide ac potius perfidia deceptus sum. pro Rosc. Amer.
65. a
Ex fide bona multa. 6. ad Att. 13
Ex fide bona quibusdam iudiciis additum. Top. 34
Ea societas vniuersa in mea fide est. epist. 227. b
Municipia, quæ in fide mea erant. pro Plancio. 280. b
Eorumque preces & vota de meo reditu exaudiens, Dyr-
rachium, quod erat in fide mea, petere contendi. pro
Plancio, 78. & 79
In fide alicuius aliquid esse. Silio, lib. 13. 88
In fide & clientela alicuius esse. pro Rosc. Amer. 56. a
Ciuitatem in Catonis fide locatam funditus perdidissem. 6.
ad Att. 6
Est ex municipio Attellano, quod scis esse in fide nostra. ad
Q. frat. lib. 2. 15. 7. a. id est, cuius sumus patroni.
Fregit foedus Gabinius: Piso tamen in fide mansit. pro Do-
mo sua, 52
In fide populi Romani perpetuò manere. 7. Verr. 67. a
Semper in fide quid senseris, non quid dixeris, cogitandum.
Offic. 1. 61
Qua fide mecum viuant ii. 9. fam. 38
Cures vt satisfidetur fide mea. Sulp. lib. 13. 49
Sequi bona fide aliquid. Att. lib. 6. 111. 25. a
Sustentare fide amicos. pro Rabirio Posthumo, 3. a. id est
sponsione.
Securus Hermippus Tennum proficiscitur, quum iste sese
pecuniam, quam huius fide sumpserat, à discipulis suis
diceret Fusiis persolutorum. pro Flacco, 37
Theffalonicam fide tua venire iussisti. in Pisonem, 65. a
Fidens.
Qui fortis est, idem est fidens: nam confidens mala consue-
tudine loquendi in vitio ponitur. 3. Tuscul. quæst.
lib. 3. 12
Bene sibi fidens puer. ad Att. lib. 6. 117. 5. a
Hæc sunt opera magni animi & excelsi, & prudentia consi-
lioque fidentis. 1. Offic. 113
Animo fidenti gradi ad mortem. 1. Tuscul. q. 178. a
Tum Calchas hæc fidenti voce est locutus. 2. de Diuinatione,
97. a
Istum enim victorem magis relinquendum puto, quam vi-
ctum: & dubitantem magis, quam fidentem suis rebus.
ad Att. lib. 10. 197. 3. a
Istisne fidentes fonnisi non modò Epicurus & Metrodo-
rus, & Hermachus, contra Pythagoram, Platonem, Empe-
doclemque dixerunt, & c. 1. de Nat. d. 127. a
Fidenter.
Fidenter agere rem aliquam. Academic. quæstion. edit. 1.
lib. 2. 25
Tum ille fidenter homo peritissimus confirmare, ita se rem
habere vt respondisset. 2. de Orat. 130. a
Timidè fortasse signifer euellebat, quod fidenter infixerat.
2. de Diuin. 102. a
At ille non pertimuit, sanèque fidenter, istis quidem ipsis
verbis, inquit. 2. de Fin. 36. a
Tum Velleius fidenter sanè, vt solent isti, nihil tam verens,
quam ne dubitare aliqua de re videretur. de Natura deo-
rum, 1. 14
Paulò vellem fidentius respondiisses. de Finibus, 69. ad At-
ticum, 88. b
Fidentius scribere alicui. ad Att. lib. 6. 17
Fidentia.
Fidentia est, per quam magnis & honestis in rebus mul-
tum ipse animus in se fiduciam certa cum spe collocauit. 2.
de Inuen. 242

Et si fidentia, id est firma animi confisio, scientia quædam
est & opinio grauis, non temerè assentiens: metus quo-
que est diffidentia expectati & impendentis mali. Tuscul.
quæst. lib. 4. 66
Audacia non contrarium est fidentia, sed appositum &
propinquum, & tamen vitium est. de Inuen. 83. b
Fidelis.
Firmus & fidelis amicus. pro Cælio. 40. b
Amicitia fidelis. de Amic. 49. a
Fidelis benevolentia. 9. famil. 35. id est, verus, non fictus
amor.
Fidelis & vera comprehensio. 1. Acad. 60. a
Nam & doctrina, & domus, & ars, & ager etiam fidelis dici
potest. Tironi, lib. 16. 23
Fidelis homo. 14. fam. 12
Seruus egregiè fidelis. Q. fratri, lib. 1. 1. 13
Fidelis alicui. de Arusp. resp. 26
Fidelis in amicitia. 2. de Fin. 63
Fidelis officii. 5. Verr. 145. a
Deiotarus fidelis populo Romano. in Ant. 237. b
Fidele consilium & salutare. 6. fam. 19. 13. fam. 84
Fidele consilium deliberanti dare. contra Rul. 67. b
Alicui minus fidele consilium dare. pro Cluent. 68. a
Nemo credit ei nisi quem fidelem putat. pro Rosc. Amer.
66. a
Animo fideli in dominum seruus. pro Milone, 21. a
Familiaritates Græcorum parum fideles. Q. fratri, lib. 1.
1. 24. a
Fideles literæ. 3. ad Att. 32
Aut si quem tuorum fidelium voles, ad me mittas. ad Ser-
uum, lib. 4. 1. 10. a
Quam potuit vrbem eligere aut opportunior ad res ge-
rendas, aut fidelior, aut fortiorum virorum, aut ami-
ciorum populo Rom. ciuium. 3. Philip. 127
Fidelissima coniux. 1. ad Q. frat. 51
Gratia fidelissima mihi coniunctus homo. pro Milone, 56. a
Deiotarus, quem vnum habemus in orbe terrarum fidelis-
simum huic imperio. de Arusp. 25
Massilienses fortissimi & fidelissimi socii. pro Font. 3
Sunt fidelissima & maxima auxilia Gallorum. ad Brutum,
10. 3. a
Fidelitas.
Vbi me non solum amicorum fidelitas, sed etiam vniuersæ
ciuitatis oculi custodiunt. in Ant. 243. b
Non illi erga patriam fidelitas defuit. Plancus Ciceroni, lib.
10. 17. 4. a
Ego enim Brundusii quæsiui ex Phania, cuius mihi vide-
bar & fidelitatem erga te perspexisse, & nosse locum, & c.
3. fam. 12
In hac enim fortuna perutilis eius & opera & fidelitas esset.
ad Att. lib. 9. 67
Quibus in rebus etiam si fidelitas summa est, quod profus
credo, & c. ad Q. frat. lib. 1. 2. 4. a
Quo tempore ego maximè operam & fidelitatem desyder-
aui tuam. epist. lib. 16. 11. 14. a
Prædicat vitam meam, quæ amicorum fidelitate conseruata
sit, & c. pro Plancio, 58. a
Et is, vt opinor, tibi in Alexandrino bello quantum studio
& fidelitate consequi potuit, non defuit. epist. 110. b
Tanta auctoritas est in eorum hominum fidelitate. 5. Ver-
rinarum, 62
Fidelitate nouarum necessitudinum, contra veterum perfid-
iam me muniendum putauit. 4. fam. 45
Fidelitate & benevolentia alicui satisfacere. Sulpitio, lib.
13. 38
Fideliter.
Vnde in istum locum fideliter venit. 16. fam. 23
Hæc præscripta seruantem licet grauius, magnificè, anti-
mosèque viuere, atque etiam simpliciter, fideliter, & vitæ
hominum amicè. 1. Offic. 131. a
Mercedes prædiorum, quæ si fideliter Ciceroni curabuntur,
nihil ei deerit. ad Att. lib. 15. 329. 14. a
Fideliter valetudini inserviundo. 16. fam. 21
ccc.iii.

Fidus.

Canum verò tam fida custodia, tamque amans dominorum adulatio, &c. 2. de Nat. d. 236. a

Inest ad humanam societatem iustitiæ fida custodia. 2. de Finib. 1. a

Fidæ familiaritates amantium nos amicorum. 2. Offic. 42

Quod Tarquiniû dixisse fertur, tû cum exul esset, se intellexisse, quos fidos amicos habuisset, quosque infidos. de Amicit. 49. a

Mutina, colonia nostra fidissima. in Ant. 205. b

Mea Terentia fidissima atque optima vxor. epistolar. lib. 14. 4. 16. a

Fidissime.

Nec me ista terrent, quæ mihi à te ad timorem fidissime atque amantissime proponuntur. Cælio, lib. 2. 15. 12. a

Fiducia.

Stabilis beneuolentiæ fiducia in vita tyrannorum esse non potest. de Amicit. 48. a

Siqua enim sunt priuata iudicia summæ existimationis, & penè dicam capitis: tria hæc sunt, fiducia, tutelæ, societatis. pro Roscio Comædo, 9

Inde tot iudicia de fide mala, tutelæ, mandati, pro socio, fiducia, reliqua, quæ ex empto aut vendito, aut conducto, aut locato contra fidem fiunt. 3. de Nat. d. 106. a

Per rationem fiduciæ fraudare quempiam. pro Cecinna, 5. a

Si tutor fidem præstare debet, si socius, sicui mandaris, si qui fiduciam acceperit, debet etiam procurator. in Top. 21. a

Hanc fiduciam commissam tibi tenes hodie, ac possides? pro Flac. 157. b

Pecuniam adolescentulo grandi fœnore, fiducia tamen accepta, occupasti. pro Flacco, 40. a

Fiducia amicitiae nostræ. 6. fa. 48. in epist. Bithynici. id est, fretus amicitia nostra.

Fiducia armorum nihil est quod nos terreas. 11. fam. 6. in epist. M. Bruti & Cassii.

Nihil est, quod posthac artis nostræ fiducia conturbes. ad Q. frat. 214. b

Facere fiducia alicuius quod facimus. 7. Verr. 139. a

In arbitrio rei vxoriæ hæc verba maximè excellunt, melius, æquius, in fiducia, vt inter bonos bene agier. 7. fam. 2

Habeo hominem præpotentem, cuius fiducia prouinciam spolio. 2. Verr. 25

Fides.

Cedit clara fides Cyleneia. in Arat. b

Vt epularum solennium fides & tibiæ indicant. de Orat. 161. b

Contentæ & incontentæ fides. 4. de Fin. 121. a

Ponendæ sunt fides & tibiæ. in Hortensio, a. 3. de Orat. 109. a. 4. de Fin. 122. a

Cecinisse fidibus præclare dicitur Epaminondas. 1. Tusc. q. 4

Seuera illa Lacedæmon neruos iussit, quòd plures quàm septem haberet in Timothei fidibus, inde demi. de Legibus, 177. b

Discebant fidibus antiqui. de Senect. 24

Iam neruos in fidibus aliis pulsos resonare alios. de Diuin. 115. b

Ex neruorum sono in fidibus, quàm scienter ii pulsi sint, intelligi potest. de Clar. 192. b

Omnes voces vt nerui in fidibus ita sonant, vt à motu animi sunt pulsæ. de Orat. 163. b

Aut is, qui fidibus vtitur, explorare numeros & cõficere verus. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 24. *ἀριθμητικὸς* fidicinis.

Fidicula.

Quid si platani fidiculas ferrent numerose sonantes? 2. de Nat. d. 27

Fidicen.

Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicen. Pæto, lib. 9. 22. 9. a. 2. de Nat. d. 33. a

Concedam non modò animantem & sapientem esse mundum, sed fidicinem etiam & tibicinem, &c. 3. de Natura deor. 29. a

Fidiculanius.

Fidiculanius Falcula homo cuiusmodi. pro Cecin. 20

C. Fidiculanius Falcula, bis accusatus & absolutus. pro Cluent. 83

Fiducia. Fidus, vide Fides.**Fidulus.**

C. Fidulus atratus. in Vatin. 24

Figo.

Zeno quidem non eos solum, qui tum erat, Apollodorum, Syllum, ceterosque figebat maledictis: sed, &c. de Nat. deor. 1. 66

Ego omnia mea studia, omnem operam, curam, industriam, cogitationem, mentem denique omnem in Milonis consulatu fixi & locavi. 2. fam. 9

Veruntamen, ecce autem Antonius, accepta grandi pecunia, fixit legem à Dictatore comitiis latam, qua Siculi ciues Romani, cuius rei viuo illo mentio nulla. ad Att. lib. 14. 308. 2. a

Vt quam damnatis seruis crucem fixeras, hanc indemnatis ciuibus Rom. reseruares. in Verr. 238. b

Amicitias parcere, & aduersarios figere. in Orat. 48. a

Trabali clauo figere beneficium. 7. Verr. 43. Id est, indissolubili.

Ast tute scripsisti ad me quoddam caput legis, Clodium in curiæ poste fixisse, ne referri, neve dici liceret. ad Att. lib. 3. 55. 10. a

Tabulæ figuntur, immunitates dantur. ad Cassium, lib. 12. 1. 4. a

Tela deorum in impiorum mentibus figuntur. de Arusp. resp. 36. a

Assentiri etiam nos Ser. Sulpitio clarissimo voluit, nequa tabula post Idus Martias vilius decreti Cæsaris, aut beneficii figeretur. 1. Philip. 2. & 2. 93. a

Aut dubitare vtrum mucrones in ciue, an in hoste figantur. 14. Philip. 389

Fixus.

Bonorum omnium coniunctione, & autoritate Consulatus mei, fixus & fundatus videbatur. ad Att. lib. 1. 40. 11. a. De statu Reip.

Tu naufragio expulsus, vsquam faxis fixus asperis, Euisceratus, latere penderes, &c. in Pis. 34

Verum illud certum, comprehensum, perceptum, ratum, firmum, fixum fuisse vis, deque eo nulla ratione neque pelli, neque moueri potest. 4. Acad. q. 255. a

Stabile, fixum, & ratum decretum. 4. Acad. quæst. 54. a

Dixisti quippe, iam fixum & statutum est. pro Murena, 57. a

Stabile & fixum bonum. 5. Tusc. q. 57. a

Et simul scito labare meum consilium illud, quod iam satis fixum videbatur. ad Att. lib. 8. 166. 4. a

Studium salutis alicuius, & testimonium dignitatis in monumentis publicis fixum. pro Sestio, 111. a

Arma parietibus fixa. 1. de Diuin. 128. a

Fixa sunt hæc mala. ad Terentiam, lib. 4. 4. 3. a. 14. fam. 10. id est, ita confirmata vt mederi iis non possimus.

Memini enim & illa superiora, quæ abs tua voluntate perfecta sunt, ad meam dignitatem augendam & ornadam, quæ perpetuò animo meo fixa manebunt. Lepidus ad Ciceronem, lib. 10. 35. 7. a

Eaque scuta, quæ fuerant sublimè fixa, sunt humi inuenta. de Diuin. 122. b

Cuius ego nuper in Macedonia vidi vestigia, non impressa leuiter, ad exigui prædicationem temporis, sed fixa ad memoriam illius prouinciæ sempiternam. pro Sest. 5. b

Sicui quid ille promissit, id erit fixum. 1. Philip. 12. a

Quamobrem illud maneat, ac fixum sit, quod neque moueri, neque mutari potest. pro Rab. Posth. 15. a

Conuellere aliquid fixum. pro Cluent. 99. a

Animis fixum tenere aliquid. pro Corn. Balbo, 55. a

Figulus.

C. Figulus, L. Iulius c o s s. pro Sylla, 42

Figura. Figuro, vide Fingo.**Filia, vide Filius.****Filicatus.**

Minusne gratas diis immortalibus capedines ac fictiles vr-

nulas fuisse, quàm filicatas aliorum pateras arbitramur? de Offic. 117. b

Filius.

Lex vt condemnaretur filius, aut nepos, si pater aut auus deliquisset. de Nat. d. 78. b

Filius dissolutus. Tusc. q. lib. 4. 35

Filius familiaris. pro Cælio, 28. a

Hortensius filius fuit Laodiceæ. ad Att. 93. b

Effigies probitatis paternæ, filius. 2. de Fin. 94. a

Imago animi & corporis, filius. Cecinna, lib. 6. 6. 31. a

Filius obsequio, consilio parens. 1. ad Q. frat. 51

Pietate filius, consiliis parens, amore frater in me inuentus est. post reditum in Senatu, 33. a

Filius simillimus patris. 10. ad Att. 1

Filius testamenti. 2. Philip. 80

Si de filii tui dignitate esset actum, amabilius certè nihil facere potuisses. 10. fam. 21. in epist. Planci.

Qui tibi loco filii per ætatem esse poterat. pro Domo, 29. a

Et huic terræ filio nescio cui, committere epistolam tantis de rebus non audeo. ad Atticum, lib. 1. 8. 8. a

Cn. Octavius, tuus familiaris, summo genere natus, terræ filius, is me, quia scit tuum familiarem esse, crebrò ad cœnam inuitat. 7. fam. 19

Filio, hæreditatis loco, eam potestatem quasi iustam & legitimam tradidit. 3. de Nat. d. 63

Equitis Romani esse filium criminis loco poni. pro Cecinna, 38. b

Neque enim conuenire filium esse barbarum, quum in omnibus fanis pater imberbis esset. 3. de Nat. d. 62

Patriam eluxi grauius, quàm filium vnicum vlla mater. 9. fam. 47

Probum filium ex patre improbo nasci. pro Roscio Comædo, 18. a

Filii iusta vxore nati. Tusc. q. lib. 1. 69

Acerbum est, parentum scelera, filiorum pœnis lui. Sed hoc præclare legibus comparatum est, vt charitas liberorum amiciores parentes reipub. redderet. ad Brut. 27

Filiolus.

Filiolo me auctum scito, falua Terentia. ad Att. lib. 1. 11. 11. a

Filia.

Filia singularis. 11. ad Att. 38

Quid, quòd eodem tempore desydero filiam? qua pietate, qua modestia, quo ingenio effigiem oris, sermonis, animi mei? 1. ad Q. frat. 51

Tum despondit ei filiam suam illam, quam ex genere susceperat. pro Cluent. 142

Is ex C. Fadii filia liberos habuit. ad Att. 258. b

Filiola.

Mea charissima filiola. epist. 135. b

Nam cum dies venisset rogationi ex S. C. ferendæ, concursantibus barbaruli iuuenes, totus ille grex Catilinæ, duce filiola Curionis, & populum vt antiquaret, rogabant. 1. ad Att. 31. Filiola Curionis, ignominiosè dictum, pro filio.

Filiola tua gratum mihi fecit, &c. Att. lib. 6. 112. 1. a

Fiholam suam tertiam, quæ tum erat admodum parua, exofculans, animum aduertit tristiculum. 1. de Diuin. 166. a

Filum.

Sed aliud quoddam filum orationis tuæ expetimus. Læli. 25

Tenue argumentandi filum. in Orat. 68. a

Hospiti veteri & amico munusculum mittere volui leuidè, crasso filo, cuiusmodi ipsius solent esse munera. Dolabella, lib. 9. 22

Hæc formanda filo ipso & genere orationis. de claris Orat. 152. b

Omnes etiam tum retinebant illum Periclis succum, sed erant paulò vberiore filo. de Orat. 117. b

Fimbria.

C. Fimbria homo infanissimus. pro Rosc. Ame. 19. Eiusdem dictum in Scæuolam improbissimum, 20

C. Fimbria Trib. pleb. non est factus, c o s. factus est. pro Planc. 42

L. Fimbria multis laboribus ad honores peruenit. 7. in Verrem, 142

Fimbriæ.

Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ, & fluentes, cerusataeque buccæ dignæ Capua, sed illa veteri. in Piso. 19. a

Findo.

Terras findunt radices arborum. in Arato, 14. a

Hoc quasi rostro finditur Fibrenus, & diuisus æqualiter in duas partes, latera hæc aluit, rapideque dilapsus, citò in vnum confluit, &c. 2. de Leg. 10. a

Fissum.

Fissum familiare & vitale. Diuin. lib. 2. 1. 4

Vnde porrò ista diuiniatio? quis inuenit fissum iecoris? quis cornicis cantum notauit? 3. de Nat. d. 10

Quid fissum in extis, quid fibra valeat accipio. de Diuinat. lib. 1. 15

Non placet Stoicis singulis iecorum fissis interesse deum. de Diuin. lib. 2. 12

Fissio.

Cum terræ subigeretur fissio glebarum. 2. de Nat. d. 237. a

Fingo.

Quum sibi fingit aliquid, & cogitatione depingit. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 48

Fingit & creat natura homines imitatores & narratores factos. 2. de Orat. 121. a

Ex materia quam fingit, formatque effectio. Academ. quæstion. 4. b

Moderatur & fingit non modò mentem & voluntates, sed penè vultus eorum apud quos agit actor. 3. de Leg. 58. a

Fingit & terminat vocem immoderatè profusam lingua. 2. de Nat. d. 112

Et qui aliquid fingunt, etsi tum pictura nihil vtitur, tamen vtrum sciant pingere, an nesciant, non obscurum est. de Orat. 91. b

Qui utilitatis causa fingunt amicitias. Lælius, 47

Apum examina non fingendorum fauorum causa congregantur: sed quum congregabilia naturâ sint, fingunt fauos. 1. Offic. 219

Causam finxit calamitatis. Diuin. lib. 1. 30

Vis quæ finxit & fabricata est hominem. 4. Academ. quæst. 152. a

Ad honestatem finxit te natura. pro Murena, 55. a

Quicum ego colloquar, nihil fingam, nihil dissimulem, nihil obregam. ad Att. lib. 1. 13. 1. a

Finge aliquem nunc fieri sapientem, nondum esse: qua potissimum sententia melius eliget disciplinam? 4. Acad. q. 209. a

Suscipe paulisper meas partes, & cum te esse finge qui sum ego. Pulchro, lib. 3. 49

Fingite igitur cogitatione imaginem huius conditionis meæ, si possim efficere vt Milonem absoluatis. pro Milone, 59. a. 3. de Nat. d. 63. a

Quòd si vultum tibi, si incessum fingeres, quo grauior viderere, non esses tui similis. 2. de Fin. 64

Homines antiqui, qui ex sua natura ceteros fingerent. pro Rosc. Amer. 15. a

Vt ad errorem multitudinis, religionis simulachra fingerent. Diuin. lib. 1. 89

Verba, sicut mollissimam cæram, ad arbitrium nostrum fingere & formare. 3. de Oratore, 97. a. 1. Academic. quæstionum, 9. a

Se totum ad arbitrium & nutum eorum qui audiunt, fingere & accommodare. in Orat. 13. a

Fingere animo aliquem iubebat tanta incitatum voluptate corporis, quanta percipi posset maxima. de Senect. 37

Fingere sibi aliquid cogitatione. 3. de Nat. d. 33

Crimen fingere. 5. Verr. 120. a

E cæra aliquid fingere. 6. Verr. 125. a

Faciem, vultum, sonum vobis non possumus fingere. 1. de Orat. 63. a

Futura ex euentis fingere. Cecinna, lib. 6. 19

Nec sibi fingere vllam molestiam, nec alteri quærere. de Nat. d. 1. 40

Fingere mores. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 104

Fingere & construere nidos volucres videmus. 2. de Orat. 13.a

Summum oratorem fingere. in Orat. 4.a

Institutis Peripateticorum commodè fingere orationem. de claris Orat. 149.a

Fingere seipsum. 6. ad Att. 32

Fingere noua verba. de Fin. lib. 4. 5

Fingere vitam ex virtute. de Fin. lib. 4. 29

Hoc ego Labeonem credo illi retulisse, aut finxisse dictum, non ab adolescente prolatum. 11. famil. 32. in epistol. D. Bruti.

Ipsa declinatio ad libidinem fingitur. lib. 1. de Fin. 15

Suis cuique Fortuna fingitur moribus. in Parad. 43.a

Nihil tam flexibile, & quod magis ipsius arbitrio fingetur. de Clar. 190.b

Hoc intelligere quale esset, si id in cæcis fingeretur, aut fictilibus figuris. 1. de Nat. d. 96.a

Isque animo parumper, & cogitatione fingatur. Tusc. quæst. lib. 5. 50

Fingi, gignique multa possunt in agris propter fecunditatem. 1. de Diuin. 155.a

Neque enim Alexander ille gratiæ causa ab Apelle potissimum pingi, & à Lysippo fingi volebat. Luceio, lib. 5. 12. 23.a

Quid te aut fieri aut fingi dementius potest? pro Domo tua, 59.a

Quid enim nobis duobus Iudices, laboriosius, quid magis sollicitum, magis exercitum dici aut fingi potest, &c. pro Milone, 3.a

Nihil fingi potest mali quo non vrgear. 11. ad Att. 32

Fingi maleficium nullum potest, quod iste, &c. pro Rosc. Amer. 68.a

Fictus.

Hic homulus ex argilla & luto fictus. in Pis. 92.b

Hos delectat assentatio, his fictus ad ipsorum voluptatem sermo quum adhibetur, orationem illam vanam testimonium esse laudum suarum putant. de Amic. 80

Fictus testis subornari solet & imponi falsæ tabulæ. pro Cecinna, 52.a

Hæc causa à te per summam causam ficta est. pro Quintio, 33

Fabula ficta & commentitia. 3. Offic. 50.a

Picta & ficta imago. Luceio, lib. 5. 12. 24.a

Ficta religio. Lentulo, lib. 1. 4. 4.a

Tota res ficta pueriliter. lib. 1. de Fin. 15

In amicitia autem nihil est fictum, nihil simulatum: & quicquid est, id est verum & voluntarium. de Amicitia, 26.a

Est enim boni viri, quem eundem sapientem licet dicere, hæc duo tenere in amicitia. primum nequid fictum sit, neve simulatum, &c. de Amicit. 58.a

Nihil est in animis, quod ex terra natum aut fictum esse videatur. Tusc. 162.b

In specie fictæ simulationis pietas esse non potest. de Nat. deor. 1. 3

Ficto officio, simulatæque sedulitate coniunctus. pro Cecinna, 10.a

Commentitii & ficti dei. de Nat. d. 40.b

Quidam sunt ita habiles, vt non nati, sed ab aliquo deo ficti esse videantur. 1. de Orat. 57

Fictæ & adumbratæ res. de Amic. 79.a

Fictæ & commentitiæ res. pro Murena, 25.a

Ficta exempla. 1. de Inuent. 121

Ficta omnia celeriter tanquam flosculi decidunt. Offic. 2. 61

Quæ tam antiquis hominibus attribuerem, ea visum iri ficta esse. 3. ad Q. frat. 17

In qua rebus fictis & adumbratis loci plurimum est. Læli. 79

Fictor.

Reliquos deos ea facie nouimus, qua pictores fictoresque voluerunt. 2. de Nat. d. 110.a

Fictrix.

Eius autem vniuersæ fictricem & moderatricem, diuinam esse prouidentiam. 3. de Nat. d. 134.a

Ficte.

Nam vt vetus nostra simulas antea stimulat me vt cauerem, necui suspicionem ficte reconciliatæ gratiæ daré.

Appio Pulchro, lib. 3. 15

Ius à maioribus nostris qui non ficte & fallaciter populares, sed verè & sapienter fuerunt, ita comparatum est, &c. pro Domo sua, 61.a

Ficte aut simulatè in aures insufurretur. 1. ad Quint. fratrem, 9

Ficte & simulatè loqui. Q. fratri, lib. 1. 1. 18.a

Figmentum.

Tantum est flumen grauissimorum, optimorumque verborum, &c. tam sine figmentis, fucòque puerili, vt mihi, &c. 2. de Orat. 101.a

Fictilis.

Summanus, qui tum erat fictilis. de Diuin. 83.b

Vrna fictilis. in Parad. 12.a

Figuræ fictiles. 1. de Nat. d. 96.a

Quid te in vasis fictilibus appositurum putem? 6. ad Atticum, 12

Figura.

Figura conglobata. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 109

Figura rotunda & sphærica sola omnes alias complectitur. de Nat. d. 2. 34

At figura quæ vastior elephanto. de Nat. d. 1. 69

Tacita corporis figura coniecturam affert. pro Quint. Rosc. 48.b

Figura, forma, & statura corporis nostri ad naturam apta. 5. de Fin. 31. & Tusc. q. lib. 1. 34

Figura formæ non ab hominibus peruenit ad deos. de Nat. deor. 1. 63

Quòd si omnium animantium formam vincit hominis figura, deus autem animas est: ea figura profectò est quæ pulcherrima sit omnium. 1. de Nat. d. 67.a

Eum multò magis figura & lineamenta hospitiæ delectabant. in Verr. 126.b

Figura membrorum & totius corporis. Tusc. quæst. lib. 1. 45

Negotii figura. 1. de Inuent. 58.a

Figura orationis in dicendo commutanda. 4. ad Heren. 159

Conformatio quædam & figura totius oris & corporis. 1. de Orat. 57.a

Figura vocis quid, & eius species. 3. ad Heren. 112

Habilem & aptam ingenio humano figuram corporis natura dedit. 1. de Leg. 39.a

Exprimere quandam formam figuramque dicendi. 2. de Orat. 55.a

In quam figuram cadere possit mundus. de Natura deorum, 1. 18

Himera in mulebrem figuram habitumque formata. 4. Verr. 60

Qui intemperatè vixerit, eum secundus ortus in muliebri figuram transfert. de Vniu. 57

Principio corporis nostri magnam natura ipsa videtur habuisse rationem, quæ formam nostram, reliquamque figuram, in qua esset species honesta, eam posuit in promptu. 1. Offic. 176.a

In quo neque figuram diuinam, neque sensum quisquam suspicari potest. de Nat. d. 1. 22

Esse aliquem humana specie & figura, qui tantum immanitate bestias vicerit. pro Rosc. Amer. 38.a

In figura hominis feritas belluæ. 3. Offic. 40.a

Figuræ caræ aut fictiles. de Nat. d. 1. 49

Hominum figuræ. de Diuin. 137.b

Figuræ orationis tres. 3. de Orat. 110. & 117

Simillimæ figuræ. de Vniu. 51.a

Rerum formas & figuras ex atomis fieri sine follibus & incudibus. de Nat. d. 1. 39

In figuras moribus suis simillimas ferarum & pecudum transferretur. de Vniu. 57

Figuris dicendi abutuntur multi. 4. ad Heren. 156

De figuris deorum ac locis multa dicuntur. de Natura deorum, 1. 2

Ex solidis figuris globus, ex planis circulus præstantissimus. de Nat. d. 2. 34

Figuro.

A quo enim animante omnes reliquos contineri vellet amantes, hunc ea forma figurauit, qua vna omnis forma reliqua concluditur. de Vniu. 22.a

Quæ etiam si essent, quæ nulla sunt, &c. formare, figurare, colorare, animare non possent. de Nat. d. 1. 77

Figuratus.

Corpus figuratum ita est, vt excellat aliis. 5. de Finib. 31. De corpore hominis.

Corpus vnum simplex ita figuratum, vt temperatione naturæ vigeat & sentiat. 1. Tusc. q. 35.a

Quid de bubus loquar? quorum ipsa terga declarant non esse se ad onus accipiendum figurata. 2. de Natura deor. 237.a

Finis.

Quid est enim in vita tantopere querendum, quàm quid sit finis, quid extremum, quid vltimum, quòd sint omnia bene viuendi rectèque faciendi consilia referenda, quid sequatur natura vt summum ex rebus expetendis, quid fugiat vt extremum malorum. lib. 1. de Fin. 9

Finis bonorum. Acad. quæst. ed. 2. lib. 1. 14. apud Aristotelem est τέλος ἢ ἀγαθόν.

Finis bonorum est, quòd omnia, quæ rectè fiunt, referuntur, neque id ipsum vsquam refertur. de Fin. lib. 1. 4

Finis bonorum ad quem referuntur, & cuius causa sunt faciendi omnia. 1. de Legib. 40

Finis bonorum Peripateticis & Academicis idem fuit, nempe adipisci quæ essent prima in natura, quæque ipsa per se expetenda, aut omnia, aut maxima. Academ. q. ed. 2. lib. 1. 16

Sit iam aut finis omnino deplorandi, aut moderatio querendam. 10. ad Att. 7

Discordiarum finis sit aliquando. de Arusp. resp. 42.a

Dicendum est etiam qualem hominis honorati & principis domum placeat esse: cuius finis est vsus. 1. Offic. 192.a

Neque necesse est edisseri à nobis, quæ finis sunt familiaris, quòd genus sacrificii, &c. 2. de Leg. 51

Officium & finis oratoris. 1. de Inuent. 10.a

Finis viuendi est optimus, quum integra mente, cæterisque sensibus opus ipsa suum eadem quæ coagmentauit, natura dissoluit. Cat. 66

Finis & officii differentia. 1. de Inuent. 10

Æquitas finis est in iudiciali genere. 2. de Inuent. 137.a

Quem ad finem? ad quid? 5. Verr. 122.a

Excrciémne me? quid assequar? deinde ad quem finem? Pæto, lib. 9. 61

Quem ergo ad finem putas custodiendam illam ætatem fuisse? pro Cæli. 39.b

Piratam viuum tenuisti, quam ad finem? 7. Verr. 60.a

Vsq; ad eum finem, dum possint seipsa defendere. 2. de Nat. d. 97

Ad eum finem lecta oratio, quem memoria possem comprehendere. 1. de Orat. 74.a

Ad finem referri omnem rationem oportet. 2. de Inuent. 137.a

Ad illum finem referenda est vulgaris liberalitas, vt facultas sit qua in nostros simus liberales. 1. Offic. 78.a

Illud cuius causa facere debemus, finem appellabimus. 1. de Inuent. 10.a

Tributorum finem vnus imperatoris præda attulit. 2. Offic. 113.a

Etiam si ille dies vitæ finem mihi allaturus esset. in Ant. 205.b

Contrauersiæ iudicialiæ finem aliquando constituere. 3. Verr. 3.a

Nullum finem facio, mihi crede, Cassi de te cogitandi. epist. 193.b

Finem feci eius ferendi. Brut. 90.b

Fecit finem vitæ & victoribus & victis idem dies. 7. Verr. 62.a

Sed vt extremum habeat aliquid oratio mea, & vt ego an-

tè dicendi finem faciam, quàm vos me attentè audiendi, concludam illud de optimatibus. pro Sest. 26.b. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 58

Non faciam finem rogandi. ad Att. 264.b

Si ne tum quidem finem vitiorum faciet. de Vniu. 57

Nos modum aliquem & finem orationi nostræ faciamus. in Verr. 131.b

Facere finem libidini & impudentiæ. 5. Verr. 122. & 6. 12.a

Finem scribendi facere. de Orat. 129.b

Sollicitudinis finem quamprimum facere. Planco, lib. 16. 342. 2.a

Finem inter nos scribendi, de his rebus fieri tempus est. 10. ad Att. 20

Cogitanti fore aliquando finem huius lucis. Tusc. quæst. lib. 2. 7

Stipendiorum finem patris victoriam ac triumphum fuisse. pro Murena, 11.a

Viuendi finem habeat necesse est, qui finem habet motus. in Somn. Scip. 30.a

Ingrediens intra finem eius loci quem oleæ terminabant. pro Cecin. 16

Reperire finem malorum. epist. 153.b

Finem & exitum alicuius rei reperire. pro Cluent. 4.a

Reperire finem sollicitudinis. Plancus Ciceroni, lib. 10. 32

Quorum alter finem vestri imperii non terræ, sed cæli regionibus terminaret. in Cat. 117.b

Finem & modum transeunt appetitus. 1. Offic. 143.a

Fines magis agrorum sunt, quàm vrbis. Top. 11

Nempe fines constituendi sunt, ad quos & bonorum & malorum summa referatur. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 120

Constituendi autem sunt qui sint in amicitia fines & quasi termini diligendi. de Amic. 50

Prorogatio finium imperii. de prouinc. Conf. 23.a

Fines bonorum malorumque constituere. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 104

Constituere sibi certos fines terminosque, extra quos egredi non possit. pro Quintio, 19.a

Regiones suas finisque vix defendere. in Orat. 79.a

Cum fines prouinciæ tantos haberet, quantos optauerat. in Pisonem, 38

Ciuitatum aliquarum fines incolere. Quint. fratri, lib. 1. 37.a

Pangere fines. in Pisonem, 28.a

Præscribere fines. Q. fratri, lib. 1. 10. & 17.a

Proferre fines officiorum. pro Murena, 59.a

Propagare & regere fines. pro Murena, 19

Nec Manilia lege singuli, sed ex his tres arbitri fines regemus. de Leg. lib. 1. 43

Fines in vrbe non reguntur. Top. 10

Terminare fines agrorum. 1. Offic. 50. a. 3. in Catil. 70.a

Verecundiæ fines transire. 5. fam. 29

Tueri fines suos ab excursionibus hostium. pro Deiot. 15

Finibus regundis arbitrum adigere. Top. 21

Arcei otii finibus videbam non posse. de Aruspicum responsis, 3.a

Continetur suis finibus exiguis Latina lingua. pro Archia poeta, 17.a

Opiniones de finibus bonorum & malorum. Tusc. quæst. 245.b

Quæstio de finibus bonorum & malorum ab eo proficiscitur, quod naturæ aptum est & accommodatum, quòdque ipsum per se primum appetitur. de Fin. lib. 5. 20

De finibus nata controuersia, in qua vsucapionem xii. tabulæ inter quinque pedes esse voluerunt. 1. de Legibus, 42

Crassus verò mihi noster visus est orationis facultatem non illius artis terminis, sed ingenii sui finibus immensis penè, describere. 1. de Orat. 107.a

Obtinuisti prouinciam iis finibus, quos lex cupiditatis tuæ, non quos lex generi tui pepigerat. in Pis. 87.b

Comites autem duntaxat finibus his præstabis, quos antè præscripsi. ad Q. frat. 291.b

Finibus domesticis se tenere. 7. ad Att. 42

Finibus suarum rerum se continere. Offic. 1.19
Quid in hac Repub. & c. iisdem ut finibus nomen suum,
quibus vita terminaretur. Tusc. q. lib. 1.27

Finio.

Cupiditates satietate sua, non diuisione Epicuri finiebat L.
Thorius Balbus. de Fin. lib. 1.53
Nequid accedat temporis ad id quod tu mihi & Senatus con-
sulto & lege finisti. M. Marcello, lib. 15.7.4.a
Modum sepulchris nouis finiuit Demetrius. 2. de Leg. 103.
a. Id est, statuit, praefixit.
Cursus annuos sacerdotes finiunto. 2. de Leg. 32.a
Finire dolores morte. 1. de Finib. 75.a.1. Tusc. quæstion.
186.a

Sententiæ verbis finiantur. 3. de Orat. 106.a
Ratione componantur verba & finiantur. in Orat. 93.a
Finiens.

Marcusque Marcello c. o. s. finienti prouincias Gallias Cal.
Martii, restitit. ad Att. lib. 8.147.5.a
Finitus.

Deinde in ore sita lingua est, finita dentibus. de Nat. deo-
rum, 56.b
Quod finitum est, id habet extremum. Diuin. lib. 2.80
Quæstionum genus finitum temporibus & personis. Part.
235.b

Finite.

Ergo & avarus erit, sed finitè: & adulter, verum habebit
modum: & luxuriosus, eodem modo. 2. de Fin. 48.a

Finitor.

Quæstori permittant: finitorem mittant: ratum sit quod fi-
nitor vni vlli, à quo missus erit, renuntiauerit. pro Leg.
Agr. contra Rullum, 45
Delecta finitorum iuuentus. contra Rul. 45.a

Finitimus.

Mari finitimus est aer. 2. de Nat. d. 145.a
Ægritudini finitimus est metus. 4. Tusc. q. 103.a
Oratori finitimus poeta est. 1. de Orat. 36.a
Huic generi historia finitima est. Orat. 202.b
Pertinacia perseverantiæ finitima est. 2. de Inuent. 244.a
Finitima vicinitas. Brut. 80
Finitimum ac domesticum bellum. pro Planc. 57. id est sociale.
Cui generi finitimum est illud, & c. Top. 228.b
Regnum Ariobarzanis, quod finitimum est vestris vestiga-
libus. pro Leg. Manil. 2
Arpini sunt finitimi Atinatibus. pro Plan. 263.b
Finitimi & propinqui perturbationibus animi motus. 2. de
Orat. 99.a
Vt cuius pater, cum cæteri deficerent finitimi ac vicini, sin-
gulari extiterit in Rempub. nostram officio & fide, & c.
pro Sylla, 43.a

Ita enim finitima sunt falsa veris. Acad. q. ed. 1. lib. 2.63
Finitima oppida. 7. Verr. 53.a. in Topicis, 18.a
Est autem cauendum, ne dum hæc genera consecemur, in
finitima & propinqua vitia veniamus. ad Heren. 27.b
Inferre bellum finitimis suis Bosphoranis simulauit. pro
Leg. Manil. 5.a

Fio.

Nihil fit quod fieri non potest. Diuin. lib. 2.46
Quæ sic aperta est, vt mirer veteres non esse commotos,
praesertim quum, vt fit, fortuito sæpe aliquid conclusè,
aptèque dicerent. in Orat. 102.a
Fit concursus ad aliquem. 10. Philip. 273
Sensu enim amisso fit idem quasi natus non esset omnino.
de Amic. 13.a
Obuius fit ei Clodius expeditus in equo. pro Mil. 106.b
Obuiam mihi fit tabellarius. ad Att. lib. 16.337.1.a
Fit obuiam casu ei multitudini C. Curio. 2. Verr. 12.a
Quod praemonui, fit, vt Cæsar committere prælium nolit.
ad Att. 13.b
Et sæpe fit, vt de eadem re aliud alii iudici videatur. ad He-
renn. 9.b
Fit sæpe, vt it qui debent, & c. 16. ad Att. 4. pro accidit.
Ita fit verum illud quod initio dixi, amicitiam nisi inter bo-
nos esse non posse. de Amicit. 58.a

Quid fiet artibus? Acad. q. ed. 1. lib. 2.97
Quid fiet de illo, & quid fiet me. 6. ad Att. 12
 Frangi infamia. Offic. 1. 103
 Molestia animos frangi & debilitari non oportet. Quint. frat. lib. 1. 1. 3. a
 Frangi pudore. Tusc. q. lib. 2. 43
 Frangi timore. Tusc. q. lib. 4. 29
 Aliquem iudicio esse frangendum, vim vi esse superandam. Postquam. 208. b

Fractus.

Afflictus & fractus animus. Att. lib. 12. 242. 6. a
 Fractus animus atque humilis. pro Plancio, 40. a
 Aureus annulus fractus & comminutus. 6. Verr. 49. a
 Fractus & propè dissipatus homo. post red. in Senat. 21
 Fractus reus, & vnà patroni omnes conciderunt. 1. ad Atticum, 38
 Deformatus corpore, fractus animo, quò se conferat nescit. Attic. lib. 2. 36. 3. a
 Calamitate fractus & afflictus. pro Syl. 11. a
 Malis fracta ciuitas, muta, debilitata, abiecta metu. pro Domo sua, 20. post red. in Senat. 5
 Fracta dissensio. pro Marcel. 19
 Quæ fratris domus primò fracta coniectu lapidum. ad Atticum, 55. b
 Fracta, dissipata, direpta res familiaris. 4. ad Att. 2
 Fracta spes. de Amic. 52. a
 Fracta vis. 4. ad Att. 16
 At quid est tam fractum, tam minutum, tam in ipsa (quam tamen consequitur) concinnitate puerile? de Clar. Oratoribus, 158. a
 Ita nescio quid istuc fractum, humile, demissum, sordidum, inferius etiam est, quàm vt Mediolanensi præcone auo tuo dignum esse videatur. in Pis. 49
 Fractum & debilitatum Græciæ nomen. pro Flac. 49. a
 Fractum studium scribendi. Cecinna ad Cic. lib. 6. 7. 9. a
 Simul ac me fractum ac debilitatum metu vidit. de Oratore, 95. b
 Qua quidem re audita fractum animum Annibalis scribit. 3. Offic. 156. a
 Fractum animo, aut fracto & demisso animo esse. 1. fam. 42
 Non fractum esse fortuna. de Orat. 140. b
 Fracto atque afflicto animo loqui. pro Domo sua, 74. a
 Fracto animo supplicare. pro Plancio, 40
 Et quidem fracto crure. in Ant. 233. b
 Fracti & abiecti. 4. fam. 25
 Itaque in illo tumultu fracti fasces, &c. in Pis. 85. b
 Itaque homines alii fracti sunt: nonnulli etiam queruntur. ad Brut. lib. 11. 12. 4. a
 Tu virtutem, tu innocentiam, tu fidem, tu labores tuos, quòd Ædilis non sis factus, fractos esse & abiectos & repudiatos putas: pro Plancio, 6
 Fractæ minæ. de Arusp. respons. 1
 Concussa hominum licentia, & cupiditatibus fractis. pro Milone, 116. b

Fragmentum.

Gleba aut fragmentum lapidis. 2. de Nat. d. 59
 Hunc adoriuntur fragmentis septorum. pro Sest. 68. a

Fragor.

Fragor ciuitatis in primis est auditus. 4. ad Heren. 195

Fragilis.

Fragilis fortuna. 3. de Orat. 4
 Fragile falsæ coragium gloriæ. 4. ad Heren. 231
 Fragile & caducum corpus. 1. de Leg. 35. a
 Sic fragile corpus animus sempiternus mouet. de Somn. Scip. 130. b
 Quis enim cõfidit semper sibi illud stabile & firmum permanfurum quòd fragile & caducum sit? de Finib. 81. b
 In fragili corpore odiosa omnis offensio est. de Senect. 60. a
 Res humanæ fragiles, caducæque sunt. de Amicit. 84

Fragilitas.

Imbecillitas & fragilitas generis humani. 5. Tusc. 2
 Casus humanos & incertos euentus valetudinis, & naturæ communis fragilitatem extimefco. pro Marcel. 13

Frater.

Vicinum eius mulieris miraris malè audisse: cuius frater germanus sermones iniquorum effugere non potuit. pro Cæl. 24. 3. Verr. 91
 Et L. Cicero, frater noster, cognatione patruelis, amore germanus. de Finib. lib. 5. 1
 T. Torquatus, Cn. Planci frater patruelis & socer. pro Plancio, 21. a
 Desseui coniugis miseræ diffidium, liberorum charissimorum solitudinem, fratris absentis amantissimi atque optimi casum, subitas fundatissimæ familiæ ruinas. pro Domo sua, 74
 Fratris loco te mihi esse duco. 5. fam. 9. in epist. Quinti Metelli Nepotis.
 Fratris loco mihi est qui ex te natus, teque dignus est. 12. fam. 31. in epist. Lentuli.
 Cùm se fratrem vxoris tuæ fratri tuo germano antelatum videbat. pro Domo sua, 91
 Amabat vt fratrem, & iam vt maiorem fratrem verebatur. 1. ad Quint. frat. 51
 Fratres gemini. pro Cluent. 34. a. Diuin. lib. 2. 71
 Fratres nostri Edui. 7. fam. 21
 Noli pati fratres litigare. 9. fam. 60
 Quos fratres inter se agnatosque vsurpare atque appellare videmus. de Vniuers. 49

Fraterculus.

Volo mihi fraterculo tuo credas. 5. Verr. 131. a

Fraternus.

In Epeirum verò inuitatio quàm suavis, quàm liberalis, quàm fraternæ? 9. ad Att. 51
 Fraterna diuisio. 4. ad Heren. 212
 Hæreditas fraterna. pro Cluent. 23. a
 Fraterna voluntas. 5. fam. 5
 Fratrum parricidium. pro Cluent. 23. a
 Fratrum amoris quanta vis sit, admonet. 5. fam. 9
 Fratris precibus tecum ago. 1. ad Quint. frat. 31
 Demonstrare amorem fraternum in aliquem. ad Quint. frat. 291. b
 Pro fraterna illa necessitudine. pro Quint. 3. b
 Fraterna flagitia. pro Sest. 12. Id est, in fratrem commissa.
 Fraternè.
 Et tibi persuadeas te à me fraternè amari. Att. lib. 1. 12
 Quare facis tu quidem fraternè, quòd me hortaris, &c. ad Quint. frat. lib. 2. 33. pro Ligat. 20
 Fratrenè debes ignoscere huic epistolæ nõ fraternè scriptæ. 1. ad Quint. frat. 45
 Parum fraternè literas ad te conscripseram. 1. ad Quint. frat. 45
 Germanè, fraternèque tibi rescribam. 2. ad Quint. frat. 36

Fratricida.

Parricida, fraticida, sororicida. pro Domo sua, 21

Fraus.

Nec fraus vos dissoluet valentior, quàm consilium meum. de Vniuers. 51
 Fraus distringit, non dissoluit periurium. Offic. 3. 155
 Fraus sua quenque vexat. pro Rosc. Amer. 40
 Fraus hominum ad perniciem, & integritas ad salutem vocatur. 2. de Orat. 20. a
 Fraus capitalis. 1. de Orat. 119. & 2. 109
 Fraus odio digna maiore, quàm vis. Offic. 1. 63
 Pœnas fraudis præsentis in diem seruant nonnunquam dii. pro Cæl. 46. a
 Seseque, siquid postea fraudis aut vitii euenisset, extra omnem culpam causamque posuisset. de Vniuers. 57
 Fraudis mihi fuit lex sumptuaria. 7. fam. 47. Id est, damnum attulit.
 Hæc res nemini vnquam fraudi fuit. pro Dom. 238. b
 Fit gratia Bruti Senatusconsultum, vt neve Salaminis, neve qui eis dedisset, fraudi esset. Att. 83. b
 Censeoque, vt iis qui in exercitu Antonii sunt, ne sit ea res fraudi, si ante Calendas Februarii ab eo discesserint. 5. Philippi. 188. a
 Id erit tibi maximè fraudi. pro Sext. Rosc. 29
 Id erit eius vitrico fraudi ac crimini. pro Murena, 17. a

Duos Cn. Pompeii summi ac singularis viri filios, incolumes haberemus, quibus certè pietas fraudi esse non debet. 5. Philip. 192. a
 Statuunt illi, atque decernunt, vt hæc literæ, &c. operaque daretur, ne ea res C. Verri fraudi esse posset. 4. Verr. 125. a
 Id maiori illis fraudi, quàm tibi, futurum. 1. fam. 12
 Ad fraudem valere. pro Corn. Balb. 50. Id est, fraudi esse. Capitalem fraudem admittere. pro Rab. perduel. reo, 19. a
 Scelus ac fraudem nocentis supplicio constringere. 1. de Orat. 191. a
 Facere fraudem Senatusconsulto. Att. lib. 4. 81. 2. a
 Ferre fraudem alicui. Att. lib. 7. 64
 In fraudem quandam in Repub. delabi. 3. de Orat. 125. a
 Deducere aliquem in fraudem. Plancus Cic. lib. 10. 48
 Hæc te opinio falsa in istam fraudem impulit. pro S. R. 35. de Amic. 75. a
 Incidere in fraudem spe aliqua. Att. lib. 11. 35
 In maximam fraudem per errorem incurrere. Offic. 3. 71
 In fraudem inducere. in Pis. 1
 In fraudem induct vel conici. 3. ad Att. 26
 In fraudem rapi oculis. de Arusp. resp. 36
 Per summam fraudem & malitiam fingere aliquid. pro Quint. 33. a
 Suscipere fraudem. in Pis. 33
 Vi aut fraude fit iniuria: fraus quasi vulpeculæ, vis leonis videtur: vtrique ab homine alienissimum, sed fraus odio digna maiore. 1. Offic. 64. a
 Peculatus fraude carere. 12. Philip. 327
 Est enim periculum, ne aut neglectis his impia fraude, aut susceptis anili superstitione obligemur. 1. de Diuin. 13. a
 Sine fraude esse coronam ei qui peperisset. 2. de Leg. 56
 Inexpiabiles fraudes in Repu. violanda cõcipere. 1. Tusc. 59
 Fraudes & fallacias alicuius exagitare. pro Cluent. 81. a

Fraudentus.

Homo fraudulentus. ad Heren. lib. 2. 78. a
 Fraudulenti & mendaces Carthagenenses. 2. de L. Agr. 92. a
 Venditiones fraudulentæ. 3. Offic. 110. a
 Nam quos improbos, maledicos, fraudulentos putant, &c. 2. Offic. 51. a

Fraudo.

Improbissime populum fraudauit Clodius. de Ar. resp. 39. a
 Qui socium fraudauit & fefellerit. pro Quint. Rosc. 47. b
 Is nulla in re te fraudauit. pro Sext. Rosc. 42. b
 Fraudare aliquem in hæreditaria societate. pro Quint. 51. a
 H. S. L. 111. fraudare aliquem. pro Quint. Rosc. 48. b
 Fraudare aliquem pecunia. Att. lib. 1. 1. 7. a
 Fraudare aliquem per tutelam, aut societate, &c. pro Cec. 5. a
 Fraudare & offendere animum. in Orat. 103. a
 Creditores fraudare, domo profugere, propter æs alienum venire ad arma. 6. Philip. 211. a
 Decumanum fraudare, ne grano quidem vno sine maxima pœna potest arator. 5. Verr. 16. a
 Vadimonium alicui deferere, & eum fraudare. pro Q. 50. a
 Fraudare mutationibus. pro Flac. 37
 Fraudare bona veteri nomine. 5. de Finib. 157. a
 Pupillum fraudare, qui in tutelam peruenit. pro Rosc. Comædo, 9. a
 Palàm bonos viros fraudare. pro Quint. 29. a
 Spe fraudandi sublata, soluendi necessitas consequitur. 2. Offic. 125. a

Fraudatus.

Vti ne propter te, fidemve tuam captus fraudatusve sim. 3. Offic. 91. a

Fraudator.

Creditorum fraudator Trebellius. 13. Philip. 364. a
 Fraudatorum & inficiatorum impudentia. pro Flac. 38. a
 Fraudatio.
 Ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulantiã: hinc pudicitia, illinc stuprum: hinc fides, illinc fraudatio. in Cati-
 linam, 44. a
 Vna & eadem est omnibus in locis fraudationis causa. pro Quint. 41
 Qui fraudationis causa latitant. pro Quint. 41
 ccc. ii.

Quam illa aurea, ut inter bonos bene agere oportet, & sine fraudatione. Offic. 91. a

Fregellæ.

O perfidiosa Fregellæ, quam facile scelere vestro contabuitis. 4. ad Heren. 166

Populus Rom. Numantiam deleuit, Carthaginem sustulit, Corinthum disiecit, Fregellas evertit. 4. ad Heren. 188

Fregellanus.

Quis Fregellanum proditorem, quanquam Reip. nostræ profuit, non odit. 5. de Finib. 111. a

Quæret aliquis, quid Fregellani non sua sponte conati sunt. 4. ad Heren. 154. & 1. de Inuent. 16

Fremo.

Arius fremit ereptum sibi Consulatum. Att. lib. 2. 22

Fremebat tota prouincia. 5. Verr. 112. a

Fremant omnes licet, dicam quod sentio. 1. de Orat. 96. a

Fremitus.

Et cum ex cælo fremitus auditus. Diuin. lib. 1. 82

Horribilis fremitus armorum. de Arusp. resp. 18. a

Egentium fremitus. pro Flac. 18. a

Qui fremitus hominum, quam irati animi. 2. ad Att. 32

Fremitus murmurantis maris. Tusc. q. lib. 5. 83

Fremitus terræ. Diuin. lib. 1. 34

Quo in loco ad fluctum aiunt declamare solitum Demosthenem, ut fremitum assuesceret voce fingere. 5. de Finibus, 8. a. & 2. 151. a

In agro Latinensi auditus est cum fremitu strepitus. de Arusp. resp. 18. a

Responsum aruspicum de fremitu. de Ar. 245. b

Fremebundus.

Tanta moles labitur
Fremebunda ex alto ingenti sonitu & strepitu. 2. de Nat. deorum, 127. a

Frendco.

-ō antè victrices manus,

O pectora, o terga, o lacertorum tori:

Vestronè pressu quondam Nemaus leo

Frendens efflauit grauiter extremum halitum. 2. Tusc. 37. a

Freno, Frenum, Vide Frænum.

Frequens.

Multus & frequens, ferè idem. in Verr. 67. b

Auditor Platonis frequens Demosthenes. in Orat. 8. a

Nunquam tam frequens collegium iudicauit. de Arusp. 11

Frequens municipium. 2. Philip. 103. a

Est numerus veteranorum & armatorum satis frequens cum

Ventidio. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 10. 6. a

Conuenit Senatui frequens. Plancus, lib. 10. 12. 7. a

Frequens enim te audiui atque affui. de Orat. 106. b

Adsum amicis, venio in Senatui frequens, & c. de Sen. 35. a

Eo tempore Roscius in foro erat frequens, & in ore omnium

quotidie versabatur. pro Rosc. Amer. 10. a

Lex populi frequentis suffragiis abrogata est. de Clar. Oratoribus, 18. 4. b

Causam enim frequenti Senatu, & c. obtinebamus. ad Lentulum, lib. 1. 4. 2. a

Iambum & Trochæum frequentem segregat ab oratione

Aristoteles. de Orat. 159. b

Frequens esse in officio. 15. fam. 50

Refert etiã qui audiant, Senatus an populus, an iudices: frequentes, an pauci, an singuli. 3. de Orat. 117. a

Et in consilium frequentes conuenissent. 4. Verr. 50. a

Frequentes obuiã prodeunt, gratiasque agunt. 4. Ver. 124. a

Quibuscum si frequetes sunt, opinionem afferunt populo,

& c. 2. Offic. 66. a

Non frequetes tironum legiones duæ. 10. fa. 77. in ep. Pollion.

Frequentes fuimus omnino ad ducentos. 2. ad Q. frat. 1

Nos in hoc genere frequentes. de Orat. 213. b

Si putarem, & c. frequentes profecto talibus conatibus

obuiam ire niteremur. Antequam. 194. b

Caret epulis, extructisque mensis, & frequentibus poculis.

de Senect. 40. a

Huius præfectura plena est virorum fortissimorum, sic ut

nulla tota Italia frequentior dici possit. pro Planc. 263. b

Saltus Castellonensis, qui semper tenuit nostros tabellarios, est nunc frequentioribus latrocinis infestior factus est: tamen nequaquam tanta in mora est, & c. Af. Pollio Ciceroni, lib. 10. 31. 1. a

Approbante Senatu frequentissimo. 2. de Leg. 26. a

Theatro frequentissimo incredibili plausu comprobatum est. 1. de Diuinat. 106. a

Equites Romani, qui frequentissimi in gradibus Concordiæ steterunt. in Ant. 213. b

Frequentissimi venerunt ad hoc iudicium mercatores. 7. Verr. 120. a. De multitudine loquitur.

Frequentissimi Senatores conuenerunt. 11. fam. 11

Frequentia.

Similis & frequentia, & plausus me vsque ad Capitolium celebrauit. ad Att. 53. b

Non committam ut tum res iudicetur, quum hæc frequentia totius Italiæ Roma discesserit, quæ conuenit vno tempore vndique. 2. Verr. 31. a

Forum celeberrimum, tanta frequentia. 5. Verr. 114. a

Quotidiana amicorum assiduitas & frequentia. de Petit. Consul. 2

Quinti Mutii ianua magna quotidie ciuium frequentia celebratur. de Orat. 101. b

Frequentia communium. Partit. 233. b

Epistolarum frequentia. Att. lib. 4. 85. 1. a

Est enim ibi magna frequentia sepulchrorum. Tusc. quæstio. 241. b

Frequentiam efficere. 8. fam. 26. in epist. Cælii.

Non enim tribum Terentinam, de qua, & c. sed solidam & robustam, & assiduam frequentiam præbuerunt. pro Plancio, 263. b

Summa hominum frequentia in foro aliquid agere. 4. Verriarum, 137. a

Thucydides creber est rerum frequentia. de Orat. 113. b

Magna frequentia confessuque effertur. pro Flac. 31. a

Domum reducebatur e campo cum maxima frequentia à multitudine. 2. Verr. 12. a

Ex hominum frequentia tollere. de Amic. 73. a

Ornare ac celebrare frequentia egressum alicuius. in Pisonem, 24. a

Stipari frequentia. pro Mil. 1. a

Frequenter.

Res enim communis agitur: ut frequenter & assidue consequamur artis rationem studio & exercitatione. ad Herennium, lib. 4. 242. a

Translatione fortasse crebrior, qua frequentissime sermo omnium vitur non modò urbanorum, sed etiam rusticorum. in Orat. 45. a

Frequentio.

Sermones eorum qui domum meam frequentant. epistolarum, lib. 5. 62

Hæc frequentat Phalereus maxime, suntque dulcissima. Orat. 51. Id est, iis frequenter vitur.

Ludos frequentare. 1. de Inuent. 57. a

In animo primas quasque partes rhetoricæ frequentare. ad Heren. lib. 3. 136. a

Quem tu tamen populum nisi tabernis clausis frequentare non poteris. pro Domo sua, 69. Id est, qui non multus fuisset in comitiis, nisi tabernas occludi iussisset.

Et maxime si domus aliquando alio domino solita est frequentari. Offic. 1. 193

Italiæ solitudinem frequentari posse arbitraber. 1. ad Atticum, 63

Vrbes sine cœtu hominum nec ædificari, nec frequentari potuissent. 2. Offic. 20. a

Distinguenda & frequentanda est omnis oratio luminibus verborum. 3. de Orat. 112. a

Frequentans.

Aceruatim multa frequentans. in Orat. 47. a

Frequentatus.

Verbi translatio instituta est inopiæ causa, frequentata delectationis. de Orat. 157. b

Aliud autem genus est non tam sententiis frequentatum,

quam verbis volucere atque incitatum. de Clar. Orat. 182. a

Frequentatio.

Frequentatio est, inquit, quum res in tota causa dispersæ, coguntur vnum in locum, quò grauior, aut acrior, aut criminiosior oratio sit. ad Heren. lib. 4. 213

Frequentatio argumentorum. in Partit. 67. a

Consequentium frequentatio. Partit. 234. b

Denfa & continens frequentatio verborum. 1. de Orat. 125. a

Fretum.

Fretum horrifonum. Tusc. q. lib. 2. 21

Fretum Siciliense. de Nat. d. 64. b

Te iubere in ea parte figere, quæ ad fretum spectaret. 7. Verriarum, 133. a

Venisti ad fretum per Mauritaniam. in Vatin. 31. b

Brutus erat cum suis nauibus apud Heletem fretum, citra Veliæ millia passuum 111. pedibus ad me statim. ad Atticum, 256. b

Cum ab Italia freto disunctus esses. 3. Verr. 110. a

Ratibus coniunctis freto ad Messanam transiri. 7. Verr. 4. a

Hi ne in freto ante sua tecta & domos nauigarent. 7. Verriarum, 41. a

In freto medio hanc epistolam legi. 16. ad Att. 23

Vt ille in dolore, cruciatuque moriens, per angustum freto diuisa seruitutis ac libertatis iura cognosceret. 7. Verr. 133. a

Freta & maritimi ætus. 2. de Diuinat. 50. a

Qui Oceani illa freta viderunt Europæ Libyamque rapax ubi diuidit vnda: & c. 1. Tuscul. quæst. 73. a

Fretorumque angustia. de Nat. 30. b

Quid de fretis & maritimis ætibus dicam, quorum accessus & recessus lunæ motu gubernantur. 2. de Diuin. 50. a

Fretus, Vide Fruor.

Frigus.

Frigus Dalmaticum. 5. fam. 23. 25. in epist. Vatinii.

Tum gelidum valido de pectore frigus anhelans

Capricornus. in Arat. b

Frigus imbecillo corpori infestissimum. 16. fam. 9

Intolerabile frigus. pro Rosc. Amer. 77. a

Frigus eiusmodi, ut periculum esset, ne illi suæ ædes vrentur. 2. ad Quint. frat. 28

Pridie Idus quum Appius Senatui infrequentem coëgisset, tantum fuit frigus, ut populi conuictio nos coactus sit dimittere. ad Quint. frat. lib. 2. 14. 1. a

Frigus impendebat. ad Quint. frat. lib. 2. 14. 5. a

Vix in ipsis tectis frigus vitatur, nedum in mari. Tironi, libro 16. 8. 3. a

Ad magnitudinem frigoris remedium aliquod sibi comparare. 7. Verr. 21. a

Frigoris & caloris nimii appulsus. 2. de Nat. d. 107

Causæ quæ vim caloris habent & frigoris. de Vniu. 203. b

Frigoris & caloris modum temperant solis accessus ac recessus modici. de Nat. d. 2. 36

Frigore confici. Offic. 3. 36

Frigore frigesimus. 8. fam. 16. in epist. Cælii.

Tremulo quatietur frigore corpus. in Arato, 8. a

Vim frigorum hyememque vix vrbs tectis sustinere. pro Rab. Posth. 26. a

Vis frigorum tectis pellitur, & calor molestia sedantur. 2. Offic. 17

Frigoribus aqua congelat. de Nat. d. 2. 19

Frigeo.

Planè nunc frigeo. Bruto, lib. 11. 24

In re frigidissima cales, in feruentissima friges. ad Heren. libro 4. 165. a

Hic quidem friget. ad Quint. frat. 327. b

Iacent beneficia Nuculæ, friget patronus Antonius. in Antonium, 208. b

Ex quo illud Terentii, Sine Cerere & Libero friget Venus. 2. de Nat. d. 86. a

Frigent consilia. 4. in Verr. 42

Frigeunt ista. 7. fam. 23

Quum omnia iudicia frigerent admonitu istius, & c. 4. Verriarum, 42. a

Metuo ne frigeas in hybernis. 7. fam. 20

Scripti frigere Curionem, iam calet. 8. fam. 16. in epist. Cælii.

An hoc significas, nihil fieri, frigere te, & c. 7. fam. 34

Frigens.

Quare tibicen Antigenidas dixerat discipulo sanè frigenti, & c. de Clar. Orat. 97. a

Frigesco.

Si Parthi vos nihil calfaciunt, nos hinc frigore frigesimus. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 6. 10. a

Frigidus.

Maximè frigidus aer naturæ. de Nat. d. 2. 20

Lentus in dicendo, & penè frigidus. de Clar. Orat. 92. a

Frigidus & disertissimus opponuntur. 8. fam. 19. in epistola Cælii.

Frigida & ieiuna calumnia. pro Cecin. 45. a

Genus stomachosum, frigidum, facetum. de Clar. Or. 127. a

Frigidæ & inconstantes literæ. 10. fam. 33

Ridicula domo allata plerunque sunt frigida. Orat. 205. b

Fibrenus præcipitat in Lirem, eumque multò gelidiorem facit, nec enim vllum hoc frigidius flumen atigi. de Legibus, 170. b

Alii etiam frigidiores erant: sed quia stomachabantur, ridiculi videbantur esse, & c. 3. Verr. 85. a

Verba frigidiora vitanda sunt. 2. de Orat. 142. a

Frigidissimi accusatores. 3. ad Quint. frat. 21

Frigidè.

Frigidè agere. 8. fam. 31. in epist. Cælii. Id est, remissè.

Friuolus.

Friuolus hic quidem iam & illiberalis est sermo. ad Herennium, 27. b

Frons.

Ianua animi frons est. de Petit. Consul. 29. a

Frons hominum sæpe mentitur. 1. ad Quint. frat. 12

Frons semper eadem. Offic. 1. 127

Frons diis irata. in Pis. 53

Frons non percussa, non semur. de Clar. 109. b

Frons tranquilla & serena. Tusc. q. lib. 3. 28

Frontis contraçtio, grauitatis indicium. pro Sest. 14

Tu adeò mihi excusam seueritatem veterem putas, ut ne in foro quidem reliquæ pristinæ frontis appareant: ad Do-

labellam, lib. 9. 19

Contrahere frontem. pro Cluent. 57. a

Puto te in hoc aut risisse, aut ingenuisse, ut frontem ferias. Att. lib. 1. 2

A fronte, à tergo, à lateribus tenetur Antonius. 3. Phil. 147. a

Fronte & oratione magis, quam ipso beneficio, reque capiuntur homines. de Petit. Conf. 30

Libidines quas fronte & supercilio, non pudore & temperantia contegis. de Prouinc. Consul. 7. a

Non enim solum ex oratione, sed etiam ex vultu & oculis, & fronte (ut aiunt) meum erga te amorem perspicere potuisses. Att. lib. 14. 24

Fronte & vultu bellis aliquid ferre, sed intimis sensibus angi. Att. lib. 5. 17

In fronte ostentatio sit, intus veritas occultetur. 2. de Finibus, 124. a

Tunc ausus ista fronte, non vita. Postquam. 207. b

Fronte occultare sententiam. Læl. 59

Fronte atque vultu simulatio facillimè sustinetur. 1. fam. 44

Verissima fronte verum dicere. pro Rab. Posth. 21. a

Pompeius fremit, queritur, Scauro studet: sed vtrum frons an mente, dubitatur. Att. lib. 4. 37

Frontes aperire. pro Planc. 12

Fronto.

Ecquos silos, flaccos, frontones, capitones, quæ sunt in nobis. 1. de Nat. d. 56

Frons.

Ergo hæc deserta via & inculta, atque interclusa iam frondibus & virgultis relinquatur. pro Cæl. 33. a

Fruges.

Ad frugem bonam se recipere. pro Cael. 20
 E quibus quum emerferit, fundit frugē, spicæ ordine stru-
 ctam. de Senect. 47. a. 4. de Finib. 62. a
 Non omnem frugem, neque arborem in omni agro reperi-
 re possis. pro Sext. Rosc. 30. b
 Cerelem fruges appellamus, vinum autem Liberum. 2. de
 Nat. d. 44
 Fruges cum ad spicam peruenerunt. de Finib. 114. b
 Et si in segetem deteriore sunt datæ fruges, ipsæ tamen
 sua natura enitent. Tusc. 177. b
 Quæ studia in adolescentia tanquam in herbis significant
 quantæ fruges industriæ sint futuræ. pro Cael. 53. b
 Fruges in ea terra primùm repetæ putantur. in Ver. 225. b
 Baccæ arborum, terræque fruges. de Senect. 78. b
 Copia frugum & inopia. pro Domo sua. 14. a
 Hubertas frugum & fructuum. 3. de Nat. d. 125. a
 Perceptio & conseruatio frugum, fructuumque reliquo-
 rum. 2. Offic. 16. a
 Lucio Octauio & C. Cottæ Consulibus Senatus permisit vt
 vini & olei decumas, & frugum minutarum, quas ante te
 Quæstores in Sicilia vendere consueverant, Romæ vende-
 rent. 5. in Verr. 14
 Fruges certas sacerdotes publicè libanto. 2. de Leg. 17
 Fundere fruges. 1. de Diuinat. 26. a
 Eas fruges atque fructus, quos terra gignit. de Natura deo-
 rum. 2. 27
 Segetes largiri fruges, florere omnia. Tusc. 162. b
 Percipere fruges. 1. Offic. 86. a
 Nos fruges serimus, nos arbores. 2. de Nat. d. 228. a
 Fœta frugibus terra & vario leguminum genere. 2. de Na-
 tura deor. 117
 Vt vicinum citius iuueris in frugibus percipiendis, quàm
 fratrem. Offic. 12. b
 Segetes fœcundæ herbas effundunt inimicas frugibus.
 Orat. 201. b
 Quæ frugibus atque baccis terræ fœtu profunduntur. de
 Legib. 161. b
 Quæ est in hominibus tanta peruersitas, vt inuentis frugi-
 bus glande vescantur. Orat. 199. b
 Frugi.
 Ille de ingenio nihil nimis, modestum & frugi. 13. ad Atti-
 cum. 38
 Nec qui propter metum præsidium reliquit, quod est igna-
 uitæ: nec qui propter auaritiam clam depositum non red-
 didit, quod est iniustitiæ: nec qui propter temeritatem
 malè rem gessit, quod est stultitiæ, frugi appellari solet.
 Tusc. 3. 14
 Qui sit frugi igitur, vel, si mauis, moderatus & temperans,
 eum necesse est esse constantem. 3. Tusc. 15
 Cogis me, inquit, dicere inimicum meum frugi. pro Fôt. 24. a
 Antonius frugi factus est. 2. Philip. 78
 Homo frugi omnia rectè facit. 4. Tusc. 56. a
 Permodestus ac bonæ frugi homo. Att. lib. 4. 77. 5. a
 Frugi hominem & modestum tibi commendo maiorem in
 modum. 13. fam. 94
 Frugi igitur hominem Iudices, frugi inquam, & in omni-
 bus vitæ partibus moderatum ac temperantem, plenum
 pudoris, plenum religionis videtis positum in vestra fide
 ac potestate, &c. pro Font. 25. a. 5. Verr. 55. a
 Quamquam illum hominem frugi, & tibi amicum existi-
 mabam. ad Sest. lib. 5. 6. 1. a. 3. Tusc. 30. a
 Frugi ac sobrii homines. 5. Verr. 55. a
 Frugi homines, Græci *χρησίου* appellant, id est, tantummo-
 do vitales. Tusc. q. lib. 3. 14
 Viuit vt Gallonius, loquitur vt frugi ille Piso. de Finib. 83. b
 L. Piso qui tanta virtute, &c. solus frugi nominaretur. pro
 Font. 181. b
 Frugi atque integer seruus. pro Cluent. 35. a
 In iisdem verbis & laudare frugi seruum possumus: & si est
 nequam, iocari. 2. de Orat. 137. a
 Frugi, seueraque alicuius vita, tum etiam iucundissima con-
 uictio. Tironi, lib. 16. 18

Frugifer.

Sed quum tota philosophia, mi Cicero, frugifera & fructuo-
 sa, nec vlla pars inculta ac deserta sit, &c. 3. Offic. 6
 Agri non omnes frugiferi sunt. 2. Tusc. 19. a
 Frugifera & ferta arua Asiæ. in Orat. 93. a
 Cernes iam spatia frugifera atque immensa camporum, &c.
 2. de Nat. d. 240. a
 Frugalitas.
 Nequissimus & frugalissimus. Att. lib. 1. 11. 5. a
 Optimus colonus, parcissimus, frugalissimus. 2. de Or. 159. a
 Frugalissimus homo. 3. Verr. 95. a. Att. lib. 1. 11. 5. a
 Frugalissimus sui ordinis homo. 3. Verr. 49. a. Id est, probus
 & honestus.
 Homo frugalissimus atque integerrimus. 4. Verr. 76. a
 Aratores laboriosissimi, frugalissimi que homines. 5. Verr. 73
 Frugalissimi & sanctissimi homines tota Asia. pro Flac. 55. a
 Frugalitas.
 Sed haud scio an rectè ea virtus frugalitas appellari possit.
 3. Tusc. 28. a
 Frugalitas, vt opinor, à fruge, qua nihil melius è terra, &c.
 Tusc. q. lib. 3. 15
 Reliquas autem virtutes frugalitas continet, scilicet forti-
 tudinem, iustitiam, prudentiam. Tusc. q. lib. 3. 14. 15
 Omnes sunt in illo rege virtutes, sed præcipue singularis &
 admiranda frugalitas, etsi hoc verbo scio laudari reges
 non solere. pro Deiot. 18
 Frugalitatis nomine nisi virtutes continerentur, nunquam
 illud ita peruulgatum esset, vt iam prouerbii locum ob-
 tineat, hominem frugi omnia rectè facere. Tusc. quæst.
 lib. 4. 29
 Frugalitatis videtur esse proprium, motus animi appeten-
 tis regere & sedare: semperque aduersantem libidini, mo-
 deratam in omni re seruare constantiam. Tusc. quæst.
 lib. 3. 15
 Ego tamen frugalitatem, id est modestiam & temperantiam,
 virtutem esse maximam iudico. pro Deiot. 18
 Frugaliter.
 Cur igitur non bene: Quia quod bene, id rectè, frugaliter,
 honestè. 2. de Finib. 45. a
 Itaque omnia signa, &c. honoris Pop. Romani causa sanè
 frugaliter domum suam deportauit. pro Domo sua, 86. a
 Frugaliter loqui. de Finib. 70. b
 Frumentum.
 Æstimatum frumentum ternis denariis. 5. Verr. 185. a
 Nam & ex horreis direptum effusumque frumentum vias
 omnes angiportusque constrauerat. Diuin. lib. 1. 63
 Frumentum prouinciæ frumentariæ. pro Dom. 215. b
 Frumentum ex agris in loca tuta comportatur. 5. ad Att. 35
 Ciues Romani qui frumentum cōpresserant, magnum nu-
 merum populis pollicentur. ad Att. 82. b
 Frumentum in Asia & Sicilia emendum curarent. 15. ad At-
 ticum. 17
 Exarare frumentum. 5. Verr. 73. a
 Frumentum imponere, quod munus in Repub. sordidius
 15. ad Att. 19
 Luxuriosa frumenta. in Orat. 45. a
 Frumentarius.
 Frumentarius prædo. 5. Verr. 64. a
 Non igitur videtur nec frumentarius ille Rhodius, nec hic
 ædium venditor celare emptores debuisse. 3. Offic. 73
 Causa frumentaria. in Verr. 150. b
 Frumentaria magna largitio. 2. Offic. 107. a
 Frumentaria lex C. Gracchi. pro Sest. 90
 Lex Sempronia frumentaria. de Clar. 143. b
 Frumentaria procuratio. de Arusp. respons. 40
 Frumentaria res. pro Domo sua, 10. & 21
 Lucrum frumentarium. 5. Verr. 73. a
 Rei frumentariæ omnis potestas toto orbe terrarum Pom-
 peio daretur. 4. ad Att. 5
 Frumentariam legem de semissibus & trientibus tulit L. Sa-
 turninus. 1. ad Heren. 21
 Consistere in re frumentaria. 5. Verr. 10. a
 Frumentariæ prouinciæ. pro Domo sua, 8. & 21. 9. ad Att. 31

Frumentor.

Neque solus cum ista copia tantam multitudinem sustinere
 poteris, vt frumentatum cas. Att. lib. 8. 163. 3. a
 Fruor.
 Fruor dum licet: opto vt semper liceat. Papirio, lib. 9. 17. 4. a
 Sed tamen recordatione nostræ amicitie sic fruor, vt beatè
 vixisse videar, quia cum Scipione vixerim. de Amicit. 14. a
 Incredibili, qua nunc vestro beneficio fruor, lætitiæ voluptate
 caruissim. Postquam. 198. b
 Vterque enim summo bono fruitur. de Finib. 74. b
 Certis fundis patre viuo fruitur filius. pro Rosc. Amer. 25. a
 Numerus liberiore quadam fruitur licentia. in Orat. 21
 Præsentibus fruitur sapiens. 1. de Finib. 94. a
 Quod si istis ipsis voluptatibus bona ætas fruitur, libentius
 primùm paruulis fruitur rebus, vt diximus: &c. de Senec-
 tute, 44. a
 Lucem qua fruimur, comoda quibus vtimur, spiritum quem
 ducimus, à deo nobis dari videmus. pro Rosc. Amer. 78. a
 Quibus rebus fruimur atque vtimur. de Nat. deor. 57. b
 Neque nos te fruimur, & tu nobis cares. Att. lib. 2. 16. 7. a
 Omnibus qui patriam conseruauerint, adiuerint, auxerint,
 certum esse in celo ac definitum locum, vbi beati æuo
 sempiterno fruuntur. de Somn. Scip. 8
 Agri Bithyniæ Regii, quibus nunc publicani fruuntur. con-
 tra Rullum, 76. b
 Hodie Volaterrani fruuntur nobiscum simul hac ciuitate.
 pro Domo sua, 229. b
 Vctigalibus non fruuntur, qui redemerunt. de Arusp. 258. b
 Non tam id sentiebam cum fruebar, quàm nunc cum care-
 bam. Postquam. 198. b
 Dum vita fruebatur. 2. de Finib. 169. a
 Vtatur suis oportet & fruatur, qui beatus est. 1. de N. d. 143. a
 Eum esse beatum, qui præsentibus voluptatibus fruere-
 tur, consideretque se fruiturum, aut in omni, aut in maiori
 parte vitæ. Tusc. quæst. lib. 3. 34
 Vsum fructum omnium bonorum suorum Cæsennæ legat,
 vt fruere- tur vnà cum filio. pro Cecin. 9
 Quorum animi cum æternitate fruere- tur, dii ritè sunt ha-
 bitori. 2. de Nat. deor. 90. a
 Mihi liceret eius vrbis quam conseruassim conspectu, tran-
 quillo animo & quieto frui. pro Syll. 172. b
 Beneficiis atque honoribus frui. Brutus Ciceroni, 16. 8. a
 Frui summo bono. Tusc. quæst. lib. 3. 35
 Frui dignitate sua. 6. famil. 7
 Frui gaudio & gratulatione. 10. Philipp. 269
 Gratia & opibus alicuius frui. Lentulo, lib. 1. 9. 90. a
 Frui alicuius indiguitate. in Pis. 80
 Frui libertate propria. epist. 17. b
 Frui proprio officio philosophiæ. Tusc. quæst. lib. 3. 31
 Frui otio. Offic. 3. 5
 Si pace frui volumus, bellum gerendum est. 7. Philip. 229. a
 Frui sermone alicuius. de Senect. 11. a
 Ideirco illum vita frui noluit. de Claris Orat. 53. b
 Vita & comamuni spiritu frui. 4. in Catil. 79. a
 Frui voluptate amatoria. Tusc. quæst. lib. 4. 61
 Frui venereis voluptatibus. Tusc. quæst. lib. 4. 57
 Frui magnis, multis, perpetuis & animo & corpore volu-
 ptatibus. de Finib. lib. 1. 32
 Frui vsu amici & moribus. de Amicit. 31. a
 Satiatis verò iucundius est carere, quàm frui. de Senect. 87. b
 Non solum paranda nobis, sed etiam fruenda est sapientia.
 lib. 1. de Finib. 3
 Iustitiæ fruendæ causa videntur olim bene morati reges
 constituti. 2. Offic. 58. a
 Suauitatis equidem nostræ fruendæ causa cuperem te ad id
 tempus venire quod dixeras. 2. ad Q. frat. 37
 Diligenter tenendum esse modum voluptatis fruendæ. Off. 21. b
 Ea quæ gignuntur nobis ad fruendum. de Legib. 172. b
 Agro bene culto nihil potest esse nec vsu huberius, nec spe-
 cie ornatus: ad quem fruendum non modò non retardat,
 verum etià inuitat atque allecat senectus. de Senect. 53. a
 Amicitie quid haberent voluptatis carèdo magis intellexi,
 quàm fruendo. Postquam. 198. b

Nobis hæc fruenda relinqueret. pro Mil. 113. b
 Conficere pecuniam de vctigalibus non fruendis, sed alie-
 nandis. contra Rullum, 71. b
 Fruens.
 Quibus fruentem voluptatibus. de Nat. deor. 1. 59
 Fructus.
 Amœnitate summa fructus est. in Hortensio, a
 Fretus.
 Fretus conscientia officii mei, beneuolentiæque, hæc ad te
 scripsi liberius. Appio, lib. 3. 7. 19. a
 Fretus fuga, auxilioue. 3. Tusc. 76. a
 Si fretus gratia postulabat aliquid iniquus Alphenus. pro
 Quintio, 47
 Fretus intelligentia vestra, disse. 6 breuius, quàm causa de-
 syderat. de Nat. deor. 1. 35
 Fretus aliqua hora. pro Rosc. Amer. 65
 Fretus voce. 1. Offic. 159. a
 Tum ingenio freta malitia peruertere vrbes, & vitas homi-
 num labefactare assuevit. 1. de Inuent. 5. a
 Et quamquam partis & fundatis amicitis fretum ac muni-
 tum esse oporteret, tamen in ipsa petitione amicitie per-
 multæ ac perutiles comparantur. de Petit. Consul. 17
 Freti tua humanitate tibi consilium dabimus. Att. li. 9. 179. 1. a
 Quæ duo plerique ingenio freti simul faciunt. de Or. 118. b
 Innocentia freti, nobilitate nixi, potètia sulti. Antequam. 6. a
 Fructus.
 Percipitur ex literis fructus. Cassio, lib. 15. 14. 5. a
 Quod autem tributum est bono viro & grato, in eo cum ex
 ipso fructus est, tum etiam ex cæteris. Offic. 46. b
 Fructus ingenii & virtutis, omnisque præstantiæ tum ma-
 ximus accipitur, quum in proximum quenque cõfertur.
 Lælius, 62
 Iocunditatis fructus. pro Murena, 38. a
 Libertatis fructus iucundissimus. Antequam iret in exil. 1. a
 Modò vt tibi constiterit fructus otii tui. 7. fam. 1
 Possè liberalitate vt, nimirum est pecuniæ fructus maximus.
 2. Offic. 44. a
 Pietatis cuiusdam fructus. pro Sestio, 58. a
 Fructus huberrimus. Tusc. quæst. 174. b
 Est enim diuitiarum fructus in copia, copiam autem, &c.
 Partit. 125. b
 Virtutis fructus gloria. in Pisonem, 44. a
 Causa fructus aut delectationis inuisere res rusticas. 1. de
 Orat. 129. a
 Nihil est quod tibi fructui maiori gloriæque esse possit. 10.
 famil. 9
 Hoc ad animi mei fructum atque lætitiæ ducere esse perma-
 gnum. de Lege Agrar. 21. a
 Amicitiam si ad fructum nostrum referemus, non ad illius
 commoda, &c. de Nat. deor. 1. 86
 Ad fructum partim, partim ad vsum hominum, partim ad
 vescendum procreatæ sunt pecudes. 1. de Legib. 37. a
 Mihi iam ad vitæ fructum nihil potest acquiri. 3. in Catil. 71
 Frueretur enim bonis cum eo, &c. sed hunc fructum matu-
 rē fortuna ademit. pro Cecinna, 9. a
 Adijunge fructum amicitiarum: in quo à doctis positum est
 quum consilium omnis vitæ consentiens & penè con-
 spirans, tum summa iucunditas è quotidiano cultu atque
 victu. Tusc. quæst. lib. 5. 53
 Voluptatum fructum auferit solitudo. de Amicit. 73. a
 Immortalem fructum vestri in me amoris cepi. in Pis. 24. a
 Ex tuis literis cepi fructum maximum. de Arusp. resp. 243. b
 Quo quidem die magnorum meorum laborum, multarum
 vigiliarum fructum cepi maximum. ad Att. 174. b
 L. Fufius ex accusatione M. Aquilii diligentia fructum ce-
 perat. de Claris Orat. 184. b
 Cuius ex miseris vidèdo fructum caperes maiorem, quàm
 audiendo. pro Sylla, 184. b
 Et amicos tanquam pecudes, eos potissimum diligunt, ex
 quibus sperant se maximum fructum esse capturos. de
 Amicit. 67. a. Hoc est, utilitatem & commodum.
 Edunt nullum fructum ex se sine hominum cultu oues. 2.
 de Nat. deor. 136. a

Vtriusque temporis fructu tui maximum. pro Dom. 133. b
 Asia multos annos nobis fructum Mithridatico bello non tulit. contra Rull. 81. b
 Fructum diuturnum beneficii mei patria non tulisset. 3. de Legibus. 14
 Fructum ferre alicui. 10. famil. 30
 Ferre fructum ex aliquo. Pollio Ciceroni. lib. 10. 32. 15. a
 Serere beneficii ut metere possis fructum. Antequam. 192. b
 Gloriae magnum fructum ex rebus gestis percipere. pro Archia. 17. a
 Modestia fructum aliquem percipere. pro Sylla. 1. a
 Vitae superioris fructum perdere. 2. de Diuin. 36. a
 Catilina aliis fructum libidinum pollicebatur. altis. &c. in Catilinam. 106. b
 Tyro mirabilis utilitatis fructum mihi praebet. Att. 104. b
 Si quaeris quid putem. ego fructum puto. ad Att. 168. b
 Theophrastus talium sumptuum facultatem. fructum diuitiarum putat. Offic. 44. b
 Earum rerum omnium vel in primis hic A. Licinius fructum a me repetere prope suo iure debet. pro Archia. a. Metaphora a villico. a quo villae dominus rationem fructuum solet exigere.
 Repetere officii praemium & fructum. Antequam. 193. b
 Qui spe posteritatis fructumque ducitur. pro Rabir. 96. b
 An partus ancillae in fructu sit habendus. de Finib. 51. b
 Quibus incommodo morbi. etiam caeteri fructus vitae relinquendi. pro Mur. 135. b
 In quos enim sumptus abeunt fructus praediorum. ad Atticum. 171. b
 Qui tibi ex me fructus debetur. eos huberiores & praestantiores capere potuisses. epist. 10. b
 Frugum fructuumque reliquorum perceptio & conseruatio. Offic. 35. b
 Asia parte aliqua suorum fructuum. pacem sibi sempiternam redimat atque otium. ad Q. frat. 296. b
 Vbertas frugum & fructuum. de Nat. deor. 77. b
 Si ad fructus nostros. non ad illius commoda referemus. de Nat. deorum. 25. b
 Honestae acta superior aetas. fructus autoritatis capit extremos. de Senect. 90
 Huberes & diuturnos fructus capere. pro Cael. 63. a
 Nec ex his tempestiuos fructus capere possemus. Offic. 35. b
 Fructus praetermissos tuae suauitatis praeteriti temporis omnines exegero. 4. ad Att. 1
 Ego non. ut oportebat. laetos & huberes fructus ex Repub. sed magna acerbitate permittos tui. pro Planc. 75. a
 Praesentes fructus negligamus: posteritati & gloriae seruiamus. pro Sestio. 126. a
 Tempestiue demetere & percipere fructus. de Senect. 64. a
 Serere. percipere. & condere fructus. de Senect. 22. a
 Fructus doctrinae percipere. 9. famil. 11
 Neminem esse diuitem nisi qui alere possit suis fructibus exercitum. in Parad. 57. a
 Certare cum vsuris fructibus praediorum. in Catil. 108. b
 Ut esset locus comparandis condendisque fructibus. contra Rullum. 83. b
 Nec ex nouis fructibus est unde tibi reddam quod accepi. de Claris Orat. 166. b
 Fructibus suis satisfaciunt. aut pecuniam soluant. 13. fam. 78
 Ager bellis infestus. fructibus variis. caelo ac loco calamitosus. contra Rullum. 81. b
Fructuarius.
 Agros quos fructuarios habent ciuitates. tuo beneficio vult immunes esse. Caelius lib. 8. 9. 10. a
Fructuosus.
 Ager quauis fertilis. sine cultura fructuosus esse non potest. 2. Tuscul. 10. a. de Amicit. 67. a
 Aratio fructuosa. mercatura quaestiuosa dicitur. 5. Tuscul. 125. a
 Ars operosa & perinde fructuosa. 1. de Finib. 109. a
 Rustica res bene culta & fructuosa. pro Quint. 7. a
 Ea virtus quae est fructuosa aliis. de Orat. 140. b
 Non modo liberale. sed interdum etiam fructuosum est. paulum nonnunquam de iure suo decedere. 2. Offic. 93. a

Nisi quod fructuosum sit. Laelius. 67
 Fructuosam eam rem sibi putabit fore. 1. de Legib. 32
 Putatisne vos illis rebus frui posse. nisi eos qui vobis fructuosi sunt. conseruaueritis: pro Lege Manil. 10. a
 Quae arationes in populi Romani patrimonio glandiferae & fructuosae ferebantur. 2. Philipp. 100
 Virtutes fructuosae. 2. de Orat. 187. a
 Beneficia fructuosa. Antequam iret in exilium. 1. a
 Praedia pulchra & fructuosa. pro Sexto Rosc. 25. b
 Quod ex istis fructuosis rebus receptum est. 15. ad Att. 31
 Rem non fecit deteriore. haud iam scio an fructuosorem. ad Atticum. 226. b
 Ager Corinthius & fructuosissimus. contra Rullum. 62. b
 Fructuosissima professio. 10. famil. 15. in epist. Planci.
 Sicilia fructuosissima & opportunissima. 5. Verr. 194. a
Frustra.
 Frustra tempus contero. pro Rosc. Comodo. 24. a
 Ut aut. quoad dem posthac literas. scia. aut ne dem frustra. Att. lib. 5. 92. 2. a
 Illa quae habes de Academicis. frustra descripta sunt. ad Atticum. lib. 13. 271. 2. a
 Nec frustra ac sine causa quid facere. dignum deo est. quod abhorret ab hominis constantia. 2. de Diuin. 187. a
 Implorare frustra auxilium alicuius. 2. de Orat. 78. a
 Nec me vixisse poenitet. quoniam ita vixi. ut non frustra me natum existimem. de Senect. 76. a
 Haec si verbis explicare conemur. earum rerum frustra suscipiatur labor. de Vniuers. 47
Frustror.
 Cocceius vide ne frustreretur. ad Att. lib. 12. 20
 Si Syriae spes eum frustrata esset. epist. 190. b
 Frustrata est haec me spes. Lentulus Ciceroni. lib. 12. 14. 2. a
 De omni statu. consilioque totius vitae aut certare cum aliis pertinaciter. aut frustrari cum aliis. tum etiam me ipsum velim: 4. Academic. 117. a
Frustratio.
 In quo hanc capio voluptatem. &c. tantum maiore his frustratio dolorem attulit. Placus ad Ciceronem. lib. 10. 23. 10. a
Frustum.
 Necessum enim est ossa obiecta cadere frustum ex pulliore quum pascitur. 1. de Diuin. 53. a
 In coetu vero populi. negotium publicum gerens. Magister equitum. cui ructare turpe esset. is vomens. frustis esculentis vinum redolentibus. gremium suum & totum tribunal impleuit. 2. Philipp. 74
Fruticor.
 Excisa enim est arbor. non euulsa: itaque quam fruticetur vides. Att. lib. 15. 9
Fucus.
 Fucus & cincinni poetae. 3. de Orat. 56. a
 Lam illud teneto diligenter. si eum qui tibi promiserit. fucum. ut dicitur. facere velle senseris. ut te audisse. aut scire distimules. de Pett. Consul. 24. a
 Non sanguine diffusus. sed illitus fuco color. 3. de Or. 110. a
 In his omnibus inest quidam sine villo fuco veritatis color. de Claris Orat. 84. a
 Prensat vnus P. Galba sine fuco ac fallaciis. more maiorum. Att. lib. 1. 1
 Sententiae verae sine pigmentis fucoque puerili. 1. de Oratore. 101
Fuco.
 Quae etiam si essent. &c. formare. fucare. colorare. animare non possent. 1. de Nat. deor. 152. a
Fucatus.
 In qua naturalis inest non fucatus nitor. de Clar. Orat. 18. a
 Vicinitas non fucata. non fallax. non erudita simulationis. pro Planc. 17. a
 Candoris & ruboris fucati medicamenta omnia repellentur. elegantia modo & munditia remanebit. in Orat. 43. a
 Signa probitatis non fucata specie forensi. pro Planc. 24. a
 Fucata ineptis omnia. pro Murena. 23. a
 Secerni autem blandus amicus a vero. &c. quam omnia fucata & simulata a synceris atque veris. Laelius. 78

Fucosus.
 Fucosa & ambitiosa amicitia. Att. lib. 1. 55
 Merces fallaces quidem & fucosa. pro Rab. Posth. 24. a
 Fuga. Fugatus. Fugax. Vide Fugio.
Fuffia.
 Fuffia lex. 3. in Verrem. 76
Fufidius.
 Fufidius in aliquo patronorum numero fuit. de Clar. 58. a
Fugio.
 Fugit antequam scit aut quem fugiat. aut quod. 8. ad Att. 19
 Quod nostrum illum non fugit Catonem. de Inuent. 43. b
 Verum hoc amentem hominem fugit. in Verr. 205. b
 Neque hoc Q. Catulum hominem sapientissimum atque amplissimum fugit. 2. Verr. 27. a
 Fugit me ad te scribere de illo. 7. ad Att. 57. & 13. 65. Id est. in mentem non venit.
 Neque enim quenquam vestrum fugit. cum multi. &c. pro Murena. 16. a
 Illud alterum quam sit difficile. te non fugit. ad Att. 201. b
 Quamquam cupiditatem hominibus iniuciat vacuitas. non te fugit. Brutus ad Ciceronem. li. 11. 10. 4. a. i. non ignoras.
 Si telum manu fugit. 3. de Orat. 87
 Quod si curam fugimus. virtus fugienda est. de Amic. 43. a
 Nisi quae me forte fugiunt. haec sunt ferere omnium de animo sententia. 1. Tuscul. 19
 De Caesare fugerat me ad te scribere. ad Q. frat. lib. 2. 27.
 Hoc est. non memineram ad te scribere de Caesare.
 Illos autem id fugerat superiores. de Finib. 102. b
 Non te fugiet vti consilio. 12. fam. 45. Id est. memineris.
 Non fugisset hoc Graecos homines. de Orat. 107. b
 Casurine in conspectum videatur animus. an tanta sit huius tenuitas. ut fugiat aciem. 1. Tuscul. 42. Hoc est. ut videri non possit. de acie enim oculi loquitur.
 Alia siqua forte est actio. quae nos fugiat. dic quae sit. discere cupio. pro Cecinna. a
 Nulla res est in vsu militari posita. quae huius viri scientiam fugiat. pro Lege Manil. 20. a
 Et ab omni quod abhorret ab aurium oculorumque comprobatione. fugiamus. Offic. 26. b
 Non enim sum id dicturus quod ego inuenerim. sed quos illos non fugerit. pro Cecin. 62. a. Id est. quod ipsi non ignoraerint.
 Fugere sapientis esse negabant Stoici. ad Brut. 36
 Afernari. odisse. fugere (amare. consecrari. adipisci velle. lib. 1. de Finib. 25
 Fugere a conditionibus. 16. famil. 16
 Fugere. vitare. declinare aliquid. Partit. 235. b
 Fugere & praeteruolare aliquos. in Orat. 114. a
 Fugere appetenda. de Finib. lib. 5. 25
 Fugere congressus hominum. Lael. 73. & 3. famil. 14
 Fugere conspectum alicuius. Offic. 3. 4. pro Lege Agr. 60. a
 Fugere e manibus. pro Cael. 52. a
 Fugere hominem oculis. in Pison. 35
 Fugere infamiam. ad Lentulum. lib. 1. 1. 4. a
 Fugere omne munus. Att. lib. 11. 212. 2. a
 Fugere nomen inuidiosum voluptatis. 4. Acad. 250. a
 Fugere suspicionem. Att. lib. 15. 324. 2. a
 Recordationes. quae morsu quodam dolorem efficiunt. fugere. Att. lib. 12. 241. 9. a
 Fugere viam. 9. famil. 26
 Fugere vitam decreui. si viuus ista subterfugere non potero. ad Octauium. 48
 Nec vero rei familiaris amplificatio nemini nocens vituperanda est. sed fugienda est semper iniuria. 1. Offic. 38
 Turpitudine fugienda. adipiscenda honestas. 2. Tuscul. 111. a
 Longa animi prouisione fugiendum vitiosum genus dicendi. in Orat. 110. a
 Voluptatem etiam & per se expetendam esse. & dolorem ipsum per se esse fugiendum. lib. 1. de Finib. 24
 Sentio ludices moderatum mihi esse iam orationi meae. fugiendamque vestram fatietatem: non versabor in vno genere diuinus. & ita caetera de oratione tollam mea. ut tamen in causa relinquam. 5. Verr. 84

Fugiens.
 Biduo me Antonius antecessit. itinera multo maiora fugiens. quam ego sequens. Brutus ad Ciceronem. lib. 11. 22
 Qui vinum fugiens vendat sciens. debeatne dicere: non necesse putat Diogenes: Antipater viri boni existimat. 3. Officiorum. 122. a
 Fugientem materiam cum ea coniunxit. de Vniuers. 17
 Fugientem recipere. 12. famil. 26. in epist. Lentuli.
 Nec voluptatem relinquentes. nec fugientes laborem. 5. de Finibus. 102. a
Fugio.
 An ab iis qui quaestionem fugitant. bona possident. in caede atque ex caede viuunt: pro Rosc. Amer. 47
Fuga.
 Desperata fuga latronis. 5. Philipp. 186
 Fuga flagitiosa & calamitosa. 8. ad Att. 2
 Repressa est fuga quae parabatur. Att. lib. 7. 144. 1. a
 Turpissima ab vrbe fuga. Att. lib. 7. 138. 2. a
 Fuga animi. Tuscul. quaest. lib. 4. 13
 Fuga desidia. Academic. quaest. edit. 2. lib. 1. 17
 Quos fuga distraxit. 4. famil. 39
 Laboris fuga desidiam coarguit. pro Mur. 7. a
 Fuga laborum & dolorum. de Finib. lib. 1. 26
 Axilla ala factus est. fuga literae vastioris. Orat. 211. b
 Operarum fuga. Q. frat. lib. 2. 7. 4. a
 Fuga reditusque Themistoclis. 5. famil. 31
 Fuga portus erat in tuis castris. ad Brut. 13
 Fuga nihil simile haberet hic discessus. 10. fam. 48. in epist. Planci.
 Incertae & periculosa fuga se dare. Att. lib. 7. 141. 3. a
 Aut exilii mortem fugam
 Aut semper aliquam molem meditabar mali: &c. Tuscul. quaest. lib. 3. 26
 Exilium & fugam deprecari. 3. de Orat. 6. a
 Fugam exequi. 2. Philipp. 68
 Isti modo videant qua ratione hanc inultam meam fugam ferre possint. Antequam iret in exil. 12. a
 Conferre se in fugam. pro Cecin. 16. a
 Coniicere se in fugam. pro Caelio. 50. a
 Dant se in fugam milites. 6. Verr. 85
 Fugam intercludere. 7. ad Att. 59
 Occisi. captique sunt interclusi fuga. 15. famil. 17
 Non dubito quin in fuga sit. modo effugiat. 7. ad Att. 65
 Fuga vel occultatione tutantur se quaedam animantes. de Nat. deorum. 2. 96
 Post has fugas & formidines. 8. ad Att. 52
Fugax.
 Ego fugax Crispe Sallusti. in Sallust. 273. b
 Pedes fugaces. Sallust. in Cic. 271. b
 Breuia. fugacia. & caduca existima. ad Plancum. lib. 10. 27.
 Id est. caduca & temporaria.
Fugitiuus.
 A iure & legibus fugitiuus. 6. Verr. 100. a
 Dicitur mihi tuus seruus fugitiuus Vardaci esse. Vatinium Ciceroni. lib. 5. 9. 5. a
 Conuentus ferorum & immanium fugitiuorum ac latronum. Parad. 33. a
 Fugitiuorum deiectione copiae. 4. ad Att. 15
 Princeps fugitiuorum Athenio. 5. Verr. 55. a
 Dolabella habet legionem. habet fugitiuos. in Ant. 233. b
 Viuebat cum fugitiuis. Tuscul. quaest. 240. b
Fugo.
 Homines inermes. qui ad constitutum experiundi iuris gratia venissent. armis. viris. terrore. periculoque mortis repulerit. fugarit. auerterit. pro Cecin. 24. a
 Cadere & fugare aliquem. Brutus Ciceroni. 6. 3. a
 Lapidibus aliquem fugare & ferro. de Arusp. respons. 5. a
Fugatus.
 Ab altaribus religiosissimis fugatus. de Arusp. resp. 245. b
 Qui armis pulsus fugatusque est. pro Cecin. 29. b
 Hostis fugatus. Octauio. 12. a
 Concio fugata. 6. Philipp. 206. a
 Hostes fusi. fugati. Offic. 75. b

Hostes caecos fugatosque effe. ad Att. 277.b

Fulcinus.

C. Fulcinus legatus Rom. a Veientum rege interemptus. 9. Philipp. 259

M. Fulcinus Tarquinienfis argentarius. pro Cecina. 8 Fulcio.

Hermum ut rogas, creberrimis literis fulcio. Att. lib. 5. 55 Horum Consulium ruinas, vos Consules vestra virtute fulcistis. post red. in Senatu. 16.a

Vndique fulcire aliquid. de Arusp. resp. 55.a Beneuolentia fulcire imperium. 3. Offic. 117.a

Labentem re, fortuna, fide fulcire & sustinere. pro Rabirio Posthumo. 37.a

Sed quid eos colligam, quum habeam Chryspum, qui fulcire putatur porticum Stoicorum? 4. Acad. 134.a

Rempub. labentem & propè cadentem fulcire. 2. Philip. 66.a Subsidiis magnis Rempub. fulcire. Cassio, lib. 12. 5. 3.a

Fulcire ruinas. post red. in Senatu. 16

Omnibus enim modis fulciendi sunt qui ruunt, nec coherere possunt propter magnitudinem ægritudinis. Tusc. quæst. lib. 3. 51

Fultus.

Pluribus & grauissimis rebus aliquorum causa fulta est. pro Corn. Balbo. 28.a

Vitis, quæ naturâ caduca est, & nisi fulta sit, ad terrâ fertur: &c. de Senect. 48.a

Partim innocentia freti, partim potentia amicorum fulti, partim nobilitate nixi. Antequam iret in exil. 6.a

Partes mundi maximo calore fultæ sustinentur. de N. d. 2. 18 Fulgeo.

Illæ quæ fulgent lucem ex ore corusco. in Arat. b

Qui nitent vnguentis, qui fulgent purpura, &c. in Catil. 28.a Si Chaldaum, si aruspice videris, si fulserit, si tonuerit, si tatum aliquid erit de cælo, &c. 2. de Diuinat. 221.a

Fulgere ad oculos alicuius. 8. ad Att. 20 Fulgens.

Candore nimio fulgens circus lacteus. in Arato. 29.a Ioue fulgente, cum populo agi nefas esse. in Vatin. 15

Hunc etiam Augures nostri quum dicunt, Ioue fulgète, tonante: dicunt enim cælo fulgente, tonante. 2. de N. d. 94.a

Fulgentia ebore & auro tecta. in Parad. 14.a Fulgentes gladios hostium videbant Decii, quum in aciem eorum iruebant. 2. Tusc. 100.a

Fulgur.

Iouis fulgor. in Somnio Scip. 15.a Fulgore collucere atque illustrari Iouis Opt. Max. templum oportebat. 6. Verr. 62.a

Eximio fulgore corona illa hic posita est. 2. de Nat. d. 156.a Fulgores & tonitrua. 2. de Diuinat. 64.a

Esti, inquit, Antoni minimè impediendus est interpellatione iste cursus orationis tuæ, patière tamè, mihi que ignoscas. 2. de Orat. 22. a

Itaque literæ quidem meæ impediuntur, in quibus sine vlla interpellatione verbor. Leptæ, lib. 6. 18. 10. a

Interpellator.

Molesti alieni sermonis interpellatores Dialectici. ad Herennium, lib. 2. 49. a

Sed interpellatores illic minus molesti. Att. lib. 15. 17

Diçtabat se hortulos aliquos emere velle, quò inuitare amicos, & ubi se oblectare sine interpellatoribus posset. 3. Officiorum, 75. a

Interpolo.

Quod vult inquam renouare honores eosdem, quominus rogam prætextam quotannis interpolo, decernendum nihil cenfeo. ad Quint. frat. lib. 2. 14. 2. a

Aliquid demendo, mutando, curando, ne litura appareat, interpolando. 3. Verr. 112

Interpono.

De Ascanione, tu verò quod voles, facies: me nihil interpono. ad Quint. frat. lib. 3. 26

Quòd si auctoritatem interponis sine armis, magis quidem laudo: sed vide ne hoc ipsum non sit necesse. 13. Phil. 354. a

Cur te interponis inuitissimis his, quibus maximè lex consultum esse vult. 1. Verr. 12. a

Inter quas variis clausulis interponit se rarò numerosa comprehensio. Orat. 219. b

Clodius vocabat tribus, se interponebat, & c. pro Mil. 18

Hæc interposui P. C. vt me purgarem. in Ant. 261. b

Acerbiorem legem & duriora edicta interposuit. in Verrem, 157. b

Neque interea verbum vllum interposuit Næuius, aut societatem sibi quippiam debere, aut priuatim Quintium debuisse. pro Quint. 8

Itaque sapientius meo quidem iudicio facies, si te in ista pacificationem non interpones. Lepido, lib. 10. 59

Quid enim me interponere audacia tuæ, quem neque auctoritas huius ordinis, neque existimatio Pop. Romani, neque leges vllæ possent coercere. 2. Philip. 36

Hoc quum palam Decumani tota prouincia loquerentur, tuumque nomen in re tam turpi nefariaque interponerent, nihilne tibi venit in mentem existimationi tuæ consulere? 5. Verr. 111. a

Vt etiam modò: nisi autem interposuisssem, concurrissent. Orat. 211. b

Quid me interponam, cum vtatur matris consilio? 15. ad Atticum, 19

Num quem putes illius tui certissimi gladiatoris similem Trib. pl. posse reperiri, qui se interponat, quo minus reus mea lege fias. in Vatinius, 29. a

Interponere accusatorem. 3. Verr. 20. a

Interponere conciones. de Orat. 201. b

Interponere fidem suam in aliquam rem. pro Roscio Amerino, 67. a

Non oportuit antè supplicium, quam iudicium interponere. de Inuent. 72. b

Proprium est Academia, iudicium suum nullum interponere. 2. de Diuinat. 115

Potuit certius interponere iudicium voluntatis suæ, quam quum etiam accusatorem huius multa & pena multa uide: pro Corn. Balb. 33. a

Pro exterarum nationum commodis inimicitias suscipere: ad periculum accedere: operam, studium, laborem interponere. 1. Verr. 35
Ait se misisse & confirmasse, suam interposuisse auctoritatem. 5. Verr. 105. a
Digressio extra causam interponitur, aut criminationis causa, aut, &c. de Inuent. 48. b
Cur in ea re tam veteri noua hæc restipulatio interponitur pro Sext. Rosc. 51. b
Sæpe etiam versus interponitur, vel vt est, vel paululum immutatus. de Orat. 132. b
In iurciurando dii immortales tum iudices, tum testes interponuntur. de Leg. 172. b
Deinde interponitur ab accusatore suspicio ex coniecturis. ad Heren. 10. b
Quasi enim ipsos induxi loquentes, ne inquam & inquit sæpius interponeretur. de Amicit. 3. a
Nisi ista tua potentia in hac causa interponeretur. in Verrem, 72. b
Petatur hæreditas ea, quæ nulla debetur in prædam Prætoris interponatur nomen ciuitatis. 3. Verr. a
Mediocres argumentationes interponi, & in medio collocari oportet. ad Heren. 19. b
Maiores voluerunt certis in rebus interponi quæstiones. ad Heren. 8. b
Itaque bellum nefarium illatum Reip. quum viderem, nullam moram interponendam insequendi M. Antonium putavi. 6. Philip. 205. a
Quod quum audissemus, nullam moram interponendam putauimus, quin videremus hominem nobiscum, & studiis eisdem, & vetustate amicitie coniunctum. 1. Acad. 2. a
Quin ab Siculis ob decreta interponenda pecuniam accepit. 4. Verr. 83. a
Sed res multis querelis de Rep. interponendis nulla transacta est. ad Quint. frat. lib. 1. 7. 2. a

Interponens.
Hæc te scire volui, scripsique sedatore animo, quam proximè scripseram, nullum meum iudicium interponens, sed exquirens tuum. Att. lib. 3. 147. 14. a

Interpositus.
Dies intermissus vnus, aut nox interposita sæpe perturbat omnia. pro Murena, 39. a
Ego interpositam Senatus auctoritatem sustinui. in Pisonem, 80. b
Offensionem periculosam esse propter interpositam auctoritatem religionemque video. epist. 7. b
Lusitani contra interpositam fidem interfecti. de Clar. Oratoribus, 172. b
Hæc igitur habenda gratia est D. Bruto, qui illum nondum interposita auctoritate vestra, suo consilio atque iudicio non vt Consulem recepit, sed vt hostem arcuit. 5. Philippicorum, 191. a
In hoc maximè vitiosa est ciuitas, quod largitione interposita virtutis obliuisci solet. de Petit. 213. b
Literas ad se ab amico missas, offensione aliqua interposita, in medium protulit. in Ant. 162. b
Vos reiectione interposita repentini iudices confedistis. pro Sylla, 185. b
Lentulus prouinciam, quam forte habebat, interposita religione deposuit. in Pif. 90. b
Vehementes habeat repentinos impetus, spatio interposito & causa cognita confenscat. pro Cluent. 3
Si ea decreta c o s. quæ de Cæsaribus actis interposita sunt, non seruantur, magnam perturbationem fore. Att. 263. b
Postulata hæc ab eo interposita sunt, quominus quod opus esset ad bellum, a vobis pararetur. Att. lib. 7. 134. 3. a
Paucis interpositis diebus iterum Lælius dixit. de Cla. Oratoribus, 127. b
Ita propè x l. diebus interpositis, tum denique se ad ea quæ a nobis dicta erunt, responsuros esse arbitrantur. 2. Verri- narum, 10. a
Interpositis diis immortalibus, tum iudicibus, tum testibus societatis ciuium inter ipsos. 1. de Legib. 14

Obnuntiationibus per Scæuolam interpositis. Att. 64. b
Multis inter nostrum tuumque initium dicendi interpositis oratoribus. de Clar. Orat. 185. b
Iste pœnis, compromissisque interpositis, h. s. c. c. extorquenda curauit. 4. Verr. 46. a

Interpositus.
Tum ipsa incidens in vmbra terræ, quum est è regione Solis, interpositu, interiectuque terræ, repente deficit. 1. de Nat. d. 148. a. De Luna.

Interpositio.
Vna omnino interpositio difficilior est, quam ne ipse quidem facile legere soleo, de quadrimo Catone. ad Tironem, lib. 16. 31
Cum personarum certarum interpositione. de Nat. d. 43. b
Quæstionem autem eam appellat, quæ habeat in se contro- uersiam in dicendo positam, sine certarum personarum interpositione, ad hunc modum, vt, Quid sit bonum, &c. 1. de Inuent. 12. a

Interpres.
A. Valentinus est in Sicilia interpres: quo iste interprete, non ad linguam Græcam, sed ad furta & flagitia vti solebat. 5. Verr. 71. a
Nec conuerti vt interpres, sed vt orator, sententiis iisdem, & earum formis tanquam figuris, verbis ad nostram consuetudinem aptis. de Opt. gen. Orat. 148. a
Interpres auguriorum. Orat. 211. b
Tum auis illa videri possit interpres & satelles Iouis. 2. de Diuinat. 111. a. De Aquila.
Interpres iuris. in Topic. 3. a
Mentis interpres est oratio. de Legib. 162. b
Coniectur quidam, & interpres portentorum. 2. de Diuina- tione, 90. a
Interpres somniorum Stoicorum vaferrimus habetur Chry- sippus. de Nat. d. 1. 29
Interpres Sibyllæ. de Nat. d. 60. b
Interpres voluntatis alicuius. de Inuent. 79. b
Ita quemadmodum in Senatu semper est aliquis, qui inter- pretè postulet, sic isti nobis cum interprete audiendi sunt. de Finib. 145. b
Vt interpres egeat interprete. de Diuinat. 132. b
Si Pœni in Senatu nostro sine interprete loquerentur. de Diuinat. 135. b
Nullam artem literis sine interprete, & sine aliqua exercita- tione percipi posse. Trebatio, lib. 7. 20. 3. a
Quo ego interprete nouissimè ad Lepidum sum vsus. episto- larum, lib. 10. 35
Interpres indiferti. de Finib. lib. 3. 12
Astrologi interpretes cæli. de Diuinat. 127. b
Interpres comitorum. de Nat. d. 2. 8
Interpres deorum aruspices. de Nat. d. 2. 9
Augures qui Iouis maximi interpretes internuntiique sunt. 13. Philip. 352
Interpres Iouis optimi maximi publici augures signis & auspiciis postea vidento. 2. de Legib. 18
Qui aut sequestres aut interpretes corrumpendi iudicii solent esse. 2. Verr. 23
Interpres iuris veteres Sex. Ælius & L. Acilius verba quæ- dam legis x l. tabularum non satis se intelligere dixe- runt. 2. de Legib. 55
Interpres legis nostræ quo capite iubentur sumptus & lu- ctum remouere à deorum manium iure, hoc intelligunt in primis sepulchrorum magnificentiam esse minuendam. 2. de Legib. 58
Legum interpretes iudices. pro Cluent. 44. b
Interpres poetarum, grammatici. 1. de Diuinat. 64. a
Interpres portentorum, qui Galeotæ tum in Sicilia nomi- nabantur. 1. de Diuinat. 71. a
Sensus interpretes & nuntii rerum. de Nat. d. 54. b
Mali verborum interpretes. 15. famil. 48. in epist. Attici.
Quod erant multa obscura, multa ambigua, explanationes adhibita sunt interpretum. 1. de Diuinat. 190. a
Ea quibus bene percepta sunt, hi non sæpe falluntur. Malè coniecta, malèque interpretata, falsa sunt, nō rerum vitio,

sed interpretum inscientia. 1. de Diuinat. 192
Ad interpretes religionum iusta funerum reiecit Plato. 2. de Legibus, 61
Per amicos & interpretes agere aliquid. 6. Verr. 44. a
Sequimur igitur in hac quæstione potissimum Stoicos, non vt interpretes, sed, vt solemus, è fontibus eorum, iudicio arbitrioque nostro quantum, quoque modo videbitur, hauriemus. Offic. 2. b
Improbissimis literis quidam, fallacibusque interpretibus ac nuntiis impulerunt in spem certissimam Consulatus. ad Brutum, 21. 22
Testamento si recitatus hæres esset pupillus, sique iam an- nos viginti haberet, vobis interpretibus amitteret hære- ditatem. pro Cecin. 295. b
Quid autem volunt ea significantes, quæ sine interpretibus non possumus intelligere? de Diuinat. 119. b
Interpretibus vt in hac re. 10. famil. 24. in epist. Planci.

Interpretor.
Hoc quod sit non facile interpretor. de Arusp. 252. b
Rectène interpretor sententiam tuam? Tuscul. 198. b
Quæ si tu interpretaris de nostris ædibus scripta esse, non repugno. pro Domo sua, 239. b
De Triario bene interpretaris voluntatem meam. Att. 95. b
Hetruria scientissimè interpretatur quid, quibusque osten- datur portentis. de Diuinat. 99. b
Si tanquam illi ipsi acerbitatis aliquid acciderit, dolemus eius summam felicitatem, non satis animo interpreta- mur. de Clar. Orat. 165. b
Hoc vos per deos immortales, quale sit, non interpretami- ni. in Ant. 100. b
Hoc nonnulli ridiculè interpretantur, qui me idcirco pu- tent bene audire velle, vt ille malè audiat. de Natura deo- rum, 84. b
Veremur ne interpretentur illud oppidum ab Italia non fa- tis abesse. Att. 41. b
Quorum omnium interpretes, vt grammatici poetarum, proximè ad eorum, quos interpretantur, diuinationem videntur accedere. de Diuinat. 87. b
Itaque id Senatusconsultum plerique interpretantur etiam ad duos captiuos pertinere. Att. 174. b
Reditu enim in castra, liberatum se esse iurciurando inter- pretabatur: non rectè. 3. Offic. 155. a
**Epistolam eius, quam modò totidè ferè verbis interpreta- tum sum, &c. de Finib. 85. b
Euhemerus, què noster & interpretatus & secutus est præ- ter cæteros Ennius. 1. de Nat. d. 163. a
Panætius, quem multum in his libris secutus sum, non in- terpretatus. Offic. 45. b
Somnia, quæ Magi Cyro interpretati sunt ex Dionysii Per- sici libris. de Diuinat. 90. b
Tu hoc idem (quod ego dico) interpretabere. pro Cecin- na, 102. b
Id Senatusconsultum tu interpretabere pro tua sapientia. ad Seruilium, lib. 13. 96
Quod atrociter in Senatum dixisti, aut non dixisses, aut mi- tiorem in partem interpretarere. pro Murena, 59. a
Animaduerte igitur, rectène hac sententiam interpreter. de Finib. 68. b
Iam virtutem ex consuetudine vitæ, sermonisque nostri in- terpretemur, nec metiamur eam, vt quidam indocti, ver- borum magnificentia. de Amic. 20
Secundum naturam viuere: quod ita interpretemur, viuere ex hominis natura vndique perfecta, & nihil requirente. 5. de Finib. 46. a
Nunc nostri hostes ibi sunt, & te non habemus, & veremur ne interpretentur, illud quoque oppidum ab Italia non satis abesse. Attic. lib. 3. 47. 2. a. Id est, propius ab Italia ab- esse, quàm lege prescriptionis exceptum sit.
Rogavi vt interpretaretur, quid esset, quod ille scriberet, con- silio meo se vti velle. 9. ad Att. 46
Sed verecundus augur, sine collegis de auspiciis non in- terpretaretur. in Ant. 195. b
Quasi verò priscum aliquod aut insolitum verbum inter-**

pretaretur. pro Corn. Balbo, 29. a
Nec quicquam aliud est philosophia, si interpretari velis, quàm studium sapientiæ. 2. Offic. 6. a
Non satis grato animo interpretari. de Clar. Orat. 3. a. Hoc est, in bonam partem non accipere.
Interpretari de re aliqua. 16. ad Att. 45
Bene dicta malè interpretari. de Nat. d. 75. b
Peruerse philosophorum disputationem interpretari. de Nat. deor. 75. b
Tuam epistolam interpretari ipse vix poteram. Att. 250. b
Si verò hoc quod accidit, interpretari velis. pro Plancio, 270. b
Qui ius interpretari populo, & respondere soliti sunt. de Legib. 158. b
Interpretari legem, & æquitate explicare. 7. Philippica- rum, 263. a
Iudicem legi parère, non interpretari legem oportet. de In- uentione, 78. b
Interpretari ac procurare monstra. Diuinat. lib. 1. 3
Interpretari quale id tibi videretur. 15. ad Att. 44
Interpretari sententias perfacile est: quid enim negotii est eadem propè verbis iisdem conuersa dicere? 2. de Legi- bus, 15
Verborum vim interpretari. de Fato, 31. a
Interpretari voluntatem alicuius ex aliquo facto vel euen- tu. ad Heren. 9. b
Consilium ex necessitate, voluntatem ex vi interpretari. pro Rab. 127. b
De ratione interpretandi. de Finib. 9. Academ. 43. b. & ad Herennium, 9. b
Vestri hæc confirmant interpretando quorsum quidque pertineat. de Nat. d. 71. b
In ipso nomine legis interpretando inest vis & sententia iusti & iuris colendi. de Leg. 171. b
Interpretando explanare rem obscuram. de Claris Orato- ribus, 178. b
**Omnium bonarum artium scriptores ac doctores & legen- di & peruolandi, & exercitationis causa laudandi, interpretandi, corrigendi, vituperandi, refellendi: &c. 1. de Orat. 76. a
Quod si à te erit impetratum, sic velim existimes, me de tua liberalitate ita interpretaturum, vt tuo summo beneficio me affectum iudicem. Att. lib. 16. 341. 6. a
Quæ est autem gens, aut quæ ciuitas, quæ non extis pecu- dum, aut monstra aut fulgura interpretantium, prædi- ctione moueatur? de Diuinat. lib. 1. 10**

Interpretatus.
Vesta quasi focus vrbis, vt Græco nomine est appellata: quod nos propè idem Græcum interpretatum nomen tenemus. 2. de Legib. 48. a
**Ex quo ita illud somnium esse interpretatum, vt, &c. 1. de Diuinat. 95. a
Verba quæ ex Hetruscis in te conuersa, ea interpretata di- cuntur. de Arusp. 252. b**

Interpretatio.
Interpretatio est quæ non iteras idem, redintegrat verbum: sed id cōmutat quod positum est alio verbo quod idem valeat, hoc modo: Remp. radicitus euertisti, ciuitatè funditus deiecasti. ad Heren. lib. 4. 190
In quo erat accusatoris interpretatio indigna responsione, qui ita dicebat comiter esse communiter, quasi verò pri- scum aliquod aut insolitum verbum interpretaretur. pro Corn. Balb. 62. b
Senectuti verò ornandæ quod honestius esse potest perflu- gium, quàm iuris interpretatio. Orat. 101. b
Iuris ciuilis cognitio & interpretatio. Offic. lib. 2. 96
Nimis callida, sed malitiosa iuris interpretatio. 1. Officio- rum, 49
**Interpretatio nominis habet acumen, cum ad ridiculum conuertas, quam obrem ita quis vocetur, &c. 2. de Orato- re, 142. a
Eius igitur somnii, quæ sit à coniecturibus interpretatio fa- cta videamus. de Diuinat. 89. b**

Verbi vis & interpretatio. contra Rull. 67. b

An cuius linguam populi non nosset, interpretationem fœderis non tenebat: pro Corn. 57. b

Causa habens interpretationem legum satis acuta. de Opt. gen. 144. b

Neque ea interpretatione mea aut ornatus explicari, aut planius exprimi possunt. Orat. 87. b

Controversia vel contentio ex scripti interpretatione. de Orat. 96. b. & 119. b

Verbi interpretatione se defendere. Partit. 241. b

Depravatione verbi vrgeri. de Orat. 100. b

Interpunctus.

Sed & festiuitatem habet narratio distincta personis, & interpuncta sermonibus: &c. 2. de Orat. 178. a

Distincta alios & interpuncta interualla delectat. Or. 201. b

Distinctionis enim, non defatigationis nostræ, neque librariorum notis, sed verborum & sententiarum modo interpunctas clausulas in orationibus esse voluerunt. 3. de Orat. 95. a

Interpunctum.

Clausulas enim & interpuncta verborum, animæ interclusio & angustia spiritus attulerunt. 3. de Orat. 100

Interpunctio.

Res enim sunt parua, propè in singulis literis atque interpunctionibus verborum occupata. pro Murena, 21

Interquiesco.

Quum hæc dixissem, & paululum interquiescissem, Quid igitur, inquit, &c. de Clar. Orat. 46. a

Interregnum.

Aut si per Trib. pleb. non patitur, tamen quiescat rem adduci ad interregnum. ad Att. 107. & 143. b

Ad interregnum comitia adducta, rumor dictatoris iniucundus bonis. ad Quint. frat. 37. b

Res videtur spectare ad interregnum. ad Quint. fratrem, lib. 3. 18. 5. a

Ad interregnum rem non venire. 9. ad Att. 32

Quis enim tot interregnis iure consultum desiderat: epistolarum, 100. b

Interrex.

L. Flaccus interrex legem de Sylla tulit, vt omnia quæcunque ille fecisset, rata essent. contra Rull. 88. b

Interrex noster legem tulit, vt dictator quem vellet ciuium indicta causa impune posset occidere. 1. de Leg. 31

Interrex & patritius, & à patritio prodi solitus. pro Domo sua, 30

Si Sylla potuit efficere ab interrege vt dictator diceretur, & magister equitum, cur hic non possit ad Att. 151. b

Ego omnibus vnde petitur, hoc consilii dederim, vt à singulis interregibus binas aduocationes postulent. epist. 100. b

Interrogo.

Interrogas me, num in exilium non iubeo. in Cat. 99. b

Qui ita interrogant, ab iis iridentur. Academ. 10. b

Socrates interrogabat quædam geometrica de dimensione quadrati. 1. Tusc. 89. a

Interrogabat suos in clamore ipso quis esset qui fame plebem necaret. ad Quint. frat. lib. 2. 7. 3. a

Quid enim te de Hispaniensibus flagitiis tuis, sordidissimisque furtis interrogem: in Vatin. 9. a

Sic ego te vicissim eisdem de rebus interrogem. in Part. 1. a

Si quis deus te interroget, &c. vtinam quid roget. Academicarum quæst. 20. b

Sed vt oratione perpetua malo, quàm interrogare, aut interrogari. de Finib. lib. 1. 22

Interrogare aliquem lege. pro Domo sua, 60

Interrogari ab aliquo. Acad. 10. b

Interrogari de aliquo. de Orat. 118. b

Socrates percunctando atque interrogando dicere solebat eorum opiniones, quibuscum differebat. de Finib. 64. b

Hic meus frater à Philippo interrogatus quid latraret, furē se videre respondit. 2. de Orat. 121

Vt interrogando vrgeat, vt rursus quasi ad interrogata sibi ipse respondeat. in Orat. 76. a

Te interrogante augures responderunt. pro Dom. 221. b

Interrogassit.

Quum magistratus iudicasset, interrogassitve, per populum multæ pœnæ certatio esto. 3. de Legib. 8. a. Legitur & in ro.

Interrogatio.

Interrogatio non omnis grauis est, neque coccinna: sed hæc, quæ cum enumerata sunt ea, quæ obsunt causæ aduersariorum, confirmat superiorem orationem, hoc pacto, &c. 4. ad Heren. 167

Rectè genus hoc interrogationis ignauum atque iners nominatum est. de Fato, 22

Interrogationes fallaces & captiosæ. Academ. quæst. edit. 1. lib. 2. 44. de Finib. lib. 4. 7

Interrogatiuncula.

Pungunt quasi aculeis, interrogatiunculis angustis. 4. de Finib. 6

Sed minutis interrogatiunculis, & quasi punctis, quod proposuit, efficit. in Parad. 3

Interrumpo.

Pontes, quos feceram, interrupti. Plancus Cic. lib. 10. 48

Quæ occupatio etsi summa est, tamen nulla esse potest tanta, vt interrumpat iter amoris nostri & officii mei. Attic. lib. 4. 71. 1. a

Contingere idem terræ necesse, vt omnibus eius partibus in medium vrgentibus nihil interrumpat, quo labefactari possit tanta cõtentio grauitatis & ponderu. de N. d. 49. b

Interruptus.

Non offendes eundem bonorum sensum Lentule, quem reliquisti: qui confirmatus Consulatu nostro, nonnunquam postea interruptus, afflictus ante te cõs. recreatus abs te, totus est nunc ab iis, &c. Lentulo, lib. 1. 9. 61. a

Amicitia longis interuallis temporis interrupta. epistolarum, 251. b

Interrupta consuetudo. 15. fam. 38

Interpellatio familiaris mei, qua paulò antè interrupta est oratio mea. de Prouinc. Consul. 72. b

Sed multa varietate temporum interruptum officium cumulatè reddidi. 5. fam. 18

Et quod continuatum, & interruptum, & imago, & sibi ipsi responsio, &c. 3. de Orat. 115. a

Interruptæ atque morientes voces. pro Cæl. 47. a

Neque tam faciliè interrupta contexo, quàm absoluo instituta. 1. de Leg. 14. a

Hosque qui incolunt terram, non modò interruptos ita esse, &c. Somn. Scip. 21

Interruptis ac morientibus vocibus significare aliquid. pro Cælio, 47

Interruptè.

Erit autem perspicua narratio, si verbis vstatis, si ordine temporum conseruato, si non interruptè narrabitur. 2. de Orat. 179. a

Interfendo.

Nec quia nusquam erat scriptum, vt contra omnes hostium copias in ponte vnus assisteret, à tergoque pontem interfendi iuberet. 2. de Legib. 17. a

Interfcribo.

Nam quas multò antè tuas acceperam literas, in quibus epist. 117 ter scripseras, quid esset mihi faciendum de relinquendo, eæ me pungebant. 6. ad Att. 117. 3. a

Interfeco.

Vt eas res inferere atque interfecare videamur in animis auditorum. ad Heren. 20. b

Interseptus.

Interseptum iter. pro Corn. Balb. 34. a

Tamen terrenis concretisque corporibus sunt intersepta foramina quodammodo. Tusc. q. lib. 1. 39

Interspiratio.

Interpirationis enim, non defatigationis nostræ, neque librariorum notis, &c. 3. de Orat. 95. a

Intersum.

Tu plura audis, & interès consiliis. Att. 237. b

Tybris inter eos & Pons interest. in Cat. 111. b

Qua in re ego interfui. epist. 219. b

Sæpe interfui querelis meorum æqualium. de Senect. 78. b

Ipsè interfuit & præfens vidit. de Inuent. 61. b

Rofcius ne in conuiuio quidem vllò ferè interfuit. pro Sex. Roscio, 13. pro Font. 3. a. pro Cluent. 130. a

Quæ gerantur, accipies ex Pollione qui omnibus negotiis non interfuit solum, sed etiam præfuit. Lent. lib. 1. 6. 1. a

Qui nostro sermoni interfuit. ad Brut. lib. 11. 7. 1. a

Hic testamento faciendo interfuit. pro Cluent. 52. b

Publicis consiliis nullis interfuiimus. Att. lib. 2. 38. 2. a

Interfuerunt decem anni. 3. de Leg. 11. a

Cuius inter primum & sextum Consulatum sex & quadraginta anni interfuerant. de Senect. 56. a

Non modò vt non præfesset vlli negotio, sed etiam vt ne interesset quidem. ad Planc. lib. 13. 30. 9. a

Si maria, montes, regionum magnitudines interessent, odiffes eum. in Ant. 246. b

Melioris ciuis & viri putabā, quouis supplicio affici, quàm illi crudelitati non solum præfesse, verum etiam interesse. epist. 8. b. & Att. 139. b

Non placet Stoicis, singulis icorum fissis, aut auium cantibus interesse deum. de Diuinat. 140. b

Interesse disputationi. lib. 1. de Finib. 11

Interesse in aliquo. de Inuent. 54. b

Quibus in rebus interesse non possumus. pro Sext. Rosc. 36. b. 3. ad Quint. frat. 11

Voluerunt eos in suis rebus ipsos interesse. 5. Verr. 12. a

In quo me interesse necesse sit. 10. fam. 3

Ne in publicis quidem, siquid erit in quo me interesse necesse sit, vnquam deero, &c. Planco, lib. 10. 2. 3. a

Ratiocinatio dicitur tum interfuisse, cum, &c. de Inuentione, 64. b

Quibus in rebus alicuius firma autoritas videbitur interfuisse. ad Heren. 3. b

Intertrimentum.

Cum eo Iunio sine vllò intertrimento conuenerat iam quæ admodum traderetur. 3. Verr. 94. de æde Castoris loquitur.

Interuallum.

Duplum & triplum interuallum. in Verr. 199. b

Interuallum infinitum & immensum. Diuin. lib. 2. 72

Quantum interuallum inter te atque illū interiectum putas: pro Rab. 93. b

Vide quantum interuallum sit interiectum inter maiorum nostrorum consilia, & istorum demetiam: illi, &c. hi, &c. contra Rull. 83. b

Tu, si interuallum longius erit mearum literarum, ne sis admiratus. ad Trebatium, lib. 7. 34

Interuallo dierum iam amplius 1. 3. ad Quint. frat. 10. pro, à diebus amplius 1.

Interuallo duplo & triplo orbis septem dispaes moueri iussit. de Vniuers. 33

At cum in Italia bellum tam propè à Sicilia, tamen in Sicilia non fuit: quid mirum: ne quum in Sicilia quidem fuit, eodem interuallo pars eius belli in Italiam vlla peruasit. 7. Verr. 5. a. Id est, eodem tempore.

Et ille Latinus ἀπὸ τῆς ἀπορίας ex interuallo regustādus. 4. ad Atticum, 49

Nullò interuallo interiecto. de Finib. lib. 2. 93

Vt quoniam interuallo locorum & temporum distincti sumus, per literas tecum quam sapissimè colloquar. epistolarum, 6. b

Interuallo maiore has literas tibi misi. 8. famil. 9. in epistola Cælii.

Satis longo interuallo post iterum aduocantur. pro Cluentio, 55. b

An laureata illa amittet longo interuallo viriditate: de Prouinc. 75. b

Longo interuallo iudicium inter sicarios hoc primum committitur, quum interea cædes indignissimæ maximæque factæ sint. pro Rosc. Amer. 7. a. Id est, post longum interuallum.

Fuit enim lōgo interuallo ita liber Senatus, vt vos aliquando liberi essetis, &c. 6. Philippicarum, 204. a. Id est, post longum interuallum.

Interim satis longo interuallo quum esset, cum L. Lucullo in Siciliam profectus. pro Arch. 4. a

Hodierno die longo interuallo ad spem libertatis exarsimus. in Ant. 194. b

Longo interuallo studium aliquod intermittere. Tusc. q. lib. 1. 1

Si cum animis vestris longo interuallo recordari illius vitam volueritis. pro Cluent. 32. b

Satis eum longo interuallo ad suam villam reduximus. Academ. 36. b

Longo interuallo veterem consuetudinē retuli. in Ver. 79. b

Cum res priuatæ longo interuallo iudicii repetentur. de Clar. Orat. 32. b

Maiorum consuetudo longo interuallo repetita atque relata. 1. Verr. 37. a

Persciam vt huius ordinis autoritas, quæ apud maiores nostros fuit, eadem nunc longo interuallo Reipub. restituta videatur. contra Rull. 65. b

Studia quæ longo interuallo intermissa reuocauit. Academicarum quæst. 148. b

Venio nunc longo sanè interuallo ad quandam epistolam, quæ, &c. Att. 282. b

Longo interuallo Romam venis. pro Flac. 161. b

Interim satis longo interuallo venit Heracleam. pro Arch. poeta, 186. b

Interim neque ita lōgo interuallo ille venit. pro Flac. 156. b

pro Murena, 18

Verfabatur in Sicilia longo interuallo alter, non Dionysius ille, &c. 7. Verr. 113. a

Quoniam longo interuallo modò primum te paulò hilariorē video. de Clar. Orat. 166. b

Longo enim interuallo video mutata esse omnia. Att. 177. b

Illa quæ quasi longo interuallo interiecto videmus. Officiorum, 7. b

Primum vt te tanto interuallo viderem. epist. 251. b

Et nos longo interuallo videris. Att. 3. b

Me per longo interuallo propè memoriæ temporūque nostrorum primum hominem nouum consulem fecistis. contra Rull. 66. b

Neque Mercurius à sole longius quàm vnus signi interuallo discedit. de Nat. d. 36. b

Ego verò interuallo tanto claustra ista nobilitatis refregi. pro Murena, 127. b

Interuallo tanto nihil omnino ad vos. 11. ad Att. 8. sub. scripserim.

Primum vt te, quem iam diu facio plurimi, tanto interuallo viderem: deinde, vt tibi, &c. ad Cassium, lib. 15. 14. 4. a. Id est, post tantum interuallum.

In geometria, lineamenta, formæ, interualla, magnitudines. de Orat. 100. b

Interualla infinitè diuidi possunt. Academicar. quæst. ed. 2. lib. 1. 21

Interualla imparia, sed tamen pro rata portione distincta. Somn. Scip. 17

Interualla sesquialtera, sesquitercia, sesquioctaua. de Vniuers. 19

Interualla locorum mediocria. 3. ad Heren. 126

Interualla sonorum. Tusc. q. lib. 1. 34

Interualla vocis in loquendo. ad Heren. 20. b

Distinctio & æqualium & sæpe variorum interuallorum percussio numerum conficit. de Orat. 160. b

Interuallorum longorum & breuium varietas. Orat. 214. b

Interuallorum in dicendo longiorum utilitas. 3. ad Heren. 113

Interualla contrahere. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 21

Dolor si longus, leuis: dat enim interualla & relaxat. de Finibus, 84. b

Interualla diducere. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 21

Interualla dupla & tripla explere. de Vniuers. 19

Et ad dolores ita paratus est, vt meminerit maximos morte finire, paruos multa habere interualla requietis. 1. de Finibus, 76. a. Hoc est, multas habere horas in quibus quiescere possit æger.

Satis autē, & quasi sparsis animis, fore uti certis temporum intervallis oriretur animal, quod esset ad cultum deorum aptissimum. de Vniuers. 55

Crebris intervallis & diuisionibus oportebit uti. ad Herennium, 2. b

Sonus intervallis coniunctis imparibus, sed tamen pro rata portione distinctis. de Somn. Scip. 128. b

Anaximandri opinio est natiuos esse deos, longis intervallis orientes, occidentesque. de Nat. d. 1. 19

Amicitia longis intervallis temporis interrupta. epist. 251. b

Vtendum est locis multis, illustribus, explicatis, modicis intervallis. de Orat. 141. b

Intervallis partes ita locabat, ut in singulis essent bina media. de Vniuers. 29

Numerus intervallis, compositio vocibus apparet. Orat. 214. b

Numerum in cadētibz guttis, quod intervallis distinguntur, notare possumus. de Orat. 160. b

Illi octo cursus septem efficiunt distinctos intervallis sonos. de Somn. Scip. 129. b

Quod metiri possumus intervallis æqualibus. de Oratore, 160. b

Pedes non syllabis, sed intervallis metiendi. Orat. 216. b

Quæ autem moueantur, omnia intervallis moueri. Acad. quæst. edit. 2. lib. 1. 20

Trochæus qui temporibus & intervallis est par iambo. Orat. 214. b

Interuenio.

Quam orationē quum ingressus essem, Cassius interuenit. Att. lib. 15. 326. 2. a. ad Quint. frat. lib. 1. 2. 3. a

Casus viro mirificus quidam interuenit quasi testis opinionis meæ. epist. 98. b

Sed citò Curio interuenit qui te à meretricio quæstu abduxit. in Ant. 169. b

Hic qui interuenit me intuens. de Nat. d. 1. 13

Staius interuenit nonnullorum querelis, quæ apud me de illo ipso habebantur. Att. 299. b

Vlysses interuenit, occisum conspiciatur. ad Heren. 4. b

Quid eundem in Septemuiratu nonne destituiti? interuenit enim. in Ant. 179. b

Nisi C. Virgilius interuenisset. de Prouinc. 70. b

Cum multi boni viri ex occulto interuenissent. pro Cluentio, 27. b

Vereor tamen ne molesti vobis interuenierimus. de Oratore, 110. b

Epicurus exiguum dicit fortunam interuenire sapienti. 1. de Finib. 49

Magni interest Ciceronis, me interuenire discenti. Attico, 231. b

Vt si interuentum est, cum ageretur aliquid. Top. 227. b

Interueniens.

In magna parte vitæ dolore non interueniente. 3. Tusculan. quæstio. 67. a

Interuentus.

Interuentus alicuius aut interpellatio. Partit. 231. b

Caleni interuentum & Caluene cauebis. Att. lib. 16. 28

Suppedatio bonorum, nullo malorum interuentu. de Nat. deor. 153. a

Tum interuentu Pontini pugna sedatur. in Cat. 112. b

Quod vereor, ne tardius interuentu Varronis nostri facias. Attico, 55. b

Interuentor.

Omnis ferè nostra in his deliberationibus consumebatur oratio, idque & sæpe aliàs & quodam liberiore, quam solebat, & magis vacuo ab interuentoribus die. de Facto, 4. a

Interuerto.

Ille induxit ut peteret: promissum & receptum interuertit, ad seque transtulit. 2. Philip. 85. a

Interuersus.

Candelabrum quod rex Ægypti Ioui Capitolino dono tulerat à Verre, qui illud commodato à rege acceperat, interuersum esse conqueritur. 6. Verr. 60. a

Qui si intellexerint, interuerso regali hoc dono, grauius

vos tulisse, grata fore vobis Populoque Romano sua studia ac dona arbitrabuntur. 6. Verr. 60. a

Is postea quam intellexit, posse se interuersa ædilitate à L. Pisone Consule Prætorem renuntiari. pro Domo sua, 86

Interuiso.

Vrbanam expolitionem vrget ille quidem, sed etiam ipse crebro interuiso. 3. ad Quint. frat. 5

Tæque & istam rationem otii tui & laudo vehementer, & probo: quodque nos minus interuisis, hoc fero animo æquiore. Matio, lib. 7. 5

Intestatus.

Huic hæreditas n. s. quingentorum millium venerat à muliere quadam propinqua, atque ita propinqua, ut ea etiam si intestata esset mortua, Epicratem Bidinorum legibus hæredem esse oporteret. 4. Verr. 38. a

Haud hæres est Cluentius: intestatum dico esse mortuum. pro Cluent. 132. a

Intestato.

Si paterfamilias intestato moritur, familia, pecuniæque eius, agnatorum gentiliūque esto. 2. de Inuentione, 231. a. 1. de Orat. 90. a

Si tabulæ testamenti non proferrentur, tum uti proximum quenque potissimum hæredem esse oporteret: si is intestato mortuus esset, ita secundum eum possessio daretur. 3. Verr. 80. a

Intestinum.

Intestinis tum astringentibus se, tum relaxantibus, reliquæ cibi depelluntur. 2. de Nat. d. 104

Cum grauius ex intestinis laborarem. epist. 107. b

Ex intestinis autem & aluo secretus à reliquo cibo succus is quo alimur, permanat ad iccur per quasdam à medio intestino vsque ad portas iccoris (sic enim appellant) ductas & directas vias, quæ pertinent ad iccur, eique adherent. 2. de Nat. d. 205. a

Intestinus.

Intestinus dolor. 4. fam. 15. in epist. Seru. Sulpitii.

Bellum intestinum ac domesticum. in Cat. 228. b. pro Domo sua, 48

Ingrauescit enim indies intestinum malum. ad Brut. 20

Inclusum malum intestinum ac domesticum est. contra Rullum, b

Intestinum vrbis malum. epist. 179. b

Intexo.

Læta tristibus, incredibilia probabilibus inteximus. in Partit. 8. a

Cum parua magnis, simplicia coniunctis, obscura dilucidis inteximus. Partit. 230. b

Te autem *δομῆς* intexui, faciāmque id crebrius. Attic. lib. 13. 280. 1. a. De Academicis.

Aliquid in causa prudenter intexere. Orat. 114. b

Scis me antea orationes, aut aliquid id genus solitum scribere, ut Varronem nusquam possem intexere. Attico, libro 13. 13. Id est, eum loquentem inducere, ut sit in dialogis.

Intextus.

Vestis coloribus variis intexta. ad Heren. 38. b

Vtræque autem crebræ, multæque toto corpore intextæ, vim quandam incredibilem artificiosi operis diuinique testantur. 2. de Nat. d. 208. a. De venis & arteriis.

Intimus, Vide Intra.

Intingo.

Alterum quod totum arte intinctū videtur, tametsi artem requirit, tamen prudentiæ est mediocris quid dicendum sit videre. 2. de Orat. 65. a

Intolerabilis.

Intolerabilis Antonius. Att. 260. b

Intolerabilis foeditas odoris. epist. 185. b. de Nat. d. 51. b

Admodum intolerabilis iniuria. de Amicit. 100. b

Intolerabilis insolentia. ad Quint. frat. lib. 1. 1. 60. a

Intolerabile est seruire impuro. in Ant. 185. b

Cui nihil intolerabile ad demittendum animum videri potest. Tusc. 217. b

Intolerabile frigus. pro Rosc. Amer. 77. a

Intolerabile vitium. de Orat. 199. b

Intolerabili dolore lacerari. Academicarum quæst. edit. 1. libro 2. 24

Intolerabilia mihi omnia ad dolorem. 11. ad Att. 28

Intolerabilia tributa exegi. 3. fam. 17

Quid peruersius, quid intolerabilius? 4. de Finib. 34. a

Intolerandus.

Intolerandus tyrannus. in Vat. 33. b

Hæc immanis atque intoleranda barbaria. pro Font. 28

Res indigna & intoleranda videbatur omnibus. in Verrem, 218. b

O magnum atque intolerandum dolorem. 7. Verr. 92. a

Nunc prospicite omnium rerum infinitam atque intolerandam licentiam. in Verr. 259. b. & pro Sext. Rosc. 24. b. contra Rul. 63. b

Intoleranter.

Possumusne nos contemnere dolorem, quum ipsum Herculeum tam intoleranter dolere videamus? 2. Tusc. 20

Intolerantius se iactare. 2. de Orat. 115. a

Et quoniam pecunias aliorum despicias, de tuis diuitiis intolerantissimè gloriaris. in Vatin. 22

Intolerantia.

Perspicite quanta potestas permittatur: non priuatorum infaniam, sed intolerantiam regis esse dicetis. pro Leg. Agraria, 44. a

Quis eum cum illa superbia atque intolerantia ferre potuisset? pro Cluent. 90. a

Intono.

Partibus intonuit cali pater ipse sinistris. 1. de Diuinatione, 173. a

Iam enim hesternæ concione intonuit vox perniciose designati Collegæ tui, &c. pro Murena, 73. a

Intonus.

Scindens dolore identidem intonsam comam. 3. Tusc. 105. a

Intorqueo.

Sed vereor ne Pompeio quid oneris imponam, *Μη μοι γρηγέτω κε φάλιν ἑνεοίο τελέωρε* intorqueat. 9. ad Att. 19

Si quod in me telum intorserit, statim me esse arrepturum arma iudiciorum atque legum. de Arusp. resp. 6. a

Alteris enim versibus intorquentur inter fratres grauissimæ contumeliæ. Tusc. q. lib. 4. 64

Intorquens.

Testius in dicendo mentum intorquens. 2. de Orat. 148

Intra.

Intra arma & præsidia aliena venire. 8. ad Att. 36

Intra cælum geniti dii. de Vniuers. 45

Ipse intra carcerem. ad Heren. 24. b

Omnia non modò commemorabuntur, sed etiam expositis certis rebus agentur quæ intra decem annos, postea quam iudicia ad Senatum translata sunt, in rebus iudicandis nefariè flagitiosæque facta sunt. 2. Verr. 24

Ingrediens intra finem eius loci, quem, &c. pro Cecin. 289. b

Intra fines hos vertentur. 8. fam. 32. in epist. Cælii.

Epulamur vnà non modò non contra legem (si vlla nunc lex est) sed etiam intra legē. ad Partum, lib. 9. 62. Id est, minus consumimus quam præscripserit lex.

Antiochus intra montem Taurum regnare visus est. pro Sest. 16. b

Sed quoniam Cæsar fortasse arbitraretur me hanc rem non putare, si perpetuò tacerem, modicè hoc faciam, aut etiam intra modum, ut, &c. 4. fam. 13

Cum tantum insideat intra muros mali. Brut. 289. b

Locus intra Oceanum iam nullus est, quo, &c. in Verr. 1. b

Nulla intra Oceani ostium nauis est. pro Pomp. 10. b

Intra parietes, aut summo iure experiri. pro Quint. 20

Quod facile fuisset, nisi intra parietes meos de mea perniciose consilia inirentur. Att. 43. b

Qui regionibus exclusi intra præsidia atque intra arma aliena venissent. Att. 117. b

Artis est, nosse regiones intra quas venire debeas, ut peruectiges quod quæras. 2. de Orat. 80. a

Interior.

Interior est ille proprius. de Orat. 118. b

Motus interior. in Somn. Scip. 32. a

Societas & interior & propior. 3. Offic. 90. a

Vicinus interior. ad Quint. frat. lib. 1. 41

Interior fecit deus animo corporeum omne. de Vniuers. 33

Interior est etiam, eiusdem ciuitatis esse. Offic. 11. b

Oratio ne infingat interior, ne excurrat longius. 3. de Oratore, 105. a

Nihil est interior mente. de Nat. d. lib. 1. 20

Africam interiorem obtinens. in Sallust. 11. a

Interiorem partem in sex diuisit. de Vniuers. 33

Tactus, quem philosophi interiorem vocant. Acad. q. ed. 2. lib. 2. 21

Quod interiore epistola scribis, &c. ad Quintum fratrem, lib. 3. 12

Quod animal est, id motu cietur interiore. de Somn. Scipionis, 131. b

In interiore ædium parte totius Reip. nundinæ. 5. Philippicarum, 171. a

Interiores & reconditæ literæ. 3. de Natura deorum, 19. 3. familiarium, 41

Illam interior iam vestra sunt. pro Domo sua, 241. b

Regna interiorum nationum. pro Pomp. 16. b

Sed hæc quoque in promptu fuerint, nunc interiora videamus. 2. de Diuinat. 185. a

Opus est huc limatulo & polito tuo iudicio, & illis interioribus literis meis, quibus sæpe verecundior me in loquendo facis. Volumnio, lib. 7. 58

Intimus.

Intimus, proximus, familiarissimus quisque aut sibi pertinet, aut mihi inuidit. ad Quint. frat. lib. 1. 57

Antonius intimus erat Clodio. in Ant. 169. b

Intimus homo. 13. fam. 93

Intimus meus. 13. fam. 5

Animi quidam intimus sensus. de Inuent. 65. b

Intimus sermo. 2. Tusc. 90. a

Intimus tactus. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 69

Intima cogitatio. pro Syl. 179. b

Intima pars vrbis. 7. Verr. 76. a

Quæ disputatio non est huius instituti, sed artis intimæ. Orator, 114. b

Nemo est in ludo gladiatorio paulò ad facinus audacior, qui se non intimam Catilinæ esse fateatur. in Catil. 31. a

Penitus in eam ipsam disputationem penè intimam peruenistis. de Orat. 93. b

Itaque abdidit se in intimam Macedoniam. epist. 217. b

Nam si essent in vestibulo balnearum, non laterent: sin se in intimum conicere vellent, nec satis commodè calceati & vestiti id facere possent, & fortasse non reciperentur: nisi fortè mulier potens quadrantaria illa permutatione familiaris facta erat balneari. pro Cælio, 50

Multa admiscui ex intima philosophia. Academic. quæst. ed. 2. lib. 1. 6

Sed penitus ex intima philosophia haurienda iuris disciplina est. de Legib. 159. b

Discordia, ira acerbior intimo odio & corde concepta. 4. Tusc. 32. a

In eo sacrario intimo fuit signum Cereris perantiquum. 6. Verr. 88

Intimi familiares. 3. fam. 2

Te cti esse ad alienos possumus: intimi multa apertiora videant necesse est. pro Rosc. Amer. 68. a

Intimæ ædes. 3. Verr. 36. a

Ad intima istorum consilia peruenimus. in Verr. 69. b

Intimorum multitudo. 6. fam. 52

Itaque in ea dea, quæ est rerum custos intimarum, omnis precatio & sacrificatio extrema est. de Nat. d. 39. b

Intima omnia conferre discupio. 8. familiar. 44. in epistola Cælii.

Sed angor intimis sensibus. Att. 82. & 72. b

Lucius Valerius est ex meis domesticis atque intimis familiaribus. epist. 31. b

Itaque in intimis est meis, quum antea notus non fuisset. 13. famil. 56. & 4. ad Att. 40

Intimè.

Quarum altera est de Blaudenio Zeuxide, quem scribis certissimum matricidam tibi à me intimè commendari. ad Quint. frat. lib. 1.37

Intractatus.

Nemo est, qui non equo, quo consuevit, libentius utatur, quam intractato & nouo. de Amic. 60

Intro.

Vt cibum tibi intro ferre liceat. 7. Verr. 91. a

Intro.

Rabirius regnum intravit. pro Rab. 126. b

Nisi animus antequam corpus intrasset, in rerum cognitione viguisset. Tusc. 161. b

Qui illum olearum ordinem intrasset. pro Cecin. 289. b

Cum intrasset pomerium habendi Senatus causa. de Nat. deorum. 2. 9

In provincia verò ipsa si quem es nactus qui in tuam familiaritatem penitus intrarit, qui nobis ante fuerit ignotus, huic quantum credendum sit, vide. ad Quintum fratrem, lib. 1. 10

Si hæc, quæ patefecit oratione sua Crassus, intrare voluerit. de Orat. 102. b

Intrare in Capitolium non debuisti. pro Domo sua. 4

In mentem iudicis non potest definitio intrare. 2. de Oratore. 60. a

Tu illam domum ingredi ausus es? Tu illud sanctissimum limen intrare? 2. Philipp. 77. a

Nulla acies humani ingenii tanta est, ut penetrare in cælum, terram intrare possit. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 113

Intrandum est igitur in rerum naturam, &c. de Finibus, libro 3. 41

Introdo.

Atque etiam se ipse inferebat & introdabat. pro Cecin. 10. a. Hoc est, vltro se offerebat, gerendis negotiis.

Introduco.

Qui introducunt fatum. de Fat. 144. b

Epicurei prudentiam introducunt scientiam suppeditantem voluptates. Offic. 76. b

Introducebat etiam Carneades, non quò probaret, sed ut opponeret Stoicis, summum bonum esse frui his rebus, quas primas natura conciliauisset. 4. Acad. 237. a

Catonem introduxi senem disputantem. de Amic. 3. a

Quasi enim ipsos introduxi loquentes. de Amic. 96. b

Introduxit autem Aristoteli, quibus commotus sapiens appeteret aliquid, quod cuique in mentem incideret, & quodcunque tanquam occurreret. 4. de Finibus. 70. a. Id est, inter expetenda posuit bonum.

Epicurus introduxit declinationem atomorum. de Fat. 10. 145. b

Iustius huic quam mihi succensere debetis, qui initium introduxit. in Salust. 1

Socrates philosophiam deuocauit à cælo, & in vrbibus collocauit, & in domos etiam introduxit. 5. Tusc. 16. a

Quam ambitionem constantissimus & grauissimus ciuis L. Cæsar in Senatum introduxit. 11. Philipp. 303. a. Hoc est, induxit & inuexit.

Sed illa palmaris quidè, quòd qui non modò natum mundum introduxerit, sed etiam manu penè factum, &c. 1. de Natura deor. 29. a

Possimus enim, vt sponsores appellemur, procuratorem introducere. Att. lib. 16. 339. 3. a

Panætius non videtur huiusmodi deliberationem introducere debuisse: in qua quod vtile videretur, cum eo quod honestum est, compararetur. 3. Offic. 16. a

Introducus.

Qui simulatque introducus est, prima potione mulierem sustulit. pro Cluent. 25. b

Ex huiusmodi principio, consuetudo æstimationis introducta est. in Verr. 191. b

Iam ipse tecum nulla introducta persona loquar. pro Cælio. 44. b

Introducta rei similitudo. Partit. 233. b

Hac introducta consuetudine sæpe inscientibus nobis &

cœnantibus obrepit. ad Tironem, lib. 16. 21. 8. a

Gabinus à Consule retentus est, introducti publicani. Q. frat. 322. b

Qui in Senatum introducti negauerunt. de Diuinat. 87. b

Quæ omnia sunt perniciofa, quòd in Remp. sunt introducta. Antequam. 196. b

Introductio.

Iam verò, o dii boni, rem perditam: etiam noctes certarum mulierum atque adolescentulorum nobilium introductiones nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt. Att. lib. 1. 11. 10. a

Introco.

Simul nobiscum in oppidum introiuit Terentia. epistolarum. 259. b

Quamobrem cum illo quidem (vt supra dixi) actum optimè est, mecum autem incommodius: quem fuerat æquius, vt prius introieram, sic prius exire de vita. de Amic. 14. a

Quasi verò ad rem pertineat, qua tu porta introieris, modò ne triumphali. in Pis. 91. b

An tu illa vestibula cum aspexisti, domum tuam introire putas? in Ant. 173. b

In domum alicuius introire. Att. 258. b

Mancinus in Senatum introire non dubitauit. de Oratore. 100. b

Scribis Pomptinum in vrbem introisse. Att. 105. b. ad Lentul. lib. 1. 9. 18. a

Introitus.

Etenim post profectiorem tuam primus (vt opinor) introitus fuit in causam fabulæ Clodianæ, &c. Att. lib. 1. 13. 5. a

Ac mihi quidem videtur iudices, hic introitus defensionis, adolescentiæ M. Cælii maxime conuenire. pro Cæli. 2. a

Qui introitus in Smyrnam? in Ant. 231. b

Aduentus meus & introitus in vrbem qui fuit: pro Domo sua. 228. b

Signum quod est ad introitum Ponti. in Verr. 230. b

Vos aduentum in animos & introitum imaginum dicitis, quem cæteri philosophi motum inanem vocant. de Natura deor. 1. 75

Propter introitum atque ostium portus. in Verr. 252. b

At iste ad omnes introitus, quæ adiri poterat in eum fundum, armatos homines opponit. pro Cecin. 288. b

Aures duos & quasi corneolos introitus habent. de Natura deorum. 55. b

Non solum introitu, sed omni aditu prohiberi. pro Cecinna. 292. b

Post aperto suspicionis introitu ad omnia intima istorum consilia sine vilo errore peruenimus. 2. Verr. 11

Introfero.

In oppidum introferetur. pro Flacco. 259. b

Noctæ introferri solitus est ad mulierem. in Verr. 242. b

Prohibentur liberis suis cibum, vestitumque introferre. 7. Verrinarum. 91. a

Intromitto.

-si quando illa dicit, Phædriam

Intromittamus comesatum: tu, &c. Lentulo, lib. 1. 9. 73. a

Ex Terentio.

Intromissus meo more & iure amicitæ me in meo lectulo trucidaret. pro Sylla. 39. a

Introspicio.

Tute introspecte in mentem tuam ipse. de Finibus. lib. 2. 96

Penitus introspecte Catilinæ, Antonii, Cethegi, Lentuli, cæterorumque mentes: quas vos in his libidines, &c. repetitis. pro Sylla. 57. a

Age verò nunc inferte oculos in curiam, introspecte penitus in omnes Reipub. partes. pro Font. 28

Negant id esse alienum maiestate deorum, scilicet causas omnium introspicere, vt videant quid cuique conducatur. 2. de Diuinat. 82

Ne quis introspicere possit tuam domum. de Aruspis. respons. 30

Introuoco.

Cur ad nos filiam tuam non introuocari iubet? 7. Verrinarum. 45. a

Intrudo.

Atque etià se ipse inferebat & intrudebat, & in eam opinionem Cefenniam adducebat, vt mulier imperita nihil putaret agi callidè posse, vbi nò adesse Ebutius. pro Cec. 10. a

Intueor.

Amicum qui intuetur, tanquam aliquod exemplar intuetur sui. de Amicit. 100. b

Frequentia quæ nunc animo te iniquissimo infestissimoque intuetur. in Verr. 265. b

Ora omnium atque oculos intuemur. pro Mil. 109. b

Date hanc Trib. pleb. licentiam, & intuemini paulisper animis iuuentutem, &c. pro Domo sua. 37. a

Pompeium omnes sicut aliquem de cælo lapsum intuentur. pro Pomp. 11. b

Dummodo illa ad hanc ciuilem scientiam, quòd pertinent, & quam intuentur, transferamus. de Orat. 154. b

Qui splendorem & speciem huius vitæ intuentur. epist. 14

Quos enim alio ego tum animo intuebar? pro Planc. 82. a

Ille terram intuebatur. in Catil. 113. b

Rectores nauium profectiorem læti piscium lasciuiam intuebantur, nec tuendi fatietas capere poterat. de Diuin. 85. b

Te socii, te Latini intuebantur. Somn. Scip. 7

Intuere me ipsum qui, &c. Brutus Ciceroni. 13. 3. a

Qui cæteris omnibus pro nihilo habitis, rerum naturam studiose intuerentur. 5. Tusc. 7

Qui cum acriter deficientem solem intuerentur, vt aspectum omnino amitterent: sic mētis acies se ipsam intuens, non nunquam hebescit, ob eamque causam contemplandi diligentiam amittimus. Tusc. q. 183. b

Intueri & contemplari aliquem. pro Planc. 1. a

Aliquid intueri, in eoque defixum esse. in Orat. 5. a

Intueri aliquid coram. de Prouinc. Consul. 17. a

Tota mente aliq̄ atque omni animo intueri. de Orat. 117. b

Intueri aliquid. 10. Philipp. 285. Id est, omni studio persequi.

Intueri aliquid oculis. epistol. 73. b

Non solum cunctam intueri, sed etiam tueri potestis ciuitatem. Antequam. 196. b

Intueri ea quæ præterierunt acri animo & attento. de Finibus. 1. 45

Intueri huc atque illuc. 1. de Orat. 91. a

Intueri in aliquam rem. Tusc. q. 181. b

Intueri in speciem rerum. de Vniuers. 201. b

Me omnes intueri. Acad. q. 16. b. Id est, intuebantur.

Intueri & perspicere naturam. Tusc. q. lib. 3. 1

Intueri naturam animi. Tusc. q. lib. 1. 42

Intentis oculis omnes Reip. partes intueri. contra Rull. 81. b

Intueri Solem nequimus aduersum. de Somn. 19

Oratores voluntatem eorum qui audiunt, intueri debent. Orat. 199. b

Non tam veteranos intuentes vobis arbitror, quam quid tyrones milites sentiant. in Ant. 238. b

Intuens.

Quot igitur, & quales animalium formas mens, in speciem rerum intuens, poterat cernere, totidem, & tales in hoc mundo secum cogitauit effingere. de Vniuers. 43

Commonere aliquem, quo quidque referat, & quo intuens, ab eo quodcunque sibi proposuerit, minus aberret. de Oratore. 96. b

Quum ad te ipsum (inquit, in me intuens) de ratione, &c. de Claris Orat. 137. a

Sed in te intuens Brute doleo, cuius, &c. de Claris Orat. 2

Ac mihi quidem sæpenumero in summos homines, ac summis ingeniis præditos intuenti, quæ redum esse visum est, &c. 1. de Orat. 4. a

Delecti pueri ad nutum illius intuentes diligenter ministrabant. Tusc. quæst. lib. 5. 45

Ex quo omnibus bene veritatem intuentibus, videri necesse est miserum. 5. Tusc. quæst. 81. a

Intus.

Atque hoc carmen hic Trib. pleb. non nobis, sed sibi intus canit. 2. de Lege Agrar. 70. Prouerbialis locutio, de iis qui sibi, non aliis student.

Intus, intus est equus Troianus. pro Mur. 143. b

Vbi id quod intus est, atque nostrum, impunè euolare potest. pro Deiot. 149. b

Quæ sunt intus in domo. de Finibus. 93. b

Nasica sensit illum intus esse. de Orat. 134. b

Sed quia nondum omne animal in mundo intus incluserat, ex ea parte, &c. de Vniuers. 43

Intus inclusum periculum est. in Catil. 106. b

Nec hæc sese foris solum iactant, nec tantum in alios cæco impetu incurunt, sed intus etiam in animis inclusæ inter se dissident atque discordant. 1. de Fin. 69. a

Nec verò ille in luce modò atque in oculis ciuium magnus, sed intus, domique præstantior. de Senect. 11

Ille relictus intus, expectatus foris. pro Syll. 12. a

Inuado.

Auis fame enecta in offam pulsus inuadit. de Diuin. 113. b

Iste in prædam huius inuadit. pro Rosc. 22. b

Liberti Afiniti, & nonnulli amici, &c. in eum inuadunt. pro Cluent. 28. a

Qui ista inuisitata rabie petulanter in vxorem meam inuasisi. in Sallust. 273. b

Iste, quod argenti placuit, inuasit: quæ mancipia voluit, abduxit. 3. Verr. 64. a

Ignis quocunque inuasit, cuncta disturbat & dissipat. 2. de Nat. deor. 29

Mirus furor inuasit improbos. epist. 260. b

Cum mulier fletet vberius, is caput aperuit, in collum inuasit. 2. Philipp. 84

At quam inolenter statim helleo inuasit in eius viri fortunam? 2. Philipp. 75

In Galliam Antonius inuasit. in Ant. 231. b

In multas præterea pecunias alienissimorum hominum, eicætis veris hæredibus, tanquam hæres esset, inuasit. 2. Philippica. 59. a

Modò enim hoc malum in hanc Rempub. inuasit. Off. 2. 111

Imperator noctu vrbem hostium inuasit. Q. fratri. 322. b

Accusant hi qui in fortunam huius inuasent. pro S. R. 8. a

Fugitiuus ille qui in C. Marii nomen inuasent. in Ant. 153. b

Quas enim sociorum atque amicorum vrbes adisti legationis iure & nomine, si in eas vi cum exercitu imperioque inuasisses, tamen, &c. 3. Verr. 36. a

Vt in Cecinam aduenientem cum ferro inuaderet. pro Cecinna. 18. a

De L. Bruto fortasse dubitauerim, an propter infinitum odium tyranni effrenatus in Arunte inuasent. 4. Tusc. 39

Si quis ea, quæ nos maxime sequimur, conetur inuadere. Tusc. quæst. 175. b

Non potui magis in arcem illius causæ inuadere. 1. fam. 33

Inuadere in nomen alicuius. 1. Philipp. 3

Inuadere in pecunias alterius nullo iure. pro Sext. Rosc. 4

Negatque vllam pestem maiorem vitam hominum inuasisse, quam eorum opinionem qui ista distraxerint. 3. Officiorum. 43. a

Neque quenquam offenderit oratio mea, nisi qui se ita obtulerit, vt in eum non inuasisse, sed incurrisse videamur. pro Sestio. b

In quo me ab inuidis inuadi solere audio. Offic. 16. b

Inualefco.

Tantum ipse opibus conatuque inualuit, vt se Oceanum cum ponto, Sertorii copias cum suis coniunctorum putaret. pro Mur. 31

Inualetudo.

Inualetudo tua me valde conturbat: significant enim tuæ literæ te prorsus laborare. Att. lib. 7. 122. 1. a

Inualetudine tua moueor: & Pyliam in idem genus morbi delapsam, curâ tibi afferre maiore sentio. Att. lib. 7. 125. 1. a

Inueho.

Tantum in ærarium pecuniæ inuexit, vt vnus imperatoris præda sinem attulerit tributorum. 2. Offic. 113. a

Nec mihi Euristheus tantum inuexit mali. Tusc. q. 179. b

Hæc mala, o stultissime Æta, ipse tibi addidisti: non inerant in his quæ tibi casus inuexerat, &c. 3. Tusc. 46. a

Vt quencunque casum fortuna inuexerit, huc aptè & quietè ferat. 4. Tusc. 58. a

Inuehi ex alto in portum. pro Mur. 3. a
Si in Capitolium inuehi victor gestiret. de Prou. Conf. 76. b
Maritimus Triton pingitur, natantibus inuehens beluis, &c.
de Nat. deor. 1. 54

Inuehor.

Itaque & Æschines in Demosthenem inuehitur. 3. Tusculanarum. 105. a
Carneades libenter in Stoicos inuehebatur. de Nat. deor. lib. 2. 241. a
Sic sum in Antonium inuectus, vt ille non ferret. ad Cornificium, lib. 12. 25. 9. a
In tota denique M. Antonii domum sum semper inuectus. in Ant. 242. b
Itaque in eam palam vehementer inuectus. ad Cæsarem iuniorem, lib. 3. a
Ita nec Pisoni, qui in eum primus inuectus est, nullo assentiente, nec mihi, &c. ad Cassium, lib. 12. 2. 3. a
Diphilus in Pompeium petulanter inuectus est. Att. 34. b
Neque in istum nugatorem inuehar, &c. pro Flac. 154. b
Orator reus, vrgent aduocati, vt inuehamur, vt maledicamus, denique vt interrogemus. 2. de Orat. 166. a
Me, in quem inueheretur, delegerat. epist. 96. b
Cum vehementius inueheretur in causam principum Consul Philippus. 1. de Orat. 13. a
Grauiter inuehi in ordinem. 3. de Orat. 2. a
Acerbe & contumeliose inuehi in aliquem. 2. de Orat. 168. a
Tum acerbius in aliquem inuehi. Lat. 51
Asperè in aliquem inuehi. pro Sest. 10. a
Vehementer in aliquem inuehi. 3. de Nat. deor. 137. a
De quo Cæsar in Senatu apertè in te inuehens questus est. 2. Philipp. 81. a

Inuectus.

Sed quum eris curru Capitolium inuectus, offendes Rempub. perturbatam consiliis nepotis mei. in Somn. 6
Rex. Perses eodem flumine inuectus. de Finib. lib. 5. 124
Cum bellum inuectum totam in Asiam esset. pro Mur. 131. b
Angues inuectæ vento Africo ex vastitate Libyæ. de Natura deor. 1. 72
Quum tam multa ex illo mari bella emerferint, tam multa porrò in Pontum inuectæ sint. 6. Verr. 114
Inuectæ incommoda per aliquem. 1. de Inuent. 1. a

Inuectio.

Iam verò & earum rerum, quibus abudaremus, exportatio: & earum quibus egeremus, inuectio: certè nulla esset, nisi his muneribus homines fungerentur. 2. Offic. 16
Clementia, per quam animi temerè in odium alicuius inuectio: concitati comitate retinentur. 2. de Inuent. 247. a

Inuenio.

Qui propter hæsitantiam linguæ, stuporèque cordis, cognomen ex contumelia inuenit. 3. Philipp. 135. a
Iam verò scriba tuus annulo aureo suo, quem ex his rebus inuenit, ista te ratione vti non sinet. 5. Verr. 152. a
Ille quomodo crimen commentitium confirmaret, non inueniebat. pro Sext. Rosc. 24. a
Dum eam vitæ vituperationem, quæ, &c. eam inuenistis vt timidi putaremini. ad Heren. 35. b
Torquatus qui hoc primus cognomè inuenit. de Fin. 53. b
Inuenire, in rebus propriè dicitur. Partit. 2
Inuenire, magis prudentiæ, quàm eloquentiæ proprium. Orat. 25
Scis meam fortunam inuenire facillè obtrectatores. 5. famil. 22. in epistol. Vatini. Id est, in obtrectationes incurrere.
Inuenire salutem. pro Sylla, 63
Euerfam in perpetuum prouinciam nos inuenisse scito. ad Atticum, 76. b
Tu ergo vnus scelerate inuentus es, qui, &c. in Ant. 176. b
Cum boni per diu nulli, vix autem singulis ætatibus singuli Oratores tolerabiles inuenirentur. de Orat. 85. b
Quomodo verum inueniatur. de Orat. 123. b
Nihil acutè inueniri potuit. de Claris Orat. 167. b
Quid amplius inueniri potest hac de re? 9. ad Att. 21
Neque certum inueniri poterat. Cælius ad Ciceronem, 2
Ad inueniendum in dicendo tria sunt. 2. de Orat. 81

Inuentus.

Hæc tanta in Rempub. coniuratio manifestò inuenta atque deprehensa est. 3. in Catil. 62. a
At vnde inuenta est ista libertas: pro Dom. sua, 85
Inueta ratio est, cur pecunia sacrorum molestia liberaretur. 2. de Legib. 83. a
Oportet magis quàm inuenta. de Nat. deor. 1. 15
Multa diuinitus à maioribus nostris inuenta atque instituta sunt. pro Domo, 213. b
Alterius bene inuentis obtemperare. pro Cluent. 35. b

Inuentum.

Nequaquam satis est reperire quid dicas, nisi id inuentum tractare possis. de Orat. 124. b
Qui philosophorum inuenta didicisset. de Orat. 92. b
Tor artes, tantæ scientiæ, tot inuenta, &c. de Senect. 71. a
Æmuli inuentorū Zenonis, Stoici nominantur. pro Mur. 56. a

Inuentio.

Quæstio est appetitio cognitionis, quæstionisque finis inuentio. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 26
Inuentio est excogitatio rerum verarum aut verisimilium quæ causam probabilem reddant. 1. de Inuent. 13
Inuentio finis est quæstionis. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 26
Quæ inuentio atque excogitatio dicitur. Tusculan. quæst. libro 1. 50
Inuentionis initia ab arte proficisci debent. 2. ad Heren. 37
Ad inuentionem animus incedat. 2. de Inuent. 152
Inuentione ne in deo quidem quicquam maius intelligi potest. Tuscul. quæst. lib. 1. 52

Inuentor.

Inuentor, compositor, actor. Orat. 202. b
Cicero princeps & inuentor copiarum verborum. de Claris Oratorib. 188. b
Aristæus inuentor oliuæ dicitur. de Nat. d. 68. b
Inuentor olei deus. 6. Verr. 122. a
Harum rerum inuentor ac princeps Plato. de Orat. 99. b
Inuentor & princeps Stoicorum. 4. Acad. 238. a
Eaque ipsa, quæ ab illo inuentore veritatis, & quasi architecto beatæ vitæ dicta sunt, explicabo. lib. 1. de Finib. 25
Deinde eius facti qui sunt principes & inuentores, qui denique authoritatis eius & inuentionis comprobatores atque æmuli. de Inuent. 51. b

Inuentrix.

Princeps & inuentrix belli Minerua. 3. de Nat. deor. 72. a
Inuentrix & magistra legum. 5. Tuscul. 7. a
Inuentrices doctrinarum Athenæ. 1. de Orat. 7. a

Inuenustus.

C. Censorinus Græcis literis satis doctus, quod proposuerat explicans expedite, non inuenustus actor, sed iners & inimicus fori. de Claris Orat. 128. a

Inuerecundus.

Sin inuerecundum animi ingenium possidet, tamen accusas: non enim probus est. 1. de Inuent. 97. a

Inuerto.

Quid quæris? probè premitur, nisi noster Pompeius diis hominibusque inuitis negotium inuertit. ad Quint. fratrem, lib. 3. 17

Ibi quum palam eius annulli ad palmam cõuerterat, à nullo videbatur, ipse autem omnia videbat: idem rursus videbatur, quum in locum annulum inuenterat. 3. Offic. 49. a
De Gyge loquitur.

Inuertere se. de Arusp. respons. 48

Inuertuntur autem verba, vt pro deformi pulchrum. de Oratore, 133. b

Vt quum semel dictum sit directè, sicut natura ipsa tulerit, inuertatur ordo, & idem quasi sursum versus retroque dicitur. in Partit. 14. a

Inuersio.

Inuersio verborum. 2. de Orat. 145. a

Inuestigo.

Qui inuestigabant & perscrutabantur omnia. 6. Verr. 41. a
Tu inuestigasti, tu patefecisti coniurationem. pro Syll. 167. b
Velim des operam vt inuestiges ex consponforum tabulis, sitne ita. Att. 190. b

Inuestigamus igitur quem nunquam vidit Antonius. Orator, 198. b
Inuestigare aliquem. Q. frat. 302. b. & pro Cluent. 22. b
Perquirere & inuestigare aliquid. de Petit. Consul. 209. b
Habeo autem certam viam atque rationem, qua omnes illorum conatus inuestigare & consequi possim. 2. Verr. 19. a
Coniuratione inuestigare, patefacere, opprimere. pro Syl. 64
Inuestigare occulta. Tuscul. quæst. lib. 1. 50
Inuestigare & perscrutari omnia. in Verr. 210. b
Inuestigare & consequi aliquam rem. in Verr. 74. b
Illud molestum, me adhuc inuestigare non posse vbi Lentulus sit. Att. 134. b
Si modò inuestigari aliquid coniectura potest. de Vniu. 11
Veri inuestigandi cupiditas. de Nat. deor. 1. 4
Incredibilis ad inuestigandum canum sagacitas. 1. de Nat. deor. 237. a
Ad inuestigandum suam regiones vineæ terminauit. de Nat. deor. 2. 7
Sed quoniam diligentia inimici inuestigatum est quod latebat, consistendum est, vt opinor, &c. pro Ligar. 1. a
Vt & quanta, & quàm manifesta, & qua ratione inuestigata ac comprehensa sint, scire possitis. 3. in Catil. 49. a

Inuestigatio.

Inuestigatio naturæ. Acad. quæst. edit. 2. lib. 1. 24
Qua ex cognitione facilius facta est inuestigatio rerum occultissimarum. 5. de Finib. 9
In primisque hominis est propria, veri inquisitio atque inuestigatio. 1. Offic. 21. a
Inuestigationis veri studio à rebus gerendis abduci, contra officium est. Offic. 1. 29
Omnes artes in veri inuestigatione versantur. Offic. 4. b

Inuestigator.

Inuestigator acer earum rerum quæ à natura inuolutæ videntur. de Vniuers. 1
Diligentissimus antiquitatis veri inuestigator Varro. de Cl. Orat. 30. a
Ego ille coniurationis inuestigator atque vltor, certè non defenderem Syllam, si coniurasse arbitrarer. pro Syll. 64. a

Inuetero.

Delenda est vobis illa macula Mithridatico bello superiore suscepta, quæ penitus infedit atque inueterauit in pop. Rom. nomine. pro Leg. Manil. 4. a
At si tibi nos peregrini videmur, quorum iam & nomen & honos inueterauit, & huic vrbi, & hominum famæ ac sermonibus: &c. pro Sylla, 17
Inueterauit enim iam opinio perniciose Reipubl. vobisque periculosa, quæ, &c. 2. Verr. 1
Cum iam illa dissensio inueterasset, & multos annos esset exagitata. pro Syll. 178. b
Memoria vestra Quirites, nostræ res alentur, sermonibus crescent, literarum monumentis inueterascent & corroborabuntur. 3. in Catil. 70

Nam si inueterauerit, actum est. epist. 234. b
Cum hic feruor animi inueterauerit. Tusc. q. 214. b
Inueterare potest stabilis opinio vnà cum seculis ætatibusque hominum: ficta & vana, diuturnitate extabescit. de Nat. deor. 2. 4
Nihil enim inueterascere, nihil extingui, nihil cadere debet eorum, in quibus vita beata consistit. 5. Tuscul. 58. a
Quamquam intelligi in nostra ciuitate inueterasse iam bonis temporibus, vt splendor ædilitatum ab optimis viris postuletur. Offic. 45. b

Inueteratus.

Inueteratus dolor. 3. Tuscul. 62. a
Nostra nõ instituta, sed iam inueterata amicitia. Appio Pulchro, lib. 3. 9. 12. a
Iam omnis conglutinatio recens, ægrè inueterata, facillè diuellitur. de Senect. 66. a
Inueterata inuidia. pro Cluent. 1. a. 2. Offic. 86. a
Inueterata querela. de Amicit. 34. a
Omnis diu collecta vis improborum, quæ inueterata compresso odio atque tacito iam erumperebat in actum. pro Domo sua, 225. b

Omne malum nascens facillè opprimitur, inueteratum si plerunque robustius. 5. Philipp. 186. a
Qui inueteratam quandam barbariem ex Gaditanorum moribus, disciplinaque deleuit. pro Corn. 63. b
Aliter ferat inueterata, aliter recentia. 4. Tuscul. 60. a

Inueteratio.

Inueteratio vt in corporibus ægrius depellitur, sic in animis quoque perturbatio. Tuscul. quæst. lib. 4. 67

Inuicem.

Inuicem simul eramus. 5. ad Att. 18

Inuictus.

Armis inuictus Annibal. 3. de Leg. Agr. 93. a
Inuictus ciuis. in Pisonem, 7. a
Inuictus Pompeii exercitus. contra Rull. 76. b
Rectè inuictus, cuius etiam, si quis constringatur, animo tamen vincula inuicti nulli. 3. de Finib. 114. a
Rectè inuictus, qui quo etiam ipsius victoriæ pro Marcel. 7. a
Inuictus est, cum necesse est humanas res despiceret, atque infra se positas arbitrari. Tuscul. quæst. lib. 3. 13
Fortis & inuicta defensio salutis meæ. Post red. in Sen. 26. a
Mea consilia, quibus Respub. inuicta stat. Partit. 121. b
Populus Romanus, cuius nomen inuictum vsque ad nostram memoriam permanserat. pro Pomp. 14. b
Animi excelsi atque inuicti magnitudo ac robur. Offic. 4. b
Non est autem consentaneum, &c. nec qui inuictum se à labore præstiterit, vinci à voluptate. 1. Offic. 97
Animus acer & præfens & acutus idem atque versutus inuictos viros efficit. de Orat. 116. b
Nomen inuictissimi imperatoris incidatur. 6. Verr. 74. a

Inuideo.

Ab inuideo autem inuidia rectè dici potest, vt effugiamus ambiguum nomè inuidiæ. quod verbum dictum est à nimis intuendo fortunam alterius. 3. Tuscul. 34. a
Interdum in hoc tibi Crasse paulum inuideo. de Orat. 129. b
Purpuram affers Tyriam in qua tibi inuideo, quod, &c. pro Flacco, 161. b
Inuidia non in eo qui inuidet solum dicitur, sed etiam in eo cui inuidetur. 4. Tuscul. 26. a
Inuidet aut fauet semper dignitatis iniquus iudex populus. pro Plancio, 5. a
Qui autem, cui alterius commoda nihil noceant, tamè eum doleat his frui, is inuidet profectò. Tuscul. quæst. lib. 4. 14
Inuidet probus nemini. de Vniuers. 9
Inuidet autem homines maximè paribus aut inferioribus, sed etiam superioribus inuidetur. 2. de Orat. 115
Illi qui honori inuiderunt meo. contra Rull. 87. b
Inuidere Græcum huic Græco. 1. ad Att. 70
Inuidere non cadit in sapientem, ergo ne misereri quidem. Tuscul. quæst. lib. 3. 18
Nam si quis doleat eius rebus secundis, à quo ipse lædatur, non rectè dicitur inuidere. Tuscul. quæst. lib. 4. 14
Cum inuidere ægritudinis sit, malis autem alienis voluptatem capere, latitiæ, vtrunque immanitate & feritate quadam proponenda castigari solet. Tusc. q. lib. 4. 55
Inuidere florem rectius dici, quàm flori. Tusc. q. lib. 3. 17
Honori alicuius inuidere. 2. de Leg. Agr. 100. a
Qui mihi videntur non solum viuus, sed etiam mortuis inuidere. 4. Acad. 13. a. 5. Verr. 187. a
Nouitati alicuius inuidere. Lentulo, lib. 1. 7. 16. a
Virtuti inuidere, labes quædam & macula huius seculi est. pro Corn. Balbo, 11. a
Vt nobis optimam naturam inuidisse videantur. 3. Tusc. 5. a
Non modo non inuidetur illi ætati, sed etiam fauetur. 2. Officiorum, 63. a
Inuidetur enim commodis hominum, &c. 2. de Orat. 114. a
Laudi & gloriæ maximè inuideri solet. 2. de Orat. 114. a
Quare quid inuidendum Murenæ sit in hoc præclaro consulatu non video: quæ verò miseranda sunt, vos videre & perspicere potestis. pro Mur. 145. b

Inuidia.

Ægritudini subicitur inuidia (vtendum est enim docendi causa verbo minus vsitato: quoniam inuidia non in eo,

recte igitur illis inuicem
recte igitur illis inuicem
recte igitur illis inuicem

qui inuidet, solum dicitur, sed etiam in eo cui inuidetur.)
 &c. Tuscul. quæst. lib. 4. 13
 Inuidia, commune vitium. 2. de Orat. 116
 Inuidia tum est cum inuidetur. Tuscul. quæst. lib. 3. 17
 Inuidia magna & inueterata. Offic. 2. 86
 Nam in eum cui misericordia opitulari debeat, inuidia quæ-
 sita est. pro Rab. Posth. 29. a
 Inuidia alicuius. 2. in Verr. 1
 Inuidia annonæ. 5. famil. 48
 Inuidia Cæsaris. 7. ad Att. 42
 Largitionis regiæ inuidia. 2. de Orat. 115. a
 Quæ inuidia est: aut quid nunc mihi inuideri potest? 9. fa. 37
 Inuidia quibus rebus contrahitur. 1. de Inuent. 32
 Inuidia quibus rebus excutitur. 1. ad Heren. 7. 2. de Orat. 115
 Inuidia quomodo sedanda. 2. de Orat. 116
 Quò inuidia transeat, & ubi sit habitura. 2. ad Att. 26
 Inuidiæ faces subicere. pro Mil. 75
 Sed haud sciam an acerrimus longè sit omnium motus in-
 uidiæ. 2. de Orat. 115
 Sed si quis est inuidiæ metus, non est vehementius seuerita-
 tis ac fortitudinis inuidia, quàm inertæ ac nequitæ per-
 timescenda. 1. in Catil. 20. a
 Ut effugiamus ambiguum nomen inuidiæ. quod verbum
 ductum est à nimis intuendo fortunam alterius. Tuscul.
 quæst. lib. 3. 17
 Obreçtatio inuidiæ solet lacerare plerosque. de Claris Ora-
 torib. 80. a
 Tum excitatur si non acerbum odium, attamen aut inuidiæ
 aut odii non dissimilis offensio. 2. de Orat. 115
 Inuidiæ possessores. in Rull. 9
 Quæque is de diis immortalibus dixerit, inuidiæ detestan-
 dæ gratia dixisse. de Nat. deor. 1. 87
 Sunt qui quod sentiunt, etiam si optimum sit, tamè inuidiæ
 metu non audent dicere. Offic. 1. 119
 Cogitasti, si ei reddidisses, te minus inuidiæ habiturum. 6.
 Verrinarum, 25. a
 Ad inuidiam nomine alicuius uti. 1. ad Att. 35
 Siquid vindicatum seuerè est, ut ex eo crudelitatis inuidiam
 colligam. 7. Verrin. 15. a
 Mortis illius inuidiam in Flaccum Lælius conferebat. pro
 Flacco, 32. a
 Extinguit inuidiam mors, res gestæ sempiterna nominis glo-
 ria nituntur. pro Corn. Balbo, 11. a
 Inuidiam magnam iis faceremus. 11. fam. 3. in epist. D. Bruti.
 Syllanus ager à certis hominibus latissimè continuatus tan-
 tam habet inuidiam, ut veri ac fortis Tribuni plebis stri-
 dorem vnum perferre non possit. 2. de Leg. Agr. 71
 Sed habet nomen inuidiam, quum in oratione iudiciali &
 forensi numerus Latine, Græcè *πῶς* inesse dicitur. in O-
 ratore, 97. a
 Scaurus nonnullam haberet inuidiam ex eo, quòd Phrygio-
 nis Pompeii locupletis hominis bona sine testamèto pos-
 sederat. 2. de Orat. 156
 Consulatus hoc tempore nullam inuidiam habere potest.
 pro Mur. 145. b
 In summam inuidiam adductæ res. Lentulo, lib. 1. 1. 13. a
 Quid ergo ait Marianus Tribunus plebis qui nos Syllanos
 in inuidiam rapit? 3. de Leg. Agr. 5. a. Academic. quæstion.
 edit. 1. lib. 2. 117
 In inuidiam vocare aliquem. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 133
 In inuidiam vocari. 5. famil. 48
 Inuidiam inflammare. 2. in Verr. 1
 Parare inuidiam alicui ex sua re familiari. in Sallust. 5. a
 Propter inuidiam Numantini fœderis. de Orat. 100. b
 Inuidiam in aliquem querere. pro Flac. 10
 Inuidiam suam retinere, & aliam assumere. 2. ad Att. 48
 Inuidiam suscipere. 4. in Verr. 95
 Inuidiam & offensionem timere. pro Cluent. 54. a
 Inuidia ardens Senatus. 3. de Orat. 5
 Inuidia summus ordo non caret. 3. de Legib. 23
 Cum inuidia mea feret. 14. Philipp. 394
 De inuidia sua questus. 14. ad Att. 47
 Excellentium hominum virtutem imitatione, non inuidia

dignam esse. 14. Philipp. 396. a
 Nam istius verbi Quousque, hæc poterat esse inuidia. Datus
 est tibi ille, condonatus ille: non facis finem, ferre nõ pos-
 sumus. pro Planc. 62
 Inuidia leuari. 15. ad Att. 6
 Non enim poterimus vlla esse in inuidia spoliati opibus, &
 illa Senatoria potentia. ad Att. lib. 2. 26. 3. ad Q. frat. 20
 Ne inuidia verbi labefactetur oratio mea. de Fimb. lib. 1. 34
 Maleuolorum obreçtationes & inuidiæ. 5. famil. 22. in epist.
 Vatinii.

Inuidiola.

Quum nescio quid inter eos inuidiolæ exortum fuisset. a

Inuidientia.

Inuidientia, ægritudo est ex alterius rebus secundis. Tuscul.
 quæst. lib. 3. 18
 Inuidientia ab inuidendo rectè dici potest. Tusculan. quæst.
 lib. 3. 17
 Inuidientiam esse dicunt Stoici ægritudinem susceptam pro-
 pter alterius res secundas, quæ nihil noceant inuidenti.
 Tuscul. quæst. lib. 4. 14

Inuidus.

Ambitiosus & inuidus imperator. pro Mur. 18. a
 Virtutis hostis, laudis inuidus. pro Flac. 1
 Inuidus omnium. pro Planc. 46
 Ergo inuidi & maleuoli, liuidi & timidi & misericordes,
 quia procliues ad eas perturbationes sunt, non quia sem-
 per feruntur. Tuscul. quæst. lib. 4. 21
 Inuidi mei. 1. famil. 42
 Inuidi tui. 1. famil. 9
 Inuidi nos perdidierunt, non inimici. 3. ad Att. 12
 Occurrebat enim posse reperiri non inuidos solum, quibus
 referta sunt omnia, sed fautores etiam mearum laudum,
 qui non censerent eius viri esse, de cuius meritis tanta Se-
 natus iudicia fecisset, &c. in Orat. 78. a
 Hæc tamen opinio est pop. Rom. à tuis inuidis atque obre-
 çtatoribus nomen inducitur siçtæ religionis, &c. Lentulo,
 lib. 1. 4. 4. a
 Persuaserat nonnullis inuidis meis in me emissarium sem-
 per fore. 7. fam. 7

Inuidiosus.

Inuidiosus & multis offensus. pro Cluent. 127. a
 Pecunia L. Cornelii, quæ neque inuidiosa est, & quantacum-
 que est, eiusmodi est, ut conseruata magis, quàm corrupta
 esse videatur. pro Corn. Balb. 45
 Inuidiosa potentia. 2. ad Att. 27
 Inuidiosa res. 6. in Verr. 36. & pro Syll. 24
 Inuidiosa res est aurum & argètum in vrbibus & priuatim,
 & in fanis. 2. de Legib. 43
 Contigit enim tibi, quod haud scio an nemini, ut summa
 seueritas animaduersionis non modò inuidiosa, sed etiam
 popularis esset, & cum bonis omnib, tum infimo cuique
 gratissima. Dolabellæ, lib. 9. 14. 15. a
 Inuidiosum iudicium. pro Quint. 26
 Quare sibi habeant sapientiæ nomen & inuidiosum & ob-
 securum. de Amicit. 17. a
 Inuidiosum nomen voluptatis. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 128
 Nullus est locus à me purgandi istius inuidiosi criminis præ-
 termisus. pro Cluent. 114. a. 4. Verr. 77. a
 Neque id ego dico, ut inuidiosum sit in eos, qui, &c. pro Ce-
 cinnæ, 44. b
 Inuidiosum ad bonos accipere. Att. lib. 8. 12
 Perinde quasi ego non ab initio huius defensionis dixerim,
 inuidiosum illud fuisse iudicium. pro Cluent. a. Id est, in-
 uidia flagrasse, quasi corruptum & nummærium.
 Hoc tibi inuidiosum futurum est. de Inuent. 79. b
 Inuidiosi apud bonos. Att. lib. 2. 34. 7. a
 Inuidiosæ lachrymæ. pro Planc. 62
 Quæ sunt in his inuidiosa, etiam inuidiosiora faciunt. de
 Orat. 137. b
 Possessiones inuidiosas tenere. 2. de Leg. Agr. 70. a
 Putabant absentis damnationem, præsertim tantæ pecuniæ,
 multò inuidiosorem fore, quàm si præsens damnatus es-
 set. 4. Verrinarum, 28. a

Inuidiosè.

Declarat huius ambusti Trib. plebis illæ intermortuæ con-
 ciones, quibus quotidie meam potètiã inuidiosè crimi-
 nabatur. pro Mil. 9. a
 Num nimis hæc inuidiosè dicuntur? Academic. quæstion.
 edit. 1. lib. 2. 134
 Inuidiosè existimari. pro Deiot. 23
 Spes omnis in duabus inuidiosè retentis, penè alienis legio-
 nibus. 7. ad Att. 44. Id est, cum odio & infamia.

Inuigilo.

Inuigilare Reipub. 14. Philipp. 398

Inuiolatus.

Inuiolata amicitia. pro Syll. 37
 Qui castam concionem, sanctum campum, inuiolatum cor-
 pus omnium ciuium Rom. integrum ius libertatis defen-
 do seruari oportere? pro Rab. perd. reo, 7. a
 Cæteri verò aut repentina vi perculsi, aut tempestate popu-
 lari, per populum tamen ipsum recreati sunt atque reuo-
 cari, aut omnino inuulnerati, inuiolatique vixerunt. pro
 Sestio, 123. a

Inuiolate.

Memoriam nostri piè inuiolateque seruabitis. de Senec. 73. a

Inuiso.

Quòd puerum inuisis, gratum. Att. 196. b
 An eum locum libenter inuisit, ubi Demosthenes & Æschi-
 nes inter se decertare soliti sunt? 5. de Fimb. 8. a
 Et natos geminos inuisis sub caput Arcti. de Nat. d. 47. b
 Et ut iam inuisas nos, non solum rogo, sed etiam suadeo. ad
 Atticum, lib. 1. 15. ro. a
 Ambulationem alicuius inuisere. Att. lib. 4. 79. 4. a
 Dolum alicuius inuisere. Att. lib. 4. 75. 6. a
 Libenter inuisere locum aliquem. 5. de Fimb. 8. a
 Quid tibi necesse fuit homo fanaticæ, sacrifici quod alienæ
 domi fieret, inuisere? pro Dom. 234. b

Inuisus.

Sic Cato inuisus Cyprum relegatur. pro Dom. 226. b
 Lepidus adeò est inuisus mihi. epist. 163. b
 Ne aut inuisa diis immortalibus oratio nostra, aut ingrata
 esse videatur. pro Leg. Manil. 33. a
 Eum cui quid horum acciderit, aut inuisum Deo, aut negle-
 ctum à Deo iudicemus. 2. de Nat. deor. 247. a
 Occulta, & maribus non inuisa solum, sed etiam inaudita
 sacra inexpliabili scelere peruertit. de Arusp. resp. 53
 Quo enim quis versutior & callidior est, hoc inuisior & su-
 spectior, detracta opinione probitatis. 2. Offic. 48

Inuito.

Inuito eum per literas, ut apud me diuerfetur. Att. 204. b
 Inuitat crebrò ad cœnam: adhuc non potuit perducere. 7.
 famil. 19
 Ad quem fruendum non modò non retardat, verum etiam
 inuitat atque alleçtat senectus. de Senect. 53. a
 Quauis blanda ista vanitas apud eos valeat, qui ipsi illam
 alleçtant & inuitant, &c. de Amicit. 81. a
 Sed tu quum & tuos amicos in prouinciã quasi in prædam
 inuitabas: &c. 4. Verr. 19
 Et simul ad cœnam hominem in hortos inuitauit in poste-
 rum diem. 3. Offic. 75. a
 Ut ipsum per se inuitaret, & alliceret appetitum animi. de Fi-
 nibus, lib. 5. 14
 Quàm vellem ad illas pulcherrimas epulas me Idibus Mar-
 tiis inuitaffes. ad Trebatium, lib. 10. 28. 1. a
 Quanquam quid ego te inuitem? à quo, &c. in Catil. 102. b
 Rex denique ecquis est, qui Senatorem pop. Romani teçto
 ac domo non inuitet? 6. Verr. 21. a
 Inuitare ad legendum. 1. Acad. 13. a
 Inuitare ad pacem. 12. Philipp. 326
 Ad prandium inuitare. pro Mur. 141. b
 Inuitare aliquem ad miseriam. Tusc. q. lib. 3. 62
 Inuitare aliquem præmiis ad agendum aliquid. pro Ligar. 7
 Inuitare homines ad amicitiam. de Petit. Consul. 19
 Hospitio inuitare propter familiaritatè notissimam. 11. Phi-
 lipp. 335. Att. lib. 13. 261. 6. a
 Inuitare in prædam. 4. in Verr. 29

A Cæsare valde liberaliter inuitor in legationem illam. 2. ad
 Atticum, 44
 Gloria inuitantur præclara ingenia. Bruto, 15. 13. a
 Cosconio mortuo, sum in etus locum inuitatus. id erat vo-
 cari in locum mortui. Att. lib. 2. 34. 7. a
 Inuitari ad aliquid faciendum iocunditate. Academ. quæst.
 edit. 2. lib. 1. 6

Inuitari illecebris blandis voluptatis. Tusc. q. lib. 4. 6

Inuitatus.

Hæc à te inuitatus breuiter exposui. 8. ad Att. 27
 Inuitatus mansit. 13. ad Att. 9
 Mitto igitur ad te Trebatium, atque ita mitto, ut initio mea
 sponte, post autem inuitatu tuo mittendum duxerim. ad
 Cæsarem, lib. 7. 14

Inuitatio.

Ad dolendum inuitatio. 3. Tuscul. 140. a
 In Epeirum verò inuitatio quæ suauis: quàm liberalis: quàm
 fraterna? Att. lib. 9. 184. 2. a
 Aderat & hospitem inuitatio liberalis. 9. Philipp. 260
 Ad inuitationes aduētusque nostrorum hominum. in Ver-
 rem, 118. b

Inuitamentum.

Inuitamentum ad tempus. Planc. lib. 10. 10. 21
 Inuitamenta naturæ prima. 5. de Finib. 29. a
 Voluptates autem nulla ad res necessarias inuitamenta affe-
 runt senibus. Hortensio, a
 Qui cum multa haberet inuitamenta vrbis & fori propter
 studia amicorum, &c. pro Syll. 55

Inuitus.

Deorum cognationem agnoscerem non inuitus. de Natura
 deor. 1. 64
 Sapiens nihil facit inuitus, nihil dolens, nihil coactus. in Pa-
 radoxis, 43. a
 Itaque feci non inuitus, ut prodessem multis tuo rogatu. de
 Senect. 3
 Si quid persequere acrius, ut inuitus & coactus facere vi-
 deare. de Orat. 125. b
 Inuita Minerua aliquid dicere aut facere. 1. Off. 156. a. Id est,
 aduersante aut repugnante natura.
 Inuita in hoc loco versatur oratio. de Nat. d. 77. b
 Cur talem inuitam inuitum cogis relinquere? ad Heren. 13. b
 Aliquem inuitum, & huc atque illuc tergiversantem facere
 aliquid. pro Quint. Rofc. 51. b
 Inuito deo non sunt dissoluta per eum facta. de Vniuers. 49
 Cogendi iudices inuiti, retinendi contra voluntatem. pro
 Murena, 39. a
 Inuiti per vim atque imperium statuas dederunt. 4. Verrin-
 arum, 117. a
 Hoc nos ab istis adolescentibus facere inuiti & recusantes
 heri coacti sumus. de Orat. lib. 2. 11
 Fabellas Latinas ad verbum de Græcis expressas non inuiti
 legant. 1. de Fin. 7. a
 Delectus inuitorum atque à pugnando abhorrentium. ad
 Atticum, 110. b
 Inuitis diis hominibusque absolutus. 3. Ver. 6. a. 3. ad Quint.
 fratrem, 17
 Et quidem ut à me dimitterem inuitissimus, fecerunt Erotis
 literæ. Att. lib. 16. 337. 3. a
 Hoc significant, atque adeò aperte ostendunt, sese ad statuas
 pecuniam metu ac malo coactus inuitissimos contulisse.
 4. Verr. 105. a
 Quod illi in aliqua re inuitissimis Stoicis facere licuit, &c.
 Diuinat. lib. 1. 6

Inuite.

Inuite cepi Capuam, non quominus illud defugerem, &c.
 Attic. lib. 8. 147. 6. a
 Quem ego paulò sciebam vel pudentius, vel inuitius (nolo
 enim dicere de tam suauis homine fastidiosius) ad hoc ge-
 nus sermonis accedere. 2. de Orat. 198. a
 Qui me inuitissimè discessit. epist. 40. b
 Inuito.
 Extorquendum est inuito atque ingratis, quod non debet
 &c. pro Quint. 26. a

Inultus.

Ne inultus esset. pro Sest. 14. b
Mortem suam ne inultam esse pateretur. 1. de Diuin. 53
Cur hunc esse inultum tandiu finis? pro Cluent. 37
Pati & relinquere aliquid inultum. pro Leg. Manil. 7. a
Vt ceterorum quoque iniuriæ sint impunitæ atque inultæ. 1. Verrinar. 29. a

Inundo.

Hanc terram inundet aqua, superior æther, ignibus altissima ora reddatur. 1. de Nat. deor. 143. a

Inuoco.

Aspice hoc sublime candens, quem inuocant omnes Iouem. de Nat. deor. 61. b
Apud nostros Iunonem Lucinam in pariendo inuocant. 2. de Nat. deor. 106. a
Sociorum inuocem subsidium, cum à ciuibus interclusum sit præsidium. Antequam. 194. b
Inuocare aduocatum ad defendendum. 2. de Nat. deor. 106. a
Inuocare concionem. 2. ad Att. 3

Inuocatus.

At ego, simulatque audiui, inuocatus ad subsellia rei accuro. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 18
Quid quod etiam ad dormientem eueniunt inuocata? 1. de Nat. deor. 149. a

Inuolo.

Ista prudentiæ doctrinæque possessio, in quâ homines quasi caducam atque vacuum, abundantes otio, nobis occupatis inuolauerant. 3. de Orat. 67
Inuolare in fortunas alicuius. pro Sext. Rosc. 20. b

Inuolatus.

Nô igitur ex alitis inuolatu, nec è cantu sinistro oscinis, &c. tibi autem auguror, &c. 6. famil. 11

Inuoluo.

Vbi salutatio defluxit, literis me inuoluo, aut scribo. ad Papirium, lib. 9. 47

Inuolutus.

Causa latet obscuritate inuoluta naturæ. de Diuin. lib. 1. 34
Inuoluta integumentis nequitia. in Pison. 8. a
Inuoluta & tecta de fortitudine notio. 4. Tuscul. 83. a
Imperat suis, vt id in prætorium inuolutum quàm occultissimè deferatur. 6. Verr. 56
Nec ego pacem nolo: sed pacis nomine bellum inuolutum reformido. 7. Philipp. 229. a
Nescio quo è gurgustio te prodire, inuoluto capite, soleatû: in Pisonem, 9
Inde cistio celeriter ad urbem aduectus, domum venit capite inuoluto. 2. Philipp. 84. a
Inuolutæ & occultæ res. 1. Acad. 21. a
Inuolutæ res quædam à natura. de Vniuers. 1
Altera, occulta quædam, & quasi inuoluta aperiri: altera, prompta & aperta indicari. lib. 1. de Finib. 24
Sed cum ea, quæ quasi inuoluta fuerint, aperta sunt. Acad. quæstion. 8. b
Res inuolutas & latentes definiendo explicare. Orat. 206. b
Capitibus inuolutis ad necem produci. in Verr. 267. b

Inuolucrum.

Vt clypei causa inuolucrum, vaginam autem gladii, sic præter mundum cætera omnia aliorum causa esse generata, &c. 2. de Nat. deor. 27
Inuolucra & integumenta. 1. de Orat. 76. a
Candelabrum inuolutum quàm occultissimè delatum, inuolucris reiectis ostenderunt. in Verr. 214. b
Inuolucris multis simulationum tegitur, & quasi velis quibusdam obtenditur vniuersiusque natura. 1. ad Q. frat. 11

Inurbanus.

Inops quidam humanitatis atque inurbanus. 2. de Orat. 23. a
Non essem tam inurbanus, ac penè inhumanus. de Oratore, 142. b
Expedita autem erat & facillè currès oratio, & erat eius tanquam habitus non inurbanus. de Orat. 185. b
Sed omnium oratorum siue rabularû qui & planè indocti, aut inurbani, aut rustici etiam fuerunt, &c. de Claris Oratorib. 93. a

Inurbane.

Apud quos non inurbanè Stratonicus, vt multa, &c. 3. de Nat. deor. 68. a

Inuro.

Cur hûc dolorè cineri eius atque ossib? inuuffisti? in Ver. 99. b
Videte Iudices quantum, & quàm acerbum dolorem sociorum animis inuufferint istius iniuriæ. 4. Verr. 18. a. pro Milone, 76. a. Att. lib. 1. 11. 13. a
Qui volunt illa calamistris inurere. de Claris Orat. 142
Propriû est enim irati cupere, à quo læsus videatur, ei quàm maximum dolorem inurere. 3. Tuscul. 16
Summâ famam superbiæ crudelitatisque alicui inurere. pro Mur. 7. a. Hoc est, iniicere notâ superbiæ, Superbiæ dånare.
Inurere leges. pro Mil. 25
Inurere æternas maculas alicui. in Sallust. 274. b
Inurere malum. 2. Philipp. 121
Inurere vulnus Reipub. pro Sest. 13
Ne qua generi ac nomini suo nefariæ turpitudini inuratur. pro Sylla, 184. b
Et qui pretio adductus eripuerit patriam, fortunas, liberos cui innocenti, is Cenforiæ seueritatis nota non inuretur: pro Cluent. 102. a
Quas ille leges (si leges, &c. fuerit impositurus nobis omnibus atque inustus: pro Milon. 24. a. Id est, in perpetuam Reipubl. ignominiam laturus.

Inustus.

Tantus enim illorum temporum dolor inustus est ciuitati, vt iam ista non modò homines, sed ne pecudes quidem mihi passuræ esse videantur. in Catil. 40. a
Sed fruatur sanè hoc solatio: atque hanc insignem ignominiam, quoniã vni præter se inusta est, putet esse leuiorem. de Prouic. Consul. 13
Hæc inusta est à te mortuo Cæsari nota ad ignominiam sempiternam. in Ant. 150. b
Quæ nota domesticæ turpitudinis non inusta vitæ tuæ est in Catil. 100. b
Tantum homines impios inustum nefariis mentibus bonorum odium retinebat. pro Dom. 79
Inest hoc tempore odium insitum penitus & inustum animis hominum. de Arusp. resp. 256. b
Monumentum verò Senatus hostili nomine & cruentis inustum literis esse passi sunt. epist. 13. b
Nisi omnes metus in ipso oratore impressi atque inusti esse videbuntur. de Orat. 125. b
Plurima mala quæ ab illo Reipub. inusta sunt. in Ant. 182. b
Hæc sunt expressa signa probitatis, non fucata forensi specie, sed domesticis inusta notis veritatis. pro Planc. 265. b
Si nondû vulnera inusta Reipub. recordamini. pro Sest. 6. b

Inusitatus.

Res inusitata & noua. Att. 51. b. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 18
Et tamen illud inusitatum & sæpe repudiatum refers, &c. 4. Academic. 195. a
Inusitatu verbum, aut nouatum, aut translatum. 3. de Or. 84
Alter leporem quendam inusitatum nostris oratoribus est consecutus. de Orat. 117. b
Hominis mortui corpus vidit magnitudine inusitata. Officiorum. 3. 49
Aut reprehendet quòd inusitatas vias indagemus, tritas relinquamus. in Orat. 7. a

Inusitate.

Inusitate loqui. de Claris Orat. 141. a
Absurdè & inusitate scriptæ epistolæ. ad Q. frat. lib. 1. 2. 14. a

Inutilis.

Homo iners & inutilis. Offic. 59. b
Norbanus seditiosus & inutilis ciuis. Offic. 43. b
Is inutilis sibi, perniciosus patriæ ciuis alitur. 1. de Inuent. 2. a
Ab hisque M. Brutus dissentiet, quod & acutum genus est, & ad vsus ciuium nequè inutile. 1. de Finib. 20. a
Qui mores aut viles, aut inutiles sint. de Diuin. 110. b
Inutilis.
Ex his illud conficitur, in utendarum rerum partes sint honestas & vtilitas: vitium autem, turpitudò & inutilitas. 2. de Inuent. 239

Inutiliter.

Inutiliter aliquid proferre. ad Heren. 24. b
Inutiliter suadere aliquid alicui. ad Brut. 91. b
Inuulnerati inuolati que vixerunt. pro Sestio, 123
Iocus.
Iocus, comes leuitatis. de Fin. lib. 2. 55
Iocus familiaris. ad Att. 159. b
Iocus ingenuus, si tempore sit, ac remisso animo, homine libero dignus est. Offic. 1. 145
Iocus illiberalis, ne homine quidem dignus est, si rerum turpitudini adhibeatur verborum obscœnitas. Offic. 1. 145
Vitandum est oratori vtrunque, aut scurrilis iocus sine, aut inimicus. de Orat. 131. b
Iocus non est seuerus à philologia. 16. famil. 28. ex epistol. Ciceronis filii.
Suauis est & vehementer sæpe vtilis iocus & facetiæ: quæ, &c. naturæ sunt propria certè, neque vllam artem desiderant: in quibus tu longè aliis mea sententia Cæsar excellis. 2. de Orat. 119
Tum verò ioci causa magistrum adhibet. in Ant. 168. b
Nec enim ad ludum & iocum facti sumus. Offic. 21. b
Extra iocum. epist. 102. b
Illam copiã cum hac per risum ac per iocum contemnent. contra Rul. 85. b
Dicere aliquid per iocum. epist. 48. b
Tantum dicam, paucos homines arrogantes hoc adiutore Q. Opimium per ludum & iocum fortunis omnibus euertisse. 3. in Verr. 110
Per iocum deos irridens. de Nat. d. 2. 6
Per iocum missæ literæ. 1. ad Q. frat. 40
De ioco satis est. 7. fam. 6. id est, iocati sumus.
Ioco remoto. 7. fam. 23. id est, serio.
Ludo enim & ioco vti illis quidem licet, sed sicut somno & quietibus cæteris. Offic. 21. b
At quicum ioca & seria, vt dicitur, quicum arcana, quicum occulta omnia. 2. de Fin. 135. a
Itaque ioca tua plena facetiarum, &c. ad Att. lib. 14. 26
Iocorum varia genera. 7. fam. 55
Iocosus.
Vna mehercule nostra vel iocosa congressio pluris erit, quàm non modò hostes, sed etiam fratres nostri Edui. 7. fam. 21
Si de seriis rebus loquatur, seueritatem adhibeat: si de iocosis, leporem. Offic. 27. b
Iocose.
Itaque imbuendus est is qui iocose volet dicere, quasi, &c. 2. de Orat. 159. a
Eumque lusi iocose satis. ad Q. frat. lib. 2. 26
Ioculatorius.
Ioculatoria disputatio. 4. ad Att. 42
Ioculator.
Huic ioculatorem senem illum, vt noras, interesse sanè nolui. ad Att. lib. 4. 85. 6. a
Iocularis.
Iocularare istud quidem Pomponi, & à multis sæpe derisum. 1. de Leg. 40
O licentiam iocularare! de Fato, 23. a
Iocor.
Sed de re seuerissima tecum iocor. epist. 101. b
Quanquam mi Dolabella (hæc enim iocatus sum) libentius omnes meas, &c. ad Att. lib. 14. 315. 5. a
Iocerne tecum per literas. Epist. 19. b
Hic quàm volet Epicurus, iocetur, homo non aptissimus ad iocandum. de Nat. d. 35. b
Bella ironia, si iocemur. de Clar. 192. b
Sed iam cupio tecum coràm iocari. epist. 17. b
Familiariter cauillari & iocari cum aliquo. ad Att. 22. b
Iocari me putas moriar si, &c. ad Att. 254. b
Iocari præ cura non poteram. 6. ad Att. 41
Habent enim accessionè dignam in qua elaboretur, vt mihi in hoc Stoici iocari videantur interdû quum ita dicant, si, &c. 4. de Fin. 90

Deos iocandi causa induxit Epicurus. de Diuin. 116. b
Iocandi genus duplex est: vnum illiberale, petulans, flagitiosum, obscœnum: alterum elegans, vrbani, ingeniosum, facetum. Offic. 1. 145
Ipsumque genus iocandi non profusum, nec immodestum, sed ingenium & facetum esse debet. Offic. 1. 145
Iocandi genere nõ modò Plautus noster, & Atticorum antiqua comœdia, sed etiam philosophorum Socraticorum libri referti sunt. Offic. 1. 145
Prompto ad iocandum animo. 2. ad Q. frat. 29
Multa in homine iucunditas, & magnus in iocando lepos. de Orat. b

Iocans.

Me appellabat iocans. 4. Acad. 36. a
Me quoque (iocans sine an ita sentiens, non enim satis intelligebam) cepit hortari, vt sententia desisterem. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 58

Iocatio.

Iocatio, est oratio quæ ex aliqua re risum pudentem & liberalem potest componere. 3. ad Heren. 116
Nunc siquid in ea epistola, &c. fuit historia dignum, scribe quamprimum, ne ignoremus: sin nihil præter iocationè, redde id ipsum. ad Att. lib. 2. 24
Nunc venio ad iocationes tuas. ad Papirium, lib. 9. 16. 39

Ionia.

Ionia, regio. ad Att. 294. b. & de Diuin. 80. b
Ioniæ vrbs nobilissima Samus. 1. ad Q. frat. 18

Iones.

Iones olim Athenis. pro Flacc. 50

Ionius.

Superum mare Ionium. de Orat. 149. b

Iota.

Quare Cotta noster, cuius tu illa lata Sulpiti nonnunquam imitaris, vt iotam literam tollas, & e plenissimum dicas, non mihi oratores antiquos, sed menses videris imitari. 3. de Orat. 26. a

Iphigenia.

Iphigenia ab Agamemnone immolata. Offic. 3. 127

Ipsè.

Ipsè dixit. (Pythagoricorum responsum.) Ipsè autem, erat Pythagoras. de Nat. d. 1. 8
Ego enim ipsè cum eodem ipso non inuitus errauerim. Tusc. 156. b
Itaque hic ipsè iam pridem reiectus est. 2. de Fin. 72. a
Idem ipsè Mithridates. pro Leg. Manil. 32. a
Quærebant ab Annibale, quidnam ille ipse de illo philosopho iudicaret. 2. de Orat. 42. a
Ille ipsè Aristoteles, &c. de Orat. 112. b
Ille ipsè diuinationis author Chrysippus. 2. de Diuin. 89. a
Ipsè ille Gorgias in illo ipso libro. de Orat. 154. b
Ego ille ipsè vindex æris alieni. ad Att. 23. b
Qui ipsè tum fuit. de claris Orat. 14. a
Nisi eum qui ipsè miser esset, &c. pro Murena, 47. a
Frangerem iam ipse me. 4. famil. 22. pro, me ipsum iam frangerem.
Illa ipsa rerum humanarum domina fortuna. pro Marcello, 4. a
Ista ipsa lex, &c. pro Sext. Rosc. 39. b
Hoc ipsum genus, & eo ipso in genere. de Inuent. 66. b
Hoc ipsum nihil agere, & planè cessare, delectat. 2. de Oratore, 14. a
Hoc est ipsum esse contra se disertum. de Diuin. 123. b
Nihil grauius, nihil philosophia dignius, nisi idem hoc ipsum honestè, sapienter, iuste ad voluptatem referret. 5. Tusc. q. 40. a
Sed ego hoc ipsum velle miserius esse duco. ad Att. lib. 7. 130. 3. a
Hoc autem, de quo nunc agimus, id ipsum est quod vtile appellatur. de Offic. a
Nisi fortè id ipsum est falsum, discessisse illum, &c. ad Att. lib. 7. 131. 5. a
Sed id ipsum est deos non putare, quæ ab his significantur contemnere. 1. de Diuin. 168. a

Quibus idipsum se inimicos esse, nō liceret negare. Att. 53. b
 Nam ipsum quidē illud etiam sine cognitione iuris, quā
 fit bellum cauere malum, scire possumus. de Orat. 17. o. b
 Illud ipsum quod est optimum. in Orat. 4. a
 Nam istud ipsum non esse cū fueris, miserrimum puto.
 Tusc. q. 15. 4. b
 Quod autem motum affert alicui, quōdque ipsum agitur
 aliunde, quando finem habet motus, vniuersi finem ha-
 beat necesse est. in Somn. Scip. 29. a
 Quod ipsum est tamen magnum. 1. de Orat. 102. a
 Quod ipsum erat fortis ægroti accipere medicinam. ad Att.
 lib. 12. 242. 6. a
 Quod ipsum quale sit, &c. Tusc. q. 152. b
 Id monstrum sibi ipsum est. de Arusp. 249. b
 Quis vnquam Consul Senatū ipsius decretis parēre pro-
 hibuit: pro Sestio, 25. a
 Sanē sum perturbatus, cū ipsius Satyri familiaritate, tum
 Domitii. ad Att. lib. 1. 1. 7. a. Hoc est, prædicti vel præfati
 Satyri.
 Qui nostrum ipsum periculosissimum casum recognoscat.
 Antequam. 194. b
 Itum ipsum inquam, Brute, dico librum. de claris Orat. 7. a
 Quem ipsum non omnes interpretantur vno modo. de
 Nat. d. 66. b
 Par est autem, primum ipsum esse bonum virum, deinde
 alterum sui similem querere. de Amic. 111. b
 Non quō veterem comederit, sed hanc ipsam recentem no-
 uam deuorauit. Bruto, lib. 11. famil. 35
 Cū idipsum dicere, nunquā sit non ineptū. 1. de Orat. 59. a
 Atque idipsum faceret cōmodius, si, &c. Cassio, lib. 15. 17. 1. a
 Hoc quid sit per se ipsum, non facile interpretor, sed, &c. de
 Arusp. resp. 32. a
 Nunquam dictum ab ipso illo quod sciam. de Fin. 82. b
 De ipso dicere modestē. pro Corn. Balb. 1. a
 Eo ipso die. 1. Tusc. q. 90. a
 Erat in eo ipso loco, ipso die nūdinarū πυνήσεις. ad Att. 8. b
 Velut in hoc ipso de quo nūc disputamus. 2. de Fin. 6. a
 Hoc ipso quod adest. de Fin. 59. b
 Illo ipso die quo lex est data. ad Att. lib. 4. 70. 4. a
 Cur Resp. c o s ipso ipso defensa nō est: ad Att. lib. 7. 113. 6. a
 In quo ipso seruabant suam. de Orat. 129. b
 Quis vestrum æqualem meum Q. Varium, vastum homi-
 nem atque fœdum non intelligit illa ipsa facultate, quā-
 cunque habet, magnam esse in ciuitate gratiam consecu-
 tum. 1. de Orat. 58. a
 Ea enim ipsa hora acceperam literas tuas. a
 Illo ipso tempore, illo ipso anno. Post. 2. & 3. b
 Longior epistola fuisset, nisi eo ipso tempore petita esset a
 me, quum iam iretur ad te. Cassio, lib. 15. 18. 1. a
 Nihil audacter ipsi per se sine P. Sylla facere potuerunt. pro
 Syl. 179. b
 Ii tamen ipsi dii. de Nat. d. a
 Isti ipsi qui, &c. 1. Tusc. 10. a
 Nec me Consules mouent, qui ipsi pluma aut folio facilius
 mouentur. ad Att. lib. 8. 167. 3. a
 Etenim isti ipsi mihi videntur præceptores, &c. pro Mur.
 139. b
 Triginta dies erant ipsi quum dabam has literas, per quos
 nullas a vobis acceperam. ad Att. lib. 3. 35
 Africa quæ eorum ipsorum sanguine redūdauit. pro Pōp. 9. b
 Quorum ipsorum per se res & fortunæ curæ vobis esse de-
 bent. pro Lege Manil. 12. a
 Cū Athenis decem ipsos dies fuisset. epist. 12. b. ad Attic.
 lib. 5. 98. 3. a
 Ipsos illos, & ipse ille, & ille ipse, &c. de Orat. 90. b
 Siquis istas ipsas artes illustrare velit. 1. de Orat. 32. a
 Veteres leges aut ipsas sua vetustate consenuisse, aut nouis
 legibus esse sublatas. de Orat. 106. b
 Et tamen ab his ipsis, cū iam essent adultæ, ferrum remo-
 uit. Tusc. q. 239. b
 Cato qui annis nouem post eum fuit Consul, &c. mortuus
 est annis L X X X I I. ipsis ante me Consulem. de claris
 Orat. 30. a

Sic in orationibus hisce ipsis. 1. de Orat. 17. a
 Tot rebus ipsis se immutantibus. de Nat. d. 2. 15
 His enim ipsis verbis vitur. de Fin. 44. b
 Ira.
 Quæ autem libidini subiecta sunt, ea sic definiunt, vt ira sit
 libido puniendi eius qui videatur læsisse iniuria. 4. Tusc.
 quæst. 16
 Ira, motus animi. de Vniuers. 55
 An est quicquam similius infantiæ, quā ira? Tusc. q. li. 4. 41
 Ira quādiu perturbat animum, dubitationem infantiæ non
 habet. Tusc. q. lib. 4. 63
 Ira exardescit. Tusc. q. lib. 2. 50
 Ira Aiacem ad furorem mortēque perduxit. Tusc. quæst.
 lib. 4. 41
 Quid est enim, quō non eodem progrediatur ira, quō fu-
 ror? Tusc. q. lib. 4. 64
 Ira intimo odio & corde concepta. Tusc. q. lib. 4. 16
 Ira inueterata. Tusc. q. lib. 4. 16
 Quomodo autem si naturalis esset ira, aut alius alio magis
 iracundus esset, aut finem haberet prius, quā esset vita
 vlciscendi libido, aut quenquam pœniteret, quōd fecisset
 per iram? Tusc. q. lib. 4. 65
 Prohibenda maximē est ira in puniendo. 1. Offic. 125
 Iram Ennius initium dixit infantiæ. Tusc. q. lib. 4. 41
 Et quidem illam ipsam iram Centurio habeat, aut signifer.
 Tusc. q. 221. b
 Iram, hoc est θυμὸν, Plato in pectore locat. Tusc. q. lib. 1. 18
 Facere aliquid per iram. Tusc. 226. b
 Iram deorum donis placare impius nō audeto. 2. de Leg. 14
 Iram & gratiam a beata immortalique natura segregari in-
 telligitur. de Nat. d. 1. 34
 Cum ira nihil rectē fieri, nihil consideratē potest. Offic. 1. 189
 Nunc enim mihi animus ardet: nunc meum cor cumulatur
 ira. pro Cælio, 29. a. 2. ad Att. 49
 Ira incensum sæpe vidi, sæpe placatum. 6. ad Att. 22. de Nat.
 deor. 2. 8
 Qui iniuste impetum in quempiam facit, aut ira, aut aliqua
 perturbatione incitatus est. 1. Offic. 36. a
 Ira inflammata dei poetarum. de Nat. d. 1. 31
 Neque ira, neque gratia teneri. de Nat. d. 11. b
 Pars animi in qua irarum existit ardor. de Diuin. 93. b
 Iras diuorum augures prouident. 2. de Leg. 18
 Iras deorum subire. de Arusp. resp. 35
 Iracundus.
 Impotens, iracundus, contumeliosus. in Ant. 199. b
 Iracundus non semper iratus est, laceffe, iam videbis furen-
 tem. Tusc. quæst. lib. 4. 43
 Quomodo si naturalis esset ira, alius alio magis iracundus
 esset? Tusc. q. 226. b
 Estque aliud iracundum esse, aliud iratum, vt differt anxie-
 tas ab angore: neque enim omnes anxii, qui anguntur ali-
 quando: neque anxii semper vrgentur. Tusc. q. lib. 4. 21
 Sed eum iracundum audio factum. in Ant. 157. b
 Nisi eum nimis in se iracundum putabis fuisse. pro Plan-
 cio, 272. b
 Vt sunt morosi, anxii, iracūdi & difficiles senes. de Sen. 90. b
 Iracundos solos morbosos nominauerūt Academici, quōd
 nullum erat iracundia fœdus vitium. Tusc. q. lib. 4. 43
 Iracunde.
 Hi nimis iracundē agūt, præsertim quū ab his non sanē ani-
 mosē defendatur sententia. 3. Tusc. 44. Att. lib. 5. 97. 3. a
 Nā me tecū iracundē agere dixisti solere, nō est ita. vehemen-
 ter me agere fateor: iracundē nego. 8. Philip. 245. a. & 1. 9. a
 Nihilne in ipsa quidē iracundē rabiosēq; fecerūt? Tusc. 219. b
 Nimis iracundē hoc quidē & valde intēperantē. in Ant. 155. b
 Quo quisque est ingeniosior, hoc docet iracundius & labo-
 riosius. pro Q. Rosc. 18
 Iracundius scripseram, & reuocare cupiebam. 1. ad Quint.
 frat. 45
 Iracundia.
 Iracundia est inimica consilio. pro Marc. 5. b
 Quāquam ipsa iracundia, libidinis est pars: sic enim defini-
 tur, iracundia, vlciscendi libido. 3. Tusc. 9

Quis hæsitauit ob eā causam, quōd nesciret quid esset ira-
 cundia? feruōne mentis, an cupiditas puniendi dolo-
 ris? de Orat. 103. b
 Iracundia ab ira differt. Tusc. q. lib. 4. 21
 Iracundia peccatum non excusat. 2. ad Heren. 57
 Iracundia aliud vocis genus sibi sumat, acutum, &c. 3. de
 Orat. 120
 Iracundia bellatrix. Tusc. q. lib. 4. 43
 Iracundia gladiatoria. Tusc. q. lib. 4. 38
 Iracundia aliqua laudanda. pro Sest. 2
 Iracundia omnibus in rebus repudianda est, optandumque
 vt ii qui præstunt reipub. legum similes sint, quæ ad pu-
 niendum non iracundia, sed æquitate ducuntur. Officio-
 rum 1. 125
 Iracundiæ dulcedo. 1. ad Q. frat. 40
 Imperia feueriora nulla esse putant sine aliqua acerbitate
 iracundiæ, oratorem denique non probant sine aculeis
 iracundiæ. Tusc. q. 218. b
 Cohibere iracundiam. pro Mur. 132. b
 Miramur te, non potuisse iracundiam tuam cōtinere, quin,
 &c. 11. fam. 6. in epist. Bruti & Cassii.
 Iracundiæ eius curandam mihi non putauit. 13. ad Att. 63
 Iracundiam, cotem fortitudinis esse dicunt Peripatetici.
 Tusc. q. lib. 4. 33
 Iracundiam quasi fortitudinis cotem esse dicebant Acade-
 mici. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 126
 Exercere iracundiam in superatos. ad Att. 274. b
 In tuis summis laudibus vnam excipiunt iracundiam. quod
 vitium cū in hac priuata quotidianaque vita leuis esse
 animi atque infirmi videtur, tum verō nihil est tam de-
 forme, quā ad summum imperium etiam acerbitatem
 naturæ adiungere. 1. ad Q. frat. 28
 Iracundiam laudant Peripatetici, & dicunt vtiliter a natura
 datam. Offic. 1. 125
 Illi tamen populi incitati vim iracundiæque subierunt.
 pro Domo sua, 230. b
 Ab iracundia antē occupatur animus, quā prouidere ra-
 tio potuit ne occuparetur. 1. ad Q. frat. 29
 Iracundia & amore ablata bona mens. 8. famil. 48
 Eum ardentem iracundia videre potuisti. pro Flac. 162. b
 Nec cum iracundia aut pertinacia rectē disputari potest.
 lib. 1. de Fin. 21
 Dolore efferri, & iracundia longius digredi quā conue-
 nit. de Arusp. 244. b
 Efferri iracundia. de Orat. 137. b
 Sed efferuescens in dicendo stomacho sæpe iracundiæque
 vehementius. de Clar. 186. b
 Iracundia elatus. 10. ad Att. 12. pro, ira.
 Exarsi iracundia. epist. 15. b
 Homo exarsit iracundia & stomacho. in Verr. 118. b
 Iracundia nullum fœdus vitium. Tusc. q. lib. 4. 43
 At verō quum aliquid clementer, mansuetē, iustē, mode-
 ratē, sapienter factum, in iracundia præsertim, quæ est
 inimico consilio, &c. pro Marcello, 5. a
 Si implacabiles sunt iracundia, summa est acerbitas: sin au-
 tem exorabiles, summa leuitas. ad Q. frat. lib. 1. 30
 Iracundiæ, contentiones, concertationesque in disputando
 pertinaces. lib. 1. de Fin. 21
 Iracundias recentes harum rerum habebant. 10. fam. 49. in
 epist. Planci.
 Cupiditates iracundiæque restinguere. 2. de Nat. d. 112
 Irascor.
 Arabioni de Sitio nihil irascor. ad Att. lib. 15. 329. 4. a
 Qui irascitur, etiam concupiscit. Tusc. q. lib. 3. 16
 Irasci non cadit in sapientem. Tusc. q. lib. 3. 17
 Omnino irasci amicis non temere soleo. in Ant. 217. b
 Dii immortales hominibus irasci & succensere consuerūt.
 pro Q. Rosc. 27. a
 Irasci furenter. 6. ad Att. 11
 Grauer irasci alicui. Offic. 1. 123
 Irasci intempestiuē accedentibus. Offic. 1. 123
 Irasci nesciunt Stoici. 3. de Orat. 37
 Peripatetici virum videri negāt, qui irasci nesciat: eamque,

quam lenitatē nos dicimus, vitioso longitudinis nomine
 appellant. Tusc. q. lib. 4. 65. a
 An tibi irasci tum videmur, cū in causis acrius &
 vehementius dicimus? Tusc. q. lib. 4. 44
 Irascens.
 Sæpe videbam cū iridentem, tum irascentem, etiam sto-
 machantem Philippum. de claris Orat. 183. a
 Iratus.
 Iratus & offensus alicui. ad Att. lib. 14. 317. 4. a. in Pis. 47
 Quā promptus homo P. Septimius: quā iratus de iudi-
 cio & de villico: pro Flac. 148. b
 Si is qui rei dominus futurus est, alienus atque iratus tibi
 est. ad Att. 5. b
 Iratus & propitijs, contraria. 2. de Nat. d. 110
 Irati proprium est cupere, a quo læsus videatur, ei quā
 maximum dolorem inurere. Tusc. q. lib. 3. 16
 Facere iudicem iratum aduersario. 1. de Orat. 111. a
 Nolo te illum iratum habere. ad Att. 234. b. pro Alicuius irā
 in se conuertere.
 Marcellinum tibi iratum esse scis. epist. 2. b
 Neque hercule quicquam timebat, quod non esset timen-
 dum: illum sibi iratum, hunc non amicum. 10. ad Att. 45
 Ne in me stomachum erumpant, cū sint tibi bene irati. ad
 Att. 251. b
 Itaque iratos propriē dicimus exisse de potestate, id est de
 consilio, de ratione, de mente: horum enim potestas in to-
 tum animum esse debet. Tusc. q. lib. 4. 64
 Huic homini ego fortasse & pauci deos propitios, plerique
 autem iratos putabant. pro Cælio, 32. a
 Iratis subtrahendi sunt, in quos impetum conantur facere,
 dum se ipsi colligant. Tusc. q. lib. 4. 65
 Antonio est enim fortasse iratior. ad Att. lib. 15. 324. 4. a
 Iratior causæ Africanæ. 6. fam. 44
 Ex quo illud laudatur Archite, qui cū villico factus esset
 iratior, Quo te modo (inquit) accepissem, nisi iratus es-
 sem? Tusc. q. 226. b
 Eo tamen D. Bruto iratiores sunt omnes ii qui id factum
 dolebāt, quoniam ab illo rem illam dicebat fieri decuis-
 se. 10. Philip. 280. a
 Casar ipse qui illis fuerat iratissimus, tamen propter singu-
 larem eius ciuitatis grauitatem & fidem, quotidie aliquid
 iracundiæ remittebat. 8. Philip. 246. a
 Ironia.
 Ironia illa, quam in Socrate dicunt fuisse, faceta & elegans.
 Brut. 161
 Ironia perpetua. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 68
 Nec in hoc ironia duxeris esse, quod dixi, &c. de Clar. 193. b
 Ironiam enim alterius perpetuam præsertim, nulla fuit ra-
 tio persequi. 4. Acad. 133. a
 Quum aliud diceret Socrates, atque sentiret, libenter vti so-
 litus est dissimulatione, quam Græci εἰρωνείαν vocant. 4.
 Acad. q. 31. a
 Socratem opinor in hac ironia dissimulantiæque longē le-
 pōre & humanitate omnibus præstitisse. 2. de Orat. 150. a
 Sine vlla mehercule ironia loquor. 3. ad Q. frat. 25
 Irpinus.
 Irpinus ager. 3. in Rull. 6
 Irraucio.
 Itaque nos raucos sæpe attētissime audiri video: tenet enim
 res ipsa atque causa: at Æsopum, si paulum irraucuerit,
 explodi. 1. de Orat. 135. a
 Irrepro.
 Credulitas in optimi cuiusque mētem facillimē irrepro. 10.
 fam. 47
 Irepro in hominum mentes, alia dicentis significantis dissi-
 mulatio. 3. de Orat. 113. a
 Eloquētia modō perfringit, modō irrepro in sensus. Orat. 52
 Quum cæteri non modō post ciuitatem datam, sed etiam
 post legem Papiam, aliquo modo in tabulas eorum mu-
 nicipiorum irreproserunt, &c. pro Archia, 7. a
 Quid enim existimatis eum, si reditus ei gratiæ patuerit,
 esse facturum, qui tam libenter in opinionem gratiæ irre-
 pro: de Arusp. resp. 49
 ut. ii.

Itaque si vir bonus habeat hanc vim, ut si digitis cōcrepue-
rit, possit in locupletum testamenta nomen eius irrepere,
&c. Offic. 3. 99

Is furatus est ciuitatem, genus suum eumentis, irrepsisse in
cenfum dicitur. pro Corn. 3

Irretio.

Hæc me irretiuit veste furiali inscium. Tusc. q. lib. 2. 16

His enim se adolescens improvida ætate irretierat erratis,
vt, &c. Tusc. 2. 40. b

Quid enim ad illum qui te captare vult, vtrum tacentem
irretiat te, an loquentem? Acad. q. ed. 1. lib. 2. 85. hoc est, in-
ter disputandum capere.

Cum homines negotia gerentes, iudiciis iniquissimis irreti-
res. in Vat. 31. b

Cui tu adolescentulo, quem corruptelarum illecebris irre-
tisses, non ad audaciam ferrum, ad libidinem facem præ-
tulisti in Catil. 9. a

Irretire se erratis. Tusc. q. lib. 5. 46

Irretitus.

Vidit Homerus probari fabulam non posse, si cantiunculis
tantus vir irretitus teneretur. &c. 5. de Fin. 47. de Vlyffe.

Aliquis illaqueatus omnium legum periculis, irretitus odio
bonorum omnium, impeditus expectatione supplicii. de
Arusp. 2. 45. b

Stoici disputationum suarum laqueis te irretitum teneret.
de Orat. 88. b

Vt loquacitatem istam tuam paucissimis interrogationibus
irretitam retardarem. in Vat. 29. b

Qui prouinciarum fœdere irretiti, totum illum annū que-
relas Senatus pertulerunt. Post. 100. b

Irrideo.

Nihil tam irridet Epicurus, quàm prædictionem rerum fu-
turarum. 2. de Nat. d. 2. 41. a

Apollonius irrisit Philosophiam. de Orat. 91. b

Vt omnes, quum loqui cœperit, irrideant. 6. Verr. 130. a

Admirando irridere. de Fin. 122. b

Irridere & contemnere aliquem. 2. de Lege Agr. 94. a

Irridere aliquem facete & vrbane. de Fin. lib. 1. 30

Irridere squalorem & luctum aliciuius. Post. 106. b

Cæsar mihi irridere visus est. ad Att. 188. b

Qui ita interrogant, ab his irridentur. Acad. q. 10. b

Vos ab illo irridemini, & ipsi illū vicissim eluditis. Aca. 31. b

Doleo tãtam Stoicos nostros Epicureis irridendi sui facul-
tatem dedisse. 2. de Diuin. 88. a

Quæ irrideri ab imperitis solent. de Fin. 105. b

Irridens.

Etiam per iocum deos irridens, quum cauea liberati pulli,
&c. 2. de Nat. d. 6. de P. Claudio.

Irrisio.

Liber igitur à tali irrisione Socrates, liber Aristochius, &c.
4. Acad. q. 222. a

Deforme etiam est de seipso prædicare, falsa præsertim, &
cum irrisione audientium imitari militem gloriosum. 1.
Offic. 192. a. 1. de Orat. 27. a

Oratio aut nulla sit, aut omnium irrisione ludatur. 1. de
Orat. 27. a

Irrisor.

Veniant igitur isti irrisores huius orationis ac sententiæ, &
iam vel ipsi iudicent, &c. in Parad. 14. a

Irrigo.

Ægyptum Nilus irrigat. 2. de Nat. d. 196. a

Mihi quidem etiam Democritus vir magnus in primis, cu-
tus fontibus Epicurus hortulos suos irrigauit, nutare vi-
detur in natura deorum. 1. de Nat. d. 84

Iugera L. Prati irrigaturum te facile arbitror. ad Q. fra. 318. b

Irrigatio.

Adde ductus aquarum, deriuationes fluminum, agrorum
irrigationes, moles oppositas fluctibus, &c. 2. Offic. 18

Irrito.

Vi irritare & ferro laceffere aliquem. pro Mil. 118. b

Irritari Antonium non oportuit. in Ant. 210. b

Neque magis irritatus esset Antonius regno Cæsaris, quàm
ob eius mortem deterritus. ad Att. 285. b

Nescio quid scribam tibi, nisi vnum, pueri & cupiditatem
& licentiam potius esse irritatam, quàm repressam à Ci-
cerone. ad Brutum, 17. 2. a

Irritabilis.

Nam si ista statueris, & irritabiles animos esse optimorum
sæpe hominum, & eosdem placabiles, &c. ad Att. lib. 1. 49

Irritus.

Antonius testamentum irritum fecit. in Ant. 181. b

Cuius tribunatus si ratus est, nihil est quod irritum ex actis
Cæsaris possit esse. de Prou. 78. b

Quod iudicium de compromissis factum erat, id irritum
iussit esse. in Verr. 122. b

Si multa irritaque tristitia, &c. Post. 207. b

Quæque augur iniusta, nefasta, vitiosa, diræve dixerit, irri-
ta, infectaque sunt. 2. de Leg. 35. a

Quæ in magistratum gessisti, sustulit, atque irrita iussit esse.
in Verr. 136. b

Quæ si leges irritas feceritis, rata esse non possunt. in Ant.
181. 198. b

Metellus omnes Verris iniurias rescindit, & irritas facit. 4.
in Verr. 44

Irrogo.

Irrogare multam. pro C. Rab. 5. pro Dom. 46. pro Mil. 28

Irrogare priuilegium. pro Sest. 55. & pro Domo sua, 85

Vetant leges sacratæ, vetant x i i tabulæ, leges priuatis ho-
minibus irrogari: id est enim priuilegium. pro Dom. 34

Irrogatio.

Multæ irrogatio. pro Rabirio, 5. a

Irrumpo.

Irrupit in animos nostros extrinsecus imagines. 4. Aca. 226. a

Alter in Asiam irrupit cursim. in Ant. 231. b

Syracusani improviso in castra Pœnorum irruerunt. de
Diuin. 90. b

Ab iis qui nostrum patrimonium irruerunt, quod opus
est nobis, mutuamur. de Orat. 152. b

Atrocitas ista quomodo in veterem Academiam irruerit,
nescio. Acad. 34. b

Irrumpere in ærarium. pro Leg. Agr. 53. a

Irrumpere in fletum aliciuius. pro Ligar. 8

Si ex Syria egredi, atque irrupere in meam prouinciam
conarentur. ad Senat. lib. 15. 1. 5. a

Irruptio.

Hostium copiæ non longè absint, etiã si irruptio facta nul-
la sit, tamen pecora relinquuntur. pro Pomp. 6. b

Irruptio armatorum in Trebonii domum. in Ant. 231. b

Irruo.

Et quum in mala scientes irruunt, tamen se optimè sibi cõ-
sulere arbitrantur. 5. de Fin. 49. a

Et equo admissio in mediam aciem Latinorum irruerat. 2.
de Fin. 99. Tusc. q. lib. 2. 51

Fulgentes gladios hostium videbant Decii, quum in aciem
eorum irruerant. 2. Tusc. 100. a

In quem quisque per homines concitatos irruerit, in quem
impetum pertulerit. pro Domo sua, 82. a

Irruere & inuadere in aliquem. ad Att. 213. b

Omni impetu in aliquem irruere. pro Domo sua, 237. b

Et sunt homines, quos libidinis, infamiæque suæ neque pu-
deat, neque tædeat, qui quasi de industria in odium offen-
sionemque Pop. Romani irruere videantur. 2. Verr. 22

Irruere temere in alienas possessiones. 1. de Orat. 22

Vt deducta esse in alienum locum, nõ irruisse videatur. de
Orat. 150. b

Is, Ea, Id.

Atque is dolor est, quod, &c. ad Q. frat. 1. 1. 12. a

Is homo, is ciuis. pro Plan. 59

Nuper is homo fuit in ciuitate P. Sylla, vt nemo ei se hono-
re anteferet. pro Syl. 184. b

Maximè quod is locus ab illi turba id temporis vacuus
esset. de Fin. 114. b

Eius auditor Stratonius Physicus appellatur. de Nat. 1. 16

Si is qui ex illi de Orat. 127. b

Est enim crederetur vir iste, vt ciuitatis nomen sua autoritate
sustineat. pro Flac. 153. b

Nihil turpius, quàm quod qui magister equitum fuisse tibi
viderere, is per municipia colonialque Galliarum cum caligis
& lacerna cucurristi. 2. Philip. 84. a

Itaque ego is in illum sum, què tu me esse vis. ad Att. 106. b

Ego is sum cui vel maximè concedat omnes, vt, &c. epi. 9. b

Neque enim Catilina is es, vt te aut pudor à turpitudine,
&c. in Catil. b

Is enim tu vir es, & eum me esse cupio, vt, &c. 3. epi. 64. b

Neque enim tu is es, qui, qui sis nescias. epi. 68. b

Is & infirmus est, mollisque natura. La. 1. 65

Is enim Cefenniarum fuit Ebutius, &c. pro Cectinna, 10. a

Quorum princeps Socrates fuit, is qui, &c. de Orat. 148. b

Quod si is esset Panætius, qui, &c. Offic. 54. b

Venit mihi obuiam puer tuus, is mihi literas abs te reddi-
dit. ad Att. 11. b

Q. Pompeius multis & veteribus causis necessitudinis mihi
coniunctus est, is cum antea, &c. epi. 22. 2. b

Excursio moderata, eaque rara. in Orat. 33. a

Quumque esset ea memoria, quam antè dixi, ea sæpe, &c. 4.
Acad. q. 9. a

Ea nostra ratio est, vt, &c. ad Q. frat. 298. b

Non enim vna est ratio defensionis ea, quæ posita est in ora-
tione. pro Syl. 167. b

Duo filii id ætatis. pro Sext. Rosc. 29. b

Quoniam id nobis Antoni hominibus id ætatis oneris im-
ponitur. 1. de Orat. 103. a

Credo Platonem vix putasse satis consonum fore, si homi-
nem id ætatis in tam longo sermone diutius retinisset.
ad Att. lib. 4. 85. 5. a

Qui quoniam est id ætatis. pro Flacco, a

Id ætatis iam sumus, vt omnia fortiter ferre debeamus. epi-
stol. 93. b

Ita viximus, & id ætatis iam sumus, vt omnia quæ non no-
stra culpa nobis accidant, fortiter ferre debeamus. Tora-
nio, lib. 6. 20. 5. a

Quum id ætatis & priuatus essem. ad Herennium, a

Cum id ætatis sim. epi. 250. b

Se in balneis cum id ætatis filio fuisse. pro Cluent. a

Id diei veniebam in, &c. ad Att. lib. 3. 58. 1. a

Qui conuenit præsertim id temporis. pro Mil. 11. b

Sed nunc quidem, quoniam id temporis est, surgendū cen-
seo. 2. de Orat. 201. a

Deinde profectus est id temporis, quum iam Clodius (si-
quidem eo die Romam venturus erat) redire potuisset.
pro Milone, 20. a

Et nos ipsi, quoniam id temporis est, valetudini demus ope-
ram. 1. de Orat. 138. a

Maximè quod is locus ab omni turba id temporis vacuus
esset. 5. de Fin. 1

Venit enim ad me, & quidem id temporis, vt retinendus es-
set. ad Att. lib. 13. 288. 2. a

Quos ego iam multis ac summis viris ad me id temporis
venturos esse prædixeram. 1. in Catil. 7. a

Atque id anni tempore grauissimo. ad Q. frat. 317. b

O rem turpem, & ea re miseram. sic enim sentio id demum,
aut potius id solum esse miserum quod turpe sit. ad Att.
lib. 8. 152. 1. a

Et si id est ætatis, vt nondum scientiam consecutus sit. pro
Domo sua, 237. b

Duobus modis, id est aut vi, aut fraude fit iniuria. Offic. 9. b

Senatus hodie futurus erat, id est Cal. Octobr. a

Cum veteribus amicis, id est cum libris nostris. 9. fam. 1

Virtus, quæ constat de hominibus tuendis, id est ex societa-
te generis humani. Offic. 33. b

V. 1. Non venturus dicebatur, id est hodie. 10. ad Att. 26

Num cui succenseant, quod dico num cui, id est, num Pom-
peio. ad Att. 129. b

De præda mea præter Quæstores vrbanos, id est Pop. Ro-
manum, teruncium nec attigit, nec tacturus est quisquã.
Caninio, lib. 2. 16. 6. a

Affentiar Cn. Pompeio, id est T. Pomponio. ad Attic. lib. 7.
127. 9. a

Maxima multitudo, id est tota Italia. contra Rul. 81. b

Neque solum nobis, id est tuis, sed prorsus omnibus. epi. 55. b

Atqui qui opera, id est virtute & industria benefici & libe-
rales erant. 2. Offic. 75. a

Cum tu tardius faceres, id est, vt ego interpretor, diligentius.
9. fam. 14

Cum ei ita dicerem, me velle esse ineptum, id erat petere blan-
dius. de Orat. 94. b

Scis me antea orationes aut aliquid, id genus solitum scribe-
re, vt Varronè nusquã possem intexere. Att. lib. 13. 269. 2. a

Lælios & Antonios, & id genus valètes dico. Cælius ad Ci-
ceronem, lib. 8. 4. 6. a

Fani pulchritudo Prænestinarum etiam nunc sortium reti-
net nomè, atque id in vulgus: quis enim, &c. de Diu. 126. b

Ea primò, neque id ipsum diu continebatur. pro Clu. 20. b

Quod æternum beatumque sit, id nec habere ipsum nego-
tium quidquam, nec exhibere alteri. de Nat. d. 1. 33

Imò id mehercule inquit ipsum attendo. Orat. 98. b

Atque id ipsum consulibus inuitis. epi. 3. b

Alterum genus obtinent, atque id ipsum lactinia. de Orat. 153. b

Et id ipsum sine stomacho. ad Att. lib. 2. 21. 4. a

Quamquam te Marce fili annum iam audientem Cratippum,
idque Athenis, abundare oportet præceptis, &c. 1. Offic. 1. a

Quæris igitur, idque iam sapius. Orat. 197. b

Tu quidem de face (inquit) hauris, idque iam dudum. de
claris Orat. 131. a

Idque iudicium vocibus. a

Demus modò operam, ne tam necesse nobis sit, quàm illi
fuit, id quod agimus. epi. 138. b

Sive id quod constat, Platonis audiendi studiosus fuit. de
Orat. 91. b

Id quod neutrum nobis hoc tempore cõtingit. ad Att. 131. b

Id quod eius scripta declarant. Orat. 108. b

Et eundem, id quod in autoritatibus perscriptis extat, scri-
bendo affuisse. de Orat. 143. b

Diem consumi volebant, id quod factum est. epi. 3. b

Postridie s. c. factum est, id quod ad te misi. ad Att. 54. b

Id quod parati sunt facere. pro Quintio, 5. a

Quod id, pro, id quod. Tusc. q. 221. b

Et id multis verbis. ad Att. lib. 1. 9. 2. a

Negauit, &c. neque id sanè diu: nam, &c. ad Att. 38. b

Aut si valuit, id valuit, vt peccatū in eo hæreat. de Diu. 86. b

Eloquentia Q. Hortensii ne me dicendo impediatur, non nihil
commoueor: gratia Sex. Neuii ne P. Quintio noceat, id
verò non mediocriter pertimesco. pro Quintio, 1. a

Is cum esset proiectus inhumatus, amica corpus eius textit
suo pallio. de Diu. 138. b

Epaminodam, atque Annibalem, atque eius generis homi-
nes nominarem. de Orat. a

Via laudis, quã maiores eius ei trita reliquissent de Cla. 191. a

Vitæ eius turpitudinem in summis eius periculis insequen-
bantur. pro Syl. 182. b

Qui circum eum illum sunt. ad Att. 144. b

Per vnum seruum, & eum ex ludo gladiatorio. Att. lib. 1. 11. 9

Omnem autem orationem fuisse eam qua aruspiciarum disci-
plina contineretur. de Diu. 119. b

Quum ita dixit aliam sententiam se dicturum fuisse, eam-
que se ac Rep. dignam, nisi propinquitate impediretur. 2.
Philip. 235. a

Quum libido ad id quod videtur bonum, illecta & inflam-
mata rapiatur. Tusc. q. lib. 4. 10

Id populus curat scilicet, non mehercule arbitror. ad Attic.
lib. 13. 288. 5. a

Et id maximè fieri hybernis temporibus. 2. de Nat. d. 37. a

Qui id pugnant, id agunt, vt contra Remp. restituti esse vi-
deantur. 10. Philip. 285. a

Multa dixit de eo, quod ciuis improbus laudatus esset. de
Opt. 244. b

Maximèque in eo est reprehensus, quod dixerat, &c. Att. 38. b

Et loco posita ambulationis vno latere, eo quod est proximum Balnearis. 3. ad Q. frat. 17. 3. a
Eorum initia cum recitarentur, ea quæ vobis nota esse arbitror, &c. pro Cluen. 47. b
Sed demus tibi istas duas sumptiones, ea quæ ἀήματα appellant Dialectici. de Orat. 131. b
Nam quod eorum in Remp. meritis honores eis habeantur. in Ant. 191. b
In reliquiis inest calor, iis, quas natura respuerit. de Nat. 1. 18
Plurimis nostris exemplis vsus es, & iis quidem illustribus. de Diuin. 110. b

Isara.

Isara, flumen maximum in finibus Allobrogum. 10. fam. 31
Isaurum, locus. in Ant. 125. b
Isauricum forum. ad Att. 82. b

Isidorus.

Isidorus mimus. 5. in Verr. 66. & 7. 25

Isis.

Isis & Serapis an in diis numerandi. 3. de Nat. d. 33

Isoocrates.

Isoocrates, verbis solutis numeros primus adiunxit. Ora. 100
Isoocrates adolescens audiuit in Thessalia senem iam Gorgiam. Orat. 102
Isoocrates cum librum, qui Panathenæus inscribitur, quarto & nonagesimo anno scripsisse dicitur, vixitque quinquennium postea. Cat. 12
Isoocrates Timotheum Cononis filium erudiuit. 3. de Ora. 77
Isoocrates instituit orationes clausulis distinguere. 3. de Orat. 95. & Brut. 16
Isoocrates, in Phædro Platonis à Socrate laudatus. Orat. 149
Isoocrates, eloquentiæ pater. 2. de Orat. 6
Isoocrates, rhetor magnus & nobilis. 2. de Inuent. 126
Isoocrates senior minus numeris feruebat. Orat. 102
Isoocrates primus numeris vinxit orationem. Orat. 23
Isoocrates in Ephoro, frans, in Theopompo, calcaribus vsus. 3. de Orat. 21. ad Att. 11. b
Ex Isoocratis ludo, tanquam ex equo Troiano innumeri dicendi principes exiuerunt. 2. de Orat. 52
Isoocratis discipulorum arcuæ. 2. ad Att. 1
Isoocratis domus, eloquentiæ officina. Orat. 23
Isoocratis institutum in arte dicendi. Orat. 23. Quia orationes aliis scriberet, sæpe in iudicium vocatus. Ibidem, 24
Isoocratis mores & instituta. Brut. 15
Isoocratis μωροθημιον. 2. ad Att. 1
Isoocratis Panathenæus. Orat. 21
Isoocratis suauias. 3. de Orat. 16
Isoocrati aduersus Aristoteles. Orat. 99
De Isoocrate augurium Socratis. Orat. 23, & 24

Isocrateus.

Mos Isocrateus. Orat. 217. b
Summa verò vis infinitatis magna ac diligenti contemplatione dignissima est, &c. hanc ἰσοστασίαν appellat Epicurus, id est, æquabilem tributionem. 1. de Nat. d. 36
ἰσοστασίαν, si placet, appellabimus æquilibritatem. de Nat. 1. 77

Issus.

Issus, locus in Cilicia vbi Alexander aduersus Darium castra habuit. 5. ad Att. 39
Apud Issum Darius ab Alexandro superatus. 2. fam. 19

Iste.

Iste Ariobarzanem non regem, sed regis filium appellat. epist. 29. b
Iisdem enim hic sapiens, de quo loquor, oculis, quibus iste vester, cælum, terram, mare intuebitur. Acad. 27. b
Iste igitur sumptus minuit. de Leg. 283. b
Lex quam iste tulerat. pro Domo sua, 227. b
Transeat idem iste sapiens ad Rempub. tuendam. Tuscul. quæst. 142. b
Tum iste vir optimus, &c. pro Quint. 3. b
Non erit ista modo amicitia, sed mercatura. de Nat. d. 25. b
Quanti libertas ista æstimanda est. Acad. q. 30. & 34. b
Et simul assidamus inquam, si videtur. Sanè istud quidem, inquit, sum enim admodum infirmus. 1. Acad. 20. a. Hoc

est, istud quod dicis, vt assidamus, faciendum est.
Meæ totius orationis & istius ipsius in dicendo facultatis, quam, &c. de Orat. 120. b
Iam ne istius quidem rei culpam sustineo. ad Att. 101. b
Hunc istum otii & pacis hostem. pro Domo sua, 215. b
A me istam exceptionem non impetrabunt. Acad. q. 24. b
Quum edictum totum eorum arbitratu, quandiu fuit designatus, componeret, qui ab isto ius ad vtilitatem suam nundinarentur. 3. Verr. 83. a
Nec ab isto officio, quod semper vsurpauit, abduci debui. de Amicit. 97. b
Isto anno. epist. 21. b
Non isto artificio accusatorio callidior es, quam hic in suo. pro Sex. Rosc. 16. b
Sæpe de isto collocti sumus. 1. de Leg. 6. pro, de ea re.
Quare de hospitio violato, & de isto tuo nefario scelere nihil queror. 4. Verr. 76. a
Isto enim modo dicere licebit. de Nat. d. 1. 58. & 77
Pecudum greges diliguntur isto modo, quod fructus ex eis capiuntur. de Nat. d. 1. 86
Isto enim modo pædagogi maximè erūt diligendi. de Amicitia, 110. b
Si hoc modo scripsisset, isto verbo vsus non esset, non isto loco verbum istud collocasset. de Inuent. 77. b
Non ille, vt plerique, sed isto modo vt tu. de Nat. d. 1. 42
Iam verò ista conditione, dum, &c. de Orat. 93. b
In ista vna disputatione. Acad. q. 40. b
Et ita ex ista vita discedo, tanquam ex hospitio. de Sen. 94. b
Nonnulli isti faciunt imperitè. 1. de Leg. 3
Nam ista quæ vos dicitis, vix digna sunt, &c. de Nat. d. 1. 66
Putare sine vnquam accidere posse, vt mihi verba deessent, neq; solum ista vestra oratoria, sed hæc etiã leuia nostratia. Cælio, lib. 2. 10. 1. a
Armorum ista & victoriæ sunt facta, non Cæsaris. epi. 84. b
Itaq; non hæsitans respondebo: sed ea dicam quæ mihi sunt in promptu, quod ista ipsa de re, multū, vt dixi, & diu cogitauit. 1. Acad. q. 6. a
Mihi ista ἰσοστασίαν quæ appellantur, videtur esse verissima. Parad. 116. b
Age vt ista diuina studia omittamus. de Sen. 81. b
Omnes istos aculeos. Acad. q. 14. b
Neque istos excellentes viros Resp. perdidisset. de Cl. 189. b
Cum Stoicus syllabatim ista dixerit. Acad. q. 30. b
Eos, qui ista subtilius quærunt, in numero sapientum non habent. de Amic. 96. b
Ego verò, inquit, istis obsequi studeo. de Ora. 93. b
Atque ego ex istis sæpe audiui. de Orat. 122. b

Isthæc.

Atamen isthæc ipsa, quæ te emisse scribis, erunt mihi grata. epist. 205. b
Si ille circum isthæc loca commorabitur. ad Att. 130. b
Non possunt isthæc sic abire. Orat. 109. b
Primum tibi persuade me isthæc non curare. ad Att. lib. 12. 241. 14. a

Istiusmodi.

Adduxissent huc Græculum aliquem, qui nos istiusmodi disputationibus delectaret. de Orat. 93. b
Videte maiorum diligentiam, qui nihil dum etiam istiusmodi suspicabantur. 6. Verr. 8. a
Perfacile verò apud istiusmodi Prætorem, à quo Marcelli, &c. 3. Verr. 109. a
Malitiosæ necesse est istiusmodi rationi aliquo consilio obistere. in Verr. 72. b

Istic.

Et ibi malis esse, vbi aliquo numero sis, quam istic, vbi solus sapere videre. Valerio, lib. 1. 10. 2. a
Istic sum, inquit, expecto quæ quid ad id, quod quæram, respondeas. 5. de Fin. 137. a

Istinc.

De malis nostris tu prius audis, quam ego: istinc enim emanant. ad Att. lib. 7. 139. 1. a
Quamquam qui istinc nunc veniunt, partim te superbum esse dicunt, quod nihil respondeas: &c. 1. fam. 57

Isto.

Puto etiam, si vllā spem mihi literis ostenderis, me isto misurum alios. 8. fam. 28. in epist. Cælii.
Isto proficisci. 10. fam. 35. in epist. Planci.
Si minima causa est properandi isto mihi, quod, &c. 8. fam. 44. in epist. Cælii.

Istuc.

Istuc quidem considerabo. 1. Acad. q. 19. a
Qui idem istuc quidem dicunt, quod est dictum à te. de Diuin. 115. b
Quo die vadimonium istuc factū esse dicis: pro Quint. 10. b
Iam istuc te quoque impedit. Acad. q. 27. b
Præcipitare istuc quidem est, non descendere. a

Isthmus.

Peloponesi Isthmus. de Fat. 141. b
ἰσθημῶν, quiescere Latine. Academ. q. ed. 1. lib. 2. 84. sumitur pro in disputando cessare ἰσθημῶν ποσῶν.

Ita.

Ab eis ita amantur, vt faciliè earum appareat sensus. de Amicitia, 27. a
Simulachra præclara, sed non ita antiqua. in Verr. 226. b
Mihi quidem ita beatus esse videbor, si modò constanter ac perpetuò placebit hoc consilium. ad Brutum, 49
Ita cadere animis, quasi aliquid euenerit. 6. fam. 3
Quum non ita commode possit. pro Quint. 3. b
Ita mihi des, si ante tibi persuaseris. 13. famil. 1. id est, ne des mihi, nisi tibi persuaseris.
Humilem sanè relinquunt, & minimè generosum (vt ita dicam) ortum amicitia. de Amic. 19. a
Dii te perdant fugitiue: ita nō modo nequam & improbus, sed & fatuus & amens es. pro Deiot. 14. a
Virtus autem actiuosa est, & deus vester nihil agens: expers virtutis igitur: ita, ne beatus quidem. 1. de Nat. d. 152. a
Hoc tibi non ita decorum est. Acad. q. 2. b
Quod putasti fore, &c. factum est ita. Att. 106. b
Id si ita est, isthic tibi censeo commorandum. Brut. 91. b
Nam hoc ipsum ita iustum est, quod rectè fit, si est voluntarium. 1. Offic. 43. a. Id est, ea conditione & pacto.
Hæc enucleare non ita necesse est. Tuscul. q. 32. b
Ita enim senectus honesta est, si se ipsa defendit, si ius suum retinet, &c. de Senect. 33. a
Est ita vt dicitur. 6. Verr. 104
Ac mihi quidem non ita molesti sunt. de Orat. 115. b
Non ita multi sunt. de Clar. 187. b
Ita multa sunt incommoda in vita. de Nat. d. 1. 17
Tadius qui erat reliquus, non ita multum tecum fuit. 4. Verr. 34. a
Ego autem à patre ita eram deductus ad Scæuolam sumpta virili toga, vt quoad possem, & liceret, à senis latere nunquam discederem. de Amicit. 1. a
Qua in re ita diligens erat, quasi si qui magna fide societatem gereret. pro Quint. 7. a
Orestes autem, ita vt erat, Orestem se esse perseueraret: de Amicit. 24. a
Quum omnia ita facta essent, quemadmodū defendimus. pro Cecinna. a
Quod quum ita sit, maximè vellem, primū, &c. ad Attic. 127. b
Velim des operam vt inuestiges, sitne ita. ad Att. 190. b
Tollamus ergo omnia, &c. ita sit vt mediterranei mare esse non credant. de Nat. d. 1. 61
Hoc autem si ita sit, vt vnum modò sensibus falsum videatur: præsto est qui neget rem vllā percipi posse sensibus. 4. Acad. 181. a
Quæ quum ita sint, primū, &c. pro Rab. 91. b
Sic enim mihi perspicere videor, ita natos esse nos, vt inter omnes esset societas quædam. de Amic. 18. a
Ita mihi deos omnes propitios esse velim, vt, tametsi mihi iucundissimus est honos populi, tamen nequaquam, &c. 7. Verr. 30. a
Ita etiam si ædificaturus esses. 13. fam. 4
Ita de vnoquoque, vt quemque meritum arbitrentur, existimant. in Ant. 165. b

Ita isti faueo sententiæ. a

Videris quam nefaria vox, & hercle ita fecit, vel plus etiam quam dixit. de Amic. 35. a
Quod si ita fecissent, id non ita esse fixum deberet. pro Cluentio, 99. a
Ita fit, vt quod bonum sit, id etiam honestum sit. 3. de Finib. 43. a
Ita fit vt ego qui tela depellere, & vulneribus mederi debeam, tum id facere cogar, &c. pro Quintio, 4. a
Ita fit, vt vincat cognitionis studium, confociatio hominum atque communitas. 1. Offic. 220. b
Quæsturā ita gessit, quæ admodum cognouistis. 3. Ver. 71. a
Fimbria non ita se diu iactare potuit. de Clar. 186. b
Ita nobilissima ciuitas Græciæ, & olim potentissima, sepulchrum cuius sui ignorasset, nisi ab homine Arpinate didicisset. 5. Tuscul. q. 39. a. De Archimedis sepulchro.
Ita, inquit, tu enim, &c. pro Syll. 167. b
Non ita lato interiecto mari. in Orat. 13. a
Rarus incessus, nec ita longus. Orat. 102. b
Non ita longa disputatione. de Senect. a
Interim nec ita longo interuallo ille venit, pro Flacc. 156. b
Non ita magna mercede. epist. 10. b
Hoc tibi ita mando, vt dubitem, an etiam te rogem, &c. ad Attic. 72. b
Ita enim ipse mandauit. epist. 136. b
Quorum quanta mens sit, difficile est æstimare: ita multa meminerunt. a
Ita metuit, ne quid, &c. de Nat. d. 1. 50
Ita moratus, vt præ se probitatem quandam & ingenuitatem ferat. 1. Acad. 48. a
Ego te (ita incolumi Cæsare moriar) tanti facio, &c. ad Attic. 142. b
Non ita multum mihi spatii videtur, si, &c. 1. de Orat. 134. a
Non ita multis antè annis aiunt quædam, &c. pro S. R. 28. b. 10. ad Att. 46
Quo mortuo, nec ita multo post in Galliam proficiscitur: pro Quint. 8. a. 2. Offic. 25. a
Non ita necesse. 10. fam. 56. id est, non valde.
Ita sancta ac composita leges nominarunt. 2. de Leg. 10
Ita mobiliter palpitans cor. de Nat. d. 2. 18
Quum ita late pateat eius potestas. Epist. 53. b
Ita late longèque peruagatur animus, vt, &c. de Nat. d. 1. 38
Ita popularis causa, vt ei non possit obfistit. 3. de Leg. 25
Ille non ita pridem abiit. de Clar. 168. b
Accessione vtuntur non ita probabiliter. de Finib. 73. b
Non multum ita dicendi laude processerat. de Clar. 70. a
Sed tibi hoc video non posse deberi. A. ita profus. 2. Tuscul. q. 113. a
Nec ita multus prouectus, reiectus Austro sum in eum ipsum locum, vnde conscenderam. 1. Philip. 5. a
Ita quicquid est in quo, &c. de Orat. 94. b
Ita reprehenditur vt ceteri. de Nat. deor. 1. 21
Sed ita si redeam. 16. ad Attic. 16. & 15. fam. 22. pro, sed dummodo redeam.
De his non ita valde laboro. ad Brutum, lib. 11. 21. 5. a
Non ita valde mouentur his homines mediocres. de Nat. deor. 1. 60
Themistocles non ita sanè vetus. de clar. Orat. 168. b
Ita te, tuumque filium videam, vt mihi gratissimum fecisset. 16. fam. 21. in epist. Q. Ciceronis.
Non ita necesse videbatur. Epist. 160. b
Ita mihi pulcher hic dies visus est, vt viderer videre, &c. epist. 49. b
Ita viuam, vt maximos sumptus facio. Att. lib. 5. 103. 2. a
Atque ita, vt nullam, &c. epist. 8. b
Ita vt nequid properes. 16. fam. 11
Itane.
Itane censes: de Diuin. 122. b. & 125. b
Perditissimi est igitur hominis simul & amicitiam dissolueret, & fallere eum qui læsus non esset, nisi credidisset. itane est: pro Rosc. Amer. 66. a
Itane si quis ex sua re, &c. 2. de Diuin. 4
Itane verò hoc Brutus egit, vt Lanuuii esset: in Verr. 84. b
tit. iiii.

Itane verò ego non iustus, qui & Consul rogavi, & augur, & auspicator. de Nat. d. 8
Casu, inquis, itane verò: in Ant. 99. b
Itane verò, quibus fuit portus apud eum, contra quem arma tulerunt, is apud te, &c. 7. Verr. 119. a
Itane verò tu tua pericula communi periculo defendes: tu supplicia, quæ, &c. 7. in Verr. 62. a

Itaque.

Itaque multa ab eo prudenter disputata, multa breuiter & commodè dicta memoriarum mandabam. de Amic. 1. a
Itaque feci. pro Cluent. 28. b
Homines mihi ita chari, itaque iucundi, vt, &c. de Clar. 165. b
Itaque hoc Iudices, non sine causa fictis fabulis doctissimi homines memoriarum prodiderunt, eum qui, &c. pro Milone, 6. a
Itaque ex me quærunt. de Amic. 96. b
Itaque ea scribere nolui. quæ nec indocti, &c. 1. Acad. 7. a

Italia.

Erat Italia tunc plena Græcarum artium, studiaque hæc in Latio, & hic Romæ colebantur. pro Arch. 186. b
Referta quondam Italia Pythagoræorum fuit. de Oratore 122. b
Cur ocellos Italiæ, villulas meas non video: 16. ad Att. 16
Italiæ regiones descriptæ sunt, quam quisque partem tueretur. 16. fam. 14
Etenim quantum interest, vtrum in Massici radices, an in Italiam, aliòve deducamini: contra Rul. 79. b
Promitto tibi, si valebit, regulam illum in Italia nullam relicturum. 9. ad Attic. 20. Id est, vastaturum & euersurum totam Italiam.
Omnes qui in Italia remanserant, hostium numero habebantur. 11. ad Att. 12

Italus.

Itali ac Latini. de Arusp. resp. 248. b

Italicus.

Italici belli & ciuilibus historia à L. Luceio scripta. 5. fam. 28
Italica mensura. Tusc. q. 247. b
Italici philosophi dicti Pythagoræi. Cat. 70

Item.

Gabinium statim ad me vocavi, deinde item accersitur Stautilius. in Catil. 112. b
Quare vt Numestio mandavi, tecum vtageret, item atque eo, si potest, acrius te rogo, vt planè ad nos aduoles. 2. ad Attic. 65
Romulus augur cum fratre item augure. de Clar. 102. b
Item contra. de Fin. 62. b
Ego item, inquit illa, quæ, &c. de Orat. 113. b
Et item de cæteris rebus. de Orat. 119. b
Et item commune periculum. Parad. 241. & pro Mur. 140. b
Ac primò sic, &c. & item postea, &c. de Inuent. 51. b
Itaque ex me quærunt, credo ex hoc item Scæuola. de Amicit. 7. a
Vt enim de sensibus, item faciunt de reliquis. Acad. quæst. 11. b. Id est, vt, vt, idem.
Cur Taurominitanis, item fœderatis nauem imperasti: in Verr. 245. b
Hoc item tempore breuior esse debeo. epist. 80. b
Meaque item in te singulari beneuolentia. epist. 21. b
Nullæ enim lites, neque controuersia sunt, quæ cogant homines sicut in foro non bonos oratores, item in theatro actores malos perpeti. 1. de Orat. 59. a
Accensus istius, item minister in decumis, quum emisset, &c. 5. Verr. 63. a
Literæ mittuntur isti à patre vehementes, ab amicis item. 5. in Verrem, a
Aliis fortasse non item. epist. 235. b
Sed quum alterum percepta & comprehensa tenere videamus, alterum non item. 4. Acad. q. 45. a
Qui magis anguibus, quam lacertis: quam muribus: Quia sunt hæc quotidiana, angues non item. 2. de Diuin. 91. a
Sed corporum offensiones sine culpa acciderent possunt, animalium non item. 4. Tusc. q. 48. a
Sic illi in morbum & incidunt tardius, & recreantur ocyus,

hebetes non item. 4. Tusc. q. 49. a. & 5. de Finib. 143. a
Quod in libero seruant, in libera non item. de Nat. d. 38. b
Ita fit vt non item in oratione, vt in versu numerus extet. in Orat. 117. a
Spectaculum tibi vni iucundum, cæteris non item. ad Attic. 36. b
Non omnium magnarum artium, sicut arborum altitudo nos delectat, radices, stirpesque non item. in Orat. 82. a.
Hoc est, non similiter, vel eo pacto.
Te nõ venisse miratus sum, quod ite nunc miror. epist. 70. b
Quod item nuper, &c. pro Q. Rosc. 50. b
Faciebant hoc idem in cæteris ciuitatibus grandes natum matres, & item paruuli liberi miserorum. 7. Verr. 101. a
Bis M. Lepidus Imperator, item pontifex maximus. epist. 166. b
Non est item, quàm dudum. 14. ad Attic. 17
In re est item ridiculum. de Orat. 131. b
Aiunt nonnulli, Salustius item, me, &c. Quint. fra. 324. b
Pergratum mihi feceris, spero item Scæuolæ, si, &c. de Amicit. 15. a
De quo item sermone. Epist. 41. b
Græcè item scriptum librum L. Coffinio ad te dedi. ad Attic. 21. b
Tu meas epistolas concerpito, ego item tuas. ad Att. 166. b
Si ex capite sis meo natus, item vt aiunt Mineruam esse ex Ioue. Terentia, 74. b
Quibus item vt cæteris imperabat, &c. in Verr. 246. b
Item vt vos Romæ cognouistis. in Verr. 135. b
Quæ omnia item vt contraria rerum bonarum in rebus vitandis reperiuntur. in arte Rhet. pro quemadmodum.
Fecisti item vt prædones solent. 6. in Verr. 18. a

Itemque.

Placuit Scæuolæ & Coruncano, itemque cæteris, qui, &c. de Leg. 180. in Ant. 191. b
Itemque quum, &c. in Verr. 87. b
Itemque de Repub. de Orat. 114. b
Solis defectiones, itemque lunæ prædicuntur. 2. de Diuinat. 25. a
Itemque quæ, &c. Top. 226. b
Itemque sapientiam artem viuendi, quæ ipsam ex sese habeat constantiam. 4. Acad. q. 47. a
Itemque si id quod officii sit, non occurrit animo, nihil omnino aget. 4. Acad. q. 50. a. 3. Verr. 39. a
Itemque si quæ verborum iterationes contentionem aliquam & clamorem requirent, erunt ab hac summisione orationis alienæ. in Orat. 46. a

Iter.

Aquæ ductus, hauustus, iter, a ctus, &c. pro Cecin. 299. b
Iter deuium. Tusc. q. lib. 1. 59
Iter ex Gallia. 3. ad Q. frat. 39
Iter expeditius communis salutis, quàm meæ laudis esse volui. 10. fam. 15. in epist. Planci.
Proh dii immortales, quàm iter illud iucundum esse debet: quo confecto nulla reliqua cura, nulla sollicitudo futura sit. Tusc. q. lib. 1. 79
Longum est iter ad omnia. de Nat. d. 1. 15
Iter meum Reipub. & rerum vrbana ratio gubernabit. 2. fam. 34
Testis est Gallia, per quæ legionibus nostris in Hispaniam iter Gallorum interemptione patefactum est. pro Pompeio, 9. b
Iter propositum & iam constitutum. Diuin. lib. 1. 27
Cui ne iter quidem ad sepulchrum patrum relictum est. pro S. Rosc. 22. b
Iter solenne, legitimum, necessarium ante diem x i i i. Cal. Februarii Miloni esse Lauinium ad Flaminem prodendum. pro Milone, 19. a. Id est, iter habebat.
Iter illi instaret & subitum & longum. 13. ad Att. 29
Sed itineris causa vt diuerterem, primum est deuium, deinde ab Antronio & cæteris quatruidi. ad Att. lib. 3. 47. 1. a
Iter qua maximè ἀναπνευστὸν esset. 9. ad Attic. 2
Itineris mei comitem non ducem. 11. ad Attic. 25
Itineris totius summa. 13. ad Att. 52

Veni ad pontem Tiritium, in quo flexus est ad iter Arpinas. ad Attic. lib. 16. 337. 1. a
Quum abessem ab Amiano iter vnus diei. epist. 245. b
Iter quatruidi abfuisse à Laodicea. 12. fam. 38. in epist. Lent.
Iter aliquò affectare. pro Rosc. Amer. 83
Iter consuebamus astuosa & puluerulenta via. 5. ad Att. 26
Iter reliquum conficere pergat. 2. de Orat. 106. a
Quum illud iter Hispaniense pedibus ferè confici soleat, aut si quis nauigare velit, &c. in Vatinius, 9. a
Iter contendere. pro Rosc. Amer. 60
Iter à Vibone Brundisium terra petere contendi. pro Plancio, 70. a
Iter contuli Brundisium versus. 3. ad Att. 3
Meumque iter eò contuli. Brutus Ciceroni, lib. 11. 138. a
Iter aliquò conuertere. 3. ad Att. 2
Vibonem statim venias, quò ego multis de causis conuerti iter meum. ad Att. lib. 3. 2
Quum ipse iter ad Mutinam dirigerem, in itinere de prælio facto audiui, &c. Plancus ad Cic. lib. 10. 22
Nobis iter est in Asiam, maximè Cyzicum. Att. lib. 3. 46. 1. a
At contra, quacumque iter fecit, hoc iucundissimum spectaculum omnibus victorum captorumque hostium præbebat. 7. Verr. 53. a
Censeo via Appia iter facias, celeriter Brundisium venias. ad Att. lib. 8. 152. 8. a
Confestimque cum Q. fratre & liberis nostris iter in Apuliam facere cœpi. Att. lib. 8. 159. 2. a
Quod ille in Sardiniam iter habebat. ad Q. fr. lib. 2. 8. 5. a
Cohortes quæ ex Piceno ad me iter habebant. ad Attic. 126. Epist. 24. b
Cæsarem iter habere Capuam, & eo ipso die mansurum esse Efernæ. Att. lib. 8. 159. 2. a
Iter habere ex loco aliquo. 3. ad Att. 2
Iter longum ingressus sum. in Ant. 243. b
Ingredi iter pedibus, vel equo. de Senect. 30. a
Interrumpere iter amoris & officii. ad Att. lib. 4. 6
Itinere difficillimo facto. 11. fam. 16. in epist. D. Bruti.
Tabellarius quem ad Brutum miseram, ex itinere rediit. ad Att. 284. b
Itaque persæpe reuertit ex itinere, quum iam progressus esset multorum dierum viam. de Diuin. 86. b
Venire ex itinere. de Inuent. 51. b
In ipso itinere & via discedebant publicanorum tabellarii. 5. ad Att. 29
Hæc quum audissem, & iam in itinere essem. Brutus ad Ciceron. lib. 11. 20. 4. a
Itinere multò maiore fugiens, quàm ego sequens. 11. fam. 22. in epist. D. Bruti.
In vite videmus naturam suo quodam itinere ad vltimum. peruenire. de Nat. d. 2. 25
Itinerum peregrinatio. 2. Philip. 70
Itinera componere. 15. ad Att. 44
Itinera ita facit, vt multos dies in oppidum ponat. 11. ad Attic. 45
Deinde cogitabam sine vlla mora, iusta itinera facere. ad Attic. lib. 5. 4
Itinera reprimere. 10. ad Att. 19
Itineribus contineri. post redi. ad Quiri. 6
Itineribus contineri veni. 10. fam. 70. in epist. Lepidi.
Itineribus propè deuus currebat. 14. ad Att. 16
Trebonius itineribus deuus profectus est in prouinciam. ad Attic. lib. 14. 1
Itineribus magnis equites mille via breuiore præmissi. 10. fam. 19. in epist. Planci.
In quo genere, quoniam ipsi quoque fuimus, patiamur illum ire nostris itineribus. ad Quint. frat. lib. 3. 22. Id est, nostro dicendi genere.

Itero.

Itera dum eadem & ista mihi. 4. Acad. 156. a. ad Att. lib. 14. 312. 1. a
Vt quod dixit, iteret. Orat. 109. b
Quum aut duplicantur, iteranturque verba, aut breuiter commutata ponuntur. Orat. 109. b

Iterando redintegrare aliquid. ad Heren. 33. b

Iteratus.

Ager non semel aratus, sed nouatus & iteratus. 2. de Orat. 72
Verba sæpius iterata. Partit. 13

Iteratio.

Iteratio & rationis apta conclusio. 3. de Orat. 112
Plurium verborum iteratio. ad Heren. 33. b
Itemque si quæ verborum iterationes contentionem aliquam & clamorem requirent, erunt ab hac summisione orationis alienæ. in Orat. 46. a

Iterum.

Tamen nemo est quin sæpe iactans, Venereum iaciat aliquando, nonnunquam etiam iterum ac tertium. 2. de Diuinat. 181. a
Iterum ac tertio nominaui. pro Rosc. Amer. 36. a
Semel atque iterum, ac sæpius. pro Font. 279. b
Id vt re experiatur, iterum & sæpius te rogo. Epist. 221. b
Iterum & sæpius testis est Italia. pro leg. Manil. 21. a
Iterum autem peccant, quum, &c. de Orat. 118. b
Flaminius Consul iterum. de Diuinat. 96. b. ad Attic. lib. 4. 82. 2. a
L. Saturninus iterum Tribunus. pro Sest. 11. b
Et Liuianæ fabulæ non satis dignæ quæ iterum legantur. de Clar. 171. b
Iterum iste Romam se retulit. pro Flac. 156. b
Primò quidem decipi, incommodum est: iterum, stultum: tertio, turpe. 1. de Inuent. 86. a

Ithaca.

Ac si nos id (inquit) quod maximè debet, nostra patria delectat, cuius rei tanta est vis ac tanta natura, vt Ithaca illam in asperrimis saxulis tanquam nidulum affixam, sapientissimus vir immortalitati anteponeret: &c. 1. de Orat. 96
Ithacæ, genus orationis. Orat. 70

Ithyrei.

Ithyrei, Antonii corporis custodes. 2. Philip. 43

Itidem.

Quorsum istud: M. Quia nunc itidem ab eodem & à cæteris diis immortalibus sunt nobis agenda primordia. 2. de Leg. 13. a. 2. de Nat. d. 97. a. in Catil. 55. a
Temperantia in rebus incommodis est itidem duplex. Partit. 236. b
Et ea quæ mouent sensus, itidem mouent sensus omnium. de Diuin. 83. & de Leg. 161. b
Vinctus itidem à filio Saturnus. 3. de Nat. d. 83

Itio, Ito, Itus, vide Eo.

Iuba.

Iubæ regis filius, nõ minus bene nummatus, quàm bene capillatus. in Rul. 62
Ad Iubam confugiendum. 7. fam. 10
Iuba.
Hic equus ille Iubam quatiens. de Nat. d. lib. 2. 102
Equus cuius in Iuba examen apum confederat. de Diuinat. 95. b

Iubatus.

Tanquam Iubatus draco. ad Heren. 39. b

Iubellius.

Iubellius Taurea Capuæ c. o. s. in Pison. 19

Iubeo.

Valde Iubeo gaudere te. 7. fam. 7
Iubeo te sine cura esse. in Verr. 69. b
Iubeo te bene sperare, & bono animo esse. pro Deio. 151. b
Sperare nos amici iubent, suadent, hortantur. Epist. 232. b
Etsi tuæ literæ rectè sperare iubent, tamen, &c. Att. 208. b
Illum salutari, postea iussi valere. Att. 96. b
Quod nec Senatus censuit, nec populus iussit, id arroganter non præiudico. Attic. 275. b
Populus Romanus legem iussit de ciuitate tribuenda. pro Corn. 61. b
Ita porro te sine cura esse iussit. Attic. 188. b
Dionysium velim saluere Iubeas. Att. lib. 4. 84. 10. a
Quæ scisceret plebs, aut quæ popul' iuberet. pro Flac. 149. b
Literæ, non quæ te aliquid iuberent, sed commendatæ. 13. fam. 45

Quia vos fœdus nō iusseritis, veretur Hyempsal vt satis firmum sit. contra Rul. 62

Iubere beneficia occasura esse. pro Mil. 77

Causam apud se dicere iubere. lib. 1. de Fin. 18

Iubere dicere qua de re quis vellet audire. 2. de Fin. 2. a

Iubere leges. 1. de Orat. 32

Num apud populum de legibus iubendis atque vetandis: de Orat. 90. b

Cæsar ostendit se, priusquam proficisceretur, Dolabellam consulem esse iussurum. in Ant. 175. b

Iussus.

L. Lucullus vestro iussu coactus abiit. pro Pomp. 9. & Offic. 63. b

Iussum.

Gaditanos nullum populi iussum habere. pro Corn. 62. b

Si id triginta curiæ iussissent, num id iussum esset ratū: pro Domo sua, 228. b

Sed quæro abs te, putēsne, si populus iusserit me tuum, aut item te meum seruum esse, id iussum ratū atque firmum futurum: pro Cecin. 69. a

Senatori tria iussa sunt, vt adsit, vt loco dicat, vt modo. de Leg. 192. b

Iura & iussa populorum. de Leg. 159. b

Qui perniciofa & iniusta iussa populis descripserunt. de Leg. 171. b

Iussa, verita populi, quum sciscntur, suffragia optimatibus nota, plebi libera sunt. 3. de Leg. 10

Hæc & alia iussa ac verita populorū vim habent. 2. de Leg. 8

Quum Gaditanus scita ac iussa nostra comprobatur. pro Cornel. 63. b

Quum præsertim deorum immortalium iussis atque oraculis id fecisse dicantur. pro Sext. Rosc. 29. b

Iucundus.

Amor tuus mihi gratus & optatus, dicerem iucundus, nisi id verbum in omne tempus perdidissem. Epist. 71. b

Comes alicui charus atque iucundus. in Catil. 120. b

Erat temporibus illis Q. Metellus iucundus Numidico, &c. pro Archia, 4. a

Odor suauis & iucundus. in Verr. 152. b

Fides iucunda est auditu in laudationibus. de Orat. 140. b

Fuit mihi sæpe & laudi nostræ gratulatio tua iucunda, & ti moris consolatio grata. Att. lib. 1. 12. 8. a

Ista veritas etiam si iucunda non est, mihi tamen grata est. Att. 52. b

Est mihi iucunda in malis, & grata in dolore vestra erga me voluntas. 4. in Catil. 73. a. Iucunda, quasi plena lætitiæ & voluptuosa.

Iucundum à iuuando dicitur. de Finib. lib. 2. 11

Quod te de Tadiano negotio decidisse scribis, id ego Tadio & gratum esse intellexi, & magnopere iucundum. ad Attic. lib. 1. 5. 1. a

Patriæ solum quum est omnibus gratum, tum verò dulce atque iucundum. in Catil. 121. b

Et mihi pergratum, perque iucundum erit. Quint. fr. 320. b

Iucundi agri & fertiles. de leg. Agrar. 49. a

Qui instituta maiorum neglexerunt, & imperitiæ atq; concitatæ multitudini iucundi esse voluerunt. pro Sest. a

Iucunda mihi sunt: velim sint prospera. 14. ad Att. 15

Omnia iucunda, quanquam sensu corporis iudicentur, ad animum referri tamen putat Epicurus. Tusc. q. lib. 5. 69

Sententiæ ad probandum accomodatæ, & verba ad audientum iucunda. de Orat. 103. b

Inuehi in homines charos, iudicibusque iucundos. de Oratore, 137. b

Filia tibi iucundior atque obsequentior, quam parenti par est. Sal. in Cic. 270. b

Quanquam enim quod præfens tanquam in manum datur, iucundius est: tamen hæc in posterum gratiora, muri, naualia, portus, aquarum ductus, omniaque quæ ad vsum Reip. pertinent. 1. Offic. 88. a

Nihilvifum est illo pane iucundius. Tusc. q. 247. b

Scientiæ suauitas quo nihil est hominibus iucundius. de Orat. 148. b

Is nihil aut patri gratius, aut sibi iucundius, aut re vera honestius facere posset. pro Sex. Rosc. 26. b

Cuius officia iucundiora scilicet mihi sæpe fuerunt, nunquam gratiora. Epist. 51. b

Conspetus vester multo iucundissimus. pro Pomp. b

Iucundissimus fructus libertatis. Antequam. 192. b

Ille mihi iucundissimus est. Epist. 57. b

Iucundissimus fuit his rebus. 1. ad Q. fra. 16. Id est, hæc res iucundissimum eum reddiderunt.

Mi iucundissime Cicero. 9. fam. 17. in epist. Dolabellæ.

Iucunde.

Iucundè edere vel bibere. pro Cælio, 40. b

Quum in conuiuio comiter & iucundè fuisses. pro Deiotaro, 12

Iucundè moueri. Tusc. q. lib. 3. 41

Iucundè aliquid narrare de aliquo. de Amic. 1. a

Iucundissime viuere. 2. de Finib. 112. a

Clamat Epicurus is, quem vos nimis voluptatibus esse deditum dicitis, non posse iucundè viuere, nisi sapienter, honestè, iustèque viuatur. 1. de Finib. 89. 2

Iucunditas.

Delectatio, iucunditasque. de Or. 157. b

Ex quo quidem maximus est fructus iucunditasque sapientii. pro Marc. 134. b. pro Mur. 133. b

Multa in homine iucunditas, & magnus in iocando lepos. de Orat. 87. b

Tranquillitas & iucunditas animi. de Amic. 111. b

Iucunditas naturæ. de Pet. Conf. 12

Iucunditas victus in desiderio est, non in satietate. Tusc. quæst. lib. 5. 72

Vrbani quibus ista agri spes & iucunditas ostenditur. contra Rullum, 81. b

Idcirco vitam eripere cupiunt, vt cum spiritu sensum quoque adimant iucunditatis. Antequam. 193. Id est, voluptatis.

Nunc mihi iucunditatis plena epistola. Quint. fra. 312. b

Itaque ne iustitiam quidem rectè quis dixerit per seipsam optabilem, sed quia iucunditatis vplurimum afferat, &c. 1. de Finib. 81. a

Relaxare animum, & dare se iucunditati. 1. Offic. 172

Itaque ille dies tantæ mihi iucunditati fuit, vt, &c. pro Domo sua, 228. b

Hoc conducit ad vitæ commoditatem, iucunditatēque. Offic. 2. b

Hanc quoque iucunditatem, si vis, transfer in animum: iuare enim in vtroque dicitur, ex eoque iucundum. 2. de Finib. 21. a

Voluptas quæ cum iucunditate quadam percipitur sensibus. de Finib. 56. b

Iucunditate perfundi. 2. de Finib. 10. a

Nihil mihi potuit vnquā ex plurimis tuis iucunditatibus gratius accidisse, quam quod meam Tulliam suauissimè, dilectissimèque coluisti. Att. lib. 10. 25

Iudæus.

Iudæi & Syri nationes natæ seruituti. de prouinc. Consul. 8

Quum aurum Iudæorum nomine quotannis ex Italia & ex omnibus vestris prouinciis Ierosolymam exportari soleret, &c. pro Flacco, 52

Iudaicus.

Sequitur auri illa inuidia Iudaici. pro Flac. 52

Iudico.

Atque ego, &c. sic statuo & iudico neminem, &c. de Oratore, 119. b

Ego enim de meo sensu iudico. in Catil. 83

Iudicas de nobis à certo sensu & vero. 11. fam. 16. in epist. D. Bruti.

Sed, vt mihi videris, non rectè iudicas de Catone. de Amicitia, 8. a

Quid percipit, & quid iudicat, quo aut petat aut fugiat aliquid, præter voluptatem aut dolorem: lib. 1. de Fin. 24

Ipsa natura incorruptè atque integrè iudicat. 1. de Fin. 23

In artibus, in quibus non vtilitas quæritur necessaria, sed animi libera quædam oblectatio, diligenter ac propè fastidiosè iudicamus. de Orat. 94. b

Vestra culpa hæc acciderit equites Romani, dissolutè enim iudicatis. ad Q. fra. lib. 2. 29

Laudabunt omnes, si rectè & ordine iudicatis. pro Sex. Roscio, 41. b

De quibus neque deprauatè iudicant, neque corruptè. de Finib. lib. 1. 55

Oculorum fallacissimo sensu iudicant ea, quæ ratione atque animo videre debent. de Diu. 127. b

Plura iudicant homines odio aut amore, &c. quàm veritate & praescripto. de Orat. 124. b

Contra ac Deiotarus sensit, victoria belli iudicauit. in Anton. 237. b

Iudicauit iudicium inclytum inter deas tres. 1. de Diuinat. 186. a

Vnum enim iudicauistis, &c. in Ant. 186. b

Quæ suum Consulem hostem iudicauerunt, seque ad salutem Reip. defendendam contulerunt. Bruto, lib. 11. 7. 5. a

Itaque recuperatores contra istum rem minimè dubiam prima actione iudicauerunt. pro Flac. 38. a

definitur: in Verr. 195. b
Pro iure nostræ amicitia à te peto. 10. ad Att. 29. in epi. Cæs.
Satisne à vobis videor pro meo iure in vestris auribus com-
mendatus: de Finib. a
Pro meo iure dico. pro Flac. 164. de Fin. 142. b
Itineris nostri causa fuit, quòd non habebam locum vbi
pro meo iure diutius esse possem, quàm in fundum Sicæ.
Attico, a
Vt ad te familiariter, & quasi pro meo iure scriberem. Ari-
sto, lib. 13. 51. 1. a
Quem iure suo adire aut appellare posset. in Verrem, a

Quare suo iure noster Ennius sanctos appellat poetas. pro
Archia, 14. a
Earum rerum omnium, vel in primis hic A. Licinius fru&u
à me repetere propè suo iure debet. pro Archia, 1. a
Pomponius quidem, inquam, noster iocari videtur, & for-
tasse suo iure. 5. de Fin. 6. a
Tum deprecabitur à vobis, tum etiam pro suo iure contem-
det, ne patiamini, &c. 7. Verr. 2. a
Maximam verò partem quasi suo iure Fortuna sibi vendi-
cat: & quicquid prosperè gestum est, id penè omne ducit
suum. pro Marcello, 3. a
Iure suo vti. in Rull. 85
Vetere quodā in Scenicos iure, maximèque oppidano. pro
Planc. 265. b
Sed vniuersas prouincias regionèsq; vno calamitatis iure
comprehenderet. Offic. 2. 38
Quidam in respondendo iure, autoritate plus, quàm ipso
ingenio valent, & Rutilius magnum munus de iure re-
spondendi sustinebat. de Clar. 174. b
Iura si populorum iussis, si principum decretis, si sententiis
iudicum constituerentur, ius esset latrocinari, ius adulte-
rare, ius testamenta falsa supponere, si hæc suffragis, aut
scitis multitudinis probarentur. 1. de Leg. 33
Iura belli in repub. maximè conseruanda. Offic. 1. 51
Iura litium & benevolentia. 7. fam. 28
Iura Siculorum, quæ habent à Pop. Rom. in Verr. 155. b
Quis nobis ista iura tam æqua describit: pro Quint. 8. b
Filium pro patre mori iura omnia diuina & humana co-
gunt. pro Sex. Rosc. 24. b
Qui omnia iura diuina atque humana peruertit. Offic. 6. b
Iura inimicissima. pro Quint. 27
Nostri clarissimorum hominum autoritate, leges & iura
lecta esse voluerunt. de Orat. 107. b
Iura nostra ad naturam accommodari gaudeo. 2. de Leg. 57
Iura omnia polluere. pro Rosc. Amer. 39
A quibus iura ciuibus præscribebantur. Cat. 25
Qui mortuis tam religiosa iura tribuerunt. Læli. 11
Ius ciuile.
Ius ciuile, & ius natura. 3. de Nat. d. 32
Ius ciuile est æquitas constituta iis, qui eiusdem sunt ciuita-
tis, ad res suas obtinendas. Top. 5
Ius ciuile ex quibus constat. Top. 13
Ius ciuile olim paucis & obscuris literis continebatur. pro
Mure. 25
Qui ius ciuile contemnendum putat, is vincula reuellit nō
modò iudiciorum, sed etiam vtilitatis vitæque commu-
nis. pro Cec. 51
Crassus heri nobis pollicitus est, se ius ciuile, quod nūc dif-
fusus & dissipatum est, in certa genera coacturum, & ad
artem facillè redacturum. de Orat. 121. 100. b
Ius ciuile omne præter Romanum inconditum ac penè ri-
diculum. 1. de Orat. 97
Ius ciuile perfecto oratori tenendum. Orat. 65
Ius ciuile in Mutiorū familia diu versatum est. 1. de Orat. 22
Tum perfectam artem iuris ciuilibus habebimus magis ma-
gnam atque vberem, quàm difficilem & obscuram. de
Orat. 100. b
Iuris ciuilibus cognitio Scæuolæ facilis visa, cuiusque vtilitas
& delectatio. 1. de Orat. 82
Iuris ciuilibus cognitionem atque interpretationem olim prin-
cipes in sua possessione retinuerunt. Offic. 2. 96
Iuris ciuilibus & rei militaris comparatio. pro Mure. 19
Iuris ciuilibus custos Prætor. 3. de Leg. 7
In iuris ciuilibus disputatione ferendi mores, nec scriptis om-
nia faciendā. 1. de Leg. 15
Iuris ciuilibus ediscendi facilitas. 1. de Orat. 94
Finis iuris ciuilibus quis. 1. de Orat. 93
Mutius Augur iuris ciuilibus intelligentia, atque omni prudē-
tentiæ genere præstitit. de Clar. 173. b
Sex. Ælius iuris ciuilibus omnium peritissimus. de Clar. 171. b
Atqui non desunt illis eloquentia, sed iuris ciuilibus pruden-
tia. de Orat. 98. b
Iuris ciuilibus in ordinem redigendi ratio. 1. de Orat. 94

Iuris ciuilibus scientia à plerisque oratoribus neglecta, quan-
uis ad dicendum necessaria. Partit. 54
Eloquentia primas tenuit semper vrbis, pacatisque rebus,
secundas iuris ciuilibus scientia, cum in altera gratia, gloria,
præsidii plurimum esset, in altera perfectionum, cautio-
numque præceptio. Orat. 210. b
Iuris ciuilibus vtilitas. pro Cecin. 52. 53. 54
Ius ciuile defendere. 7. fam. 24
Vt cum genere humano quasi ciuile ius intercederet. de Fi-
nib. lib. 3. 53
Ab iure ciuili instructior. Brut. 83
Leges de iure ciuili, id est, de iure ciuitatis dandæ. pro Corn.
Balb. 59. b
Impune feci: nam quid agas mecum ex iure ciuili & Præ-
torio non habes. pro Cec. 291. b
Fontes omnium disputationum, qui iure ciuili & legibus
continentur. de Orat. 101. b
In iure ciuili genera perpauca. 1. de Orat. 94
C. Carbo ignarus legum, hæsitans in maiorum institutis, ru-
dis in iure ciuili. de Orat. 88. 99. b
Quæ descripta sunt legibus & iure ciuili, hæc ita teneantur
vt sit constitutum. Offic. 11. b
Hoc si minus iure ciuili perscriptum est, lege tamè natura,
& cōmuni iure gētiū sancitū est, vt nihil, &c. de Aru. 251. b
Ius commune.
De communi iure dubitare. pro Cecin. 68. b
Ius feciale.
Ac belli quidem æquitas sanctissimè feciali populi Ro. iure
perscripta est. Offic. 1. 53. de hoc vide Gellium lib. 16. cap. 4
Ius gentium.
Maiores aliud ius gentium, aliud ciuile esse voluerūt: quod
enim ciuile, non idem continuo gentium: quod autem
gentium, idem ciuile esse debet. Offic. 65. b
Hyeme omnia bella iure gentium conquelescunt. pro Rab.
Posth. 129. b
Aliquid more, lege, iure gētiū esse factum. pro S. R. 42. b
In ea causa fuit oratoribus de toto stirpis ac gētilitatis iure
dicendum. de Orat. 99. & 88. b
Ius legitimum.
Ius legitimum, id est ciuile. pro Domo sua, 220. b
Ius legitimum ad summā illam seueritatē exegeris. 8. famil.
14. in epist. Cælii.
Ius natura.
Natura ius est, quod non opinio genuit, sed quædam innata
vis inseruit. de Inuent. 81. b
Natura ius est, quod nobis non opinio, sed quædam innata
vis affert, vt religionem, pietatem, gratiam, vindicationem,
obseruantiam, veritatem. de Inuent. 70. b
Iura natura à vulgari intelligentia remotiora. 2. de Inu. 170
Ius Pontificium.
Ius Pontificium. de Nat. d. 68. b. Cat. 45
Ius Pontificium & ciuile tracto. de Senect. 84. b
Idque cum multis aliis rebus, tum è Pontificio iure, & cere-
moniis sepulchrorum intelligi licet. 1. Tuscul. q. 23
Legitimo & Pontificio iure. pro Domo sua, 220. b
Nec de Pontificio, sed de publico iure disputo. pro Do. 239. b
Ius Pontificale.
Ius Pontificale eum morem confirmat. 2. de Leg. 52
Iuris Pontificalis tota compositio magnam religionem, ce-
remoniamque declarat. 2. de Leg. 51
Ius Prætorium.
Ius Prætorium. in Verr. 114. b
Quæ quidem plaræque iure Prætorio liberantur, nonnulla
legibus. Offic. 1. 48
Ius publicum.
Ius publicum vindicandi. pro Domo sua, 240. b
Historiam dico & prudentiā iuris publici. de Orat. lib. 1. 100
Ius summum.
Existunt etiam sæpe iniuriæ calumnia quadam, & nimis
callida, sed malitiosa iuris interpretatione. Ex quo illud.
Summum ius, summa iniuria, factum est iam tritum ser-
mone proverbium. Offic. 1. 49
Dictator militiæ summum ius habeto. de Leg. 185. b
v v v. iiii.

Non agam summo iure tecum: non dicam id, quod debeam forsitan obtinere. 7. Verr. 3. a
 Summo iure agere, & certum ius obtinere. pro Cec. 287. b
 Si contra verbis & literis, & (vt dici solet) summo iure contenditur, solent eiusmodi iniquitati, vt boni & æqui nomen, dignitatēque opponere. pro Cecin. 297. b
 Iure summo contendere. 16. ad Att. 37. cui opponitur, Remissioem esse.
 Experiri summo iure. pro Quint. 6. b
Ius varium.
 Deinde si de iure vario iudicatum est, non potius contra iuriconsultos statuunt, si aliter pronuntiatum est ac Mutio placuit: quā ex eorum autoritate, si vt Manilius statuebat, sic est iudicatum. pro Cec. 50. a
Iure.
 Quamobrem iure in eum animaduertetur. 7. Verr. 15. a
 Iure euenit. 4. Acad. q. 218. a
 De Memmio Attica iure queritur. ad Att. 249. b
 Propter virtutem iure laudamur, & in virtute rectē gloria-mur. de Nat. d. 77. b
 Merito ac iure laudari. in Cat. 113. b
Iusurandum.
 Iusurandum, est affirmatio religiosa: quod autem affirmate, quasi deo teste promiseris, id tenendum est. Offic. 3. 141
 O fides alma, apta pennis, & iusurandum Iouis. Offic. 73. b
 Cuius princeps iusurandi fuit, quod omnes scitis, solus neglexit fidem. Offic. 71. b
 Iusurandi fidem alicui abrogare. pro Rosc. Com. 26
 Suauem habui recordationem clarissimi iusurandi. ad Att. 88. b
 Religio iusurandi ac metus deorum immortalium in testimonio dicendo. pro Font. 280. b
 Luceius socius vestre religionis, iurisque iurandi. pro Cælio, 48. b
 Introduciti Galli, iusurandum sibi & literas à Lentulo ad suam gentem datas esse dixerunt. in Catil. 112. b
 Vt libentibus animis ad illius testimonium, vestrum iusurandum accommodetis. pro S. Rosc. 61. a
 Non enim ex pactione verborum, quibus iusurandum comprehenditur, sed ex perfidia & malitia, per quam insidiam tenduntur alicui, dii immortales hominibus irasci & succensere solent. pro Sext. Rosc. 52. b
 Conseruare iusurandum. Offic. 72. b
 Iurauitque se illum statim interfectorum, nisi iusurandum dedisset, se patrem missum esse facturum. 3. Offic. 153. a
 Iusurandum pulcherrimum iuravi: quod populus item magna voce me verē iurasse iuravit. 5. fam. 6
 Si avarus est, negligit iusurandum. de Inuent. 52. b
 Fidem, iusurandumque negligere. de Arusp. 251. b
 Non iusurandum reliquisti: aliter contempstisti. ad Heren. 28. b
 Qui iusurandum violat, is fidem violat. Offic. 3. 142
 Sed vt adsint, cognoscant, animaduertant, quod de religione, pietate, sanctitate, ceremoniis, fide, iureiurando, quid de templis, delubris, &c. 1. de Nat. d. 22. a
 Psephismata iureiurando constrieta. pro Flac. 149. b
 Plurima firmantur iureiurando inter ipsos homines diis immortalibus interpositis. de Leg. 172. b
 Quum intelligat quā multa firmentur iureiurando, &c. 2. de Leg. 14
 Nullum enim vinculum ad astringendam fidem iureiurando maiores arctius esse voluerunt. 3. Offic. 151. a
 Ex qua domo recitatur vobis iureiurando de iurata autoritas: id est, testimonium iurati hominis. pro Cæli. 49. b
Iurisdicatio.
 Iurisdicatio nec imperita & clemens. 6. ad Att. 25
 Præture iurisdicatio res varia & multiplex ad suspiciones & simulatas non attingitur, &c. pro Flac. 4. a
 Æstiuos menses rei militari dare, hybernos iurisdictioni. ad Q. frat. 293. b
 Afiacæ iurisdictioni vrbana iurisdicatio respondet. pro Flac. 77. a
 Postero die, quum ab eo digressus essem, eo consilio vt ab

Athenis in Bœotiam irem, reliquāque iurisdictionem absoluerem. Seru. Sulp. Ciceroni, lib. 4. 36
 Iurisdictionem conficere. 2. fam. 25
 Is venalem in Sicilia iurisdictionem habuit. in Verr. 116. & 132. b
 Qui in concione ausus est dicere, iustitiam iudici oportere, iurisdictionem intermittere, iudicia tolli. de Arusp. 51
 Omitto iurisdictionem in libera ciuitate contra leges. de Prou. 5
 Sub vestrum ius, iurisdictionem, potestatem, orbem terrarum subigeretis. contra Rul. 86. b
 Ac mihi quidem videtur non sanè magna varietas esse negotiorum in administranda Asia, sed ea tota iurisdictione maximè sustineri. ad Q. frat. lib. 1. 130. a
Iuriconsultus.
 Iuriconsultus est qui legum & cōsuetudinis eius, qua priuati in ciuitate vtuntur, & ad respondendum, & ad agendum, & ad cauendum peritus est. de Orat. lib. 1. 106. de Legibus, 158, 179. b
 Ita tibi iuriconsultus ipse per se nihil videtur, nisi leguleius quidam acutus & cautus præco actionum, cātor formularum, auceps syllabarum. de Orat. 105. b
 Iuriconsultus Mutius, pontifex idem. 2. de Leg. 49
 Est enim sine dubio domus iuriconsulti totius oraculum ciuitatis. 1. de Orat. 99
 L. Valerium iuriconsultum valde tibi commendo, sed ita etiam, si non est iuriconsultus: melius enim ei cauere volo, quā ipse aliis solet. epist. 31. b
 Legi tuas literas: ex quibus intellexi te Cæsari nostro valde iureconsultum videri. 7. fam. 19
 P. Scæuola, M. Manilius, M. Brutus iuriconsulti. de Fin. 51. b
 Iuriconsulti sine oratoria facultate cōtemnēdi. 1. de Orat. 122
 Sed iuriconsulti, siue erroris obiiendi causa, quo plura & difficiliora scire videantur, siue, & c. ignorantia docendi, &c. sæpe quod positum est in vna cognitione, id in infinita dispertuntur. 2. de Leg. 45
 Iuriconsulti veteres artem suam peruulgari noluerunt. 1. de Orat. 91
 Iuriconsultorum genus dicendi, idem Q. Cornelio videbatur. 7. fam. 33
 Ea iuriconsultorum ingeniis plerunque corrupta sunt. pro Mur. 129. b
 Memoria iuriconsultorum. de Orat. 95. b
 Iuriconsultorum prudentia. Top. 226. b
 Contra iuriconsultos. pro Mur. 129, 130. b
Iuridicialis.
 Iuridicialis constitutio est, cum factum conuenit, sed iure an iniuria factum sit, queritur. 1. ad Heren. 24
 Iuridicialis est, in qua æqui & recti natura, aut præmii aut pœnæ ratio queritur. 1. de Inuent. 21
 Tertia, quauis molestum hoc nomen sit, iuridicialis vocetur. de Inuent. 69. b
 Iuridicialis constitutionis nomen molestum. Top. 49
 Huic generi Hermagoras partes quatuor supposuit, deliberatiuam, demonstratiuam, iuridicialem, negotialem. 1. de Inuent. 17. a
 In iuridiciali absoluta constitutione quid queratur. 2. ad Heren. 52
 In iuridiciali constitutione deprecationis quis sit vsus. 2. ad Heren. 58
 In iuridiciali assumptiua ex comparatione quomodo agendum. 2. ad Heren. 54
Iurisperitus.
 L. Cælius iuris valde peritus. de Clar. 173. b
 Lucullus iuris & publici, & priuati sanè peritus. de Cla. 184. b
 Iurisperiti minores magistratos plures sunt. 3. de Leg. 5
 Q. Scæuola iurisperitorum eloquentissimus, eloquentium iurisperitissimus. de Orat. 99. b
 Quis P. Octauio ingenio prudentior: iure peritor: pro Clu-tio, 39. b
 Iurisperitissimi Scæuolæ pontifices ambo. 2. de Leg. 45
Iurisprudencia.
 Iurisprudencia, senectutis ornamentum. 1. de Orat. 98

Iurisprudencia irrisio. pro Mur. 19. & 21
Iustus.

Nemo iustus esse potest, qui mortem, qui dolorem, qui exilium, qui egestatem timet: aut qui ea, quæ sunt his contraria, æquitati antepont. Offic. 2. 53
 Iustus & bonus vir. Offic. 41. pro Cec. 300. b
 Iustus comitorum rogator. de Nat. d. 2. 8
 Aliquis in amicitia parum iustus. de Amic. 110. b
 Iustus in aliquem. pro Plan. 52
 Iusta causa. 4. de Fin. 36. 2. ad Att. lib. 2. 21. 2. a
 Illa iusta eloquentia quam Dialecticam dilatatam esse putant. de Clar. 194. b
 Quibus si nihil aliud responderem, iusta esset excusatio. Orat. 210. b
 Iusta gloria est veræ virtutis. in Pis. 91. b
 Iusta victoria. epist. 13. b
 Quicquid iustum, id etiam vtile. Offic. 2. 13
 Iustum bellum cum hoste, non cum ciue. in Catil. 25
 Casum illum meum funus Reip. fuisse, sed funus iustum & iudicatum. de Prou. 78. b
 Iustum imperium. pro Ligar. 16
 Iustum & pium officium. 6. fam. 3
 Iustum & ius colere. de Leg. 171. b
 Liberalē in publicanos, iustum in socios fuisse. pro Plā. 272. b
 Iustum aliquem habere. 1. fam. 18
 Sed incidunt sæpe tempora, quum ea quæ maximè videntur digna esse iusto homine, eoque, quem virum bonum dicimus, commutantur, fiuntque contraria. Offic. 1. 45
 Cum iusto & legitimo hoste res gerebatur. Offic. 73. b
 Metellus ille honoratus quatuor filiis, at quinquaginta Priamus, quibus decem & septem iusta vxore natis, &c. 1. Tusc. 132. a
 Si se officio fungi putet iusto & debito. Tusc. q. 207. b
 Iusto sacramento contendere. 1. de Orat. 22
 Nam multi sæpe honores diis immortalibus iusti habiti sunt ac debiti, sed profecto iustiores nunquam. in Verr. a
 Honesta & iusta consilia. Offic. 34. b
 Magna etiam diffidia, & plerūque iusta nasci, quum aliquid ab amicis, quod rectum non esset, postularetur. de Amicit. 33. a
 Iusta omnia decora sunt. Offic. 1. 133
 Vti seruis vt mercenariis ad operam exigendā & iusta præbenda. Offic. 9. b
 Omnia solennia ac iusta ludorum omnibus rebus summa cum ceremonia sunt seruata. de Arusp. resp. 19
 Iusta multa affero. 9. ad Att. 62. id est, multas iustas rationes. Æqua & iusta dicis. in Ant. 174. b
 Iusta esse omnia existimare quæ scita sint in populorum institutis aut legibus, stultissimum. 1. de Leg. 31
 Deinde sine vlla mora cogitabam iusta itinera facere. ad Attic. lib. 1. 4
 Quare L. Syllæ & Cæli Cæsaris pecuniarū translatio à iustis dominis ad alienos, non debet liberalis videri. 1. Off. 67. a
 Ex patriis ritibus optima colunt, præter Idææ matris famulos, eosque iustis diebus, nequis stipem cogito. 2. de Legib. 24
 Vita multis suppliciiis iustis, debitisque erepta. in Catil. 101. b
 Vt propemodum iustioribus vtamur illis qui omnino auocent à philosophia, quā iis qui rebus infinitis modum constituant. 1. de Fin. 4. a
 Aristides qui vnus omnium iustissimus fuisse traditur. pro Sest. 27. b
 Res gestæ iustissimi triumphii. 5. fam. 25. in epist. Vatini. Id est, quæ iustissimè triumphum merentur.
Iuste.
 Iuste & legitime imperare. 1. Offic. 12. a
 Iuste vixerit, qui motus animi ratione rexit: qui autē his se dedit, iniuste. de Vniu. 55
 Iuste & cum fide viuere. Tusc. q. lib. 1. 81
 Id vos si offendimini, iustius huic, quā mihi succedere debetis qui initium introduxit. in Salust. 1. 2. 1. de Fin. 89. a
 At hoc ipsum inquit, iniquè facis. imò iustissimè. Brutus Ciceroni, 4. 2. a

Iusta Catilinæ facta sunt. pro Flacco, 73
 Iusta facta, & corpus quando est incensum, tu sepulchrum dicitur. 2. de Leg. 52
 Sed videamus Platonem, qui iusta funerum reicit ad interpretes religionum. 2. de Leg. 61
 Hic miser luctu perditus, qui nondum etiam patetno funeri iusta soluerat. pro Rosc. Amer. 13
 Non solum vita cruciati atque dedecore, verum etiam sepultura & iustis exequiarum caruerunt. 2. de Leg. 69. a
Iustitia.
 Iustitia est æquitas, ius vnicique tribuens pro dignitate cuiusque. ad Heren. 94
 Iustitia est animi affectio suum cuique tribuens, atque hanc quam dico societatem coniunctionis humanæ, munificē & æquē tuens. 5. de Fin. 6
 Iustitia est habitus animi communi vtilitate conseruata, sitam cuique tribuens dignitatem. de Inuent. 82. b
 Iustitia omnium est domina & regina virtutum. Offic. 3. 36
 Fundamentum enim perpetuæ commendationis & famæ est iustitia, sine qua nihil potest esse laudabile. Offic. 48. b
 Iustitia ad rem gerendam necessaria est, cuius tanta vis est, vt nec illi quidem qui maleficio & scelere pascuntur, possint sine vlla particula iustitiæ viuere. Offic. 41. b
 Iustitia est obtemperatio scriptis legibus institutisque populorum. 1. de Leg. 32
 Pietas est iustitia aduersus deos. de Nat. d. 1. 81
 In commune autem quæ posita pars est, iustitia dicitur, eaque erga deos religio, erga parentes pietas, vulgò autem bonitas, creditis in rebus fides: in moderatione animaduertendi lenitas, amicitia in beneuolentia nominatur. Offic. 236. b
 Iustitia quæ suum cuique distribuit. de Nat. d. 67. b
 Iustitia, ex qua vna virtute boni viri appellantur, mirifica quædam res multitudini videtur. Offic. 40. b
 Iustitia cernitur in suum cuique tribuendo. de Fin. lib. 5. 62
 Quamquam omnis virtus nos ad se allicit, facitque vt eos diligamus, in quibus inesse videatur: tamen iustitia & liberalitas id maximè efficit. Offic. 1. 81
 Iustitia nihil expetit præmii, nihil pretii, per se expeditur. 1. de Leg. 37
 Iustitia sine prudentia satis habet autoritatis. Offic. 2. 47
 Iustitia ad fidem faciendam plus pollet prudentia. Off. 2. 47
 Iustitia omni ratione colenda & retinenda est, tum ipsa per se, tum propter amplificationem honoris & gloriæ. Offic. 2. 60
 Iustitia, & æqualitas, & societas hominum per se est expedita. 1. de Leg. 37
 Iustitia nulla omnino est, si neque natura est, & ea quæ propter vtilitatem constituitur, vtilitate illa conuellitur. 1. de Legib. 32
 Iustitia etiam aduersus infimos seruanda. Offic. 1. 61
 Iustitiæ fundamentum, est fides, id est, dictorum conuentorumque constantia & veritas. Offic. 1. 35
 Iustitiæ fundamentum est, vt pro dignitate cuique tribuatur. Offic. 1. 65
 Fundamenta iustitiæ, primum vt ne cui noceatur: deinde communi vtilitati seruiatur. Offic. 7. b
 Iustitiæ initium à natura profectum. 2. de Inuent. 240
 Iustitiæ munus est, vt communibus vtatur pro communibus, priuatis autem vt suis. Offic. 1. 31
 Iustitiæ primum munus est, vt ne cui quis noceat, nisi lacessitus iniuria. Ibidem.
 Maximè autem adducuntur plerique, vt eos iustitiæ capiat obliuio, quum in imperiorum, honorū, gloriæve cupiditatem inciderint. Offic. 1. 37
 Iustitiæ partes duæ sunt: iustitia, in qua virtutis splendor est maximus, ex qua viri boni nominantur: & huic coniuncta beneficentia, quam eandem vel benignitatem vel liberalitatem appellari licet. Offic. 1. 31
 Iustitiæ partes sunt non violare homines, verecundiæ, non offendere. Offic. 20. b
 Iustitiæ vis etiam larronū opes firmat atque auget. Off. 41. b

Iustitiæ vsus in deliberando. 3. ad Heren. 95
Fruendæ iustitiæ causa videntur olim bene morati reges cõstituti, vt ait Herod. Offic. 41. b
In laude iustitiæ sunt fides & æqualitas. de Orat. 140. b
Iustitiæ mercedem quærere, id ipsum est iniustissimum. 1. de Leg. 37
Iustitiam imitatur acerbitas. Partit. 43
De iustitia & eius partibus. de Fin. 140. b
Iustitia seruari nisi à forti viro, nisi à sapiente non potest. de Fin. lib. 5. 61

Iustitium.

Quæ sunt occultiora, quàm eius, qui in concione ausus est dicere iustitium edici oportere, iurisdictionem intermitti, claudi ærarium, iudicia tolli de Arusp. resp. 51
Iustitium indici, saga sumi dico oportere. 5. Philip. 187
Memmius autem, dirempta concione, inuito Caluino, planè refrixerat, & eò magis nunc concitare Dictaturam, fauere iustitio, & omnium rerum licentiæ. Att. lib. 4. 87. 3. a

Iuturna.

Stalenus statuas posuit ad Iuturnæ. pro Cluen. 38. b

Iuuenis.

Vellem suscepisses iuuenem regendum. ad Att. 159. b
Iuuenes barbatuli. 1. ad Att. 31
Infirmitas puerorum, est ferocitas iuuenum. de Sen. 83. b
Iuuenes stare ad ianuam duos quosdam, qui eum magnopere euocarent. de Orat. 141. & Tusc. q. 174. b

Iunior.

Dii (vt ita dicam) iuniores. de Vniu. 203. b

Iuuenilis.

Iuuenilis quædam dicendi licentia. de Clar. 194. b

Iuuenilis redundantia. Orat. 206. b

Iuueniliter.

Fabius Maximus Annibalem iuueniliter exultantem, patitiua sua mollebat. de Senect. 79. b

Iuuentus.

Quomodo sum infectatus leuitatem senum, iuuentutis libidinem. ad Att. 35

Mercurius iuuentutis custos & præses. in Verr. 174. b

Iuuentutis soboles. 2. Philip. 68

Imperia ascribebantur nouæ iuuentuti. pro Dom. 238. b

Legendus est hic orator, si quisquam alius, iuuentuti. de Clar. 176. b

Iuuentutem laboribus erudiunt. 2. Tusc. 59. a

Intuemini paulisper animis iuuentutem. pro Dom. 222

Res quæ iuuentute geruntur & viribus. de Senect. 80. b

Iuuentas.

Iudis Iuuentatis, quos Salinator Senonensi prælio vouerat. Orat. 171. b

At poetæ quidem necar, ambrosiam, epulas comparant: &

aut Iuuentatem, aut Ganymedem pocula ministrantem. de Nat. d. 13. b

Nec Iuuentate pocula ministrat, lætari deos arbitror. Tusc. quæst. 161. b

Iuuentus.

M. Iuuentus Pædo. pro Cluent. 86

Iuuo.

Vtrum reprehendis libertum qui iuuabat patronum qui in miseris erat. a

Eruditio ad beatam vitam iuuat. 1. de Fin. 180. a

Si omni studio Lamiam in petitione iuueris. epist. 176. b

Qui nostros duces auxilio laboris, comæatus, periculo suo iuuerint. pro Corn. Balb. 59. b

Iuuare in corpore & in animo dicitur, ex eoque iucundum. de Fin. 67. b

Iuuare atque ornare aliquem quibuscunque rebus possis. epist. 213. b

Si consilio iuuare ciues & auxilio æqua in laude ponendum est, pari, & c. in Topicis, 37. a. pro Corn. Balbo, 17. a. Antequam iret in exil. 16. a. 2. Offic. 95. a

Iuuare, tueri, conseruare homines. Tusc. q. 155. b

Sin autem dii neque possunt nos iuuare, neque volūt, quid est, & c. de Nat. d. 2. b

Multum potes nos apud Plancum iuuare. ad Atticum, lib. 16. 346. 1. a

Te igitur authore ne foro quidem & comæatu Mamertini populum Romanum iuuare debuerunt. in Verr. 246. b

Res in quibus & se possunt iuuare & suos. Offic. 2. b

Legis Corneliæ meminit quæ proscriptum iuuari vetat. 3. in Verr. a

Consule aures, probabunt: quære cur, ita dicent se iuuari. Orat. 212. b

Iuuat.

Iuuat me hæc præclara nomina sic concidisse. in Verrem, a

Te esse animo hilari, & c. valde me iuuat. ad Quint. frat. lib. 2. 15. 1. a

Et certe in armis locorum opportunitas multum iuuat. pro Marc. 131. b

Iuuatque me, tibi cum summam humanitatem, tum etiam tuas literas profuisse. Messinio, lib. 5. 21. 11. a

Iuuans.

Quorum neminem, nisi iuuante Deo, talem fuisse credendum est. de Nat. d. 59. b

Mèque diis iuuantibus ante brumam expectabis. ad Trebatium, lib. 7. 21. 5. a

Iuxta.

Tum reliquis officiis iuxta, ac si meus frater esset, sustentauit. post reditū, 18. Hoc est, quasi vel tanquã si, vel æquẽ ac si. Sepultus est iuxta viam Appiam ad v. lapidẽ. ad Att. 271. b

L

Labes.

Cœnum illud ac labes. pro Sest. 8. b

Ne qua ex tua summa indignitate labes illius dignitati aspergatur. in Vatin. 33. b

Nam si illa labes ac flamma Reip. suum illum pestiferum & funestum Tribunatum, & c. diuina religione defendere. pro Domo sua, 1

Labes atque eluuiis ciuitatis. pro Domo sua, 224

Labes ignominiaque mortis. pro Rab. Posth. 96. b

Labes ac perniciis prouinciæ. 2. Verr. 2

Est enim huius seculi labes quædã & macula, virtuti iniudere, velle ipsum florẽ dignitatis infringere. pro Cornelio Balbo, 11. a

Videtur in tabella, iam antè quanta sit facta labes, primò Gabinia lege, biennio autem post Cassia. de Amicit. 39. a

Ne probrum castis, labes integris, infamia bonis inferatur. pro Cælio, 33. a

Labes animi nec diuturnitate vanescere, nec manibus vllis elui potest. 2. de Leg. 26

Habeo quem opponam labi illi atque cœno. pro Sest. 7. b

Vtrum hic tandem discepcionem & cognitionem veritatis, an innocentia labem aliquam, vt ruinam fore putatis? pro Flacc. 18

In quancunque domum stuprum intulerit, eandem labem esse libidinis. Parad. 28

Hanc labem turpitudinis & inconstantia poterit populi Romani dignitas sustinere. pro Domo sua, 233. b

Labem hanc valde veretur. 2. de Leg. 38

Cæteras animi labes repellat. Parad. 41

Hunc tu quas conscientia labes in animo censes habuisse? quæ vulnera? 3. Offic. 113

Labes, pro terra hiatu.

Delata etiam ad Senatum labes agri Priuernatis, quum ad infinitam altitudinem terra defessisset. 1. de Diuin. 158. a

Vt multa oppida corruerint, multis locis labes facta sint, terræque defederint. 1. de Diuin. 69

Labecula.

Sed quum T. Annium tantopere laudes, & clarissimo viro nonnullam laudatione tua labeculam aspergas, & c. in Vatinium, 32. a

Labefacio.

Quem nulla vnquam vis, nulla minæ, nulla inuidia labefecit. pro Sestio, 87. a

Labefactus.

Hæc iam labefacta, & c. in Arato, 158. b

Labefacto.

Is non homines lædit, sed leges ac iura labefactat. pro Cec. 298. b

Hoc adolescentis præsidium equidem adhuc satis firmum esse confido, sed ita multi labefactant, vt ne moueatur interdum, extimescam. Brut. 276. b

Aristoteles ideas labefactauit. Acad. q. 45. b

Quancquam labefactauit sententiam meam, & c. Diu. lib. 1. 7

Labefactarat enim vehementer aratores iam superior annus, proximus verò funditus euerterat. 5. Verr. 38. a

Quem neque fortuna temeritas, neque inimicorum labefactaret iniuria. in Parad. 2. a

Labefactare & peruertere. 3. de Fin. 108. a

Labefactare causam. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 11

Labefactare atque oppugnare commoda alicuius. 5. Verr. 157. a

Perfringere ac labefactare conspirationem bonorum. in Cat. 123. b

Labefactare & rescindere ab aliis constituta. contra Rullum, 88. b

Labefactare definitiones. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 16

Si quis enim ea, quæ dicta sunt, labefactare volet. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 36

Labefactare dignitatem alicuius. pro Rab. Posth. 129. b

Nec verò postea destitit labefactare eum, qui summa cum tua iniuria, contumeliaque Reip. prouinciam absens obtinebat. ad Cornificium, lib. 12. 25. 5. a

Quorum fidem pretio labefactare conata sit. pro Cluen. 153

Labefactare fundamenta reipub. Offic. 2. 115

Nunquam ingenio me suo labefactare atque infirmare conabitur. 1. Verr. 24. a

Labefactare opinionem. pro Cluent. 3. a

Labefactare & euertere Remp. 1. de Fin. 33

Postea conuulsis repagulis, effraictisque valuis, demoliri signum, ac veclibus labefactare conantur. 6. Verr. 84. a

Labefactare aliquam societatem. epist. 59. b

Labefactare vitas hominum. 1. de Inuent. 5. a

Labefactatur corporis coagmentatio calore vel frigore, vel aliqua impulsione vehementi. de Vniu. 21

Ne inuidia verbi labefactetur oratio mea. de Fin. 58. b

Cæteri cum ad iudicem causam labefactari animaduertūt, ad arbitrum confugiunt. pro Q. Rosc. 46. b

Itaque Milonis consulatus, qui viuo Clodio labefactari non poterat, mortuo denique tentari cœptus est. pro Milone, 108. b

Iisdem machinis sperant me posse labefactari, quibus antestantem perculerunt. pro Domo sua, 218. b

Quod si qui longius in amicitia prouecti essent, tamen se-

pe labefactari, si in honoris contentionem incidissent. de Amicit. 33. a

Labefactatus.

Labefactata atque conuulsa cogitatio concursu calamitatum. 5. fam. 36

Ruere illa non possunt, vt hæc non eodem labefactata motu concidant. pro Pomp. 7. b

Quod si legere & audire velitis externa, maximas Respub. per adolescentulos labefactatas, à senibus sustentatas & restitutas reperietis. de Senect. 18

Labicanum, locus. Offic. 125. b

Labicanus.

Labicana vicinitas. pro Planc. 163. b

Labici, oppidum Romæ finitimum. in Rul. 94

Labienus.

Q. Labienus cum Saturnino Capitolium tenuit. pro Cato Rab. 14

Labienum secum habet Pompeius. 7. ad Att. 50

Labieni diuitiæ. 7. ad Att. 29

Labo.

Hora amplius iam in demoliendo signo permulti homines moliebantur: illud interea nulla lababat ex parte. 6. Verinarum, 85. a

Mouemur enim sæpe aliquo acutè concluso: labamus, mutamisque sententiam clarioribus etiam in rebus: & c. 11. Tusc. q. 63

Si vna litera commota sit, fore tota vt labet disciplina. de Fin. lib. 4. 43

Cum ei labore M. Antonius videretur. in Ant. 207

Et simul scito labare meum consilium illud, quod satis iam fixum videbatur: non mihi satis idonei sunt authores 11, qui à te probantur. ad Att. lib. 8. 53

Labor.

De C. Gracchi autem Tribunatu quid expectem, non libet augurari: serpit enim deinde res, quæ procliuus ad perniciem, quum semel cœpit, labitur. de Amicit. 39. a

Circuitus incitator numero ipso fertur & labitur, quoad perueniat ad finem. Orat. 215. b

Incitaturque semel in procliu labuntur, sustinerique nullo modo possunt. Tusc. q. lib. 4. 63. a

Continentur, labuntur, & fluunt omnia. Academ. quæst. 144. b

Quæ labuntur mutabili ratione sydera. de Vniu. 47

Breuitate & celeritate syllabarum verba celerius labuntur. Orat. 215. b

Nam non longinquum spatium labere diurnum. in Arat. b

Neque mihi licet labi ad eos, qui mihi non desinunt inuidere. ad Att. 57. b

Cætera nasci, occidere, fluere, labi, nec diutius esse vno & eodem statu. Orat. 197. b

Contrahi autem animum Zeno, & quasi labi putat, atque concidere, & ipsum esse dormire. de Diuin. 153. b

Labens.

Ferre præsidium labenti atque inclinata reip. Brut. 289. b

Labentem vel potius ruentem Pompeium tanquam vnus manipularis secutus sim. 9. ad Att. 35

Labentem conuellere. 8. ad Att. 55

Equitem Romanum veterem amicum suum non libidine, non turpibus impensis, sed experientia patrimonii amplificandi labentem excepit, corruere non sinit, fultit, & sustinuit re, fide, fortuna. pro Rab. Posth. a

Cum labentem ac propè cadentem Rempublicam fulcire cuperetur. in Ant. 170. b

Rempub. agram & labentem sanare & confirmare. pro Milone, 114. b

Lapsus.

Vt aliquis lapsus de cælo cœctum hominũ adeat. de Arusp. resp. 258. b

Lapsus iudicio. 15. fam. 53

In quo verbo lapsa consuetudo deflexit de via. 2. Officiorum, 12. a

Lapsa est libido in muliere ignota. Parad. 119. b

Naufragum illum in riuo esse lapsum. de Fato, 141. b



Litera in numeris valet quinquaginta. de Oratore, 131. b, Omnibus in parietibus inscriptas fuisse literas, tria L L L. duo M M. hoc est, lacerat lacertum Largii mordax Memmius.

Labecula, Labefacio, Labefacto, Labefactus vide Labes. Labellum, vide Labrum.

Labens, vide Labor.

Labeo.

Labeo Segulius, homo sui simillimus. 11. fam. 31

Laberius.

Laberii poemata. 12. fam. 44

itaque omnes quidem nunc in his locis Cn. Pompeium sicut aliquem non ex hac vrbe missum, sed de caelo lapsum intuentur. pro Lege Manil. 28. a
 Cassius lapsus paucis post diebus consequbatur. 10. Philip. 274. a. Id est, elapsus & prateritis.
Labi, pro Errare, peccare.
 Sed labor longius: ad propositum reuertar. 2. de Diuinat. 120. a
 Sed in his rebus omnibus imprudentia laboris. pro Rab. Posth. 19. a
 Sic philosophus in ratione vitæ peccans, hoc turpius est, quod in officio, cuius magister esse vult, labitur. 2. Tusc. quæst. 18. a
 Empedocles in deorum opinione turpissimè labitur. de Natura deor. 7. pro Rab. Posth. 65. b
 Epicurus autem, in quibus sequitur Democritum, non ferè labitur. 1. de Fin. 27. a
 Quin labebar longius, nisi me retinuissem. 1. de Legib. 77. a. pro Longius à proposito recedebam.
 Ne labor ad opinionem. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 128
 Qua in re ne labor, quæso prouidete. ad Att. 198. b
 Nunquam labere, si te audies. 2. fam. 12. id est, nunquam errabis.
 Labi autem, errare, nescire, &c. Offic. 4. b
 Labi ad opinionem aliquam. 4. Acad. 249. a
 Labi ad perniciem. Læ. 39
 Non puto existimare te ambitione me labi, quippe de mortuis. de Clar. 187. b
 Labi errore sermonis. Tusc. q. lib. 5. 41
 Aliquem in minimis, tenuissimisq; rebus labi. de Orat. 98. b
 Labi in officio, cuius magister esse velis. Tusc. quæstion. lib. 2. 9
 Talis igitur vir & cuius opinione labi potest. in Ant. 247. b
 Nusquam labi. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 105
Lapsus.
 Tenes verò lapsus est per errorem. ad Q. frat. 328. b
 Aliqua in re non consilio, sed casu lapsus esse. contra Rullum, 67. b
 Non te inopia verbi lapsus putarem, nisi, &c. in Ant. 225. b
 Si consilio lapsi erimus. 7. Philip. 228
 Quarum mores lapsi ad mollitiem pariter sunt immutati cum cantibus. 2. de Leg. 38. de Græciæ ciuitatib; loquitur.
Lapsus.
 Et si lacus emissus lapsu & cursu suo ad mare profluxisset. Diu. lib. 1. 84
 Quam serpente multiplici lapsu & erratico, ferro amputans coercet ars agricolarum, ne syluestat farmentis, & in omnes partes nimia fundatur. de Senect. 48
 Lapsus volucrum. 2. de Nat. d. 73. pro volatu.
Lapsio.
 Sed hæc in bonis rebus, quod alii ad alia bona sunt aptiores, facilitas nominetur: in malis procliuuitas, vt significet lapsionem, in neutris habeat superius nomen. 4. Tusc. quæst. 43. a
Labor.
 Labor est functio quædam vel animi vel corporis grauioris operis & muneris: dolor autem motus asper in corpore à sensibus alienus. Tusc. q. lib. 2. 30
 Labor & dolor finitima sunt omnino, sed tamen differunt aliquid. Tusc. q. lib. 2. 30
 Labor & requies, opponuntur. 1. ad Att. 51
 Labor in negotiis, fortitudo in periculis. pro Pomp. 9. b
 Labor deum non attingit, nec erat vllus, cum omnes naturæ numini diuino parerent. de Nat. d. 1. 17
 Labor quasi callum quoddam obducit dolori. Tusc. quæst. lib. 2. 32
 Hæc si verbis explicare conemur, earum rerum frustra suscipiatur labor. de Vniu. a
 Labor ambitionis. 3. de Orat. 4
 Labor animi. 13. fam. 89
 Exætlatus ab Hercule labor. 4. Aca. 194. a. Hoc est absolutus.
 Labor illiberalis. lib. 1. de Fin. 3
 Nam esset cum infinitus, tum puerilis labor. in Orat. 83. a

Quemadmodum volucres videmus, &c. leuadi laboris sui causa passim ac liberè solutas opere volitare: sic, &c. 2. de Orat. 14. a
 Laboris inertia. pro Rosc. Com. 14
 Hoc non in beneficii loco, sed in laboris ac muneris deferebant. 1. ad Q. frat. 9
 Est enim magni laboris quem plerique fugimus. de Oratore, 97. b
 Consumere plus operæ ac laboris in aliqua re. 1. de Or. 120. a
 Nunquam iste plus militi laboris imposuit, quam sibi sumpsit. pro Murena, 36. a
 Laboris mei reliquias colligerem. 12. fam. 25. in epi. Lentuli.
 Nemini meus aduentus labori aut sumptui, neque publicè, neque priuatim fuit. 3. Verr. 11. a. Hoc est, oneri, vel molestiam attulit.
 Non fuit causa cur tantum laborem caperes, & ad me venires. pro Rosc. Com. 29. a
 Laborem ad aliquid agendum conferre. 4. ad Att. 1
 Laborem dicendi delectatione oratoria consolor. 4. ad Atticum, 46
 Laborem in re aliqua consumere. 6. fam. 45
 Laborem hunc alteri delegaui. 8. fam. 1. in epi. Cælii.
 Quoniam præ cunctis laborem ferre consueui. Antequam iret in exil. a
 Impendere laborem ac sumptum ad incertum casum. 5. Verrin. 195. a
 In laborem detrusus. 1. ad Q. frat. 38
 Interest aliquid inter laborem & dolorem. Tusc. q. 182. b
 Insumere magnum laborem ac sumptum in aliquam rem. de Inuent. 76. b
 Quem laborem nobis leuauit Attici nostri labor. Or. 207. b
 Laborem profundere ac perdere. 5. fam. 13
 Putaui mihi suscipiendum laborem vtilem studiosis, mihi quidem ipsi non necessarium. de Opt. gen. Orat. 148. a. 10. ad Att. 7
 Laborem propter ambitionem sustinebam. ad Att. lib. 1. 51
 Sustinere magnum laborem. Antequam. 2
 Labore & dolore magnam aliquam quærere voluptatem. lib. 1. de Finibus, 25
 Multo sudore & labore ferre aliquid. pro Fonteio, 2. a
 Qui Græciæ formam rerum pub. dederunt, corpora iu uent firmari labore voluerunt. Tusc. q. lib. 2. 31
 Labore forensi iactari. 3. ad Q. frat. 29
 Si quis omnem vitæ suæ cursum in labore corporis, atque in animi contentione conficeret. pro Cæli. 30
 Magno labore meo, sine vlla molestia sumptiue sociorum, 15. fam. 18
 Multo sudore ac labore facere aliquid. pro Font. 276. b
 Quod cuique negotii consilium volebat, nullo labore faciebat. 4. Verr. 94. a
 Otiosam ætatem & quietam sine vilo labore aut contentione traducere. de Senect. 74. a
 Labore superfedere. 4. fam. 5
 Pericula, labores, dolor etiam, &c. 1. de Fin. 19
 Iucundi acti labores. de Fin. lib. 2. 86
 Labores defensionum. Tusc. q. lib. 1. 1
 Omnes clari & nobilitati labores contemnendo fiunt etiam tolerabiles. Tusc. q. lib. 2. 53
 Suavis est laborum præteritorum memoria. de Fin. lib. 2. 86
 Laborum & vigiliarum mearum tributa est mihi merces. 3. fa. 37
 Laborum dolorumque susceptio. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 17
 Impiger ad labores belli. pro Fonteio, 28. a
 Excipere magnos labores. de claris Orat. 131. a
 Labores omnes te excipere video: timeo vt sustineas. 14. fa. 6
 Labores gerere. 6. Philip. 215
 Labores suscipere vel subire. 3. ad Att. 27
 Maximos labores molestiasque suscipere. Offic. 3. 30
 A laboribus diuturnis atas deuexa ad otium. 9. ad Att. 38
 Quid est quod in hoc tam exiguo vitæ curriculo, & tā breui, tantis nos in laboribus exerceamus? pro Archia, 21. a
 Nec tantis se in laboribus frangeret. pro Arch. 21
 In laboribus & periculis viuere. Tusc. q. lib. 1. 27
 Perfectus sum maximis laboribus. epi. 9. b

Laboro.

De fama nihil sanè laboro. Att. 210. b
 Nec de me laboro, de pueris quid agam nō habeo. Att. 114. b
 Quo etiam magis laboro idem quod tu. Att. 206. b
 Nam de iudicis quod quæris, multo laboro minus, trahantur per me pedibus omnes rei, sit vel Selius tam eloquens vt possit probare se liberum, non laboro. epi. 110. b
 Sic me & liberalitatis fructu priuas, & (quod minimè tamen laboro) mediocriter etiam prudentiæ. epi. 75. b
 Nihil laboro vt saluus sis. ad Tironem, lib. 16. 6. 7. a
 Laboro quomodo ea tuear, quæ mihi tuèda sunt. epi. 44. b
 Quoniam cuius consilio occisus sit inuenio: cuius manu sit percussus, non laboro. pro Roscio Amer. 59. a. Id est, non curo, neque anxius sum.
 De cæteris non laboro. in Verr. 215. b
 Non laboro, inquit, de nomine. de Finib. lib. 2. 26
 Non mediocriter laboro, vt possis, &c. Att. 142. b
 Non id ago, neque in eo nunc laboro. pro Quint. 7. b
 Quod ego non nimium laboro. Quint. fratri, 311. b
 Sed quia non laboro, quàm valde ea quæ dico, probaturus sim, eò minus conturbor. 4. Acad. 20. a
 Quid isthic fiat, non laboro. de Diuin. 90. b
 Laboro autem non sine causa. de Finib. 91. b
 Neve prius, q̄ reliquias meæ diligentia consequar, decedere cogar, valde laboro. Lentulus ad Ciceronem, lib. 12. 29
 Hoc vehementius laboro nunc, quod puto, &c. epi. 119. b
 Laboro vt assentiar Epicuro aut Aristippo. Acad. q. lib. 2. 129
 Populus Romanus, qui quondam lenissimus in hostes existimabatur, hoc tempore domestica crudelitate laborat. pro Rosc. 44. b
 Nec verò quisquam stultus non horum morborum aliquo laborat. 1. de Finib. 91. a
 Ex quibus rebus Respublica maximè laborat, iis maximè mederi conuenit. pro Sext. Rosc. 44. b
 Ingrauescit enim in dies intestinum malum, nec externis hostibus magis, quàm domesticis laboramus. ad Brutum, 10. 1. a. Id est, opprimimur.
 Ad quid laboramus res Romanas? 4. ad Att. 51
 In enodandis nominibus quod mirandum sit, laboratis. de Nat. deor. 72. b
 Si fociis prospicere non laboratis. in Verr. 176. b
 Artus vehementer laborant. 2. Tusc. 103. a
 Sed iidem laborant in eis quæ sciunt nihil ad se pertinere. de Senect. 81. b
 Græci nunquam laborant, quemadmodum probent quod dicant, &c. pro Flac. 148. b
 Qui nunc vt tu vincas, tantopere laborant. pro Quint. 13. b
 De quibus ego antea laborabam, ne si improbi essent, falsi aliquid dicerent. pro Cecin. 2. a
 Non laborabat quin malè audiret. in Verr. 213. b
 Non laborabat, si esset moriturus. in Verr. 170. b
 Vos enim tum nihil laborabatis, nihil suspicabamini. pro Sylla, 176. b
 Qui enim ego laboraui? Parad. 118. b
 Nec decreui solum, sed etiam, vos vt decerneretis, laboraui. de Prouinc. Consul. 74. b
 Non laboraui audiri. 5. ad Att. 5
 Satis diu fuit in miseris Iudices, satis multos annos ex inuidia laboraui. pro Cluent. 159. a
 Cum iam decimum diem grauius ex intestinis laborarem. ad Gallum, lib. 7. 46
 Cõsolatus est me, & ostendit in hac ipsa causa nihil esse quod laborarem. pro Cecin. 58. a. Hoc est, quod angerer, aut me ipsum torquerem.
 Ceparius dixit te in lecto esse, quod ex pedibus laborares. 5. fam. 55
 Si esset in iis fides, in quibus summa esse debebat, non laborarem. epi. 3. b
 Quod si omnes, qui eodem loco nati sunt, facerent, & Resp. ex illis, & ipsi ex inuidia minus laborarent. pro Roscio Amer. 49. a. pro Cluent. 159
 Sed ne familiares, si scuta ipsi ferrè, laborarèt. in Ant. 197. b
 Minus in arrogantiam offenderent, non tantopere in vitis

perseuerarent, aliquanto ex inscientia lenius laborarent. 2. de Inuent. 125. a
 Cum audiisset eum grauius esse ægrum, quod vehementer eius artus laborarent. Tusc. quæst. 188. b
 Vt pote cum sine febris laborassem. Att. 71. b
 Nō ignoro quatum ex desyderio labores. ad Tironem, li. 16. 12
 De filii tui eruditione quod labores, nihil est. Q. fr. 320. b
 Si nullam ad rem nisi ad officium & veritatem omnes meæ curæ, vigilia, cogitationesque laborarunt. 7. Verrin. 148. a
 Sulpitio, lib. 13. 27. 8. a
 Aliud est dolere, aliud laborare: cum varices secabantur C. Mario, dolebat: cum æstu magno ducebat agmen, laborabat. Tusc. quæst. 182. b
 Illi intelligebant sese Verri serere, impendere, laborare. in Verrem, 174. b
 Laborare amici causa. pro Dom. 151. b. 13. fam. 13
 Non laborare de aliquo. de Inuent. 62. b
 Laborare de existimatione. 1. ad Quint. frat. 7
 Laborare dicitur luna, deficiente lumine, cum terra directè inter hanc & solem intercedit. Tusc. q. lib. 1. 76
 Laborare ex renibus. Tusc. quæst. lib. 2. 52
 Laborare iniuria. Tusc. quæst. lib. 4. 14
 Ego sum is qui dicam me non laborare. Tusc. q. lib. 3. 44
 Miror te non tuis bonis delectari potius, quàm alienis malis laborare. 4. fam. 6
 Quod epistolam conscissam doles, noli laborare: salua est domi. ad Gallum, lib. 7. 26. 1. a. 1. Tusc. 166. a
 Laborare pro amicis. 6. fam. 30. in epi. A. Cecinnæ.
 Laborare pro bonis viris. de Orat. 127. b
 Sic enim velim existimes, non minus me de illius re laborare, quàm ipsum de sua. Sulp. lib. 13. 27. 8. a
 Laborare omni studio atque opera. de Petit. Consul. 13
 Intellexi enim te laborare, vt, &c. epi. 145
 Significant enim tuæ literæ te prorsus laborare. Att. 100. b
 In quo non modò defici, sed etiam laborare turpe est. de Cl. Oratorib. 167. b
 At erat tuæ virtutis in minimis tuas res ponere, de Republ. vehementius laborare. epi. 54. b
 Laboratur vehementer: inclinata res est. ad Lentulum, li. 1. 1. 10. a
 Hæc mihi ampliora multò sunt, quàm illa ipsa, propter quæ hæc laborantur. epi. 45. b
 Concludunt ratunculis Stoici, cur non sit malum. quasi de verbo, non de re laboretur. 2. Tusc. 51. a
 Omnibus enim neruis mihi contendendum est, atque in hoc laborandum, vt omnes, &c. 5. Verrin. 110. a
 Quibus in cõmodo valetudinis laborandū est. pro Mur. 135. b
Laborans.
 Disertus homo & facile laborans. Offic. 47. b
 Homo de re magis quàm de verbis laborans. Orat. 204. b
 Misericordia est ægritudo ex miseria alterius iniuria laborantis. 4. Tusc. 128. a. Id est, grauari.
 Laborantes naues. 3. de Nat. deor. 67
 Ego miseris & laborantibus, nihil negare possū. pro Pl. 272. b
Laboratus.
 Habeo munus à te laboratum decem legatorum. Att. 205. b
 Hæc mihi fructum aliquem afferre potuissent, cum à me ipso laborata proferri viderentur. pro Cæli. 48. b
Laboriosus.
 Laboriosa actio. epi. 66. b
 Quid dicitis difficile? vtum laboriosum an artificiosum? 4. ad Heren. 143
 Quis nostrum exercitatione vllam corporis suscipit laboriosam, nisi vt aliquid ex ea cõmodi consequatur? de Fin. 26
 Hæc mihi nondum laboriosa ex illa veteri militia. Att. 90. b
 Itaque industrios homines, illi studiosos, vel potius amates doloris appellat: nos commodius laboriosos. 2. Tusc. 61. a
 Multi, ex morbi grauitate maiores: quos tamè non miseros, sed laboriosos solemus dicere. 11. Philipp. 294
 Vos laboriosos existimet, quibus otiosis ne in communi quidem otio liceat esse. pro Cæli. 37. b
 Laboriosis exercitationibus & dolor intercurrit nonnquam. Tusc. quæst. lib. 2. 32
 Arator laboriosissimus. 5. Verr. 73

Laboriosus.

Iam quò quisque est solertior & ingeniosior, hoc docet iracundus & laboriosus. pro Q. Rosc. 18. a
Itaque semper it diligētissimè laboriosissimèque accusarunt qui seipos in discrimen existimationis venire arbitrati sunt. 1. Verr. 39. a

Labrum.

Audiui non modò qui primoribus labris gustassent genus hoc vitæ, & extremis, vt dicitur, digitis attingissent. pro Cælio, 10. a
Hic censes primis, vt dicitur, labris gustasse physiologiam: de Nat. deor. 1. 15
Pericles in cuius labris leporem habitasse ferunt. de Oratore, 15. b

Quod quidè tu, qui bene nosse conjunctione meam & Cæsaribus, eludebas: cum à me tremantibus omnino labris, sed tamen cur tibi nomen non deferrè, requirebas. in Pis. 64. a

Labellum.

At Platoni cum in cunis paruulo dormienti apes in labellis confedisent, responsum est singulari illum suauitate orationis fore. 1. de Diuin. 133. a

Labrum, pro vase.

Labrum si in balneo non est, fac vt sit. Terentia, lib. 14. 25

Labellum.

Sepulchris autem nouis finiuit modum. Nam super tumulum noluit quid statui, nisi columellam tribus cubitis non altiore, aut mensam, aut labellum: & huic procuratori certum magistratum præferat. 1. de Legib. 61

Labron.

Erat autem iturus (vt aiebat) ad 111. Id. April. vt à Labrone, aut Pisis conscenderet. 2. ad Quint. frat. 15

Lac.

Quondam lactis imber effluxit. de Diuin. 100. b
Villa abundat lacte, caseo, melle. de Senect. 69. b
In iis animantibus quæ lacte aluntur, omnis ferè cibus matrum lactescere incipit. 2. de Nat. deor. 97
Vt penè cum lacte nutricis errorem suxisse videamur. Tusc. quæst. lib. 3. 2

Lacteus.

Vidisti magnum candentem serpente circum,
Lacteus hic nimio fulgens candore notatur. in Arat. b
Erat autem splendidissimo candore inter flammam circulus elucens, quem vos (vt à Graiis accepistis) orbem Lacteam nuncupatis. in Somn. Scipionis, 12

Lactens.

Puer lactens in gremio matris mammam appetens. de Diuinatione, 126. b

Romulus lactens fulmine ictus. 2. de Diuin. 69. a
Tactus est etiam ille qui hanc urbem condidit, Romulus: quem inauratum in Capitolio paruam atque lactentem, huberibus lupinis inhiantè fuisse meministis. in Cat. 63. a
Lactentibus hostiis deo immolare. 2. de Legib. 30

Lactesco.

Lactescere incipit ferè omnis cibus matrum. 2. de Nat. d. 97

Lacæna.

Lacæna cum filium in prælium misisset, & interfectum audivisset: idcirco, inquit, genuerã, vt esset qui pro patria mortem non dubitaret occumbere. Tusc. quæst. lib. 1. 91
Illi autem voluerunt nihil horum esse simile apud Lacænas virgines: quibus magis palæstra, sol, puluis, labor, militia in studio est, quam fertilitas barbara. Tusc. quæst. lib. 2. 32

Lacedæmon.

Lacedæmon illa seuera neruos iussit, quòd plures quàm seipem haberet, in Timothei fidibus inde demi. 2. de Leg. 39
Lacedæmone Ephori nõ sine causa à Theopompo oppositi sunt regibus. 3. de Legib. 17

Lacedæmonius.

Lacedæmonii cuiusdam constantia in morte contemnenda. Tusc. quæst. lib. 1. 90

Lacedæmonii sua maiorumque suorum autoritate satis commendati fidei tuæ. 13. famil. 50

Lacedæmonii regibus suis augurem assefforem dederunt. de Diuinat. lib. 1. 81

Lacedæmonii alacri animo in Thermopylis occiderunt. Tusc. quæst. lib. 1. 91

Lacedæmonii de rebus maioribus semper aut Delphis oraculum, aut ab Ammone, aut à Dodono petebant. de Diuinat. lib. 1. 81

Lacedæmonii, Philippo minitantè per literas se omnia, quæ conarètur, prohibitorum, quæsiuerunt, num se esset etiam mori prohibitorum: Tusc. quæst. lib. 5. 31

Lacedæmonii senibus (sic enim consilium publicum appellat) augurem interesse voluerunt. Diuin. lib. 1. 81

Lacedæmoniorum gens fortis fuit, dum Lycurgi leges vigebant. Tusc. quæst. lib. 1. 91

Lacedæmoniorum laus. pro Flac. 49

Lacedæmoniorum mores. pro Mur. 68

Lacedæmoniorum omnis mos inflamatus cupiditate vincendi, vt est apud Platonem. Offic. 1. 91

Lacedæmoniorum spectata & nobilitate virtus. pro Fl. 159. b

Lacedæmonii Leuètricæ pugne calamitas multis signis antè denuntiata est. Diuinat. lib. 1. 67

Lacedæmonii cuiusmodi significatio facta sit, paulò ante Leuètricam calamitatem. Diuin. lib. 1. 66

Apud Lacedæmonios quidè ii qui amplissimum magistratum gerunt, vt sunt, sic etiam appellabantur senes. Cat. 18

Lacedæmonii qui præerant, non contenti vigilantibus curis, in Pasithæo fano somnandi causa excubabant, quòd vera quietis oracula ducebant. Diuin. lib. 1. 81

Lacero.

Ægritudo lacerat, exest animum, planèque conficit. Tusc. quæst. 196. b

Lacerat lacertum Largii mordax Memmius. 2. de Orat. 133

Lacerat & conficit me mæror meus quotidianus. 3. ad Att. 3

Hæc te lacerat, hæc cruentat oratio. in Ant. 176. b

Vxor mea quam vexauistis, raptrauistis, omni crudelitate lacerauistis. pro Dom. 215. b

Lacerarunt omni scelere patriã. 1. Off. 83. Id est, inquinarunt. Verborum contumeliis aliquem lacere. in Ant. 231. b

Lacerare aliquem omni cruciatu. de Petit. Consul. 6

Lacerare mortem alicuius. pro Mil. 66

 De libris oratoris factum est à me diligenter, diu multumque in manibus fuerunt, describas licet. ad Attic. lib. 4. 82. 2. a
 Ex libris solis nullam artem cognosci posse. 7. fam. 36
 Ex omnibus libris id nomen tollatur. 13. ad Att. 57
 Chrysiippus, qui totam de diuinatione duobus libris explicauit sententiam, vno præterea de oraculis, vno de somniis, quem subsequens vnum librum Babylonius Diogenes ædidit. de Diuin. 81. b
 Quod in aliis libris feci, qui sunt de natura Deorum, itemque in iis quos de diuinatione ædidi. de Fat. 140. b
 In libris hæreo. 13. ad Att. 53
 Nos autem in libris habemus, non modò, &c. ad Att. 143. b
 Misit in Siciliam literas ad Carpinatium, cum esset magister scripturæ & sex publicanorum: quas ego Syracusis apud Carpinatium in literarum allatarum libris, Romæ in literarum missarum apud magistrum Tullium familiarem tuum inueni. 5. Verr. 142. a
 Qui certè tā multis libris hæc persequutus non esset. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 68
 Libris sex quæ de optima re publ. sentissemus, diximus. 3. de Leg. 3
 Libris sex de repub. Scipio optimam reip. rationem docuit. 1. de Leg. 15

Libellus.

Libellus aureolus, & ad verbum ediscendus. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 126
 Libellum signatum accepi à te. 11. ad Att. 1
 Atticus libellum composuit: eum mihi dedit, ut daret Cæsari: eram enim cõnaturus apud eum illo die. quum libellum Cæsari dedi, probauit causam, rescripsit Atticò æqua eum postulare. ad Att. lib. 16. 43
 Habeo libellum, in quo est, Salamini pecuniam debent M. Scaptio. ad Att. 85. b
 Memoria causa aliquid referre in libellum. in Antonium, 156. b
 Recita mihi, quæso, hunc primum libellum, deinde illum alterum libellum Canuleii. 4. Verr. 132. a
 Et vos acta Cæsaris defenditis, qui leges eius eueritis: nisi fortè siquid memoriæ causa retulit in libellum, id numerabitur in actis. 1. Philip. 14. a
 Cum ei libellum malus poeta de populo subiecisset. pro Arch. 190. b
 Scripsi etiam illud quodam in libello, qui me imprudente & inuito excidit. 1. de Orat. 47. a
 De quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, huic ne perire quidem certè tacitè obscurèque conceditur. pro Quintio, 28. a
 Ergo affuit, non passus est: libellos deiecit Sextus Alphenus. pro Quintio, 13. & 42
 Nec de Planco quidè spem adhuc abiecit, ut ex libellis eius animaduerti, qui in me inciderunt. 11. fam. 19. in epist. D. Bruti.

An in chirographis & libellis acta Caesaris rata erunt: in Ant. 156. b

Non illi in libellis laudationū decreta miserunt. pro Cluentio, 59. b

Libertas, vide Liber adiectiuum.

Libertus, Libertinus, vide post Liberi, orum.

Librarius.

Librarius, qui cuiuslibet professionem in tabulas publicas referebat. 13. ad Att. 45

Sed peto à te ut quàm celerrimè mihi librarius mittatur, maximè quidem Græcus, qui mihi exscribat hypomnemata. epist. 265. b

Epistola librarii manus est. ad Att. 63. 210. & in Ant. 161. b

Lippitudinis mæ signum tibi sit librarii manus. ad Attic. 131. b

Quum à me literas librarii manu accepisti, ne paulum me outi habuisse iudicato. ad Q. frat. lib. 1. 18. 11. a

Legi literas non tuas, sed librarii tui. ad Att. 96. b

Interdū librarii. Orat. 119. b

Aliquando tandem me designato lex in publicum proponitur: cōcurrunt iussu meo plures vno tēpore librarii, descriptam legem ad me afferunt. pro Leg. Agr. a

Si librarii descripterint. 12. ad Att. 16

Si quid librarii mea manu non intelligent, monstrabis. 16. fam. 31

Librariorum menda tolluntur. 13. ad Att. 19

Librariorum notæ. de Orat. 159. b

A librariis leges petimus. 3. de Leg. 40

Illas tabulas describi statim ab omnibus librariis imperavi. in Ant. 215. pro Syll. 175. b

De librariis si me amas, diligenter aduerte. ad Att. 57. b

Librariolus.

Seruus pacificatus est cum librariolo suo. ad Attic. 141. b. & pro Corn. Balb. 10

Pacificato cum librariolo suo videntur obuisse legationem. ad Att. lib. 15. 16

Etiā vellem mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus Tyrannio vratur glutinatoribus. ad Att. lib. 4. 18

Cuius loquacitas habet aliquid arguarum, nec id tamen ex illa erudita Græcorum copia, sed ex librariolis Latinis. 1. de Leg. 5

Librarium.

Exhibe quæso Sexte Clodi, exhibe librarium illud legum vestrarum, quod te aiunt enpuisse è domo. pro Mil. 15. a

Librarius, adiectiuum.

Nisi se sub scalas tabernæ librariz coniecisset. 1. Philip. 44

Libet.

De quo primo hoc libet dicere. de Diuin. 114. b

Itaque mihi libet exclamare. de Nat. d. 19. b

Nihil quicquam, nisi quod libet, facere præclare potest. Tusc. 1. 9. 118. b

Si poterit Næuius id quod libet, & ei libebit quod nō licet. pro Quint. 17. b

Vel etiam, id quod mihi maximè libet, ad nostrā studia me referam. epist. 9. b

De Gracchi autem Tribunatu quid expectem, non libet augurari. de Amicit. 39. a

Non libet mihi deplorare vitam, quod multi fecerunt. de Senect. 76. a

De proximo bello civili non libet dicere. in Ant. 215. b

Non libet fugere, a quo pugnare. ad Att. 333. b

De Repub. non libet plura scribere. ad Att. lib. 1. 33. 4. a

Quarum alteram non libebat mihi scribere, quia abscedere. ad Att. 16. b

Si tibi id minus libebat, non te vrgebo, neque committam. 2. de Orat. 10. a

Ut mihi quidem admirari liberet, in homine esse Romano, & c. 1. de Nat. d. 125. a

Bonum ipsum etiam quid esset, fortasse si opus fuisset, definiat: aut quod esset natura appetendum, aut quod proderet, aut quod iuaret, aut quod liberet. 1. de Fin. 8. a

Vos & omnes boni vota faciebatis, ut Miloni uti virtute sua liberet. pro Mil. 10. b

Senectus efficit ut non libeat, quod non oportet. de Senect. 85. b

Nihil enim quæquam, nisi quod libeat, præclare facere posse. Tusc. q. lib. 4. 34

Cui facile persuasi, mihi id quod rogaret, ne licere quidem, non modò non libere. ad Att. lib. 1. 4. 317. 4. a

De quo genere libitum est mihi paulò plura, quàm ostenderam, dicere. 2. de Orat. 189. a

Et quoniam libitum est vobis, me, & c. impellere hodierno sermone, & c. 1. de Leg. 106. a

Libens.

Cum totius Italiæ concursus facti illius gloriā libens agnouisset. pro Mil. 109. b

Animo gaudenti & libenti. ad Att. 15. b

Libenti animo prolixoque aliquid facere. 16. ad Att. 49

Non modò patienti, sed etiam libenti animo religioni parebo. de Arusp. resp. 145. b

Res nostræ quæ tam libenti Senatu laudabantur à Crasso. ad Att. 9. b

Quam dignitatem ego etiam libente illo, tamen absente illo per vos consecutus sum. de Leg. Agr. 55. a

Si vera sunt, ignoscetis: si falsa, me libente eripiet mihi hunc errorem. 10. ad Atticum, 11. id est, libenter patiar mihi à te eripi.

Neque patronis suis tam libentibus, quàm accusatoribus. ad Att. 64. b

Eamque animis vestris aut libentibus aut æquis remittatis. pro Cluent. 3. a. pro Rosc. Amer. 61. a

Animo libentissimo facere aliquid. in Verr. 71. b

Ut frequentissimo & libentissimo Senatu viderentur. ad Att. lib. 1. 55

Ut libentissimis Græcis uti quod velis consequare. ad Syll. lib. 13. 66. 3. a. Id est, summa Græcorum voluntate.

Illam porticum redemptores statim sunt demoliti libentissimis omnibus. ad Att. lib. 4. 10

Libenter.

Cum sit nihil aliud, quod libenter agere possimus. Diuinat. lib. 1. 9

Libenter studiosèque audire. in Verr. 60. b

Damus & libenter quidem. de Nat. d. 1. 61

Quorum alteri mihi facere necesse est: uti volo, & c. alterum facio libenter, ut quoniam, & c. epist. 6. b

Quid autem est fructus, quàm quod libenter facias, curare ut id diuinius facere non possis. Offic. 1. 78

Libenter legi epistolam tuam, & libram libentissime. 15. fam. 11. 50

Non assequor, ut scribam, quod tui conuiuii non modò libenter, sed etiam æquo animo legere possint. 11. ad Atticum, 4

Libenter aliquid odisse. 13. ad Att. 64

Ita quom aliud diceret atque sentiret, libenter uti solitus est ea dissimulatione, quam Græci ἀμειβόμενος vocant, quam etiam in Africano fuisse Fannius, & c. 4. Acad. q. 31. a

Libenter uti prius verbis. de Cluent. 11. b

Non libenter, & non inuitus, conueni. 3. ad Att. 15

Illo loco libentissimè soleo uti. de Leg. 1. a

Libido.

Libido, est immoderata appetitio opinati magni boni, rationi non obtemperans. Tusc. q. lib. 3. 11

Libido, est impotentia quædam animi à temperantia & moderatione plurimum distans. Tusc. q. lib. 4. 17

Libido, est opinio venturi boni, quod sit ex vita tam præsens esse atque adesse. Tusc. q. lib. 4. 11

Voluntas est quæ quid cum ratione desiderat: quæ autem ratione aduersa incitata est vehementius, ea libido est, vel cupido effrenata, quæ in omnibus fructibus inuenitur. 4. Tusc. 11

Tam flagitiosa & tam perdita libido. Cat. 39

Libido inexplebilis. Tusc. q. lib. 4. 36

Reperit exorta est mulieris importunæ nefaria libido. pro Cluent. 10. b

Tanta in eo peccandi libido fuit. Offic. 1. 135

Libido procreandi. Offic. 1. 79

Suffragandi nimia libido. de Leg. 191. b

Quæ libido ab oculis, quod facinus à manibus tuis vnquæ, quod flagitium à toto corpore abfuit. in Cat. 100. b

Libido voluptatis ad omne facinus suscipiendum hominem compellit. de Senect. 85. b

Vbi libido dominatur, innocentia leue præsidium est. Orat. 218. b

Libido efficit effrenatam appetentiam. Tusc. q. lib. 4. 13

Libido habet ardorem. Tusc. q. lib. 3. 24

Neque enim vnquam finem inueniet libido. Tusc. q. lib. 5. 16

Vbi libido veniet nauis, eumque apprehendet, decumbat, purgetque sese. 5. Verr. 6. a

Quis enim potest, in quo libido cupiditasve sit, non libidinosus & cupides esse. & c. Tusc. q. lib. 4. 46

Puer emptus libidinis causa. in Ant. 169

Timidè tanquam ad aliquem libidinis scopulum, sic tuam mentem ad Philosophiam appulisti. de Orat. lib. 2. 84

In quo ego nactus, ut mihi videbar, locum libidinis refecunda, & coercenda iuuentutis, & c. 1. ad Att. 57

Voluntatem patris antependendam putauit libidini suæ. in Verr. 118. b

Satisne ergo pudori consulat, si quis sine teste libidini pareat. de Finib. 77. b

Libidini subiecta sunt ira, excandescencia, odium, inimicitia, discordia, indigentia, desiderium, & c. eiusmodi. Tusc. quæst. lib. 4. 13

Ad nostrum arbitrium, libidinèque aduersariorum minas eludamus. 2. Verr. 19. a

Ipsa declinatio ad libidinem fingitur. lib. 1. de Fin. 15

Si perlatum erit in Galliam, equites Romanos rem ad illorum libidinem iudicasse. pro Font. 281. b

Ad libidinem suam aliquem vexare. pro Sext. Rosc. 42. b

Quid ego istius in iure dicendo libidinem demonstrem? 4. Verr. 26. a. & 1. 5. a

Est hoc natura commune animantium omnium, ut habeat libidinem procreandi. Offic. 11. b

Quæ in mentem aut in libidinem veniunt. de Inu. 79. b

Libidinem verò laudare cuius est libidinis? Tusc. quæst. lib. 4. 44

Turpitudine, quæ à libidine, aut à petulantia, aut ab audacia nata sit. pro Font. 181. b

Libidine voluptatum ferri. Tusc. q. lib. 3. 4

Libidine furentes poetarum dei. de Nat. d. 1. 31

Res quæ libidine, non ratione geruntur. pro Quint. 8. a

Quod positum est in alterius voluntate, ne dicam libidine. 9. fam. 36

Is cui nihil vnquam nefas fuit nec in facinore, nec in libidine. pro Mil. 115. b

Timere, morere, in libidine esse, peccatum est, etiam sine effectu. de Fin. lib. 2. 16

Libidine nihil immanius. 1. de Leg. 38

Libidines sunt consecratoris voluptatis. Offic. 3. 162

Cuius voluptatis auidæ libidines temerè & effrenatè ad potiundum incitantur. Cat. 36

Libidines effusæ in omni intemperantia. de Nat. d. 1. 31

Non mediocres hominum libidines. in Catil. 106. b

Libidines miræ commiscendorum corporum in mare & in fœmina cernuntur in bestiis. 2. de Nat. d. 97

Profundæ libidines. in Pis. 90. b

Lateant libidines eius illæ tenebricosæ, quas fronte & supercilio, non pudore & temperantia contegebat. de Prou. Consul. 7. a

Nihil superest, libidines totum dissiparunt. de Orat. 129. b

Quos ego penitus noui libidinum & languoris effœminatissimi animi plenos. 16. fam. 36. ex epist. Q. Ciceronis.

Ciuitates etiam nefarias libidinum contumelias, turpitudinesque subierunt. in Pis. 98. b

Catilina aliis fructum libidinum pollicebatur, aliis, & c. in Catil. 106. b

Quæ ad suspicionem stuprorum ac libidinum pertinent. pro Font. 281. b

Nunquam ille à liberis, à coniugibus vestris effrenatas libidines suas cohibuisset. pro Mil. 116. b

Docemur autoritate, nutūque legum domitas habere libidines. de Orat. 101. b

Clodius Cilicum libidines, Barbarorumque satiauit. de Arusp. resp. 253. b

Libidinibus se totum dedere. Tusc. q. lib. 1. 59

Libidinosus.

Audax, petulans, libidinosus. pro Syll. 180. b

Etenim est leuis, libidinosus, salax. ad Att. 92. de Fat. 141. b

Libidiosa etenim & intemperans adolescentia, effœtum corpus tradit senectuti. de Senect. 26. a. 1. de Fin. 111. a

Libidiosa voluptas. 1. de Fin. 90. a

Odia libidinosæ & delicatæ iuuentutis. 1. ad Att. 65

Libidinosæ sententiæ. pro Domo sua, 3. Id est, quæ pro libidine cuiusque feruntur.

Cum libidinosi luxuriosè viuere. pro Cæl. 40. b

Libidinosè.

Caue ne quid libidinosè aut facias aut cogites. Off. lib. 3. 48

Vt quæ ille libidinosè, quæ nefariè, quæ crudeliter fecerit. 1. Verr. 21. a

Nihil isto scitote esse luxuriosius, libidinosius. in Pis. 94. b

Libo.

Libo orator. Brut. 45. 46

Libonis annalis. 13. ad Att. 40

Libo, diis consecro.

Libanto publicè sacerdotes certas fruges, certasque baccas certis sacrificiis ac diebus. 2. de Leg. 17

Libo, colligo, carpo, decerpo, delibo.

Sed à te impetrarim libenter, ut nisi molestum sit, quoniam nulla vincula te impediunt vllius certæ disciplinæ, libasque ex omnibus, quodcunque te maximè specie veritatis mouet. 5. Tusc. 60

Sed omnibus vnum in locum coactis scriptoribus, quod quisque commodissimè præcipere videbatur, excerptissimus, & ex variis ingenii excellentissima quæque libauimus. 2. de Inuent. 124

Vide ne facias impudèter, qui tuo nomini velis ex aliorum laboribus libare laudem. 4. ad Heren. 141

Sit boni oratoris multa auribus accepisse, multa vidisse, multa animo & cogitatione, multa etiam legendo percurrisse: neque ea ut sua possedisse, sed ut aliena libasse. 1. de Orat. 110. a

Libandus est etiam ex omni genere facietiarum quidam lepos. de Orat. 98. b

Libatus.

Natura deorum, à qua, ut sapientissimis placet, haustos animos & libatos habemus. de Diuin. 103. b

Naturale quod animus arriperet, aut exciperet, extrinsecus ex diuinitate, vnde omnes animos haustos, aut acceptos, aut libatos haberemus. 2. de Diuin. 39. a

Libamentum.

Quod tempus ut sacrificiorum libamenta seruètur, foetusque pecorum, quæ dicta in lege sunt, diligenter habenda ratio intercalandi est. 2. de Leg. 47. a

Libatio.

Te appello Létule, tui sacerdotii sunt tensæ, curricula, præcentio, ludi, libationes, epulæque ludorum publicorum. de Arusp. resp. 19

Libra.

Quo loco quæro, quam vim habeat libra illa Critolai: qui quum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis & externa: tantum propendère illam boni lancem putet, ut terram & maria deprimat. 5. Tusculan. quæst. 38

Virtutis autem amplitudinem quasi in altera libræ lance ponere. 5. de Fin. 157. a

Nexum quod per libram agitur. de Orat. 157. b

Facere testamentum in procinctu sine libra atque tabulis. de Orat. 104. b

Libella.

Si peteret festert. 1 5 5 5 dari: hic, nisi planum facit festert. 1 5 5 5 ad libellam sibi deberi, causam perdit. pro Comædo, 6. a. Id est, si minimo quidem nummo minus debitum fuit ex formula plus petitionis, causa cadit.

zzz. iiii.

Et quis Volcatio, si sua spote venisset, vnam libellam dedisset. 4. Verr. 17

Fecit palam te ex libella, me ex terucia. ad Att. lib. 7. 9. Sub. heredem.

Librarium Librariolus, Librarius, vide Liber, substantiuum. Libratus.

Vnde terra, & quibus librata ponderibus, quibus cauernis maria sustineat, &c. 5. Tusc. q. 51

Libramentum.

Extrematam & quasi libramentum, in quo nulla omnino crassitudo sit. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 107

Libya.

Volucres angues ex vastitate Libyæ vento Africo inuchi in Ægyptum. 1. de Nat. d. 141

Europam Libyamque rapax vbi diuidit vnda. de Nat. 6. 4. b

Licenter, Licentia, vide post Licet.

Liceo.

De Drusi hortis quanti licuisse tu scribis, id ego quoque audieram, & vt opinor, heri ad te scripseram. ad Att. lib. 12. 243. 4. a

Liceor.

Licetur Ebutius, deterrentur emptores multi, fundus addicatur Ebutio. pro Cec. 287. b

Herbitenses quam viderent, si ad Æschionem pretium reddisset, se ad arbitrium libidinosissimæ mulieris spoliatum iri, liciti sunt vsque eò, quoad se efficere posse arbitrabantur. 5. Verr. 65. a

Non licitatore venditor, nec qui contra se liceatur, emptor opponet. 3. Offic. 81. a

Si doceo pluris aliquanto potuisse te vendere, neque his voluisse addicere qui contra Apronium licerentur, &c. 5. Verr. 125. a

Eum qui manus quaesierit, an eum qui digito licitus sit, posidere in Verr. 153. b

Hæredes Scapulae si istos hortos, vt scribis tibi Othonem dixisse, partibus quatuor factis, liceri cogitant, nihil est scilicet emptori loci ad Att. lib. 12. 252. 10. a

Is liceri non destitit. in Verr. 169. b

Licitatio.

Genus enim conditionis eiusmodi fuit, in quo non solet esse controuersia: cum ea pars qua videtur esse minor, licitatione expleri possit. ad Att. lib. 11. 34

Exquisitis palam pretiis & licitationibus factis, describebat Cæsores binos in singulas ciuitates Timarchides. 4. Verr. 92. a

Licitator.

Nunc quum tuum pretium noui, licitatore potius apponam, quam illud minoris vaneat. ad Marium, lib. 7. 6

Non licitatore venditor, nec qui contra se liceatur, emptor opponet. 3. Offic. 81. a

Licet.

Licet ora ipsa cernere iratorum, aut eorum qui aut libidine aliqua, aut metu commoti sunt, aut voluptate nimia gestiunt. 1. Offic. 143. a

Quid quaeris: vel ipsi hoc dicas licet, humanitatem ei meo iudicio illo die defuisse. ad Att. lib. 5. 88. 6. a

De hac re in vtramque partem differi copiose licet. de Orat. 152. b

Licet ciui Romano esse Gaditanum. pro Corn. Balb. 21

Mirari licet, quæ sint animaduersa à medicis herbarum genera. de Diuin. 82. b

Tibi licet, mihi nefas est obliuisci. epist. 256. b

Peccare nemini licet. 5. Tusc. q. 78. a

Sexcenta licet eiusmodi proferris. de Diuin. 115. b

Per me vel stertas licet, inquit Carneades, non modò quiescas. 4. Acad. q. 165. a

Licet hoc videre in reliquis sensibus. de Orat. 152. b

Videre licet nationes quasdam, &c. de Diuin. 99. b

Non mihi iam licet, nec integrum est, vt miseros non defendam. pro Mur. 125. b

Sed non idem mihi licet, quod iis qui nobili genere nati sunt. 7. in Verr. 141. a

Cur his per te frui libertate sua, cur denique esse liberos non licet: pro Flac. 161. b

Quo in genere mihi negligentem esse non licet. ad Att. 15. b

Neque enim licebat locum numini consecratum turpi flagitio contaminare. a

Licuit enim esse otioso Themistocli, licuit Epaminundæ. 1. Tusc. q. 27

Licebit eum solus ames. 6. ad Att. 35

Hanc si quis partem putarit orationis, sequamur Hermagoram licebit. 1. de Inuent. 108. a

Quod profecto faciam, si mihi per eiusdem amicitiam licebit. Lentulo, lib. 1. 8. 7. a. Id est, si possum amicitia illa fa.

Vt id quoad posset, quoad fas esset, quoad liceret, Pop. ad partes daret. contra Rull. 69. b

Cui ne esse quidem licuisset Tribuno. 3. de Leg. 31. a

Sunt homines Siculi non contemnendi, si per nostros magistratus liceat. 5. Verr. 55. a

Impetrabis, inquit, à Cæsare, vt tibi abesse liceat. Att. 135. b

Sed, quod inter nos dicere liceat, ne tu quidem intelligis. de Nat. d. 1. 52

Vos laboriosos existimet, quibus otiosis ne in communi quidem otio liceat esse. pro Cælio, 1. a

Liceat esse miseros, quanquam hoc victore esse non possumus. pro Ligari. 11

Sed quis supplicat, vt optimè meritis de Repub. liceat esse saluis Brutus ad Ciceronem, 16. 5. a

Clodiu nihil delectat, quod aut per naturam fas sit, aut per leges liceat. pro Mil. 120. b

Petis vt tibi per me liceat quædam de exilio reducere. 1. Philipp. 35. a

Qui magis hoc Lucilio licuerit assumere libertatis, quam nobis. 12. fam. 40. in epist. Trebonii.

Licere id dicimus, quod legibus, quod more maiorum institutisque conceditur. in Ant. 248. b. Tusculan. quaest. lib. 5. 41

Licere populo fatis est. 3. de Leg. 34

Induxit animum, sibi licere quod vellet. 14. ad Att. 12

Quod non licet, id hoc vno tenetur, si arguitur non licere. Part. 119. b

Licet, pro Quauis.

Quibus sine dolore licitum est, mortem cum vita commutare. epist. 50. b

Expectassem Brundisii, si esset licitum per nautas. Terentia, lib. 14. 4. 12. a

Dum in ciuitate manere licitum est. Antequam. 196. b

Licitum mihi fuisset. ad Octau. 40

Id quod postea, si per vos Iudices licitum erit, aperietur. pro Sex. Rosc. 39. b

Quod nihilo magis ei licitum esset plebeio Remp. perdere, quam similibus eius me c o s. Patritius esset licitum. ad Att. lib. 2. 16. 9. a

Licet corpus abesset meum, dignitas iam in patriam reuertat. Postquam. 205. b

Ex qua licet pauca degustes. 1. ad Att. 41

Quantumuis enumeres multos licet, nullos tamen, &c. de Leg. 189. b

Quantumuis licet excellas. de Amic. 110. b

Licet omnes in me terrores impendeant subito. pro Sext. Rosc. 23. b

Quam volumus licet, p. c. ipsi nos amemus, tamen nec numero Hispanos, nec robore Gallos, &c. de Arusp. respons. 17. a

Licentia.

Bella est autem huius iuris quinquennii licentia. ad Atticum, 243. b

Pœna abfuit, & licentia consecuta est. 5. Verr. 152. a

Omnino hæc licentia à Democrito. de Nat. d. 1. 75

Græcorum dissoluta consuetudo, & licentia impudens. pro Flac. 150. b

Immoderata libertas, infinita hominum licentia. ad Q. frat. 294. b

Omnium rerum infinita atq; intoleranda licentia. cōt. Rull. 63. b

Poeta numeris adstrictior, verborum licentia liberior. de Orat. 90. b

Licentia magna est gladiatorum. 4. fam. 32

Nisi multorum impunita scelera tulissemus, nunquam ad vnum tanta peruenisset licentia. Off. 38. b

Verba prisca, quæ sunt poetarum licentiæ liberiora. 3. de Orato. 84

Vide quid licentiæ Cæsar nobis tua liberalitas det, vel potius quid audaciæ. pro Lig. 140. b

Tu in cuius domo simulachrum non libertatis publicæ, sed licentiæ collocaisti. pro Dom. 239. b

Licentiæ templum exædificatum in sedibus Larium nostrorum. 2. de Leg. 41

Tantum licentiæ dabat gloria. de Senect. 86. b

Resistere licentiæ alicuius. de Diuin. 139. b

Ludimur ab homine non tam faceto, quam ad scribendi licentiam libero. de Nat. d. 1. 86

Nec quenquam eo errore duci oportet, vt siquid Socrates aut Aristippus contra morem consuetudinemque ciuilem fecerint, locutiue sint, idem sibi arbitretur licere: magnis enim illi, & diuinis bonis hanc licentiam assequerantur. 1. Offic. 206. a

Nobis autem nostra Academia magnam licentiam dat, vt quodcumque maxime probabile occurrat, id nostro iure liceat defendere. 3. Offic. 26

Pueris non omnem licentiam ludendi damus. Offic. 21. b

Consuetudo dabat hanc licentiam. Orat. 211. b

Quum iste calumniæ licentiam sua autoritate dedisset. in Verr. 122. b

Licentiam dare pecunias eripiendi. 5. Verr. 189. a. pro Domo sua, 37

Quantam habent ad maledicendum licentiam. pro Font. 25. a

Ne ab isto concessam videamur habere licentiam fingendi. pro Mur. 128. b

Quem si vicisset, habiturus esset impunitatē & licentiam sempiternam. pro Mil. 118. b

Ne maiorem largiar ei qui contradicturus est, libertatem & licentiam. Acad. q. 8. b

O licentiam iocularem! Fat. 12

Hi nisi me ciuitate expulissent, obtinere se non posse putauerunt licentiam cupiditatum suarum. 10. ad Att. 7

Cuius rei ipse perpetuam licentiam optaret. pro Cæl. 40. b

In iis perniciosus est error, qui existimant peccatorum omnium patere in amicitia licentiam. de Amic. 111. b

Qui eandem licentiam scribendi sibi permitti volunt. Tusc. q. lib. 1. 5

Epicurus luxuriæ licentiam pollicetur. de Fin. lib. 2. 112. a

Licentiam alicuius rei præbere. 4. in Verr. 47

Nisi facile cupiditates nostras teneremus, nunquam ipsimet nobis præcideremus istam licentiam, libertatemque viuendi. 5. Verr. 3. a

Is abhorret non modò ab huius seculi licentiâ, verum etiam à maiorum consuetudine atque concessis. pro Cæl. 47

Quod si ea facta credimus licentia fabularum. 2. de Nat. deorum, 5

Numerus liberiore quadam fruitur licentia. Orat. 200. b

Hac licentia permittitur, vt quantum vellent, auferrent. in Verrem, 153. b

Græcia hoc vno malo concidit, libertate immoderata & licentia concionum. pro Flacc. 149. b

Is redundantes nos & superfluentes iuuenili quadam impunitate & licentia, repressit. de Clar. 194. b

Licentior.

Inde ille licentior & diuitior fluxit dithyrambus. 3. de Orato. 102. a

Quid verò licentius, quam quod hominum etiam nomina contrahebant, quæ essent aptiora. in Orat. 85. a

Licenter.

Solutum quiddam sit, nec vagum tamen, vt ingredi liberè, non vt licenter videatur errare. in Orat. 42. a

Tanta est impunitas garridi, ad quam licenter fluentium frequenter transito fit visio, vt è multis vna videatur. 1. de Nat. d. 150. a

Serui licentius, liberius, familiarius, cum domina viuentes. pro Cælio, 49. b

Licinius.

Licinius, homo literatus, cliens Q. Catuli. 3. de Orat. 125

Licinius Lenticula, de alea condemnatus, ab Antonio restitutus. 2. Philip. 69

C. Licinius sacerdos, à P. Africano dictus peierasse. pro Cluentio, 105

L. Licinius, Q. Mutius, c o s. 4. in Verr. 84

Licina.

Licina, virgo vestalis. pro Dom. sua, 104

Liciniæ, Crassi filia, Læliæ neptes. Brutus 111

Licinius.

Licina lex. in Rul. 34. pro Sest. 118. pro Dom. sua, 41. in Verr. 25. & 5. Philip. 169. 8. fam. 4. in epist. Cælii. & 4. ad Att. 42. & 2. ad Att. 26. Brut. 31

Licina lex de ciuitate quaerendum statuebat. pro Cornelio Balbo, 37

Licina lex de sodalitiis. pro Planc. 29

Licina atria. pro Quint. 7. & 13

Lictor.

Aderat ianitor carceris, carnifex Prætoris, lictor Sestius. in Verr. 259. b

Lictor, inquit, colliga manus. pro Rabir. 8. a

Sit lictor non suæ, sed tuæ lenitatis apparitor, maioraque præferant fasces illi ac securæ dignitatis insignia, quam potestatis. Q. frat. lib. 1. 10

Quumque te tua patria vi pulsum esse dixisses, prehensisse eum dexteram tuam, & bono animo te iussisse esse, licitorique proximo tradidisse, vt te in monumentum suum deduceret. 1. de Diuinit. 105. a

Lictores laureati. 7. ad Att. 36

Lictorum meorum hæc molesta pompa. 2. fam. 29

Illud non nimium probo, quod scribis, quo illi animo æquiore ferrent, te tuis etiam legatis lictores ademisse. 12. famil. 64

Deinde anteibant lictores non cum bacillis, sed vt hic Prætoribus anteeunt, cum fascibus duobus. 1. de Leg. Agra-ria, 97. a

Lictores omnibus Senatoribus dare solebam in prouincia. 12. famil. 47

Lictores populus dedit. 11. ad Att. 10

Si lictores hos molestissimos non haberem. 8. ad Att. 2

Lictores cum bacillis in turbam conieci. 11. ad Att. 10

Cum lictoribus inuitus cursarem. 10. ad Att. 34

Lictoribus remotis. 9. ad Attic. 2

Lictoribus atque accenso in funere vtatur. 2. de Leg. 57

Ligarius.

T. Ligarius, Q. frater. pro Ligari. 22

Ligarianus.

Ligarianam, vt video, præclare autoritas tua commendauit. Attic. lib. 13. 19. Sub. orationem.

Ligarianam præclare vendidisti. 13. ad Att. 13

In oratione Ligariana erratum quoddam meum. 13. ad Atticum, 56

Lignum.

Dedicatum lignum. 2. de Leg. 72. a

Cedere ianuam faxis, instare ferro, ligna & farneta circumdare, ignem subicere cœperunt. 3. Verr. 48. a

Ignem ex lignis viridibus atque humidis in loco angusto fieri iussit. 3. in Verr. 30

Ligneus.

Ponticulus ligneus. 5. Tusc. q. 83. a

Lignum quodcumque voluerit vno è ligno dedicato. 2. de Leg. 43

Signum ligneum. 6. Verr. 6. a

Materiam ligneam flama vri posse necesse est. 2. de Inuent. 247. a. De necessitudine.

Soleas ligneas in pedes inducere. 2. de Inuent. 232. a

Ligneolus.

Hanc scripsi ante lucem, ad lychnuchum ligneolum qui mihi erat periucundus, quod, &c. Q. fra. lib. 3. 23. 2. a. nonnulli legunt lincolum.

Ligo.

Mundus ita coheret, vt dissolui nullo modo possit, nisi ab eodem a quo est ligatus. de Vniuer. 197. b

Filium eius impuberē ligatum, a Prætorē missum in carcere, necandum esse dixit. 4. in Catil. 85. a

Ligur.

Ligur, cognomen Æliæ familiæ. pro Cluent. 57

Ligures cur duri & agrestes. in Rul. 93

Qui Ligurum castella expugnauerunt. de Clar. 188. & pro Cluent. 32. & pro Dom. sua. 222. & pro Sest. 18. b

Multos terramotus in Liguribus factos esse. de Diu. 96. b

Ligurinus.

Ligurino μῦθος satiffacere. 5. ad Attic. 41

Ligurio.

Quum quidam de Collegiis nostris agrariam curationem ligurirēt, disturbauit rem, totamque vobis integram referuauit. ad Brutum, lib. 11. 36

Liguriens.

Commisssa est pecunia tanta Prætori: non reperietis hominem timidē, nec leuiter hæc improbilissima lucra liguriens rem: deurare omnem pecuniam publicam non dubitauit. 5. Verr. 153. a

Liguritio.

Ægotationi autem talia quædam subiecta sunt, auaritia, ambitio, mulierositas, peruicacia, liguritio, vinolentia, cupidia, & siqua sunt similia. 4. Tusc. 39. a

Ligusticus.

Bello Ligustico Q. Maximus dedicauit templum Honoris & Virtutis. de Nat. d. 2. 44

Lilybæum.

Lilybæum Verres venit. in Verr. 63. b. 4. Verr. 134. Oppidum Siciliæ maritimum.

Lilybætanus.

Agonis est quædam Lilybæтана. in Verr. 63. b

Limen.

Limen cubiculi. pro Cluent. 11. a

Extra ostium limenque carceris. 5. Tusc. q. 20

Qui simul ac pedem limine extulerat, & c. pro Cæl. 44. b

Non modò limine testòque ædium suarum, sed primo aditu vestibuloque prohibere quempiam. pro Cec. 291. b

Nec illi tam cupidè liminum meorum & valuarum fuerūt. pro Domo sua. 125. b

Fores in liminibus profanarum ædium ianua nominatur. de Nat. d. 39. b

Limes.

Siquidem bene meritis de patria quasi limes ad cæli aditum patet. Som. Scip. 18

ἡμῶν dialectici vocant sumptiones. Diuin. lib. 2. 84

Limo.

Stylus qui & alia & hoc maximè ornat ac limat. de Orat. lib. 3. 105

Limauit aliquid posterior annus de tua proluxa beneficiaque natura. 3. fam. 29

Sed tantum alteri affinxit, de altero limauit. de Orat. 146. b

Habuit à natura genus quoddam acuminis, quod etiam arte limauerat. de Clar. 187. b

Quoniam se ipse ad minutarum genera causarum hmauerat. de Optim. 243. b

Neque hæc ita dico, vt ars aliquid limare non possit: neque enim ignoro, & quæ bona sint, fieri meliora posse doctrina. 1. de Orat. 57. a

Alia est illa quum veritas ipsa limatur in disputatione, subtilitas: alia quum ad opinionem communem omnis accommodatur oratio. 2. Offic. 49. Id est, cum crasso modo, non subtilitate philosophica.

Ad huc eum ipsum quædam institui, quæ & sunt magna fanè, & limantur à me politius. Acad. q. ed. 2. lib. 2. 12

Limatus.

Q. Scæuola æqualis & Collega meus, homo omnium & disciplina iuris ciuiliis eruditissimus, & ingenio, prudentiaque acutissimus, & oratione maximè limatus, atque subtilis. 1. de Orat. 88. a

Limatus moribus domesticis, ac nostrorum hominum vr-

banitate. 2. de Nat. d. 54

Limatum dicendi genus. de clar. Orat. 173. & de Finib. 98. & Epist. 112. b

Alii subtili quadam & pressa oratione limati. Orat. 198. b

Limatulus.

Opus est huc limatulo & polito tuo iudicio. Volumnio, lib. 7. 50. Id est, terfo & subtili.

Limatius.

De summo autem bono, quia duo genera librorum sunt, vnum populariter scriptum, quod ἑωπεῖον appellabant: alterum limatius, quod in commētariis reliquerunt, non semper idem dicere videntur. 5. de Fin. 20. a

Nihil enucleatè dici, quo fieri possit aliquid limatius. de claris Orat. 17. a

Limito.

Esti de tua proluxa beneficiaque natura limitabit aliquid posterior annus propter quandam tristitiam temporum.

Appio Pulchro, lib. 3. 8. 31. a

Linceus, vide Lynceus.**Lindus.**

Auus Ialysi, Camiri, & Lindi. 3. de Nat. d. 39

Linea.

Linea est quæ sine vlla latitudine currit. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 107

Ferri suo deorsum pondere ad lineam. 1. de Finib. 14

Lineam tenere in agendo. Att. 60. b

A linea media ad læuam hanc direxit. de Vniuer. 33

Diphilus aliquando perpendiculari & linea discet vti. 3. ad Quint. frat. 2

Peccare est, tanquam transilire lineas: quod quum feceris, culpa commissa est: quam longè progrediare, quum semel transieris, ad augèdam transuendi culpam nihil pertinet. Parad. 24

Rectis lineis in cælestem locum subuolant ignea. 1. Tuscul. quæst. 63. a

Lineamentum.

In geometria, lineamenta, formæ, interualla, magnitudines: In astrologia, cæli conuersio, ortus, obitus, motusque fyderum. 1. de Orat. 92. a

Lineamenta & formæ deorum. 1. de Nat. d. 101. a

Eum multò magis figura & lineamenta hospitiæ delectabant. in Verr. 127. b

Tu illius æris temperationem, & operum lineamenta solus perspicias. in Verr. 233. b

Asperla temerè pigmenta in tabula, oris lineamenta effingere possunt. de Diuin. lib. 2. 37

Compositio membrorum, confirmatio lineamentorum. de Nat. deo. lib. 1. 34

Quum ad lineamenta oris peruentum est. de Diuin. 118. b

Numerus quasi quandam palæstram & extrema lineamenta orationi attulit. Orat. 215. b

Quibus detractis, deum tamen nosse te dicis, modò lineamenta maneat. de Nat. d. 1. 70. Id est, argumenti partes.

Neque enim tam desipiens fuisset, vt homunculi similem fingeret deum, lineamentis duntaxat extremis. de Nat. deor. 1. 87

Intelliges nihil illius lineamentis, nisi eorum pigmentorum, quæ inuenta nondum erant, florem & colorem defuisse. de Clar. 193. b

Lingua.

Lingua quasi flabellum seditionis. pro Flac. 158. b

Lingua vocem immoderatè profusam fingit & terminat. 1. de Nat. d. 112

Gallus pictus eiecta lingua, buccis fluentibus. de Orat. 133. b

In ore sita lingua est, finita dentibus, quæ sonos distinctos & pressos efficit, quum ad dentes, & ad alias partes pellit oris: itaque plectri similem linguam nostri solent dicere, chordarum dentes. de Nat. d. lib. 2. 113

Hæc tibi est excidenda lingua: qua vel euulsa spiritu ipso libidinem tuam libertas mea refutabit. 3. de Orat. 3. a

Latina lingua non modò non inops, vt vulgus putat, sed lo cupletior etiam est quàm Græca. 1. de Finibus, 15. a. Tusc. quæst. 192. b

Vt totum illud vti lingua nuncuparat, in magistri carmine scriptum videretur. de Orat. 106. b

Lingua Græcorum copiosior est, quàm Latina. Tusc. quæst. lib. 2. 31

Lingua atque cordis diffidium. 3. de Orat. 35

Verba neminem mouent, nisi eum qui eiusdem linguæ societate coniunctus est. de Orat. 164. b

Lingua solutio, vocis sonus. de Orat. 94. b

Linguam omnibus diligentissimè esse continendam. 1. ad Quint. frat. 29

Linguam ad radices eius hærens excipit stomachus. de Nat. deor. 53. b

Lingua celeri & exercitata sunt oratores quidam. 1. de Orat. 41. a

Ei tantus clamor à nostris, vt neque mente, neque lingua, neque ore confisteret. 2. ad Q. fra. 7

Sunt quidam ita lingua hæsitantes, ita voce absonti, vt, & c. 1. de Orat. 57. a

Quorum linguæ sic inhærēt, vt loqui non possint, hæ scalpello refectæ liberantur. de Diu. 128. b

In his linguis quas non intelligimus, quæ sunt innumerabiles, surdi profecto sumus. 5. Tusc. 163. a

Tibi autem idem consilii do, quod mihi metipso, vt vitemus oculos hominum, si linguas minus facillè possimus. ad Varron. lib. 9. 3

Lino.

Lucretii poemata (vt scribis) lita sunt multis luminibus ingenii, multæ tamen artis. Quint. fra. lib. 2. 13. 2. a. Id est, insignita, & quasi fucata.

Litura.

Et vnus hominis litura se commotum esse dixerit. pro Archia. 7

His igitur tabulis nullam lituram in nomen A. Licinii videtis. pro Arch. 187. b

Caudam illam Verres tanquam in luto demersam esse in litura. in Verr. 147. b

Vide sine totum hoc nomen, coram vbi fuit delatum, esse in litura: quid fuit isthic antea scriptum, quod mendum ista litura corripuit. in Verr. 129. b

Deinde in codicis extrema cera nomen infimum in flagitiosa litura fecit. 3. Verr. 65. a

Quum mendum scripturæ litura tollatur. Epist. 85. a

Suum codicem testis loco recitare arrogantiæ est: suarum percriptionum & liturarum aduersaria proferre num amentia est. pro Rosc. Comædo, 5. a

Oppianic⁹ qui digito legata deleuerat, ne lituris coargui posset, testamentum in alias tabulas transcriptū signis adulterinis obfignauit. pro Cluent. 30. b

Linguo.

Luce serenanti vitalia lumina liquit. de Diuin. lib. 1. 34. a

Ego ne Protagoram quidem, cui neutrum liquerit. de Nat. deor. 1. 82

Linquere lumina funestis fatis. Diuin. lib. 2. 49

Vt is in insula Lemno linqueretur. de Fat. 147. b

Linquens.

Minturneses coloni quidem, & c. quod C. Marium, linquentem terram eam, quam seruaerat, lachrymis, votisque omnibus profecuti sunt. pro Planc. 20. a

Linter.

Motus erat is, quæ & C. Iulius in perpetuum notauit, quum ex eo in vtraque partem toto corpore vacillante quæsiuit quis loqueretur è linter. de Clar. 114

Reperit linteribus in eam insulam materiam, calcæ, cæmenta atque arma conuexit. pro Milo. 55. a

Linternus.

Linternus ager. in Rull. 68

Linteus.

Auditæ visæque merces fallaces quidem & fucosæ, chartis & linteis, & vitro delatæ. pro Rab. Posth. 24. a

Linteus.

Illi ad deprecandum periculum proferebāt, alii purpuram Tyriam, thus alii atque odores, vestemque linteam. 7. Verr. 114. a

Linum.

Tabellas proferri iussimus, linum incidimus, legimus. in Catil. 112. b

Reticulum tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosæ in Verr. 241. b

Liparenis.

Liparenis ager, miser & ieiunus. 5. in Verr. 71

Liparenis ciuitatis situs. 5. in Verr. 72

Liparenium testimonium. in Verr. 166. b

Lippio.

Quum leuiter lippirem, has literas dedi. Att. lib. 7. 47

Lippitudo.

Citiusque repentinus oculorum tumor sanatur, quàm diuturna lippitudo depellitur. Tusc. qu. lib. 4. 132

Lippitudo hæc mihi sine vlla lachryma est. 10. ad Attic. 46

Mihi molestior lippitudo erat etiam, quàm antè fuerat. Attic. 128. b

Lippitudinis meæ signum, tibi sit librarii manus. Att. 131. b

Si scriberem ipse, lōgior epistola fuisset: sed dictaui propter lippitudinem. Att. lib. 7. 132. 2. a

Non occupatione, sed paruula lippitudine adductus sum, vt dictarem hanc epistolam. ad Q. fra. lib. 2. 6. 1. a

ἄλλῃ tua quem in diem incurrat nescio. 7. ad Att. 27

Liquidus.

Liquida voluptas & libera. 1. de Finib. 89. a

Quicquid inde haurias, purum liquidumque te haurire sentias. pro Cecin. 57. a

Liquido.

Confirmare hoc liquido possum. in Verr. 229. b

Gratissimum est, te libenter amicitia dedisse, quod liquido veritatis dares. ad Caton. lib. 15. 26

Nemo esset quin hoc se audisse liquido diceret. 5. Verr. 116. a

Liquido negare aliquid. 11. fam. 45

Quod eò liquidius faciet, & c. de Finib. lib. 2. 33

Liquidius de toto sensu tuo iudicauit. ad Planc. lib. 10. 20. Hoc est apertius, & certius, ac facilius.

Liquor.

Aquæ admistum esse calorē, primùm ipse liquor, tum aquæ declarat effusio. de Nat. d. 2. 19

Quæ liquoris & concretionis vim habeant. de Vniu. 63

Liquores perlucidi amnium. 2. de Nat. d. 72

Liquefco.

Quum liquefcimus voluptate, flumimusque mollitia, apisculeum sine clamore ferre non possumus. 2. Tusc. q. 46

Liquatus.

Guttæ liquatæ ardore solis. Tusc. q. lib. 2. 45. a

Liquefacio.

Quos nullæ futiles lantæ languidis liquefaciant voluptatibus. Tusc. q. lib. 5. 13

Liquefactus.

Aqua liquefacta & dilapsa, admixto calore se diffundit. de Nat. d. 2. 19

Glaciem calore liquefactam & dilapsam diffundi. de Nat. deor. 31. b

Et statua veterum hominum deiectæ, & legum æra liquefacta. in Catil. 63. a

Liquet.

Simili modo liquet, alteram quoque approbationem separatam esse. de Inuent. 54. b

Quum id, de quo Panætio non liquet, reliquis solis luce clarius esse videatur. de Diuin. lib. 1. 6

Quum quid liquere non habuisset. pro Cec. 290. b

Si haberem aliquid quod liqueret. de Nat. d. 2. 2

Sed (quod inter nos liqueat) nec tu quidem intelligis. 1. de Nat. deor. 100. a

Si habes quod liqueat, neque respondes superbis. Academ. quæst. edit. 1. lib. 2. 85. id est, quod notum sit & manifestum.

Nec verò Protagoras, qui sese negat omnino de diis habere quod liqueat, sint non sint, qualēve sint, quicquam videtur de natura deorum suspicari. 1. de Nat. d. 43. a

Eorum verò qui sibi non liquere dixerunt, sapientiam laudat. pro Cluent. 60. & 85. a

Et in eo consilio, quum causam non audisset, & potestas esset amplandi, dixisse sibi liquere, &c. pro Cecin. 21. a

Liris.

In Lirem præcipit Fibrenus. 2. de Leg. 11. a

Liri nullum frigidius flumen attingi. 2. de Leg. 6

Lis.

Lis æstimata est eo nomine, quod, &c. in Verr. 73. b

ns. v. 111. milibus lis æstimata est. in Verr. 190. b

Vt lis hæc capitis æstimaretur. pro Cluen. 41. b

Si quæ in eum lis capitis illata est, non admittunt. pro Cluentio, 91. a

Si lis in iudicio sit, propinquum potius defenderis. Off. 12. b

Æstimationem litis non esse iudicium. Epist. 117. b

Æstimare litem. pro Cluent. 91. a

C. Dolabellæ ns. ad tricies litem esse æstimatam. in Verrem, 95. b

Possimus enim, vt sponsores appellentur, procuratorem introducere: neque enim illi litem contestabimur. quo facto, non sum nescius sponsores liberari. Att. lib. 16. 38

Litem damni iniuria cum aliquo contestatam esse. pro Ros. Comædo, 31

Rem an litem dici oporteat. pro Mur. 130. b

Quid si quum pro altero dicas, litem tuam facias: aut læsus efferare iracundia, causam relinquant, nihilne noceas. 2. de Orat. 168. Id est, si ita agas, vt non alienam causam, sed tuam agere videaris.

Nam iste cum eo litem contestatam habebat. pro Ros. Comædo, 21. a

Inferre litem alicui. pro Rab. Posth. 124. b

Litem intendere. 1. de Orat. 12

Quem hercle ego litæ adeo perdidisse gaudeo. 1. de Orat. 81

Neque intelligebat si ita esset, litem aduersarium perditurum. de Orat. 98. b

In sua lite vel in alieno iudicio. pro Q. Rosc. 52. b

Bona sua repetere, ac persequi lite ac iudicio. in Verr. 154. b

Lites contractas iudicant magistrates. 3. de Leg. 5. & 6

Sunt lites æstimatæ à Gabinio, nec prædes dati. pro Rab. Posthum. 5. b

Lites seuerè æstimatæ. pro Muren. 134. b

Lites condemnari solent. pro Rab. Posth. 12

Lites & controuersia cogunt homines malos oratores perpeti. 1. de Orat. 59

Roscium suas, non societatis lites redemisse. pro Quinto Rosc. 23

Litium æstimatio, iudicium non fuit. pro Cluent. 92

Litium appellatio. pro Rab. Posth. 7

Litium & beneuolentiæ iura. 7. fam. 18

Multitudo litium, & varietas causarum. de Orat. 94. b

Mecum verò quid habent litium, qui ipsorum disciplinam sequor. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 89

Periculo litium se liberare. 3. Verr. 68. a

In litibus æstimandis nemo appellabatur nisi ex testium dictis, aut tabulis priuatorum, aut rationibus ciuium. pro Rab. Posth. 24. b

Philosophi ætatem in litibus conterunt. de Leg. 166. b

Liso.

Liso Lilyætanus, à C. Verre hospite suo spoliatus. 6. in Verrem, 32

Lisytus.

Ex Ioue & Lisyto est is Hercules quem concertauisse cū Apolline de tripode accepimus. 3. de Nat. d. 29

Litigo.

Qui per se litigat. pro Q. Rosc. 53. b

Zeno quidem etiam litigabat. de Nat. deor. 1. 65. pro, conque rebatur.

Hircius cum Quinto acerrimè pro me litigauit. Att. 217. b

Litigarem tecum, si fas esset, sed, &c. Quint. fra. 312. b

Noli pati litigare fratres, & iudiciis turpibus conflictari. 9. familiar. 60

Litigare se simulans blandiatur. de Amic. 82. a

Hic cum C. fratre putat se litigare. 13. Philp. 368. a

Litigandi vias non iustitiæ tradunt. 1. de Leg. 13

Mira sum alacritate ad litigandum. Att. 216. & 217. b

Litigans.

Aliquot enim in causis eum videram frustra litigantem. pro Cæl. 43. b

Litigiosus.

Defensor nimium litigiosus. pro Muren. 22

Litigiosa disputatio. 5. de Finib. 133. a

Litigiosa est ignoratio iuris potius, quàm sciëntia. 1. de Leg. 13

Litigiosum prædium. de Orat. 152. b

Defensoris nimium litigiosi, conciti ad rixam. pro Cec. 10. a

Hominemque id ætatis minimè litigiosum quàm tumultuosissimè adorianur. 4. Verr. 25. a

Habent enim bene longam, & satis litigiosam disputationem. de Fin. 143. b

Quid huic tam loquaciter litigioso responderet ille, vnde pe rebatur, non habebat. pro Murena, 23. a

Neque vehemèter vitæ meæ pœneret, si in mea familiaritate locus esset nemini, nisi litigioso aut nocenti. pro Pl. 67

Quod si, &c. vererisne tua domus talis & viri & ciuis, si à litigiosis hominibus non colatur, à cæteris deseratur. 1. de Orat. 133. a

Litigator.

Emit domum litigatoribus defatigatis propè dimidio carius quàm æstimabat. pro Dom. Iua, 89. a

Litera, character, scriptura, nota.

De frangendis cupiditatibus, confirmandis hominum moribus, litera in eorū libris nulla inueniretur. 2. de Or. 43. a

Ante Periclem litera nulla est, quæ quidem ornatū habeat. de clar. Orat. 167. b

Litera salutaris, aut tristis in iudicando. pro Milo. 11

Ex consequentibus, quod ea litera de accusatore soleat dari iudici. Partit. 291. b

Nam Alexidis animum amabam, quod tam propè accedebat ad similitudinem tuæ: literæ manum non amabam, quia indicabat te non valere. Attic. lib. 7. 8

Similitudo verbi ad literam immutata, vt Næuius, ignauus. de Orat. 132. b

Literam ad caput affigere. pro Rosc. Amer. 34

Demosthenes eius artis, cui studebat, primam literam non poterat dicere. de Orat. 108. b

Sed ne literam quidem vllam facimus nisi forensam. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 6. hoc est, nihil omnino, nisi quod ad forum pertinet, tractamus.

Quid non sic ex alio necitur, vt non si vnam literam moueris, labent omnia. de Finib. lib. 3. 58

Quod iste, si vnam literam Græcam scisset, non sustulisset. in Verr. 230. b

Nullam literam scripsi. pro Arch. 189. b

Si homo esset, eum potius legeret, quàm vnam literam scriberet. Attic. 23. b

Quum ipse literam Socrates nullam scripsisset. de Orat. 148. b

Vt tota literam tollas, & e plenissimum dicas. 3. de Orat. 16. a

Litera prima eadem competitorem habere. pro Do. sua, 86

Ipsæ me Cæsar ad pacem hortatur, sed literæ antiquiores, quàm ruere cepit. 7. ad Att. 61

Literæ neque expressæ, neque oppressæ. Offic. 1. 185

Literæ Græcæ. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 5

Dum literæ Latinæ loquentur. 1. de Leg. 1. lib. 1. de Fin. 1

Literæ posteritatis causa reperta sunt quæ subsidio obliuioni esse possent. pro Syll. 34

Literæ quæ tenues & obscuræ notæ sunt voluntatis. de Inuent. 80. b

Si innumerabiles vnus & viginti formæ literarum vel aureæ, vel qualeslibet aliquid concitantur, posse ex his in terram excussis annales Ennii, vt deinceps legi possint, effici. de Nat. d. lib. 2. 68

In robore insculptas fuisse prisicarum literarum notas. de Diuin. 126. b

In omnibus parietibus inscriptas fuisse literas, tria III, duo m m. de Orat. 131. b

In eius tabulis ostendit literas, A. F. P. R. de Orat. 134. b

Definite literas legis perscrutari. de Inuent. 35. b

Neque cum literis, quibus scita scribuntur, rectum aut ortur, aut occidit. de Leg. 171. b

Omnè nomén ex aliquibus literis scribitur. de Inuent. 64. b

Huic etiam Romæ videmus in basi statuarū maximis literis incisum, à comitūni Sicilia datas. 4. Verr. 110. a

Affidue vti literis. Epist. 71. b

Literæ, pro artibus, eruditione, disciplinis, libellis, seu monumentis.

Geometria, musica, literæ. de Orat. 155. b

Memoria, monumenta, literæ. in Verr. 195. b

Nunc mihi nihil libri, nihil literæ, nihil doctrina prodest. Att. 114. b

Ad percipiendam colendamque virtutem literæ adiuuant. pro Arch. 188. b

Meæ literæ nomini Romano laudis aliquid afferunt. in Anton. 164. b

Multæ literæ reconditæ & exquisitæ. de Clar. 188. b

Erant in eo plurimæ literæ: nec eæ vulgares, sed interiores quædam & reconditæ. de clar. Orat. 114. a. 15. fam. 53

Quod enim mihi esse poterat perfugium spoliato & domesticis & forensibus ornamentis atque solatiis: literæ credo, quibus vtor affidue. Luceio, lib. 5. 42. Id est, scientiæ & disciplinæ, quæ literarum monumentis continentur.

Omnium literarum generi deditus. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 4

Homo non hebes, neque inexercitatus, neque politoris humanitatis & communium literarum expertus. de Orat. 115. b

Literarum scientia & eloquendi elegantia. de Clar. 178. b

Verfor in studio literarum. de Arusp. resp. 16

In studiis humanitatis ac literarum versari. pro Arch. 186. b

Literis omnibus à pueritia deditus. Epist. 8. b

Literis studere. 6. fam. 13

Mandare literis cogitationes suas, & tradere memoriæ. Tul. scul. q. lib. 1. 5

Retuli me ad literas, & ad studia nostra. ad Attic. lib. 4. 85. 14. a

Non est verisimile, vt Chryfogonus horum literas adamarit, aut humanitatem. pro S. Rosc. 38. b

In literas se totum abdere. 7. fam. 58

T. Flaminius literas nesciebat. de Clar. 188. b

Tantum dicam, neque illos, neque vllas te omnino literas nosse. in Ant. 164. b

Qui interiores & reconditas literas scrutantur. de Nat. de. lib. 3. 29. 3. fam. 41

Literas vorare. 4. ad Att. 30

Ego omni delectatione, literisque omnibus careo, quas antequam te videro, attingere non possum. ad Tironem, lib. 16. 14. 2. a

Itaque vt literis consignamus, quæ monumentis mandare volumus. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 3

Tu fortunas alterius literis conscriptas in iudicium afferas: neque earum literarum obsignatorem authorem, neque testem vllum nominabis. pro Cluent. 57. b

Omnia enim hæc neque ita multis literis aut voluminibus magnis continentur. de Orat. 101. b

Custodire literis aliqua. de Orat. 113. b

Pauca primò inter nos de literis, quarum summum erat in vtroque studium. 1. de Fin. 11

Tarutius imprimis Chaldaicis literis eruditus. de Diu. 128. b

Literis Latinis illustrare. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 3

Agere ætatem in literis. de Leg. 169. b

Nisi in literis viuerem, viuere haud possem. 9. fam. 61

Opus est hic limatulo & polito tuo iudicio, & illis interioribus literis meis, quibus saepe verecundior me in loquendo facis. Volumnio, lib. 7. 34. 5. a

Nobis autem videtur, quicquid literis mandetur, id comen dari omnium eruditorum lectione decere. Tul. q. lib. 2. 6. de Nat. d. 1. 6

Græcus non Philosophia solum, sed etiam literis, quod ferè cæteros Epicureos negligere dicunt, perpolitus. in Pis. 64. b

Nomina aratorum & cum singulis pactiones Decumanorum literis persequi & conficere necesse est. in Verr. 172. b

De Crasso qui mihi eam laudem eò minus deberet, quod meis omnibus literis in Pœpeiana laude esset perfrictus: Attic. a

Literis se inuoluere. 9. fam. 47

Homo sine ingenio, sine literis. in Verr. 223. b

Sed illud veterum literis est vtitur. de Nat. d. 69. b

Non his delector aut vtor omnino literis, quæ nostros animos deterrent atque auocant à religione. de Arusp. 247. b

Litera, siue Literæ, arum, codicilli, epistolæ, aut tabulæ.

A quo adhuc nulla litera est. 14. ad Attic. 31. pro, nulla epistola. vel, ne litera quidem vna.

Neque inde venit, vnde mallem, neque diu obfuit, neque vllam literam ad me. Att. lib. 13. 290. 5. a

Ille quum ad Thermum de Parthico bello scriberet, ad me literam nunquam misit. Caninio, lib. 2. 16. 13. a

Quum ad ns. x x d. quinquies redegitte constaret, vt Romam rediit, nullam literam pupillo, nullam matri eius, nullam tutoribus reddidit. 3. Verr. 64. a. Id est, schedulam nullam scripsit qua testaretur & agnosceret se accepisse pecunias, vina, & similia.

Nullam literam scripsi. pro Archia, 13. a. pro Nihil scripsi. Literæ Alexandrinæ. 11. ad Att. 12. Id est, Alexandria datæ, vt dicuntur Epiroticæ.

Literæ ardentes. 14. ad Attic. 14

Binæ continuæ literæ. Epist. 154. b

Literæ Britannicæ. 7. fam. 18

Literæ non committendæ sunt eiusmodi periculo, vt aut interire, aut aperiri, aut intercepti possint. 1. ad Att. 24

Literæ contumeliosæ, minaces. 11. famil. 5. in epist. Bruti & Cassii.

Literæ Britannia. Q. fra. lib. 2. 16. 13. a

Literæ disertæ. 3. fam. 48

Literæ Epiroticæ. 12. ad Att. 66. Id est, quas in Epiru scribis.

Literæ facetæ & elegantes. Epist. 111. b

Literæ forenses & senatoriæ. Offic. 2. 4

Literæ frigida & inconstantes. Epist. 153. b

Literæ languidiores. 11. ad Att. 19

Literæ longiores & breuiores. 9. ad Att. 18

Literæ matutinæ & pomeridianæ. 12. ad Attic. 66

Non eius generis meæ literæ sunt, vt eas audea temerè committere. Epist. 6. b

Minaces & acerbæ literæ. 16. fam. 13

Literæ multiuges. 14. ad Att. 10

In Galliam ad te ipsum venit, in agrum communem: eò denique vbi non modò res erat, sed ratio quoque omnis, & omnes literæ. pro Quintio, 20. a. Literas vocat, societatis rationes, & scripturam, seu percriptiones & tabulæ.

Literæ satis mature perlate. 3. fam. 14

Literæ præpostere redditæ. 7. ad Attic. 51

Literæ resignatæ. 11. ad Attic. 21

Literæ scriptæ me manu. Epist. 34. b

Literæ sana mente scriptæ. 9. ad Att. 19

Literæ multis verbis scriptæ. Epist. 54. b

Literæ pridie scriptæ, quàm datæ. 12. ad Att. 21

Literæ stomachiosiores. 3. fam. 48

Literæ tuæ semper secum afferunt aliquid. 10. ad Att. 43

Literæ triplices. 13. ad Att. 8

Literæ tuæ instillarunt mihi quiddam quo starem. 9. ad Att. 18

Literæ tuæ occultant multa. 3. ad Att. 25

Literæ tuæ mihi volent obuiæ. 6. ad Att. 38

Literæ vberiores. 11. fam. 53

Literæ vberimæ. 4. ad Att. 50. & 9. 18

Literæ nimis veteres. 13. ad Att. 18

Literæ victrices in Senatu recitatæ sunt. 5. ad Att. 45

Literæ vniuersales. 6. ad Att. 1

Literæ illius ab aliis ad nos commean. 8. ad Att. 23

Quum de hoc ipso Trebatio cum Balbo nostro loquerer, accuratius domi meæ literæ mihi dantur à te, &c. Epist. 98. b

Literarum aliquid ad te darem, vt loquerer tecum absens. 7. ad Att. 49

Id quando non accidit, vtetur bono literarum, &c. Epi. 251. b

Literarum caput erat. 14. ad Att. 33

Nullum literarum diem à te desideravi. 12. ad Att. 56

Literarum vniuersalia. 7. fam. 55

Literarum genus vtitur. 4. fam. 38

Literarum nouo genere sum ad te vsus, vt intelligeres non vulgarem esse commendationem. 13. fam. 29
In Siciliam sum inquirendi causa profectus: quo in negotio industriam meam celeriter reditiois, diligentiam multitudine literarum & testium declarauit. 3. Verr. 10. a
Literarum tuarum particula. ad Brut. 42. in epist. Bruti.
Prudentia tuarum literarum. Epist. 43. b
Literarum silentium. 16. fam. 27. ex epist. Ciceronis filii.
Literarum tarditas. 15. ad Att. 45
Literarum mearum varietas. 15. fam. 21
Literarum tuarum veritas. 11. ad Att. 30
Literis chirographum & signum apponebant. 2. ad Att. 51
Idius vesperi e Philotimo literas accepi, Domitium exercitum firmum habere. Att. 116. b
Literas tuas pluribus epistolis accepi. 3. ad Q. frat. 6
Aperire literas. Attic. 97. 97. b
Cedo mihi eiusdem Prætoris literas, & rerum decretarum, & frumenti imperati. 7. Verr. 45. a
Literas conficere. 5. in Verr. 92. 11. ad Att. 8
Literas Phrygiæ cōscripsit Hercules Nilo natus Ægyptius. 3. de Nat. d. 29
Literas illis meo nomine conscribas. 11. ad Att. 8
Literas tuas Fisulanus mihi dedit. Attic. 70. b
Literas Pōtino de omnibus rebus diligentes dabis. Att. 70. b
Vt aut quod dem posthac literas sciam, aut ne dem frustra. 5. ad Att. 10
Sapius ad aliquem literas vno exemplo dare. Epist. 48. b
Dare literas alicui ad aliquem. in Catil. 111. b
Literas dare de aliqua re faciendā. 11. ad Att. 15
Literas tuas elicit mea loquacitas. 7. ad Att. 45
Literas tuas elicere volo. 7. ad Att. 41
Cōfessi sunt se accepisse literas, sed excidisse in via. 2. Att. 23
Hodie tuas literas expectabamus matutinas: erunt fortasse alteræ postmeridianæ, nisi te Epiroticæ literæ impediunt. Att. lib. 13. a
Anquam aliquo loco cōsederō, neque longas à me, neque mea manu literas expectabis. Att. 75. b
Literas crebras à nobis expecta, ast plures etiam ipse mittito. 1. ad Att. 46
Has literas velim existimes fœderis habituras esse vim, non epistolæ. 5. fam. 20
Quamobrem vnam ex decem nauibus non prædonum repentino aduentu, sed legati latrocinio: nō vi tempestatis, sed hac horribili tempestate fociorum amissam, in literas publicas retulerunt. 3. Verr. 63. a
Literas in alienum incidere. Attic. 55. b
Legi tuas literas, quibus ad me scribis, & c. Epist. 6. b
Literas eiusdem generis ad te misi. 11. ad Att. 20
Te aiebas de tuis rebus gestis nullas literas misisse. pro Planicio. 277. b
Literas legum obseruare. 3. de Leg. 40
Quam eius clementiam Corfiniensem per literas collaudauissem. Att. 152. b
Per literas tecum sæpissimè colloquar. Epist. 6. b. Att. 89. b
Per literas mihi ignoscit. 10. ad Att. 6
Lucius queritur apud me per literas, & c. Att. 83. b
Lucullus de Dionis iniuria grauissimè per literas cum Verre questus est. in Verr. 113. b
Literas in publico proponere. 8. ad Att. 4
Literas expectatissimas à te mihi reddidit seruus Plāci. 16. fam. 10
Literas à te mihi stator tuus reddidit. 2. fam. 34
Literas tuas lōgissimas quasque mihi gratissimas fore. 7. fam. 58
Literas tuas crebrò regusto. 13. ad Attic. 15
A literis murum tempus. 8. ad Att. 52
Literis atrocissimis percussus. 9. fam. 59
Binis continuis literis. 10. fam. 36. in epist. Planci.
Literis crebris nos appellato. 15. fam. 50
Literis creberrimis aliquem fulcire. 5. ad Att. 55
Ex literis illius. 10. ad Att. 30. id est, vt ostendit illius literæ. Itaque ego id solum ex literis ostendam Syracusanorum. 7. Verr. 128. a

In literis tuis antiquior dies fuisset ascripta, quàm in illius. 3. ad Quint. frat. 6
Literis interceptis cognoramus. 12. fam. 33. in epist. Lentuli.
Literis tuis variè sum affectus. 16. fam. 5
Ei nunc epistolæ, literis his respondeo. ad Att. 19. b
Neque hæc literis longioribus digna. 12. ad Att. 12
Literis publicis consignatam memoriam publicam nullam habemus. 3. de Leg. 40
Vnis & alteris literis. 14. ad Att. 39
Vnis literis totius ætatis res gestas ad Senatum perscribere. Epist. lib. 13. 43
Literis aliquid cōplecti. 6. fa. 18. id est, de re aliqua scribere.
Literis euocare aliquem. 10. ad Att. 44
Literis obstreperere alicui. 5. fam. 10
Literis multorum & sermone omnium perfertur ad me. 14. fa. 1
Literis quas communiter cum aliis scripsisti, & iis quas tuo nomine. 11. ad Attic. 7
Literis, quas vulgò ad te mitto, & c. 3. ad Q. frat. 14. Id est, quas do cui libet ad te ferendas, non certo homini.
Literulæ.
Literulæ meæ desiderio tui oblanguerunt. 16. fam. 8
Literulæ tuæ solent esse copiosissimæ & clarissimæ. 6. ad Attic. 48
Vndecimo die postquam à te discesseram, hoc literularum exarauit. Att. lib. 12. 1
Chrisippum verò, quem ego propter literularum nescio quid, libenter vidi, in honore habui. Att. lib. 7. 12. 10. a
Et si noui nihil, nostro more tamen ne patiamur intermitti literulas. Att. lib. 14. 5
Signū Apollinis pulcherrimū, cuius in femine literulis minutis argenteis nomen Myronis erat inscriptū. 6. Verr. 83. a
Acepti tuam epistolam vacillantibus literulis. ad Tironem, lib. 16. 20. a

Literatus.

Albinus & literatus & disertus fuit. de Clar. 4
Homo nec infacetus, & satis literatus. Offic. 62. b
Quiuis mediocriter literatus. ad Heren. 25. b
Quod literatum est, id est melius quàm quod non est literatum. de Nat. d. 64. b
Plena literatæ senectutis oratio. de Clar. 189. b
Quid est enim dulcius otio literato? 5. Tusc. q. 149. a. Id est, in quo literis damus operam.
Viri literati, ac studiis, doctrinisque dediti. pro Corn. Bal. 1. 2
Circumpedes autem homines formosos & literatos, suos esse dicebat, se emisse. 3. Verr. a
Tua nobilitas hominibus literatis & historicis est notior. pro Mur. 127. b
Frater tuus quem literatissimum fuisse iudico, faciliè diceret, & c. Epist. 135. b

Literare.

Bellè & literatè dicta laudantur. de Orat. 122. b
L. Ælius scriptorum veterum literatè peritus. de Clar. 183. b
Quid igitur responderè? (quæro ex eo ipso qui ferre me nō potest) me ciuem esse Romanum, literatè respondissem. an tacuissem? desertum negotium. de Arusp. resp. 15
Quas rationes si cognoris, intelliges nemini plus quàm mihi literas profuisse. ita enim sunt perscriptæ scitè & literatè, vt scriba, & c. in Pison. 48. a
Iisdemque tēporibus L. Furius Pilus perbene Latinè loqui putabatur, literatiusque quàm ceteri. de Clar. 55. 2

Literatura.

Fuit in illo ingenium, ratio, memoria, literatura, cogitatio, diligentia. 2. Philipp. 111. a. De Cæsare loquitur.
Nihil sanè præter memoriam, quæ est germana literaturæ quodammodo, & in dissimili genere persimilis. in Part. 15
Litigator, Litigiosus, Litigo, vide Lis.

Lito.

Litemus igitur Lentulo, parentemus Cethego, & c. pro Flacco. 164. b

Litor.

Quam enim tristissima exta sine capite fuerint, quibus nihil videtur esse diuersius, proxima hostia litatur sæpe pulcherrimè. 2. de Diuin. 17

Quid quæ pluribus diis immolatur, quæ tandem euenit vt litetur, aliis non litetur. 2. de Diuin. 56. a
Artotima videtur attulisse lex sumptuaria. 7. fam. 47
Litura, vide Lino.
Litus.

Litus est qua fluctus eludit. Top. 16
Litus atque aer, & solitudo mera. 1. ad Att. 55
Timebam litus insulæ. Quint. frat. 317. b
Quid tam commune, quàm mare fluctuantibus, litus eietis. in Ant. 226. b
In litore deserto aram consecrare. pro Dom. 241. b
In litore fluminis Eurotæ. de Inuent. 74. b
Villa litore, rum prospectu maris, tum, & c. Att. 188. b
Amœnitates orarum & litorum. de Nat. d. 46. b

Lituus.

Lituus, id est incuruum & leuiter à summo inflexum bacillum, quod ab eius litui, quo canitur, similitudine nomen inuenit. Diuin. lib. 1. 30
Lituus Actii Nauii, quo terminauit regiones vineæ ad inuestigandum suum. de Nat. d. 2. 7
Quid lituus iste vester, quod clarissimum est insigne auguratus. 1. de Diuin. 30
Lituus profectiois meæ. 11. ad Att. 25
Lituus Romuli quum situs esset in curia Saliorum, eaque deflagrasset, inuentus est integer. Diuin. lib. 1. 30
Lituo Romulus regiones direxit tum, quum urbem condidit. Diuin. lib. 1. 30
De lituis *βωμίδος*, de signifero Athenione, & c. Att. lib. 2. 31
Liuidus.

Ergo inuidi & maleuoli, liuidi & timidi, & misericordes, quia procliuus ad eas perturbationes, non quia semper feruntur. 4. Tusc. q. 42. a

Liuus.

Liuus annis ferè 9 x. post Romam conditam fabulam dedit, C. Claudio Cæci filio, M. Tuditano Coss. anno ante natum Ennium. Tusc. q. lib. 1. 3
Liuus sex annis ante Catonem natum fabulam docuit, Cethego Tuditanoque Consulibus. Cat. 45
Liuus quo tempore fabulam scripserit. Brut. 36
Liuus Salinator Senensi prælio ludos Luctatius vouit. Brut. 36

Liuianus.

Liuianæ fabulæ non satis dignæ quæ iterū legatur. Brut. 36
Liuianis & Nauianis modis quæ cōplecti quondam solebant feueritate iucunda. 2. de Leg. 38

Liuor.

Si timore aut litore decoloratum est corpus mortui. ad Herennium, 7. b
Tu enim è certo sensu & vero iudicas de nobis: ne faciant, summa maleuolentia & liuore impediuntur. 11. fam. 16. in epist. Dec. Bruti.
Locris, regio. ad Att. 46. b

Locrensis.

Doris Locrensis. Tusc. 239. b
Locri populi. ad Att. 88. de Fin. 145. de Nat. 27. b

Locus.

Locus amœnus & arbitris remotus. in Verr. 251. b
Locus celestis. Tusc. q. lib. 1. 33
Locus celebris an desertus. 2. ad Heren. 36
Quibus circumscribitur est habitandi locus. Part. 119. b
Locus copiosus à frumento. 5. ad Att. 34
Locus gladiatorius. pro Mure. 67. Id est, spectandis gladiatoribus præparatus.
Locus lubricus & periculosus. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 83. Offic. 1. 93
Locus mundi medius. Tusc. q. lib. 1. 33
Locus opacus & frigidus in sylua. 3. de Orat. 11. a
Locus opportunus, aptus ad eam rem. pro S. Rosc. 29. b
Locus opportunus, tempus idoneum. de Inuent. 48. b
Locus præceps. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 85
Locus quæritur publicus, an priuatus fuerit, cuiusmodi loci attingant. ad Heren. 7. b
Locus salubris, contrarium pestilens. Fat. 5

Locus ab omni turba vacuus. de Fin. lib. 5. 1

Locus vbi crematum est corpus, nihil habet religionis priusquam gleba in sepultos est iniecta: iniecta gleba tumulis, & humatus est, & gleba vocatur, ac tum denique multa religiosa iura complectitur. 2. de Leg. 52. & 53
Respondit, se, quod in nummis haberet, nescire quo loci esset. Attic. 124. b

Sine eius loci, quem incolebant, situs. Acad. quæst. edi. 1. lib. 2. 57

Nec amœnum, nec salubrem locum censeo. de Orat. 135. b
Locum alicui constituere. pro Cluent. 74
Aer videtur quasi locum dare & cedere. 2. de Nat. d. 119. a
Quam quidam in theatrum venisset, in magno confessu locum ei à suis ciuibus nusquam datum. de Senect. 90. b
Nos in nobilissimo orbis terrarum gymnasio Academiæ, locum delegimus, ibique eum combussimus: posteaque iurauimus, vt, & c. Sulpit. lib. 4. 12. 10. a

Omnes copias in vnum locū primo quoque tempore conuenire. Att. lib. 8. 150. 2. a

Quem locum incolunt? Tusc. q. lib. 1. 9
Occupare locum in sublellis. de Diuin. 192. b

Locum apud aliquem sibi querere. 12. fam. 50
De excelso & pleno stellarum illustri & claro quodam loco. Som. Scip. 5

Nam siue de cæli natura loquitur, siue de terræ, siue de diuina vi, siue de humana, siue ex inferiore loco, siue ex æquo, siue ex superiore. 3. de Orator. 13. a. 6. Verrin. 44. & 77. a

In loco, & c. aliquem habere. 2. Philip. 98

In publico loco sepulchra facta decreto collegii pontificum sunt exarata, quod locus publicus non priuata religione obligari potuit. 2. de Leg. 54

Sine loco non potest corpus intelligi. 2. de Orat. 194
Loco non mouentur infixæ calo sydera. de Vniuers. 47

Loco Consulari sententiam dicere. 1. Phil. 11. & 5. 197
Loca alta Orca. Tusc. q. lib. 1. 40

Erit enim nobis honestius, videri venisse in illa loca ploratū potius, quàm natatum. Ep. 127. b

Vt in ista loca venire possim. Epist. 138. b

In locis autem & illa naturalia, maritimi an remoti à mari: plani, an montuosi: leues, an asperi: salubres, an pestilentes: opaci, an aprici. Et illa fortuita, culti, an inculti: celebres, an deserti: cœdificati, an vasti: obscuri, an rerum gestarum vestigiis nobilitati: cōsecrati, an prophani. Part. 21

Locus, per translationem.

Locus est argumenti sedes. in Topic. a

Locus ad mores multum potest. in Rul. 92

Locus quomodo consideretur. 1. de Inuent. 55
Locus communis. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 71, & 72. 2. de Inuent. 154

Nulli improbo locus est ad rempub. violandam. ad Lentulium, lib. 1. 9. 49. a

Non est locus ad tergiuersandum. 7. ad Att. 4
Locus est dandus fortunæ. 11. fam. 2. in epist. D. Bruti.

Et enim in poetis non Homero soli locus est, sed &, & c. Orat. 197. b

Non est iam lenitati locus, feueritatem res ipsa flagitat. in Catil. 105. b

Est enim hic locus latè patens de natura vsuque verborum. Orat. 212. b

Respirandi non est locus. ad Q. frat. lib. 3. 17. 11. a

Est enim in arte tanta, tamque varia, etiā huic minutæ subtilitati locus. de Clar. 161. a

Libidine dominante temperantiæ locus non est. de Sen. 36
Vbi igitur locus fuit errori deorum. de Nat. 75. b

Non erat in tantis iniuriis nouæ crudelitati locus. pro Dommo sua, 226. b

Neque esset vsque consilio aut authoritati locus. Offic. 2. 3
Si in mea familiaritate locus esset nemini nisi litigioso aut nocenti. pro Planc. 67. a

Locus vt notus sit, ex quo ducatur quæque res & ars iuris. 2. de Leg. 45
Non erit locus faciendæ medicinæ. pro Quint. 5. a
Non me hercule erit deprecationi locus. Att. lib. 10. 201. 2. a
A i.

Locus ipse nos admonet. 3. de Leg. 41
Locus latus. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 36. hoc est, copiosa quaedam & ampla materia disputandi.
Magnus locus, philosophiaz; proprius, à Peripateticorum familia tractatus vberime. de Diuin. 109. b
Locus necessarius. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 71. cui communis opponitur in philosophia.
Nullus locus à Demosthene edicitur sine conformatione quadam sententia. Orat. 209. b
Locus primus causæ dicendæ. pro Cluen. 43
Qui locus de sacris patet latius. 2. de Leg. 46
Quotiescunque dabitur amplificandi locus. Orat. 208. b
Qui locus igitur absentis defendendi procuratori primus datus est. pro Quintio. 4. 2. Id est, occasio.
Locus dicendi. pro Mur. 45. pro ratione vel conditione.
Proprius differendi locus. 1. de Finib. 29
Locus Ignoscendi apud hominem constantem. pro Mur. 58. a
Bonis viris quod ais probari quæ adhuc fecerimus, sciri quæ ab iis non profectis, valde gaudeo, si est nunc vilis gaudenti locus. Att. lib. 9. 21
Quod ni ita se haberet, nec iustitiæ vilis esset, nec bonitati locus. 3. de Fin. 102. a
Locus Ennii reprehensus. 2. ad Heren. 68
Locus Pacuui reprehensus. 2. ad Heren. 71. & 80
Locus Plauti reprehensus. 2. ad Heren. 70
Nam vbi primum prudentiæ locus dabitur. Offic. 75. b
Aliquid loci cõsilio & rationi dedisses, tu te collegisses. pro Quintio. 31. a
Erit profectio inter horu laudes aliquid loci nostræ gloriæ. 4. in Catil. 93. a
Loci detractio. 12. ad Attic. 44
Res erat & causa nostra eò loci, vt erigere oculos & viuere videretur. pro Sestio. 57
Loci grauitas hic miserrime perferenda. 11. ad Att. 43
Maledicto quidè idcirco nihil in hisce rebus loci est: quod omnia laus occupauit. pro Mur. 10. a
Nihil loci relictum est tuæ scientiæ. Epist. 48. b
Via iuris eiusmodi est in quibusdam rebus, vt nihil loci sit gratiæ. Quin. fra. 301. b
Loci non nihil illis dedisse secus existimadi. 3. fam. 16. id est, occasionem.
Vel potius paululum loci mihi, vt his responderem, dares. de Fin. lib. 4. 51
In hoc altero, &c. quid habet ars loci. de Orat. 129. b
Aristoteles loco, sic enim appellat, quasi argumentorum notas tradidit. Orat. 201. b
Criminis loco putant, quod viuam. Mario. lib. 7. 3. 18. a
Repente auertis orationem, nec das respondendi locum. de Nat. 63. b
Hæc turba & barbaria forensis dat locum vel vitiosissimis oratoribus. 1. de Orat. 58. a
Cuius igitur audita virtus dubitationi locum nõ daret. pro Corn. Balbo. 11. a
Quoad atas M. Cælii dare potuit suspitioni locum. pro Cælio. 39. b
Locum suum defendere. pro Quint. 23
Locum autem actionis, opportunitatem temporum esse dicunt. Offic. lib. 1. 197
Locum istum totum de magistratibus, vt à doctissimis Græciæ quæsitum & disputatum est, explicabo. 3. de Leg. 15
Et hunc locum satis in iis libris, quos legistis, expressit Scipio. 2. de Leg. 40. a
Locum ad deductionem reliquum facere. 13. Philip. 383
Nè audaciæ quidem locum ad timorem comprimendum fuisse. pro Domo sua. a
Nullum habeo instituendi aut docedi locum. in Orat. 80. a
Id est, nullam temporis partem.
Apud eum quem locum habet fortitudo. Offic. 76. b
Locus omnem religionis explicatum habetis. 2. de Leg. 62
Homines tenues vnum habent in nostrum ordinem profrendi beneficii locum. pro Mur. 240. b
Vix in eo locum ad laudandum habere. ad Brut. 33. pro, vix eius laudationi sufficere.

Qui in summum locum ciuitatis non potuerunt ascendere. pro Cluentio. 49. b
Nec malum quidem vilium, nec si vnum in locum collata omnia sint, cum turpitudinis malo comparanda. Tuscul. quæst. lib. 2. 27
Mulier quæ in cõcubina locum duceretur. 1. de Orat. 90. a
Deduxit rem in eum locum. Att. lib. 2. 39. 2. a
In eum locum res deducta est, vt nisi quis deus, vel casus aliquis subuenerit, salui esse nequeamus. ad Tironem. lib. 16. 11. 2. a
Incidi in eum locum in dicendo, quum Sestius, &c. Quint. frat. 309. b
Prodest quorum in locum ac numerum peruenire velis, ab his ipsis illo loco ac numero dignum putari. de Pet. Consul. 3. pro Sest. 99. id est, dignitatem assequi.
Videte quem in locum Rempublicam peruenturam putetis. pro Sest. Rosc. 44. b
Qui se cõsulatam in Bruti locum petere profitetur. ad Brutum. 17. in epist. Bruti.
In locum Hircii me subdas, & ad tuum amorè & ad meam obseruantiam. 10. fam. 45. in epist. Planci.
Succedere alicui in parentis locum. Att. 280. b
Necesse est suum quæque in locu natura rapiatur. 3. de Natu. deo. 23
In locum eius se reponi pateretur. ad Brutum. 45. in ep. Bruti.
Vade in istum locum venit fideliter. 16. fam. 13
Res in eum locum venerat, vt nisi, &c. in potestatem hostium veniendum fuit. Brut. 91. b
Quæsiui ex Phantia: cuius mihi videbar & fidelitatem erga te perpexisse, & nosse locum quem apud te is teneret. ad Appium. a
Ne locum suum, quem adhuc honestissime defendit, obtineat. pro Quint. 24
Calamitas mihi maledicti locu aut criminis obtinebit. pro Domo sua. 230. b
Tua dignitas suum locum obtinebit. Epist. 39. b
Et aliquanto maiorem locum, quam de vno dolore occupauit. Tuscul. q. lib. 2. 56
Locum percutere. pro Sestio. 69
Locum hunc totum valde grauitè pertexuit. 1. ad Att. 30
Ego nullum locum prætermitto (nec enim debeo) non modo laudandi tui, sed ne ornandi quidem. ad Cornificium. lib. 12. 51
Quem quidem locum cum multa venustate & omni sale idem Lucillius, apud quem præclare Scæuola, &c. 1. de Finib. 7
Sed planè nec precibus nostris, nec admonitioni reliquit locum. 1. fam. 2
Etenim mors honesta sæpe vitam quoque turpem exornat: vita turpis ne morti quidem honestæ locum relinquit. pro Quintio. 28. a
In tam suspiciosa ac maledica ciuitate locum sermoni obtrectatoru non reliquit. pro Flacco. 53. a. Id est, non præbuit aliis vllam anam siue occasionem obtrectandi.
Ipsa imbecillitas sibi indulget, &c. nec reperit locum consistendi. Tuscul. q. lib. 4. 32
Veritas locu vbi cõsistat, reperire non poterit. pro Quint. 3. a
Et tenuit cum hoc locum quandam. de Clar. 171. b
Qui in mea salute principem semper locum autoritatemque tenuistis. pro Plancio. 276. b. & pro Domo sua. 114. a.
Hoc est, esse in magno pretio & autoritate.
Qui ciuitatis locum infimum tenent. de Senect. 123. b
Qui hoc munere in ciuitate functi sunt, vt tenerent oratorum locum. de Clar. 71
Locum agminis tenere. 5. Philip. 176
Tenere primum locum apud regem. Epist. 33. b
Itaque hunc locu longè & latè patentem, philosophi solent in officiis tractare. in Orat. 39. a
Vt eundem locum diutius vrgeam. 1. de Nat. d. 68
Sunt à nobis alio loco disputata. 1. Offic. 20. a
Loco communi aliquid defendere. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 71
De loco superiore agere solebant magistratus. 3. in Verr. 9
De loco alicui commodare. 13. fam. 99

Huic iussa tria sunt, vt ad sit: nam grauitatè res habet, quum freques ordo est. vt loco dicat: id est rogatus. vt modo: ne sit infinitus. 3. de Leg. 58. a
Res neque nunc difficili loco mihi videtur esse. ad Cornificium. lib. 12. 59
Præferimque eo numero & loco. in Verr. 135. b
Eo loco res est. de Leg. 180. b
Res eodem est loco quo reliquisti. Att. 8. b
Esse eodem loco apud patronum quo alius. Seruio. lib. 13. 24. 3. a
Qui honestatem eo loco habet, vt sine ea iucudè putet posse viuere. 2. de Finib. 83. a
Is me habebat eodè loco quo suum generum. de Prou. 77. b
Illud quidem scio, meos multos & illustres, & ex superiori, & ex æquo loco sermones habitos cum tua summa laude, &c. 3. fam. 22
Esse ex equestri loco. pro Planc. 291. b
Loco excelso & illustri sita est laus tua. Epist. 19. b
Habere alicum loco vetustissimorum familiarium. Pollio Ciceroni. lib. 10. 31. 6. a
Ille tibi loco filii per ætatem esse potest. pro Dom. 220. b
Fratris enim loco mihi est. Lent. ad Cic. lib. 12. 14. 24. a
Te mihi fratris loco esse duco. Metellus Ciceroni. lib. 5. 3. 2. a
Ex quo augurum institutis in parentis eum loco colere debebam. de Clar. 165. b
Hoc loco multa perliberaliter. 10. ad Att. 14
In loco quid considerandum. 2. de Inuent. 148
In hoc loco diutius commorari. 11. ad Att. 16. Id est, in huius rei commemoratione.
Gratiosi scribae sint in dando & cedendo loco. de Clar. 192. b
Etenim reuera multo magis est petendum ab hominibus, si salui esse volumus, vt eant nobiscu in prouinciam, quam hoc illis in beneficii loco deferendum. 4. Verr. 19. a
In loco beneficii vel mercedis numerare aliquid. Epist. 20. b
Is mihi in filii loco fuisset, nunc certè erit parentis. Postquam. 212. b
Ipsi in hostium numero, locoque ducemini. 7. Verr. 97. a
Sodales nobis in liberu loco more maiorum esse debent. de Orat. 127. b
Cur eos habes in loco patris. in Ant. 179. b
Quo in numero hoc, & quo in loco illud haberi conueniat. de Inuent. 81. b
Obiicere aliquid alicui in loco maledicti vel criminis. pro Cluent. 30. b
Tunc etiam ausus es meum illum discessum, &c. maledicti & contumelia loco ponere. in Pison. 24
Rectè collocata, & iudicio populi digno in loco posita esse videatur. 7. Verr. 30. a
Si placuerit, vos mea defensionem in aliquo artis loco reponeris. de Orat. lib. 2. 108
Fidei conducit, in loco beneficium retribuere. Antequam irer in exil. 1. a
In hoc loco mihi caput illud videtur esse. de Nat. d. 84. b
Esse magno loco apud regem. Epist. 213. b
Et tum meliore loco res erant nostræ. Att. 178. b
Vt meliore simus loco, ne optandum quidem est. de Arusp. respon. 56. a. Hoc est, vt melius res nostræ se habeant.
Nostræ res meliore loco videbantur. ad Brut. 3. 1. a
At quanto meliore loco Respublicæ staret, si tu, &c. in Salust. 273. b
Vrgere illi vt loco nos mouerent. Quin. fra. 308. b
Adhuc dum mihi nullo loco deesse vis, nunquam te confit mare potuisti. ad Tironem. lib. 16. 6. 8. a
Qui voluptatem nullo loco numerat. 2. de Finib. 144. a. Hoc est, nihili facit.
Prætorum Quæstori suo, parentis loco esse oportere. 1. Verrin. 33. a
Quoad mecum res fuit, per bono loco res fuit. ad Atticum. lib. 6. 3
Posteriori loco causam dicere. a. Id est, defensionem esse, & pro reo dicere.
Si quis prædæ loco magistratum accepisset. in Sal. 174. b
Petere sibi aliquid loco præmii. de Inuent. 80. b

Aut causam capitis, si sponsonem fecisset, priore loco diceret. pro Quint. 17. a
Nam quæ admodum coram qui ad nos intempestiue aduert, molesti sæpe sunt: sic epistolæ offendunt non loco reddita. ad Brutum. lib. 11. 24
Locus tu quidem quæris, sed planius quod vis explicabitur, quum ad orationis ipsius, quæstionumque rationem venero. in Partit. 6. a
Hæc res quemadmodum ceciderit, & tota res quo loco sit, velim ad me scribas. Att. lib. 3. 66. 4. a
Facile secudo loco me consolatur recordatio meorum temporum, quorum imaginem video in tuis rebus. ad Lentulum. lib. 1. 6. 2. a
Loci sunt in quibus latent argumenta. Part. 230. b
Loci ab Aristotele qui dicantur. Top. 5
Loci alii aliis disputationibus aptiores. Top. 10. & 41
Loci ex quibus argumenta sumuntur. 2. de Orat. 90
Loci communes à quæstionibus. 2. ad Heren. 41
Loci communes à rumoribus. 2. ad Heren. 43
Scriptæ fuerunt & paratæ à Protagora rerum illustrium disputationes quæ nunc communes appellantur loci. de Clar. Orat. 23
Loci communes à testibus. 2. ad Heren. 41
Loci communes augendi criminis causa. 2. ad Heren. 86
Loci communes contra argumenta & signa. 2. ad Heren. 43
Loci communes contra quæstiones. 2. ad Heren. 41
Loci communes contra rumores. 2. ad Heren. 43
Loci communes contra testes. 2. ad Heren. 41
Loci communes pro quæstionibus & contra quæstiones. Partit. 64
Loci communes pro scripto & contra scriptum. Partit. 73
Loci communes pro suspitionibus & contra suspiciones. Partit. 63
Loci communes pro testibus & contra testes. Partit. 64
Loci communes qui de vniuersa re tractari solent, vt, &c. de Orat. a
Loci communes non ab omnibus rectè tractantur. 2. de Inuent. 155
Loci ad memoriam, dissimiles forma & natura, comparandi. 3. ad Heren. 126
Loci ad memoriam, nec nimium illustres, nec obscuri nimium, sumendi. 3. ad Heren. 126
Traditi sunt, è quibus argumenta ducantur, duplices loci, vni è rebus ipsis, alteri assumpti, &c. Orat. 66
Loci exordiorum. 2. de Orat. 175
Loci non omnes in omnem causam conueniunt. 2. de Inuent. 132
Loci philosophiæ de religione, de morte, de pietate, &c. Orat. 207. b
Loci proprii approbationis. 2. ad Heren. 40
Loci, ceræ aut chartæ simillimi. 3. ad Heren. 124
Locorum prima diuisio. Top. 5
Locorum communium duo genera. 2. de Inuent. 171
Locorum communium & ædium sacrarum facta testatur. 13. famil. 13
Locorum communium vsus. 3. de Orat. 59
Locos argumentorum paratos & expeditos habere oportet. de Orat. 119. b
Coniicere in communes locos. in Parad. 4. a
In locos causam coniicere. pro Planc. 67
Aristoteles is quem maximè ego admirror, proposuit quosdam locos, ex quibus omnis argumentatio non modo ad philosophorum disputationem, sed etiam ad hæc, qua in causis vtimur, inueniretur. 2. de Orat. 81. a
Theophrastus quum tractat locos ab Aristotele antè tractatos, non mediocriter delæctat. 1. de Fin. 5
Cato quu sententiam in Senatu diceret, locos graues ex philosophia tractabat. de Finib. 50. b
Aristoteles locos (sic enim appellat, quasi argumentorum notas) tradidit. in Orat. 26. a
Nam è quibus locis quasi thesauris argumenta depromerentur, &c. de Fin. 4. 8
Define communibus locis. Acad. 10. b

Tamen in communibus locis maxime excellat: qui communis appellati, eo quod videntur multarum idem esse causerum, sed proprie singularium esse debebunt. in Orat. 69. a. 2. ad Heren. 40. De Auxesi.

Locis communibus quando utendum. 2. de Inuent. 155. de clar. Orat. 171. b

Locis ipsis nescio quo pacto mouemur, in quibus eorum, quos diligimus aut admiramur, adsunt vestigia. 2. de Leg. 3

Locuples.

Locuples author. 8. ad Att. 6. 7

Locuples author Thucydides. de Clar. 23. a

Locuples copias ciuitas. 5. Verr. 145. a

Homo domi suæ cum primis locuples. 4. Verr. 47. a

Copiosa planè & locuples mulier. 1. Verr. 30. a

Oratione locuples Lyfias, rebus ipsis ieiunior. 5. de Fin. 11

Locuples ac referta prouincia. 5. Verr. 39. a

Locuples rei familiaris, & pecuniosus. pro Rosc. Comædo. 26. a

Locuples tabellarius. 3. ad Q. frat. 39

Qui locuples restis doloris & sanguinis sui non fuerit, idem sit grauis author iniuriæ publicæ. pro Flacco. 31. a

Accedit eodem testis locuples Possidonius: qui etiam scribit in quadam epistola, &c. 3. Offic. 11. a

Semper enim boni, assiduique domini referta cella vinaria, olearia, & penaria: villaque tota locuples est, abundat porco, hædo, agno, gallina, lacte, melle. de Senect. 52. a

Egebatio mox locuples erat. pro Quint. Rosc. 48. b

Tanquam in aliquam locupletem & refertam domum uenissim. de Orat. 98. b

Sed quæro locupletem tabellarium accipiat. ad Quint. frat. lib. 3. 2. 4. 13. a

Collegit innumerabilia oracula Chryfippus, nec vllum sine locuplete autoritate & teste. de Diu. 88. b

Inde ille licentior & diuitor fluxit dithyrambus: cuius membra & pedes, ut ait idem, sunt in omni locupleti oratione diffusa. 3. de Orat. 102. a

Magna & locupletes copias. ad Heren. lib. 4. 200

Nec moderatior quam Sylla in pecuniis locupletum. ad Att. 106. b

Locupletum hominum species honestissima. in Catil. 38

Egentes in locupletes, perdit in bonos, serui in dominos amabantur. pro Planc. 70. a

Quasi locupletior author quam Socrates, mihi querendus sit. 8. ad Att. 6

Locupletior Latina lingua quam Græca. 1. de Finib. 16. a

Locupletior igitur hominum natura ad beatè viuendum est, quam deorum: quod pluribus generibus fruitur voluntatum. 1. de Nat. d. 155. a

Quem enim locupletioem querimus, quam principem populi Rom. qui retinendi officii causa cruciatum subierit voluntarium. 3. Offic. 143. a

Iam Pythagoras & Plato locupletissimi authores, quo in somnis certiora videamus, præparatos quodam cultu atque victu proficisci ad dormiendum iubent. 2. de Diuin. 179. a. Attic. lib. 8. 146. 7. a

Nam locupletissimi cuiusque census extenuarant, tenuissimi auxerant. 4. Verr. 96. a

Locuplecto.

Hæc lex eos fortunis locuplectat. 2. de leg. Agrar. 70. a

Sapientes locuplectat ipsa natura. de Finib. 83. b

Ob hæc res, quoniam te locuplectati, hoc annulo aureo dono. 3. Verr. 162. a. & 5. 162. & pro Rab. Posth. 2

Cuius artem quum indotatam videres, verborum eam dote locuplectasti & ornasti. de Orat. 105. b

Eloquentiam locuplectasti grauiorum artium instrumento. de clar. Orat. 186

Hicque arbitrantur se beneficos in suos amicos visum iri, si locuplectent eos quacunque ratione. 1. Offic. 67

Locuplectare aliquem locum egregijs picturis. de Inuention. 62. b

Mihi erat in animo ciuitates locuplectare. Epist. 25. b

Quæ pertinent ad exaggerandam & locuplectandam argumentationem. ad Heren. 15. b

Locupletatus.

Locupletatus mancipis, argento, veste. 7. Verr. 64. a

Locupletata voluptas perfectione vitæ. 2. de Fin. 65. a. Id est, aucta.

Loco.

Castraque ad Cybistra locaui. ad Senat. lib. 15. 2. 4. a

Mentem denique omnem in Milonis consulatu fixi & locaui. Epist. 20. b

Ad telluris quidem tuam statuam locaui. Q. fra. 320. b

Opus quod tu h. s. d. l. x. milibus faciendum locasti. in Verrem. 105. b

Dolabella locum illum sternendum locaui. Attic. lib. 14. 313. 2. a. 4. Verr. 116. a

Curio te in matrimonio certo ac stabili locaui. 2. Philip. 61

Inter rectè factum & peccatum media locabat quædam. Academ. 9. 45. b

Disciplina quæ erat ab hoc tradita, locabat se non minus h. s. c. c. c. l. i. i. pro Q. Rosc. 49. b

Vt iidem Athenienses in eodem loco monimentum ei marmoreum faciendum locarent. Sulpir. ad Cicer. lib. 4. 11. 10. a

Quum Consules ædes suas locauiissent. in Verr. 102. b

Vos autem horror, vt ita virtutem locetis, sine qua amicitia esse non potest: vt ea excepta, nihil amicitia præstabilis putetis. de Amic. 86. a

Vtique Quæstores eam basim, statuamque faciendam, & in rostris statuendam locent. in Ant. 22. 4. b

Locassint, pro locauerint. de Leg. 186. b

Locare aliquam alicui nuptias. ad Heren. 13. b

Dux sunt artes, quæ possunt locare hominem in amplissimo gradu dignitatis. pro Mur. 131. b. 1. Philip. 11

Locare opus faciendum maxima pecunia. 3. Verr. 100

Locare in re aliqua operam, curam, industriam, cogitationem, mentem, studia. 2. fam. 9

Si Rhodiis turpe non est portorium locare, nec Hermacreonti quidem turpe est conducere. 1. de Inuent. 63. a

Quum autem assumpta ratio est, tanto in dominatu locatur, vt omnia, &c. 4. de Fin. 32

Anseribus cibaria publicè locantur in Capitolio, vt, &c. pro S. Rosc. 27. b

Non palam viuorum funera locabantur. 7. Ver. 93

Non deseruisse mihi videor præsidium, in quo à pop. Rom. locatus sum. 1. de Fin. 9

Si quis eorum pedum in extremo locatus est. Orat. 218. b

Etenim eo loco locati sumus, vt, &c. de Amic. 38

Locatus.

Senonis Menonis nobilissimi hominis vxoris fundus erat colono locatus. in Verr. 2

Locatus in præsidio à pop. Rom. 1. de Finib. 17. a

Quæstio de re certis in personis & temporibus locata. de Orat. 96. b

Ciuitatem in Catonis fide locatam funditus perdidissem. 6. ad Attic. 6

Agri à Censoribus locati sunt. contra Rull. 76. b

Ipsi animi imagini refert quali in corpore locati sint. Tusc. 184. b

Membra suo quæque loco locata. de Clar. 183. b

Deinde fortes viros ab imperatrice in insidiis atque in præsidio balnearum locatos. pro Cæl. 52. b

Locatio.

Asiani qui de Censoribus conduxerunt, questi sunt in Senatu, se cupiditate prolapsos, nimium magno conduxisse: vt induceretur locatio, postulauerunt. Att. lib. 1. 14. Hoc est, minueretur locationis pretium.

Locationem facere. 5. in Verr. 14

Disturbata porticus Catuli, quæ ex s. c. o. s. s. locazione reficiebatur, & ad lectum penè peruenerat. Att. lib. 4. 72. 2. a

Hic istius scelerata locatione, nefarioque latrocinio, bonis patriis, fortunisque omnibus spoliatus, venit in iudicium. 3. Verr. 107. a

Locutio, Vide Loquor.

Logi.

Certo scio omnes logos, qui ludi dicti sunt, animaduertisse. pro Gallio, a

Hæc tractasse Thrasymachum Chalcedonium primum, & Leontinum ferunt Gorgiam, Theodorum inde Byzantium, multosque alios, quos λογιστῶν appellat in Phædro So crates. in Orat. 22

Logice.

Explicanda vis est, ratioque enuntiationum, quæ Græci λογικῶν vocant, quæ de re futura, de que eo, quod possit fieri aut non possit, quam vim habeant, obscura quæstio est, quæ λογικῶν appellant, totaque est logice quam rationem differendi voco. de Fat. 140. b

Iam in altera philosophiæ parte, quæ est querendi ac differendi, quæ λογικῶν dicitur, iste vester, vt mihi quidè videtur, planè ineremis ac nudus est. de Fin. 1. 16

Logicus.

Habes ea, quæ de perturbationibus enucleatè disputet Stoici quæ Logica appellant, quia differuntur subtilius, è quibus tanquam è scrupulosis cotibus enauigauit oratio. 4. Tusc. 9. 26

Loligo.

Loligines & delphini exultantes tempestatem futuram significanc. 2. de Diuin. 111

Lolium.

De lolio sanus non es, de vino laudo. Att. 23. b

Lollius.

M. Lollius, Pøpeium interficiendū depoposcit. pro Dom. 10

Q. Lollius, eques Ro. quanta indignitate à Q. Apronio affectus. 5. in Verr. 49. & 50

Q. Lollius, Q. filius, Calidium accusauit. 5. in Verr. 51

Lollia.

Lollia mulier famosa. 9. fam. 53

Lomentum.

Persuasum est ei censuræ, lomentum, aut vitrum esse, errare mihi videtur. nam sordes eluere volens, venas sibi omnes & viscera aperit. Epist. 123. b

Longus.

Possum de aliis dicere, sed nolo esse longus, ita concludam tamen, &c. de Nat. d. lib. 1. 72

Mensis x l v. dies longus. in Ver. 134. b

An de Tubulario incenso longa oratio est exprimenda? pro Rab. 92. b

Syllaba producta atque longa. de Orat. 160. b

Longum est & non necessarium, commemorare quæ apud, &c. 6. Verr. 119. a

Longum est de Platonis inconstantia dicere. de Nat. d. 1. 23

Iam vt, &c. & quibus, &c. longum est mihi dicere, præsertim ad alia properanti. pro Cluen. 15. b

Longum est dicere, quam improbè fecerit. 3. Verr. 111. a

Longum est dicere, sed hoc breue dicam. pro Seft. 5. b

Longum est explicare. 4. Acad. 209. a

Longum est iter ad omnia. de Nat. d. 1. 13

Quod longum non erit. 11. ad Att. 52

Longum exordium. 1. de Inuent. 38

Tempus nimium longum. Att. 190. b

Breue tempus ætatis satis est longum ad bene honestè que viuendum. de Senect. 91. b

Ac ne longum sit Quirites, iussimus. in Catil. 112. b

Ac ne longum fiat, videte. de Leg. 174. b

Cethego nimium id longum videbatur. in Catil. 112. b

In longum sermonem me vocas. de Leg. 158. b

Nā quid ego ad id longæ oratione comparem? pro Rab. 92. b

Illa quæ quasi longæ interualla interiecta videmus. Off. 7. b

Sed in rebus apertissimis nimium longi sumus. de Fin. 2. 70

Quotidie tamen horæ, quibus expectabam, longæ videbantur. Att. 187. b

Longa sunt quæ restant. ad Brut. 36. Id est, longo sermone indigent.

Ne plus quatuor heroicis versibus, quos longos appellat Ennius. 2. de Leg. 61

Logis interuallis orientes, occidentesque deos. de Nat. d. 1. 19

Quantum in his literis longior fui, quam aut vellem, aut me putau fore. 1. ad Quin. fra. 28

Si scriberem ipse, longior epistola fuisset, sed, &c. Att. 111. b

Longior fui superioribus literis. 6. fam. 8

Possum de ichneumonū vtilitate, de crocodilorum, de felium dicere: sed nolo esse longior. 1. de Nat. d. 141. a

Atque adeo hoc ne longius aut obscurius esse possit, procedite in medium, explicite, &c. 4. Verr. 138. a

Nihil ei longius videbatur, quam dum illud videret argentum. 6. Verr. 34. a

Quem quum obiurgare, quod parum valetudini parceret, tum ille nihil sibi longius fuisse, quam vt me videret. ad Mariu, lib. 11. 41. Id est, nihil sibi visum longius, quam illud tempus quo Ciceronem videre cupiebat.

Nec mihi longius quicquam est iudices, quam videre hominum vultus. pro Rab. Post. 22. a. Id est, nihil molestius, aut nihil desideratius.

Nihil vnquam longius Calendis Ianuariis mihi visum est. in Ant. 194

Nec longius quicquam vobis, quam dextræ gladium dum accommodet alter. Tusc. 219. b

Non faciam longius: huc enim pertinet, &c. de Leg. 160. b

Non opus est exemplis hoc facere longius. de Finib. 128. b

Cōtractione breuius fieri, aut productione longius. de Or. 161

Verbum in longius productum. de Clar. 190. b

Tua quaque longissima epistola delector & ipse in scribendo sæpe sum longior. Q. frat. 199. b

Mihi vt Aristophani, Archilochi Iambus, sic epistola longissima quæque optima videtur. Att. lib. 16. 28

Longe.

Audi, ne longè abeam, moriens quid dicat Epicurus, &c. de Finib. lib. 2. 79

Longè absum. Epist. 21. b

Non quò me aliquid inuare posses, quippe res enim est in manibus, tu autem abes longè gentium. Att. lib. 6. 114. 1. a

Tempus numeris dandi longè abest. pro Syll. 177. b

Oppressa omnia sunt, nec habent ducem boni, nostrique quæ egreduntur longè gentium absunt. Cornif. lib. 12. 22. 2. a

Ne ille longè aberit, vt, &c. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 107

Abesse, longè que disunctum esse. Topic. 221. b

Quum tam longè abfuturus essem. Epist. 44. b

Non cognoueram eum, quam longè hinc ab hoc genere cognatio materna transalpini sanguinis abstulisset. Postquam. 207. b

Longè alia conditione ac cæteri. Epist. 66. b

Longè aliter, atque à me dicta erant, detulerunt. pro Dom. 33. a

Nam est longè aliter in versibus. Orat. 216. b

Longè aliter se habere ac sensibus videatur. 4. Acad. q. 181. a

Hæc igitur præmeditatio futurorum malorum lenit eorum aduentum, quæ venientia longè antè videris. 3. Tusc. 51. a

Præsertim quum & ipse in eo excellas, & id studium, totaque ea res longè cæteris & studiis & artibus antecedit. 1. Acad. q. 6. a

Longè antecellere cæteris. 6. Verr. 105. a

Cuius ego iudicium, pace tua dixerim, longè antepono tuo. 5. Tusc. q. 18. a

Hominem longè audacissimum nuper habuimus, in ciuitate C. Fimbriam, &c. pro Rosc. Amer. 19. a

Longè à domo bellare. pro lege Manil. 22. a

Nam solis cador illustrior est, quam vllus ignis, quippe qui immenso mundo tam longè lateque collucet. de Nat. d. 2. 19

Dii vitam suam longè lateque diffundunt. de Diu. 97. b

Quæ autem est alia causa erroris tanti, tam longè, lateque diffusi, nisi quod, &c. 2. de Finib. 182. a

Quorum mentes sunt perditæ, longè que à communi salute disinctæ. de Arusp. 256. b

O fortunam longè disparem M. Fonteii, si deligere, &c. pro Fonteio, 32. a

Ita tantum bellum, tam diuturnum, tam longè lateque dispersum, &c. pro leg. Manil. 25. a

Ab iis qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, longè dissentimus. de Amic. 30. a. Id est, nullo pacto cum eis sentimus.

Et erat huic iudicio longè dissimilis illa cõtentiõ. pro Syl. 176. b

Longè diuersus. Topic. 225. b

Multum inter se distant istæ facultates, longè que sunt diuersæ atque seiunctæ. de Orat. 107. b

Quam longè est hinc in saltum vestrum Gallicanum, pro Quint. 13
 Horum defensio repetita quam longè est. de Diuin. 133. b
 Isti Neruii quam longè sint, nescio. Quint. fra. 317. b
 Longè fallens opinione. in Sal. 172. b
 Longè lateque fluere. Tusc. q. lib. 4. 2
 Vir longè post natos homines improbissimus. de Clar. 185. b
 Tam longè inquis: Epist. 36. b
 Longè omnino à Tyberi ad Caicum. pro Flac. 161. b
 Principi longè omnium in dicendo grauissimo & eloquentissimo Platoni. 1. de Orat. 25. a
 Longè, lateque se pandere. Tusc. q. 243. b
 Longè lateque peregrinari. de Nat. d. 12. b
 Alteri plurimum se, & longè, longèque plurimum tribuere honestati, &c. 2. de Fin. 109. a
 Coruncanum, quod ex Pontificum cōmentariis longè plurimum ingenio valuisse videatur. de Clar. 17. a
 Longè & retrò ponere. Tusc. q. 245. b
 Quam longè multumque præstet mens atque ratio. 5. de Fin. 72. a
 Hortensius suos inter æquales longè præstitit. de claris Orator. 185. b
 Longè primus ciuitatis est Epicrates. 4. Verr. 37. a
 L. Castronius Pætus longè princeps municipii Lucensis, est honestus, grauis, plenus officii. Brut. lib. 13. 14. 1. a
 Longè ad virtutem processerunt. de Finib. 111. b
 Epicrates longè mihi obuiam processit. 4. Verr. 45
 Etenim eo loco Fani & Scæuola locati sumus, vt nos longè prospicere oporteat futuros casus Reip. de Amic. 38. a
 Longè in posterum prospicere. Epist. 22. b
 De Q. fratre nihil longè recusavi. Epist. 232. b
 Ab instituta nostra paucorum dierum consuetudine longè refugit. Attic. 2. b
 Satis longè ab oppido ad Fanum. Tusc. 173. b
 Quod est longè secus. pro Plancio, 75. a
 Quod si ita esset: vt quisque valetudinis minimum in se esse arbitraretur, ita ad amicitiam esset aptissimus: quod longè secus est. de Amic. 29. a
 Propè, longè stare, mouere. de Finib. 72. b
 Nam si cum aliorū improbitate certet, longè omnes, multumque superabit. 7. Verr. 90. a
 Nos longè multumque superamur à bestiis. de Fin. 88. b
 Quorum longè vicit sapientia cunctos. in Ant. 204. b
 Longè videre. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 72
 Non longè à tua domo. de Leg. 156. b
 Non longè à gradibus Aureliis. pro Flac. 160. b
 Non longè ab ædibus. 1. de Leg. 4. a
 Ab Aristotelis inuentis tibi videor non longè aberrare. de Orat. 123. b
 In Arcadia non longè à Lusio flumine. de Nat. d. 71. b
 Quum non longè à Piræo abessem. Epist. 56. b
 Megaris est non longè à Syracusis. 7. Verr. 51
 Eius simulachrum non longè à Tanagris, in sepulchro positum fuit. pro Dom. 135. b
 Longius, quam vitæ termini postulant, cogitare. pro Rabi-rio, 99. b
 Longius currere. 2. de Finib. 76. a
 Hæc dixi longius quam instituta ratio postulabat, breuius autem quam si hac de re vna disputarem. Orat. 212. b
 Iracundia longius digredi, quam conueniat. de Aruf. 244. b
 Neque à sole longius vnquam vnus signi interuallo disces- sit. de Nat. de. 36. b
 Longius non discedam. Epist. 233. b
 Longius discedere à naturæ constantia. 4. Tusc. q. 19. a
 Quid Oceano longius inueniri potest. de Prou. 75. b
 Cur castra longius aduersariorum castris, & propius urbem mouentur. Octauio, 230. b
 Varro vitam Næuii producit longius. de Clar. 170. b
 Longius progredior. 9. familiar. 42. Id est, verbosius ad te scribo.
 Non progreditur longius, quam mihi concessum est. ad Attic. 193. b
 Qui poterunt longius progredi. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 42

Aliquis longius ætate prouectus. de Clar. 176. b
 Quod siqui longius in amicitia prouecti essent, tamen sæpe labefactari, si in honoris cōtentionem incidissent. de Amicit. 32. a
 Sentiaturque meam sibi amicitiam, etiam quum longissime absum, prodesse in primis apud te. ad Titium, lib. 3. 59. 2. a. Sub. à te.
 Longissime abesse à vero. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 36
 Longissime abhorret mea ratio voluntasque ab hoc facto. 4. Verr. 7. a
 Appius quam longissime potuit, discessit. Att. 77. b
 Longissime disiuncta comprehendere. in Pison. 1. a
 Cæsaris autem longissime diuersa ratio, qui, &c. de Diuina. 84. b
 Longissime se à terra efferre. Tusc. q. lib. 1. 33
 Cæsari venienti obuiam longissime processit. in Ant. 175. b
 In posterum quam longissime prouidere. 7. Philip. 229
 Quod longissime sit ab imperitorum intelligentia, sensuque disiunctum. de Orat. 86. b
 Longulus.
 Itaque eo die mansi Aquini: Longulum sanè iter, & via incipra. Att. lib. 16. 33
 Longiusculus.
 Epigramma in aliquem alternis versibus longiusculis. pro Archia, 190. b
 Longitudo.
 Longitudo ambitus. Orat. 218. b
 Longitudo diei tempus largitur. 3. de Leg. 28
 Non longitudo itineris, non asperitas viarum, non morbus ingrauescens retardauit. 9. Philipp. 257. a
 Ita diei breuitas conuiuuiis, noctis longitudo stupris & flagitiis conterebatur. 7. Verr. 21. a
 Longitudo orationis. in Partit. a
 Rerum longitudo & obscuritas orationis. de Inuent. 48. b
 Longitudo viarum. in Ant. 221. b
 Diffundere aliquid in longitudinem. de Vniu. 199. b
 Longitudine sæpe magis, quam obscuritate narrationis res intelliguntur. 1. de Inuent. 43
 Immenitas latitudinum, longitudinum, altitudinum. de Nat. d. 12. b
 Longitudinum & breuitatum in sonis iudicium. Orat. 213. b
 Longinquus.
 Longinquus dolor. de Finib. 84. b
 Homo longinquus & alienigena. pro Deiot. 6
 Exterus hostis atque longinquus. in Catil. 110. b
 Locus longinquus & reconditus. in Verr. 196. b
 Longinqua obseruatio. de Diuin. 103. b
 Quem ego meum casum foriter ferre visus sum: nō quod ego æquo animo ferrem, sed me ipse consolabar, existimans non longinquum inter nos digressum & discessum fore. de Senect. 77. a
 Nam non longinquum spatium labere diurnum. in Ant. b
 Longinqui temporis spes. Att. 144. b
 Quarundam herbarum vtilitates longinquo temporis vsu & periclitatione percepimus. de Nat. d. 58. b
 Consilia in longinquum tempus differre. Attic. 154. b
 Tempus differendi in longinquum. Partit. 240. b
 Et quam diuturna ista obseruatio: aut quam longinquo tempore potuit obseruari. de Diuin. 114. b
 Non dubito quid præsentis sentiāt. nos quidem longinqui, & à te ipso missi in vltimas gentes, &c. Marcello, lib. 15. 28
 Clodius æqualiter in propinquos, & in longinquos irruerat. pro Mil. 116. b
 Ex locis tam longinquis & diuersis. pro Font. 12
 Ne longinquiore breuioribus anteponantur. de Fin. 100. b
 Longinquitas.
 Longinquitas loci. de Inuent. 50. b
 Nihil est quod non longinquitas temporum, excipiente memoria, prodendisque monumentis, efficere atque assequi possit. de Diuin. lib. 1. 10, & 11
 In his sum locis, quod & propter longinquitatem, & propter atrocitiam tardissime omnia perferuntur. ad Cælium, lib. 2. 8. 2. a

Eandem artem etiam Ægyptii longinquitate temporum innumerabilibus penè seculis consequuti putantur. de Diuinat. 80. b
 Qui autem voluptate vitam effici beatam putabit, qui sibi is conueniet, si negabit voluptatem crescere longinquitate. 2. de Fin. 141. a
 Nimia longinquitate locorum commoueri. pro Lege Manilia, 16. a
 Sin fortè longinquitate producti, dolores vehementius eū torquent, quam vt causa sit cur feratur, quid est tandem, dii boni, quod laboremus? 5. Tusc. q. 165. a
 Alter nondum ex longinquitate grauissimi morbi recreatus est. 10. Philip. 280
 Loquor.
 Loquor aliquid, quod in solum, vt dicitur. 9. fam. 62
 Loquor de me apud te. 1. ad Atticum, 40. id est, meas laudes prædico.
 Quæ loquor, videntur subauscultare omnes Corycæi. 10. ad Att. 54
 Sed quid loquor: tu videbis. 12. ad Att. 8
 Loquor sine vlla ironia. 3. ad Q. frat. 25
 Loquor tecum, tanquam tecum. 8. ad Att. 53
 Cum quasi tecum loquor. ad Att. 132. b
 Loquitur ad voluntatem: quicquid denuntiatum sit, facit: affectatur, assidet, muneratur. in Parad. 49. a
 Conclusio ipsa loquitur nihil percipi posse. 4. Acad. quæst. 182. a
 Dolabella suis literis merum bellum loquitur. 9. ad Att. 57
 Vt quis loquitur, nec fieri sine lingua, nec sine palato, nec sine faucium, laterum, pulmonum vi & figura potest. Tusc. q. lib. 1. 31
 Res loquitur iudices ipsa. pro Mil. 111. b
 Loquitur res pro se ipsa. 3. fam. 4. 15. fam. 32
 Sed loquimur nunc more communi. Tusc. q. lib. 4. 55
 Loquimur quod traditum est, siue fuit, siue non fuit. 2. de Leg. 13
 Cum loquimur terni, nihil flagitii dicimus. Pæto, lib. 9. 22. 10. a
 Vt annales Pop. Rom. & monimenta vetustatis loquuntur. pro Domo sua, 67. a. Hoc est, referunt, commemorant.
Reliquum est, ut antequam proficiscare, mandata nostra ex-
haurias. Att. lib. 5. 4

Mandata tua mihi exposuit, & literas reddidit. 11. famil. 10

Mandata ferre. 8. Philipp. 250

A Dolabella mandata habeo, quæ mihi videbuntur. Attic.
lib. 15. 329. 10.a

In quem ipsi cum grauissimo testimonio, quod nunquam
antea, Romam mādara legatosque misissent. 4. Verrina-
rum, 117.a

Vibulius de mea mansione mandata Cæsaris ad Pompeium
pertulit. ad Quint. frat. 321.b

Tua mandata persequar diligenter. ad Q. frat. lib. 2. 15. 6.a

Mandata recipere & efficere. 1. ad Att. 33

Noli putare me quicquam maluisse, quàm ut mandatis tuis
satisfacerem. Att. 84.b

Veniunt cum mandatis, veniunt cum testimoniis publicis.
4. Verrin. 111.a

Me ex tuis mandatis ea monuit, quæ, & c. 3. famil. 5

In mandatis operæ nostræ vicaria fides amicorum supponi-
tur. pro Sext. Rosc. 36.b

Idem postea præ mandatis requisitus. pro Planc. 295.b

Pro mandatis abusus est sermone aliquo arrepto. Att. 7. 46

Mando, is.

Alia sugunt, alia carpunt, alia vorant, alia mādunt. 1. de Nat.
deor. 182.a

Impius hortatur me frater, ut meos malis miser manderem
natos. de Orat. 163. & Tuscul. 226.b

Dentibus autem in ore constructis manditur, atque ab his
extenuatur & molitur cibus. 2. de Nat. deor. 20.a

Mandens.

Aut tam eminentibus canibus Scyllā, tamque ieiunis, quàm
quibus istū videris, Gelliis, Clodiis, Titiis rostra ipsa man-
dentem. de Arusp. respons. 55

Manfus.

Atque omnia minima mansa (ut aiunt) nutrices infantibus
pueris in os inserant. 2. de Orat. 89

Mane.

A mane cœnam quærere. 9. famil. 62

V. Calendarum mane accepi à Demea literas pridie datas.
ad Att. 215.b

VIII. Iduum literas dedi bene mane. ad Att. 233.b

Cras mane putat. ad Att. 214.b

Eo die mane. ad Att. 77.b

Hodierno die mane. in Catil. 115.b

Hodie mane Dolabella multus sermo ad multum diem. Att.
lib. 13. 267. 1.a

Mane Cal. Decembris Sthenium citari iubet. in Verr. 128.b

Exclusi eos, quos tu mane salutatum miseris. in Catil. 199.b

Quarum alteras mihi multo mane dedit. 5. ad Att. 7

Postridie mane. in Verr. 90.b

Qui vsque à Calend. Ianua. esset, quæ erant futuræ mane
postridie. Curioni, lib. 7. 31. 4.a

Nam hæc Idib. mane scripsi. epist. 2.b

Bene mane hæc scripsi. 4. ad Att. 79. 3.a

Saturnalibus mane se mihi Pindentiffæ dediderunt. ad At-
ticum, lib. 5. 37

Maneo.

Multis locis ne tectum quidem accipio, & in tabernaculo
maneo plærunque. ad Att. 76.b

Ego te mihi semper amicum esse volui, maneo in volunta-
te, & quoad vobis tu, permanebo. epist. 61.b

Adhuc Romæ maneo, hæc ego suspicans. epist. 127.b

Mihi cum eo nulla contentio iam manet. Att. 229.b

Cum idem omnino, quia nihil semper suo statu maneat, & c.
1. de Nat. deor. 23

Cuius quidem te fatum, sicuti C. Curionem, manet. 2. Phi-
lippica, 37.a

Simul & elicere cupio sententiam tuam, si manet, ut firmior
sim: si mutata est, ut tibi assentiar. Att. lib. 8. 166. 5.a

Manent ingenia senibus, modò permaneat studium & indu-
stria. de Senect. 19.a

Multa diutius commemoratione manet, quàm natura stare
potuerunt. de Legib. 156.b

Itaque parietes vrbis modò stant & manent, iique ipsi iam
extrema scelera metuentes. 2. Offic. 41.a

Atque is quidem constanter in suo manebat statu. de Vni-
uersitate, 203.b

Itaque quum cæteri Consulares irent & redirent, in senten-
tia mansi. 2. Philipp. 92.a

Eo die Capua discessi, & mansi Calibus. ad Att. 111.b

Is in pristina mente mansit. pro Sest. 16.b

Cum intempesta nox esset, mansi in villa P. Valerii. in Anto-
nium, 154.b

Et in eo mansimus, ne ad vrbem. 9. ad Att. 67

Seruus vi tormentorum adducti, in veritate manserunt. pro
Cluent. 140

Parietes quorum ornatus tot secula manserat, nudos defor-
matosque reliquit. in Verr. 228.b

In ea manebo. Att. 126.b

Tib. enim Gracchus P. F. tandiu laudabitur, dum memoriæ
rerum Romanarum manebit. 2. Offic. 62.a

Nummus interea mihi Cæsar, neglecto triumpho, domi ma-
net & manebit. in Pison. 92.b

Quæ societas inter nos semper mi Cornifici manebit. Cor-
nificio, lib. 12. 27. 2.a

Quæ perpetuo animo meo fixa manebunt. epist. 167.b

Sed erant causæ cur hoc tempore istic esse nollem: quæ si
manebunt, quæ redā erit excusatio ad Brutum, & ut nunc
est, māsura videntur. Att. lib. 12. 247. 1.a. Hoc est, duraturæ.

Si manerem in Italia, verebare ne officio deessem: si profici-
scerer ad bellū, periculum te mecum commouebat. ep. 96.b

Si viueret, mihi cum illo nulla contentio iam maneret. Att.
lib. 14. 311. 4.a

Dein si rationum referendarum ius vetus & mos antiquus
maneret. Rufo, lib. 5. 20. 4.a

Nempe si te nihil impediret, si voluntas eadem maneret, si
valeres denique, & c. pro Quint. 55.a

Pleraque autē ciuitates, & maximè illustres, in amicitia per-
petuò manerent. 4. Verr. 2.a. & 7. 67.a

Auiam tuam scito desyderio tui mortuā esse: & simul quod
verita sit, ne Latinæ in officio manerent, & in montem Al-
banum hostias non adducerent. Att. lib. 1. 1. 12. a. 4. ad He-
ren. 153. Hoc est, Munus suum diligenter exequerentur.

Cyrium quandam suadentem ut in vrbe manerent. 3. Offi-
ciorum, 63.a

Tu nunquam in hac vrbe mansisses. in Ant. 167.b

Vellem Romæ mansisses. ad Att. 37.b

Maneas apud me cum tuis. Att. lib. 4. 87. 6.a

Planè hoc mihi explices velim, in primis maneasne in sen-
tentia, ut mittam ad eum quæ scripsi: an nihil necesse pu-
tes. Attic. a

Maneat ergo, quod turpe sit, id nunquam esse vile. 3. Offic.
65.a. Hoc est, sit ita, esto, fac sit.

Memento curare per te & per omnes nostros, in primis per
Hortensium, ut annus noster maneat suo statu, nequid noui
decernatur. Att. lib. 5. 15

Æque mihi conditio maneat, qua profectus sum. Curioni, lib.2.6.10.a
Quamobrem illud maneat, & fixum sit, quod neque moueri, neque mutari potest. pro Rab. Posth. 15.a
Sed velim maneat Damaspippus in sententia. ad Gallum, lib. 7.24.4.a. ad Att. 135.b. & 9.171.1.a
Vt maneamus in perspicuis firmiter & constantius. Acad. q. edit. 1. lib.2.43
Cum in villa manerem. de Diuin. 93.b
Nam quum omnes Socratici, Zenoque, & ii, qui ab eo essent profecti, manerent in antiquorum philosophorum sententia, &c. 1. de Diuin. 9.a. Id est, sequerentur eorum sententiam.
Si integra in Senatu nostra causa ad Cal. Ianuar. manserit. ad Attic. 68.b
Quid enim summus dolor plures dies manere non potest? 2. de Finib. 148.a
Manere in amicitia fideque pop. Rom. in Verr. 252.b
Manere in causa. pro Mil. 8
Manere in cautione. 1. ad Q. frat. 46
Manere in conditione atque pacto. in Verr. 69.b
Eidem Dolabellæ, me audiente Cæsar dixit, nihil esse quod de Mega vereretur, beneficium suum in eo manere. ad Acilium, lib. 13.61
Manere in fide. pro Domo sua, 52
Manere in patriis institutis. de Finib. lib. 5.12
Manere in lege naturæ. Tusc. quæst. lib. 5.29
Manere in liberalitate. 13. famil. 64
In patria manere, esse domi suæ. Offic. 72.b
Manere in provincia & senatusconsulto. Att. 101.b
In quo enim plura sunt quæ secundum naturam sunt, huius officium est in vita manere. de Finib. lib. 3.47
Quare aut vobis statuendum est legem Heliam manere, legem Fustiam non esse abrogatam. de Petit. Consul. 38.a
Non patiar istam manere suspicionem, nos rem iudicari nolle. pro Quint. 18.a
Liceat manere si non illum Tullium, &c. at certe reliquias Tullii liceat in hac vrbe remanere. Antequam. 193.b
Scio me domi mansisse. pro Dom. 214.b
Id si est, in Italia fortasse manebit. Att. lib. 8.147.13.a
Sed ad primum reuertar: quid putes faciendum, occultene aliquod propius veniendum, an mare transeundum: nam hic maneri diutius non potest. Att. lib. 11.34
Si Lepidus & Volcatius remanent, manendum puto. ad Atticum, 146.b
Ac ne me existimaris ad manendum esse propensioem, quod plura, &c. potest fieri, &c. Att. 120.b
Eodem die vulgò loquebantur, Antonium mansurum esse Cassilini: & ibi constitueram ut pridie Idus aut Aquini manerem, aut in Arcano. Att. 258.b
Plerique negant Cæsarem in conditione mansurum. ad Atticum, libr. 7.50

Manens.
Nam terra immobilis manens, ima sede semper hæret. de Somn. Scip. 129.b
Neque verò eram tam indoctus ignarusque rerum, ut frangerer animo, propter vitæ cupiditatem, quæ me manens conficeret angoribus. 2. Philipp. 56.a

Mansio.
Mansio Formiis. Att. 137.b
Cautior certè est mansio: honestior putatur traectio. 8. ad Attic. 55. & 11
Quod tibi mea permissio mansionis tuæ grata est, id ego summo meo dolore & desiderio, tamen ex parte gaudeo. ad Q. frat. lib. 3.7
Nam ita mansionem illam deplorat, ut quemuis mouere possit. 2. ad Att. 39
Sed quum ab his mediis omnia proficiantur officia, non sine causa dicitur ad ea referri omnes nostras cogitationes: in his & excessum est vita, & in vita mansionem. 3. de Finib. 47
Is mecum sæpe de tua mansionem aut decessione communicat. ad Sulpitium, lib. 4.14

Manes.

A me quidem pœnas expetistis, quibus coniuratorum manes mortuorum expiaretis. in Pison. 82.b
Manium deorum iura sancta sunt. Hos leto dato diuos habento. Sumptum in ollos luctumque; minuunt. 2. de Leg. 24
Æquitas tripartita est, vna ad superos deos, altera ad manes, tertia ad homines pertinet. Partit. 228.b
Inferorum animas elicere, & puerorum extis deos manes maculare. in Vatin. 31.b
A diis manibus venire. in Verr. 259.b

Mania.
Græci autem maniam vnde appellent, non facile dixerim. eam tamē ipsam distinguimus nos melius, quàm illi. hanc enim insaniam, quæ iuncta stultitiæ patet latius, à furore distinguimus. 3. Tusc. 9

Manica.
Solet enim accipere ipse manicas, nec diutius obsidionis metum sustinere. 11. Philipp. 309

Manicatus.
Quos pexo capillo nitidos aut imberbes, aut bene barbatos videtis, manicatis & talaribus tunicis, velis amictos, non togis. in Catil. 42.a

Manifestus.
Res tam nota ac manifesta omnibus. in Verr. 178.b
Manifestum furtum. 4. Verr. 34.a
Manifestum periurium. de Arusp. respons. 252.b
Scelus manifestum atque deprehensum. in Catil. 113.b
Manifestum & in medio positum & apertum. in Verr. 60.b
Hoc quidem certè manifestum erit. in Verr. 145.b
Quæ ita aperta & manifesta sunt, vt, &c. pro Sex. Rosc. 34.b
Eiusmodi res ita notas, ita testatas, ita magnas, ita manifestas proferam, vt, &c. 2. Verr. 29.a

Manifeste.
Vt, quod erat difficillimum, quodque ego semper optabam à diis immortalibus, tota res non solum à me, sed etiam à Senatu, & à vobis manifestè deprehenderetur. 3. in Cat. 51.a
Aliquid manifestè deprehensum. pro Flac. 160.b

Manifesto.
Teneo in mediis vestigalibus pop. Rom. in ipsis fructibus provinciarum Siciliae furem manifestò auertentem rem frumentariam omnem pecuniam maximam: &c. 5. Ver. 116.a
Manifestò comperisse aliquid & manu tenere. de Clar. Oratorib. 190.b
Exponam vobis Oppianici facinus manifestò compertum atque deprehensum. pro Cluent. 32.a
Cum manifestò venenum deprehendisset, & res non coniectura, sed oculis ac manibus teneretur. pro Cluent. 13
Hæc tanta in Republicam coniuratio manifestò inuenta atque deprehensa est. 3. in Catil. 62.a
Nam is antè celauit, nunc manifestò tenetur. de Inuent. 66.b
Manifestò teneri in re turpi. de Inuent. 67.b

Manilius.
Manilius & Censorinus, c o s s. Brut. 54
Manilius Iuriconsultus. 7. famil. 18
Manilius non honorem à pueritia, non studia virtutis, non vllum existimationis bonæ fructum vnquam cogitarat. pro Cluent. 29
Homine ante pedes Q. Manilii, qui tum erat Triumuir, constituit. pro Cluent. 28
Extrahitur Oppianicus domi latitans à Manilio. pro Cluentio. 28
C. Manilius legem tulit de Cn. Pompeio cõtra Mithridatem mittendo. pro Lege Manil. 48
T. Manilius Senator. pro Rosc. Comædo. 25
Manilia lex. pro Mur. 45
Manilia lex inuidiosa. Brut. 66
Manilia rogatio ob Iugurthinam coniurationem. Brut. 65

Manipularis.
Et me vna hæc res torquet, quod non omnibus in rebus labentem, vel potius ruentem Pompeium, tanquam vnus manipularis secutus sim. Att. lib. 9.35
Addo etiam manipulares iudices ex legione Alaudarum. 1. Philipp. 15. & 5. 172

Manius.

Manius Curius. 2. de Orat. 76

Manlius.
C. Manlius, Catilinæ satelles. in Catil. 4
Cn. Manlius Q. Catulum in petitione superauit. pro Mur. 34. & pro Planc. 10
Falcidii affinem nihil eius generum pari fide præditum C. Manlium, &c. pro Flac. 72
M. Manlius ob regni appetiti suspensionem interfectus. 2. Philipp. 91. & 109. Eius domus euerfa. pro Domo sua, 78
Q. Manlius Chilo ex Catilinæ coniuratis. in Catil. 59
Q. Manlius, iudex seuerus. 2. in Verr. 18
T. Manlius, Prætor ex s. c. de oppidis Siciliae Agrigētum coloniam deduxit. 4. in Verr. 35
Manlium neminem M. vocari licuit, propter M. Manlii scelus. 1. Philipp. 24

Manlianus.
Manliana leges vernalium vendendorum. 1. de Orat. 128
Vide ne ista sint Manliana nostra, aut maiora etiam, si impetres, quod facere non possum. 2. de Finib. 166.a

Manlianum.
In Manliano offendi Diphilum Diphilo tardiorum. 3. ad Q. frat. 1. Manlianum, villa Q. Ciceronis.

Mano, as.
Qui aer per maria manat, is est Neptunus. 1. de Nat. d. 30
Omnis honestas manat à partibus quatuor. Offic. 31.b
Fidei bonæ nomen manat latissimè. Offic. 66.b
Manant hæc ita. 15. ad Att. 10
Illa superiora vnde hæc manant. de Nat. deor. 69.b
Nisi ea fuerint, vnde illa manant. de Legib. 168.b
Multaque à luna manant & fluunt, quibus animantes alantur, & augetur, & pubescant. de Nat. deor. 36.b
A capite quod velimus accessere, & vnde omnia manant videre. de Orat. 119.b
Peccata ex vitis manant. Partit. 120.b
Quæ natura fluunt atque manant, vt aqua & terra. de Nat. deor. 10.b
Manabat enim illud malum vrbis, & ita corroborabatur quotidie. ad Cassium, lib. 12.1
Quare si aliquid oratoriarum laudi nostra attulimus industria, multò studiosius philosophiarum fontes aperiemus, è quibus etiam illa manabant. 1. Tusc. 11.a
Latius opinione disseminatū est hoc malum: manauit non solum per Italiam, sed etiā transcendit Alpes, obscure serpens occupauit multas provincias. in Catil. 119.b
Idque eorum nomen vsque ad Pythagoræ manauit ætatem. Tusc. quæst. 229.b
Ab Aristippo Cyrenaica philosophia manauit. de Or. 148.b
Herculis simulachrum multo sudore manauit. 1. de Diu. 66
Contagiones malorum, quæ à Lacedæmonis profecta manarunt latius. Offic. 50.b
Manarat sermo in concilio, pecuniæ quandam mentionem inter iudices esse versatam. pro Cluent. 32.b
Latius enim manabit hæc ratio, & aliquantò maiore locum, quàm de vno dolore occupabit. 2. Tusc. 56
Quum, vt scitis, hoc triduo vel quadriduo tristis à Mutina fama manaret. 14. Philipp. 394.a
Nam quum serperet in vrbe infinitum malum, idque manaret in dies latius, &c. 1. Philipp. 3.a
Genera quatuor ex quibus honestas officiumque manaret. Offic. 12.b
Manare & fundi per omnes partes. Tusc. q. 242.b
Homines qui terram incolunt, interruptos ita esse, vt nihil inter ipsos ab aliis ad alios manare possit. de Somn. 21
Quæ refecanda erunt, non patiar ad perniciem ciuitatis manare. in Catil. 106.b
Aliquid sine capite manare, & eius authorem non extare. pro Planc. 271.b
Fideique bonæ nomen existimabat manare latissimè. Officiorum, 3. 92

Manans.
Æternis causis naturæ necessitate manantibus, verum est id quod, &c. de Fat. 144.b

Manusuefactio.

A quibus manusuefacti & exculti, à necessariis artificibus ad elegantiora defluximus. Tusc. quæst. lib. 1.50

Manusuetus.
Beneficus, salutaris & manusuetus ciuis. pro Mil. 15.a
Illud quæro, cur tam subito manusuetus in Senatu fuerit, quum in editis tam fuisset ferus. 3. Philipp. 139.a
Deinde propter rationem atque orationem studiosius audientes, ex feris & immanibus, mites reddidit & manusuetos. 1. de Inuent. 4.a
In moribus suis erga necessarios declarandis manusuetissimus. 2. de Orat. 111.a

Manusuetè.
At verò quum aliquid clementer, manusuetè, iustè, moderatè, sapienter factum, in iracundia præsertim, quæ est inimica consilio, & in victoria, quæ natura insolens, &c. pro Marcello, 5

Manusuetudo.
Manusuetudo atque clementia ita probanda est, vt adhibeatur Reipub. causa seueritas, sine qua administrari ciuitas non potest. Offic. 1. 123
Incredibilis videtur & nostra manusuetudo & abstinentia. ad Atticum, 78.b
Quas res & manusuetudo animi consecuta & verecundia est. Offic. 35.b
Manusuetudo morum & facilitas. Offic. lib. 2.45
Omnis plena clementiæ, manusuetudinis, humanitatis. ad Quint. frat. 294.b
Lenitatis & manusuetudinis genus orationis. 2. de Orat. 110.a
Quid ad hanc manusuetudinem addi potest, eum quicum bellum geras, tam molli nomine appellari. Offic. 57.a
Illam clementiam, manusuetudinemque nostri imperii, intantam crudelitatem, inhumanitatemque esse conuersam. 7. Verr. 90.a

Manfus, vide Mando, is.

Mantes.
Nam & Athenienses omnibus semper publicis consiliis diuinos quosdam sacerdotes, quos Mantes vocant, adhibuerunt. 1. de Diuinat. 156.a

Mantice.
Sequitur *manthos* vestra, quæ Latine diuinatio dicitur, quæ, &c. 1. de Nat. deor. 39
Diuinationem Græci *manthos* appellat, id est, præfensionem & scientiam rerum futurarum. 1. de Diuin. 1

Mantineia.
Apud Mantineam moriens Epaminondas. 5. famil. 31

Manus.
Manus & multitudo, idem. Att. 38. & Quint. frat. 302.b
Manus aduersa. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2.133
Manus apta ad eliciendos sonos neruorum & tibiærum ad monitione digitorum. de Nat. deor. 56.b
Manus cur data elephantis. 2. de Nat. deor. 92
Manus Sext. Næui in propinquorum proscribendis bonis exercitata. pro Quint. 18.b
Manus firma euocatorum. 15. famil. 13
Militum firma manus. epist. 244.b
Manus hostilis. Tusc. quæst. lib. 1.69
Manus opulenta. 1. de Inuent. 114
Manus paruula pedum. 11. famil. 16. in epist. D. Brut. 15
Manus Cæsaris, & victoria & fide præstans. 7. famil. 15
Manus renouata. pro Sest. 34
Quæ nec haberemus, nisi manus & ars accessissent. Off. 2. 16
Occupationum mearum signum tibi sit librarii manus. ad Quint. frat. 323.b. in Catil. 55. Att. lib. 4.85.1.a. in Ant. 162.b
Manus literæ. 7. ad Att. 8
Huc accessit manus Ventidii, quæ trans Apenninum, itinere facto difficillimo, ad vada peruenit. Brutus ad Ciceronem, lib. 11.10.5.a.6. Verr. 86.a. Att. lib. 2.39.3.a
Ad manum accedentes nulli barbati in piscinis. 2. ad Att. 7
Quem seruum sibi ille habuit ad manum. de Orat. 164.b
Nam Alexidis manum amabam, quod tam propè accedebat ad similitudinem tuæ literæ: manum non amabam, quod indicabat te non valere. ad Att. lib. 7.122.3.a

Introductus Statilius cognouit manum & signum suum. in Catil. 112. b
 Cum Oppius me hortaretur, vt manum veteranorum complecterer, &c. ad Attic. 261. b
 Conferre manum cum hoste. Att. 115. b
 Manum conferere. pro Mur. 17
 Heus tu, manum de tabula: magister adest citius, quam putaramus. ad Gallum, lib. 7. 26. 2. a
 Qui manum fecerit, copias parauerit, multitudinem hominum coegerit, armarit, instruxerit, &c. pro Cecin. 24. 7. Verrinarum, 61
 Manum fuisse iuuentutis. 2. ad Att. 61
 Manum habere. ad Brut. 12
 In manum conuenire. pro Flac. 65. Topic. 7. & 10
 Ipsa mihi veritas manum iniicit, & paulisper consistere cogit. pro Quint. 53. b
 Factum per vim, per manum opulentam. de Inuent. 61. b
 Manum illam tu mihi cura vt praestes. 1. ad Att. 3
 Demosthenes negat in eo positas esse fortunas Graeciae, in hoc in eum huc, an illuc manum porrexerit. Orat. 14. a
 Quibus tibi videbitur, velim des literas nomine meo: nostri familiares, signum requireret, aut manum: dices iis me propter custodias ea vitasse. Att. lib. 11. 4
 Qui se fatentur virtutis causa, nisi ea voluptatem acciret, ne manum quidem versuros fuisse. de Finib. 146. b
 Haec inter coenam Tyroni dictaui, ne mireris alia manu esse. ad Quint. frat. 321. b
 Manu cum hoste confingere. Offic. 1. 113
 Romam cum manu magna. Att. 259. b
 In quem scyphum de manu iacere conatus est. in Ver. 204. b
 Totum denique hominem tibi ita trado de manu (vt aiunt) in manum tuam istam & victoria & fide praestantem. ad Caesarem, lib. 7. 15
 Manu depellere aliquem. Offic. 3. 55
 Epicurus autem qui res occultas & penitus abditas, non modo viderit animo, sed etiam sic tractet vt manu doceat, eam esse vim & naturam deorum. 1. de Nat. deor. 36
 Eadem manu poterit conciones concitare. 1. ad Q. frat. 57
 Manu foeminea interimi. Tuscul. quaest. lib. 2. 17
 Sed in ea Pompeii epistola erat in extremo ipsius manu. ad Atticum, 117. b
 Quod praesens tanquam in manu datur commodius est. Offic. 2. 88
 Quam velis eum obligare, in tua manu est. epist. 115. b
 Verum haec non sunt in nostra manu. epist. 133. b
 Qui in manu sit, quem esse dementem velit. Tuscul. quaest. 224. b
 Hanc putauit in mea manu scribendum. Att. 247. b
 Quorum epistolas in manu teneo. in Ant. 241. b
 Cum Licinius pyxidem teneret in manu. pro Cael. 51. b
 Cum penè in manu iam mortiferum illud poculum teneret. Tuscul. quaest. 163. b
 Antequam alio loco confedero, neque longas à me, neque semper mea manu literas expectabis. Att. 75. b
 Si quid mea manu non intelligent librarii. 16. famil. 31
 Quae superioribus literis mea manu scripti. epist. 178. b
 Noli putare pigritia facere me, quod non mea manu scribam. ad Attic. 260. b
 Epistola manu mea scripta. Att. 37. b
 Manu mea scriptas literas ad te misi. 3. famil. 13
 At hercle alter tuus familiaris Hortensius, quam plena manu, quam ingenuè, quam ornate nostras laudes in astra sustulit. Att. lib. 2. 66
 Manu stare. 5. ad Att. 34
 Manu sua scribere epistolas. 7. famil. 34
 Vocontii sub manu vt essent, per quorum loca fideliter mihi pateret iter. Plancus Ciceroni, li. 10. 23. 4. a. Id est, in promptu & in proximo.
 Epistola Timarchidis manu scripta. in Verr. 181. b
 Tua manu erant epistolae. 7. ad Att. 8. sub. scriptae.
 Cum indicia mortis se comperisse manifestò & manu tenere diceret. de Clar. Orat. 190. b
 Leges tollunt astutias quatenus manu tenere rem possunt,

philosophi, quatenus ratione & intelligentia. Offic. 65. b
 Stamus animis, & quia consiliis, vt videmur, bonis vtimur, speramus etiam manu. Att. 78. b
 Manus C. Verris multae. 4. Verr. 17
 Comites illi tui delecti, manus erant tuae: Praefecti, Scribae, Medici, Accensi, Aruspices, Praecones, manus erant tuae. 4. Verr. 17. a. Id est, tibi fauebant, te iuuabant.
 Manus victrices. Tuscul. quaest. lib. 2. 19
 Manus laua, & coena. 2. de Orat. 136
 Quum manus ad os apposuit. 8. famil. 3. in epist. Caelii.
 Si nulli barbati in piscinis sunt qui ad manus accedant, &c. ad Atticum, 22. b
 Quum Trib. plebis populo concitato rem penè ad manus reuocauisset. pro Cluent. 107. a. Hoc est, ad contentionem & pugnam.
 Nonnunquam etiam res ad manus atque ad pugnam veniebat. 7. Verrin. 23
 Manus à me abstineam. 3. ad Att. 6
 Manus afferam vulneribus meis. 3. ad Att. 22
 Ac si magistratibus manus adferant. Parad. 28
 Ego Senatum sibi manus afferre coegi. Octau. 330. b
 Afferre manus sibi ipsi. Att. 41. b
 Is manus violenter videatur afferre socio. Offic. 5. b
 Itaque nec ei manus affixit, quia nec capiendum quicquam erat, nec repellendum. de Vniuers. 198. b
 Manus quas iustius in Lepidi pernicio armasset, sibi afferre conatus est. 10. famil. 48. in epist. Planci.
 Conferre ferrum ac manus aliquo. pro Font. 2
 Manus suas non in defendenda Republ. sed in plaudendo consumere. 16. ad Att. 5
 Atque ad extremum dat manus, vincique se patitur. de Amicitia, 114. b
 Sapienter igitur quod manus dedisti. Att. 251. b
 Natura dedit homini manus multarum artium ministras. de Nat. deor. 56. b
 Ad extremum autem manus dedisse. Att. 37. b
 Si impias propinquorum manus effugeris. Somn. Scip. 7
 Nunquam enim libelli illi in manus inciderunt. de Claris Orat. 69. Tuscul. quaest. lib. 1. 71
 Libellus, qui me imprudente & inuito excidit, & peruenit in manus hominum. de Orat. 92. b
 Itaque hoc animo legem sumpsi in manus, vt, &c. contra Rullum, 69. b
 Postulamus non à te quidem qui nobis omnia tribuis, sed à ceteris qui haec in manus sument, vt maius quiddam de L. Craffo, quam quantum à nobis exprimeretur, suspicerent. 3. de Orat. 9. a. Tuscul. quaest. lib. 2. 6. Id est, legent.
 Iste vnumquodque vas in manus sumere & laudare, mirari. in Verrem, 214. b
 Procul apparet, non excutitur, non in manus sumitur. pro Planc. 265. b
 In manus veniebant Antiochi. Acad. quaest. ed. 1. lib. 2. 11
 Nihil de iis quae in manus venerunt. Offic. 58. b
 Inferre vim & manus alicui. in Catil. 101. b. ad Heren. 33. b
 Itaque erant exitus eiusmodi, vt alius inter manus è conuiuio, tanquam è praelio auferretur, alius tanquam occisus relinqueretur. 7. Verr. 24. a
 Genere tamen, quod & ad nos pertineat, & didascaliam quandam vt versetur inter manus, habeat. Caelius ad Ciceronem, libr. 8. 3. 9. a
 P. Clodius per manus seruulae seruatus fuit & eductus. ad Atticum, 7. b
 Per manus hanc prouinciam tradit ei, cui minimè vos velitis. de Prouic. Consul. 77. b
 Reicere alicui manus ad tergum. 10. familiar. 71. in epistol. Pollionis.
 Sustulimus manus & ego & Balbus, tanta fuit opportunitas. Caesari, lib. 7. 14
 Supplex manus tendit patria communis. 4. in Catil. 90. a
 Tendere manus ad aliquem. de Inuent. 81. b
 Hortensius vehementer admirans, quod quidem perpetuò Lucullo loquente fecerat, vt etiam manus tolleret. Acad. quaest. ed. 1. lib. 2. 58

Haec ciuitas tam procul à manibus tuis atque à conspectu tuo remota. in Verr. 160. b
 Cuius ab auia mater manibus esset accepta. de Arusp. 148. b
 Te, quum tuos omnes fructus publicano tradidisses, & rem de manibus amississes, tum bona tua repetere, ac persequi lite atque iudicio. 5. Verrin. 26. a
 Quod intellexisti te, praeda de manibus amissa, testimonium tamen effugere non posse. 6. Verr. 38. a
 De manibus deponere. Acad. quaest. ed. 2. lib. 1. 2
 Causa illa mihi tum est elapsa de manibus. de Orat. 117. b. 1. ad Atticum, 40
 Iam tibi extorta est sica ista de manibus. in Catil. 100. b
 Ponere aliquid de manibus. ad Quint. frat. 194. b
 Manibus facinus deprehendere. pro Cael. 10
 Quoniam Demosthenem totum cognouisti, nec eum dimittis è manibus. Orat. 206. b
 Fugit aliquis è manibus, deinde scabellum cōcrepant, aulæum tollitur. pro Caelio, 52. a
 Victoria excidit manibus. ad Att. 278. b
 Est in manibus eius viri laudatio, quam cum legimus, &c. de Senect. 11
 Sed affuistis, & est in manibus oratio. de Amic. 78. Id est, circumfertur & legitur.
 Quaestio, quae nunc in manibus est. de Nat. deor. 63. b
 Res est in manibus, tute longè abes. 6. ad Att. 30
 Quae in manibus sunt attendere. 11. fam. 21. in epist. D. Bruti.
 Libelli nominum vestrorum erant in manibus omnium. in Verrem, 69. b. 4. Tuscul. 112. a
 Saepe fit vt agantur ea, quae non putaris: illa quae credideris in manibus esse, vt aliqua de causa non agantur. de Petit. Consul. 112. b
 Libri quos nunc in manibus habeo. ad Att. 16. b
 Sed habeo opus magnū in manibus, quod, &c. Acad. q. 39. b
 Cum ea spe, quam in manibus habeo. epist. 247. b
 Libros, quos Bruto mittimus, in manibus habent librarii. ad Atticum, 212. b
 Philosophi quamcunque rem habent in manibus, in eam quae conueniunt, congerunt omnia. Tuscul. q. 232. b
 Quam spem nunc habent in manibus, breuiter exponam. 2. in Verrem, 10
 Omisi ea, quae in manibus habebam: quod iusseras edolauit. ad Attic. 220. b
 Scripta tua, quae in manibus habebam. ad Att. 254. b
 Tum dicitur eam fabulam, quam in manibus habebat, & proximè scripserat, iudicibus recitasse. de Senect. 81. b
 Inimicum meum sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fouebant, sic me praesente osculabantur, non vt, &c. 1. famil. 36
 Multos dies epistolam hanc in manibus habui propter commorationem tabellariorum. ad Quint. fr. 321. b
 Virtus Scipionis non mihi soli versatur ante oculos, qui illam semper in manibus habui, sed etiam, &c. de Am. 115. b
 Habemus in manibus, Antonii concionem. ad Att. 107. b
 In manibus habere spem. 10. famil. 15. in epist. Planci.
 Postea verò peruulgata, atque in manibus iactata & excussa, inanissima prudentiae reperta sunt. pro Mur. 24. a
 Septimus mihi Originum liber in manibus, omnia antiquitatis monumenta colligo. de Senect. 84. b
 Puerum infantem in manibus perorantes tenuimus. Orat. 209. b. 2. ad Att. 10
 Sed ecce in manibus vir praestantissimo ingenio. de Claris Oratoribus. 175. b
 Nonne perspicuum est Verrem esse qui vestras villas suis manibus ornet. 5. Verr. 8. a. Id est, signis & suppellectili quae deprædatus est.
 Manibus res tenetur. pro Sest. 58
 Manubiae.
 Non illae manubiae meae, sed operis locatio mea fuerat. 1. familiar. 41
 Tu M. Fuluii domum, monumentum tuarum manubiarum esse voluisti. pro Dom. sua, 136. b
 Nonne perspicuum est has manubias Rosciis Chryfogonum re cognita concessisse. pro Rosc. Amer. 64. a

Iam verò ille qui cū Aetolis Ennio comite bellauit Fuluius, non dubitauit Martis manubias Musis consecrare. pro Archia, 20. a
 Dubitamus quid iste in hostium praeda molitus sit, qui manubias sibi tantas ex L. Metelli manubiis fecerit: 3. Verrinarum, 109. a
 Aureum ei detraxit amiculum grandi pondere, quo Iouem ornarat ex manubiis Carthaginensium tyrannus Gelo: &c. 3. de Nat. deor. 62
 Qua ex praeda aut manubiis est abs te donatio constituta. 5. in Verrem, 161
 Quod ad quenque peruenit, peruenit ex praeda, ex manubiis, ex auro coronario. 1. de Leg. Agr. 7. a
 Rostra imperatoris manubiis ornata. de Orat. 143. b
 Manubrium.
 Trulla excauata cum manubrio aureo. 6. Verr. 54. a
 Manufactus.
 Nihil est opere aut manufactum, quod non aliquando consumat vetustas. pro Marcel. 132. b
 Adde ductus aquarum, deriuationes fluminum, agrorum irrigationes, moles oppositas fluctibus, portus manufactos, &c. 2. Offic. 18. a
 Quid enim aut in natura, qua nihil est aptius, nihil descriptius: aut in operibus manufactis tam compositum, tamque compactum & coagmentatum inueniri potest: de Fin. 105. b
 Manumitto.
 Milo seruos manumisit. pro Mil. 112. b. & ad Q. frat. 299. b
 Manu verò cur miserit, si quæris, nescis, &c. pro Mil. 112. b
 Manumissus.
 Ita fideliter beneuolèque praesto fuit, vt si à me manumissus esset. 13. famil. 39
 De Statio manumisso, & nonnullis aliis rebus angor equidem, sed iam prorsus occallui. Att. lib. 2. 33. 5. a
 Adfuit serui de cognatorum sententia manumissi. pro Cael. 52. b
 Manumissio.
 Sed scire cupio quid habeat argumenti ista manumissio, in qua aut crimen Caelio quaesitum, aut quaestio subleuata. pro Caelio, 55. a
 Manumissionum genera tria. Topic. 6
 Manupretium.
 Tantum operis in ista locatione fuit, quantum paucae operae fabrorum mercedis tulerunt, & manupretium, machinae. 3. Verr. 104. Manupretium appellare videtur mercedem, non quae datur pro materia, sed quae artis debetur architecto.
 Prouincia tibi ista manupretium fuerit, non euersa per te, sed perditæ ciuitatis, &c. in Pison. 45
 Marathon.
 Rhetorum campus de Marathone. Offic. 13. b
 Marathonius.
 Taurus Marathonius. Tuscul. quaest. 219. b
 In Marathonia pugna cecidit Hyppias, Pifistrati filius. 9. ad Atticum, 37
 Marcellus.
 C. Marcellus Aferminus. 6. in Verr. 81
 C. Marcellus prouinciam Siciliae administravit. 5. in Verr. 34
 C. Marcellus in Verrem iudex. 1. in Verr. 8
 C. Marcellus à P. Sestio Capua pulsus. pro Sest. 6
 C. Marcelli officia in prouinciam Siciliam maxima. 6. in Verrem, 78
 C. Marcellus, L. Lentulo c o s s. bellum ciuile Caesaris ortum. 2. Philipp. 66
 M. Marcellus post M. Antonii praeturam, salutem Siciliae constituit. 4. Verrin. 5
 M. Marcellus, iudex in causa Quintii. pro Quint. 31
 M. Marcellus ter c o s s. periit in mari. in Pif. 34
 M. Marcellus Archimedes interfectum permolestè tulit. 6. in Verrem, 115
 M. Marcellus, pupilli Iunii tutor. 3. in Verr. 95
 Marcellus, secundo bello Punico. 2. de Nat. deor. 124
 De Marcelli interitu Caesarem purgat. 13. ad Att. 11
 Marcelli casus. 13. ad Att. 10
 Marcelli pater & filius, pro Antronio & P. Sylla deprecatores. pro Sylla, 14

Marcelli ad Nolam prælio pop. Rom. se primùm post Cannensem calamitatem erexit. Brut. 6
 Marcellum, cui maximè succensebat, restituit Cæsar. 6. fa. 23
 Marcellum Annibal interemit. 3. de Nat. deor. 59
 Marcellorum & Claudiorum patritiorum causa. 1. de Or. 86
 Marcellorum familiaris dignitas. 5. fam. 1. in epist. Q. Metelli.
 Marcellorum nomini tota prouincia adiuncta. 1. in Verr. 8
Marcellus.
 Marcellea festa Syracusis à Verre sublata. 4. in Verr. 36
Marcellini.
 Marcellini cum Marcellis sanguine coniuncti. 15. fam. 31
Marcus.
 M. Æmilius, princeps ciuitatis, in seditione à Norbano excitata, lapide percussus. 2. de Orat. 107
 M. Æmilius Lepidus Porcina orator & scriptor cuiusmodi. Brut. 48. 1. de Orat. 21
 M. Æmilius Philemon. 7. fam. 35
 M. Æmilius Scaurus fidei & mentis templa in Capitolio dedicauit. de Nat. deor. 2. 44
 M. Anneius Legatus meus. 13. fam. 75
 M. Anneius mihi Legatus in Cilicia. 15. fam. 13
 M. Antistio Purgeni à Lepido Censore equus ademptus. 2. de Orat. 158
 M. Antius Briso Trib. pleb. L. Cassio, legem tabellariam ferenti, diu restitit. Brut. 49
 M. Antonius ad omne dicendi genus aptus. Orat. 57
 M. Antonius iudicis, quàm concionibus, aptior. Brut. 85
 M. Antonius omnes oratores illustriores suæ ætatis & sæpe, & diligenter audiuit. 2. de Orat. 66
 M. Antonius in causis recipiendis facilis. Brut. 109
 M. Antonius, L. Crasso familiarissimus. 1. de Orat. 13
 M. Antonius quomodo Cæsari statum inscripserit. 12. fa. 6
 M. Antonius orator, Crassi familiaris. 1. de Orat. 13
 M. Antonius orator, Proconsul in Cilicia fuit. 1. de Orat. 40
 M. Antonius orator in suo genere perfectus. 3. de Orat. 10
 M. Antonius orator in causis meditando tres personas sustinebat. 2. de Orat. 57
 M. Antonius orationem suam probabiliorem fore putabat, si omnino nunquam didicisset putaretur. 2. de Orat. 3
 M. Antonius vnicum librum reliquit. Orat. 9
 M. Antonius à C. Trebonio seuocatus tum, cum Cæsar interfectus est. 10. fam. 60
 M. Antonius in dicendo testissimus. 2. de Orat. 163
 M. Antonii actio. Brut. 73
 M. Antonii caput pro Rosfris expositum. 3. de Orat. 6
 M. Antonii caput præcidi iussit Cinna, omnium eloquentissimi, quos ego audierim. Tusc. q. lib. 5. 40
 M. Antonii flagitia. 10. ad Att. 36
 M. Antonii genus dicendi, forte, vehemens, commotum in agendo, præmunitum, & ex omni parte causæ septum, acre, acutum, enucleatum, in vnaquaque re commorans, honestè cedens, acriter insequens, terrens, supplicans, summa orationis varietate, nulla nostrarum aurium fatietate. 3. de Orat. 19
 M. Antonii non insolentia, sed immanitas. 10. fam. 1
 M. Antonii literæ ad me de restitutione Sext. Clodii. 14. ad Atticum, 22
 M. Antonii summa memoria. Brut. 71. Eius verba cuiusmodi. Brut. 72
 Qui M. Antonii sectam secuti sunt, omnes iudicati hostes. ad Brutum, 7
 M. Antonii singularis in dicendo virtus. Brut. 71. & 113
 M. Antonii incredibilis quædam & propè singularis, & diuina vis ingenii. 1. de Orat. 83
 M. Antonii vox natura subrauca. Brut. 73
 M. Aquilius consul, ouans in Capitolium ascendit. 2. de Oratore, 105
 M. Attilius Regulus Consul iterum, in Aphrica ex insidiis captus. Offic. 3. 133
 M. Attilius Regulus vigilando necatus. Offic. 3. 136
 M. Attilius ad supplicium profectus est, vt hosti fidem datam conferuaret. Cat. 67
 M. Aurelius Scaurus, Latine eleganter loquutus. Brut. 69

M. Bibulus, quandiu Parthi in sua prouincia fuerunt, oppido munitissimo se tenuit. 12. fam. 45
 M. Bibulus & scriptitauit accuratè, cum præsertim non esset Orator, & egit multa constanter. Brut. 145
 M. Bibuli clades in Amano accepta. 5. ad Att. 40
 M. Brutus Seruium Sulpitium Sami de iure differentem audiuit. Brut. 80
 M. Brutus causam Deiotari regis ornatissimè defendit. de Clar. Oratorib. 11
 M. Brutus pater tres de iure ciuili libellos edidit. 2. de Oratore, 123
 M. Brutus, Iuriconsulti filius, accusationem factitauit. de Clar. Orat. 67
 M. Brutus, Appii Pulchri gener. 3. fam. 8
 M. Brutus Iuriconsultus. 7. fam. 39
 M. Brutus ex Asia ad me consolatoriam epistolam misit. Brut. 6
 M. Brutus Peripateticorum rationem sequutus. Brut. 62
 M. Bruti iudicium de optimo genere dicendi à me diuersum. 15. ad Attic. 4
 M. Bruti laus. 9. fam. 29
 M. Bruti in iure describendo ratio inepta. 2. de Orat. 77
 M. Bruti foror M. Lepido nupta. ad Brutum, 29
 M. Bucculeius, homo suo iudicio valde sapiens. 1. de Or. 87
 M. Cælius Intimilius à Cæsare cum quatuor cohortibus missus. 8. fam. 44
 M. Cælius Vicinianus. 8. fam. 9. in epist. Cælii.
 M. Cælio nemo contra ciuium perditorum popularem turbulentamque dementiam, à Senatu & à bonorum causa stetit constantius. Brut. 148
 M. Cælius Arpinas mihi necessarius. 13. fam. 24
 M. Callidius Q. Gallium accusauit me defendente. de Clar. Oratorib. 151
 M. Callidius motum animis adferre nesciuit. Brut. 151
 M. Callidius orator inter multos propè singularis. de Claris Oratorib. 149
 Pro M. Canuleio egerunt Cotta & Hortensius. Brut. 176
 M. Cassius, meus necessarius. 13. fam. 15
 M. Cato sapiens appellatus est, quia multarum rerum vsum habebat. Læl. 6
 M. Cato Censor, P. Claudio, L. Porcio c o s s. Brut. 30
 M. Cato c o s s. nouem annis post Cornelium Cethegum, P. Tuditanum, c o s s. Brut. 30
 M. Cato mihi supplicationem decreuit. 15. fam. 10
 M. Cato Milonis causam in Senatu defendit. 15. fam. 20
 M. Cato Græcas literas in senectute didicit. Academic. quæstion. edit. 1. libr. 2. 5
 M. Cato eloquens fuit. 1. de Orat. 108
 M. Cato, annos quinque & octoginta natus, excessit à vita. Brut. 39
 M. Cato quo anno mortuus est, acerrimam in Ser. Galbam orationem habuit. Brut. 39. & 45
 M. Cato, Q. Galbæ grauis inimicus. 1. de Orat. 115
 M. Cato, filium summo ingenio & virtute perdidit. 4. fam. 21
 M. Cato princeps. 3. de Nat. deor. 8
 M. Cato sine ornatu historiam scripsit. 2. de Orat. 29
 M. Cato in ipsa curia legere solitus est sæpe, dum Senatus congeretur. de Finib. lib. 3. 6
 M. Catonis orationes non minus multæ, quàm Lyfiæ. Brut. 31. Centum quinquaginta. 32
 M. Catoni amatores defunt. Brut. 33
 Quid enim M. Catoni, præter hanc politissimam doctrinam transmarinam atque aduentitiam defuit? 3. de Orat. 74
 In M. Catone fuit inexhausta aueritas legendi. de Fin. lib. 3. 5
 M. Catone quis grauior in laudando: acerbius in vituperando: in sententiis argutior: in docendo edisserendoque subtilior? Brut. 32
 M. Cethegum Suadæ medullam dixit Ennius. Cat. 46
 M. Cincius legem de donis & muneribus tulit. 2. de Oratore, 158
 M. Claudius à Consulatus repulsa postulatus ambitus. 8. fam. 8. in epist. Cælii.
 M. Coponius. 1. de Orat. 87

M. Cornelius Cethegus, bello Punico secundo c o s s. cum P. Tuditano. Brut. 29
 M. Cornelius Cethegus, orator. Brut. 18. Idem flos delibatus populi & Suadæ medulla. 9
 M. Crassus, Hortensii æqualis. Brut. 123
 M. Crassus negabat vllam satis magnam pecuniam esse ei, qui in Repub. princeps vellet esse, cuius fructibus exercitum alere non posset. Offic. 1. 37
 M. Crassus dicere solitus est, neminem esse diuitem, nisi qui exercitum alere posset suis fructibus. Parad. 57
 M. Crassus, Publio filio interfecto, exercitumque deletum, trans Euphratem cum ignominia & dedecore periiit. Diuinat. lib. 2. 17
 M. Crassus Prætor. 1. de Orat. 81
 M. Crassus erat furdaster. Tusc. q. lib. 5. 83
 In M. Crassi oratione sermo latinus erat, verba non abiecta, res compositæ diligenter, nullus flos tamen, neque lumè vllum, animi magna, vocis parua contentio, &c. Brut. 125
 M. Curius, quum de Sabinis, de Samnitibus, de Pyrrho triumphasset, in vita rustica cõsumpsit extremum temporis ætatis. Cat. 50
 M. Curius Trib. pl. Appio Cæco interregi disertio homini, comitia contra leges habenti, restitit. Brut. 27
 M. Curius & T. Coruncanus coniunctissimi inter se. Læl. 37
 M. Curius causa clarissima. 1. de Orat. 87
 M. Curtius seuerè nos accusat. 14. ad Att. 11
 M. Drusus, M. Bruti magnus auunculus, qualis orator. Brutus, 117
 M. Drusus, C. F. vir & autoritate & oratione grauis, Trib. pl. C. Gracchum collegam iterum Tribunum fecit. Bru. 56
 M. Drusus patritius orator. Brut. 95
 M. Drusus Prætor vrbanus. 2. ad Heren. 52
 M. Duronius M. Antonium Censorem de ambitu postulauit. 2. de Orat. 152
 M. Eppius senator. 8. ad Att. 31
 M. Fabius vir doctus, mihi familiaris. 2. fam. 25
 M. Fabii Galli liber Cato inscriptus. 7. fam. 45
 M. Faucius Arpinas eques Rom. 13. fam. 23
 M. Fauonius in sententiis dicendis magnæ libertatis. 4. ad Att. 44
 M. Fetidius eques Romanus. 8. fam. 18
 M. Flaccus Scipioni Nasicæ iudices tulit. 2. de Orat. 157
 M. Fuluius Flaccus, & C. Cato, Africani filius, mediocres oratores. Brut. 55
 M. Fuluius Nobilior damnatus. 4. ad Att. 47
 M. Furius Flaccus eques Rom. homo nequam. 2. ad Quint. frat. 22
 M. Glabrimonem bene institutum aui Scæuolæ diligentia, forsors ipsius natura negligensque tardauerat. Brut. 128
 M. Gratidius accusauit C. Fimbriam, M. Marii Gratidiani patrem. Brut. 87
 M. Gratidii eloquentia. Brut. 87
 M. Gratidii interitus. Brut. 87
 M. Gratidiani lis cum Sergio Orata pro ædibus emptis. 1. de Orat. 87
 M. Herennius, mediocris orator, L. Philippum in consulatus petitione superauit. Brut. 86
 M. Iunius sodalis pluribus verbis scripsit ad patrem suum de potestate & iure magistratum, peritè meo iudicio, & diligenter. 3. de Leg. 41
 M. Lenius Flaccus periculum capitis pro mea salute neglexit. 14. fam. 10
 M. Lepidus, L. Orestes, c o s s. Brut. 56
 M. Lepidus c o s s. M. Antium Brissonem Trib. pleb. aduersus legem tabellariam L. Cassii adiuit. Brut. 49
 M. Lepidus C. Cassii affinis. 12. fam. 15. & 8. ad Att. 2
 M. Lepidus homo ventosissimus. 11. fa. 15. in epist. D. Bruti.
 M. Lepidi iocus falsissimus. 2. de Orat. 158
 M. Lepidi vxor, M. Bruti foror. ad Brut. 29. in epist. Bruti.
 M. Manilius, L. Martius, c o s s. Brut. 30
 M. Manilius transuerso foro ambulabat. 3. de Orat. 73
 M. Manilius iuriconsul. 1. de Orat. 106. 7. fam. 39
 M. Manilius prudenter latine loquebatur. Brut. 55

M. Manlius perindulgens in patrem, idem acerbè seuerus in filium fuit. Offic. 3. 154
 M. Marcellus, Ser. Sulpitius c o s s. 8. fam. 21. in epist. Cælii.
 M. Marcellus Cratippum audiuit. Brut. 135
 M. Marcellus quinquies Consul, idem imperator, idem augur optimus. Diuin. lib. 2. 60
 M. Marcellus, Philippo cõsule, ædilis curulis fuit. 1. de Oratore, 30
 M. Marcellus, qui ter Consul fuit, naufragio periit. Diuinat. lib. 2. 11
 M. Marcellus, Æterni pater, quis orator. Brut. 70
 M. Marcellus quantus in oratoria facultate. Brut. 134
 M. Marcellus renouauit templum Honoris. de Nat. d. 2. 44
 M. Marcellus, si quando rem agere volebat, ne impediretur auspiciis, leætica operta facere iter solebat. Diuin. lib. 2. 62
 M. Marcelli acerbitatem accusauit Cæsar. 4. fam. 12
 M. Marcelli interitum ne crudelissimus quidem hostis honore sepulturæ carere passus est. Cat. 68
 M. Marcelli mors. 4. fam. 36. in epist. Seru. Sulpitii.
 M. Marcelli restitutionis occasio. 4. fam. 12
 M. Marcello, cui inimici pepercerant, amicus mortem attulit. 4. fam. 37. in epist. Sulpitii.
 M. Marius turbulentis concionibus aptus. Brut. 118
 M. Messala quis orator. Brut. 133
 M. Messalæ Consul laus. 1. ad Att. 32
 M. Mindius. 5. fam. 55
 M. Nobilior c o s s. Ennium in Ætoliæ duxit. Tusc. quæst. lib. 1. 3
 M. Octavius Cn. F. 3. fam. 7
 M. Octavius, Cn. Filius, tantum dicendo valuit, vt Frumentariam legem Semproniam populi suffragiis abrogarit. Brut. 118
 M. Octavius, vir constantissimus, iniuria accepta, T. Gracchum patientia fregit. Brut. 48
 De M. Octauio deserentem sitellam Ti. Gracchum videre videor. de Nat. d. 1. 75
 M. Oppius quid mihi suaferit, dubitanti an ad Pompeium proficiscerer. 11. fam. 51
 M. Orsius Atellanus, eques Rom. 2. ad Q. frat. 32
 M. Paetius hospes Pomponii. 4. ad Att. 40
 M. Pennus, M. Bruti gætilis, facile in tribunatu C. Gracchum agitauit. Brut. 56
 M. Perpenna. 2. de Orat. 145
 M. Pinnarius Rusca legem annalem tulit dissuadente M. Seruilio. 2. de Orat. 145
 M. Piso adolescens, philosophiæ deditus. 1. de Orat. 52
 M. Piso, Hortensii æqualis. Brut. 123
 M. Piso si adesset, nullius philosophiæ, earum quidem quæ in honore sunt, vacaret locus. de Nat. d. 1. 12
 M. Piso cuiusmodi orator. Brut. 126
 M. Pontidius Arpinas in dicendo iracundus. Brut. 132
 M. Popilius c o s s. flamen Carmentalis, lana amictus, in concionem veniens, plebis seditionem tum autoritate tum oratione sedauit. Brut. 27
 M. Regulus, meus familiaris. 3. ad Att. 28
 M. Scaptius. 6. ad Att. 33
 M. Scaurus c o s s. des. à P. Rutilio ambitus postulatus & absolutus, accusatorem suum eiusdem criminis postulauit. Brut. 58
 M. Scaurus in multis causis versatus, summi oratoris laudè non habuit. Brut. 56
 In M. Scauri oratione sapientis hominis & recti grauitas summa, & naturalis quædam inerat autoritas, non vt causam, sed vt testimonium dicere putares, cum pro reo diceret. Brut. 57
 Cyri vita & disciplina M. Scauri laudibus non anteponebatur. Brut. 58
 M. Scipio Maluginensis. 2. de Orat. 144
 M. Seruilius legem annalem dissuasit. 2. de Orat. 145
 M. Seruilius Trib. pl. post C. Cæsaris mortem. 12. fam. 12
 M. Tetius Damio. 4. ad Att. 14
 M. Tuccius à C. Sempronio Rufo, quem accusarat, accusatus. 8. fam. 18. in epist. Cælii.

M. Tuditanus, C. Claudius, Cæci F. c o s s. Brut. 36
 M. Tullius patricius c o s. cum Seru. Sulpitio anno decimo post reges exactos. Brut. 31
 M. Tullius quidam P. Sestium de vi postulauit. 2. ad Quint. frat. 10
 M. Tullius, scriba meus. 5. fam. 54
 M. Valerius, quia vrbis discordias sedasset, primum omnium maximus appellatus est. Brut. 26
 M. Valerius dictator plebem, quæ sacrum montem occuparat, sedauit. Brut. 26
 M. Valerius Coruinus ad centesimum annum vitam produxit, quum esset exacta iam ætate in agris, eosque cole-ret. Cat. 56
 M. Varifidius eques Rom. 10. fam. 13
 M. Varro diligentissimus inuestigator antiquitatis. Brut. 30
 M. Varro homo πολυγραφώτατος. 13. ad Att. 18
 Velim M. Varronis & Lollii mittas laudationem. Lollii utique: nam illam legi: volo tamen regutare: quædam enim vix mihi credo legisse. 13. ad Att. 62
 M. Vigellius Stoicus, Crassi familiaris, cum Pat. a. vixit. 3. de Orat. 44
 M. Virgilius Trib. pleb. L. Syllæ Imperatori diem dixit. Brutus, 93

Mare.

Mare cæruleum, quale apparet meridie. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 96
 Mare quando à sole collucet, albescit & vibrat. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 96
 Mare conglobatur vndique æqualiter, neque redundat vnamquam, neque effunditur. 1. de Nat. d. 88
 Mare clausum. 2. ad Q. frat. 21
 Mare difficile. 16. fam. 11
 Mare manè flauum. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 96
 Mare infestum habebimus. 9. ad Att. 71
 Mare inflatum. Diuin. lib. 1. 11
 Illæ vndæ comitorum vt mare profundum & immensum sic effluunt quodam quasi æstu, vt ad alios accedant, ab aliis recedant. pro Planc. 12
 Mare Fauonio nascente purpureum videtur. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 96
 Superum mare Ionium. de Orat. 149. b
 Iter ad mare superum. ad Att. 133. b
 Vt mare quod sua natura tranquillum sit, ventorum vi agitari atque flubari: sic, &c. pro Cluent. 109. a
 Cum mare vastissimum hyeme transibis. in Pis. 45
 Mare atque venti, res violentissimæ. 2. de Nat. d. 115
 Nostri duces mare ingredientibus, immolare hostiam fluctibus consueuerunt. 3. de Nat. d. 36
 In hunc tu igitur, tanquam in mare, quod est ventis subiectum, perturbationes cadere tibi dixisti videri. Tusc. q. lib. 4. 46
 Qui mare teneat, eum necesse rerum potiri. 10. ad Att. 21
 Terra marique conquerere. 5. epist. 9. 4. a
 Mari expiari putabantur omnia quæ violata erant. pro Ros. Amer. 43
 Bellæ quæ in mari rubro, Indiæve gignuntur. 1. de Natura deor. 68
 Tanquam ratis in mari immenso nostrâ vehitur oratio. 1. Tusc. q. 60
 Infero mari nobis incerto cursu hyeme maxima nauigandum est. ad Att. lib. 9. 7
 Cælum, ignes, terræ, maria, naturæ omnes, parent diuino numini. de Nat. d. 1. 17
 Maria ventis agitata tepescunt. de Nat. d. 2. 20
 Vnde terra & quibus librata ponderibus, quibus cauernis maria sustineantur. Tusc. q. 2. 41. b
 Maria transire. Orat. 81

Marinus.

Marini & maritimi æstus. de Diuin. 115. b
 Probabile est igitur præstantem intelligentiam in sideribus esse, quæ & ætheream partem mundi incolant, & marinis terrenisque humoribus longo interuallo extenuatis alantur. 2. de Nat. d. 61. a

Maritimus Triton pingitur natantibus inuehens beluis. de Nat. d. 1. 54
 Quod multas naues in omnem maritimam diuisit. &c. 5. Tusc. q. 57. a
 Quod extremum est, te in Arpinati videbimus, & hospitio agresti accipiemus, quoniam maritimum hoc contempnisti. ad Att. lib. 2. 31. 9. a
 Maritimi æstus vel Hispanienses, vel Britannici. 3. de Nat. deor. 17. a
 Æstus maritimi, fretorumque angustia ortu aut obitu lunæ commouentur. de Nat. d. 2. 15
 Æstus maritimi multum accedentes & recedentes. de Nat. deor. 51. b
 Maritimi cursus incredibili celeritate. 2. de Nat. d. 111
 Loci maritimi. Part. 233. b
 Nisi forte maritimæ nuptiæ terrenis anteponuntur. 3. de Nat. d. 32
 Insula, quæ vndique exitus maritimos habet. in Verrem, Tamen homines maritimos non planè reformidat. 7. in Verr. 55. a
 In maritimis sum. 2. fam. 30

Margarita.

Negò vllam gemmam aut margaritam fuisse, quin abstulerit. 6. Verr. 1. a
 Ornatus margaritarum insignis. in Orat. 43. a

Marianus.

Quid ergo ait Marianus Trib. pleb. qui nos Syllanos in inuidiam rapit. 3. de Lege Agr. 5. a
 Mariana quercus dicatur de fratris mei Mario. 1. de Leg. 1

Maritus.

Multò maximè requiretis, & tu vt maritus sis quàm optimæ mulieris, & hæc vt quamoptimo viro nupta sit. de Inuen. 53. b
 Maritum appellas, vt verba etiam singas, non solum crimina. pro Planc. 269. b
 Chariorem huic sororis maritum quàm filium fuisse. pro Rab. perduel. reo. 5. a
 Vigilare ad insidiandum fomno maritorum. 1. in Cat. 19. a

Marius.

Marius an rectè arma contra patriam tulerit. 9. ad Att. 37
 Marius meus. 1. de Leg. 1
 Marius duabus acceptis Ædilitatis repulsis, septies Consul est factus. pro Planc. 41
 Cur Marius tam fœliciter septimum Cõsul domi suæ senex est mortuus. 3. de Nat. d. 60
 Marius Cratidianus. 1. de Orat. 87
 Marius durior ad studia poetica. pro Arch. 15
 Marius, filius Gratidii, fluctus in Ægæo excitauit mari, quos pater eius Gratidius in simpulo excitauerat. 3. de Legibus, 32
 Marius c o s. C. Glauciam Prætorem occidit. in Catil. 60
 Marius in iracundia perseuerans. 11. Philipp. 289
 Marius multis laboribus & inimicitis ad honores peruenit. 7. in Verr. 142
 Marius plenus inimicorum. de prou. Conf. 15
 Marius diuinus vir ad salutem Romani imperii natus. pro Sest. 41
 Mario dirus ille dies Sullanus. 10. ad Att. 24
 C. Marius, pater patriæ. pro C. Rab. 20
 C. Marius se armis ab exilio reuocauit. post reditum ad Quirites, 5
 C. Marii calamitas. post reditum ad Quiri. 16. Fortuna. in Pis. 33. Laus. in Catil. 93. & pro Corn. Balb. 36. Vis & virtus in re militari. 7. in Verr. 11. Ei multi inuidebant. pro Sylla, 17
 L. Marius hostis à Senatu iudicatus. 3. in Verr. 61

Marmor.

Ennius in sepulchro Scipionum putatur esse constitutus è marmore, at is laudibus, &c. pro Arch. 190. b
 Eius simulachrum è marmore in sepulchro positum fuit. pro Domo sua, 86

Cato minutis interrogatiunculis, quasi punctis, quod proposuit, efficit. in Parad. 3. a

Literulis minutis argenteis nomē Myronis erat inscriptum. 6. Verrinarum, 83. a

Concisus numeris minutis Thrasymachus. de Claris Orat. 191. & de Orat. 200. b

Hæc autem vniuersa concidunt etiam minutius. de Finibus, 108. b. Acad. quaest. edit. 1. lib. 2. 40

Grandia minutè dicere. de Orat. 208. b

Non ita tractantur vt debent, sed aliquanto minutius. de Finib. lib. 4. 6

Minutatim.

Quod genus minime in philosophia probari solet, quum aliquid minutatim & gradatim additur aut demitur. Academic. quaest. edit. 1. lib. 2. 46

Minutatim ex communibus proprii, ex fucosis firmi suffragatores euadunt. de Petit. Consul. 13

Sed nulla omnino in re minutatim interroganti, diues pauper, clarus obscurus sit, & c. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 84

Minutatim præbere. 16. ad Att. 2

Minus, Minusculus, Vide Paruus.

Minutius.

Q. Minutius, eques Rom. 4. in Verr. 48

Minutia gens. 3. in Verr. 80

Minutia porticus. 2. Philipp. 89

Minutia via. 9. ad Attic. 12

Minutia nauigia. 16. ad Att. 1

Mirabilis, Mirabilitas, Mirabiliter, Miracula, Miratio, Mire, Mirifice, Mirificus, Mirus, Vide post Miror.

Mirmillo.

Etiamne ab hoc Mirmillone Asiatico Senatus mandata, legatorum verba audientur? 6. Philipp. 210. a. & 5. 178. a

Miror.

Atque ego hunc non miror. quid enim faciat: at illos homines sapientissimos miror, & c. de Arusp. resp. 254. b

Quæquam miror in illa superbia & importunitate, si quæquam habere potuit. de Amicit. 49. a. i. nescio an potuerit.

Miror quid causæ fuerit, quare consilium mutaris. Att. 130. b

Miror quid hæc ad te pertineant. Orat. 197. b

Miror quid in mentem venerit Theophrasto, in eo libro, & c. Offic. 44. b

Miror quid sit, quod, & c. pro Sext. Rosc. 18. b

Miror te ad me nihil scribere. Att. 130. b

Causarum enim ignoratio in re noua mirationem facit: eadem ignoratio si in rebus vñtatis est, non miramur. 2. de Diuinat. 73. a

In his infinitis sumptibus nihil homines magnopere mirantur. Offic. 45. b

Id mehercule, inquit Catulus admirans, illud iam mirari desino, quod multo magis antè mirabar, hunc cum nesciret, in dicendo posse tantum. de Orat. 113. b

Mirabar quid esset quod tu intermississes. 7. famil. 12. Id est, mirabar quam obrem tu intermississes.

Qui quum ab eo plurimum dissentiret, vnum tamen præter ceteros mirabatur. 1. Acad. 67. a

Mirabor si id non feceris. 3. ad Att. 2

Nō dubito quin mirere, atque etiam stomachere. Att. 264. b

Sed ne miremini qua ratione, & c. in Vat. 135. b

Nimium forsitan hæc illi mirentur atque efferant. 6. Verrinarum, 110. a

Sed tamen ne miraretur, cur idem iterum facerem, hoc causa sumpsi, quod ex te ipso coram antea nihil potuissim cognoscere. Att. 244. b

Si quis fortè miratur, me, & c. is si cognosceret, & c. putabit, & c. in Verrem, 55. b

Cum puerorum formas magno hic opere miraretur. de Inuent. 62. b

Cum miraretur ille quidem vtrunque, alterum autem etiam amaret. lib. 1. de Finib. 13

Quamobrem mirari desinamus, quæ causa sit eloquentium paucitatis. de Orat. 86. b

Mirari licet quæ sint animaduersa à medicis herbarum genera. de Diuinat. 82. b

Mirari satis hominis negligentiam non queo. 10. ad Att. 16

Mirari satis non possum vnde, & c. 1. de Nat. deor. 131. a

Quod mirari non possum in eis qui nihil scripserunt. de Cl. Oratorib. 172. b

Enimvero, inquit Crassus, mirari satis non queo, etiam te, & c. de Orat. 98. b

Cato mirari se dicebat, quod nō rideret aruspex, aruspicem cum vidisset. de Diuin. 119. b

Soleo mirari de nescio queis H. S. X. X. Att. 165. & 169. b

Dicebant mirari solitum C. Fabritium, quod quum apud regem Pyrrhum legatus esset, audisset à Thesalo Cynea Athenis quendam esse qui se sapientem profiteretur. de Senectute, 39. a

Miradum verò est, homines eos, quibus odio sunt nostræ seculares, & c. libenter arripere facultatem lædendi, quæ datur. pro Flac. 14. a

In enodandis nominibus, quod mirandum sit laboratis. de Nat. deor. 72. b

Sed mirandū in modū est animo abalienato. Att. lib. 1. 13. a

Mirandum enim in modum Cn. nofter Syllani regni similitudinem concupiuit. 1. ad Att. 7

Quoniam miradum in modum Græci rebus istis, quas nos contemnimus, delectantur. 6. Verr. 118. a

Marcellum tuum Consulē factum, teque ea lætitia affectum esse quam maximè optasti, miradum in modum gaudeo. Marcello, lib. 15. 9. 1. a

Mirandum in modum lætati sunt. pro Planc. 15. a

Opus inges, in mirandā altitudinē depressum. in Ver. 249. b

Quæ minime mihi miranda acciderunt. epist. 40. b

Mirus.

Mirus homo. 3. ad Att. 30

De pantheris agitur, & c. sed mira paucitas est. epist. 24. b

Me mirum deyderium tenet vrbis, incredibile meorum. epistoliarum, 24. b

Minimè mirum est. 6. Verr. 91. a

Ab iis qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, longè dissentimus: nec mirum: nihil enim altum, nihil magnificum, & c. de Amicit. 31. a. 16. ad Att. 24

Ne illam quidem prætermisisti Lucullè reprehensionem Antiochi: nec mirum. Acad. quaest. ed. 1. lib. 2. 58

Nec mirum omnibus, & c. in Ver. 135. b

Nec mirum, qui, & c. quippe qui, & c. pro Sext. Rosc. 26. b

Nec mirum si hoc vobis ridiculum videtur, & c. de Arusp. resp. 545. b

Neque enim mirum si aliquid non animaduertat. pro Sext. Rosc. 22. b

Mirum nemini videri debeat si desiderem. 5. famil. 12. pro quod desiderem.

Mirum ni cantem. 2. de Orat. 154

Sales qui in dicendo mirum quantum valent. Orat. 204. b

Hoc igitur mirum quiddam valet. de Orat. 125. b

Mihi mirum videtur, vnde tu inueneris, & c. de Orat. 161. b

Per mihi visum est mirum, te, & c. de Orat. 103. b

Mire.

Puero municipia mire fauent. ad Att. a

Miratio.

Causarum ignoratio in re noua mirationem facit. 2. de Diuinatione, 73. a

Mirificus.

Mirificus enim generis ac nominis vestri fuit erga me semper animus. ad Marcellum, lib. 15. 10. 1. a

Lepta nofter mirificus. Att. 77. b

Mirifica improbitas est in quibusdam. 6. famil. 40

Cæsaris verò pueri mirifica in dolo virtutis. ad Brutum, lib. 3. 1. a. Att. lib. 14. 309. 3. a

Cato conuictum Pisoni mirificum fecit. Att. 9. b

Mirificum ciuem agis. 8. famil. 48. in epist. Cælii.

Mirificum me tibi comitem præbuissem. ad Lentulum, lib. 1. 9. 7. a

Sed te mirificam in latebram coniecisti. de Diuin. 117. b

Mirificamque cepi voluptatem. epist. 43. b

Spektor pugnarum mirificarum. Att. 10. b

Artes in omni ætate culturæ, quum diu multumque vixeris, mirificas afferunt fructus, & c. de Senect. 8

Mirificas gratias egit, prorsus incredibiles. 13. famil. 85

Mirifice.

Mirificè & magna & honesta sunt. de Petit. Consul. 22

Quas mirificè Plato erat amplexatus. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 24

Hi de omnibus rebus mirificè congruunt. de Legib. 169. b

Mirificè contemnit. de Nat. deor. 1. 50

Ac iam tum erat adolescētulus his studiis mirificè deditus. 1. de Orat. 30. a

Delectabatur autem mirificè lectione librorum. Acad. quaestio. edit. 1. lib. 2. 5

Mirificè Cerelia, studio videlicet philosophiæ flagrans, describit à tuis. 13. ad Att. 25. Id est, miro studio & diligentia.

Te mirificè ab eo diligi intelligebam. de Nat. deor. 13. b

Tantum doleo, ac mirificè quidem. ad Att. 33. b

Mirificè perfrui otio tibi licuit. 7. famil. 1

Atque hæc ostentorum genera mirabile nihil habent. de Diuinat. 12. b

Mirabile videtur, quod non rideat aruspex. de Nat. d. 1. 49

Sed mirabilem in modum Ephesi præsto fuit. Att. lib. 5. 100. 1. a

Quo magis sunt Herodotus, Thucydidesque mirabiles, qui, &c. Orat. 200. b

Hæc non modo mirabilia sunt, sed prodigiis similia. pro Ligario, 138. b

Mirabilia Stoicorum, quæ *ἄλογα* nominantur. Academ. quæst. edit. 1. lib. 2. 126

Nam quibusdam quos audio sapietes fuisse habitos in Græcia, placuisse opinor mirabilia quædam. de Amicit. 42

Quare ex multis mirabilibus exemplis haud facile quis dixerit hoc exemplo aut laudabilius, aut præstâtius. 1. Off. a

Mirabiliter.

Satisfactæ immortalitati laudum tuarum mirabiliter cupit. ad Cæsa. lib. 13. 17. 8. a

Mirabiliter me excruciat. 10. ad Att. 9

Mirabiliter excellere re aliqua. ad Brut. 33

Mirabiliter mi Brute lætor, mea consilia, meaque sententias à te probari. Bruto, lib. 11. 14. 1. a

Mirabiliter de te & loquuntur & sentiunt. 4. famil. 42

Mirabiliter enim morosus est. ad Att. 39. b

Qui mirabiliter & magnificentius augere posset atque ornare quæ vellet. de Orat. 92. b

Mirabilitas.

Ergo & hæc animi desipientia mirabilitatem magnam facit. 2. Offic. 53. a

Miracula.

Portenta & miracula non differentium philosophorum, sed somniantium. de Nat. deor. 1. 14

Vt in hominum vniuersi genus, quod accepimus de Timone, qui *ἠνία* appellatur, ut inhospitalitas est. 4. Tuscul. 38. a

Misceo.

Pompeius abest: Appius miscet, Hirrus parat. ad Q. frat. lib. 3. 38

Qui tanquam si offusa Reipub. sempiterna nox esset, ita ruebant in tenebris, omniaque miscebant. pro R. Amer. 55. a

Omnia infima summis paria fecit, turbauit, miscuit. 3. de Legibus, 29. a

Quibus ille septus omnia misceret, nulli parceret, sibi viuere. ad Octauium, 48

Qui iniquis imperiis Rempub. miscerent. contra Rull. 84. b

Cuius animum ita cum suo misceat, ut efficiat penè vnum ex duobus. Læli. 69

Dico ergo in eadè voluptate eum qui alteri misceat mulsam, ipse non sitiens, & cum qui illud sitiens bibat. 2. de Fin. 14

Vt aut cum matre corpus miscere videamur, aut, &c. de Diuinat. lib. 1. 56

Miscere & turbare omnia. de Arusp. 254. b

Iniquis imperiis Rempub. miscere. 2. de Leg. Agrar. 89. a

Nec verò finis bonorum & malorum, qui simplex esse debet, ex dissimilibus rebus misceri & temperari potest. 3. Off. 164

Ea misceri, parari, impendere Reipub. 5. famil. 45

Ego magnum in Repub. furorem, & noua quædam misceri, & concitari mala iam pridem videbam. 4. in Catil. 78. a

Quos autem numeros cum quibus tæquam purpuram misceri oporteat, dicendum est. Orat. 216. b

Parentalia cum supplicationibus misceri. in Ant. 155. b

Sortes Fortunæ monitu pueri manu miscentur atque ducuntur. 2. de Diuin. 129. a

Maior mihi moles, maius miscendum est malum. 3. de Or. 121. a

In perpetua oratione hi sunt inter se miscendi & temperandi pedes. Orat. 210. b

Mistus, siue Mixtus.

Mixtus amor voluptate & molestia. de Vniuers. 55

Nec ille fufus & candore mistus rubor, sanguis est, sed quædam sanguinis similitudo. 1. de Nat. deor. 101. a

Sic est in creatione mista modestiæ grauitas. 2. Offic. 69

Mistus genus ex ciuitatibus, &c. pro Leg. Manil. 19. a

Quædam genus sanè varium & mixtum & turbulentum. 2. in Catil. 41

Si ea mixta ex dissimilibus erunt. Tuscul. quæst. lib. 5. 65

Misenum.

Misenum, M. Antonii oratoris villa. 2. de Orat. 33

Misenum, villa, Antonio cum quibusdam aliis communis. 2. Philipp. 64

Miser.

Nihil tam miserabile, quàm ex beato miser. Parad. 234. b

Miser atque infœlix. pro Quint. 17. b

Ærumnosus, infœlix, miser. in Parad. 17. a

Quo quidem etiam magis sum non dicam miser (natura quidem abhorret à virtute verbi) sed certè exercitus. pro Plancio, 64

Nec enim potest esse quisquam miser sensu perempto. Tuscul. quæst. lib. 1. 74

Misera & calamitosa res. pro Rosc. Amer. 46. a

Res misera vndique. 10. ad Att. 39

Miserum id solum esse quod turpe sit. 8. ad Att. 20

Miserum spectaculum. 7. Verr. 78. a

Misera multumque iactatæ fortunæ portum ac perfugium futurum hunc locum spero. pro Cluent. 4. a

Quem ego miserum miserè perdidit. 3. ad Att. 41

In vita turpi & misera commorari. Q. fratri, lib. 1. 3. 10. a

Et quum miseri animi essent, quod plerisque contingeret, tum dei partem esse miseram. de Nat. deor. 1. 21

Hæc mihi videntur misera atque miseranda. de Claris Oratorib. 120. b

Defensione miserorum, odio improborum. 6. Verr. 73. a

Miserorum fortunam non insectari. ad Brutum, 9. in epist. Bruti.

Miseros interdum ciues optime de Repub. meritos. pro Milone, 47. a

Laboriosos, non miseros, qui magnos dolores perferunt, solemus dicere. 11. Philipp. 294. a

Ego miseris & laborantibus nihil negare possum. pro Pl. 68

Miserius stultitia quid possumus dicere. de Nat. deor. 1. 17

Nihil fieri potest miserius, nihil perditius, nihil fœdus. ad Atticum, 275. b

Cur vnus tu Apollonienfes miseriore habes, quàm aut Mithridates, aut etiam pater tuus habuerit vnquam? pro Flacco, 161. b

Nam si Cn. Pompeio, &c. miserrimū magis fuit, quàm turpe, &c. de Arusp. respon. 46

Miserrimum miseriarum. Att. lib. 3. 7

Miserrimam te habui. 14. famil. 16

Misellus.

Sed certè quoquomodo res se habebit, illius misellæ & matrimonio & famæ seruiendum est. ad Terentiam, lib. 14. 11

Meum Ciceronem, cui nihil misello relinquo præter inuidiam & ignominiam nominis mei, tuere quoad poteris. ad Atticum, lib. 3. 65. 9. a

Miserè.

Tua me inuidia, ac non ego te miserè perdidit. Q. fratri, lib. 1. 3. 1. a

Neque commoueri eius desyderio possum, qui tam miserè perit. a

Quæ nihil valerēt ad beatè miserè viuendū. 3. de Fin. 78. a

Eas ego, quoad sciremus, vtrum turpi pace nobis, an miserè bello esset nobis vtendum, in Formiano esse volui. de Finibus, 100. b

Miserè noluit legionē mihi tradere. 12. famil. 20. in ep. Cassii.

Miseria.

Vbi est virtus, ibi esse miseria & ærumna non potest. de Finibus, 147. b

Miseria voluntaria. Tuscul. quæst. lib. 3. 29

Miseriæ aliquid sua culpa sibi quæreret. de Vniuers. 59

In miseria nascimur sempiternam. Tuscul. quæst. lib. 1. 8

Stoici omnia cum superstuitiosa sollicitudine & miseria credunt. de Diuin. 126. b

Ita qui processit aliquatulum ad virtutis aditum, nihilo minus in miseria est, quæ ille qui nihil processit. 3. de Fin. 74. a

Te miseriæ, te ærumnæ premunt omnes. Parad. 21. a

Miseriæ luctu afflicta. 3. ad Att. 11

Miseriis & calamitatibus alicuius opem ferre. 2. de Diu. 130. a

Gentes nostras flebunt miseras. 2. Tuscul. 35. a

Miseras hominum morte, aut dolore corporis, aut luctu animi, aut offensione iudicii ponderamus. 2. de Legib. 42

Quorum si vtrumuis persuasisset, in has miseras nunquam incidissemus. 2. Philipp. 46. a

Ex miseriis aliorum leuis consolatio. 6. famil. 9

In meis miseriis & calamitatibus aliquam ferte opem. Tuscul. quæst. 196. b

In miseriis vir fortis esse non potest. 1. de Orat. 114. 3. in Verrem, 87

Quibus in miseriis, vna est pro omnibus, quod, &c. 11. ad Atticum, 21

Miseriis plena nox. 16. famil. 20

Misereor.

Misere mini eius qui non de suo peccato, sed huius summi & clarissimi viri factus: non de aliquo crimine, sed de periculo suo, de publico iure disceptat. pro Corn. Balbo, 51. a

Audite quæso iudices, & aliquando misere mini sociorum. Tuscul. quæst. 213. & in Verr. 90. b

Ac vestri miserebor, quibus nec ætas, neque honores, neque virtus aliena dulcedinem viuendi minuere potuerit. Brutus ad Ciceronem, 16. 15. a

Misere nobis. ad Heren. 40. b

Cur misereare potius, quàm feras opem, si id facere possis? Tuscul. quæst. lib. 4. 45

Vt maioribus assurgatur, ut supplicum misereatur. 1. de Inuent. 64. a

Et tamen postulat ut sui misereantur. ad Heren. 5. b

Vsq. eod, ut ego miserer eius esuriei. Cælius Ciceroni, lib. 8. 1. 11. a

In quem igitur cadit misereri, in eundem etiam inuidere. Tuscul. quæst. lib. 3. 18

Nec eam minus diligere debes, sed misereri potius. epistol. larum, 54. b

Qui misereri mei debent, non desinunt inuidere. Att. 57. b

Miseret.

Mea mater tui me miseret, mei piget. de Diuin. 94. b. in Antonium, 177. b

Eorum nos magis miseret, qui nostram misericordiam non requirunt, quàm qui illam efflagitant. pro Mil. 119. b

Neque te mei miseret. 1. Tuscul. 169. a

Cave te fratrum pro fratris salute obsecrantium misereat. pro Ligario, 8. a

Miseror.

Vt non queam fatis, neque communem omnium nostrum conditionem, neque huius euentum fortunamque miserari. pro Mur. 51. a

Quare quid inuidendum Murenæ, aut cuiquam nostrum sit in hoc præclaro consulatu, non video: quæ miseranda sunt, vos perspicere potestis. pro Mur. 79. a

Misericors.

Supplex, mansuetus, & misericors. ad Heren. lib. 2. 59. a

Mitis & misericors animus auditoris. 1. de Inuent. 117. a

Vir bonus, fortis & misericors. pro Sest. 41. b

Honestum & misericors mendacium. pro Lig. 9

Nec misericordem iudicem esse oportere. 4. de Finib. 38. a

Cum etiam hi, quibus ipse ignouisti, nolint te in alios esse misericordem. pro Lig. 139. b

Aliquem semper misericordem fuisse. Postquam. 207. b

Testis qui in re misericordem se præbuit, & in testimonio religiosum. pro Cecin. 19

Misericordia.

Misericordia, est ægritudo ex miseria alterius iniuria laborantis. Tuscul. quæst. lib. 4. 14

Quemadmodum misericordia ægritudo est ex alterius rebus aduersis, sic inuidia ægritudo est ex alterius rebus secundis. Tuscul. quæst. lib. 3. 18

Misericordia, ægritudoque, clementiæ causa animis nostris à natura data. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 126

Nulla de virtutibus tuis plurimis nec gratior, nec admirabilior misericordia est. pro Lig. 23. a

Misericordia alicuius in alium. pro Planc. 20

Nihil est filio meo tractabilius, cuius misericordia languis-

diora adhuc consilia cepi. Att. 165. b

Misericordia nostri. 1. ad Q. frat. 52

Perfugium misericordiæ. pro Ligar. 9. a

Misericordiæ & imprudentiæ meæ id assignes. 1. ad Quint. fratrem, 56

Afflicta regum fortunæ facile multorum opes alliciunt ad misericordiam. pro Pomp. 5. b

Ad lenitatem misericordiamque mentes reuocare. 1. de Oratore, 28. a

Obsecro adhibeatis in hominis fortunis misericordiam, in Reipub. salute sapientiam. pro Rab. perduel. reo, 3. a

Misericordiam afferre alicui. 1. ad Quint. fr. 55

Quintius Sex. Næuium obsecrauit, ut aliquando misericordiam caperet aliquam, si non propinquitatis, at ætatis suæ. pro Quint. 65

At etiam misericordiam captabas, supplex te ad peccata abiiciebas. 2. Philipp. 90. a

Concitare misericordiam populi. 1. de Orat. 115. a

Non prius sum conatus misericordiam aliis commouere, quàm misericordia sum ipse captus. 2. de Orat. 106. a

Non deo tentare, quoniam modo dicendo misericordiam tuam commouere possim: ipsa enim occurrere solet supplicibus, nulla oratione euocata. pro Deiot. 151. b

Mihique, si ita oppressus essem, remque pub. mecum perdidissem, mortuo non modo honorè, sed misericordiam quoque defuturam. 10. famil. 44. in epist. Planci.

Misericordiam spoliatio consulatus magnam habere debet. pro Mur. 145. b

Misericordiam alicui impertire. ad Brut. 27

Implorare & exposcere misericordiam. pro Mil. 70

Si sapiens in ægritudinem incidere posset, posset etiam in misericordiam, posset in inuidiam. 3. Tuscul. 34. a

Oratores in epilogo misericordiam mouent. de Orat. 134. b

Misericordiam nostram exercitusque nostri sceleris loco potatis. 10. famil. 78. in epist. Lepidi.

Eorum nos magis miseret, qui nostram misericordiam non requirunt, quàm qui illam efflagitant. pro Mil. 71

Peto à vobis, ut ei vestram misericordiam me deprecate tribuatis. pro Planc. 2

Oro vos, ut misericordiam tribuatis fortissimo viro. pro Milone, 119. b

Misericordiam vtilem esse dicunt Peripatetici ad opem ferendam, & calamitates hominum indignorum subleuandas. Tuscul. quæst. lib. 4. 35

Misericordia mouetur, si is qui audit, adduci potest, ut illa quæ de altero deplorètur, ad suas res reuocet, quas aut tulerit acerbas, aut timeat, &c. 2. de Orat. 116

Clementia & misericordia singulari vir. Post red. in Sen. 15. a

Misericordia & liberalitate nos muniamus. 9. ad Attic. 24. in epistol. Cæsaris.

Qui hominis seditiosi imagine desyderia imperitorum misericordia commoueret. pro Rab. 95. b

Nemo proditoris supplicio misericordia commouetur. Tuscul. quæst. 213. b

Omnes odio Oppianici, & illius adolescentis misericordia commouentur. pro Cluent. 22. b. epist. 28. b

Misericordia commotus ne sis, sed tamen est laus aliqua humanitatis. pro Mur. 139. b

Misericordia puerorum frangor. 7. ad Att. 41

Moueri misericordia. Q. fratri, lib. 1. 2. 17. a

Nā in eum, cui misericordia opulari debeat, inuidia quæ sita est. pro Rab. 130. b

Vt misericordia permotus esse videar. 1. in Catil. 11. a

Prædia mea tu possides: ego aliena misericordia viuo. pro Sext. Rosc. 42. b

Miseratio.

Aliud miseratio ac moeror flexibile, plenum, interruptum. de Orat. lib. 3. 120

Odia incitantur & miseratio nascitur. Partit. 234. b

Non fuit hæc sine meis lachrymis, non sine dolore magno miseratio. 2. de Orat. 106. a

Tua illa pulchra laudatio, tua miseratio, tua cohortatio. 2. Philipp. 93

Odia incitari, & miserationem nasci. in Part. 31. a. contraria.
Quem enim nostrum ille moriens apud Mantineam Epaminondas non cum quadam miseratione delectat? Lucio, libr. 5. 31

Nec verò miseratione solum mens iudicum permouenda est. in Orat. 72. a

Miserationibus & communibus locis uti. de Clar. Orat. 171. b

Miserandus.

Hunc in minimis tenuissimisque rebus ita labi, ut aliis miserandus, aliis irridendus esse videatur. de Orat. 82. a

Oratio tua omnibus miseranda visa est. de Orat. 154

Accede, accede nate, assiste, miserandum aspice

Eufceratū corpus lacerati patris. 2. Tusc. 36. a. Ex Sophocle.

Miserandum in modum milites pop. Romani capti, necati, deserti, dissipati sunt. de Prouinc. Consul. 4. a

Hæc mihi videntur misera atque miseranda. in Catil. 70. b

Miserabilis.

Aspectus auktionis miserabilis. 2. Philipp. 81. a

Casus miserabilis. 2. de Finib. 106

Non solum miserabilis, sed etiam irridenda fuisset oratio mea. 2. de Orat. 106

Sonus miserabilis. 2. de Orat. 104. a

Cum eius squalor inauditus omnibus mortalibus miserabilis videbatur. pro Domo sua, 225. b

Qui nobis miserabilis videtur audientibus, illi perpetenti erat voluntarius. 2. de Finib. 105. a

Nihil est enim tam miserabile, quam ex beato miser. Part. 31

Vox ad miserabilem sonum inflexa. de Or. 126. & Or. 102. b

O admirabilem licentiam, & miserabilem inscitiam disse- rendi? Fat. 28

Miserabilem potius, quam ineptam putes hanc meam diligenti- am. 3. ad Att. 37

Fugientibus miserabilem respectum incendiis fore. 1. de Diuinat. 119. a

Miserabiliter.

Est enim flemus quum legimus, tamen non miserabiliter vir clarus emoritur. 1. Tusc. 153. a

At ille etiam in foro combustus, laudatusque miserabiliter. 14. ad Attic. 13. De C. Cesare.

M. Cælii quidem epistolam scriptam miserabiliter, quum hoc idem obsecraret ut expectarem, &c. 10. ad Att. 30

Missio, Missus, Vide Mitto.

Mitella, Vide Mitra.

Mithilenæ, Vide Mitylenæ.

Mithridates.

Mithridates rex post Alexandrum maximus. Academic. quæst. edit. 1. lib. 2. 3

Mithridates quam astute è L. Luculli manibus effugerit. pro Leg. Manil. 15

Mithridates, vno nuntio tota Asia ciues Romanos truci- dandos denotauit. pro Lege Manil. 4

Mithridates victus in L. Luculli exercitum impetum fecit. pro Leg. Manil. 17

Mithridates legatos vsque in Hispaniam ad Sertorium misit. pro Leg. Manil. 5

Mithridates regno patrio à L. Lucullo spoliatus. pro Lege Manil. 14

Mithridaticus.

Mithridaticum bellum. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 1

Mitis.

Mitis & mansuetus, ferus & immanis. 1. de Inu. 4. a. cõtraria.

Animus auditoris mitis & misericors. de Inuent. 61. b

Auster lenissimus & mitis. Att. 100. b

Accessit his tor, doctrina nõ moderata nec mitis, sed, ut mihi videtur, paulò asperior & durior, &c. pro Mur. 55

Facitque persæpe ipsa sibi audientiam disertis senis compta & mitis oratio. de Senect. 25. a

Nihil tam vidi mite, nihil tam placatum, quantum erat fra- ter meus in sororem tuam. Att. lib. 5. 88. 3. a

Ipsè Thucydides, si posterius fuisset, multo maturior fuisset ac mitior. de Clar. Orat. 192. b

Et homo natura lenissimus (nihil enim poterat fieri illo mi- tius) stomachari tamen cõpuit. 4. Acad. 23. a

Quid Theopompo acrius, aut Theophrasto mitius inueniri potest? in Hortensio, a

Dolorem mitiorem facit patientia. 2. Tusc. 42. a

Quod atrociter in Senatu dixisti, aut non dixisses, aut sepo- fuisses, aut mitiorem in parte interpretarere. pro Mur. 59. a

Mitissimus & lenissimus homo. 4. in Catil. 82. a

Mitigo.

Tristitiam mitigat & relaxat risus. 2. de Orat. 131. a

Neque in parentum luctu atque lachrymis, te mei nominis commemoratio mitigauit. 7. Verr. 108. a

Meipsum longinquitas temporis mitigauit. Torquato, libr. 6. 4. 12. a

Vfus fleat, dies leniet, ætas mitigabit. pro Mur. 59. a

Iam ætas omnia, iam res, iam dies mitigabit. pro Cæl. 53. b

Eum tibi ordinem aut reconcilies aut mitiges. epist. 17. b

Quumque Autumnus terras ad concipiendas fruges patefe- cerit, hyeme ad concipiendas relaxarit, à fistula maturitate alia mitigauerit, alia terruerit. 4. de Repub. 2

Reconciliare & mitigare sibi aliquem. Lentulo, lib. 1. 9. 109. a. & 6. 13. Id est, leuare dolorem alicuius.

Animum mitigare. pro Font. 22. a

Quantum istorum animos, qui ipsi Cornelio inuident, non est difficilimum mitigare. epist. 78. b

Dolorem mitigare. 2. de Finib. 153. a

Mitigare hæc perge. 11. ad Att. 15

Inuidiam extenuando mitigare. de Or. 137. b

Populum excitatum in bonos mitigare. 1. de Orat. 101. a

Seueritatem acerbam multis condimentis humanitatis mi- tigare. Q. fratri, lib. 1. 1. 32. a

Dolores vetustate mitigantur. Att. lib. 3. 55. 3. a

Labores magna compensati gloria mitigantur. 2. de Or. 58. a

Iraisci & mitigari. in Orat. 72. a

Arborum autem consecione, omnique materia & culta & syluestri, partim ad calefaciendum corpus igni adhibita, & ad mitigandum cibum vitur, &c. 2. de Nat. deor. 115. Id est, coquendum.

Mitigatus.

Is magna signa dedit animi erga te mitigati. 6. famil. 2

Qui ex agresti vita exculi ad humanitatem & mitigati su- mus. 2. de Legib. 58. a

Mitigatio.

Omnisque ad omnem animi motum & impulsio, & si ita res feret, mitigatio. 3. de Orat. 65. a

Licentia si nimium videbitur acrimonie habere, multis mi- tigationibus lenietur. ad Heren. 35. b

Mitificatus.

Depulso enim de pectore, & in omne corpus diuiso & mi- tificato cibo, cantus edere quiete satiatos. 2. de Diuinatione, 84. a. De gallis.

Mitra.

P. Clodius à crocota, à mitra, à muliebribus soleis, purpu- reisque fasciis, à strophio, à psaltrio, à flagitio, à stupro est factus repente popularis. de Arusp. resp. 40

Mitella.

Deliciarum causa & voluptatis non modò ciues Romanos, & c. sed Neapoli in celeberrimo oppido cum mitella sæpe videmus. pro Rabir. Posthumo, 16. a. Alia exemplaria habent mitrella.

Mitto.

Mitto alia, quæ audio multa, mitto furta, &c. Att. 101. b

Mitto cætera intolerabilia. Att. lib. 3. 50. 3. a. pro Quint. 48. a

At quem virum dii boni? mitto ciuem, aut senatorem, &c. quis illo grauior? de Clar. Orat. 170. b

Non inquam iam quæro vnde hæc habueris, sed quo tibi tantum opus fuerit, id quæro: mitto de melle. 4. Verrina- rum, 133. a

Mitto illam fugam, &c. cætera per occupationem. Att. 115. b

Mitto quòd inuidiam, quòd pericula, quòd omnes meas tempestates subieris, &c. ad Catonem, lib. 15. 4. 34. a

Quotidie vel potius in singulos dies breuiore literas ad te mitto. Attic. 71. b

Mitto de amissa maxima parte exercitus. in Pison. 89. b

Mitto prælia, prætereo, &c. pro Mur. 132. b

Mitto vincula, mitto carcerem, mitto verbera. 5. Verr. 48. a

Tum quum furiales in concionibus voces mittis, quum do- mos ciuium euertis, &c. de Arusp. resp. 35. a

Lucem quam à sole accipit, mittit in terras luna. 2. de Nat. deorum, 148. a

Quum in consilium mittebant, Stalenum iudicem, cui pec- uniam dederant, non requirebant? pro Cluentio, 67. a. 3. Verr. 17

Curio misi, ut medico honos haberetur: & tibi daret quod opus esset: me cui misisset, curaturum. Tironi, lib. 16. 9. 7. a

Cæsarum literarum exemplum tibi misi, rogaras enim. ad At- ticum, 116. b

Misi ei nuntiarum. 13. ad Att. 8

Ei statim rescripti, hominemque certum misi de comitibus meis. Att. lib. 8. 145. 2. a

Quæ descripta attulit, illa è via misi ad te. Att. lib. 9. 188. 5. a

Laudationem Portiæ tibi misi correctam, ut, &c. Att. 220. b

Itaque misi librum ad Muscam. Att. 196. b

Fecisti mihi gratum, quòd Serapionis librum ad me misisti. Attic. 24. b

Demetrii Magnetis librum quem ad te misit de concordia, velim mihi mittas. Att. 129. b

Hunc verò librum de senectute ad te misimus. de Sen. 2. a

Cumque languerem de via, misi pro amicitia qui hoc dice- ret, &c. in Ant. 155. b

Misi qui pro vectura solueret. Att. lib. 1. 1. 13. a

Particulam literarum tuarum, quas misisti Octauio, legi missam ab Attico mihi. Att. 284. b

Ex literis quas mihi misisti, &c. epist. 151. b

Misit ad me vt. 11. fam. 13. pro, significauit, vel, misit quæ si- gnificaret vt.

Misit illum deprecatorum sui. 11. ad Att. 18

Tum præses magnitudine & animi & consilii, legatos ad me misit, se cum omnibus suis copiis in mea castra esse venturum. 15. fam. 14

Vocem pro Repub. nemo misit. pro Sest. 34. a. pro Flac. 4

Itaque illi obuiam missimus Athenas, ut inde Thessaloni- cam veniret. Att. lib. 3. 48. 1. a

Misit puerum se venire. 10. ad Att. 52

Paulò post idem mihi Munatius eas literas legendas dedit, quas ipsi miserat, & quas publicè. epist. 151. b

Ego tibi aliquid de meis scriptis mittam. Att. lib. 1. 11. 25. a

Tu tamen mitte mihi quæso obuiam literas, nunquid putes Reip. nomine tardandum esse nobis. Att. lib. 6. 118. 2. a

Quid tu me hoc tibi mandasse existimas, ut mihi gladiato- rum compositiones, ut vadimonia dilata, & Chrestii com- pilationem mitteres? Cælio, lib. 2. 7. 1. a

Vt etiam filium suum electissimum adolescentem foras ad propinquum suum quendam mitteret ad cœnam. 3. Verrinarum, 45. a

Vota enim feceratis, ut in eos potius se mitteret, quam in vestras possessiones. pro Mil. 116. b. 1. Verr. 30. pro Quin- tio, 60

Vt mittam cætera, quo tandem pudore tales viros, &c. 3. Verrinarum, 96. a

Rogas vt tibi mea scripta mittam. Lent. lib. 1. 9. 94. a

In primis rogo te, ad hominem ventosissimum Lepidum mittas. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 9. 3. a

Velim obuiam mihi literas quam argutissimas de omnibus rebus crebro mittas. Att. lib. 6. 116. 1. a. de Prou. Conf. 74. b. 2. Philippic. 34. 7. famil. 23

Sic Appius, quum à præfectorum provinciam curarit, sangui- nem miserit, quicquid potuit detraxerit, &c. Attic. lib. 6. 111. 3. a

Hodierno die primum veritas vocem contra inuidiam his iudicibus freta miserit. pro Cluent. 71. a

Mittere ad bestias. in Pis. 70

Mittere aliquem de pace. 9. ad Att. 56

Mittere de mensa. 5. ad Att. 2

Nec interea locupletare amicos vnquam suos destitit, mit- tere in negotium, dare partes, augere, fide sustentare. pro Rab. Posth. 2

Mittere legatos ad Senatū. 1. de Diu. 162. a. pro Leg. Man. 5. a

Mittere legiones sub iugum. Offic. 3. 147

Mittere munera. Parad. 50

Oratorem ad aliquem de re aliqua mittere. de Clar. Or. 17. a

Mittere se in aliquem. pro Mil. 57

Sic ergo habeto, salutares te mihi literas misisse. Att. 139. b

Legati cum autoritate mitterentur, qui adirent Gallia ciuitates, &c. Att. lib. 1. 14. 2. a

Magna me (inquit) spes tenet Iudices, bene mihi euenire, quòd mittar ad mortem. 1. Tusc. q. 80

Mitti in exilium. Læli. 40

Vtetur vtroque, sed altero in narrando aliquid venustè, al- tero in iaciendo mittendoque ridiculo. in Orat. 48. a

Missus.

Missus ad Mithridaticum bellum. 4. Acad. 2. a

Fabricius, qui fuit ad Pyrrhum de captiuus recuperandis missus orator. de Clar. Orat. 169. b

Nam & illud non nobis obest, videri nostrum testimonium non valuisse: missus est sanguis inuidia sine dolore. Att. lib. 1. 11. 19. a

Qui eum iudicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus est, postea missus, &c. pro Flac. 156. b

Missus est (vt ipsa significat) ex itinere, quum Verres iam de prouincia decessisset. 5. Verr. 130. a

Vox de quæstura nulla missa est. pro Flac. 4. a

Memini tibi librum afferri à Demetrio Magnete. ad te mis- sum scio. pro Quir. 15. a

Cn. Magium Pompeii præfectū deprehendi scilicet, & meo instituto vsus sum, & eum statim missum feci. Att. lib. 9. 24. in epist. Cæsarum. Id est, impunè abire permisi.

Missum facias ad me cohortes. 8. ad Attic. 46. in epistol. Cn. Pompeii.

Qui postea quoque vadimonium missum fecerit, hunc per infidias vi de agro communi deiecerit. pro Quint. 25

Si eum missum fecerimus. ad Heren. 2. b

Marci quidem Catonis senis est epistola ad M. filium, in qua scripsit se audisse eum missum factū esse à Consule, quum in Macedonia Persico bello miles esset. 1. Offic. 55

Iurauitque se illum interfectorum, nisi sibi iusiurandum dedisset, se patrem missum esse facturum. Offic. 3. 153

Quòd si iam missio officio, periculi ratio habenda est, ab il- lis est periculum, si peccaro. Att. lib. 10. 197. 7. a

Quibus de causis missi fieri debeant. epist. 118. b

Duo præfecti fabrum Pompeii, qui in meam potestatem venerunt, & à me missi sunt. Att. 151. b

Hæc missa facio: illud quæro, is homo, &c. pro Roscio A- merino, 45. a

Verum vt hæc missa faciam quæ iam facta sunt, ex iis, &c. pro Ros. Amer. 78. a

Hos agros missos facio. in Verr. 170. b

Deinde si in hominibus eligendis nos spes amicitiaefesef- lerit vt vindicemus, missos faciamus, semper ita viuamus, vt, &c. 4. Verr. 19. a

Missos faciant honores, nec Remp. attingant. pro Sestio, a

Missos faciant patronos, ipsi prodeant. Orat. 219. b

Pretio certo missos facere nautas. 7. Verr. 49. a

Dicebat quisque quos missos sciet esse. in Verr. 256. b

Æquum est me à te impetrare, vt cohortes, quæ ex Piceno venerunt, missas facias. Att. 130. b

Easque legiones bello confecto missas fieri placet. in Anto- nio, 205. b

Remotis, siue missis omnino licitoribus. 9. ad Att. 2

Missus.

v. 1. Calend. vesperi Balbus minor ad me venit, occulta via currens ad Lentulum c. o. s. missu Cæsarum, cu literis, cum mandatis, &c. ad Att. lib. 8. 24

Missio.

Missio literarum. 1. ad Att. 10

Missio ludorum. 5. fam. 35

At ab omnibus tu mercedem missionis acceperas. 7. Verrinarum, 86. a

Non sine causa legatorum istam missionem semper timui. 7. Philippic. 218. a

Silenus à Mida captus, hoc ei muneris pro sua missione de- F. iiii.

difficiliter dicitur. Tusc. quæst. 173. b

Illos respondere, & docere vnumquemque missione remigum, fame reliquorum, Cleomenis timore & fuga, &c. 7. Verrinarum, 79. a

Mitylenæ.

Mitylenas se conferre. 7. fam. 11

Mitylenæorum dicota. 5. ad Att. 19

Cogitandum tibi tamen esset, Romæne, &c. an Mitylenis aut Rhodi malles viuere. 4. fam. 16

P. Rutilius, cum à Mithridate Mitylenis oppressus esset, crudelitatem regis in togatos, vestitus mutatione vitauit. pro Rab. Posth. 16

Mixtus, Vide Misceo.

Mnasistratus.

Mnasistratus solus ex Leontinis in Leontino agro prædia possedit. 5. in Verr. 90

Mnemosine.

Iam Musæ primæ quatuor natæ Ioue altero, Thelxiope, Aæde, Melete. Secundæ Ioue tertio, & Mnemosyne procreata nouem. 3. de Nat. d. 38

Mnesarchus.

Mnesarchus Stoicus oratorem verum, sapientem esse aiebat. 1. de Orat. 41

Mnesarchus, Panæti auditor. 1. de Orat. 24

Mnesarchus, hos quos nos oratores vocaremus, nihil esse dicebat, nisi quosdam operarios lingua celeri & exercitata: oratorem autem, nisi qui sapiens esset, esse neminem. 1. de Orat. 41

Mnesarchus & Dardanus principes Stoicorum Athenis. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 64

Mnesarchi oratio spinosa & exilis. 1. de Orat. 41

Mobilis, Mobilitas, Mobiliter, Vide post

Mouco.

Moderate, Moderatio, Moderator, Moderatrix, Moderatus, Moderator, Modeste, Modestia, Modestus, Modice, Modicus, Modificatus, Vide post Modus.

Modius.

M. Modius, eques Rom. 4. in Verr. 82

Modium.

Ne M. quidem Seio vitio datum est, quod in caritate asse modium populo dedit. 2. Offic. 86. a

Coguntur Æschrio dare tritici modios MMMDC. id est medimna DC. vt supra dixerat. in Verr. 165. b

Verumque illud est quod dicitur, Multos modios salis simul edendos esse, vt amicitia munus expletum sit. de Amicit. 60. a

Pro frumento in modios singulos duodenos sestertios exigit. in Verr. 171. b

Modò.

Quid dico nuper: imò verò modò, ac planè paulò antè vidimus. 6. Verr. 5. a

Modò accedens, tum autem recedens. 2. de Nat. d. 74

Si vos mediocriter modò fortuna Reipub. adiuuerit. epistolarum, 151. b

Denique videantur sanè, ne affirmantur modò. Acad. 21. b

Nanque Carneades concertationis studio modò ait hoc, modò illud. 1. de Diuinat. 110. a

Studia nostra à quibus antea delectationem modò & solatium, nunc verò etiam salutem deesse non arbitramur. epistolarum, 127. b

Cui porro, qui modò populi Romani nomen audiuit, Deiotari probitas, integritas, grauitas, virtus, fides non audita est: pro Deiot. 10. a

Sin hæc quæ cæteri mirantur, contemnenda duxisti, &c. quum ea quæ sine causa mirantur alii, neglexeris: modò vt constiterit fructus otii tui. ad Marium, lib. 7. 1. 1. a. Id est, dum modò tibi constiterit.

Quæ quidem omnibus, qui ea mediocriter modò consyderarint, studio adhibito & vsu pertractata esse possunt. 2. de Orat. 80. a

Quis est omnium qui modò cum musis, id est cum humanitate, & cum doctrina habeat aliquod commercium, qui

se non hunc Mathematicum malit, quàm illum tyrannum: 5. Tusc. 93. a

Tu fac habeas fortem animum, quem semper habuisti: primum, &c. deinde, &c. vt non modò cum secunda sperare debeas, sed etiam si omnia aduersa essent, &c. Ligatio, libro 6. 13. 10. a

Modò egens, repente diues. 2. Philip. 76. a

In hac arte, si modò est hæc ars. 2. de Orat. 86. a

Si modò tecti satis est. epist. 92. b

Nemo aliter philosophus sensit, in quo modò esset auctoritas. 1. de Diuinat. 145. a

Probabo, inquit, modò ista sis æquitate qua ostendis. 1. de Finib. 43. 2

Cogat alios laudare, sicut in multis conatus est: modò hæc faciat quæ fecit. 4. Verr. 97. a

Putant enim qui incultè dicat, modò id eleganter faciat, eum solum Attice dicere. Orat. 199. b

Modò enim fuit Carneades. 5. de Finib. 7. a. Id est, nuper.

Quæ secundis rebus delectationem modò habere videbantur, nunc verò etiam salutem. Ampio, lib. 6. 12. 15. a

Modò his, modò illis partibus. de Nat. d. 2. 36

Cotta meus, modò hoc, modò illud. de Nat. d. 1. 35

Modò hoc, modò illud audire. Att. lib. 2. 30. 1. a

Quod si eorum vi cælum modò hoc modo, modò illo modo temperatur. 2. de Diuinat. 139. a

O Academiam volaticam modò huc, modò illuc. Ora. 212. b

Modò vno tempore viri clarissimi interierunt c. x. ante me Consulem. Sulpitius Ciceroni, lib. 4. 5. 13. a

Modò enim hoc malum in hanc Rempublicam inuasit. 2. Officiorum, 111. a

Te quoque, vt id modò loqueretur, intelligere. lib. 1. de Finibus, 20

Modò mundum, tum mentem putat, &c. de Nat. d. 9. b

Denique videantur sanè, ne affirmantur modò. 4. Academicarum, 153. a

Mediocris illam tenebit quæ est inter nimium & parum, quæ placet Peripateticis, & rectè placet, modò ne laudarent iracundiam. 1. Offic. 126. a

In quibus eorum aut caput agatur, aut fama, declinandum est de via, modò ne summa turpitudine sequatur. de Amicitia, 54. a. Id est, dummodo non sequatur summa Reip. turpitudine.

At in his si paulum modò offensum est. 3. de Orat. 108. a

Lentulus satis erat fortis orator, si modò orator. Orat. 189. b

Si Pompeius paulum modò ostenderit sibi placere. Lentulo, lib. 1. 5. 13. a

Contudi enim animum, & fortasse vici, si modò permanfero. Att. lib. 12. 257. 5. a

Vt vel omnem impetum belli in me conuertere non recusem, si modò meo casu patriæ periculum morari possim. epist. 149. b

Quorum satis arguta multa, sed vt modò primumque nascencia, minuta, nimisque depicta. Orat. 200. b

Quamquam quis ignorat, qui modò vnumquam mediocriter hæc scire curauit, &c. pro Flac. 159. b

Si vnum modò quale sit suspicantur. Orat. 109. b

Provincia Gallia M. Fonteius præfuit, quæ constat ex iis generibus hominum & ciuitatum, qui partim nostra memoria bella cum Rom. acerba ac diuturna gesserunt: partim modò ab nostris imperatoribus subacti, modò bello domiti, modò triumphis ac monumentis notati, modò ab Senatu agris vrbibusque multati sunt: partim, &c. pro Fonteio, 2

Vide modò etiam atque consydera. in Verr. 62. b

Isti modò videant, qua ratione, &c. Antequam. 191. b

Eundemque Socratem facit & solem & animum deum dicere, & modò vnum, tum autem plures deos. 1. de Natura deorum, 46. a

Concede vt impunè emerit, modò vt bona ratione emerit. 6. Verrinarum, 9. a

Magna auxilia Afranio & Petreio ducibus habet à tergo: videtur, si infaniet, posse opprimi, modò vt vrbe salua. Tironi, lib. 16. 11. 10. a

Modus.

Modus est in quo quemadmodum, & quo animo factum sit, quæritur. 1. de Inuent. 57

Omnium quæ sunt, quæque dicuntur, ordo & modus. Officiorum, 4. b

In omnibus rebus videndum est quatenus. etsi enim suis cuique modus est, tamen magis offendit nimium, quàm parum. in Orat. 40. a

Non fuit igitur illud iudicium, iudicii simile Iudices, non fuit: in quo non modus est habitus, non mos, consuetudoque seruata. pro Cluent. 77. a

Modus esto sacrandi auri, argenti, eboris. 2. de Leg. 24

In eis singulis pedibus modus inest, aut sesquipleus, aut duplex, aut par. Orat. 216. b

Modus optimus est decus ipsum tenere. Offic. 1. 197

Itaque non mihi tam copia, quàm modus in dicendo quærendus est. pro Leg. Manil. 2. a

Modus quidam est etiam literarum, non satietas. 9. familiarium, 61

Ludendi est etiam quidam modus retinendus, vt ne nimis omnia profundamus. 1. Offic. 146. a

Quinam Tantalidarum internecioni modus paretur? 3. de Nat. deor. 132. a

Diligenter tenendus est modus voluptatis fruendæ. Officiorum, 21. b

Quemadmodum de tanta re dicam? opinor vnus modus atque vna ratio est. 7. Verr. 124. a

Vt incipiendi ratio fuerit, ita sit desinendi modus. 1. Officiorum, 189. a

Ex eo quantum cuique sat est, ad id accommodatur diuitiarum modus. Partit. 120. b

Modus est nullus inuestigandi veri, nisi inueneris. lib. 1. de Finib. 3

In ipso taetu est modus mollitudinis & leuitatis. de Oratore, 152. b

Quibus finem fecit non mulieris modus, sed amicorū auctoritas. pro Cluent. 58. b

Non estimatione census, verum victus atque cultus terminatur pecuniæ modus. in Parad. 64. a

Est scilicet vtriusque rei modus, sicut reliquarum. Att. 282. b

Modus vitæ. Tusc. q. lib. 5. 49

Antiquus vocum modus, & varii canendi soni. de Leg. 177. b

Modus insinuatione vtendi. 1. ad Heren. 8

Iam verò animus non esse solum, sed etiam cuiusdam modi debet esse. de Finib. 133. b

Homines cuiusdam modi. in Verr. 201. b

Cuiusdam modi voluptates. de Finib. 69. b

Non etiam si sifum cuiusdam modi fuerit, in iecore lucrum ostenditur. de Diuinat. 115. b

Veror cuiusque modi es Rosci, ne, &c. pro Sext. Rosc. 34. b

Cum tabulæ ipsæ cuiusque modi sunt, proferuntur. pro Flacco, 154. b

Multa cuiusque modi rapit. de Finib. 64. b

Cuiusque modi ridicula. de Orat. 135. b

In tot hominum cuiusque modi vitis. de Petit. 213. b

An eiusdem modi de Finib. 86. & in Verr. 108. b

Quia possit eiusdem modi existere falsum aliquod, cuiusmodi hoc verum. Academ. 25. b

Eiusdem modi totum ius prætorium. in Verr. 114. & 200. b

Est igitur ambulans ad hunc modum sermo ille nobis institutus. 2. Tusc. 14. a

In qua vtrum concesseris, reprehenditur, ad hunc modum. 1. de Inuent. 69. a

Atque ea quidem argumeta ad hunc modum tentari oportebit. de Inuent. 57. b

Sine certarum personarum interpositione, ad hunc modum, vt, &c. 1. de Inuent. 12. a

Apponere & adhibere modum. Tusc. 244. b

His enim rebus quæ tractantur in vita, modum quandam adhibentes & ordinem, honestatem & decus conseruabimus. 1. Offic. 27. a. 5. Tusc. 115. a

Voluisti magnum agri modum censer. pro Flac. 62. a

Modum mentis infinitæ, & rerum omnium descriptionem

vi ac ratione designari & confici primus voluit Anaxagoras. de Nat. d. 1. 20

Nisi tibi aliquem vitæ modum constitueris, coges me, &c. pro Sylla, 34. a. pro Rab. Posth. 3. a

Constituere modum faciendi aliquid. pro Mil. 123. b

Rebus infinitis modum constituere. lib. 1. de Finib. 2

Definire modum alicui rei. pro Marcello, 15. a

Nulum modum esse hominis occidendi, quo ille non aliquot occiderit. pro Sext. Rosc. 61. a

Tamen antiquum modum sationis nulla ex parte exequi potuit. 5. Verr. 37. a

Mollis vox, vt muliebris, aut quasi extra modum absona atque absurda. 3. de Orat. 24. a

Cauendum autem est, præsertim si ipse ædifices, ne extra modum sumptu & magnificentia prodeas. Offic. 1. 195

Quare faciam modum? 10. fam. 6

Ipsisque authorem fuisse, vt aliquando controuersiarum aliquem facerent modum. 2. de Legib. 79. a

Nos modum aliquem & finem orationi nostræ criminibusque faciamus. 4. Verr. 82. a

Nulla fuit vnquam liberis amissis tam imbecillo mulier animo, quæ non aliquando lugendi modum fecerit. Titio, lib. 5. fam. 46

Etiã in minimis rebus: etiam si quidem rerum modum fingere non possumus, animorum tenere possumus. Parad. 31

Demetrius sepulchris nouis finiuit modum. de Legibus, libro 2. 103

Nam habet natura, sicut aliarum omnium rerum, sic viuendi modum. de Senect. 78. a

Sed habet ista ratio, vt mihi quidem videtur, quendam modum. Marcello, lib. 4. 7. 8. a

Ergo & avarus erit, sed finitè: & adulter, verū habebit modum: & luxuriosus, eodem modo. 2. de Finib. 48. a

Quid verò, modum statuarum haberi nullū placet? atque habeatur necesse est. 4. Verr. 102

Hilarem in modum. Att. 72. b

Hostilem in modum cruciari & necari. 7. Verr. 58. a

Incredibilem in modum. Att. 76. b

In maiorem modum. Quint. frat. 315. b

Peto à te maiorem in modum, vt, &c. epist. 178. & At. 164. b

Mirabilem in modum. Att. 74. b

Mirum in modum gaudeo, &c. epist. 249. & 257. b

Mirandum in modum iratus est. Att. 2. & 27. & in Ver. 231. b

Miserandum in modum necari. de Prouinc. 70. b

Seruilem in modum cruciari. 2. Verr. 8. a

In modum hoc procedit. 16. fam. 24

Modicè faciam, aut etiam intra modum. epist. 49. b

Veienti bello quum lacus Albanus præter modum creuisset. 1. de Diuinat. 161. a

Qui modum vitio quærit, similiter facit, vt si posse puterem, qui se è Leucade præcipitauerit, sustinere se, quum velit. Tusc. q. lib. 4. 31. & 32

Statuere modum imperii diuturnitati. pro Leg. Man. 17. a

Statuere modum alienæ industriæ. 1. de Finib. 6. a

Ac si considerare cœperis, vtrum magis mihi hoc necesse fuerit facere, an tibi: intelliges honestius te inimicitiarum modum statuere potuisse, quàm me humanitatis. pro Sylla, 36. a

Statuere modum vnicuique rei. ad Heren. 17. b

Temperant modum frigoris & caloris accessus & recessus folis. 2. de Nat. d. 71. a

Oculorum & hilaritatis & vicissim tristitiæ modum res ipsæ, de quibus agetur, temperabunt. Orat. 202. b

Sin sit quispiam qui aliquid tribuat voluptati, diligenter est tenendum esse eius fruendæ modum. 1. Offic. 149. a

Nec magnitudinis, nec diuturnitatis modum terminat. Tusc. q. 184. b

Terminare modum artis vtilitate. 1. Tusc. q. 8. a

Modo & more facere. pro Mur. 65

Non poetico, sed quodam oratorio numero & modo. de Oratore, 97. b

Modo & ordine dicere & facere aliquid. 1. Offic. 25. a

Pictoris cuiusdam summi ratione & modo formarum varietate locos distinguuntis. 2. de Orat. 195. a

Modo & ratione omnia facere, & rectè & ordine aliquid fieri. pro Quint. 14

ἡμῶν ἄριστ' quā tu soles dicere, bono modo desydero. 2. ad Quint. frat. 18

De die tantum videto, & idipsum bono modo. Att. lib. 14. 181. 4. a. & 13. 30

Hæc tibi Luculle, si es affensus Antiocho familiari tuo, tam sunt defendenda, quam mœnia: mihi autem bono modo tantum quantum videbitur. Academ. q. ed. 1. lib. 2. 127

Certi fines Macedoniæ, certa conditio, certissimum modo eras etiam illius exercitus. in Ant. 226. b

Et si nihil scripsit, nisi de modo agri. Att. lib. 13. 288. 1. a

In omnibus quæ aguntur ex eo modo quem quisque natura est, quid deceat exquirimus. Offic. 24. b

Hunc denique ipsum pertulissent, si humano modo, si visitato more, si denique vno aliquo in genere peccasset. 4. Verrinarum, 6. a

Credibile est, quod sine vilo teste, auditoris opinione firmatur, hoc modo, Nemo est, & c. 1. de Inuent. 64. a

Non ille, ut plerique, sed isto modo, ut tu. de Nat. d. 1. 42

Ego autem maiore etiam quodam modo memoriam admiror. Tusc. q. lib. 1. 48

Et hæc præterea addidit homo Venerius, nouo modo, nullo exemplo, ob eam rem, & c. 4. Verr. 65. a

Nunc ad sociorum tabulas accepti & expensi, quas remouere honestè nullo modo potuerunt, & c. 4. Verr. 134. a

Omni modo egi cū rege, & ego quotidie. Att. lib. 6. 113. 10. a

Siue sic est, siue vilo modo. de Diuinat. 133. b

Nec semper enim tractantur vno modo. Orat. 208. b

Poetæ, quos necessitas cogit, & ipsi numeri & modi. de Oratore, 160. b

Modi conclusionum apud dialecticos. Topic. 27

Non sunt in oratione tanquam tibicini percussionum modi, sed vniuersa comprehensio. Orat. 216. b

Modi pressi & flexibiles. Tusc. q. lib. 1. 95

Cerueces oculosque pariter cum modorum flexionibus torqueant. 2. de Legib. 63. a

Illi octo cursus, in quibus eadē vis est duorum modorum, septem efficiunt distinctos interuallis sonos. de Somn. Scipionis, 129. b

Solet idem Roscius dicere se, quod plus sibi ætatis accederet, eodē tardiores tibicinis modos & cantus remissiores esse facturum. 1. de Orat. 132. a

Quod si ille astrictus certa quadam numerorum moderatione & pedum, tamen aliquid ad requiem senectutis excogitat, quanto facilius nos non laxare modos, sed totos mutare possumus. 1. de Orat. 133. a

Varietates & modos vocum surdus noscere non potest. 2. de Diuinat. 13. a

Verbis, rebus, & modis lugubre carmen. 3. Tusc. q. 79. a

Modis omnibus animi & corporis verbum deuorare. pro Sestio, 17

Modis Liuianis & Næuianis quæ complecti quondam solebant iucunda seueritate. 2. de Legib. 38

Modulor.

Nisi quod hominum aures vocem natura modulatur ipsa. 3. de Orat. 103. a

Ipsa enim natura quasi modularetur hominum orationem, in omni verbo posuit acutam vocem, & c. in Orat. 32. a

Modulate.

Si ex oliua modulatè canentes tibia nascerentur, num dubitares quin inesset in oliua tibicinis quædam scientia? 2. de Nat. d. 32. a

Modificatus.

In omne corpus diuiso & modificato cibo cantus edere quiete satiatus. Diuin. lib. 2. 43

Tractatione autem, quum aut propria sumentur vocabula, aut addita ad nomen, aut noua, aut prisca, aut ab oratore modificata, & inflexa quodam modo. in Partitio- nibus, 10

Verba illa modificata esse debent. 3. de Orat. 103. a

Modicus.

Actio modica iactatione corporis. Orat. 204

Hæc ipsa nimia in quibusdam futura non fuerant, nisi quædam essent modica natura. de Finib. 191. b

Meam autem quoniam pecuniam contemnens, & rectè (est enim ad vulgi opinionem mediocris) ad tuam nulla, ad meam modica, de me silebo, de te loquar. in Parad. 60. a

Genus dicendi subtile, modicum, vehemens. Orat. 203. b

Sed tamen modici fuimus in *ῥωσῶσι*. Att. lib. 4. 74. 3. a. Hoc est breues.

Solis accessus & recessus modici. de Nat. d. 2. 36

Modici regni termini. pro Deiot. 25

Generum quæstiones modicæ & paucæ sunt. de Orat. 121. b

Quæ cum populo, quæque in patribus aguntur, modica sunt. 3. de Leg. 10. & 35. Id est, modesta atque sedata.

Argumenta si ex reis numeres, innumerabilia sunt: si ex rebus, valde modica. de Orat. 121. b

Vtendum est exercitationibus modicis. de Senect. 32

Si modò temperatis escis modicisque potationibus est affectus. de Diuinat. 104. b

Modicè.

Modicè omnia agemus. 16. fam. 11. Id est, modestè, temperatè, moderatè.

Quare dignus vestro summo honore, singularique iudicio sim, ipse modicè dicam. de Leg. Agr. 19. a

Quamquam à me timidè, modicèque dicitur. pro Syl. 59. a

Sed tamen quoniam effugi eius offensionem, & c. modicè hoc faciam, aut etiam intra modum. Sulpit. lib. 4. 13

Modicè ac sapienter ferre aliquid. Cat. 2

Modicè ferre aliquid malum. de Clar. Orat. 55. & in Antonium, 232. & de Finib. 58. b

Nostrem enim & nostra causa susceptum dolorem modicè ferre debemus. 1. Tusc. q. 181. a. pro Planc. 8. & 11. Phil. 293

Genere breuiter modicèque laudato. Partit. 236. b

Minæ Clodii contentionesque, quæ mihi proponuntur, modicè me tangunt. Att. lib. 2. 34. 2. a

Modicè & scienter vti aliqua re. de Orat. 96. b

Sed ut modicè cæteris vtile est, tibi necesse est. Att. a

Moderor.

Moderatur, mouet, regit omnia mens mundi. 4. Acad. 213. 2

Quinto togam puram iubeo dari, cui Deiotarus moderatur. Attic. 80. b

Ortus nascentium luna moderatur. 2. de Diuin. 136. a

Tormenta gubernat dolor, & moderatur natura cuiusque. pro Syl. 182. b

Oratio sine vinculis sibi ipsa moderatur. de Orat. b

Causæ, quibus totis moderatur oratio. Orat. 201. b

Tecum Atratinæ agam lenius, quod & pudor tuus moderatur orationi meæ, & c. pro Cæli. 5

Causæ quibus ratio moderatur. Tusc. 242. b

Verba moderatur, & se ipse sustentat testis. pro Flac. 9. a

Nam auditorum aures moderatur oratori prudētī & prouido, & quod respuunt, immutandum est. in Partit. 9

Venti & tempestates res rusticas moderantur. 5. Verr. 195

Tibicines, iique qui fidibus vtuntur, suo, non multitudinis arbitrio, cantus numerosque moderantur. 5. Tusc. 147

Lurco moderatus est in testimonio dicendo religioni suæ. pro Flacco, 162. b

Quamquam moderabor ipse, ne, & c. de Orat. 94. b

Moderabor ita, nequid eum offendam. 6. ad Att. 37

Tempus igitur dicendi prudentia & grauitate moderabimur. 2. de Orat. 137. a

Moderantè lætitiæ popularem in cantu, fidibus, tibiis. 2. de Legib. 24

Te hortor ut omnia gubernes ac moderere prudentia tua. epist. 21. b

Atque hoc sic moderetur & cogitet, si contentus sit, & c. de Arusp. resp. 245. b

Regere, gubernare, moderari. Partit. 236. b

Animo & orationi moderari, quum sis iratus, non mediocris ingenii est. Quint. frat. lib. 1. 1. 59. a

Moderari nauim ex Icapha. de Inuent. 51. b

Consilia sua officio moderari. 2. de Finib. 130. a

Orationi suæ moderari. 5. Verr. 84. a

Gubernare & moderari prudētia omnia. Curioni, lib. 2. 6. 2. a

Moderari religioni suæ. pro Flac. 67

Religionem moderari. 1. de Nat. d. 1. a

Sententiam aliquam tanquam aliquod nauigium atque cursum, ex Reipublicæ tempestate moderari, non est inconstantis. pro Corn. Balbo, 50. a

Sententiam suam non semper vilitate Reipubl. sed cum spe, tum metu moderari. in Ant. 261. b

Nam si hoc more moderari possemus, vt, & c. epist. 114. b

Iudex est omni ratione ad tempus, ad causam oratione moderandus. de Orat. 115. b

Actio vocis conformatione moderanda est. 1. de Orat. 10. a

Cui populus ipse moderandi & regendi sui potestatem tradidit. de Orat. 104. b

Quæstio ad moderandam religionem necessaria. de Natura deorum, 1. b

Sentio Iudices moderandum mihi esse iam orationi meæ, fugiendamque vestram fatietatem. 5. Verr. 84. a

Quæ pertinent ad liberalem speciem & dignitatem, moderanda sunt. Offic. 28. b

Moderans.

Deus cælum versans, terram tuens, maria moderans. 3. de Nat. deor. 135

Trunco magis toto se ipse moderans. Orat. 202. b

Et multi Epicurei fuerunt, & hodie sunt, & in amicitis fideles, & in omni vita constantes & graues, nec voluptate, sed officio consilia moderantes. de Finib. lib. 2. 67

Moderatus.

Moderatus & temperans in omnibus vitæ partibus. pro Fonteio, 25. a

Moderatus & constans ortus. de Vniuer. 55

Vir castus, moderatus, sanctus. pro Corn. Bal. 56. b. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 24. 3. de Finib. 16. a

Vir natura ipsa moderatus. Quint. frat. 294. b

Doctrina non moderata, nec mitis, sed paulò asperior ac durior, quam, & c. pro Mur. 138. b

Excursio moderata, eaque rara. Orat. 202. b

Conuiuium moderatum atque honestum. pro Mur. 127. b

Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum, nihil pudens, nihil pudicum. in Ant. 189. b

Otium moderatum & honestum. de Clar. Orat. 165. b

Vnguentum moderatum. de Orat. 152. b

Quis enim cantus moderatæ orationis pronuntiatione dulcior inueniri potest? de Orat. 111. b

Id magno argumento sit, me in vtroque fuisse moderatum. in Ant. 168. b

Et in eo vehementer se moderatum præbuit. Offic. 2. 107

Qui moderato cultu atque victu quieti se tradiderit. de Diuinatione, 83. b

Confirmandus erat exercitus nobis, magis sæpe præmiis sollicitatus, vt ab Reip. potius moderata, quam ab vno infinita speraret. 10. fam. 15. in epist. Planci.

Nostri illi moderati & temperati homines, & c. pro Murena, 139. b

Temperati moderatique mores. 12. fam. 58

Moderati enim & nec difficiles, nec inhumani senes, tolerabilem agunt senectutem. de Senect. 7. a

Ego ista studia non improbo, moderata modò sint. Or. 123. b

Virtutes omnes mediocritate quadam esse moderatas. pro Murena, 139. b

Moderatis epistolis lætaturum putas. 13. ad Att. 37

Moderatior, temperatiorque. 13. fam. 55

Vita quæ omni gestu moderatior, omni versu aptior esse debet. Parad. 120. b

Moderatissimi atque humanissimi fuit sensus. 10. fam. 53. in epist. Planci.

Moderatè.

Moderatè te ea accepisse, & c. à meis procuratoribus certior sum factus. 10. fam. 80. in epist. Lepidi. Id est, non nimis commotum fuisse illis rumoribus.

Ab his quicquam sanctè aut moderatè dictum putabit. pro Fonteio, 18. a

Moderatè quod euenit feramus. 6. fam. 12

Moderatè & tranquillè ferre aliquid. Tusc. q. lib. 3. 51

Qui copiam rerum moderatè ferre non possunt. contra Rullum, 64. b

Placatè & moderatè omnia humana ferre. 6. fam. 3

Moderatè ferre secunda. 5. fam. 64

Quod animaduerti te dolore, quem acceperis, cum summi viri, tum amicissimi morte, ferre moderatè, nec potuisses non commoueri. de Amicit. 7

Moderatè & amicè scriptæ literæ. 14. ad Att. 9

Authoritas, & c. qua moderatè ego vtar, & c. pro Syl. 168. b

Iis, quibuscum congregamur, vt moderatè & scienter. Officiorum, 36. b

Qui autem, si maximè hoc placeat, moderatius tamen id volunt fieri, difficilem quandam temperatiam postulant in eo, & c. 1. de Finib. 4. a

Hoc genus Isocrates moderatius temperauit. Orat. 214. b

Si amiserit, moderatius tulisse. de Orat. 112. b

Quæ res cum sapientissimè, moderatissimeque constituta esset à maioribus nostris, nihil habui sanè non multum quod putarem nouandum, & c. 3. de Legib. 18. a

Moderatio.

Bonitas & moderatio. de Orat. 140. b

Ordo autem, & constantia & moderatio, & c. Offic. 4. b

Tua moderatio & grauitas. epist. 133. b

Vt in eo moderatio & temperantia appareat cum specie quadam liberali. Offic. 19. b

Adhibenda est etiam in iocando moderatio. de Orat. 130. b

Moderatio animi definita. 1. ad Heren. 1

Etenim ad nostrum vsum propemodum iam est definita moderatio rei familiaris. pro Domo sua, 114

Mundi diuina in homines moderatio. de Nat. d. 77. b

Dummodo illa in hoc genere præscriptio moderatioque teneatur, parcat iuuentus pudicitie suæ. pro Cæli. 46. b

Tum oculorum est quædam magna moderatio. Orat. 202. b

Finis omnino, aut moderatio quædam. 10. ad Att. 7

Moderatio alicuius de alic. pro Sest. 61

Quæ etiam collegæ eius moderatio de me: pro Sest. 19. b

Hoc temperatio lunæ, cælique moderatio efficit. de Diuinatione, 128. b

Ordo & constantia & moderatio ditorum omnium atque factorum. Offic. 20. b

Quare adhibebitur à me certa ratio moderatioque dicendi, contra Rul. 66. b

Languentis populi incitatio & effrænati moderatio. de Orat. 111. b

Moderatio omnis Reip. descriptione magistratuum continetur. 3. de Legib. 3

Tempestatum moderatio atque conuersio. pro Flac. 152. b

Moderatio præsentis temporis. 9. fam. 8

Moderatio modò virium adsit, & tantum, quantum quicque potest, nitatur. de Senect. 29. a. 1. de Finib. 99. a

Si meam in dicèdo moderationem, modestiamque cognoscitis. in Ant. 161. b

Noui enim moderationem animi tui, & æquitatem. de Senectute, 1

Conflagrare terras necesse sit à tantis ardoribus, moderatio- ne & temperantia sublata. de Nat. d. 44. b

Histrionum astrictus certa quadam numerorum moderatione, & pedum. de Orat. 107. b

Alter in conformatione & moderatione continentie & temperantie cernitur. Offic. 71. b

Moderatione paulò minus temperatus. Att. 183. b

Moderator.

Dux nobis & author opus est, & eorum ventorum, quos proposui, moderator quidam & quasi gubernator. 2. fa. 10

Tu eris omnium moderator consiliorum meorum. 1. fam. 52

Sol dux & princeps & moderator luminum reliquorum, de Somn. Scip. 128. b

Rector & moderator, & tanquam architectus tanti operis, tantique muneris. 2. de Nat. d. 131. a. 1. Tusc. q. 110. a

Hæc enim sapientia maximè adhibenda eloquenti est, vt sit temporum personarumque moderator. in Orat. 67. a

Sol moderator & dux temporum. Tusc. q. 162. b
Moderator ille & quasi tēperator huius varietatis. Or. 203. b
Moderatori Reip. quid propositum sit. 8. ad Att. 26
Dominos esse omnium rerum & moderatores deos. de Legibus, 172. b

Moderatrix.

Iudex & moderatrix Reip. 5. Philip. 200. a
Quid ad hanc fortitudinem, de qua loquimur, temperantia adiuncta, quæ sit moderatrix omnium cōmotionum? 5. Tusc. q. 61. a
Semper oratorum eloquentiæ moderatrix fuit auditorum prudentia. de Orat. 199. b
Diuina prouidentia ficitrix & moderatrix materiæ. 3. de Natura deorum, 134
Quum speculatur atque obsidet Rostra, vindex temeritatis & moderatrix officii Curia. pro Flac. 45. a
Moderatrix rerum sapientia. 1. de Inuent. 8. a
Cæsar Rempub. sibi iudicem constituit, & moderatricem omnium factorum. in Ant. 204. b

Modestus.

Modestus aduersus aliquem. 3. fam. 53
Homo frugi & modestus. epist. 229. Att. 214. & 227. b
Nam & modestum hominem cognosces & prudentē. Brut. lib. 13. 11. 9. a
Pulsus est modestior rex, & probior & integrior. Attico, libro 10. 196. 3. a
Adolescentia modestissima. pro Murena, 50. a
Optima & modestissima plebs. 2. de Leg. Agr. 83. a
Adolescentis modestissimi pudor. pro Planc. 11. a
Mores modestissimi. pro Planc. 2. a

Modeste.

In ea vestri isti satellites modeste insolentiam suam continebunt. contra Rull. 94. b
Modeste dicere. 2. ad Attic. 8. pro, frigidè, leuiter, non vehementer.
Et ipse fortunæ modeste ferre doceat iniurias. 1. de Finibus, 71. a
Modeste & abstinenter se gerere in aliqua dignitate. in Sallustium, 11. a
Modeste qui paret, videtur, qui aliquando imperet, dignus esse. 3. de Legibus

Modestia.

Modestia à Stoicis definitur scientia rerum earum quæ aguntur aut dicuntur, loco suo collocandarum. Off. 1. 197
Modestia, est moderatio cupiditatum rationi obediens. de Finibus, lib. 2. 50
Modestia est, in animo continens moderatio cupiditatum. 3. ad Heren. 94
Sic fit, vt modestia, scientia sit opportunitatis idoneorum ad aliquid agendum temporum. 1. Offic. 199
Modestia est, per quam pudor honestus clarum & stabilem comparat auditorem. de Inuent. 81. b
Omnium quæ fiunt, quæque dicuntur, ordo & modus, in quo inest modestia & temperantia. Offic. 4. b
Modestia, quo in verbo modus inest. Offic. 28. b
Humanitas & modestia alicuius. Att. lib. 7. 125. 2. a
Modestia virginalis. Diuin. lib. 1. 60
Vitæ modestia non parum valet contra falsos rumores. epist. 180. b
Pudoris & modestiæ magistra seueritas Censoria. in Pis. 6. a
Si inest in oratione mixta modestiæ grauitas. Offic. 45. b
Modestiæ partibus vtremur, si nimias libidines honoris, pecuniæ, similitumque rerum vituperabimus: &c. 3. ad Herennium, 96
Per modestiam pudor honestus clarum & stabilem comparat authoritatem. 2. de Inuent. 243. a
Si meam in dicēdo moderationem modestiamque cognoscitis. in Ant. 162. b
Tyronem propter humanitatem & modestiam malo saluum, quam propter vsum meum. Att. 104. b
Modestia commoti. 4. ad Heren. 137
Qui virtutibus his lenioribus erit ornatus modestia, temperantia, iustitia. Offic. 10. b

Mœcenas.

C. Mœcenas, eques Rom. pro Cluent. 123

Mœchus.

Ser. Ocella nemini persuasisset se mœchum esse, nisi triduo bis deprehensus esset. 8. fam. 17. in epist. Cælii.
Vt arbitretur te sibi paratum mœchū, si illam duxeris. Terent. 8. b

Mœnia.

Hæc tibi sunt tam defendenda, quam mœnia. Academiarum, 34. b
Armatum ad patriæ mœnia accedere. Att. 120. b
Brundisium veni, vel potius ad mœnia accessi. pro Plancio, 280. b
Tum domicilia coniuncta, quas vrbes dicimus, inuento & diuino iure & humano mœnibus cincterunt. pro Sest. 79. a
Diligentius vrbes religione, quam mœnibus cingere. 3. de Nat. d. 137. a
Cum sese non vnus circumdatum mœnibus popularem alicuius loci, sed ciuē totius mundi agnouerit. 3. de Leg. 91. a
Tum domicilia coniuncta, quas vrbes dicimus, mœnibus sepeferunt. pro Sestio, 22. b

Mœreo.

A te quidē omnia fieri fortissimè & amantissimè video: nec miror, sed mœreo casum eiusmodi, vt tantis tuis miseris mæ miseræ subleuentur. ad Terentiam, lib. 14. 2. 4. a
Illud mœreo, quod, &c. 1. ad Quint. frat. 56
Mæres cogitatione rerum tuarum. 5. fam. 45
Cum tristis esset Calchas, mæstior Vlysses, mœreret Menelaus. Orat. 203. b
Vt nemo vnquam vnici filii mortem magis doluerit, quam ille mœret patris. in Ant. 223. b
Nemo enim mœret suo incommodo. dolent fortasse & anguntur. Tusc. q. lib. 1. 25
At illa sicut rem acerbissimam mœret. Tusc. q. lib. 1. 94
Amicis qui mœrent tuo dolore. 4. fam. 19. in epistola Ser. Sulpitii.

Qui Rempub. nimis tardè concidere mœrent. pro Sest. 8. b
Non verebar ne quis perditorum ciuium mortem mœreret. pro Sest. 11. b
Cum grauitate filii mortem mœreret. Tusc. q. 173. b
Etiamne edicere audeas, ne homines suam, meam Reipub. mœrerent calamitatem? pro Sest. 10. b
Cum omnes boni abditi inclusi que mœrerent, templa gemerent. in Pis. 83. b
Lugere & mœrere. pro Domo sua, 22. a
Quocirca mœrere hoc eius euentu, vereor ne inuidi magis, quam amici sit. de Amicit. 13. a
Qui prohiberet quenquam aut sibi mœrere, aut, &c. pro Sestio, 26

Sic timere, sic mœrere, sic in libidine esse, peccatū est, etiam sine effectu. 3. de Finibus, 51. a. 3. Tusc. q. 46. a
Mœrere sua voluntate. Tusc. q. lib. 3. 60
Vt apud Homerum, quotidianæ necesse interitusque multorum sedationem mœrendi afferunt, &c. Tusc. q. 204. b
Intellectum est, nihil profici mœrendo. Tusc. q. 204. b

Mœrens.

Afflictus, debilitatus, mœrens. 2. de Orat. 105. a
P. Sylla mœrens, demissus, afflictus. pro Syl. 131. b
Horridus, incultus, mœrens. Post redit. in Senatu, 12. a
Illa lugubris lamentatio fletusque mœrens. 1. Tusc. q. 49. a
Nec domo mœrens ad Remp. confugere possum. epist. 51. & de Orat. 126. b
Magnū opus est probare mœrenti, illū suo iudicio, & quod se ita putet oportere facere, mœrere. Tusc. q. lib. 3. 68
Homines alienis bonis mœrentes. pro Corn. Balb. 45. a
Lugente Senatu, mœrentibus bonis. pro Domo sua, 218. b

Mœror.

Mœror, ægritudo flebilis. Tusc. q. lib. 4. 15
Mœror à tristitia differt. Orat. 41
Mœror meus lacerat me & conficit. 3. ad Att. 8
Cum C. Marius mœrorem orationis mæ lachrymis suis adiuuaret. de Orat. 126. b
Mœrorem exagitare. 3. ad Att. 6

Mœrorem minui, dolorem nec potui, nec si possem, vellem. Att. lib. 12. 246. 3. a
Mœrore se conficere. Tusc. q. lib. 3. 23
A mœrore deterrere. ad Brut. 19
A mœrore recreari. 12. ad Att. 15
Nihil enim de mœrore minuendo scriptum ab vllō est, quod, &c. ad Att. 180. b
Quam autem ciuitati charus fuerit, mœrore funeris indicatum est. de Amicit. 10. a
In mœrore esse. 11. Philip. 288
Cum à me exponeretur, quanto in mœrore versatus essem. epist. 59. & 71. b
Iacet in mœrore meus frater. Att. lib. 10. 195. 8. a
Discesserat ab Asia frater meus magno squalore, sed multo maiore mœrore. pro Sest. 18. b
Mœrore proffigatus. in Catil. 26

Mœstus.

Senex mœstus & sordidatus. 2. de Orat. 106. a
Vt cum me à Repub. mœstum domus excipiebat. epistolatum, 51. b
Cum eum in cultum, horridum, mœstumque vidisses. Postquam, 207. b
Mœsto & conturbato vultu. ad Heren. 21. b

Mœstitia.

Superciliorum remissio, aut contractio, mœstitia, hilaritas. Offic. 29. b
Seueritas, & quasi mœstitia orationis. Orat. 201. b
Resistere mœstitiæ. in Orat. 82. a
Hæc cum pressis & flebilibus modis, qui totis theatris mœstitiam inferant, &c. 1. Tusc. q. 95
Sapientia enim est vna quæ mœstitiam pellat ex animis. 1. de Finibus, 68. a
Tanta in mœstitia fui, quanta ceteri optimi ciues, si idem prouidissent, fuissent. 2. Philip. 56. a

Mœste.

Deinde modò acriter, tum clementer, mœstè, hilarè in omnes partes commutabimus. ad Heren. lib. 3. 117. a

Mola.

Caput est in iecore, cor in extis: iam abscedet, simul ac molam & vinum insperferis. Deus id eripiet, vis aliqua conficiet aut exedet. Non ergo omnium interitus atque obitus natura conficiet: &c. Diuin. lib. 2. 28
Ac mœstè tamen dixit, vt Rhodi videretur molis potius, quam Moloni operam dedisse. Att. lib. 2. 16. 16. a

Moles.

Erit igitur extructa moles opere magnifico, incisa litera, diuinæ virtutis testes sempiternæ. 14. Philip. 406. a
Moles gigantum, non biformato impetu Centaurus ictus corpori infixit meo. 2. Tusc. q. 33. a
Maior mihi moles, maius miscendum est malum, qui illius acerbum cor contundam & comprimam. 3. de Orat. 121
Hi Capuam sedem nouæ Reip. constituunt, molem contra veterem Rempub. comparant. contra Rull. 84. b
Non facilè tãtam molem mali à ceruicibus depulissim. 3. in Catil. 62. a
Iniuriæ molem sustinere. 1. in Catil. 17. a
In hac insula extrema est fons aquæ dulcis, cui nomen Arthusa est: incredibili magnitudine, plenissimus piscium: qui fluctu totus operiretur, nisi munitione ac mole lapidum à mari disinctus esset. 6. Verr. 105. a
Moles iacimus ab vtroque portus cornu. 9. ad Attic. 59. in epist. Cæsaribus.
Opponere fluctibus moles. 2. Offic. 18
Constat enim aditus insulæ esse munitos mirificis molibus. Att. lib. 4. 50
Albanorum aræ, quas ille, cæcis lucis, substruccionum insanis molibus oppresserat. pro Mil. 65

Molestus.

Molestus non eris. 2. de Orat. 144
Operosus & molestus labor. 2. de Nat. d. 84. a
Nihil laboriosius molestiusque prouincia. 3. de Legibus, libro 27. a
Intempestiua & molesta nunquam est amicitia. de Am. 21. a

Importunitas autem & inhumanitas omni ætati molesta est. de Senect. 7. a
Negotiosa & molesta prouincia. pro Mur. 16. a
Molesta veritas est, si quidē ex ea nascitur odium. de Amicitia, 75. a
Grauis aut molesta vita otiosorum aliquibus minus est. 1. Officiorum, 101. a
Odiosum & molestum est cupidus, carere: satiatis verò & expletis iucundum est carere. de Senect. 44. 2
Nihil est molestum, quod non desyderes. Cat. 43
Expone igitur, nisi molestum est. Tusc. q. lib. 1. 22. & Cat. 6
Melius quidem afferre nihil possum: sed à te impetrare libenter velim, nisi molestum sit, &c. Tusc. q. lib. 5. 60
Quibus tibi molestum non erit. 11. ad Att. 2
Academiam renouari à te, nisi molestum est, velim. Academicarum quæst. 41. b
Odiosam mihi duxi, non molestam. 13. ad Att. 67
Molesti interpellatores. Att. lib. 15. 327. 7. a
Nisi fortè molesti interuenimus, venisse delectat. 2. de Oratore, 9. a

Sunt enim quidam qui molestas amicitias faciunt, quum ipsi se contemni putant. de Amicit. 63

Molestia.

Molestia, ægritudo permanens. Tusc. q. lib. 4. 15
Aliud molestia, sine cōmiseratione graue quiddam, & vno pressu ac sono obdutum. 3. de Orat. 121
Cum priuamur dolore, ipsa liberatione & vacuitate omnis molestiæ gaudemus. lib. 1. de Finibus, 29
Nunc mihi iucunditatis plena epistola, hoc asperit molestiæ, quod, &c. ad Quint. frat. lib. 2. 12. 2. a
Molestiæne plus, an voluptatis attulerit mihi. 11. fam. 41
Quis autem vel eum iure reprehenderit, qui in ea voluptate velit esse, qua nihil molestiæ consequatur, &c. lib. 1. de Finibus, 26
Molestiæ magnæ esse alicui. 6. ad Att. 21
Ex huius incommodis magnam animo molestiam capio. pro Syl. 1. a. de Amic. 76. a
Qui mouentur, eam molestiam, quam debent capere, non capiunt, &c. de Amicit. 113. b
Deleuit enim mihi omnem molestiam recentior epistola. ad Quint. frat. lib. 3. 24. 1. a
Molestiam paucorum dierum deuorare. 6. Philip. 215
Iam exhibere mihi molestiam destiterunt. Attic. lib. 2. 2. ad Cornificium, lib. 12. 29. 4. a
Nec sibi fingere vllam molestiam, nec alteri quærere. de Nat. deor. 1. 40
Habeo etiam illam molestiam, quod, &c. Tironi, lib. 16. 17
Sed in hoc ipso habent tamen idem fascis molestiam. Attico, lib. 8. 147. 10. a
Acerba sanè recordatio veterem animi curam molestiamque renouauit. Tusc. q. 213. & de Orat. 142. b
Molestiam magnam suscepit, & minimè necessariam. 3. de Nat. deor. 44
Festinare te nolo, ne nausæ molestiam suscipias æger. ad Tironem, lib. 16. 10. 3. a
Trahere molestiam ex pernicie Reipub. Sulp. lib. 4. 6
In molestia gaudeo. epist. 10. b
Eum, quod sine molestia tua fiat, si qua in re opus ei fuerit, iuueris. 13. fam. 5. & 90
Sine molestia atque angore viuere. Tusc. q. lib. 4. 30
Nunquam hac te cura & molestia liberabo. pro Quinto Roscio, 50. b
Molestiæ me hebetem reddiderunt. 9. ad Attic. 66
Vt & voluptates repudiandæ sint, & molestiæ non recusandæ. lib. 1. de Finibus, 27
Mihi quidem ita iucunda huius libri confectio fuit, vt non modò omnes absterferit senectutis molestias, sed effecerit mollem etiam & iucundam senectutem. de Senect. 2. a
Omnes molestias & sollicitudines, quibus te miserrimam habui, depofui & eteci. Terentia, lib. 14. 7. 1. a
Existimauit honestissimè molestias posse deponi. Offic. 2. 5
Nisi iam & ratio ipsa depulisset omnes molestias. Cælio, libro 2. 28

Esse in molestiis. Figulo, lib. 4. 13. 13. a

Molestè.

Te de prædio auaræ exerceri molestè fero. ad Att. 2. 11. b

Pator iudices, & non molestè fero, me laboris mei, vos virtutis vestræ fructum esse laturos. 3. Verr. 2. a

Non molestè, inquit, fero nos hæc contulisse. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 136

Obiurgari molestè ferunt. de Amic. 76. a

Sanè molestè Pompeum id ferre constabat. epist. 11. b

Cupiebam dissimulare me id molestè ferre: cupiebam animi dolore vultu tegere, & taciturnitate celare. 2. Verrinarum, 14. a

Iam illud molestè rogo, vt, &c. ad Att. lib. 1. 54

Molior.

Equidem illud molior, vt mihi Cæsar concedat vt absim. Attico, 138. b

Quis igitur hanc optimatium discordiam molitur? de Arusp. respons. 36

Octavius magna molitur. Att. 257. b

Multa sæpe imprudentibus imperatoribus vis belli ac turba molitur. pro Sext. Rosc. 33. b

Qui aliquod munus efficere molitur. de Leg. 195. b

Quarum altera, quam nos incolimus, sub axe posita ad stellas septem, vnde Horrificæ Aquilonis stridor gelidas molitur niues. 1. Tusc. q. 107. a

Nihil enim agit, nullis occupationibus est implicatus, nulla opera molitur. 1. de Nat. deo. 72. a. Hoc est, tentat & conatur facere.

De quo molimur aliquid exquisitius dicere. Orat. 200. b

Id speramus, idque molimur. Lent. lib. 1. 5. 12. a

Minimè obscurum est, quod isti moliantur. Att. 236. b

Molitus est deus id tali quodam modo. de Vniuers. 27

Amplius hora iam in demoliendo signo permulti homines moliebantur. in Verr. 222. b

Euolat iam è conspectu fugiēs quadremis, quum etiam tunc cæteræ naues suo in loco moliebantur. 7. Verr. 70. a. Id est, magno labore se explicabant vt consequerentur.

Agam ipse per me & moliar. epist. 87. b

Vt moliat aliquid & faciat. Academ. q. 7. b

Vtrum dii nihil agant, nihil moliantur, atque ab omni curatione & administratione rerum vacent, an contra ab iis cuncta regantur. de Nat. d. 1. b

Moliri æterna. Tusc. q. lib. 1. 75

Struere & moliri aliquid calamitatis alicui. pro Cluentio, 142. a

Moliri aliquid de vita alicuius. pro Mil. 50

Moliri aliquid mali. pro Sext. Rosc. 22. b

Moliri aliquid occultè. contra Rul. 68. b

Moliri corruptelam iudicii. Parad. 58

Insidias filio moliri. pro Cluent. 139. a. Id est, insidiari.

Magna moliri. Att. lib. 16. 335. 1. a

Moliri maiora. Tusc. q. 151. b

Obscurè moliri. 2. Tusc. q. 25. a

Moliri periculum alicui. pro Sest. 1

Pestem patriæ nefariè moliri. 2. in Catil. 25. a

Quoniam hæc ferè sunt in iudicium animis oratione molienda, amor, odium, iracundia, inuidia, misericordia, spes, lætitia, timor, molestia, sentimus amorem conciliari, si id velle videre, quod sit vtile ipsis, apud quos agas, defendere: &c. 2. de Orat. 113. a

Agens aliquid & moliens deus. de Nat. d. 16. b

Moliens.

Mundam efficere moliens deus, terram primùm ignemque iungebat, &c. de Vniuers. 15

Non cessans deus, nec quæ agit moliens cum labore operoso & molesto. de Nat. d. 37. b

M. Drusus, vlt in Repub. moliens. pro Planc. 266. b

Sed videtis, vt senectus non modò languida, atque iners non sit, verum etiam sit operosa, & semper agens aliquid & moliens. de Senect. 23. a

Molitus.

Nisi quid occultè Cæsar per tribunos molitus erit. Attico, 105. b

Molita quippiam impietas. 1. de Finib. 78. a

Si Milonem de tua vita nefariè, aut nunc cogitare, aut molitum aliquando aliquid putas. pro Mil. 114. b

Non me pœnitet pro ratione temporum ita esse molitum. in Verrem, 253. b

Molitio.

Sin quæret quispiam, cuiusnam causa tantarum rerum molitio facta sit, arborumne & herbarum, quæ quaquam sine sensu sunt, tamen à natura sustinentur: de Natura deorum, 2. 100

Quæ molitio, quæ ferramenta, qui vectes, quæ machinæ, qui ministri tanti muneris fuerunt: de Nat. d. 1. 15

Tanta rerum molitio. 1. de Nat. d. 17

Quæramus igitur causam quæ eum impulerit qui hæc machinatus sit, vt originem rerum & molitionem nouam quæreret. de Vniuers. 10. a

Molitor.

Hanc igitur habuit rationem effector mundi, molitorque deus, vt vnum opus totum atque perfectum ex omnibus totis atque perfectis absolueret. de Vniuers. 21

Mollis.

Mollis animus ad accipiendam & ad deponendam defensionem. Att. lib. 1. 12. 3. a. Id est, facilis & tractabilis.

Voluptaria, delicata, mollis disciplina, quam grauis, quam continens, quam seuera. lib. 1. de Finib. 29

Solutus & mollis in gestu homo. de Clar. Orat. 119. a

Mollis, tenera, & ita flexibilis oratio, vt sequatur quocunque torqueas. in Orat. 29. a

Ex oratione Cæsar, quæ sanè mollis & liberalis fuit. ad Ligarium, lib. 6. 46

Mollis, languidus, eneruatus philosophus, omnia ad voluptatem corporis dolorumque referens. 1. de Orat. 115. a

Molle, tenerum, fragile, flexibile. pro Mil. 32

Effœminatam aut molle, aut nequid durum aut rusticum sit. 1. Offic. 179. a

Molle & remissum dicendi genus. 2. de Orat. 53. a

Hic inflexit orationem, & eam mollem teneramque reddidit. de Clar. Orat. 168. b

Non modò omnes absterferit senectutis molestias, sed etiã effecerit mollem ac iucundam senectutem. de Senectute, 2

Quòd me quodammodo molli brachio de Pompeii familiaritate obiurgas, nolim ita existimes. Att. lib. 2. 6. Id est, leuiter.

Sententiæ molles. in Catil. 21. a

Auricula infima in Repu. & inimicitis mollior aliquis. ad Quint. frat. lib. 2. 35

Molliorem esse in dolore. Offic. 1. 101

Vtram igitur putas legem molliorem? 3. Verr. 17

Cultus molliissimus. 2. Tusc. q. 62. a

Sed ea nos quum iacencia sustulimus è medio, sicut molliissimam ceram, ad nostrum arbitrium formamus & fingimus. 3. de Orat. 97. a

Nam nunc quidem cogitationibus molliissimis effœminamur. 1. Tusc. 79

Mollitia, seu Mollities.

In primo enim ortu inest seueritas & mollitia quædam, vt nec res videre optimas, nec agere possint. 5. de Finibus, 105. a

Qui officia deserunt mollitia animi, id est laborum & dolorum fuga. 1. de Finib. 26

Mollitia animi, lenitatem imitatur. Partit. 43

Cervicum mollitia. in Orat. 33. a

Agilitas, mollitiæque naturæ. Att. lib. 1. 49

Ciuitatum mores lapsi ad mollitiem, pariter sunt immutati cum cantibus. de Leg. lib. 2. 38

Imbecillitas & mollities victus alicuius. Attico, libro 12. 244. 6. a

Nosti Niciæ nostri imbecillitatem, mollitiem & consuetudinem victus. Att. 194. b

Qua mollitia sum animi & lenitate. pro Syl. 13

Mollitudo.

In pulmonibus autem inest raritas quædam & assimilis

spongiis mollitudo, ad hauriendum spiritum aptissima. 2. de Nat. d. 205. a

Lenitudo orationis, mollitudo corporis. Tusc. q. lib. 5. 35

Nam & odor vrbanitatis, & mollitudo humanitatis, & murmur maris, &c. 3. de Orat. 88

Mollitudo vocis, cum eam torquere pro commodo nostro possumus. ad Heren. 19. b

In ipso tactu esse modum & mollitudinis & læuitatis. 3. de Orat. 55. a

Molliter.

Molliter ferre aliquid. Cato, 6

Aberat enim omnis dolor: qui si adesset, nec molliter ferret, &c. 2. de Finib. 57

Parcè & molliter facere aliquid. Lentulo, lib. 1. 9. 98. a

Quod ferendum est molliter sapienti. de Senect. 6. a

Recubare molliter & delicatè. 3. de Orat. 36. a

Molliter & delicatè viuere. 1. Offic. 149

Mollius ferre quàm deceret virum. ad Brut. 19

Et cubilia sibi nidisque construunt, eosque quàm possunt molliissimè substruunt, vt quamfacillimè oua seruentur. 2. de Nat. d. 98

Mollio.

Molliunt animos nostros: ita sunt deinde dulces, vt non legantur modò, sed etiam ediscantur. 2. Tusc. q. 24

Et Annibalem iuueniliter exultantem, patientia sua mollebat. de Senect. 9. a

Sed nos vmbriis, deliciis, otio, languore, desidia animum infecimus, opinionibus, maloque more delinitum molliuimus. 5. Tusc. 58

Mollire dolorem. 4. fam. 19. in epist. Seru. Sulpitii.

Mollire dura. de Orat. 201. b

Dura verba vsu mollienda. 1. de Nat. d. 132. a

Dentibus autem in ore constructis manditur, atque ab his extenuatur & mollioribus. 2. de Nat. d. 201. Sed hic fortè rectius legas molitur, pen. corr. à Molo, molis.

Itaque & Aquilonibus, reliquisque frigidibus adiectis durefcit humor, & idem vicissim mollior tepefactus, & tabescit calore. 2. de Nat. d. 20

Mollitur mare. 3. de Orat. 91

Ipsa illa Martia, cælestis & diuina legio, hoc nuntio languescet & mollietur, atque illud pulcherrimum nomen Martium amittet. 12. Philip. 323. a

Mollitus.

Agros mollitos oblimatósque ad ferendum relinquit recedens Nilus. 2. de Nat. d. 201. a

Mollipes.

Mollipedesque boues spectantes lumina cæli. 1. de Diuinatione, 26. a

Molon.

Molon actor in veris causis scriptorque præstans, tum in norandis animaduertendisque vitiis & in instituendo docendoque prudentissimus. Brut. 175

Molon, dictatore Sylla, legatus ad Senatum de Rhodiorum præmiis venit. Brut. 173

Molon, rhetor Rhodius. Brut. 170

Molon, meam orationem diffluentem repressit. Brut. 175

T. Torquatus T. filius, vir doctus ex Rhodia disciplina Molonis. Brut. 132

Fauonius accusauit Nasicam inhonestè, ac modestè tamen dixit, vt Rhodi videretur molis potius, quàm Moloni operam dedisse. 2. ad Att. 8

Molossi, populi. de Diuinat. 96. b

Momentum.

Hæc res nullum habet momentum ad beatam vitam. de Finibus, 117. b

Vt ei qui iucundè vixerit annos decem, si æquè vita iucunda mensura addatur, quia momentum aliquid habeat ad iucundam accessionem, bonum sit: &c. 4. de Finib. 24

Vt sua authoritas aliquid apud vestros animos momenti habuisse videatur. pro Font. 276. b

Id est maximi momenti & ponderis. in Vat. 30. b

Vt omnia ex altera parte collocata vix minimi momenti instar habeant. Offic. 3. 14

Sic errare Zenonem, qui nulla in re, nisi in virtute aut vitio propensionem, ne minimi quidem momenti ad summum bonum adipiscendum esse diceret. 4. de Finib. 78. a

Hoc nihil habet momenti. de Finib. 72. b

Momenti nihil est omnino in eo. 1. Acad. 51. a

Cuius testimonium propter turpitudinem vitæ, fordèsque domesticas, nullius momenti putaretur. in Vatin. 1. a

Permagnum momenti est in Rep. ratio atque inclinatio temporum. 7. Verr. 139. a

Iam illud quidem perspicuum est, maximam animi aut voluptatè aut molestiam plus aut ad beatam, aut ad miseram vitam afferre momenti, quàm eorum vtrumuis, si æquè diu sit in corpore. 2. de Finib. 86. a

Si quid habet aut momenti commendatio, aut authoritatis confirmatio mea. pro Mur. 145. b

Petunt aliquid publicani, caue quicquam habeat momenti gratia. pro Mur. 139. b

Magno momento esse ad persuadendum. de Inuent. 72. b

Quæstura vtriusque propemodum pari momento fortis fuit. pro Mur. 16. a

An ignoratis cætera illa magnifica Popu. Rom. vestigalia perleui sape momento fortunæ, inclinatione temporis pendere? 2. de Leg. Agr. 80. a

Inuenta non solum ordine, sed etiam momento quodam atque iudicio dispensare atque disponere. 1. de Orat. 69. a

Sinautem in rebus iudicandis non minimam partem ad vnamquamque rem existimandam, momentoque suo ponderandam, sapientia iudicis tenet. pro Font. 10

Nihil aliud alii momento vllò antepones. de Finib. 96. b

Ego quam ille præponendam & magis eligendam, beatiorem hanc appello, nec vllò minimo momento plus ei vitæ tribuo, quàm Stoici. 5. de Finib. 152. a

Momenta elementorum quasi partita inter se & diuisa. Tusc. quæst. lib. 1. 33

Ita sunt in plerisque contrariarum rationum paria momenta. Academ. q. ed. 1. lib. 2. 115

Non tam authoritatis in disputando, quàm rationis momenta quærenda sunt. de Nat. d. 1. 8

Non enim ignoras, quanta momenta sint in Rep. temporum. Brut. 90. b

Non semper ex eisdem, argumentorum momenta sunt. Orat. 201. b

Paria in contrariis partibus rationum momenta. Acad. q. ed. 2. lib. 1

Inclinationes rerum & momenta temporum. 5. de Finibus, 19. a

Paruis enim momentis multa natura aut affingit, aut mutat, aut detrahit. 1. de Diuinat. 194. a

Qui ad appetitionem rerum esse in his momenta diceret. de Finibus, 117. b

Elementa habent inter se diuisa momenta. Tusc. q. 156. b

Ea nobis ipsa chara esse propter se, & in his esse ad bene viuendum momenta maxima. 5. de Finib. 33

Omnia momenta obseruabimus, neque vllum prætermitemus tui iuandi & leuandi locum. Trebatio, lib. 6. 37

M. Cato diligentissimè perpendens momenta officiorum omnium. pro Mur. 2. a

Astra forma ipsa figuræque sua momenta sustinent. de Natura deor. 49. b

Minimis momentis p. c. maximæ inclinationes temporum sunt. 5. Philip. 182. a

Momus.

Quòd me maximè hortaris, & quod pluris est quàm omnia, in quo laboras, vt etiã Ligurino momo satisfaciam: moriar, si quicquam fieri potest elegantius. Att. lib. 5. 41

Monedula.

Non plus aurum tibi, quàm monedula committebant. pro Flacco, 59

Monco.

Monco, prædico, antè denuntio. 2. Verr. 23

Sed eos hoc monco, desinant furere. 2. in Catil. 40. a

Monco sic, vt filium: sic hortor, vt & pro patria, & amicissimum. 10. fam. 10

G. ii.

Quæ tu me mones, vt caueam. epist. 27. b
Mea causa me mones, quod non intelligam: quid igitur me mones? de Diuinat. 135. b
Id ipsum, quod me mones, quatrinduo antè cogitaram. Attico, 234. b
Sulpitius, me quidem (inquit) rectè mones. de Orat. 117. b
Quæ nostra causa nos mones. de Diuinat. 135. b
Pietas officium erga parentes conseruare monet. de Inuentione, 70. b
Nam quum solitudo & vita sine amicis, insidiarum & metus plena sit, ratio ipsa monet amicitias cõparare, quibus partis confirmetur animus, &c. 1. de Finib. 102. a
Cum dii monent de optimatum discordiis. de Arusp. 256. b
Vt rectè præcipere videantur, qui monent, &c. Offic. 18. b
Et res ipsa monebat, & tu ostenderas, & ego videbam, &c. Att. lib. 10. 197. 1. a. 1. de Finib. 101. a
Monui, suasi, deterrui. 1. ad Quint. frat. 33
Quæ tibi eò scribo, quod de retinenda Sestii gratia literis sæpe monuisti. ad Quint. frat. lib. 1. 7. 10. a
Eaque me ex tuis mandatis monuit, quæ, &c. 3. fam. 5
Equidem non deero, monebo, prædicabo, denuntiabo, & testabor semper deos & homines, quid sentiam. in Antonium, 212. b
Monerem vt minorem, obiurgarem vt errantem. 1. ad Atticum, 10
Quæ nostra causa monerent nos. 2. de Diuin. 197. a
Extremum est quod te orem, si putas rectum esse, & à te suscipi posse, cum Camillio communices, vt Terentiam moneatis de testamento. Att. lib. 11. 224. 5. a
Si te vnum illud monuerimus. ad Heren. 1. b
Monere atque hortari aliquem. Planco, lib. 10. 1. 6. a
Monere aliquem de aliqua re. Att. 275. & de Diuinat. 123. & epist. 176. b
Monere aliquem ne aliquid faciat. Offic. 8. b
Monere aliquem, vt fugiat infamiam. epist. 2. b
Authoritate monere. epist. 145. b
Sed cum tot signis eadem natura declaret quid velit ac queat, quid desideret: absurdesimus tamen nescio quo modo, nec ea quæ ab ea monemur, audimus. de Amicitia, 74
De quo ipso nunc monemur. de Arusp. 254. b
A qua, præterquam de sue plena, quid vnquam moniti sumus? 2. de Diuinat. 106. a
Eaque adhibeatur ad monendum, non modò apertè, sed etiam acriter, si res postulabit, & authoritati adhibita pareatur. de Amicit. 41. a
Nam & monendi amici sæpe sunt, & obiurgandi: & hæc accipienda amicè, quum beneuolè fiunt. de Amic. 76. a
Monens.
Sed multò etiam magis monente & denuntiante te. Sulpit. lib. 4. 3. 3. a
Monitus.
Memoria nostræ amicitie, & virtute filii tui monitus. 5. familiarium, 50. Id est, recordatione virtutis filii tui.
Dicamus, si placet, monitum ab eo Crassum caueret ne iret: non fuisse periturum si omni paruisset. 2. de Diuin. 116. a
Monitus.
Eorumque iussu ex illa olea arcam esse factam, eaque conditas sortes, quæ hodie Fortunæ monitu tolluntur. 2. de Diuinat. 129. a
Monitum.
Itaque quæ sunt eorum consolationes, quæ cohortationes, quæ etiam monita & consilia scripta ad summos viros? 4. de Finib. 5
Ad quem metum si deorū monitis non duceremur, tamen ipsi nostro sensu coniecturæque raperemur. epist. 145. b
Monitis & præceptis meis egere. 10. fam. 6
Consiliis monitisque alicuius niti. Licinio, lib. 5. 8. 6. a
Præceptis & monitis omnium patuerunt aures meæ. 14. Philipp. 398. a
Monitor.
Video mihi non te, sed hunc librum esse respõsurum, quem monitor tuus hic tenet. 1. Verr. 28. a

Riserit aliquis fortasse hoc præceptum: est enim non tam acutum, quàm necessarium, magis monitoris non fatui, quàm eruditi magistri. 2. de Orat. 55. a
Appellare ciues per monitorem. pro Murena, 70. a. Id est, nomenclatorem.
Fortasse minus erunt, hoc monitore & authore huiusce sententiæ, mihi populares impetus pertimescendi. in Catilinam, 80. a
Plura dicerem, si apud alios mihi esset dicendum, p. c. non apud vos, quos ego habui omnium mearum actionum monitores. in Salust. 7. a
Monitio.
Primum vt monitio acerbitate, deinde vt obiurgatio contumelia careat. de Amicit. 75
Moneta.
Atque etiam scriptum à multis est, quum terræ motus factus esset, vt sue plena procuratio fieret, vocem ab æde Iunonis ex arce extitisse: quocirca Iunonem illam appellatam Monetam. 1. de Diuinat. 154. a
Quod idem dici de Moneta potest: à qua præterquam de sue plena, quid vnquam moniti sumus? 2. de Diuinat. 105. a
Monetalis.
Monetali autem adscripti, quod ille ad me Proconsulem. Att. lib. 10. 39. Id est, in summa epistola scripsi Vulteo monetali. De Vulteo loquitur.
Monile.
Eriphylam accepimus in fabulis ea cupiditate, vt, quum vidisset monile, vt opinor, ex auro & gemmis, pulchritudine eius incensa salutem viri proderet. 6. Verr. 35. a
Monimentum, vel Monumentum.
Clarissimum monumentum clementiæ suæ. in Ant. 102. b
Monimentum istius crudelitatis. 6. Verr. 22. a
Marmoreum monumentum. Seruius Ciceroni, lib. 14. 38
Non meum monumentum, non enim illæ manubiæ meæ, sed operis locatio mea fuerat. epist. 13. b
Templum monumentumque nostrum. 1. ad Quint. frat. 20
Nullum ex ea dedicatione literarum extat monumentum. pro Domo sua, 241. b
Apud te, cuius nullum in Repub. vnquam monumentum fuit. in Verr. 267. b
Monumentum quod positum est, vt esset indicium oppressi Senatus, ad memoriam sempiternam turpitudinis. pro Domo sua, 235. b
Nec si quicquam patrum, ne monumenti quidem causa reliquit. pro Sext. Rosc. 43. b
Sed ego quæ monumenti ratio sit, nomine ipso admoneor: ad memoriam magis spectare debet posteritatis, quàm ad præsentis temporis gratiam. ad Cæs. a
Quum ad templum monumentumque nostrum ciuitates pecunias decreuissent, &c. ad Quint. frat. lib. 1. 1. 39. a
Quid, quod nunc apud pontifices agis: te meam domum consecraste, te monumentum fecisse, te in meis ædibus signum dedicasse. pro Domo sua, 223. b
Placet mihi, militibus, qui pugnantem occiderunt, monumentum fieri quàm amplissimum. in Ant. 263. b
Quibus pro tantis rebus nullum insigne honoris, nullum monumentum laudis postulo. in Cat. 116. b
Si mea domus non modò mihi non redditur, sed etiam monumentum præbet inimico doloris mei, sceleris sui, publicæ calamitatis: quis erit, &c. pro Domo sua, 233. b
Statuere æternum monumentum & æterna insignia posteris. 2. de Inuent. 173. a
Res quarum monumenta certa in literis extant. de Inuentione, 51. b
Nulla eius ingenii monumenta madata literis, nullum opus otii, nullum solitudinis munus extat. Offic. 3. 3
Publica monumenta. pro Syl. 174. b
Vt annales Pop. Rom. & monumenta antiquitatis loquuntur. pro Domo sua, 67
Multa sunt tuæ clementiæ monumenta, sed maximè eorum incolumitates quibus salutem dedisti. pro Deiot. 28. a. Id est vestigia vel signa.

Indicia & monumenta furtorum. 4. Verr. 128. a
Monumenta literarum. Offic. 1. 217
Monumenta sepulchrorum. Tusc. q. lib. 1. 26
Is in Macedonia trophæa posuit, quæ bellicæ laudis, victoriæque insignia & monumenta sunt. in Pis. 72
Aditus templorum ac monumentorum suorum carminibus exornauit. pro Arch. 20
Elogia monumentorum. 2. de Finib. 184. a
Monimentorum omni genere ab omnium ingenii scriptorum. 12. ad Att. 19
Cuius consulatus est ex omni monumentorum memoria reuulsus. in Ant. 251. b
In animis ego vestris omnes triumphos meos, ornamenta omnia honoris, monumenta gloriæ, laudis insignia, condi & collocari volo. 3. in Catil. 70. a
Testimonia monumentaque virtutis comparare. Antequam iret in exilium, 3. a
Monumenta tuæ formæ ac nominis in suis ciuitatibus esse cupiebant. 4. Verr. 113. a
Rerum gestarum monumenta & vetustatis exempla oratori nota esse debent. 1. de Orat. 100. a
Extare enim volebam in crudelissimos hostes monumenta odii publici sempiterna. Bruto, 15. 12. a
Magnum est enim, eadem habere monumenta maiorum, iisdem vti sacris, sepulchra habere communia. Offic. 1. 79
In deorum immortalium monumenta, atque in vrbs ornamenta, prædas & manubias conferre. de Leg. Agr. 64. a
Hæc de sapientissimis monumenta nobis literæ prodiderunt. pro Planc. 279. b
Qui sine vllis ornamentis monumenta solùm temporum, hominum, locorum, gestarumque rerum reliquerunt. Orator, 114. b
M. Tullius P. Africani monumenta requirit. P. Scipio eum, qui illa sustulit, defendit, &c. 6. Verr. 70, & 71. a
Vestigia sceleris, quàm monumenta maiorum sapientiæ sequi malle. 2. de Leg. Agr. 95. a
Ipsæ enim familiæ suæ quasi ornamenta ac monumenta seruabant, & ad vsum, si quis eiusdem generis occidisset, & ad memoriam laudum domesticarum, & ad illustrandam nobilitatem suam. de Clar. Orat. 31
Animi cuiusdam monumenta tenere. pro Milo. 79. a. Id est, memoriam.
Hæc res annalium monumentis celebratur. pro Rab. perduel. reo, 129. b
Cupio quàm celerrimè res nostras monumentis commendari tuis. epist. 5. 27
Amplissimis monumentis consecrare memoriam nominis sui. pro Syl. 298. b
Mandare orationem monumentis & literis. de Clar. Oratoribus, 13. a. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 3. & ed. 2. lib. 1. 3
Tot præclaris testimoniis monumentisque virtutis comparatis. Antequam. 193. b
Nec nos quidem nostra diuinatio fallat, quam tum sapientissimorum virorum monumentis atque præceptis, &c. consecuti sumus. 6. fam. 19
Iste omnes & suppliciorum & verborum acerbitates non ex memoria nostra ac patrum nostrorum, sed ex annalium monumentis, atque ex rerum commetariis conquisiuit. pro Rab. 10
Vt enim nos ex annalium monumentis testes excitamus eos, quorum omnis vita consumpta est in laboribus gloriofis. 2. de Finib. 107. a
Primum generis antiquitas, quam Tusculo ex clarissimo municipio profectam in monumentis rerum gestarum incisam ac notatam videmus. pro Font. 26. a
Hoc perscriptum in monumentis veteribus reperies. contra Rullum, 83. b
An illa non grauissimis ignominiiis monumentisque huius ordinis ad posteritatis memoriam sunt notada, quod M. Antonius, &c. in Ant. 197. b
Nihil est quod non longinquitas temporum, excipiente memoria, prodendisque monumentis, efficere possit. de Diuinat. 82. b

Grauiissimis, certissimisque monumentis testari aliquid. Ruffo, lib. 5. 20. 16. a
Publicis monumentis auctoritatem alicuius iudicii testari. pro Syl. 30. a
Nisi ista pecunia grauiissimis esset certissimisque monumentis testata, cui data, quo Senatusconsulto, &c. epist. 75. b
Artes & studia tradita monumentis disciplinisque Græciæ. Quint. frat. lib. 1. 1. 42. a
Monitio, Monitor, Monitum, quære post Monico.
Monogrammus.
Monogrammi dei, Epicuri, & nihil agentes. de Nat. d. 2. 43
Mons.
Mons qui facer appellatus est. de Clar. Orat. 169. b
In montem perducere. 2. de Inuent. 241. b
Tu quoque quum tumulos Albano in monte niuales Lustrasti. 1. de Diuin. 32
Montes belli. 4. ad Heren. 157
Montes vestiti atque syluestres. 2. de Nat. d. 198. a
Nihil est iam vltra illam montium altitudinem, quod sit pertimescendum. de Prouinc. 76. b
Montium impendentium altitudines. 2. de Nat. d. 72
Vestitus densissimi montium. 2. de Nat. d. 240. a
In mōtes patrios, & ad incunabula nostra pergā. 2. ad Att. 36
Genus hominū in montibus ac syluis dissipatū. de Or. 88. b
Montanus.
Nullum est in hac vrbe collegium, nulli pagani, aut montani, quoniam plebi, &c. pro Domo sua, 58
Ligures montani, duri atque agrestes, docuit ager ipse, nihil ferendo, nisi multa cultura & magno labore quæsitum. 2. de Leg. Agr. 93. a
Montosus.
Montosus locus. in Partit. 21. a
Montosa regio. pro Plancio, 18. a
Cum locis etiam ipsis mōtosus delectemur & syluestribus, in quibus diutius commorati sumus. de Amicit. 60. a. Legitur & montuosus.
Montiuagus.
Quid bestie, nonne frigus, non famem, non multiuagos atque syluestres cursus atque lustrationes patiuntur? 5. Tusc. q. 115. a
Monstro.
Aut quod Homericus Vlysses Deli se proceram & teneram palmam vidisse dicit, hodie monstrant eandē. 1. de Leg. 3. a
Tu istic siquid librarii mea manu non intelligent, monstrabis. ad Tironem, lib. 16. 22. 3. a
Qui sibi femitam non sapiunt, alteri monstrant viam. 1. de Diuinat. 216. a. Offic. 3. 71. & 1. 77
Monstrum.
Monstrum fatale. Diuin. lib. 1. 83
Immanissimum & fœdissimum monstrum. in Pis. 24. a
Non mihi iam furtum, sed monstrum ac prodigium videbatur. 5. Verr. 147. a
Abiit, excessit, euasit, erupit: nulla iam pernicies à monstro illo atque prodigio mōnibus ipsis intra mōnia comparabitur. 2. in Catil. 25. a
Periculum ex aliquo monstro significatum cauere. de Aruspic. resp. 249. b
Quæ ille monstra, dii immortales! 10. ad Att. 39
Prædictiones verò & præsentiones rerum futurarum, quid aliud declarant, nisi hominibus ea quæ futura sunt, portendi, prædici, ex quo illa ostenta, monstra, portenta, prodigia dicuntur? 2. de Nat. d. 10. a. 1. de Diuinat. 80
Ea quæ sunt, mōstrari declarant, ex quo mōstra. de Natura deorum, 2. 5
Monstra Parmenidis de deo multa. de Nat. d. 1. 22
Monstra quædam non hominis, sed feræ nescio cuius immanis. 5. ad Att. 29
Iam videbuntur monstra dicere. Tusc. q. lib. 4. 43
Monstra narrat, quæ falsa esse possunt: sed certè & hæc perditæ sunt, & illa non salutaria. 9. ad Att. 47
Venerat horis duabus antè Cherippus, mera monstra nuntiarat. 4. ad Att. 24

Monstra promulgare. 2. ad Quint. frat. 19
Monstrosus.

Inuidi, difficiles, lucifugi, maledici, monstrofi. 1. de Fin. 9. 1. a
 Quid minus mirum, quam illam mostrosissimam bestiam,
 vnam euertisse, sortes dissipauisse. 2. de Diuinat. 10. 4. a

Monstrofe.

Nihil tam præposterè, tam inconditè, tam mostrosè cogitari potest, quod non possimus cogitare. 2. de Diuin. 2. 16. a

Montanus, Montiuagus, Montofus,
 Vide Mons.

Monumentum, Vide Monumentum.

Mopsus.

Mopsus, augur ascitus in fabulis. de Nat. d. 2. 5
 Neque enim Poletis, neque Melampodis, neque Mopsi, neque Amphiarai, neque Calchantis, neque Heleni tantum nomen fuisset. 2. de Legib. 3. 4

Mopsuhestia.

Mopsuhestia ager in Cilicia. 3. fam. 30

Mora.

Longa mora. Bruto, 5. 6. a
 Tibi, vt video & spero, nulla ad decedendum mora. Attic. lib. 5. 110. 1. a

Habeo aliquid moræ, dum promissa militibus perfoluo. Cassius ad Ciceronem, lib. 12. 12. 6. a

Non enim puto tam expeditum Faberianum negotium futurum, etiamsi est futurum, vt non habeat aliquid moræ. Attic. lib. 13. 286. 1. a

Vtinam hæc legatio nihil haberet moræ. in Ant. 206. b

Moræ paululum habui, nunc iam sum expeditus. 12. familiarium, 19. in epist. Cassii.

Quid ergo erat moræ & tergiversationis: pro Mil. 40. a

Acquirere moram ad aliquid agendum, & spatium alicui ad sese colligendum dare. pro Cecin. 4. a

Cum ad iudicii moram familiaris funeris excusatio quæreretur. pro Rab. 5

Multa mihi moram afferunt. Att. 183. b

Ista legatio moram & tarditatem afferet bello. 5. Philippicarum, 182. a

Pharnaces autem, quoquo modo aget, moram afferet. Attico, lib. 11. 228. 3. a

Apud te nomen ciuitatis ne tantum quidem valuisse, vt dilationem aliquam crucis, vt crudelissimi terribisque supplicii aliquam paruam moram saltem posset afferre. 7. Verr. 130. a. 8. fam. 22. in epist. Cælii.

Apud te Prætorè si non effugium, ne moram quidem mortis, mentione atque vsurpatione ciuitatis assequi potuit: 7. Verr. 131. a

Qui igitur conuenit, quæ causa, &c. eandem esse moram ad iudicandum pro Cecin. 286. b

De Publio autem quod perferri oportet, moram non puto esse faciendam. 16. ad Att. 3

Venire omnes suas possessiones, & patrimonio se ornatissimo spoliari maluit, quam vllam moram fieri cuiquam creditorum suorum. pro Syl. 44

In his, γλυκὺν τιμὸν illud confirmas, moram mihi nullam fore. Att. lib. 5. 110. 1. a

Deinde vtrū statim fieri necesse sit, an habeat aliquam moram & sustentationem. de Inuent. 80. b

Inferre moram & impedimentum alicui. 1. de Inuent. 18. a

Iniicere moram & religionem iudicandi iudicibus. pro Cecinna, 3. a

Ne minimam quidem moram interposuisti, quin quamprimum maximo gaudio & gratulatione fruere. 10. Philippicarum, 269. a

Quod cum audissemus, nullam moram interponendam putauimus, quin videremus, &c. Academ. q. ed. 2. lib. 1. 1

Itaque bellum nefarium illatum Reip. quum viderem, nullam moram interponendam insequendi M. Antonium putauit. 6. Philip. 205. a

Propter tarditatem sententiarum, moramque rerum. epist. 156. b

Moram supplicio quærere. in Verr. 269. b

Omnino Panfa viuo celeriora omnia putamus, nunc per auspicia longam moram video. ad Brut. 14

Salus Castulonensis, qui semper tenuit nostros tabellarios, &c. tamen nequaquam tanta in mora est, quanta qui locis omnibus dispositi, &c. Afinius Pollio Cic. lib. 10. 31. 1. a

Quod ego vt debui, sine mora feci. Brut. 18. 1. a

Sine mora facere aliquid, abiecta omni cūctatione. At. 177. b

Comitia sine mora futura videntur. de Fato, 307. b

Vt venienti Bruto, exercituique eius sine mora transitus esset paratus. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 18. 11. a

Illi sine recusatione ac sine vlla mora negotium susceperunt. in Catil. 111. & epist. 117. b

Distincta & interpuncta interualla, moræ, respirationisque alios delectant: &c. in Orat. 29. a

Moræ quædam inciderunt Prætoris. 8. fam. 9. in epistola Cælii.

Tu omnes moras interponis, quibus infirmetur Brutus. 8. Philip. 245

Moralis, Moratus, Vide Mos.

Morbus.

Cum autem hic feruor concitatioque animi inueterauerit, & tanquam in venis medullisque infederit, tum existit & morbus, & ægrotatio, & offensiones eæ, quæ sunt eis morbis ægrotationibusque contrariæ. Tusc. q. lib. 4. 18

Morbus & ægrotatio ex totius valetudinis corporis conuulsione & perturbatione gignuntur, vitium autem integra valetudine ipsum ex se cernitur. Tusc. q. lib. 4. 22

Quomodo autem in corpore est morbus, ægrotatio & vitium: sic in animo. 4. Tusc. q. 43. a

Morbus grauis & mortifer. Diuinat. lib. 1. 58

Sic hic morbus qui est in Rep. releuatus istius pœna, vehementius viuis reliquis ingrauescet. in Catil. a

Morbus ingrauescens. Diuin. lib. 2. 12

Nullus morbus mundum potest, aut senectus affligere. de Vniuers. 197. b

Quas oras quasi morbus quidam illius furoris peruaserat. pro Sylla, 177. b

Quum hominem temperantem, summum medicum, tantus improuiso morbus oppresserit: Att. lib. 15. 1

Morbus animi. Tusc. q. lib. 3. 1

Morbus edacitatis. 7. fam. 46. Id est, ex edacitate proueniens. Morbus mentis. Tusc. q. lib. 3. 7

Morbus Reipub. pro Sylla, 57

Tullia meæ morbus & imbecillitas corporis me exanimat. Att. lib. 11. 11

Bonum valetudo, miserum morbus. de Finib. 144. b

Morbi causa excusetur in dies singulos. 12. ad Att. 14

Pyliam in idem genus morbi delapsam, curam tibi afferre maiorem sentio. Att. lib. 7. 13

Qui quum vno genere morbi affligeretur, neque se recreare quisquam posset, quum semel incidisset, dubitabat nemo, &c. in Pis. 67. a

Contra vim grauitatemque morbi contendit, vt ad castra perueniret. in Ant. 216. b

Alter nondum ex longinquitate grauissimi morbi recreatus est. in Ant. 227. b

Num vates acutius coniciet morbi naturam, quam medicus: &c. de Diuinat. 111. b

Morbi senescens remissio. 7. fam. 47

Morbi vis in quartanam conuersa est. 16. fam. 12

Si me aliqua vis morbi, aut natura ipsa consumpserit, tamen, &c. pro Planc. 278. b

Purgationibus & vi ipsius morbi consumptus es. 16. familiarium, 18

Mederi morbo alicui. de Orat. 215. b

Morbum appellant totius corporis corruptionem: ægrotationem, morbum cum imbecillitate: vitium, quum partes corporis inter se dissident, ex quo prauitas membrorum, distortio, deformitas. 4. Tusc. q. 22

Si morbum depulero, facile, vt spero, illa reuocabo. Gallo, lib. 7. 47

Cadere in morbum. Tusc. q. 165. b

Ille in morbum continuo incidit, ex quo non conualuit. Planco, lib. 13. 30. 10. a

Is in morbum grauem & periculosum incidit. epist. 156. b

Is tibi in morbum incidit, ac satis vehementer diuque ægrotauit. pro Cluent. 138

Quoniam in tam grauem morbum inciderat, bene actum cum illo arbitrator. 15. ad Att. 7

Morbum iurauit. 1. ad Attic. 2

Morbum perpetuum iurabo. 12. ad Att. 14

Medicus morbum ingrauescentem ratione prouidet. de Diuinat. 111. b

Morbum & grauedinem remouere. 10. ad Att. 52

Morbum ab ægrotatione in animo tantummodo cogitatione possumus seiungere. Tusc. quæst. lib. 4. 22

Valetudinem tuam iam confirmata esse & à vetere morbo & à nouis tentationibus, gaudeo. Att. lib. 10. 53

Qui sunt morbo graui & mortifero affecti. de Diuin. 94. b. pro Cluent. 24. a

Graui periculosoque morbo affectus. in Ant. 216. b

Bona valetudo iucundior est eis, qui è graui morbo recreati sunt, quam qui nunquam in ægro corpore fuerunt. Post reditum in Senatu, 3. a

Euadere ex morbo dicitur ægrotus. 2. de Diuin. 20. a

Infirmus ex graui & diuturno morbo. 8. Philipp. 237. a

Morbo extingui. pro Sylla, 13. b

Vt sæpe homines ægri, morbo graui, cum æstu febrique iactantur, si aquam gelidam biberint, primo releuari videntur, deinde multo grauius vehementiusque afflicti: sic hic morbus, qui est in Rep. releuatus istius pœna, vehementius reliquis viuis ingrauescet. in Catil. 23

Quod morbo impeditus, in Ciliciam non transferis. ep. 17. b

Corpus quod in morbo est. 3. Tusc. lib. 16. a

Qui in morbo sunt, sani non sunt. Tusc. quæst. lib. 3. 7

Nam ille quoque sodalis istius erat in morbo hoc & cupiditate. in Verr. 95. b

Hunc igitur nec Olympius Iupiter fulmine percussit, nec Æsculapius misero diuturnoque morbo intabescetem interemit. 3. de Nat. deor. 123. a

Grauius ægrotant ii, qui quæ leuati morbo videntur, in eum de integro incidunt. Cornificio, lib. 12. 29. 4. a

Morbo quodam nouo ciuitas moritur. 2. ad Att. 50

Oppressa est morbo mulier. pro Cluent. 15. a

Morbo teneri. Tusc. quæst. lib. 215. b

Animi valentes morbo tentari non possunt, corpora possunt. 4. Tusc. lib. 48. a

Morbo mortifero vrgeri. Fat. 14

Cum sanguis corruptus est, aut pituita redundat, aut bilis in corpore, morbi, ægrotationesque nascuntur. Tusc. quæstionum, 113. b

Ex perturbationibus morbi conficiuntur, quæ vocantur illi vno uocabulo. Tusc. quæst. lib. 113. b

Morbi ægrotationesque oriuntur ex libidine & lætitia. Tusc. quæst. lib. 4. 19

Morbi & ægrotationes, partes sūt vitiositatis. Tusc. q. li. 4. 23

Morbi ex defatigatione membrorum. de Nat. deor. 2. 43

Morbi animi, sunt cupiditates immenses & inanes diuitiarum, gloriæ, dominationis, libidinosarum etiam voluptatum. de Finib. lib. 1. 46

Morbi insanabiles. Tusc. quæst. lib. 5. 2

Tanti aderant morbi vesicæ & viscerum. de Finib. 85. b

Nec verò quisquam stultus non horum morborum aliquo laborat. 1. de Finib. 91. a

Mirari licet, quæ sint animaduersa à medicis herbarum genera, quæ radicum, ad morsus bestiarum, ad oculorum morbos, ad vulnera. de Diuin. 82. b

Morbos philosophi appellant motus perturbatos. Tusc. quæst. lib. 3. 8

Facilius in morbos incidunt adulescetes, grauius ægrotant, tristius curantur. de Senect. 91. b

Medici ex quibusdam rebus, & aduenientes morbos, & crescentes intelligunt. 2. de Diuin. 210

Ego autem cum omnes morbos reformido, tum quod Epicurum tuum Stoici malè accipiunt, quia dicant *δυσχερὴ* & *δυσπραγία* molesta esse: quorum alterum edacitatis morbum esse putant, alterum etiam turpioris intemperantiæ. 7. fam. 46

Ex magnis & diuturnis & iam desperatis Reipubl. morbis ista repente vis eripit, vt, ea confecta & eiecta, conualescere aliquando & sanari ciuitas possit. pro Syll. 57

Ex morbis grauib⁹ graues solent offensiones esse, si qua culpa commissa est. 16. fam. 18

Medici leuiter ægrotantes, leuiter curant, grauioribus morbis periculosas curationes & accipit adhibet. 1. Off. 116. a

In morbis corporis vt quisque est difficillimus, ita medicus nobilissimus atque optimus adhibetur. Att. 173. b

Morbisque, ægrotationibusque contraria nasci putantur à metu. Tusc. quæst. lib. 4. 19

Morbosus.

Maiores nostri iracundos solos, morbosos nominauerunt. 4. Tusc. lib. 85. a

Mordeo.

Neque non tamen me mordet aliquid, in quo vnum non vereor, quæ mihi tuenda sunt. Appio, lib. 3. 50

Latrant & mordent canes. pro Rosc. Amer. 34. a

Tamen si quis error aliunde exiit, si paupertas momordit, si ignominia pupugit. 3. Tusc. lib. 139. a

Momorderunt me valde epistolæ tuæ: eadem tamen sanauerunt. 13. ad Att. 12

Par pari referro, quod illam mordeat. epist. 15. b

Quod rogas vt in bonam partem accipiam, si qua sunt in tuis literis quæ me mordeant. Att. lib. 12. 215. 10. a

Alii canes & latrare & mordere possunt. pro Sext. Rosc. 34

Frænum mordere. Brutus Ciceroni, lib. 11. 38

Qui scribis morderi te interdum, quod non simul sis. 6. ad Atticum, 27

Morderi conscientia. Tusc. quæst. lib. 4. 35

Morsus.

A bestiiis ictus, morsus, impetitus. Offic. 36. b

Acer morsus doloris. Tusc. quæst. lib. 2. 47

Itaque & dolor corporis, cuius est morsus acerrimus, perferretur, spe proposita boni. 3. Tusc. lib. 103. a

Morsus viperinus. Tusc. quæst. lib. 2. 14. 2. de Finib. 251. a

Ægritudo erit sublata illa mœrens, morsus tamen & contractiunculæ animi relinquentur. 3. Tusc. 70

Vt ægritudo quasi morsum aliquem doloris efficiat. Tusc. quæst. 212. b

Certare pugnis, vnguibus, calcibus, morsu. Tusc. q. 2. 43. b

Cui ferus immani laceravit viscera morsu. de Diuin. 121. b

Dum recordationes fugio, quæ quasi morsu quodam dolorem efficiunt, refugio à te admonendo. 12. ad Att. 19

Philoctetes vlceratus serpentis morsu. de Fato, 147. b

Acriores sunt morsus intermissæ libertatis, quam retentæ. Offic. 37. b

Herba ad morsus bestiarum. Diuin. lib. 1. 11

Quid aristolochia ad morsus serpentum possit. de Diu. 85. b

E quibus quum emerferit, fundit frugem spicæ ordine structam, & contra auium minorum morsus munitur vallo aristarum. de Senect. 47. a

Mordax.

Quum quæres id quid esset, senem tibi quendam oppidanum dixisse, lacerat lacerum Largii mordax Memmius. 2. de Orat. 133. a

Mordicus.

Auferre mordicus auriculam alicuius. 3. ad Q. frat. 24

Mordicus premere aliquid. 2. de Nat. deor. 93

Quum id fugiunt, re eadem defendunt, quæ Peripatetici, verba tenent mordicus. de Finib. lib. 4. 74

Nam ab omnib⁹ eiusmodi visis perspicuitatem, quam mordicus tenere debemus, abesse dicemus. Aca. q. ed. 1. li. 2. 48

Morbundus, Vide Mors.

Morigeror, Vide Mos.

Morior, Vide Mors.

Moror.

Nihil moror eos saluos esse, & ire quod lubet. in Verr. a

Quid moror in terris: de Somn. Scip. 127. b

Brutus valde moratur non tergiversans, sed expectans, &c. ad Attic. 254. b

Curtius cogitat dibaphum, sed cum infector moratur. ad Cælium, lib. 2. 15. 19. a. 1. in Catil. 14. a

Nihil me moratur præter tempestatem. 10. ad Att. 16
 Tempus eius tridui quod in his castris morabar, in magno officio & necessario mihi ponendum putavi. 15. famil. 6
 Libri ad Varronem nos morabantur. Att. 212. b
 Tu quæ adhuc Brundisii moratus es, valde probo. epist. 254. b
 Cum Athenis diu essem moratus. de Orat. 149. b
 Tu autem, nisi molestus est, paulisper exurge, & perfer hunc dolorem commemoracionis necessariæ, in qua ego diutius non morabor, quoniam, &c. pro Cluent. 134. a
 Ego, tibi ut antea scripsi, dum mihi à te literæ veniant, in Italia morabor. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 23. a
 Ego morabor te. Att. 215. b
 Si quid eum vel impedit, vel morabitur. epist. 93. b
 Tamen legatorum nomen, belli celeritatem morabitur. 5. Philipp. 182
 Non morabitur me nauigatio. 15. famil. 33
 Nisi quid me Etesis morabuntur. epist. 26. b
 Balbo placebat, propinquum diem, & Romæ, si Cæsar moraretur, posse in diem tertium differre. Att. 217. b
 Cum enim illam ad solenne sacrificium curru vehi ius esset, morarentur iumenta, &c. Tusc. q. 173. b
 Hic iste omnia, ne multis morer, asportanda curauit. 6. Verriarum, 93. a
 Dabo operam, ne Antonius in Italia moretur. epist. 172. b
 Quod quæ secus erit, quid te Apulia moretur? Att. 11. 4. 86. 1. a
 Hem cui legatos mittemus, cui bellum moremur inferre. in Ant. 201. b
 Cum constituissem ad me venire, miror quam ob causam moratus sis. Att. 130. b
 Morari aliquem conscendentem. in Vat. 31. b
 Diutius morari aut expectare præsidium non necesse habui. epist. 192. b. 3. de Orat. 43. a
 Si hic æquo animo morari non potes, abi in alias terras. in Catil. 101. b
 Quam vellem nunc in prouincia morari. Att. 99. b
 Multa eum in Asia dicunt morari. Att. 182. b
 Si modò meo casu aut confirmare patriæ salutem, aut periculum morari possim. epist. lib. 10. 18
 Nec est passus in Rep. diutius vestrorum scelerum pestem morari. in Pis. 85. b
 Publia scripsit, se vnà (si ego paterer) moraturam. Att. 197. b
 Moratus triduum Laodicæ, & tridui Apameæ, & totidem dies Synade. Att. lib. 5. 104. 2. a
 Hæc tardata diu species, multumque morata. de Diuin. 84. b
 Morphagenes.
 Inde ad Taurum cogitabam, ut cum Morphagene signis colatis, si possem, de seruo tuo deciderem. 5. ad Att. 28
 Morose, Morositas, Morosus, Vide Mos.
 Mors.
 Mors, discessus animi à corpore. Tusc. q. lib. 1. 16
 Omnium rerum mors est extremum. 6. famil. 55
 Mors, est finis omnibus, quæ generi humano angorem nequicquam afferunt. ex Euripide. Tusc. q. lib. 3. 50
 Finis vitæ miseræ mors esse videtur. 1. Tusc. 90
 Mors, est migratio in eas oras, quas, qui è vita excesserunt, incolunt. Tusc. quæst. lib. 1. 81
 Mors non est interitus omnia tollens atque delens, sed quædam quasi migratio commutatioque vitæ: quæ in claris viris & feminis dux in cælum soleret esse. 1. Tusc. 23
 Quoniam mors ibidem est, æternum nihil sentienti receptaculum. Tusc. quæst. lib. 5. 84
 Mors videtur esse notissima res. Tusc. q. lib. 1. 16
 Mors abducit à malis, non à bonis. Tusc. q. lib. 1. 68
 Accedit etiam mors, quæ quasi saxum Tantalo semper impendit. 1. de Finib. 91. a
 Natura sic se habet, ut quo modo initium nobis rerum omnium ortus noster afferat, sic exitum mors. Tusc. q. lib. 1. 75, & 76
 Necesse est sit alterum de duobus, ut aut sensus omnino mors omnes auferat, aut in alium quandam locum ex his locis morte migretur. Tusc. quæst. lib. 1. 80
 Mors sapientem non deterret, quominus in omne tempus Reip. suisque consulari, & posteritate ipsam, cuius sensum

habiturus non sit, ad se putet pertinere. Tusc. q. lib. 1. 75
 Mors fugitur quasi dissolutio naturæ. de Finib. 135. b
 Mors nihil habet quod sit horrendum. Tusc. q. lib. 2. 2
 Mors nullum sensum habens. 5. famil. 64
 Mors propter incertos casus quotidie imminet, & propter breuitatem vitæ, nunquam longè potest abesse. Tusc. quæst. lib. 1. 75
 Mors tum æquissimo animo appetitur, cum suis se laudibus vita occidens consolari potest. Tusc. q. lib. 1. 98
 Mors nec ad viuos pertinet, nec ad mortuos. Tusc. quæstionum, lib. 1. 76
 Mors ut nihil pertinet. Nos ante ortum, sic nihil post mortem pertinebit. Tusc. quæst. lib. 1. 76
 Mors feruituti turpitudinique anteponenda. Offic. 1. 113
 Omni ætati mors est communis. de Senect. 62
 Cum sit omnibus definita mors, optandum est, ut vita quæ necessitati debetur, patriæ potius donata, quam referuata naturæ videatur. pro Sest. 38. a
 O fortunata mors, quæ naturæ debita pro patria est potissimum reddita. 14. Philipp. 40
 Et huic & multis aliis mors ob Rempub. habita honori fuit. in Ant. 221. b
 Mors honesta sæpe vitam turpem exornat, vita turpis ne morti quidem honestæ locum relinquit. pro Quint. 28
 Honestæ mors nunquam fugienda, sæpe etiam appetenda. Matus Ciceroni, lib. 11. 28. 10. a
 Mors indigna Palamedis. 2. ad Heren. 62
 Neque enim mors miseranda est, quæ ob rem capitur. Antequam. 196. b
 Mors aut planè negligenda est, si omnino extinguit animum: aut etiam optanda, si aliquò deducit, ubi sis futurus æternus. Cat. 61
 Mors necessitatem habeat fati, aut si antè appetenda est, appetatur cum gloria. in Ant. 245. b
 Mors, quam illi mihi fortasse minitantur. omnibus est rata. 4. in Catil. 92. a
 Mors repentina. Diuin. lib. 2. 58
 Si mors, malum, est sempiternum malum. Tusc. q. lib. 1. 90
 Mors si est misera, finis esse nullus potest. Tusc. q. lib. 1. 90
 Mors ei somno similis est, qui nonnunquam etiam sine visis somniorum placatissimam quietem affert. Tusc. quæstionum, lib. 1. 80
 Sit mors terribilis iis, quorum cum vita omnia extinguuntur: non iis, quorum laus emori non potest. Parad. 20
 Nec enim turpis mors forti viro potest accidere, neque immatura consulari, nec misera sapienti. 4. in Catil. 75. a
 Mors voluntaria. de Finib. lib. 3. 49
 Turpis fuga mortis omni est morte peior. in Ant. 219. b
 Mortis genus gladiatorium. 11. Philipp. 300
 Imago mortis, somnus. 1. Tusc. 147. a
 Mortis metu liberari. Tusc. quæst. lib. 1. 20
 Mortis metu omnis quietæ vitæ status perturbatur. de Finibus, lib. 1. 38
 Patrocino vero se vsos, aut clientes appellari mortis instar putant. Offic. 47. b
 Morti alicuius illachrymari. 3. de Nat. deor. 61
 Qui Consulem morti obieceris, inclusum obsederis, extrahere ex suis testis conatus sis. in Vat. 17. a
 Occumbere morti, mortem, morte. 1. Tusc. 163. a
 Morti iam aduentanti paululum obuiam procedere. Tusc. quæst. lib. 5. 41
 Mortem, naturæ finem esse, non poenam. pro Milo. 121. b. 11. Philipp. 290
 Mortem esse optimum homini, comprobatur testimonio Apollinis. Tusc. quæst. lib. 1. 102
 Mortem à diis immortalibus non esse supplicii causa constitutam, sed aut necessitatem naturæ, aut laborum aut miseriarum finem esse: itaque eam sapientes nunquam inuiti, fortes etiam sæpe appetuerunt. 4. in Catil. 79
 Sed vniuersi etiam exercitus ad non dubiam mortem concurrerunt, &c. Tusc. quæst. lib. 1. 73
 Duci ad mortem. 1. Tusc. 90
 Ad mortem fidenti animo gradi. Tusc. quæst. lib. 1. 99

Lachrymæ meorum me ad mortem ire prohibuerunt: quod certe & ad honestatem & ad effugios intolerabiles dolores fuit aptissimum. 1. ad Q. frat. 58
 Magna me, inquit, spes tenet, iudices, bene mihi euenire quod mittar ad mortem. 1. Tusc. 80. de Socrate.
 Ad mortem se offerre pro patria. Tusc. q. lib. 1. 27
 Ad mortem trudi. Tusc. quæst. lib. 1. 59
 Et cui inimici propter dignitatem pepercerant, inuentus est amicus qui ei mortem afferret. Seruius Ciceroni, li. 4. 12. 7. a
 Mortem assequi. pro Planc. 73
 Mortem cum vita commutare. 4. fam. 16. in ep. Ser. Sulpitii.
 Consciscere mortem sibi ipsi. in Verr. 179. b
 Mortem voluntariam consciscere. 7. famil. 10
 Mortem non modò contemnere, sed etiam optare. 5. famil. 64. 1. Tusc. 160. a
 Cum iam præcordis conceptam mortem contineret. Tusc. quæst. lib. 1. 80
 Mortem bellicam peregrinamque; excipit lex x 11. tab. quum homini mortuo ossa à quoquam, ut funus faciat, colligi iubet. 2. de Legib. 55
 Mortem qui leuiore faciunt, somni simillimam volunt esse. Tusc. quæst. lib. 1. 76
 Mortem alicuius ferre animo forti. 15. famil. 49. in ep. Cassii.
 Mortem alterius æquo animo ferre. Tusc. q. lib. 3. 61
 Mortem honestam nunquam fugendam, sæpe etiam appetendam putavi. 11. famil. 48. in epist. Matus.
 Mortem alicuius lacerare. pro Mil. 66
 Mortem suorum quisquam eò luget, quod eos orbatos vitæ commodis arbitratur. Tusc. quæst. lib. 1. 25
 Quid Macedo Alexander, quum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpisset, nonne tertio & tricesimo anno mortem obiit? 5. Philipp. 198. a
 Ennius cum Thyestem fabulam docuisset, mortem obiit. de Clar. Orat. 171. b
 Agitur autem, liberine viuamus, an mortem obeamus. in Anton. 236. b
 Eadem sibi manu vitam exhausisse, qua mortem sæpe hostibus obrulisset. pro P. Sestio, 45. a
 Quod supplicium satis acre reperietur in eum, qui mortem obtulerit parenti, &c. pro Sext. Rosc. 22. 23
 Occumbere mortem. Tusc. quæst. 170. b
 Mortem maturam appetere. Diuin. lib. 1. 35
 Dyrhachinum primum ciuitatis eadem ratione mortem appetisse, &c. 5. Verr. 110. a. 1. Tusc. 188. a
 Mortem omnibus natura proposuit. in Ant. 163. b
 Mortem reddere. 14. Philipp. 405
 Qui mortem non timet, magnum is sibi præsidium ad beatam vitam comparat. Tusc. quæst. lib. 2. 2
 Morte homini nihil bonum aliud potius: si quidem vel dii ipsi, vel cum diis futuri sumus. Tusc. q. lib. 1. 62
 Homines inimicos suos morte affici volunt. pro Cluent. 135. a
 Vir clarissimus ab homine terribissimo acerbissima morte est affectus. epist. lib. 4. 12. 7. a
 Morte alicuius amittere magnum præsidium. 12. famil. 10
 Vidi prætextatos inimicos nondum morte complorata arbitria petentes funeris. pro Dom. 75
 Quæro autem quid sit, quod quum dissolutione, id est morte, sensus omnis extinguitur, &c. 2. de Finib. 161. a
 Vitam cum morte commutare. Seruius Ciceroni, lib. 4. 5. 7. a
 Consciscere extremum diem morte. 3. de Finib. 114. a
 Homines iam morte deletos reponere in deos. de Nat. d. 1. 29
 Qui illas fortunas morte dimiserit. Tusc. q. lib. 1. 10
 Siquis morte poenas sceleris effugerit. 3. de Nat. deor. 68
 Morte effugiuntur mala, etiam si non euenierint, tamen quia possunt euenire. Tusc. q. lib. 1. 71
 Illa virtus L. Crassi morte extincta subito est. de Orat. 142. b
 In morte aut summum bonum, aut nullum malum. Tusc. quæst. lib. 1. 99
 Sicut is in morte sua testamento declarauit. pro Cecin. 287. b
 In morte sunt qui nullum censeant fieri discessum, sed vnà animum & corpus occidere, animumque cum corpore extingui. Tusc. q. lib. 1. 16. tales sunt Epicurei.
 In morte nihil mali esse. 5. famil. 45

In morte nihil esse mali, etiam si animi sic, ut corpus, interirent. Tusc. quæst. lib. 1. 67
 In morte residens sensus. 5. famil. 45
 In morte nullus sensus est, cum in eius simulachro (somno) nullus sit. Tusc. q. lib. 1. 76
 In morte fortunæ discrimen tolli maximè è natura est, ut sint omnia locupletibus cum plebe communia. 2. de Leg. 55
 Is qui & naturæ & legibus fatiffecit, quem leges exilio, natura morte multauit. pro Cluent. 21
 Morte obita. pro Sest. 50
 Ne morte patrifamilias sacrorum memoria occideret, iura pontificum autoritate consecuta sunt, ut iis essent ea adiuncta, ad quos eiusdem morte pecunia peruenerit. 2. de Legibus, 46
 Morte & suspensio remedium iniuriæ suæ querere. 5. Verriarum, 110
 Carbo morte voluntaria se à seueritate iudicum vindicauit. de Clar. Orat. 173. b
 Claræ mortes pro patria appetitæ non solum gloriosæ rhetoribus, sed etiam beatæ videri solent. Tusc. q. lib. 1. 104
 Præclaræ mortes sunt imperatoriarum. 2. de Finib. 81
 Mortes appetitæ. Tusc. q. 173. b
 Quibus videmus optabiles fuisse mortes cum gloria. Tusc. quæst. lib. 1. 105
 Morior.
 Moritur in Gallia Quintius, & moritur repentino. pro Quintio, 3. b
 Æquissimo animo moritur sapientissimus quisque, stultissimus iniquissimo. de Senect. 75. a
 Ita moriar Cæsare incolumi. 9. ad Att. 26. in epist. Balbi.
 Moriar ni (quæ tua gloria est) puto te malle à Cæsare consuli, quam inaurari. ad Trebatium, lib. 7. 13. 3. a
 Moriar, si magis gauderem, si id mihi accidisset. Att. lib. 8. 18
 Moriar si præter te habeo. 9. famil. 32
 Nunquam vestrorum in nos beneficiorum memoria ac fama morietur. Postquam. 204. b
 Memoria suauiissimi hominis ne moriatur. in Pis. 74. a
 In quo tamen ipso vnà cum satietate memoria quoque moriatur voluptatis. Offic. 2. 83
 Atque ut iste interpositus sermo deliciarum desidiaque moreretur, &c. pro Cæ. 60
 Mori & agere animam. epist. 122. b
 Adolescentes mori sic mihi videntur, ut cum aquæ multitudinem vis flammæ opprimitur: senes autem sic, ut sua sponte, nulla adhibita vi, consumptus ignis extinguitur. de Senect. 92. b
 Mori æquo vel æquissimo animo. Tusc. quæst. lib. 3. 61. de Diuinat. lib. 1. 104
 Mori ætate prouecta. Tusc. q. lib. 1. 78
 Mori ante tempus. Tusc. q. lib. 1. 76
 Ita enim viuere, ut non sit viuendum, miserimum: mori autem nemo sapiens miserum duxit, ne beato quidem. epistolarum, lib. 6. 9
 Mori cum claritate. Diuin. lib. 2. 77
 Desyderio alicuius mori. Att. lib. 1. 1. 12. a
 Ex vulnere mori. Att. 2. b
 Mori exacta ætate. Tusc. q. lib. 1. 77
 Nisi forte me Sardanapali vice in suo lectulo mori malle cœfueris, quæ exilio Themistocleo. 10. ad Att. 24. de Fin. lib. 2. 82
 Mori videbamur in studio dimetiendi penè cæli, atque terræ Gallum familiarem patris tui Scipio. de Senect. 45
 Mori millies melius. 14. ad Att. 50
 Mori necesse est. Tusc. quæst. lib. 2. 2
 Videbatur vel mori satius fuisse, quæ esse cum iis. Att. 139. b
 Mori si mortuis etiam miserum esset, infinitum quoddam & sempiternum malum haberemus in vita. Tusc. q. lib. 1. 13
 Moriendum est omnibus. Tusc. q. lib. 1. 8
 Moriendum enim certè est, & id incertum an eo ipso die. de Senect. 67. a
 Moriendum esse non est malum. Tusc. q. lib. 1. 15
 Moriendi sensum celeritas abstulit. de Amicit. 97. b
 Moriendi cum spe meliore rationem ex mysteriis illis accepimus. 2. de Legib. 36

Moriens.

Diuinare autem morientes etiam illo exemplo confirmat Posidonius, quo affert Rhodium quendam morientem sex æquales nominasse, & dixisse, qui primus eorum, qui secundus, qui deinceps moriturus esset. de Diuin. lib. 1. 58

Morsus, Vide Mordco.

Mortuus.

Cum tu, quod tibi succederetur, exanguis & mortuus concidisti. in Pis. 70

Concidit mortuus veneno potio Themistocles. de Clar. 2. a

Mortua causa. pro C. Rab. 19

Quædam effigies spirantis mortui. Q. fratri, lib. 1. 49

Lacerti senis athletæ mortui. de Senect. 25. a

De mortui laude nisi in publicis sepulturis, nec ab alio, nisi qui publicè ad eam rem constitutus esset, dici licebat. 2. de Legibus, 60

De mortui laude in funere mentiri, nefas habebatur. 2. de Legib. 58, & 59

Homini mortuo ne ossa legito. de Legib. 18. b

Dii illi mortuo. 15. ad Att. 38. imprecatio est suppresso verbo. Mortuo non modò honorem, sed misericordiam quoque defuturam. 10. fam. 43, 44. in epist. Planci.

Anno illum mortuum, tutor sum liberis. Att. 195. b

Inferre mortuum in domum alicuius. pro Mil. 56. a

Quem dii mortuum perdant. 15. ad Att. 11

Panæ exercitum concisum esse, Panam ex vulneribus mortuum. Pollio ad Ciceronem, lib. 10. 76

Auiam tuam scito desyderio tui mortuam esse. 1. ad Att. 6

Cum Cæsar venisset mortuo plausu. 2. ad Att. 47

Mortui, quanquam sensus abierit, tamen summis & propriis bonis & laudis & gloriæ, quanuis non sentiant, non carent. Tuscul. quæst. lib. 1. 98

Mortui non sunt miseri, quia omnino non sunt. Tuscul. quæst. lib. 1. 13

Mortuæ leges. 7. in Verr. 36

Mortuorum nò vitæ modò commodis, sed ne vita quidem ipsa quisquam caret. Tuscul. quæst. lib. 1. 72

Ad mortuos, laudis ornamenta pertinere illa significatio est, quod coronam virtute partam, & ei qui peperisset, & eius parenti sine fraude esse lex xii. tabul. impositam iubet. 2. de Legib. 56

Is non modò ex numero viuorum exturbatur, sed etiam, si fieri potest, infra mortuos mandatur. pro Quint. 28

Infra omnes mortuos mandatus esset. Post red. 200. b

Excitare aliquem à mortuis. 1. de Orat. 127. a

Si causam ageres militis, patrem eius à dicendo à mortuis excitares. de Orat. 106. b

Moribundus.

Tribunum plebis, plus viginti vulneribus acceptis, iacentem moribundumque vidisti. pro Sest. 74

Mortalis.

Fortuna nonnunquam tanquam ipsa mortalis cum immortalis natura pugnare videtur. 1. Offic. 168. a

Qui mortalis natus conditionem postules immortalium. Tuscul. quæst. lib. 3. 32, & 33

Quem nemo qui mortalis esset, audiuit. pro Flac. 134. b

Mortale igitur omne animal & dissolubile & diuiduum sit necesse est. 3. de Nat. deor. 39. a

Corpus mortale. de Nat. deor. 90. b

Et quicquid est, mortale sit an æternum? 4. Acad. 123. a

Quod in iis mortale & caducum, quod diuinum æternumque sit. de Legib. 168. b

Infra autem nihil est iam, nisi mortale & caducum. de Somnio Scip. 128. & Orat. 206. b

Miserrimi mortalis casum subire. Antequam iret in exil. 19. a

Quo beatius esse mortali nihil potest. Partit. 118. b

Animum non esse mortalem. de Senect. 93. b

Mundum mortalem fecit Plato. de Nat. deor. 1. 16

Homines mortali conditione esse generatos. de Vniuers. 51

Animum dum in corpore mortali est, viuere. de Senect. 93. b

Pro conditione vitæ mortali, immortalitatem consequi. 14. Philipp. 407. a

Omnes mortales omnium generum, ætatum, & c. in Pis. 100. b

Omnes mortales qui vbique sunt. de Finib. 65. b

Atque hoc quidem omnes mortales sic habent, & c. de Nat. deor. 77. b

Quod & Senatus & populus Romanus & omnes mortales iudicarunt. pro Dom. 233. b

Mortals ab immortalibus vsucapere nihil possunt. de Aruspicum respons. 28

Corpora mortalia. de Senect. 73. a

Qui sit vnus omnium mortalium sine vlla dubitatione deterrimus. de Arusp. 257. b

Quæ sit omnium mortalium expectatio, vides. pro S. R. 20. b

Nemo omnium mortalium. in Verr. 130. b

Nam istum paucis horis primæ actionis omnium mortalium sententiis condemnauit. 7. Verr. 139. a

Nec me pœnitet mortales inimicitias, sempiternas amicitias habere. pro Rab. 127. b

Defendo multos mortales. in Verr. 71. & 55. b

Vt omnes mortales videre possint, & c. in Verr. 147. b

Vt ab omnibus mortalibus audacia tua cognosceretur. pro Sext. Rosc. 34. b

Cum eius moeror inauditus omnibus mortalibus miserabilis videretur. pro Dom. 225. b

Mortalitas.

Mortalitas cōsequitur omne quod ortum est. de Nat. d. 1. 20

Supra mortalitatem tibi sunt omnia tributa. Octauio, 44

Mortifer.

Emissio maris anguis erat mortifera Corneliæ. de Diu. 121. b

Infanabilis & mortifera plaga. pro Sest. 35. a. & in Vat. 15. a

Et quum pene in manu iam mortiferum illud teneret poculum, locutus ita est, vt non ad mortem trudi, verum in cælum videretur ascendere. 1. Tuscul. 113. a. De Socrate.

Accepti P. Sylla vehemens & mortiferum vulnus. pro Syll. 55

Sciebam me in mortiferum bellum, non in epulas mittere. 3. Tuscul. 50. a. Ex Euripide.

Qui sunt morbo graui & mortifero affecti. 1. de Diuin. 112. a

Mortifera præcepta pro salutaribus si cōscripserint imperiti medici. 2. de Legib. 11

Cur deus mortifera tam multa terra marique disperferit. Academic. quæst. edit. 1. lib. 2. 111

Mos.

Manet mos antiquus. Ruso, lib. 5. 20. 3. a

Mos & consuetudo ciuilibus. 1. Offic. 206. a

Cum omnes, vt mos est, vt fieri solet, cōcurrerent. 7. Verr. 53. a

Vt mos amicorum est. Acad. quæst. edit. 2. lib. 1. 1

Sed quia mos est ita faciendi, rogo. epist. 194. b

Mos est hominum, vt nolint eundem pluribus in rebus excellere. de Claris Orat. 42. a

Nam vt mos fuit Bithyniæ regibus, lectica octophoro ferabatur. in Verr. 241. b

Gestus est mos & voluntati & dignitati tuæ. pro Mur. a

Mos gestus esse videatur vtrique. 2. ad Att. 39

Gerendus est tibi mos adolescentibus Crassæ. 1. de Orat. 52. a

Nec patrius mos tā contumaciter repudiandus. 2. de Diu. 56

Hic enim est mos patrius Academicæ, aduersari semper omnibus in disputando. de Orat. lib. 1. 41

Mos vitiosus. Tuscul. q. lib. 1. 25

Non mos, consuetudoque seruata. pro Cluent. 77. a

Desydero filiam, effigiem moris, sermonis, animi mei. ad Q. frat. 303. b

Tum ille negauit moris esse Græcorum, vt in conuiuio virorum accumberent mulieres. 3. Verr. 45. a

Mori veteri parendum. de Vniuers. 47

Præclarum à maioribus accepimus morem rogandi iudicis, si eum teneremus: quæ salua fide facere possit. Offic. 3. 57

O morem præclarum & disciplinam, quam à maioribus accepimus. pro Flac. 149. b

Græcorum prudentiam posse ad nostrum morem vsūmque transferri. 3. de Orat. 53

Plerique autem parentum præceptis imbuti, ad eorum consuetudinem moremque deducimur. 2. Offic. 165. a

Ad morem dicendi rhetorum exercere aliquem, & c. Or. 201. b

Contra morem consuetudinemque aliquid facere. Off. 30. b

Sed tibi morem gestu. epist. 29. b. Tuscul. q. lib. 1. 15

Morem gerere studio aut cupiditati alicuius. pro Quint. 5

Quæ autem his temporibus scripsi, Aristotelicum morem habent. Att. 209. b

Aut quod in morem vetustas vulgi approbatione perduxit: quod genus, pactum, par, iudicatum. 2. de Inuent. 242. a

In morem Saliū, in Hortensio, a

Apud Platonem est, omnem Lacedæmoniorum morem inflammatum esse cupiditate vincendi. Offic. 13. b

Retinere & reuocare morem. de Finib. lib. 2. 3

Quem morem quæ Carneades acutissimè copiosissimèque tenuisset, & c. 5. Tuscul. 17. a

More, institutioque omnium defendere. pro Cecin. 1. a

More & modo facere. pro Mur. 65

Natura vel more perfecta virtus. 1. Acad. 53. a

Accusatorio more, & iure facere aliquid. pro Flac. 10. a

More agere, institutioque ciuilibus. 1. Offic. 206. a

More antiquo cum parua esset villa. 2. de Legib. 2

Nò antiquo illo more, sed hoc nostro eruditus. de Cl. 176. b

Aristotelico more disputare. de Orat. 150. b

More Aristotelico scribere. epist. 16. b

Inclinata vlantique voce Asiatico more canere. Or. 199. b

Austero more & modo agere. pro Cæl. 24. a

Bestiarum more vagari. 1. de Inuent. 3. a

Multa sūt à nobis in Academicis, Carneadeo more & modo disputata. de Vniuers. 195. b

Quæ communi more in foro loquitur, in libello suo. de Finibus, lib. 4. 19

Dicendi ratio in medio posita, communi quodam in vsu atque hominum more & sermone versatur. de Orat. 80. b

Quid vnquam domus illa viderat, nisi pudicum? nisi ex optimo more & sanctissima disciplina? 2. Philipp. 78

Gigantum more bellare cum diis, est naturæ repugnare. de Senect. 6. a

Fit sermo inter eos & inuitatio, vt Græco more biberetur. in Verrem, 98. b

More hoc insulso & nouo plausum dedisset. 4. ad Att. 4

Nam si hoc more moderari possemus, vt, & c. epist. 114. b

Tu mi Oppi conferuabis amorē tuum (etsi more magis hoc quidem scribo, quàm quo te admonendum putem) meaque omnia tuebere. ad Oppium, lib. 11. 53

Ius in natura sit, an in more. Partit. 235. b

De quo quum consulerent Athenienses Apollinē Pythium, quas potissimum religiones tenerent: oraculum editum est, quæ essent in more maiorum. 2. de Legib. 39

Est hoc in more positum, institutioque maiorum, vt ii qui, & c. 2. de Leg. Agr. 17. a

Placet dici omnia Isocrateo Theopœpœoque more. Or. 217. b

More institutioque maiorum, & c. pro Mur. 124. b

Ab ipso more maiorum satis commendatum eum tibi arbitrabar. 13. fam. 20

Ipsi Consules, quibus more maiorum concessum est, vel omnes adire prouincias, & c. Att. lib. 8. 167. 4. a

Neque grauabor breuiter meo more quid quaque de re sentiam, dicere. 1. de Orat. 53. a

Meretricio more viuere. pro Cæl. 30. a

Nostro quidem more cum parentibus puberes filii non lauantur. Offic. 26. b

Et nostro more aliquando, non rhetorico loquamur. de Oratore, 96. b

Nostro more ne patiamur intronitti literas. Att. 223. b

Hoc iniecto metu iudicibus, nouo more, nullo exemplo, eam rem putatis esse in Sicilia nisi ad nutum istius iudicatum? 4. Verr. 47. a

Planè nouo more vti. contra Rull. 71. b

Lex contra omnes leges nullo scripta more. in Pis. 86. b

Causam more institutioque omnium defendi. pro Cec. 185. b

Quod mihi existimationē tuam, dignitatēque cōmendas, facis tu quidem omnium more. ad Cornificium, li. 12. 17. 5. a

Prætor quemadmodum more & exemplo opitulari possit, non habebit. pro Cecin. 22

Peruerso more facere. pro Rosc. Comædo, 32. a

Apud quos, quo more, cuius arbitratu sit educatus. de Inuentione, 50. b

More Romano te commendabo Balbo. 7. fam. 34

Pompeius Syllano more exemploque vincet. Att. 159. b

Vitioso more effici quidpiam. Tuscul. q. lib. 1. 154. b

Humano modo, vsitato more. in Verr. 110. & pro Mur. 129. b

Mores institutaque maiorum. Tuscul. q. lib. 4. 1

Mores & instituta vitæ. Tuscul. q. lib. 1. 1

Mores corrupti deprauati. Offic. 2. 104

Mores ferendi in disputatione iuris ciuilibus, nec scriptis omnia faciendā. 1. de Legib. 15

Mores multarum ciuitatum in Græcia ad mollitiem pariter sunt immutati cum cantibus. 2. de Legib. 38

Asperius quàm mores mei patiantur. 9. ad Att. 62

Mores perdit. epist. b

Tua singularis humanitas, suauissimique mores. Att. 162. b

Mores temperati & moderati. 12. fam. 58

Mores varii. de Finib. lib. 2. 8

Morum institutio. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 17

Morum mentionem facere apud censores, criminum apud iudices. 2. ad Heren. 36

Morum mutatio quæcunque in principibus extiterit, eandem in populo sequenturam. 3. de Legib. 29

Nihil est amabilius nec copulatius, quam morum similitudo bonorum. Offic. 1. 81

Totam vitam, naturam, morēsque alicuius cognoscere. pro Sexto Rosc. 36. b

Philosophiæ pars, qua mores conformari putantur. de Finibus, 107. b

Exprimere oratione mores alicuius iustos, integros, religiosos, timidos, perferentes iniuriarum. 2. de Orat. 98

Mores fingere. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 104

Quis enim nò videt & formas, & mores, & plerisque status ac motus effingere à parentibus liberos? 2. de Diuin. 142. a

Imitari mores & disciplinam alicuius. pro Deiot. 19. a

Qui hoc primus in nostros mores induxit. 2. de Orat. 66. a

Mores mutari ciuitatum puto, nobilium vita, victuque mutato. 3. de Legib. 29

Feros mores, inmanemque alicuius naturam ostendere. pro Rosc. Amer. 22. a

Mores populi censores regunt. 3. de Legib. 7

Mores dispares disparia sequuntur studia. Læl. 64

Atque hoc quidem videre licet, eos qui antea cōmodis fuerunt moribus, imperio, potestate, prosperis rebus immutari. de Amicit. 49

Quid dicam de moribus facillimis? Læl. 10

Aristoteles & eius filius Nicomachus, cuius accuratè scripti de moribus libri, dicuntur Aristotelis esse. de Finib. 127. b

In tertia parte philosophiæ, quæ est de vita & moribus. lib. 1. de Finib. 17

Et de fundo Cecinna moribus deduceretur. pro Cecin. 14

Vt moribus deductio fieret. a

Cæsar inueteratam quandam barbariem ex Gaditanorum moribus disciplinaque deleuit. pro Corn. Balb. 34

Facta moribus vis. pro Cecin. 1. a

Siquid est moribus institum, id subito euellere. 1. ad Q. fr. 29

Quodque in patriis est moribus, multorum causas & non grauatè, & gratuito defendere. 2. Offic. 97

In moribus suis simillimas figuras ferarum & pecudum transferretur. de Vniuers. 57

Suis quisque fingitur moribus. in Parad. 43. a

Lacedæmonii qui soli iam tot annos vnus moribus, & nunquam mutatis legibus viuunt. pro Flac. 159. b

Moratus.

Bene moratus, bene institutus, qui commodis est moribus, cui mores emendati sunt. de Amicit. 107. 105. & 106. b

Probus bene moratus, & bonus vir. de Orat. 125. b

Quotus enim quisque philosophorum inuenitur, qui sit ita moratus, ita animo ac vita constitutus, vt ratio postulat? Tuscul. quæst. lib. 2. 9

Quemadmodum quisque generatus, quemadmodum educatus, quemadmodum institutus, moratusque fuerit. in Partit. 44. a

Moratum optimè genus hominum. 2. de Leg. Agr. 83. a
 O poema tenerum & moratum atque molle. de Diuin. 94. b
 Quæque erant propria cum præstatis in Rep. viri, tum bene
 moratæ & bene constitutæ ciuitatis. de Clar. Orat. 4. a
 Denique etiam morati melius erimus. de Finib. lib. 1. 49
 Apud etiam maiores nostros fruendæ iustitiæ causa viden-
 tur olim bene morati constituti reges. 2. Offic. 58. a
 Ea, sine quibus ciuitates nec esse, nec bene moratæ esse pos-
 sunt. de Orat. 92. b

Moralis.

Decet augeatè linguam Latinâ, appellare moralè. de Fat. 1. a
 Morigeror.
 Voluptati autè aurium morigerari debet oratio. in Or. 90. a
 Morosus.

Mirabiliter enim morosus est. Att. lib. 2. 40. 1. a
 Genus cauillandi morosum. Att. 7. & de Orat. 132. b
 In defendendo moroso homini cumulatifimè satisfecimus.
 ad Q. frat. 309. b
 Vsque eò difficiles ac morosi simus, vt nobis non satisfaciatur
 ipse Demosthenes. in Orat. 56. a
 At sunt morosi & anxii & iracundi & difficiles senes: si qua-
 rimus, etiam auari. de Senect. 60. a
 Quam sint morosi qui amant, vel ex hoc intelligi potest. ad
 Trebatium, lib. 7. 15. 1. a

Morositas.

At morositas tamen, & ea vitia quæ dixi, habent aliquid ex-
 cusationis. de Senect. 60
 Ne, si irascamur aut intempestiuè accedentibus, aut impu-
 denter rogantibus, in morositate inutilem & odiosam
 incidamus. 1. Offic. 123

Morose.

Morose, aut ingenuo, liberoque fastidio ineptias hominum
 respicere. de Clar. Orat. 12. 7. a
 Mosopius. post redit. in Senat. 18

Moueo.

Quod autem in maritimis facillimè sum, moueo nonnullis
 suspicionem velle me nauigare. ad Cælium, lib. 2. 15. 7. a. in
 Partit. 62. a
 Quæ tam tu mihi moues expectationem de sermone Bibulii
 Att. lib. 2. 33
 Sed admirationem magis quam risum mouet. de Or. 132. b
 Mouet aliquid Parthus. 8. famil. 12. in epist. Cælii.
 Decorum mouet approbationem eorum quibuscum viu-
 tur. Offic. 20. b
 Quæ quidem mea cohortatio, ne tibi inanis esse videatur,
 illa me causa mouet. epist. 8. b
 Neque illud me mouet, quod, &c. Att. 152. b
 Voluptas suauitate aliqua naturâ ipsam mouet. 1. de Fin. 29
 Oculos mouet & delectat pulchritudo corporis. 1. Off. 139. a
 Solum quod seipsum mouet, quia nunquam deseruit a se,
 nunquam ne moueri quidem desinit. Tusc. q. lib. 1. 44
 Quod sese mouet, cæteris quæ mouentur, fons est ac prin-
 cipium mouendi. Somn. Scip. 30
 Qui cogitationes comprehensionesque rerum, è quibus ef-
 ficiuntur artes, appetitiones mouent. de Fin. 100. b
 Multa me mouet in discessu, in primis mehercule quod dis-
 tungor à te. Att. lib. 16. 333. 4. a
 Quæ quidem vel maximè suspicionem mouent. Part. 240. b
 Ego me de Cumano ante diem moui, &c. Att. lib. 4. 28
 Histrio si paulum se mouit extra numerum, &c. Parad. 51
 Quæ animum meum repente mouerunt. epist. 157. b
 Hæc autem scribebam repente Non. xiiii. die, postquam ille
 Canusio mouerat. Att. lib. 9. 170. 1. a
 Nec me ex ea opinione, quam à maioribus accepi de cultu
 deorum immortalium, vilius vnquâ oratio aut docti aut
 indocti mouebit. 3. de Nat. deor. 6. a
 Ne te moueas isthinc tam infirma valetudine. 5. fam. 65
 Qui patris clarissimi recordatione & memoria sictum po-
 pulo moueret. de Orat. lib. 1. 116
 Eam petitionem comparasti, quæ & risus & querelas mo-
 ueret. de Legib. 179. b
 Exarsit dolor, vrgere illi, vt loco nos mouerent. ad Quint.
 fratrem, lib. 2. 7. 4. a

Quæ prima specie admirationem, re explicata risum moue-
 rent. de Finib. lib. 4. 50
 Quum Aretium versus castra mouisset. 6. Verr. 35. a. & 1. de
 Diuinat. 130. a
 Quid ergo hic non noceat, qui quodam quasi veneno per-
 ficiat, vt veros hæredes moueat, in eorum locum ipse suc-
 cedat? 3. Offic. 100
 Moueat se illa gens. 12. fam. 45
 Si nondum profecta sunt, nihil est quod se moueant. Attic.
 lib. 7. 135. 3. a
 Quid, non sic aliud ex alio nequitur, vt non, si vllam literam
 moueris, labent omnia? 3. de Fin. 112. a
 Quæ me causæ mouerint, quam acerbæ, quam nouæ, non
 queo scribere. Att. 72. b
 Orator nõ approbationes solum, sed admirationes, plausus,
 clamores mouere debet. Orat. 140. 10. Philipp. 270
 Mouere aliquem possessione. 3. in Verr. 81. & pro Sest. 89
 Mouere aliquem tribu. de Orat. 134. b
 Atomos perinane mouere grauitate & pondere. de Fat. 20
 Mouere castra ex aliquo loco & vasa colligere. in Ver. 209. b
 Mouere aliquem de sententia. in Ant. 170. b. 2. Philipp. 67
 Vt alter de Senatu mouere velit, alter retineat, & ordine am-
 plissimo dignum existimet. pro Cluent. 96. a
 Mouere metum, ægritudinem, cupiditatem, lætitiã. Tusc.
 quæst. lib. 4. 50
 Mouere ab eo nummum non possunt. 1. ad Att. 21
 Signiferi orbis vnquamque partem, aliam alio modo mo-
 uere atque immutare cælum, perinde vt quæque stellæ in
 his finitimisque partibus sint quoque tempore. de Diui-
 natione, 126. b
 Et quinquaginta annorum possessiones mouere non nimis
 æquum putabat. Offic. 2. 119
 In quo tamen ille mihi risum magis, quam stomachum mo-
 uere solet. Att. lib. 6. 114. 12. a. pro Mur. 25. a
 Mouere se. 7. ad Att. 52. pro, migrare alio.
 Mouere sensum maxima dulcedine. de Fin. lib. 2. 34
 Mouere alicuius sententiam. 7. ad Att. 17
 Cum signifer primi hastati signum non posset mouere loco.
 de Diuinat. 96. b
 Veritus ne mouere hominum studia viderer, retinere non
 possem. 1. de Finib. 2
 Mouere omnes terras, omnia maria. 8. ad Att. 27
 Qui quum in epilogo misericordiam se mouisse putaret,
 postquam assedit, rogauit hunc, videretur misericordiam
 mouisse. 2. de Orat. 154. a
 Quod ipsum à se mouetur, nec nasci potest, nec mori. Tusc.
 quæst. lib. 1. 44. & Somn. Scip. 31
 Quod semper mouetur, id æternum est. Tuscul. quæst. lib. 1.
 43. & Somn. Scip. 29
 Vt nosmetipsi, qui animis mouemur & sensibus. de Natura
 deor. 37. b
 Mouemur locis, in quibus eorum, quos diligimus aut admi-
 ramur, adsunt vestigia. 2. de Legib. 3
 Nec me Consules mouent, qui ipsi pluma aut folio facilius
 mouentur. Att. lib. 8. 55
 Nulla contentione mente ipsa ac voluntate mouetur mem-
 bra hominum. 3. de Nat. deor. 83. a
 Omnia quæ mouentur, aut natura, aut vi, aut voluntate mo-
 uentur. de Nat. deor. 2. 32
 Mouebat animo, & de salute pop. Rom. extimescebam. pro
 Deiotaro, 6. a
 Mouebatur quidem totum animal, sed immoderatè & for-
 titu, vt sex motibus veheretur. de Vniuers. 61
 Ne mouere eius sermonib⁹. Pollio ad Ciceronē, 11. 10. 31. 3. a
 Moueri à statu dicitur corpus. Tusc. q. lib. 3. 13
 Moueri dulciter ac iucundè dicuntur sensus à voluptate. de
 Finib. lib. 2. 16
 Moueri alicuius autoritate. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 58
 Moueri comprobatione honestatis. de Fin. lib. 5. 57
 Moueri cupiditate. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 125
 Moueri desiderio alicuius. Læl. 9
 Moueri ex agro. 13. famil. 10
 Ex sese & sua sponte moueri. de Nat. deor. 32. b

Hinc summum bonum est, in his rebu n neutram partem
 moueri. 4. Acad. 235. a
 Nullam in partem moueri. Tusc. q. lib. 1. 36
 Moueri interuallis. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 20
 Moueri mente, sensibus. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 92
 Moueri offensione turpitudinis. de Fin. lib. 5. 57
 Sed moueri possessionibus amicissimis, sedibus ac diis pe-
 natibus negant oportere. de Lege Agr. 61. a
 Moueri ratione placidè atque constanter. Tusc. q. lib. 4. 11
 Moueri nulla ratione cælum ac mundum, quæ vix summa
 ingenii ratione comprehenduntur, putare, est stultè arro-
 gantis. 2. de Leg. 13
 Verum illud certum, comprehensum, perceptum, ratum,
 firmum, fixum fuisse vis, de que eo nulla ratione neque
 pelli, neque moueri potes. 4. Acad. 255. a
 Itaque magnæ mihi res moueri videbantur, &c. ad Q. frat.
 lib. 2. 7. 7. a
 Moueri rebu iisdem. Læl. 58
 Non est porro tuum, vno sensu oculorū moueri. epist. 54. b
 Moueri solutè ac liberè, dicitur animus relaxatus somno.
 Diuin. lib. 2. 78
 Sponte moueri & agitari pulsu externo. 2. de Nat. d. 45. a
 Moueri suapte vi & natura. Fat. 32
 Moueri vi sua, non aliena. Tusc. q. lib. 1. 45
 Moueri visis. Tusc. q. lib. 1. 25
 Mouendi & efficiendi vis. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 20
 Adeò summa erat obseruatio in bello mouendo. 1. Off. 56. a
 Eum præsertim hominem non videbar vlllo modo facilius
 moturus, quam si id, ad quod eū hortarer, &c. 8. ad Att. 21

Mouens.

Summum bonum puer vtra voluptate diiudicabit? stante
 an mouente? de Fin. 71. b
 Proponenda quædã quasi mouentia sunt. Tusc. q. lib. 5. 50
 Mouentia sensum quæ sunt, eadem in opinione confidūt.
 de Vniu. 5

Motus.

Motus, est corporis gestus, & vultus moderatio quædam,
 quæ probabiliora reddit ea quæ pronuntiat. 3. ad Her. 119
 Motus, est animi incitatio aut ad voluptatem, aut ad mole-
 stiam, aut ad metum, aut ad cupiditatem. Part. 6
 Motus certus & æquabilis eorum, quæ aluntur & crescunt.
 de Nat. d. 2. 17
 Motus statusve deformis. de Fin. lib. 5. 32
 Motus interior. Tusc. q. lib. 1. 45
 Motus C. Curionis in agendo à C. Iulio falsissimè irritus.
 Brut. 114
 Motus iocundus voluptatis. de Fin. lib. 1. 31
 Motus magnus animorum est factus. 1. fam. 34
 Totius Italiæ magnificētissimus ille motus, municipiorum-
 que concursus. pro Domo sua, 110
 Motus naturalis omnium ponderum è regione inferiorem
 locum petit. lib. 1. de Fin. 15
 Motus sine causa nullus iuxta Chrysippum. Fat. 16
 Nullus in eorum reditu motus municipiorum factus est.
 Postquam. 200. b
 Motus omnis oritur ex mundi ardore. de Nat. d. 2. 23
 Motus sempiternus. Tusc. q. lib. 1. 54
 Motus solutus & liber. Diuin. lib. 1. 3. & 33
 Itaque tertius quidam motus oritur extra pondus & pla-
 gam, cum declinat atomus interuallo minimo. de Fat. 17
 Motus in animo turbidus. Tusc. q. lib. 3. 19. & 1. 65
 Motus voluntarius eam naturam in seipso continet, vt sit
 in nostra potestate, nobisque pareat. Fat. 20
 Motus animi, ira, metus. de Vniu. 55
 Sensus, motus & appetitus animi. 1. de Diuin. 122. a
 Cum omnis motus animi tanquam ventus hominem de-
 fecerat. de Clar. 172. b
 Elaboradum est, ne animi motus à natura recedat. Off. 26. b
 Motus animi opinabilis ac voluntarius. Tusc. lib. 4. 66
 Motus astrorum voluntarius, eaque in orbem circunferun-
 tur. de Nat. d. 2. 32
 Motus cæli æquabilitas. de Nat. d. 2. 11
 Motus cæli, quo vna atque eadem conuersione circumse-

ipse torquetur & vertitur. de Vniu. 25
 Cogitationis motus celeriter agitur. in Orat. 74. a
 Motus & status corporis. de Fin. lib. 5. 43
 Motus corporis pronus, obliquus, supinus. Diuin. lib. 1. 102
 Motus atque impulsus deorum. Diuin. lib. 1. 93
 Motus fortunæ. de Fin. lib. 5. 64
 Motus ingenii. de Fin. lib. 2. 30
 Motus mentis meæ. 3. ad Att. 10
 Populi motus factus est. 2. de Orat. 109. a
 Motus terræ. Diuin. lib. 1. 34
 Motus principium ex eo est, quod ipsum à se mouetur.
 Somn. Scip. 31
 Motus principium ab animis esse ductum. de Nat. d. 32. b
 Cum animus semper agitur, nec principium habeat mo-
 tus, quia ipse se mouet, nec finem quidem habebit motus.
 de Senect. 93. b
 Motus duo genera diuinis dedit deus. vnum, quod esset in
 eodem æquè, & in omnibus idem, atque vno modo cele-
 raret. Alterum, quod in antiquam partem à conuersione
 eiusdem, & similis, pelleretur. de Vniu. 45
 Quibus rebu ad illum primum motum animi & amoris
 adhibitis, admirabilis quædam exardescit benevolentia
 magnitudo. de Amic. 29. a
 Quod motum adfert alicui, quodque ipsum agitur aliud-
 de, quando finem habet motus, viuendi quoque finem ha-
 beat necesse est. Somnium Scipionis, 29. Tuscul. quæst.
 lib. 1. 44
 Nullum Reip. motum afferre poterat. 2. in Catil. 27. a
 Dulcem motum afferunt sensibus res quædam. 2. de Fini-
 bus, 16. a
 Motum cælo dedit deus, qui figuræ eius esset aptissimus,
 qui vnus ex septem motibus mentem atque intelligen-
 tiam cohiberet maximè. de Vniu. 25
 Neque motum sensui coniunctum & continentem in infi-
 nito vllum esse posse. de Nat. d. 1. 20
 Sol, Luna, quem motum habeat. de Diuin. 110. b
 Tantum motum mutationemque moliri. Acad. q. 30. b
 Præter motum ingenii quendam, id est rationem. de Finib.
 lib. 4. 29
 Nego esse ista testimonia, quæ tu ipse psephismata appellas
 sed & fremitum egentum, & motum quendam temera-
 rium Græcæ concionis. pro Flacco, 18. a
 Motum inanem cæteri philosophi, omnem animi conforma-
 tionem vocant, quam vos aduentum in animos, & in-
 troitum imaginum dicitis. de Nat. d. 1. 75
 Omnes motum iucundum, quo sensus hilarentur, Græcè
 ἡδονή, Latine voluptatem vocant. de Fin. lib. 2. 6
 Cietur & agitur motu suo quod est calidum & igneum.
 2. de Nat. d. 34. a
 Interiore motu cietur id quod animal est. in Somnium
 Scip. 32. a
 Retrò cōtrario motu orbis atq; cælū versantur. in Som. 14. a
 Sic enim appellat hanc dulcem in motu, illam nihil dolen-
 di in stabilitate. de Fin. 67. b
 Magnæ res in motu est, propterea quod aut hominum, aut
 legum interitus ostenditur. ad Q. frat. lib. 3. 19
 Videtis quo in motu temporum, quanta in conuersione re-
 rum ac perturbatione versentur. pro Flac. 37. a
 In motu voluptatem esse. 2. de Fin. 17. a
 Quasi quodam igneo motu venæ & arteriæ micare non de-
 sinunt. de Nat. d. 2. 18
 Motu atque exagitatione recalescūt nostra corpora. de Nat.
 deor. 2. 20
 Eo enim erant vultu, oratione, omni reliquo motu, & sta-
 tu, vt eos Argiuos diceret. Tusc. q. 102. b
 Motu animi sublato nihil interesse inter hominem & saxū.
 Læl. 44
 Agitatione & motu vacuus esse nunquam potest animus. 1.
 de Diuin. 191. a
 Ad quam rem motu mentis ac rationis vtatur. de Natura
 deor. 1. 74
 Vtile est enim vti motu, qui vti ratione non potest. Tusc. q.
 lib. 4. 45

Celeres quidam motus animi & ingenii esse debent. 1. de Orat. 56. a

Motus animi necessitate liberati. de Fat. 29

 Tenere suum munus. 5. Tusc. 55. a
 Munus traducere. 5. ad Att. 14. id est, prouinciam administrare.
 Philosophia data est nobis deorum concessu atque munere. de Vni. 204. b
 Tantum huic studio relinquendum, quantum vacabit a publico officio & munere. de Diui. 109. b
 Tamen ab oratoris proprio officio atque munere seiuncta esse arbitror. 2. de Orat. 137. a
 Deorum beneficio & deorum munere. Postquam. 204. b

Aliquem quasi diuino munere donatum Reip. *videri. de Arusp. 2.44.b*
 Qui consulentibus responderet, senectutis grato atque honesto fungitur munere. *de Leg. lib. 1.15. Acad. q. ed. 1. lib. 2.6*
 Itaque & P. Crassus cum cognomine diues, tum etiam copiosus, functus est Edilitio maximo munere. *2. Offic. 8.4.a*
 Is functus est omni ciuium munere. *de Cla. 170.b*
 Non quod L. Philippo, & L. Pisoni aut studium, aut cura defuerit in tanto officio, tantoque munere. *2. Philip. 256.a*
 Quis alienum putet eius esse dignitatis, quam mihi quisque tribuit, quid omni in munere vitæ optimum & verissimum sit exquirere. *11. de Fin. 10*
 In omni munere candidatorum fungendo. *Att. lib. 1.1.5.a*
 Quanquam enim Lamia summo splendore, summa gratia est, magnificentissimo munere Edilitio: tamen, &c. ad Brutum, *lib. 11.16.6.a*
 Nam dum sumus in his inclusi compagibus corporis, munere quodam necessitatis & graui opere perfungimur. *de Senect. 70.a*
 Tu qui tuo magis studio, quam proprio munere aliquo disertorum ius a nobis ciuile didicisti. *de Or. 88.b*
 Munere suo negotium imposuit. *8. fam. 25. in epist. Cælii.*
 Munera perinde sunt, ut accipiuntur. *Offic. 76.b*
 Beneficia parentum, decorum immortalium munera. *post red. in Senatu, 1.a*
 Magnificentissima verò nostri Pompeii munera secundo Consulatu. *2. Offic. a*
 Singularum virtutum certa sunt quædam officia ac munera. *de Orat. 140.b*
 Dare alicui immunitatem munerum. *Acad. q. lib. 4.217.a*
 Theophrastus est multus in laudanda magnificentia popularium munerum. *Offic. 2.81*
 Munera declarare. *2. fam. 3*
 Sed ego hospiti & amico munusculum mittere volui Leuidense, crasso filo, cuiusmodi ipsius solent esse munera. *9. fam. 21*
 Massinissa senex omnia regis officia & munera exequitur. *de Senect. 30*
 Mittit homini munera satis largè hæc ad vsum domesticum, vini & olei quod vsum erat: etiam tritici quod satis esset. *in Orat. a*
 Muneribus aliquem afficere. *2. fam. 4*
 Inuentio certè nulla esset, nisi his muneribus hominesungerentur. *Offic. 35.b*
 Valerudo opportuna est, ut dolore careas, & muneribus fungare corporis. *de Amicit. 21.a*
 Cæsar muneribus, monumentis, congiariis, epulis multitudinem imperitam lenierat. *2. Philip. 121.a*
 Pristinis orbatu muneribus. *2. de Diuinat. 10.a*
 Honoribus ac reipub. muneribus perfunctus senex. *de Orat. 101.b*

Munusculum.

Munusculum tibi cōtinnaui. *12. fam. 40. in epist. Trebonii.*
 Quam tu totam insulam cuidam tuorum sodalium, sicut aliquod munusculum condonaras. *5. Verr. 73.a*
 Nemini hoc deferre munusculum maluit, quam suo accufatori. *8. fam. 18. in epist. Cælii.*
 Tulliola delictorum nostræ tuū munusculum flagitat. *epist. lib. 1.5.3.a*
 Qui quum illud falsum esse suspicarentur, sibi autem nullius essent conscii culpæ, alieni facinoris munusculum non repudiauert. *3. Offic. 96*
 Quod Quiritem non sine munusculo expectare dicis, gaudeo nō sefellisse eam rem opinionē tuā. *Att. lib. 16.333.1.a*

Munero.

Locus erat quidam, in quo erant ea composita, quibus te rex munere constituerat. *pro Deiot. 11*

Muneror.

Aliud alii commodi aliquo adiuncto incommodo muneratur. *2. de Inuent. 124.a*

Alexion me opipare muneratus est. *Att. lib. 7.9*

Munia.

Omnia hæc sunt officia necessariorum, commoda tenuio-

rum, munia candidatorum. *pro Murena, 67*
 Qui suis ceruicibus tanta munia sustinent, hi sunt optimatum principes. *pro Sest. 26.b*

Municeps.

Lucius tribulis & municeps & familiaris meus. *Epistolarum, 215.b*
 M. Pontidius municeps noster. *de Clar. 187.b*
 C. Nasennius municeps Suetianus. *Att. 277.b*
 Non illi vos de vnus municipis fortunæ arbitrantur sententiam laturos, sed, &c. *de Clar. 59.b*
 Q. Carulus huius Collegæ & familiaris nostri pater dilexit municipem tuum Roicium. *1. de Nat. deor. 107.a*
 Clamabat se municipem Cossanum esse. *in Ver. 168.b*
 Non dubito quin scias, non solum cuius municipii sim, sed etiam quam diligenter soleam meos municipes Arpinates tueri. *Bruto, lib. 13.12.2.a*
 Ego Ciceroni meo Arpini potissimum togam puram dedi, idque municipibus meis fuit gratum. *Att. 153.b*
 Ego, me Hercule, & illi & omnibus municipibus duas esse censeo patrias: vnā naturæ, alteram ciuitatis. *2. de Leg. 8.a*

Municipium.

Nullum erat municipium Italiæ, nulla colonia, nulla præfectura, quæ non, &c. *pro Sest. 9.b*
 Municipium rusticianum. *pro Sex. Rosc. 25.b*
 S. Roscius municeps Amerinus fuit, genere & nobilitate sui municipii facile primus. *pro Sex. Rosc. 20.b*
 Calenum municipium complebunt. *contra Rul. 83.b*
 Vides quantam rem agat, ut Circeis qui habitet, totum hunc mundum suum municipium esse existimet. *4. de Finib. 12.a*
 Tu es ex municipio antiquissimo Tusculano, hic est præfectura Atinati non tam prisca. *pro Plancio, 292.b*
 Vrbes coloniarum ac municipiorum. *in Catil. 109.b*
 Municipia clausa. *pro Domo sua, 70*
 Videte quam despiciamur omnes qui sumus è municipiis, id est omnes planè: quotus enim quisque non est? *3. Philip. 134.a*
 Municipiis pecunias imperare. *16. ad Attic. 24*

Municipalis.

Est enim ipse à materno genere municipalis honestissimi ac nobilissimi generis. *pro Sylla, 18*
 Rursus autem ex dolore municipali, sermonibusque eorum quos conuenio, videtur hoc consilium exitum habiturum. *7. ad Att. 39*
 Vtinam, inquit, M. Cicero, isto animo atque virtute in summa Reip. nobiscum versari, quam in municipali maluisses. *3. de Leg. 33*
 Sunt municipales rusticique Romani. *pro Sest. 13. & de Pet. 209.b*

Multum mecum municipales homines loquuntur, multum rusticiani. *8. ad Att. 51*

Nulla querela est municipalium hominum ac rusticorum. *9. ad Attic. 61*

Munificus.

Quid porrò tam liberale ac munificum, &c. *de Or. 87.b*
 Conuenit autem tum in dādo munificum esse, tum in exigendo non acerbum. *Offic. 46.b*
 Semper liberalissimus munificentissimisque fuit. *pro Rosc. Comædo, 13.a*

Munifice.

Sic haud scio an melius, &c. quam tam munificè & tam largè dari. *3. de Nat. deo. 50*
 Quæ animi affectio suum cuique tribuens, atque hanc quam dico societatem coniunctionis humanæ, munificè & æquè tuens, iustitia dicitur. *2. de Fin. 117.a*

Muræna.

C. Muræna, L. frater. *pro Muræ. 80*
 L. Muræna, saltator à Catone appellatus. *pro Muræ. 11*
 L. Muræna cur absolutus. *pro Flac. 76*

Murena.

Mullorum & murenarum copia. *in Parad. 49*
 Murenis me facillè abstinebam. *7. fam. 47*

Murgentinus.

Murgentinus ager in Sicilia. *5. in Verr. 38*

Muria.

Ut interit magnitudine maris Ægæi stilla muræ, &c. sic quum sit is bonorum finis, &c. *3. de Fin. 69.a*

Murmur.

Murmur maris. *3. de Orat. 88*
 Nec metuunt canos minitanti murmure fluctus. *in Arat. 9.a*

Murmuro.

Vagire, mugire, murmurare, sibilare. *ad Her. 33.b*

Murmurans.

Fremitus murmurans maris. *5. Tusc. 163.a*
 Vidi hesternò die quendam murmurantem, qui, &c. *de Arusp. 15*

Murus.

Murus Alpium. *5. Philip. 191*
 Ad omnes enim meos impetus quasi murus quidam boni nomen imperatoris opponitur. *7. Verr. 2.a*
 Percussit murum aries. *1. Offic. 54.a*
 Si Annibal ad portas venisset, murumque iaculo traieisset, negaret esse in malis, capi, venire, &c. *4. de Finib. 38.a*
 De muro imperavi Philotimo ne impediret. *Att. 25. & 26.b*
 Totiusque mei Consulatus memoriam postulo, quæ dum erit vestris mentibus infixæ, firmissimo me muro septum esse arbitror. *4. in Catil. 95.a*
 Insula Delos parua, sine muro nihil timet. *pro Pomp. 14.b*
 Lex Helia & Fusia euerfa est, propugnacula murique tranquillitatis & otii. *in Pisonem, 6.a*
 Muri vrbes, quos vos pontifices sanctos esse dicitis, diligentiusque vrbes religione, quam ipsis mœnibus cingitis. *3. de Nat. 71*
 Quatuor muros cepi, & arcem eorum totam. *5. fam. 25. in epist. Vatunii.*

Mus.

Sed quod quæris, quid arcefferim Chrysippum, tabernæ mihi duæ corruerunt. reliquæ rimas agunt. itaque nō solum inquilini, sed mures migrauerunt. *14. ad Att. 11*
 Quasi verò quidquam interfit, mures diem noctem aliquid rodentes, scuta an cribra corroserint. *2. de Diuin. 87.a*
 Murium aut formicarum causa homines frumentum non condunt. *2. de Nat. deor. 118*
 Derosi à muribus clypei. *1. de Diuinat. 161.a*
 Edificata muribus & mustelis domus. *2. de Nat. deor. 25.a*

Musculus.

Nam & musculorum iecuscula bruma dicuntur augeri. *2. de Diuinat. 25*

Musa.

Orpheus & Rhesus matre musa nati. *de Nat. 68.b*
 Musæ primæ quatuor, natæ Ioue altero Thelxiope, Mneme, Aocde, Melete. secundæ Ioue tertio & Mnemosyne procreatæ nouem. Tertiæ Ioue tertio Pieriæ natæ & Antiope: quas Pieridas & Pierias solent poetæ appellare, &c. *3. de Nat. 38*
 In qua vrbe imperatores propè armati poetarum nomen & musarum delubra coluerunt. *pro Arch. 20*
 Musarum maiore primordio totum hunc tibi dicamus diem. *2. de Leg. 6*
 Ab oratoribus disiungo me ferè, referoque ad mansuetiores musas. *1. fam. 53*
 Xenophontis voce musas quasi locutus ferunt. *Or. 34*
 Neque enim quisquam est tam auersus à musis, qui non mandari versibus æternorum suorum laborum facillè præconium patiat. *pro Archia, 15.a*
 Omnis enim hubertas & quasi sylua dicendi ducta ab illis est, nec satis tamen instructa ad forenses causas, quas, ut illi ipsi dicere solebant, agrestioribus musis reliquerunt. *in Orat. 7.a*
 Interea quidem cum musis nos delectabimus. *ad Att. lib. 2. 19.3.a*
 Quis est enim qui cum musis, id est, cum humanitate & cum doctrina habeat aliquod commercium, qui, &c. *Tusc. cul. q. 241.b*

Cum omnibus musis rationem habere cogito. *ad Atticum, lib. 2.17*

Musis bouem immolasse dicitur Pythagoras, cum in geometria quiddam noui inuenisset. *3. de Nat. deo. 65*
 Tu musis nostris para, ut operas reddas, nostram ad diem diem fiet. *16. fam. 19*

Musica.

Idem ceteres scilicet in platanis inesse musicæ. *de Nat. 30.b*
 Musicam Damon & Aristoxenus tractauerunt. *3. de Orat. 72.a*

Ut in musicis numeri & voces & modi. *de Orat. 92*

Musicus.

Hic autem non tam concinnus helluo, nec tam musicus iacebat, &c. *in Pis. 84.b*
 Si absurdè canat is, qui se haberi velit musicum. *2. Tusc. 18.a*
 Geometræ verò, Musici, Grammatici etiam more quodam loquuntur suo. *3. de Fin. 5*
 Musici floruerunt in Græcia. *Tusc. quæst. lib. 1.4*
 Musicorum cantibus mutatis, mutari ciuitatum status Platon placet. *3. de Legib. 29*
 Musicorum verò peritiosum accepimus. *5. Tusc. 89.a. De Dionysio Syracusano.*
 Qui fidibus aut tibiis uti volunt, earum tractationem non ab aruspibus accipiunt, sed à musicis. *de Diui. 110.b*
 Musicis eruditus. *4. ad Att. 50*
 In musicis quæ spectentur. *1. de Orat. 92*
 Quis musicis, quis huic studio literarum quod profitentur ii qui grammatici vocantur, penitus se dedit, quin, &c. *1. de Orat. 6.a*

Musicus.

Musicae leges posse mutari sine publicarum legum mutatione negauit vir Græciæ sapientissimus, longèque doctissimus. *2. de Leg. 38*

Musca.

Itaque mihi librum ad Muscam, ut tuis librariis daret. *12. ad Attic. 52*

Musca.

Qui nisi se suo more iactauisset, hodie te istic muscæ comedissent. *de Claris Orat. 114.a*

Puer abige muscas. *2. de Orat. 137*

Musculus. vide Mus.

Muscosus.

Nihil alius, nihil muscosus. *ad Q. fratrem, lib. 3.17.9.a*

Mustaccum.

In eodem amomo cepit laureolam in mustaceo quærere. *5. ad Attic. 40*

Mustela.

Non possis adduci ut domum muribus & mustelis ædificatam putes. *de Nat. 19.b*

Mustella.

Mustella Tamisius, vnus ex Antonii sicariis. *2. Philip. 34*

Mustius.

C. Mustius, eques R. in iudicio omnium penè fortunarum me vno defendente vicit. *3. in Verr. 98*

Mustum.

Sic ego istis censuerim, & nouam istam quasi de musto ac lacu feruidam orationem fugiendam. *de Claris Orat. 159.a*

Mutabilis, Mutabilitas, Mutatio, Mutatus, vide Muto.

Muticensis.

Muticensis ager in Sicilia. *5. in Verr. 100*

Mutilus.

Mutila sentit quædam, & quasi decurtata. *in Orat. 103.a. De animo.*

Sed quum mutila quædam, & hiantia locuti sunt, quæ vel sine magistro facere potuerunt, germanos se putant Thucydidis. *in Orat. 17.a*

Mutilatus.

In Galliam mutilatum ducit exercitum. *3. Philip. 146*

Mutina.

Mutina à M. Antonio obfessa. *5. Phil. 181*
 Mutina obsidione liberata. *10. fam. 23. in epist. Planci.*
 Ad Mutinam Roma tres viæ. *12. Philip. 334*

Antonius circumfedit firmissimam & splendidissimam populi Romani coloniam Mutinam. 5. Philip. 181. a

Mutinensis.

Mutinensis fuga. ad Brut. 13

Mutius.

P. Mutius, L. Calphurnius, c o s s. 6. in Verr. 97

P. Mutius Tib. Gracchum iure cæsum defendit. pro Plan. 71

Q. Mutius à L. Crasso in M. Curii iudicio victus. pro Cecin. 39

Q. Mutii facinus egregium. pro Sest. 39

Q. Mutii innocentia. 4. in Verr. 18

In Mutiorum familia ius ciuile diu versatum est. 1. de Orat. 21

Mutia lex, qua de ciuitate quaesitum est. pro Corn. Balb. 37

Lysiam Timæus Licinia & Mutia lege repetit Syracusas. Brut. 31

Mutia festa in Asia celebrari solita. 4. in Verr. 36

Mutianus.

Mutianum illum exitum optem. 9. ad Att. 50

Mutia.

Q. Metelli soror. 5. fam. 5

Mutia Lælia filia. Brut. 111

Muto.

Nam qui volunt pœnam aliquam subterfugere, aut calamitatem, eò solum vertunt, hoc est, sedem ac locum mutant. pro Cecinna. 22. a

Alias reuocabat eos, inter quos iam decreuerat, decretumque mutabat: aliàs, &c. 3. Verr. 84. a

Quod ad te scripseram, me in Epeiro futurum, posteaquam extenuari spem nostram & euanesce re vidi, mutauit consilium. Att. lib. 3. 53. 1. a

Philotimi literis lectis mutauit consilium de mulieribus. Att. 116. & Epist. 49. b

Cui quidem cum Ciliciã dedisses, mutasti pactionem. pro Domo sua. 18. a

Sinautem sententiam mutasti, ego habeo. ad Gallum, lib. 7. 24. 8. a. Att. lib. 9. 171. 2. a

Quis mediocris gladiator ingemuit, quis vultum mutauit vnquam? 2. Tusc. 71. a

Posteaque rebus gestis mentes vestras voluntatemque mutastis. de Prouin. Consul. 20

Omnes scelerati atque impii, quorum tu te duces esse profiteris, quos leges exilio affici volunt, exules sunt, etiam si solum non mutantur. in Parad. 38

Ergo ille princeps variabit, mutabit, &c. Or. 202. b

Muta iam istam mentem, mihi crede, obliuiscere cædis atque incendiolorum. 1. in Catil. 4. a

Neque te, quo minus, si tibi ita videatur, sententiam mutes, deterrendum puto. Acad. q. edi. 1. lib. 2. 58

Sed visne, quoniam & fatis iam ambulatū est, & tibi aliud dicendi initium sumendum est, locum mutemus, &c. 2. de Legib. 1. a

Mutare & vertere ad omnem rationem aliquid. 3. de Orat. 97. a

Neque mutare ciuitatem quisquam inuitus potest, neque si velit mutare, non potest. Q. Fr. 308. b

Mutare consuetudinem dicendi. de Cla. 194. b

Mutare principia naturæ. de Finib. lib. 4. 28

Sapientem sententiam mutare nunquam. pro Mur. 119. b

Testamentum mutare. pro Cluentio, 23. a

Testem mutare. post red. in Senatu, 10. a

Mutare vultum. Tusc. q. lib. 2. 36

Idque ad omnem ratione mutatur & vertitur. de Ora. 159. b

O iura præclara, &c. nequis nostrum plus quam vnus ciuitatis esse possit (dissimilitudo enim ciuitatum, varietatem iuris habeat necesse est) nequis inuitus ciuitate mutetur, neque in ciuitate maneat inuitus. pro Corn. Balbo, 23

Consilia in horas mutari vides. ad Att. 235. b. Id est, non consistere sibi, discedere à sese.

Quo vertendi, hoc est mutandi soli causa, venerant. pro Dom. 229. b

Vos vestem mutandam censuistis, cunctique mutastis. Postquam. 206. b

Mutatus.

Probitas gratuita, non mutata voluptatibus. de Finib. 85. b

Rerum hoc natura, &c. nec manens nec mutata ratio feret. Epist. 84. b

Vt & ciuitate illum mutatum esse fateretur, & ius ciuitatis honore dignissimum iudicaret: pro Corn. Balbo, 33. a

Hoc verò tempore, cum alii interierint, alii absint, alii mutati voluntate sint, &c. 5. fam. 62

Verfa & mutata in peiorem partem sunt omnia. pro Sex. Rosc. 35. b

Mutatio.

Consilii mutatio opum est portus pœnitenti. 12. Philip. 322. a

Crebra corporis mutatio. pro Cluentio, 42. a

Extorum fieri mutatio potest. de Diui. 105. b

Vnde igitur subito tanta ista mutatio in Ant. 159. b

Fit magna mutatio loci, non ingenii. pro Quint. 7

Morum facienda mutatio. 1. Offic. 168. a

Officiorum mutatio, dando, accipiendo. 1. Offic. 34. a

Eam mutationem si tempora adiuuabunt, facilius commodiūque faciemus. Offic. 24. b

Nemo doctus vnquam mutationem consilii inconstantiam dixit esse. 16. ad Att. 21

Atque ita vt nullam mutationem vnquam habitura res esse videatur. Epist. 8. b

Et ita esse eum vndique aptum, vt nulla vis tantos queat motus mutationemque moliri. 4. Acad. 215. a

Mutationes elementorum inter se. de Nat. 65. b

Mutationes rerum & temporum. de Fin. 5. 64

Mutationes quatuor temporum. de Nat. 36. b

Luna varias mutationes lucis habet. de Nat. 46. b

Motibus & mutationibus suis ciens omnia & agitantis natura. 3. de Nat. deor. 37. a

Mutabilis.

Materia mutabilis. de Vniuers. 35

Omne corpus mutabile est. de Nat. 65. b

Mutabilem esse vult dei formam Heraclides Ponticus. de Nat. deo. 1. 26

Vaga & mutabili ratione labuntur sidera quædam. de Vniuersitate, 46

Mutabilitas.

Hæc inconstantia, mutabilitasque mentis, quem non ipsa grauitate deterreat. 4. Tusc. 63

Mutus.

Accusatio huius temporis muta. pro Flacco, 4. a

Ciuitas fracta malis, muta, debilitata, abiecta metu. pro Dom. 218. b

Dialectica in excogitandis argumentis muta nimium est, in iudicandis nimium loquax. 2. de Orat. 87. a

Sic in vestris disputationibus historia muta est. de Finib. lib. 2. 56

Imago aui tui clarissimi viri, quæ te à tanto scelere etiam muta reuocare debuit. 3. in Cat. 55

Cum res muta aut informis sit eloquens & formata. ad Her. lib. 4. 237

Mutum forum, elinguem curiam, tacitam & fractam ciuitatem videbatis. post red. in Senatu, 5

Nihil me mutum delectat, nihil tacitum. in Cat. 116. b

Muti vel eloquentis origo. 5. Tusc. 98. a

Nullum fuisse tempus post has fugas & formidines, quod magis debuerit mutum esse à literis. Att. lib. 8. 52

Mutum esse satius est, quam quod nemo intelligat dicere. Cornificio, lib. 12. 27. 4. a

Vt enim magistratibus leges, ita populo præfunt magistratus: verèque dici potest, magistratum legem esse loquentem: legem autem, mutum magistratum. 3. de Leg. 3. a

Is mutam in delicto personam, noménque præbuit. pro Dom. 240. b

Neque enim accusatore muto, neque teste quisquam vitur eo, qui de accusatoris subsellio surgit. pro Rosc. Amer. 63

Si mutæ etiam bestia loquerentur. de Fin. lib. 1. 108. a

Pecudes mutæ. Q. fratri, lib. 1. 18

Res inanimatæ atque mutæ. 1. de Nat. deor. 53. a

Mutarum & nihil intelligentium bestiarum causa. 2. de Nat. deor. 101

Eloquentia muta quædam inducere. in Orat. 76. a

Omnia muta atque inanima commouerentur. in Verr. 271. b

Et si hoc in his quasi mutis artibus est mirandum, & tamen verum: quanto admirabilius in oratione atque in lingua? 3. de Orat. 15. a. de Arte picturæ.

Mutuus.

Mutuus amor. Plancus Ciceroni, lib. 10. 4. 3. a

Ad paternas enim magnas, & veteres, & iustas necessitudines, magnam attulit accessionem tua voluntas erga me, meaque erga te par atque mutua. Att. lib. 16. 341. 1. a

Mutuus in amicitia, est quum par voluntas accipitur & red datur. Metello, lib. 5. 2. 7. a

Fruentum mutuuum aliquibus dare. 2. de leg. Agra. 82. a

Testimonium mutuuum dare. pro Flacc. 7

Non enim sperasti mutuam me tibi gratiam relaturum, vt vicissim tuos compellarem. in Sall. 273. b

Voluntatem mutuam alicui tribuere. Metel. lib. 5. 2. 4. a

Pro pari inter nos & mutua benevolentia. epist. 204. b

In amici mutua benevolentia conuiescere. de Amic. 20. a

Beneficia mutua & grata dū sunt, inter quos ea sunt, firma deuinciuntur societate. 1. Offic. 82. a

Ille mihi n s. quatuordecim non reddit, quæ dedi eius filio mutua. Attic. 165. b

Multa & magna inter nos officia, paria & mutua intercedunt. epist. 227. b

Mutuas pecunias sumere. 3. Verr. 19. a

Idcirco amicitia comparantur, vt commodum mutuis officiis gubernetur. pro Rosc. Amer. 66. a

Cum Appio summa mihi necessitudo est, multis eius officiis & meis mutuis constituta. Epist. 178. b

Mutuo.

Verbum aut translatum aut factum aliunde vt mutuo, aut factum ab ipso. Orat. 204. b

Mutuo inter nos certam officia summa constiterunt. 10. fam. 80. in epist. Lepidi.

Fac valeas, meque mutuo diligas. Plancus ad Cicer. lib. 10. 4. 9. a. Hoc est, fac mihi in amore respondeas.

Te, vt diligas me, si mutuo te facturum scis, rogo. Plancus Ciceroni, lib. 10. 9. 6. a

Satisne videatur his omnibus rebus tuus aduentus, quum proximè Romam venisti, mutuo respondisse? 5. fam. 4

Nulla enim re tam lætari soleo, quam meorum officiorum conscientia: quibus si quando non mutuo responderetur, apud me plus officii residere facillimè patior. 5. fam. 16

Mutuor.

Nam ego quæ sunt oratoris cum illis communia, non mutuor ab illis. 1. de Orat. 29. a

Tu quicquam ab alio mutuaris? Q. frat. 326. b

Orator subtilitatem ab Academia mutuatur, & ei vicissim reddit vbertatem orationis, & ornamenta dicendi. de Fat. 5

Mutuabantur à mundo particularis ignis, terræ, aquæ, quas rursus redderent. de Vniuers. 59

Cætera verò à familiari meo Lógo mutuabor. de Ora. 107. b

Age à Cælio mutuabimur. Att. 103. b

Mutuemur hoc quoque verbum, dicaturque tam ather Latine, quam dicitur aer. 2. de Nat. d. 132. a. Id est, aliunde sumamus.

Quum abundare debeam, cogor mutuari. Att. 245. b

Aut noua verba facere, aut à simili mutuari. Orat. 217. b

Nam L. quidem Crassus, quum esset admodum adolescens, non aliunde mutuatus est, sed sibi ipse peperit maximam laudè ex illa accusatione nobili & gloriosa. 2. Offic. 66. a

A viris virtus nomen est mutuata. 2. Tusc. q. 76. a

Tironem nostrum ab altera relictum audio, sed cum video in sumptum ab aliis mutuatum. Att. lib. 8. 150. 3. a

Mutuatio.

Ego verò illi maximam gratiam habeo, quod me ea pœna multauerit, quam sine mutatione & sine versura possem dissoluere. 1. Tusc. q. 161. a

Translationes quasi mutationes sunt, quum quod non habas, aliunde sumas. de Or. 157. b

Itaque quum Roma clam esset profectus, multosque minus mutuationibus fraudauisset, in Asiam venit. pro Flac. 37

Mycenensis.

Omnes Danaï aut Myceneses, Attica pubes, reliquique Græci, &c. 2. de Finib. 31. a

Mydas.

Mydæ Phrygio, quum puer esset, dormienti formicæ in ostiici grana congeserunt. Diuin. lib. 1. 69

Mylasa, vrbs. in Anton. 198. & 207. b

Mylasii, populi. epist. 224. b

Myndus, oppidum. in Verr. 94. b

Myndensis.

Myndensium testimonium. epist. 37. b

Myoparo.

Proh dii immortales piraticus myoparo, quum imperium populi Rom. &c. 7. Verr. 76. a

Eum isto Prætoris Cilicum myoparoni, prædonibusque paruisse. 6. Verr. 104. a. De portu Syracusanorum loquitur.

Illi statim myoparonem egregium de sua classe, ornatū atque armatum dederunt. 3. Verr. 61. a

Myoparone piratico capto, dux liberatus. 7. Verr. 58. a

Nam quum quæreretur ex eo, quo scelere impulsus mare haberet infestum vno myoparone, Eodè (inquit) quo tu orbem terræ. de Repub. lib. 3. a

Myrmecides.

Vt etiam inter deos Myrmecides aliquis minorum opusculorum fabricator fuisse videatur. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 111

Myrmillo.

L. Frater, qui Myrmillo Mylasis depugnat. in Anto. 198. b

Ille autem ex Myrmillone dux, ex gladiatore imperator. in Anton. 189. b

Myron.

Myron, statuarius egregius. 6. in Verr. 4

Myron fingendi arte insignis. 3. de Orat. 15

Chares à Lyfippo statuas facere non isto modo didicit, vt Lyfippus caput ostenderet Myronis, brachia Praxitelis, pectus Polycleti: &c. 4. ad Heren. 148

Myronis bucula ex ære Athenis celebris. 6. in Verr. 119

Nondum Myronis satis ad veritatem adducta, iam tamen quæ non dubitet pulchra dicere. Brut. 35

Myrothecium.

Meus autem liber totum Isocrati myrothecium, atque omnis eius discipulorum arculus, ac nonnihil etiam Aristotelia pigmenta consumpsit. Att. lib. 2. 16. 3. a

Myrtilus.

Quænam vnquam ob mortem Myrtili pœnis luendis dabitur satietas supplicii? 3. de Nat. d. 68

Myfia.

Itaque Caria, & Phrygia, & Myfia, quod minimè politæ, minimeque elegantes sunt, ascuerunt aptum suis auribus opimum quoddam & tanquam adipale dictionis genus. Orat. 13

Myfia latrocinia sublata. 1. ad Q. frat. 18

Asia vestra constat ex Phrygia, Myfia, Caria, Lydia. pro Flacco, 51

Myfus.

Nisi me fortè Pæconii nescio cuius hominis, ne Græci quidem, at Myfi, aut Phrygis potius querelis moueri putas, 1. ad Q. fra. 14

Quid porro in Græco sermone tam tritū atque celebratum est, quam si quis despiciatui ducitur, vt Myforum vltimus esse dicatur? pro Flac. 51

Mythagogus.

Itaq; iudices hi, qui hospites ad ea, quæ visenda sunt, ducere solent, & vnūquidque ostendere quos illi Mythagogos vocat, conuersam iam habent demonstratione suam. 6. Verr. 116

Mysterium.

Tacitum tanquam mysterium tenere aliquid. 3. de Orat. 37. a

Mytheria quæ appellantur initia, &c. de Leg. 177. b

Velim ad me scribas certum, quo die mytheria futura sint. Att. lib. 5. 55

Quæ sunt tandem ista mytheria? Acad. q. ed. 1. lib. 2. 55

Mytheriorum dies. 15. ad Att. 43

Neque enim sunt epistolæ nostræ, quæ si perlatæ non sint, nihil ea res nos offensura sit, quæ tantum habent mysteriorum, ut eas ne librariis quidem ferè committamus. 4. ad Att. 52
 Ne rhetorum aperiatur mysteria. Tusc. q. lib. 4. 45
 Quid si petimus ab Antonio ut ea nobis explicet, & illa dicendi mysteria enuntiet. 1. de Orat. 103
 Faciesque me, in quem diem Romana incidat mysteria, certiorum. Att. lib. 6. 112. 7. a
 Vbi ego diutius essem moratus, nisi Atheniensibus, quod mysteria non referrent, &c. 3. de Orat. 43. a
 Quæ tradantur mysteriis reminisci. 1. Tusc. q. 46. a
 Mysteriis illis Athenæ nihil pepererunt melius, quibus exagresti immanique vita exculsi ad humanitatem, & miti-



Nam hercule, inquit Antonius, si, &c. de Orat. 12. b
 Nam Hermagoras quidem nec quid dicat attendere, nec quid pollicetur intelligere videtur. de Inuent. 43. b
 Quamobrem celebratote Quirites, &c. nam multi, &c. erepti enim, &c. in Catil. 116. b
 Cuius mihi summa necessitudo est, magno enim beneficio meo affectus cumulatissime mihi gratiam reulit: nam nec in honoribus meis unquam defuit, nec in laboribus. epi. 203. b
 Nunquidnam restat. Part. 232. b
 Nam qui audiunt, hæc duo animaduertunt. in Orat. 114. a
 Nam quid ego de Cicerone dicam, qui, &c. epi. 130. b
 Nam quid ego te athletas putem desiderare, qui gladiatores contempseris. ad Marium, lib. 7. 1. 10. a
 Quinque cohortibus quid se nam facturum arbitratur. Att. 273. b
 Nam quod ista inusitata rabie petulanter in uxorem & filiam meam, &c. in Sallust. a
 Nam quod me tecum iracundè agere dixisti solere, non est ita, vehementer, &c. in Ant. 217. b
 Nam quod negas, &c. Att. 135. b
 Nam quod purgas eos, &c. Att. 49. b
 Belluas immanes nanciscimur venando. 2. de Nat. d. 117
 Cuius rei nullam consuetudinem nactus sum, &c. Att. 315. b
 1. ad Q. frat. 31
 Nactus sum etiam, qui Xenophontis similem esse cuperet. Orat. 199. b
 Tamen maiorem spem impetrandi nactus sum, posteaquam, &c. epi. lib. 13. 8. 8. a
 Alter alterius, vbi cunq; nactus est, oua frangit. de Nat. 51. b
 Sorte nactus est vrbanae prouinciae, magis ex sua & Chelidonis, quam ex pop. Rom. voluntate. 3. Verr. 73. a
 Quo quidem tempore Iudices, iste spem maximam reliquorum quoque peccatorum nactus est. 3. Verr. 39. a
 Potestas quam ille per scelus erat nactus. de Nat. lib. 3. 113. a
 Quoniam modo imperium ferre potuissetis, si id ille nactus esset. pro Mil. 116. b
 Ne vim ullam nanciscantur, quæ a primo impulsu moueatur. de Som. 131. b
 Si quid firmitatis nactus sit Antonius. 11. famil. 20
 Pluribus verbis ad te scribam, quum plus otii nactus ero. Ap. Pulchro, lib. 4. 7. 1. a. Cælio, lib. 2. 8. 6. a
 Boni aliquid fortuiti nancisci. 3. de Nat. d. 126. a
 Cato sic abiit à vita, ut causam moriendi se nactum esse gauderet. 1. Tusc. q. 116
 Nactus plusculum laxamenti. epi. 194. b
 Nactus Siciliam. 10. ad Att. 40
 Vitis ut se erigat clauiculis, quasi manibus quicquid est nactus, completitur. de Senect. b
 Quo minus homines tenebras & solitudinem nacti, nullo dedecore se abstineant. de Fin. lib. 3. 31
 Quoniam nacti te, inquit, sumus aliquando otiosum, certe audiam quid sit, quod, &c. 1. de Fin. 22. a

Nania.

Honoratorum virorum laudes in concione memorantur, easque etiã ad cantus, ad tibicinem prosequantur: cui nomen Nania: quo vocabulo etiã à Graccho catus lugubres nominantur. 2. de Leg. 57

Næuius.

Næuius Turpio Verris in omni calumnia præcursor & emissarius. 7. Verr. 84
 Cethegus c o s. cum P. Tuditano fuit bello Punico secundo, &c. His enim Consulibus, ut in veteribus commentariis scriptum est, Næuius est mortuus. Brut. 30
 Apud Næuium, inquit Hector. 15. fam. 26

Næuianus.

Illius autem ætatis qui sermo fuerit, ex Næuianis scriptis intelligi potest. de clar. Orat. 30. a

Næuus.

Næuus in articulo pueri delectat Alceum. at est corporis macula Næuus: illi tamen hoc lumen videbatur. 1. de Natura d. 55. de clar. Orat. 172. a

Totum aliquem non Næuo aliquo aut crepundiis, sed corpore omni velle cognoscere. Brut. 173

Nam.

Nam est longè aliter in versibus. in Orat. 115. a

gati sumus, inquitque ut appellantur, ita reuera principia vitæ cognouimus: neque solum cum latitia viuendi rationem accepimus, sed etiam cum spe meliore moriendi. 2. de Leg. 36

Id enuntiat mysteriis totum est contemptum. pro Mur. 129. b
 Quod quale sit, ex mysteriis intelligi potest. de Nat. d. 2. 45
 μυστικώτερον illud ad te scribam, tu sagacius odoraberis. 6. ad Att. 38

Mytilenæ.

Quid Mytilenæ: quæ certe vestra Quirites belli lege, ac victoriæ iure facta sunt: vrbs & natura, & situ, & descriptione ædificiorum & pulchritudine in primis nobilis, a gri iucundi & fertiles, &c. in Rul. 49



Nam hercule, inquit Antonius, si, &c. de Orat. 12. b
 Nam Hermagoras quidem nec quid dicat attendere, nec quid pollicetur intelligere videtur. de Inuent. 43. b
 Quamobrem celebratote Quirites, &c. nam multi, &c. erepti enim, &c. in Catil. 116. b
 Cuius mihi summa necessitudo est, magno enim beneficio meo affectus cumulatissime mihi gratiam reulit: nam nec in honoribus meis unquam defuit, nec in laboribus. epi. 203. b
 Nunquidnam restat. Part. 232. b
 Nam qui audiunt, hæc duo animaduertunt. in Orat. 114. a
 Nam quid ego de Cicerone dicam, qui, &c. epi. 130. b
 Nam quid ego te athletas putem desiderare, qui gladiatores contempseris. ad Marium, lib. 7. 1. 10. a
 Quinque cohortibus quid se nam facturum arbitratur. Att. 273. b
 Nam quod ista inusitata rabie petulanter in uxorem & filiam meam, &c. in Sallust. a
 Nam quod me tecum iracundè agere dixisti solere, non est ita, vehementer, &c. in Ant. 217. b
 Nam quod negas, &c. Att. 135. b
 Nam quod purgas eos, &c. Att. 49. b

Nanciscor.

Belluas immanes nanciscimur venando. 2. de Nat. d. 117
 Cuius rei nullam consuetudinem nactus sum, &c. Att. 315. b
 1. ad Q. frat. 31
 Nactus sum etiam, qui Xenophontis similem esse cuperet. Orat. 199. b
 Tamen maiorem spem impetrandi nactus sum, posteaquam, &c. epi. lib. 13. 8. 8. a
 Alter alterius, vbi cunq; nactus est, oua frangit. de Nat. 51. b
 Sorte nactus est vrbanae prouinciae, magis ex sua & Chelidonis, quam ex pop. Rom. voluntate. 3. Verr. 73. a
 Quo quidem tempore Iudices, iste spem maximam reliquorum quoque peccatorum nactus est. 3. Verr. 39. a
 Potestas quam ille per scelus erat nactus. de Nat. lib. 3. 113. a
 Quoniam modo imperium ferre potuissetis, si id ille nactus esset. pro Mil. 116. b
 Ne vim ullam nanciscantur, quæ a primo impulsu moueatur. de Som. 131. b
 Si quid firmitatis nactus sit Antonius. 11. famil. 20
 Pluribus verbis ad te scribam, quum plus otii nactus ero. Ap. Pulchro, lib. 4. 7. 1. a. Cælio, lib. 2. 8. 6. a
 Boni aliquid fortuiti nancisci. 3. de Nat. d. 126. a
 Cato sic abiit à vita, ut causam moriendi se nactum esse gauderet. 1. Tusc. q. 116
 Nactus plusculum laxamenti. epi. 194. b
 Nactus Siciliam. 10. ad Att. 40
 Vitis ut se erigat clauiculis, quasi manibus quicquid est nactus, completitur. de Senect. b
 Quo minus homines tenebras & solitudinem nacti, nullo dedecore se abstineant. de Fin. lib. 3. 31
 Quoniam nacti te, inquit, sumus aliquando otiosum, certe audiam quid sit, quod, &c. 1. de Fin. 22. a

Nanque.

Nanque assiduis internuntiis, &c. epi. 152. b
 Nanque illud quare Scæuola negasti te fuisse laturum, &c. 1. de Orat. 37. a

Quum ille, Nanque quod tu non poteris, aut nescies, quis nostrum tam impudens est, qui se scire aut posse postulerit. de Orat. 50. a

Nar.

In Nar defluit Velinus lacus. 4. ad Att. 36

Narbo.

Est in eadem prouincia Narbo Martius, colonia nostrorum ciuium, specula populi Rom. ac propugnaculum istis ipsis nationibus oppositum & obiectum. pro Font. 2

Naris.

Rectè sursum sunt nares, quod odor omnis ad supera fertur. 2. de Nat. d. 211. a

Expones quæ spectet florida & varia, fasciculum ad nares admouebris, incendens odores, & fertis redimiri iubebris & rosa. 3. Tusc. q. 73. a

Nares humorem habent ad puluerem, multaque alia repellenda non inutilem. 2. de Nat. d. 109

Nares contractiores habent introitus, ne quid in eas quod noceat, possit peruadere. 2. de Nat. d. 109

Patent nares propter necessarias utilitates. 2. de Nat. d. 217. a

Naribus adiunctis os spiritu augetur. 2. de Nat. d. 101

Mollipedesque boues spectantes lumina cæli, Naribus humiferè duxere ex ære succum. 1. de Diu. 26. a

Narniensis.

Narniensis tribus. in Rull. 79

Narro.

Narro tibi, hæc loca venusta sunt. ad Attic. lib. 15. 329. 2. a. 11. famil. 38

Narro tibi, planè relegatus mihi videor, posteaquam in Phormiano sum. Att. lib. 2. 26. 2. a

Narro tibi, Quintus exultat lætitia. Att. 247, & 246. b

Othonem quod speras posse vinci, sanè bene narras. Attic. 216. b

Malè narras de nepotis filio. 16. ad Att. 36. Id est, malum & tristem nuntium affers.

Malè hercule narras. Tusc. q. lib. 1. 9

Narrant monstra. 9. ad Att. 47

Narra mihi, reges Armenii patritios salutare non solent. ad Attic. 26. b

Est autem hæc huius generis virtus, ut ita facta demostret, ut mores eius de quo narres, ut sermo, ut vultus omnes exprimentur. 2. de Orat. 133. a

Iucunda mihi eius oratio fuit, quum de animo tuo, de sermonibus, quos de me haberes, quotidie mihi narraret. Ap. pio, lib. 3. 1. 7. a. ad Heren. 20. b

Malè narrare de aliquo. Att. lib. 16. 338. 3. a

Alteram qua Crassi libertum ais tibi de mea sollicitudine macieque narraffe. 3. ad Att. 21

Narrantum dilucidè. 1. ad Heren. 15

Narrans.

Quod illa siue faceta sunt, siue sic fiunt, narrante te venustissima. 15. fam. 52

Narratio.

Narratio est rerum explicatio, & quædam quasi sedes ac fundamentum constituendæ fidei. in Partit. 18

Narratio est rerum gestarum aut perinde ut gestarum expositio. 1. ad Heren. 4. & 3. 116

Omnis orationis reliquæ fons est narratio. de Orat. 139. b

Narratio accusatoria in coniecturali causa quid habere debeat. 2. ad Heren. 33

Aperta narratio poterit esse, si ut quodque primum gestum erit, ita primum exponetur, &c. 1. de Inuent. 42

Narratio quod breuior, eod dilucidior. 1. ad Heren. 15

Obscura narratio totam obsecrat orationem. 2. de Orat. 179. a

Narratio in suasionem rara. Partit. 8

Deinde rem narrare, ita ut narratio verisimilis sit, ut aperta, breuis. 2. de Orat. 45. a

Genus narrationis, quod in personis positum est, debet habere sermonis festiuitatem, animorum dissimilitudinem, grauitatem, lenitatem, &c. 1. ad Heren. 13

Narrationis in negotiorum expositione positæ partes tres. 1. ad Heren. 13

Narrationis virtutes tres. 1. de Inuent. 41

Exponere narrationem. in Orat. 121. a

Is multis nominibus in Trophoniana Charonis narratione Græcos in eo reprehendit, quod, &c. Att. lib. 6. 113. 4. a

Quando vtendum sit, aut non sit narratione, id est consilii. 2. de Orat. 179

Credibiles, non historico, sed propè quotidiano sermone dilucidè explicatæ narrationes. in Orat. 68. a

Narrationum tria sunt genera. Vnum genus est, in quo ipsa causa, & omnis ratio controuersia continetur. Alterum, in quo digressio aliqua extra causam aut criminationis, &c. aut amplificationis causa interponitur. Tertium genus est remotum à ciuilibus causis, quod delectationis causa non inuiti cum exercitatione dicitur & scribitur. 1. de Inuent. 39. & 1. ad Heren. 12

Narrator.

Faceti narratores & imitatores. 2. de Orat. 111. a

Ceteri non exornatores rerum, sed tantummodo narratores fuerunt. 2. de Orat. 29. a

Narthecium.

Iam doloris medicamenta illa Epicurea, tanquam de Narthecio promant: si grauis, breuis, &c. 2. de Finib. 20

Narus.

Noti erant, & nauis, & nari, quibus cum in præponi oporteret, dulcius visum est: igitur ignoti, ignaui, ignari dicere, quam ut veritas postulabat. Orat. 212. b

Nari.

Datum v. 1. Id. April. Naris. ad Att. 40. b

Nascor.

Oritur ex se, & sua sponte nascitur amor. 2. de Fin. 125. a

Timiditas ex rebus nascitur. de Fin. 118. b

Non minus iucundi atque illustres nobis sunt ii dies, quibus conferuamur, quam ii, quibus nascimur. in Cat. 111. b

Quoniam autem etiam mortui miseri sunt, in miseriam nascimur sempiternam. 1. Tusc. q. 8

Cætera nascuntur & occidunt. in Orat. 6. a

Nascitur innumerabilia hoc vno posito. 2. de Leg. 48

Ex cupiditatibus odia nascuntur. 1. de Fin. 69. a

Nascitur quæstionculæ multæ his propositis. 2. de Leg. 46

Nulla tam detestabilis pestis est, quæ non homini ab homine nascatur. 2. Offic. 22. a

Ergo ita nascitur exordium. 1. Tusc. q. 14. a

Scribas ad me, ut mihi nascatur epistolæ argumentum. ad Tironem, lib. 16. 32. Hoc est, ut inde sumam argumentum ad te scribendi.

Si tibi fortuna non dedit, ut patre certo nascerere. pro Rosc. Amer. 26. a

Binos habebam: subito promi utrosque, ne quid plus mali nasceretur. 7. Verr. 27. a. Id est, nequid oriretur amplius mali.

Si nascerentur tibi ex oliua modulatè canentes. de Nat. deor. 2. 17

Hæc in impeditis & regum dominatione deuinctis nasci cupiditas dicendi solet. de Clar. 168. b

Magna etiam dissidia, & plerumque iuxta nasci. de Amic. 33. a

Sunt quædam etiam quæ igne nasci videtur. de Nat. d. 1. 73

Non nasci homini longè optimum, proximum autem quædam primum mori. Tusc. q. lib. 1. 102

Nascendi conditio incerta. in Catil. 48

Nascens.

Nascens malum facile opprimitur. 5. Philip. 186

Enitar, ut in dies magis magisque hæc nascens de me duplicetur opinio. 16. fam. 17

Athenis non nascentibus, sed iam adultis fuit Thucydides.
de clar. Orat. 13. a

Natus.

Ita enim natus, ita educatus, ita edoctus es. 6. fam. 17
Natus ad agendum semper aliquid dignum viro. 4. fam. 40
Vir ad dignitatem & gloriam natus. pro Sestio, 77
Ad bella natus. pro leg. Manil. 29. a
Ad facinus prædâque natus aliquis. 11. Philipp. 317. a
Ad dicendi singularem quâdam facultatem natus Crassus.
pro Corn. Balbo, 2. a
Scipio natus mihi videtur ad interitum exitiumque Cartha-
ginis. de Arusp. 144. b
Natus ad homines iuandos, tutandos, conseruandos. Tu-
sc. q. lib. 1. 27
Natus, susceptus, & institutus ad laudem. de Fin. lib. 5. 58
Natus atque aptus ad alterius libidines flagitiosas. 4. Ver-
rin. 93. a
Annus ad hanc pestem funditus delendam natus esse vi-
detur. de Arusp. 144. b
Ad omnia summa natus Pompeius. de Clar. 129. a
Deorum beneficio ad hæc tempora natus Cæsar. 12. Phil. 32. 4. a
Ad hoc vnum natus, aut in hoc solo se exercuit, aut huic ge-
neri studet vni aliquis. in Orat. 53. a
Natus annos quatuordecim. ad Octauium, 14. pro Cluen. 8. a
Annos natus vnum & viginti. de Orat. 149. & de Clar. 185. b
Annos ad quinquaginta natus. pro Cluent. 88. a
Mortuus est (quum ego quinque & sexaginta annos natus,
lego Voconian voce magna & bonis lateribus suafissem)
annos septuaginta natus: tot enim vixit Ennius. de Sen. 13. a
Eques Romanus prope annos x. c. natus. 5. Verr. 50
Procreatus sum paruus à parētibus, à vobis natus sum Con-
sularis. Post reditum ad Quirites, 3. a
Sed vt perspiciatis vnde omnis iste natus sit error, volupta-
tem accusantium, dolorumque laudantium, totam rem
aperiam. 1. de Finib. 49. a
Natus ex te, teque dignus est. 12. fam. 31. in epist. Lentuli.
Malo genere natus. 2. de Orat. 158
Natus genere nobili. 7. Verr. 141. a
Ille gurgis atque helluo natus abdomini suo, non laudi at-
que gloria. in Pis. 31
Imperio huic natus. pro Cælio, 46. a
In dedecore natus Verres. 5. Verr. 48. a
Natus in patris egestate. de Pet. Conf. 6
Etiam si in amplissima familia natus sit. Parad. 45
Filius natus in decem mensibus. Top. 22. 4. b
Natus honesto loco. Tusc. q. lib. 5. 42
Natus nobili loco. Diuin. lib. 1. 77
Natus summo loco. ad Brut. lib. 11. 22. 4. a
Vt quisque optimè natus institutusque est. de Fin. lib. 5. 52
Tuum est Cato, qui non tibi, sed patriæ natus es, videre, &c.
pro Mur. 73
Thyestes Tantalò prognatus, Penelope natus. 3. Tusc. 44. a
Iphoro & multitudini nata eloquentia. de Clar. 156. a
Circe è Perfide Oceani filia nata. de Nat. d. 69. b
Nata lex, quam legem naturæ dicimus. pro Milo. 7
Syri natio nata seruituti. de Prou. 71. b
Ergo nata est sententia veterum Academicorum & Peripa-
teticorum, vt finem bonorum dicerent, secundum natu-
ram viuere. 2. de Finib. 59. a
Natum à te id ipsum, vt illi cuperent. 3. de Leg. 28
Natum est inde, vt, &c. 12. ad Att. 22. Id est, casu factum est.
Natum bellum. 2. Philipp. 79
Ad honestatem natum genus hominum. in Part. 49. a
Omne quod natum est, necesse est esse corporeum, aspecta-
bile, tractabile. de Vniuers. 15
Quum te vnum ex omnibus ad dicendum maximè natum
aptumque cognoui. de Orat. 93. b
Hic verò in oculis Senatus populique Romani nihil posse
existere, quod non antè extingui atque opprimi posset,
quàm planè exortum ac natum esset. 2. de leg. Agr. 88. a
Aut quod ex terra natum atque fictum esse videatur. Tusc.
quæst. lib. 1. 33
Pro eo quod se nò solum suis commodis, sed etiam suorum

municipum, cæterorumque necessariorum natum esse ar-
bitratur. pro Cluen. 33. a

Non magis me mea causa puto esse natum, quàm Reipub.
procreatum. Antequam. 196. b
Natum esse parentibus humilibus. Læli. 61
Hi non viderunt, vt ad cursum equum, ad aradum bouem,
ad indagandum canem: sic hominem ad duas res, vt ait
Aristoteles, ad intelligendum & agendum esse natum.
de Finib. 2. 66. a
Nata tribunorum potestate grauitas optimatum cecidit. 3.
de Legib. 17
Antonii colloquium cum heroibus nostris pro re nata non
incommodum. Attic. 22. 4. b
Animaduenteram posse pro re nata te non incommodè ad
me in Albanum venire. Att. 106. b
Orpheus & Rhesus matre Musa nati. de Nat. d. 68. b
Omnes nati sunt ad societatem & communitatem generis
humani. 4. de Fin. 7. a
Homines in veteri dignitate fortunaque; nati. cõtra Rul. 64. b
Literis nati Græci. 3. de Orat. 72. a
Qui eodem statu cæli & terrarum nati sunt. Diuin. lib. 2. 73
Quidam sunt ita habiles, &c. vt non nati, sed ab aliquo deo
facti esse videantur. de Orat. 94. b
Nati sumus ea conditione, vt nihil quod homini accidere
possit, vitare debeamus. 15. ad Att. 1
Ita nati sumus, vt & blandiri & suppliciter insinuare iis, à
quibus esse sperandū, & aduersarios minaciter terrere pos-
simus. 1. de Orat. 45. a
Ita nati sumus, vt rem gestam exponere, & de omnibus re-
bus loqui sine arte possimus. de Orat. 92. b
Non nobis solum nati sumus (vt præclare scriptum est à Pla-
tone) ortusque nostri partem patria vëdicat, partem ami-
ci. Offic. 1. 33
Nanque horum posteri meliores illi quidem mea sententia,
quàm reliquarum philosophi disciplinarum: sed ita dege-
nerant, vt ipsi ex se nati esse videantur. 5. de Fin. 22. a
Ad iugum natæ bouum ceruices. 2. de Nat. d. 237. a
Seruituti natæ Iudæorum & Syrorum nationes. de Prouin.
Consul. 8. a
Nata ob has causas astra. de Vniuers. 43
Ergo hoc quidem apparet, nos ad agendum esse natos. 5. de
Finib. 103. a
Ad iustitiam nos esse natos intelligere nil præstabilius. 1. de
Leg. 42. a
Cuius qui se patriæ, qui suis ciuibus, qui laudi, qui gloria,
non qui somno & conuiuio & delectationi natos arbi-
trentur. pro Sestio. 12. a
Quos omnino natos nesciebam. 9. fam. 33
Ex quo vno hæc omnia nata & profecta esse concedit. pro
Quintio, 58. a

Natus.

Neque porrò ex eo natus, &c. de Finib. 77. b
A primo satu quo à procreatoribus nati diliguntur. de Fi-
nib. 141. b
Charitas quæ est inter natos & parentes, dirimi nisi detesta-
bili scelere non potest. de Amicit. 27. a
Natu.
Non admodum grandis natu, sed tamen ætate prouectior.
de Senect. 79. b
Grandis natu parens. in Verr. 91. b
Quanquam eum colere cœpi, non admodum grandem na-
tu, sed tamen iam ætate prouectum. de Senect. 9. a
Grandes natu matres. in Verr. 262. b
Qui fuit maior natu, quàm Plautus. de Inuen. 52. b
Aliquot annis minor natu. Acad. q. 16. b
Ex his omnibus natu minimus Q. Satorius. pro Clu. 40. b
Minimus natu horum omnium Timæus. de Or. 113. b

Natio.

Quod si tales dii sunt, vt rebus humanis intersint, Natio
quoque dea putanda est: cui quum fana circumuis in agro
Ardeati, rem diuinam facere solemus: quæ quia partus
matronarum tueatur, a nascentibus, Natio nominata est.
3. de Nat. d. 33

Natio.

Natio dura. 5. Philipp. 173
Erudita illa Græcorum natio. 1. de Orat. 11. a
Natio me hominis impulit, vt ei rectè putare: nisi fortè can-
didatorum licentia hinc quoque vsus, hoc subito cogno-
men arripuit. 15. fam. 50
Deteriores caute, quorum quidem est magna natio. pro Se-
stio, 23. b
Natio magna. de Arusp. resp. 53
Nimirum hoc illud est, quod de me potissimum tu in accu-
satione quæstisti, quæ esset nostra natio optimatum. pro
Sestio, 83. a
Quid si illa officiosissima, quæ neminem patitur non hone-
stè in urbem introire, tota natio candidatorum? pro Mu-
rena, 63. a. in Piso. 42
Is se Ligurum non fecit, ne nationis magis suæ, quàm gene-
ris vt cognomine videretur. pro Cluent. 57. a
In natione hominum genus consideratur. 1. de Inuent. 51. a
Deum nò curare singulos homines, nec ciuitates nec natio-
nes & gentes. de Nat. d. 78. & 79. b
Nationes Arabum, Phrygum, Lycaonum, Cilicum, Pisida-
rum. 2. de Leg. 34
Nationes immanes ac barbaræ, Afri, Hispani, Galli. 1. ad Q.
fratrem, 21
Exteræ nationes & gentes. pro Fonteio, 21. a
Non modò nationes, sed etiam seruitia concitaturum. 10.
fam. 76. in epist. Pollionis.
Cæsar cum acerrimis nationibus Germanorū & Heluetio-
rum præliis felicissimè decertauit. de Prou. 26

Natalis.

Natalis dies Brundisinae coloniae. 4. ad Att. 33
Natalis dies vrbis. de Diuin. 129. b
Agere diem natalem suum, vel alicuius. Attic. 49. b
Quod satis sit ad diem agendum natalem suum quotannis.
2. de Finib. 161. a
ONonæ illæ Decembres, quæ me Consule fuistis, quam ego
diem verè natalem huius vrbis, aut certè salutarem appel-
lare possum. pro Flacco, 79. a
Colere diem natalem. de Finib. 85. b
Natalem diem reditus mei cura vt in tuis ædibus amœnif-
simis agam tecum, &c. 3. ad Att. 33
De natali die meo. pro Sestio. 26. & Attic. 53. b
Chaldæis in prædictione & in notatione cuiusque; vitæ ex na-
tali die minimè esse credendum. 2. de Diuin. 131. a
Sed de Formiano Tarracina pridie Cal. Ianuarias. inde Pon-
tinum sumam. inde Albanum Pompei. ita ad urbem 11. 1.
Nonas natali meo. Att. lib. 7. 125. 3. a
Nam die tuo natali victoria nuntiata. ad Brut. lib. 11. 14. 5. a
Natali die tuo scripsisti epistolam ad me plenam consilii.
Att. lib. 9. 173. 1. a

Natalitius.

Chaldæi notant sydera natalitia. de Diuin. 127. b
Ad quos refert, dii immortales: ad eos scilicet, quorū nobis
etiā dies natales audiendi sunt. Hodie non descendit An-
tonius. curat natalitia in hortis. 2. Philip. 39. a. Natalitia
sunt conuiuia luxuriosa ad celebrandum natalem diem
peculiariter structa.
Qui hæc Chaldæorum natalitia prædicta defendunt. 2. de
Diuin. 132. a

Natiuus.

Huius gētis ac terræ domesticus natiuusque; sensus. de Ar. 17
Et simplicia verba partim natiua sunt, partim reperta. in
Partit. 10
Anaximadri autem opinio est, natiuos esse deos, longis in-
teruallis orientes, occidentesque. 1. de Nat. d. 19
Quot genera, quàmque disparia partim submersarum, par-
tim fluitantium & innatantium belluarum, partim ad sa-
xa natiuus testis inhærentium. 2. de Nat. d. 145. a

Natura.

Aliud equo est natura, aliud boui, aliud homini. de Fini-
bus, 130. b
Natura ius est. de Inuent. 82. b
Natura iuris fons est. Off. 3. 94

Mater omnium rerum natura. in Parad. 16. a
Natura, norma legis est. 2. de Leg. 57
Natura, parens omnium. Tusc. q. lib. 1. 107
Natura est igitur quæ contineat mundum omnem, eumque
tueatur. de Nat. d. 2. 21
Natura, qua nihil potest esse callidius. 2. de Nat. d. 107
Natura in profundo veritatem, vt ait Democritus, penitus
abstruit. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 32
Aperta enim res est, & quotidie nos ipsa natura admonet,
quàm paucis, quàm paruis rebus egeat, quàm vilibus.
Tusc. q. lib. 5. 74
Natura affert dolorem. Tusc. q. lib. 3. 60
Natura atque ingenium vim ad dicendum maximam ad-
fert. 1. de Orat. 56
Natura paruus momentis multa aut affingit, aut mutat, aut
detrahit. Diuin. lib. 1. 100. & 101
Natura solitarium nihil amat, semperque ad aliquid, tan-
quam adminiculum annitur. de Amic. 74
Natura, iuxta Epicurum, asciscit & reprobat, id est volupta-
tem & dolorem. de Fin. lib. 1. 17
Omnia quæ natura aspernatur, in malis sunt: quæ asciscit,
in bonis. Tusc. q. lib. 2. 27
Natura in pueris vt in speculis cernitur. de Fin. lib. 5. 56
Natura, vt rationis, hominem conciliat homini: & ad ora-
tionis & ad vitæ societatem, &c. Offic. 1. 19
Vel concidat omne cælum, omnisque natura consistat ne-
cessè est. de Som. 131. b
Continet autem sedationem animi humana in conspectu
posita natura. Tusc. q. lib. 4. 51
Natura corrumpit Hortensii filium, non patris culpa. 10. ad
Attic. 10
Natura commorandi nobis diuersorium dedit, non habi-
tandi. Cat. 76
Natura paruulos nobis dedit igniculos, quos celeriter ma-
lis moribus, opinioibusque deprauatis sic restinguimus,
vt nusquam naturæ lumen appareat. Tusc. q. lib. 3. 1
Quæ nobis natura informationem deorum ipsorum dedit,
eadem insculpsit in mētibus, vt eos æternos & beatos ha-
beremus. de Nat. d. 1. 33
Natura dedit vsuram vitæ, tanquam pecuniæ, nulla præsti-
tuta die. Tusc. q. lib. 1. 77
Natura recta & conuenientia & constantia desiderat, asper-
naturque contraria. Offic. 3. 45
Natura in his ipsis rebus quæ ad quietem animi delectatio-
nemque quæruntur, dominatur. 2. de Leg. 1
Vereor enim ne natura quæ corpora nobis infirma dedisset,
iisque & morbos insanabiles & dolores intolerabiles ad-
iūxisset, animos quoque dederit & corporum doloribus
congruentes, & separatim suis angoribus & molestiis im-
plicatos. Tusc. q. lib. 5. 2
 Ex quibus neminem mihi necesse nominare, vosmet vobiscum recordamini. pro Cæl. 46. b
 Mihi necesse puto etiam aduersariis prodesse. pro Mur. 126. b
 Nam id quidem est interdum necessum. de Finib. 83. b
 Necessitas.
 Nā & necessitas ferendæ conditionis humanæ cum deo pun-gnare cohibet, admonetque esse hominem. Tusc. q. li. 3. 51
 Non dicam plura, quam necessitas ipsa coget. pro S. R. 39. b
 Nec ob eam causam fatum erat, aut necessitas timenda. de Fat. 145. b
 Necessitas fidem facit. Topic. 39
 Facilius apparabitis ea, quæ tempus & necessitas flagitat. 5. Philipp. 203. a
 Sin qua necessitas huius muneris alicui Reip. obuenerit, &c. danda erit opera ut homines intelligat, si salui esse velint, necessitati esse parendum. 2. Offic. 109. a
 Quæ necessitas eum tanta premebat, &c. pro R. Amer. 59. a
 Necessitas diuina. pro Lig. 10
 Necessitas fatalis, quam *εὐδαιμόνιος* dicunt Stoici, à deo primum extitit. de Nat. deor. 1. 39
 Fatalis necessitas rerum futurarum. 1. de Nat. deor. 30
 Fatalis necessitas, ut quicquid accidat, id externa veritate, causarumque cōtinuatione fluxisse dicatur. 1. de N. d. 76. a
 Necessitas vi magna incitata. 2. de Nat. deor. 55
 Mihi de memetipso tam multa dicendi necessitas quædam imposita est ab illo. pro Syll. 26. a
 Efficiendi necessitas. in Topic. 31. a
 Miloni necessitas fuit exeundi. pro Mil. 110. b
 Mors aut necessitas naturæ, aut laborum aut miseriarum finis est. in Catil. 119. b
 Mathematici ea prædicunt, quæ naturæ necessitas perfectura est. de Diuin. 112. b
 Necessitas rerum gerendarum. 5. Philipp. 196
 Vitæ necessitas. 1. Offic. 210. a
 Necessitatis crimen. pro Lig. 3
 Excusatio necessitatis in dicendo atque in scribendo non probatur. in Orat. 135. a
 Necessitatis inuenta antiquiora, quam voluptatis. Orat. 107
 Ipsique necessitati dant operam, ut quam occultissimè pareant. 1. Offic. 177. a
 Venia necessitati datur. 2. Offic. 82
 Debetur necessitati vita. pro Sest. 39. a
 Tempori cedere, id est necessitati parere, semper sapientis est habitum. Marcello, lib. 4. 30
 Numeri in quibus necessitati parere cogimur. Orat. 216. b
 Offic. 48. b
 Qui seruendum necessitati putet. Orat. 219. b
 Ad necessitatem Reipub. pertinere. de Prouinc. Consul. 20
 Et sibi nihil non modò ad cupiditates suas, sed ne ad necessitatem quidem reliquisset. pro Cluent. 53. a
 Quam interdum eandem necessitatem appellant, quia nihil aliter possit atque ab ea constitutum sit, inter quasi fatalem & immutabilem continuationem ordinis sempiterni. 1. Academic. 43. a
 Sed mihi p. c. necessitatem attulit paulò plura dicendi sententia eius qui rogatus est ante me. 10. Philipp. 269. a
 K. i.

Nullum est corpus, quod effugiat ferendi patiendique necessitatem. de Nat. deor. 65. b
 Mors necessitatem habet fati. 12. Philipp. 34. 1
 Ea quæ habent aliquam necessitatem. de Diuin. a. Id est, quæ necessaria sunt.
 Ego mehercule mihi necessitatem volui imponere huius nouæ coniunctionis. Att. lib. 4. 74. 2. a
 Magnam vim, magnam necessitatem, magnam possidet religionem paternus maternusque sanguis. pro S. Rosc. 29. b
 Nec verum est quod dicitur à quibusdam propter necessitatem, idcirco istam esse cum hominibus communitatem & societatem. Offic. 32. b
 Necessitatem, familiaritatemque violare. pro Syll. 1. a
 Astrictus necessitate. 1. de Nat. deor. 27. a
 Necessitate cogi. Acad. quaest. edit. 1. lib. 2. 8
 Itaque ille inopia & necessitate coactus confugit, &c. pro Cluent. 29. b. & 43. a
 Aliquem vi ac necessitate coactum & inuitum aliquid facere. pro Quint. 9. & de Finib. 55. b
 Eaque necessitate constricti. Tusc. quaest. lib. 2. 4
 Aeternis causis naturæ necessitate manantibus verum est id quod, &c. de Fat. 144. b
 Ut etiam si natura tales non sint, necessitate esse cogantur. epistol. 54. b
 Annuæ commutationes quadam ex necessitate, semper eodem modo sunt. de Inuent. 54. b
 Fatali aliqua quasi necessitate mihi cum fortuna belligerandum fuit. Post red. ad Quir. 16. a
 Reliquibus autem tribus virtutibus necessitates propositæ sunt ad eas res parandas, tuendisque, quibus actio vitæ continetur. 1. Offic. 26. a
 Temporibus aut quibusdam, aut officiis debitis, aut rerum necessitatibus euenit, &c. lib. 1. de Fin. 26
 Sed vigilantes animi vitæ necessitatibus seruiunt. de Diuinatione, 103. b

Necessitudo.

Necessitudo est, cui nulla vi obfisti potest. de Inu. lib. 2. 247
 Mihi summo beneficio meo cum fratribus illis necessitudo est. Att. 204. b
 Necessitudo infertur, cum vi quadam reus, id quod fecerit, fecisse defenditur. 2. de Inuent. 194
 Necessitudo mutari & leniri non potest. de Inuent. 83. b
 Cum altero viro magnus vsus & summa vtriusque officii constituta necessitudo est. pro Cluent. a
 Fraternalis necessitudo. pro Quintio, 3. a
 Necessitudo nostra ad summam benevolentiam peruenit. ad Brutum, 15. in epist. Bruti.
 Cum Appio Claudio c. f. summa mihi necessitudo est. lib. 11. 22. 1. a
 Necessitudo mihi summa cum eo multis eius officiis & meis mutuis constituta. 11. famil. 37
 Cum simplex erit necessitudo, nihil erit quod multa dicamus, cum eam nulla ratione lenire possimus. 2. de Inu. 248
 Contubernii necessitudo. pro Planc. 21. a
 Sic enim à maioribus nostris accepimus, Prætorè Quæstori suo, parentis loco esse oportere: nullam neque iustiore, neque grauiorem causam necessitudinis posse reperiri, quam coniunctionem sortis, quam prouinciam, quam officii, quam publicam muneris societatem. 1. in Verr. 33
 Familiaritatis necessitudinisque oblitus, &c. pro Mur. 5. a
 Officium necessitudinis repudiandum. 1. Verr. 8. 3. famil. 7
 Coniunctio quæstura liberorum necessitudini proxima est. 13. familiar. 22
 Magni enim videbatur interesse ad eam necessitudinem, quam nobis fors tribuisset, consuetudinem quoque accedere. epist. 30. & 29. b
 Adiungere ad necessitudinē suam bonos viros. 13. fam. 24. 56
 Cum Lyone Patrensi est mihi quidem hospitium vetus, quam ego necessitudinem sanctè colendam puto: &c. 13. familiar. 35
 Coniungere necessitudinem cum aliquo. 6. Verr. 128. a
 Summam necessitudinem magna eius officia in me & in meos effecerunt. pro Deiot. 28

Puto igitur hanc esse necessitudinem cui nulla vi resisti potest. 2. de Inuent. 247. a
 Habere aliquam necessitudinem aut cognationem cum aliqua re. in Orat. 108. a
 Necessitudinem cum aliquo constitutam habere. 10. fam. 4
 Ut Lyonem in fidem necessitudinēque tuam recipias. Seruio, libr. 13. 36
 Primum considerandum est, vtrum per culpam ventum sit in necessitudinem: num culpam veniendi necessitudo fecerit. 2. ad Heren. 56
 An necessitudine, quod alio modo agi non possit. de Inu. 69. b
 Necessitudine aut benevolentia quos coniunxit natura aut voluntas, distrahuntur. ad Heren. lib. 4. 211. a
 Necessitudine aliqua te attingunt. 13. famil. 15
 Summa necessitudine & summa coniunctione adductus, os commendabat. Seruio, lib. 13. 28. 3. a
 Qui aliqua necessitudine alicui est adiunctus. de Pet. 209. b
 Iam pridem ex nostra necessitudine, quæ ad summam benevolentiam peruenit, sublatum esse debet. Att. 276. b
 Necessitudine, non studio, facere. 4. ad Heren. 136
 In amicitia coniunctionisque necessitudine, superiores se æquare cum inferioribus debent. de Amicit. 62
 Sed hanc mihi dissipationem pro paterna necessitudine & coniunctione deposco. in Ant. 248. b
 Hac epistola separatim Q. Suffidium, quocum mihi omnes necessitudines sunt, diligentius commendo. 13. fam. 25. pro Sestio, 32. a
 Necessitudinū non iidem gradus, qui & temporum. Off. 1. 85
 Atque etiam notis nomina necessitudinum mutauit, vxor generi, nouerca filii. pro Cluent. 59. b. i. affinitatum.
 Ad paternas enim magnas, & veteres & iustas necessitudines, magnam attulit accessionem tua voluntas erga me. ad Atticum, lib. 16. 341. 1. a
 Dubitatis quin eas Tribus, in quibus magnas necessitudines habet Plancius, quum ille non ediderit, iudicari officii ab hoc obseruatas, non largitione. pro Planc. 31. a
 Hæc ego noui propter omnes necessitudines quæ mihi sunt cum illo, domi vnà eruditi, militiæ contubernales, post affines, in omni denique vita familiares. pro Lig. 140. b
 Pro plurimis nostris necessitudinibus. epist. 146. b

Necessarius.

Conclusio necessaria. in Topic. 31. a
 Illa superior fuit oratio necessaria, hæc erit voluntaria. pro Quint. Rosc. 8. a
 Necessarium est quod imperatur, voluntarium quod permittitur. 2. de Inuent. 230
 Si quid primum in connexo est, necessarium est, fit etiam quod consequitur necessarium. de Fat. 149. b
 Est fenatori necessarium nosse Rempub. de Legib. 192. b
 Hoc tamen ipsum ad id quod propositum est, non est necessarium. Orat. 203. b
 Non dubitavi id à te per literas petere, quod mihi omnium esset maximū, maximèque necessarium. Curioni, li. 2. 5. 5. a
 Necessarium præsidium voluntariumque. 12. fam. 37
 Necessarium tempus. 7. Philipp. 221
 Non tam necessarium est malè meritis referre quod debeas, quam vt benemeritis colas. Postquam. 203. b
 An quum illum necessarium & fatalem penè casum non uiderimus, hunc feremus voluntarium. 10. Philipp. 283. a
 Neque eam causam esse ad assentiendum necessariam concedet. de Fato, a
 Nos è terræ cauernis ferrum elicimus, rem ad colèdos agros necessariam, omnia vera in præteritis necessaria sunt, quia sunt immutabilia. 2. de Nat. deor. 227. a
 Si alterutrum concessero necessarium esse, necesse erit cras Hermachum viuere. Acad. q. 24. b
 Ex consecutione necessaria simplex conclusio efficitur. 1. de Inuent. 61. a
 Quo minus miremini Siculos re necessaria coactos, auxilium à patronis, à Consulibus, ab Senatu, ab legibus, à iudiciis petiuisse. 3. Verr. 60. a
 Pro necessario sæpe habetur quod permagni interest. in Partitionib. 45

Fatales ac necessariae leges. de Vniuers. 60. a
 Omnia quæ sunt ad viuendum necessaria inquirere. Off. 3. b
 Multa eius indicia, sed ad scribendū non necessaria. Att. 273. b
 Quæ præterito, tibi enim nota sunt, mihi ad commemorandum non necessaria. de Diuin. 106. b
 Ad vsus vitæ necessarios expetuntur diuitiæ. 1. Offic. 37. a
 Nec eos habere necessarios oportet, quos ineunte ætate dileximus. Lat. 64

Necessarius, cognatus vel affinis.

Necessarius & coniunctus, &c. non alienus. pro Cluent. 29. b
 Necessarius & propinquus. pro Mur. 67. a
 Amicus necessariusque communis. pro Cl. 70. a. pro Quint. 11
 L. Torquatus meus familiaris ac necessarius. pro Syll. 167. a
 M. Cæsius homo mihi maximè necessarius. epist. lib. 3. 24
 Necessarius sis vtrique. 9. ad Att. 28. in epist. Balbi & Oppii.
 Id est, necessitudine cum vtroque coniunctus.
 Necessarius prouinciam. 5. in Verr. 36
 Cælia necessaria mea. epist. 229. b
 Virgo vestalis huius propinqua & necessaria. pro Mur. 141. b
 Nam & priuignus est M. Cæsii mei maximè & familiaris & necessarii. Bruto, lib. 13. 13. 2. a
 Vitto mihi dant, quod mortem hominis necessarii grauius fero. epist. 179. b
 A necessariis tuis necessario meo noli pati iniuriam fieri. Brutus Ciceroni, 6. 4. a
 Non dubito quin scias in his necessariis, qui tibi à patre relictis sunt, me tibi esse coniunctissimum, &c. Planco, libro 13. 30. 1. a

Necessarie.

Necessariè demonstratur ea quæ aliter ac dicuntur, nec fieri, nec probari possunt. 1. de Inuent. 60. a

Necessario.

Id facit Appius nonnunquam necessario, vt quum tabellarios constituerit mittere, &c. ad Q. frat. lib. 3. 17. 11. a
 Fecissem neque tam libenter, quam necessario. ad Octa. 32. 9. & Tusc. q. 210. b
 Res quæ necessario mouent alias. de Vniuers. 63
 Nullisque vnus disciplinæ legibus astricti, quibus in Philosophia necessario pareamus. 4. Tusc. 12. a
 Necesario scripsisse. 11. famil. 31
 Cum plerisque eorum quibuscū viuo necessario. Mescinio, lib. 5. 21. 4. a

Neco.

Quinque tyrannos, magistratus necato. de Inuent. 80. b
 In eum qui parentem necauisset, nullum supplicium constituit Solon. pro Rosc. Amer. 42. a
 Nihil igitur interest patrem quis necet, an seruum. Parad. 28
 Necare aliquem fame. Q. fratri, 308. b
 Parentem patriam, fame necandam putet. Att. lib. 9. 180. 5. a
 Vinculis, verberibus, atque omni supplicio cruciatum aliquem necare. pro Lege Manil. 6. a
 Necare aliquem veneno. Offic. 3. 115
 Quo minus ambo vnà necaremini. de Finib. 81. b
 Scaptius inclusum in curia Senatū obsederat, vt fame fenatores quinque necarentur. Att. 85. b
 Necari ac trucidari. pro Leg. Manil. 4. a

Necatus.

In tormentis necatus Zeno Eleates. 3. de Nat. deor. 118. a

Necromantia.

Inde ea, quam meus amicus Appius *νεκρομαντεια* faciebat: &c. Tusc. quaest. lib. 1. 30. vaticinatio est, euocatis vmbris defunctorum hominum vita.

Nectar.

At poetæ quidem nectar, ambrosiam, epulas comparant. de Nat. deor. 23. b
 Non enim ambrosia deos, aut nectar, aut iuuentute pocula ministrante latari arbitror. Tusc. quaest. lib. 1. 52

Nectro.

Quid, non sic aliud ex alio nectitur, vt non, si vllam literam moueris, labent omnia: de Fin. lib. 3. 58
 Ex hoc genere causarū fatum à Stoicis nectitur. Topic. 225. b
 Videtisne quanta series rerum sit? atque vt ex alio alia nectantur: de Legib. 166. b

Nexus.

Causa causæ nexa rem ex se gignit. 1. de Inuent. 204. a
 Res alia ex alia nexa. de Nat. deor. 1. 8
 Alia ex aliis aptæ & necessitate nexæ causæ. 5. Tusc. 100. a
 Omnes enim inter se nexæ & iugatæ sunt. 3. Tusc. 30. a. De virtutibus.
 Res collocatæ & quasi struæ & nexæ verbis. Orat. 209. b
 Ex æternitate quædam vera esse, & ea non esse nexa causis æternis. de Fat. 29

Nexum, vel Nexum.

Nexum per libram agitur. 3. de Orat. 87
 Nisi haberem socium studiorū meorum Atticum nostrum, cuius quū propriū te esse scribis mancipio & nexu, meum autem vsu & fructu, contentus isto sum. Curio, li. 7. 31. 6. a
 Non enim ita dicunt eos esse seruos, vt mancipia quæ sunt dominorū facta nexu, aut aliquo iure ciuili. in Parad. 44
 Quod si in his rebus repetendis, quæ mancipi sunt, is periculum iudicii præstare debet, qui se nexu obligauit: profecto, &c. pro Mur. 3
 Tradere rem alicui nexu. Topic. 13
 Multæ sunt domus iure mancipii & iure nexi. de Arusp. 12
 Sylla ita tulit de ciuitate, vt non sustulerit horum nexa atque hæreditates. pro Cecin. 74
 Nexorum & mancipiorum iura. de Orat. lib. 1. 84
 De nexis centumviri cognoscebant. 1. de Orat. 84

Nedum.

Quæ tantum habet mysteriorum, vt eas ne librariis quidem ferè committamus, nedum cuiilibet. Att. lib. 4. 87. 2. a
 Ego verò ne immortalitatem quidem contra Rempub. accipiendam putarem, nedum emori cum pernicie Reipubl. pro Planc. 73
 Optimis temporibus non potuerunt, &c. nedum his temporibus, &c. pro Cluent. 37. b
 Nedum illud imperium orbis terræ, cui imperio omnes gentes, reges, nationes, &c. 4. ad Heren. 154
 Vix in ipsis tectis frigus vitatur, nedum in mari & via sit facile abesse ab iniuria temporis. epist. 259. b
 Nedum hominum humilium, vt nos sumus, sed etiam, &c. 9. ad Attic. 27
 Homo priuatus vix facile sese continet, &c. nedum isti non conquisituri sint aliquid sceleris. in Rull. 94
 Ei non permetterem, vt illud faceret, &c. nedum nunc istud patiar, cum, &c. de Inuent. 56. b
 Erat enim multo domicilium huius vrbs (quum quidem hæc vrbs) aptius humanitati & suauitati tuæ, quam tota Peloponnesus, nedum Patra. Curio, lib. 7. 29. 1. a
 Tu quoniam quartana cares, & nedum morbum remouisti, sed etiam grauedinem: te vegetum nobis in Græcia sistet. Att. lib. 10. 207. 6. a
 Me verò nihil istorum ne iuuenem mouit quidem vnquam, nedum senem. epist. 143. b
 Tamè in scelere religio non valeret, nedum valeat id quod, &c. pro Dom. 241. b

Nefandus.

Institutum nefandum. pro Domo sua, 101. a
 Nefandum scelus. de Arusp. resp. 253
 Cōtraque eius arma nefanda, præsidia, quæ oblata sunt, Cæsaribus consilio & autoritate firmaui. ad Brutum, 10. 6. a

Nefas.

Idque ab iis nefas est decretum. Att. 8. & 7. b
 Si sceleratos interfici nefas est. pro Mil. 103. b
 Mihi nefas sit obliuisci. ad Trebonium, lib. 15. 21. 14. a
 Æquè autem nefas sit tale aliquid & facere rogatum & rogasse. de Amicit. 37. a
 Illi verò dicebant id sibi nefas esse. in Verr. 217. b
 Rursum igitur hæc tam multa de Maximo? Quia profecto videtis nefas esse dictu, miserā fuisse talē senectutē. Cat. 12
 Cælius putabat nefas esse, publicanum iudicare contra publicanum. pro Flac. 148. b
 Is cui nihil vnquam nefas fuit, nec in facinore, nec in libidine. pro Mil. 115. b
 Mercurius què Ægyptii nefas habet nominare. de Nat. 70. b
 Nefas est legi non obtemperare. de Inuent. 79. b

Nefarius.

Subito exorta est nefaria Catonis promulgatio. Lentulo, libr. 1.5.3.a
 Sceleratum & nefarium facinus. pro Sext. Rosc. 14.b
 Latrocinium nefarium. 3. Verr. 107.a
 Qui animorum motus in iudicium mentibus concitent, scelus eos nefarium facere. de Orat. 103.b
 Ita habendum est religioni, nocentem aliquando & nefarium, impiumque defendere. 2. Offic. 71.a
 Horum ego voluntates consceleratas & nefarias sanare non potui. pro Syll. 172.b

Nefarie.

Quum multa libidinosè, multa crudeliter in ciues Rom. atque in socios, multa in deos, hominesque nefarie fecerit. 2. Verrin. 33.a

Pestem patriæ nefarie moliri. 2. in Catil. 25.a

Pater occisus nefarie. pro Sext. Rosc. 23.b

Non dubito quin Dolabella, qui nefarie Trebonio occiso Asiam occupauit, tabellarios meos deprehenderit. Cassius ad Ciceronem, libr. 12. 11. 4.a

Nefastus.

Quæque augur iniusta, nefasta, vitiosa, dira defixerit, irrita, infectaque sunt. 2. de Legib. 18

Negans, Negantia, Negatio, Vide Nego.

Negligo.

Quæ quum ita sint Patres Conscripti, pro imperio, pro exercitu, pro prouincia quam neglexi, pro triumpho, cæterisque laudis insignibus. 4. in Catil. 94.a

Antonius diem edicti obire neglexit. in Ant. 187.b

Periculum fortunarum & capitis sui præ mea salute neglexit. ad Terentiam, libr. 14. 4. 4.a

De Theopompo summo homine negleximus. in Ant. 254.b

Num Heliam? num Fusiam legem neglexerit. in Vat. 29

Negligere de aliquo. 13. Philipp. 371

Negligere gloriam. Offic. 1. 101

Libertate contentum negligere humana. Att. 286.b

Mandatum alicuius negligere. pro Rosc. Amer. 66.a

Minas alicuius negligere & horrere. pro Quint. 62.a

Negligere mortem. Tusc. quæst. lib. 1. 98

Negligere officium: contrarium, colere. Offic. 1. 7

Negligere quid de se quisque sentiat, non solum arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti. Offic. 1. 139

Quorum ego neque benevolentiam erga me ignorare, nec autoritatè aspernari, nec voluntatem negligere debeam. pro Rosc. Amer. 3.a

Prætermitti ab aliquibus & negligi. pro Cluent. 103.a

Negligens.

Verres negligens & dissolutus. 5. Verr. 138.a

Nam eius æqualem M. Glabrioem, & c. socors ipsius natura negligensque tardauerat. de Claris Orat. 129.a

Non te in me illiberalem, sed me in se negligentem putabit. ad Memmiam, libr. 13. 4

Ignari institutorum, aut negligentes potius. 13. ad Att. 7

Improuidi & negligentes duces. Att. lib. 7. 138. 2.a

Et in illis quidem parandis curam adhibere: in amicis eligendis negligentes esse. de Amicit. 55.a

Sit aliquis sociorum atque amicorum negligentior. in Verr. 179.b

Neglectus.

Homo inhumanus, neglectus, & c. Postquam. 12. i. incultus.

Abiectus & neglectus vir. 3. de Finib. 102.a

Neglectio.

Amicorum neglectio, improbitate coarguit. pro Mur. 126.b

Negligentia.

Negligentia, pigritia, inertia, & c. quos tutari debet, desertos esse patiuntur. 1. Offic. 41

Corrumpit animum negligentia, diligentia comparat diuitias. ad Heren. 4. 176.a

Illam enim ipsa contracta & minuta non negligenter tractanda sunt, sed quædam etiam negligentia est diligens. in Or. 43

Negligentia alicuius in faciendo aliquid. pro Sex. Rosc. 28.b

Negligentia epistolarum. 1. ad Att. 13

Quarum rerum negligentia pleraque causas videmus amitti. de Orat. 118.b

Agrestem & inhumanam negligentiam fugere. Officiorum libro 1. 183.a

Nihil cuiusquam aut negligentia contemptum, aut scelere esse pollutum. de Arusp. respons. 19.a

Cum multis in rebus negligentia plectimur, tum maxime in amicis & diligendis & colendis. de Amicit. 71

Negligenter.

Temere ac fortuito, inconsiderate negligentique nequid agamus. 1. Offic. 144.a

Quid est quod negligenter scribamus aduersaria? quid est quod diligenter consiciamus tabulas? pro Rosc. Com. 3.a

Tractanda non negligenter minuta sunt. in Orat. 43.a

Multa apud alium negligentius. Orat. 100.b

Adseruare negligentius aliquid. pro Cecin. 53.a

Nego.

Nego esse ullam domum, & c. de Arusp. resp. 247.b

Nego quenquam esse vestrum, quin sæpe audierit, socios istius fuisse decumanos. 5. Verrinarum, 40.a

Et iam querimur sæpe hominibus nouis non satis magnos in hac ciuitate esse fructus? nego vsquam vnquam fuisse maiores. pro Cluent. 89.a

Neque planè assentior, neque valde nego. 9. famil. 27

Nego vnquam post sacra constituta tam frequens collegium iudicasse. de Arusp. resp. 246.b

Tu qui à Næuio vel sumpstisti multa si fateris, vel si negas surripuisti. de Clar. Orat. 38.a

Negant intueri lucem fas esse ei, qui à se hominem occisum fateatur. pro Mil. 102.b

Negant enim quenquam virum bonum esse, nisi sapientem. de Amicit. 16.a

Negabat vllam vocem inimicitioem amicitia potuisse reperiri, quam eius qui dixisset, & c. de Amicit. 53.a

Nega nega nunc Equiti Romano homini honesto, iudici tuo credi oportere. pro Rosc. Comædo, 25.a

Negent isti onerariam nauem maximam, & c. 6. Verr. 17.a

Negare aliquid esse personæ & dignitatis. lib. 1. de Fin. 2

Negare iucundè quod facere non possis. de Petit. Conf. 29

Negare præcisè alicui. 8. ad Att. 15

Quæ negare solea liquidò, vt de isto ipso suffragio: alia quæ defendam à te piè fieri. 11. famil. 45

Quibus negare non potuisses. 5. famil. 2

Tecum agit de mea laude, cui negari à Catone fas esse non puto. 15. famil. 24

Negans.

Sunt enim valde contraria alia quæ appellantur negantia, ea quæ Græci, contraria aientibus: vt, Si hoc est, illud non est. in Topic. 24

Negantia.

Deinde addunt coniunctionum negantiam, sic, Non & hoc est, & illud. in Topic. 29.a

Negatio.

Negatio, inficiatioque facti. in Partit. 55.a

Desperatum est id quod ab aliqua re per oppositionem negationis separatur hoc modo, Sapere & non sapere. de Inuentione, 51.b

Quum is qui de omnibus scierit, de Sylla se scire negarit, eandem vim esse negationis huius, quam si extra coniurationem hunc esse se scire dixisset. pro Syll. 29.a

Quid est quod non possit isto modo transferri ad coniunctionum negationem? de Fat. 24

Vt negationes infinitarum coniunctionum potius, quam infinita connexa ponant. Fat. 12

Negotium.

Et negotium datur Quæstoribus & Aedilibus, vt nocte vigilias agerent ad ædes sacras. 6. Verr. 83.a

Negotium magistratibus est datum anno superiore, vt curarent, vt sine vi mihi ædificare liceret. de Arusp. respons. 247. & epist. 179.b

Si cui fortè ea lege negotium facefsetur. pro Cluent. 51.b

Negotium mihi contrahi videtur. 15. ad Att. 23

Mihi cum illa est negotium. epist. 118.b

Negotium audax. de Finib. lib. 2. 1

Negotium luteum. 6. in Verr. 28

Magnum negotium est nauigare, atque id mense Quintili. Att. lib. 5. 12

Negotium impudens. de Finib. lib. 2. 1

Ineptum sanè negotium, & Græculum, sed tamen fortunatum. Tusc. quæst. lib. 1. 70

Quid dicam de occupatis meis temporibus? cui fuerit negotium vnquam otiosum. pro Planc. 273.b

In extrema parte & conclusione muneris ac negotii tui diligentissimus sis. Q. fratri, 299.b

Gerere aliquid negotii. epist. 34.b

Cuius æs alienum negotii gerendi studio contractum est. pro Syll. 178.b

Nescio an amplius mihi negotii contrahatur. in Catil. 120.b

Quam scilicet comprimere nihil est negotii. 2. de Finib. 88.a

Nihil est negotii hanc causam defendere. de Orat. 117.b

Iam isthuc quidem nihil negotii est. Tusc. quæst. lib. 1. 14. Id est, difficultatis & laboris.

Qua si sapius vti liberet, nihil esset negotii libertatem & Kemp. recuperare. ad Cassium, lib. 12. 2. 11.a

Nihil habet negotii. de Nat. deor. 1. 72

Deum nihil habere ipsi negotii, nihil exhibere alteri. Off. 71.b

Deus nihil habens nec sui, nec alieni negotii. de Orat. 117.b

Pleum negotii deum quis non timeat? de Nat. deor. 1. 39

Cum Epicuro autem hoc est plus negotii. de Fin. lib. 2. 37

Plusculum negotii in aliquibus causis est. 2. de Orat. 55.a

Adhibui diligentiam quoties Senatus fuit, vt adessem: plurimumque in eo negotii habui. Sextio, lib. 5. 6. 3.a

Nolo enim negotii Q. fratrem habere quicquam. Att. 195.b

Videamus quid ei negotii demus, cuique eum muneri velimus esse præpositum. de Orat. 112.b

Si quid ad me negotii tui detulerit, suscipiam. 1. ad Att. 46

Quid negotii est, hæc poetarum & pictorum portenta conuincere? Tusc. quæst. lib. 1. 9

Ego hic cum homine furioso satis habeo negotii. Brut. 90.b

Satis enim negotii habeo in sanandis vulneribus quæ prouincia sunt imposita. Att. 77.b

Puer quo ego regendo habeo negotii satis. 6. ad Att. 22

Eques Romanus locuples, sui negotii bene gerès. pro Quintio, 42. a. Id est, cui res prospere succedunt.

Negotii summam vides. 11. ad Att. 7

Nunc cum his tantum negotii est, vt, & c. epist. 161.b

Est incredibile, quam me negotii tædeat. Att. 79.b

Negotio præposui, vt. 15. fam. 19. Id est, hanc re illi mandavi.

Qui ad negotium suum, relicto procuratore, proficiscitur. pro Quint. 11. b

Quando ages negotium publicum? amicorum? quando tuum? de Orat. 110. b

Nō enim video cur non agam negotiū meum. pro Mil. 110. b

Negotium hoc totum ita agas, ita tractes, ita consicias, vt, & c. 16. ad Attic. 46

Agere negotium alicuius diligenter. epist. 96. b

Non debuit, cum Prætor esset, suum negotium agere. pro Flacco, 162. b

Aliquando tibi tuum negotium agere licebit. Orat. 134. b

Negotium attingere. 13. famil. 53

Negotiū suum pro causâ veritate & pro sua dignitate consiciat. 13. famil. 80

Cum negotium nostrum aut confecerimus aut deposuerimus. Att. lib. 7. 125. 6. a

Negotium ex sententia conficere. 13. famil. 80

O acutos homines, quam paucis verbis negotium cōfectum putant. de Diuin. 129. b

Negotium ad aliquem deferre. 11. Philipp. 301

Eidem, inquit, vtraque de re negotium dedi. pro Dom. 223. b

Velim des negotium alicui qui quærat, & c. Att. 206. b

Negotium dent mihi, vt Asiam obrineam. 12. famil. 27. in ep. Lentuli. de Arusp. resp. 13. in Verr. 211. b

Dare alicui de re aliqua negotium. pro Domo sua, 42. a

Dare negotium alicui, vt aliquid agat vel faciat. Attic. 219. & 248. b

Dare & imperare quoddam negotium alicui. 6. Verr. 45. a

Vt existimarent homines Pompeio cum Cæsare esse negotium. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 8. 30. a

Veruntamen hoc video, cum homine audacissimo paratissimoque negotium esse. ad Attic. lib. 7. 123. 8. a. 2. de Fin. 72. a

Exhibere alicui negotium. 1. de N. d. 117. a. Id est, molestiam.

Expedire & conficere negotium. Att. 215. b

Quum est allatum ad nos de temeritate eorum, qui tibi negotium faceferent, & c. Appio Pulchro, lib. 3. 34

Cum audissent ei negotium facefitum. in Verr. 233. b

Qui suum negotium gerunt otiose. de Amicit. 112. b

Tu tuum negotium gessisti bene. pro Quint. Rosc. 50. b

Negotiū nec habet, nec exhibet cuiquam. quod est immortale Epicuri dictum. de Nat. deor. 1. 60

Negotium habere, & alteri exhibere. de Nat. deor. 1. 33

Negotium in re aliqua habere. 5. famil. 14

Imponere negotium alicui. Cælius Ciceroni, lib. 8. 8. 31. a

Mittere in negotium, & dare partes alicui. pro Rab. 123. b

Negotium inuertere. 3. ad Q. frat. 17

Peregrini officium est, nihil præter negotium suum agere. Offic. 25. b

Procurare negotium alterius in decumis. in Verr. 181. b

Suscipere, administrare, & conficere negotiū. Brut. li. 13. 11. 7. a

Quidnam homines putarēt, si tum occisus esset, cum illum gladio stricto infecutus es: negotiūque transegisses, nisi, & c. in Ant. 164. b

Transfigere susceptum negotium. pro Quint. 50. a

In negotio quod actum esse dicitur, nullum vestigium est sermonis. pro Cæl. 49. b

Verfari in negotio. Att. 71. b

Vt eum ne in familia quidem dignum maiore aliquo negotio putet. Partit. 123. b

Iurabat ad summum, quod nullo negotio faceret, amicissimum mihi Cæsarem. Att. lib. 10. 195. 15. a

Quare tu hoc propter multitudinem sciariorum, nullo negotio facere potuisti. pro Rosc. Amer. 48. a

Quum pater huiusce Sext. Roscius, homo tam splendidus & graciosus, nullo negotio sit occisus. pro R. Amer. 12. a

Cato qui Siciliam tenere nullo negotio potuit. Att. 169. b

Nullo negotio recuperari aliquid posse. Asinius Pollio Ciceroni, lib. 10. 21. 16. a

Rei familiaris negotio, seruorum diligentia cognoscitur. pro Rosc. Amer. 72. a

Tanto negotio, tantis opibus oppidum Pindenissum oppugnabam. Cælio, lib. 2. 19

Negotia tument. 14. ad Att. 4

Nostra negotia, amabo te, explica. 5. ad Att. 23

Negotiis quæ attributa sint. 1. de Inuent. 54

Interesse & præesse certis quibusdā negotiis. Léntulo, li. 1. 6. 1. a

Negotia gerere. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 2

Negotia alicuius explicare & expedire. 13. famil. 45

Qui prædia, qui negotia, qui res pecuniarias habent in agro Larinati. pro Cluent. 59. b

Qui in prouincia magna negotia & ampla & expedita habet. Lentulo, lib. 1. 3. 1. a

Negotia alicuius procurare & sustinere. 9. ad Atticum, 26. in epist. Balbi.

Esti periniquo patiebar animo te à me digredi: tamen eo tempore me consolabar, quod & in summum otium te ire arbitrabar, & ab impendentibus magnis negotiis discedere. Cornificio, lib. 12. 18. 4. a

Esti negotiis familiaribus impediti. ad Heren. lib. 1. 1. a. 2. ad Atticum, 3

Molestis operosisque negotiis implicari. 1. de Nat. d. 73. a

In omnibus negotiis, prius quam aggrediare, adhibenda est præparatio diligens. Offic. 1. 105

Negotiolium.

Erit nescio quid negotioli. ad Q. frat. lib. 3. 26

Vsque ad 111. Caléd. expectabo tuas literas, deque Torquati negotiolo sciturum puto. 16. ad Att. 31

Negotialis.

Negotialis constitutio est, in qua quid iuris ex ciuili more & æquitate sit, consideratur: cui diligentia præesse apud nos iuriconsulti æstimantur. 1. de Inuent. 21

Negotialis constitutio est, quæ in ipso negotio iuris ciuiliis habet implicitam controuersiam. 2. de Inuent. 166

Hæc constitutio, quam generalem nominamus, partes nobis videtur duas habere, iuridicalem & negotialem. 1. de Inventione, 21. a

Negotiosus.

Habuit hic lege Titia prouinciam tacitam & quietam: tu illam, cui quum Quæstores sortiuntur, etiam acclamari solet, Hostiensem non tam gratiosam & illustrem, quam negotiosam & molestam. pro Mur. 16

Negotior.

Negotiaris in libera ciuitate. pro Flac. 160. b
M. Curius, qui Patris negotiatur. Ser. Sulpitio, libr. 13. 71. Id est, mercaturæ operam dat.

Ciues Romani qui in Sicilia negotiantur, defendunt, diligunt, saluum esse cupiunt. 4. Verr. 10. a

Homines industrii qui in Asia negotiantur. pro Pomp. 7. b
Tum ciues Romani, qui Lampfaci negotiabantur, concurrunt. in Verr. 80. b

Turius qui in Africa negotiatus est, vir bonus & honestus, hæredes fecit similes sui. 12. famil. 56

Equites Romani, qui in Asia negotiati sunt. pro Deiot. 148. b
Quousque negotiaberet: pro Flac. 160. b

Quum se Syracusam otandi (vt ipse dicere solebat) non negotiandi causa contulisset. 3. Offic. 75. a

Negotians.

Negauit me cuiquam negotianti dare. Att. 82. b

Negotiator.

Improbis negotiator, paulo cupidior publicanus. Q. fratri, lib. 1. 1. 1. a

Sub iustrum censerit, germani negotiatoris est. 1. ad Att. 60
Negotiatori nemini præfecturam tribuo. 6. ad Att. 34

Qui plus existimet apud lectissimos Senatores pecuniam, quam apud tres negotiatores metum valere. 5. Verr. 118. a

Negotiatio.

Vt ad reliquias Asiaticæ negotiationis proficiscare. 6. fam. 31
In negotiationis veteris negotiis colligendis. 13. famil. 89

Nemea.

Nemea. de Fat. 141. b. Locus vbi Hercules leonem interfecit.
Nemeæus leo. Tusc. quæst. 219. b

Nemo.

Nemo adhuc conuenire me valuit, quin fuerim occupatus. de Senect. a

Nemo de consularibus. de Orat. 101. & epist. 6. b
Nemo de iis qui peritissimi sunt, huic antependendus est. pro Quint. 14. b

Nemo de nobis vnus excellat. Tusc. q. 248. b
Quod enim est tamen desperatum collegium, in quo nemo è decem sana mente sit: de Legib. 188. b

Nemo est ex tãto numero, quin hunc optimè de prouincia, de imperio, de sociis, & ciuibus meritum esse arbitretur. pro Font. 4. a

Ciuis est nemo in tanto populo, qui, &c. pro Dom. 235. b
Nemo est, qui non in sensib⁹ sui cuiusque generis iudicium requirat acrius. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 21

Nemo ex tot creditoribus aliis, &c. pro Quint. 13. b
Vestrum nemo est, quin intelligat pop. Romanum, &c. pro Rosc. Amer. 92. a

Nemo Gallorum, &c. pro Font. 276. b
Nemo magis, quam is quem tu neminem putas. 7. ad Attic. 18. Id est, hominem nullius prestii.

Nemo nec homo, nec deus. de Nat. d. 25. b
Nemo negat, sed, &c. 7. famil. 3

Nemo hoc nescit: nemo tuorum amicorum, nemo abs te interrogatus, nunc se primùm hoc dicet audire. 5. Verrinarum, 51. a

Apertè enim adulatè nemo non videt, nisi qui admodum est excors. de Amicit. 81. a

Nam quod fortasse non nemo vestrum audierit, istum à Syracusanis publicè laudari. 4. Verr. 10. a

Non nemo etiam in illo sacro Reipub. in ipsa inquam curia non nemo hostis est. pro Mur. 76. a

Quum esset non nemo in Senatu, qui diceret non oportere, &c. pro L. Manil. a

Vel vt non nemo putaret. pro Seft. 12. a

Nemo omnium mortalium, &c. in Verr. 130. b
Nemo omnium tot ac tanta habuit, &c. de Orat. 1. 9. b
Cum me in iudicium populi nemo omnium vocarit. pro Domo sua, 69

Nemo omnium tam sit immanis, cuius metem non imbuerit deorum opinio. 1. Tusc. 47. a

Nemo rex. ad Heren. 29. b
Vnus nemo potuit, &c. ad Heren. 25. b

Contingit enim tibi, quod haud scio an nemini, vt summa feueritas animaduersionis non modò non inuidiosa, sed etiam popularis esset. Dolabellæ, lib. 9. 14. 15. a

Quod cum omnibus est faciendum, tum haud scio an nemini potius, quam tibi. Offic. 53. b

Quod & scripta multa sunt, sic vt plura nemini è nostris. 1. de Finib. 18. a

Video de istis abesse non neminem, &c. in Catil. 220. b
Me quotidie Cæsar magis amplectitur, familiares quidem eius sicuti neminem. epist. 85. b

Respub. te mihi ita commédauit, vt chariorem habeam neminem. Att. 119. b

Frater tuus quanti me faciat, semperque fecerit, esse hominem qui ignorat, arbitror neminem. ad Marcellum, lib. 15. 10. 4. a

Excipi de antiquis præter Xenophanem neminem. pro Domo sua, 98. b

Neminem omnium hominum pluris facio. 8. ad Att. 7
Gracchus eloquentia nescio an habuisset parem neminem. de Clar. Orat. 175. b

Magis idoneum, quam ego sum, reperies neminem. ad Atticum, 147. b

Roscus dicebat se reperire discipulum, quem quidem probaret, potuisse neminem. de Orat. 95. b

Vtrum sit melius, dii immortales sciunt, hominem quidem scire arbitror neminem. Tusc. q. 170. b

Neminem ex consularibus amicis tibi esse video præter Lucillum. epist. 5. b

Nempe.

Sed tu omnia qui consilia differebas in id tempus, quum sciremus quæ Brundusii acta essent: scimus nempe: hæremus nihilominus. Att. lib. 9. 188. 4. a

A quo defenderit: nempe ab hoste. 4. Philipp. 157. a
Quorum tandem bonorum: voluptatum credo, nempe ad corpus pertinentium: nullam enim aliam nouistis. 1. de Nat. deor. 153. a

Nempe ea sequuntur quæ ad faciendam fidem pertinent. in Partit. 19. a

A quo tempore futurum est: &c. nempe eo, cum, &c. 7. Verrinarum, 139. a

Nempe eum dicis qui, &c. de Clar. Orat. 166. b
Nempe igitur ea restant quæ, &c. in Partit. 23. a

Quibus autem hostibus, nempe his qui, &c. in Pif. 99. b
Si dat tantam pecuniam Flacco, nempe idcirco dat, ne rata sit emptio. pro Flac. 163. b

At auus huius nobilis, Tuditanus, nempe ille, qui, &c. in Ant. 186. b

Legiones abducis à Bruto: quas? nempe illas, quas ille ab Antonii scelere auertit. 10. Philipp. 272. a

Sed effugi insidias, nempe in Antonii congressum veniendum est. in Ant. 244. b

C. Pompeii tertius Consulatus in quibus actis consistit: nempe in legibus. 1. Philipp. 13. a

Non me, inquit, dico scire, optime: nempe ista quæ, &c. Academic. quæst. 29. b

Nempe ita dicis propter decumas. in Verr. 139. b
Nempe negas ad beatè viuendum satis esse virtutem? A T. prorsus nego. 5. Tusc. a

Quod autem tibi cum Antonio priuatum odium: nempe quia postulabat hæc. Att. 285. b

Quo crimine: nempe quod, &c. pro Cluent. 30. b
Iidem etiam vota suscipi dicitis oportere, nempe singuli uent. de Nat. deor. 79. b

Nempe studium non defuit declarandorum munerum tuo nomine. epist. 18. b

Quod est Pontifices, ius adoptionis: nempe vt is adoptet qui, &c. pro Domo sua, 220. b

Quid ergo tulit: nempe vt quæreretur. pro Mil. 11. a
Nemus.

L. Cæsar, vt veniam ad se rogat, in nemus. Att. lib. 15. 323. 11. a
Nemora & syluæ multos commouent. 1. de Diuin. 185. a

Agros & nemora peragrare. de Arusp. resp. 21. a
Neocles.

Neocles, pater Epicuri, in eam (nempe Samum) agripeta uenerat. de Nat. d. 1. 50

Neopactum.

Neopactum, vrbs Macedoniae prouinciæ. in Pif. 72
Neoptolemus.

Neoptolemus apud Ennium philosophari sibi ait necesse esse, sed paucis: nam omnino haud placere. Tusc. quæst. lib. 2. 1

Neoptolemus Ennianus paucis philosophandum censet. 2. de Orat. 85

Nepa.

Hæc caput atque oculos torqueri ad terga nepai. in Ara. 25. a
Atque oculos vrget pedibus pectusque nepai. de N. d. 47. b

Serpere anguiculos, nare anaticulas, euolare merulas, cornibus uti videmus boues, nepas aculeis, suam denique cuique naturam esse ad viuendum ducent. 5. de Fin. 75. a

Nepos.

Ex filia nepos. de Clar. Orat. 142. a
Qui nepos auum in discrimen capitis adduxerit. pro Deiotaro, 1. a

Aliquis vt in suis rebus, ita in Rep. luxuriosus nepos. contra Rullum, 75. b

Quis tam perditus ac profusus nepos, non adesa iam, sed abundanti pecunia sic dissolutus fuisset, vt fuit Sex. Næuius: pro Quintio, 22. Id est decoctor.

Quærerem ex eo, cuius suorum similis fuisset Africani fratris nepos: facie, patris: &c. 1. Tusc. q. 127. a

Non minus in Pop. Rom. patrimonio nepos, quam in suo. 1. de Lege Agr. 1. a

Tu inter huiusmodi mulieres prætextatum tuum filium, nepotem meum collocauisti. 7. Verr. 107. a

Metellum multi filii, filia, nepotes, in rogum imposuerunt. Tusc. q. 166. b

Numulis corrogatis de nepotum bonis. in Verr. 189. b
Neptis.

Neptis. Tusc. q. 166. b
Ergo illam patris elegantia tinctam vidimus: & filias eius Mutias ambas, quarum sermo mihi fuit notus: & neptes Licinias, quas nos quidem ambas: &c. de Clar. Orat. 111. a

Neptunus.

Datum est igitur Neptuno altero Iouis, vt volunt, fratri maritimum omne regnum, noménque productum, vt Fortunus à portu, sic Neptunus à nando. 3. de Nat. d. 44

Neptuni carulei oculi. de Nat. d. 1. 58
Neptuno maritimum omne regnum est datum. 2. de Natura deorum, 49

Neptunum esse dicis animum cum intelligentia per mare pergentem. 3. de Nat. d. 45

Neptunum esse aerem, qui per maria manaret, disputat Chrypsippus. de Nat. d. 1. 30

Neptunius.

Pistrix Neptunia. in Arato, 48. a
Neptuniæ lacunæ. 4. ad Heren. 157

Prata Neptunia secare. in Arato, a
Nequa.

Tamen nequa deductio fuerit, magna ex parte tua potestas erat. 1. Verr. 18. a

Nequam.

Nequam est homo ille atque confidens. in Ant. 210. b
Nequam atque improbus homo. pro Cæl. 6. a

Homo sanè nequam. Att. 6. b
Iisdem verbis & laudare frugi seruum possumus, & si est nequam, iocari. 2. de Orat. 137. a

O hominem nequam: quid enim aliud dicam: magis propriè nihil possum dicere. 2. Philip. 84. a

Neque.

Neque absolutus, neque damnatus. 8. fam. 20. in epist. Cælit. K. iiii.

Nequaquam.

Nequaquam ista amicitia est. de Finib. 81. b
Sed nequaquam in isto sunt omnia. Cat. 8

Nequaquam satis explicatæ sunt. de Nat. d. 1. 1
Iste ait, se velle illud etiam atque etiam considerare, nequaquam se esse satiatum. 6. Verr. 57. a

Vt nequaquam cum illius commodo fuerit comparanda. de Inuent. 65. b

Nequaquam isthuc isthac ibit. de Nat. d. 72. b

Nequaquam tantum inter eos interesset. 1. de Inuent. 89. a

Nequaquam paribus rebus. epist. 246. b

Nequaquam similiter, &c. pro Sext. Rosc. 19. b

Neque.

Neque absolutus, neque damnatus. 8. fam. 20. in epist. Cælit. K. iiii.

Quum Sacerdotem execrabantur, qui Verrem tam nequam reliquisset. 3. Verr. 85. a

Ius tam nequam esse Verrinum. in Verr. 101. b
Serui nequam & improbi. pro Sext. Rosc. 40. b

Nisi nequior quam Gabinius extitisset. in Pif. 30. b
Homo perditus, multoque nequior, quam ille ipse quem tu nequissimum occultum esse dixisti. Cassio, lib. 12. 2. 1. a

Habes Sardos vanales, alium alio nequiore. 7. fam. 44
Nunquam vidi hominem nequiore. Att. lib. 6. 112. 5. a

Nequius aut turpius nihil est effeminatò viro. 3. Tusc. 64. a
Nihil isto scitote esse luxuriosius, nihil libidinosius, nihil posterius, nihil nequius. in Pif. 94. b

Cum accusator homines reiticeret, reus frugalissimum quenquam fecerneret. Att. 10. b

Homo nequissimus, omnium qui sunt, qui fuerunt, qui futuri sunt. epist. lib. 11. 34

Ne Gabinius vnus omnium nequissimus existimaretur. de Prouinc. 71. b

Nequissimum genus leuitatis. 2. Philip. 74
Non cum vno gladiatore nequissimo de Republ. grauitè querens. 2. Philip. 34. a

Nequiter.

Quia quod bene, id rectè, frugaliter, honestè: ille porro male, prauè, nequiter, turpiter cœnabat. 2. de Finib. 45. a

Qui fecerit illud tam nequiter, eundem hunc tam perperam fecisse non est mirandum. ad Heren. 7. b

A me quidem paulò antè appellata frugalitas, quæ te turpiter & nequiter facere nihil patitur. 3. Tusc. q. 64. a

Nequitia.

Frugalitas, vt opinor, à fruge, qua nihil melius è terra oritur. nequitia ab eo, & si hoc erit fortasse durius, sed tentemus, & lussisse putemur, si nil sit ab eo, quod nequicquam est in tali homine, ex quo idem nihil dicitur. 3. Tusc. 15

Inertia ac nequitia. in Catil. 3. & 20
Nam planè ita putauerunt, quum religio, quum pudicitia, quum iudiciorum fides, quum Senatus authoritas concidisset, fore vt apertè victrix nequitia ac libido pœnas ab optimo quoque peteret sui doloris, &c. Att. lib. 1. 11. 13. a

Non est vehementius feueritatis ac fortitudinis inuidia, quam inertia ac nequitia pertimescenda. 1. in Catil. 20. a

Officina nequitia, & diuersorium flagitiorum omnium domus eius. pro Rosc. Amer. 79

Sed iam meipsum inertia, nequitiaque condemno. 1. in Catilinam, 3. a

Ab omnibus vnicam malitiam atque nequitiam cognoscit. ad Heren. 18. b

Scio dolorem non esse nequitiam. Tusc. q. 181. b
Cleomenes autem qui alterum se Verrem cum luxuria atque nequitia, tum etiam imperio putaret. 7. Verr. 69. a

Perdita nequitia & summa egestate vir. pro Cluent. 26. a
Singulari nequitia præditus homo. 5. de Finib. 100. a

Nequando.

Illud potius præcipiendum fuit, vt eam diligentiam adhiberemus in amicitis comparandis, vt nequando amare inciperemus eum, quem aliquando odisse possemus. de Amicit. 54. a

Tu tamen eas epistolas, quibus asperius de eo scripsi, aliquando concerpito, nequãdo quid emanet: ego item tuas. Attic. lib. 10. 204. 4. a

Nequaquam.

Nequaquam ista amicitia est. de Finib. 81. b
Sed nequaquam in isto sunt omnia. Cat. 8

Nequaquam satis explicatæ sunt. de Nat. d. 1. 1
Iste ait, se velle illud etiam atque etiam considerare, nequaquam se esse satiatum. 6. Verr. 57. a

Vt nequaquam cum illius commodo fuerit comparanda. de Inuent. 65. b

Nequaquam isthuc isthac ibit. de Nat. d. 72. b

Nequaquam tantum inter eos interesset. 1. de Inuent. 89. a

Nequaquam paribus rebus. epist. 246. b

Nequaquam similiter, &c. pro Sext. Rosc. 19. b

Neque.

Neque absolutus, neque damnatus. 8. fam. 20. in epist. Cælit. K. iiii.

Neque absolutus, neque damnatus. 8. fam. 20. in epist. Cælit. K. iiii.

Nullæ enim lites, neque controuersia sunt, quæ, &c. 1. de Orat. 59. a

Neque dum rem perfectam arbitraretur. pro Cluent. 58. a

Neque dum Roma es profectus. Att. lib. 14. 306. 5. a

Sed eius rei maturitas neque dum venit, & tamen iam appropinquat. ad Quint. frat. lib. 3. 24. 3. a

Neque enim hoc possum negare. 5. Verr. 91. a

Neque enim sunt isti audiendi, qui virtutem duram & quasi ferream esse quandam volunt. de Amicit. 44. a

Neque expectare temporis medicinam, quam representare ratione possumus. 5. famil. 47

Neque feci adhuc, nec mihi tamen, ne faciam, interdictum puo. lib. 1. de Finib. 6

Quare sibi habeat sapientia nomen & inuidiosum & obsecurum: concedantque ut hi boni viri fuerint. neque id quidem facient: negabunt id nisi sapienti posse concedi. de Amicit. 17. a

Neque ira, neque gratia teneri. de Nat. d. 1. 33

Ad arbitriū hoc animo adimus, ut neque nihil, neque tantum quantum postulauimus, consequamur. pro R. Com. 5. a

Neque non verè. 15. fam. 13

Ergo ut te catamitum, neque opinatò quum ostēdisse, præter spem mulier aspiceret. &c. 2. Philip. 84. a

Nulla enim vitæ pars neque publicis, neque priuatis, neque forensibus, neque domesticis in rebus, neque si tecū agas quid, neque si cum altero contrahas, vacare officio potest: &c. 1. Offic. 7. a

Neque quicquam vnquam nisi honestum & rectum alter ab altero postulat: neque solūm colent inter se ac diligunt, sed etiam verebuntur. de Amicit. 69. a

Ea facie, neque solūm facie, sed etiam ornatu nouimus. de Nat. d. 1. 57

Neque tamen non te cautum esse volo. 11. fam. 33. in epistola D. Bruti.

Nam neque tum peccaui, cum, &c. neque cum, &c. ad Atticum, 128. b

Nequeo.

Nequeo vetera illa iudicare, &c. pro Mil. 116. b

Sicut solem intueri nequitis aduersum. de Somn. Scip. 129. b

Quidam quæ sanare nequeunt, exulcerant. de Orat. 137. b

Demosthenes rho dicere nequibat. de Diuinat. 128. b

Quæ si exequi nequirent, tamen, &c. de Senect. 84. b

Nihil in rerum est natura minimum, quod diuidi nequeat. Academic. 44. b

Nec tamen hæc ita astricta sunt, ut ea, cum velis laxare, nequeamus. Orat. 218. b

Cuius autem aures clausæ veritati sunt, ut ab amico verum audire nequeant, huius salus desperanda est. de Am. 76. a

Nequicquam.

Quæ generi humano angorem nequicquam afferunt. Tusc. q. 203. b

Secernere autem à corpore animum, nequicquam aliud est, quam emori discere. Tusc. q. 104. b

Nequitia ab eo quod nequicquam est in tali homine. Tusc. quæst. 194. b

Nequicquam perierit ille. ad Brut. 46. in epist. Bruti. Id est, frustra.

Et serò & nequicquam pudet. pro Quint. 14. b

Qui ipse sibi sapiens prodesse nequit, nequicquam sapit. ad Trebatium, lib. 7. 6. 5. a

Ex quo Ennius, nequicquam sapere sapientem qui ipse sibi prodesse non quiret. 3. Offic. 82. a

Nerces.

Hanc illi tribuunt pœnam Nercesidæ. in Arato, 49. a

Nero.

C. Nero Samiorum de Verre querimonias contempsit. 3. in Verrem, 33

C. Nero, vir optimus, sed nimium timidus. 3. in Verr. 52

Neruus.

Sonant ita in fidibus nerui, ut à digitis sunt pulsi. 2. de Oratore, 119. a

Nerui atque artus sapientia sunt, non temerè credere. de Pœtitione, 211. b

Summam eruditionem Græci sitam censebāt in neruorum vocumque cantibus. 1. Tusc. q. 7. a

In quibus nihil animi, nihil neruorum putant. Offic. 2. 51

Quantum in cuiusque animo roboris est & neruorum, tanta est consolatio. Torquato, lib. 6. 1. 9. a

Cuius in hoc vno considerantiam & ego sustinebo ut poterò: & tu ut possis, est tuorum neruorum. ad Quint. frat. lib. 3. 24. 10. a

Primum neruos belli pecuniam infinitam, qua nunc eget: deinde equitatum quantum velit. 5. Philip. 166. a

Huc ad neruos à quibus continentur, eorumque implicationem toto corpore pertinentem, qui sicut venæ & arteria à corde tracti in corpus omne ducuntur. de Natura deorum, lib. 2. 105

Neruos afferre. pro Syl. 17. Id est, animi robur.

Itaque contendit omnes neruos Chrysiptus, ut persuadeat, &c. de Fat. 144. b

Magnum fortasse onus, & mihi periculosum, veruntamen dignum in quo omnes neruos ætatis, industriaeque meæ contenderem. 2. in Verr. 22. & 15. fam. 39

Illa seuera Lacedæmon neruos iussit, quod plures quàm septem haberet, in Timothei fidibus inde demit. de Legib. lib. 2. 39

Etenim si vestigalia, neruos esse Reip. semper duximus, eū certè ordinem qui exercet illa, firmamentum cæterorum ordinum rectè esse dicemus. pro Lege Manil. a

Poetæ neruos virtutis elidunt. Tusc. q. 80. b

Oratio philosophica neque aculeos, neque neruos forenses habet. Orat. 34

Theophrastus neruos virtutis incidit. Academ. q. 45. b

Legionum nostrarum neruos his consiliis incidemus. 12. Philip. 313. Hoc est, vires & robur frangemus.

Incidere neruos populi Romani. 2. de Lege Agr. 53. a

Incidere neruos virtutis. 1. Academ. 51. a

Iam neruos in fidibus aliis pulsus resonare alios. de Diuinatione, 115. b

A neruis continentur artus. 2. de Nat. d. 105

Sic contende omnibus neruis & facultatibus. ad Quint. fratrem, a

Omnibus enim neruis mihi contendendum est, atque in hoc laborandum, ut omnes intelligant quàm improbam, quàm manifestam, quàm confessam rem pecunia redimere conentur. 5. Verr. 110. a

Neruis & ossibus dii non continentur. 2. de Nat. d. 84. a

Quæ quum de Populi Romani victu, de vestigalium neruis, de sanguine detraxisset ærarii, Tertiarum mimæ condonauit. 5. Verr. 70. a

Planè video fore neruis opus, sapientiaque tua. epistolarum, lib. 3. 10. 4. a

Vides igitur amplissimis ex familiis homines, qui sine neruis sunt, tibi pares non esse. de Pet. Conf. 4

Neruulus.

Quod certè facies, si tu neruulos tuos mihi sæpe cognitos, suauitatemque, qua nemo tibi par est, adhibueris. Attico, lib. 16. 49

Neruofus.

Quis Aristotele in scribendo neruofior? de Claris Oratoribus, 62. a

Neruofus.

Ut vigilanter, neruofusque nos, qui stamus in acie, subornes. 10. famil. 49. in epist. Planci.

Dicitur autem non Peripateticorum more (est enim illorum exercitatio elegans iam inde ab Aristotele constituta) sed aliquanto neruofius. in Orat. 70. a

Itaque neruofius qui ista differunt, solum audēt malum dicere id quod turpe sit. Offic. 3. 143

Nescio.

Nescio an ignoscendum sit huic, si tantopere laborat. 13. fam. 3. Id est, putarim ignoscendum esse.

Opinor, sed certum nescio. Att. 192. b

Nescio cuius flagitii. 10. ad Att. 53

Nescio cuius otii esset. 8. famil. 1. in epist. Cælii.

Ille nescio quis. ad Brut. 1

Ligur iste nescio qui, &c. pro Sest. 18. b

At ille nescio qui solet, &c. Academ. q. 20. b

Quinetiam si quis asperitate ea est & immanitate natura, ut hominum congressus fugiat atque oderit, qualem fuisse Athenis Timonem nescio quem accepimus. de Ami. 73. a

Nescio quem istum Pharnacem. 15. fam. 42

Postquam nescio quid impendit, & in commune contulit, mediocri quæstu contentus esse non poterat. pro Quintio, 7. a

Non paulum nescio quid in rem suam conuertit. pro Roscio Amer. 68. a

Fit enim nescio quid, ut videre. 15. famil. 43. pro, fit nescio quomodo.

Casu nescio quo in ea tempora nostra ætas incidit, ut quum maximè florere nos oporteret, tum viuere etiam puderet. Luceio, lib. 5. 15. 5. a

Ea nescio quomodo pleniore ore laudamus. Offic. 13. b

Nescio quomodo ad aures istius peruenit. 6. Verr. 56. a

Sed nescio quomodo imbecillior est medicina, quàm morbus. 10. ad Att. 40

Serpit enim nescio quomodo per omnium vitam amicitia. de Amicit. 72. a

Sed nescio quomodo verum est quod in Andria familiaris meus dixit, Obsequium amicos, veritas odium parit. de Amicitia, 75

Genus autem hoc sermonum positum in hominum veterum autoritate, & eorum illustrium, plus nescio quo pacto videtur habere grauitatis. de Amic. 4. a

Sed nescio quo pacto ab amicitia perfectorum hominum, id est sapientum, ad leues amicitias defluxit oratio. de Amicit. 82. a

Sententia nescio vnde ex abdito eruat. Orat. 204. b

Nescis nec in pace, nec in bello viuere. a

Stoicos autem, quos minimè improbo, dimitto: tamen nec eos iratos vereor, quoniam omnino irasci nesciunt. 3. de Orat. 37. a. Hoc est, non possunt, aut nolunt.

Nemo in eo quod nesciat, disertus esse potest. 1. de Orat. 33. a

Non scire quidem barbarum iam videtur, nescire dulcius. Orator, 212. b

Dum liceat fateri nescire quod nesciam. 1. de Orat. 51. a

Nec me pudet, ut istos fateri, nescire quod nesciam. Tusc. q. 169. b

Confiteri nescire quod nescires. de Nat. d. 1. 59

Non enim tam præclarum est scire Latine, quàm turpe nescire. de Clar. Orat. 72. a

Inde vtrum consistere vsquam velit, an mare transire, nescitur. Att. lib. 7. 131. 2. a

Vt stellarum numerus par an impar sit, nesciatur. 4. Academicarum quæst. 63. a

Nescius.

Non sum nescius Crasse ista inter Græcos dici solere, &c. 1. de Orat. 24. a

Non sum nescius, quantum, &c. ad Heren. 21. b

Non eram nescius Brute, quum quæ summis ingeniis, exquisitaque doctrina, &c. 1. de Finib. 1. a

Neque tamen hæc cum scriberem, eram nescius, quantis operibus premerem. epist. 67. b

Heus tu ne fortè sis nescius, Dolabella me sibi legauit ad 1111. Non. April. 15. ad Att. 22

Non esse nescium, fore, ut, &c. lib. 1. de Finib. 1

Iratum te regi Deiotaro fuisse, non erant nescii. pro Deiotaro, 145. b

Nesis.

Nesis, locus in Italia. 16. ad Att. 9

In Nefide fui apud illum. 16. ad Att. 4

Nestor.

Nestor apud Homerū sapientem de virtutibus suis prædicat. Cat. 27. Hom. Iliad. 1

Nestor tertiam ætatem hominū vixit. Cat. 27. Hom. Iliad. 1

Nestoris ex lingua, ut ait Homerus, melle dulcior fluebat oratio. Cat. 27. Iliad. 1

Nestori suauitatem in dicendo tribuit Homerus. Brut. 19

Nestorem aliquem habere in consiliis capiendis Agamem-

noni fuit honestum. 9. fam. 27

Netinenses, populi. in Verr. 140. b

Netini, populi. in Verr. 247. b

Neue, Vide post voculam Ne.

Neuter.

Neuter anguis. 2. de Diuin. 92. a. Id est, nec mas nec femina. Neuter quenquam omnium pluris facere videtur, quàm me. ad Att. 98. b

Quid bonum sit, quid malum, quid neutrum. 2. de Diu. 16. a

Id quod neutrum. 8. ad Attic. 48. in epist. Cn. Pompeii. pro, quorum neutrum.

Sed neutri *σικονος* est ille, ut nos beati simus, vterque regnare vult. ad Att. 125. b

Tamen hæc sine hominum opibus & studiis neutram in partem effici possunt. 2. Offic. 27. a

Huic summum bonum est, in his rebus neutram in partem moueri, quæ *ἀδραπορία* ab ipso dicitur. 4. Acad. 135. a

Ita effici ut neutri illorum quisquam esset me charior. ad Attic. 98. b

Neutorum nominū in um genitiui plurales, non tam vsitate contrahuntur. Orat. 87

In neutorum nominum secundæ declinationis genitiuis pluralibus syncopa. Orat. 88

In quo quidem neutorū est continenda sententia. Off. 14. b

Quod Tarquinius dixisse fertur, tum quum exul esset, se intellexisse quos suos amicos habuisset, quosque infidos, quum iam neutris gratiam referre posset. de Amic. 49. a

Quæ non sanè sunt in omnibus neutris vsitata. Orat. 211. b

Neutiquam.

Mihi neutiquam cor cõsentit cum oculorum aspectu. Academicarum quæst. 14. b

Indissolubiles vos quidem esse non potestis, neutiquam tamen dissoluemini. de Vniuers. 202. b

Cui te socium neutiquam puo esse oportere. ad Att. 146. b

Nex.

Tiberium Græcchum Remp. administrantem prohibuit indigna nex diutius in ea commorari. ad Heren. lib. 4. 179. a

Insidiatori verò & latroni quæ potest afferri iniusta nex pro Mil. 7

Iunius necem sibi ipse consciuit. 2. de Nat. d. 6

Multorum ciuium neces. 1. in Catil. 13. a

Neces quotidianæ. Tusc. q. lib. 3. 55

Homines vincla, neces, ignominiasque vitant. pro Cecinna, 304. b

Nexus, Nexum, Vide Necto.

Ni.

Sponsio facta est cum cognitore tuo Apronio de fortunis tuis omnibus, ni socium tibi in decumis esse dicitaret. 5. Verr. 117. a

Sponsionem facere possent, ni aduersum edictum Pratoris vis facta esset. pro Murena, a

Quod ni ita sit. de Nat. d. 1. 86

Ni exeunt, ni pereunt. in Catil. 10. b

Cogere eum cœpit, quum ageret nemo, nemo postularer festert. duobus millibus sponsionem facere cum licore suo, ni furtis quæstum faceret. 7. Verr. 110. a

Quod ni ita se haberet, nec iustitiæ vllus esset, nec bonitati locus. 3. de Finib. 102. a. 5. Tusc. q. 161. a

Ni ad equestrem ordinem iudicia referantur. in Verr. 198. b

Ni vereretur, ne, &c. epist. 83. b

Nicæa.

Nescio cur seueriorem Nicæam putes, quàm Rhodum. pro Planc. 277. b

Putabam in Nicæis diciturum. pro Planc. 68

Nicander.

Nicander Colophonius, homo ab agro remotissimus, poetica quadam facultate, non rustica, præclare de rebus rusticis scripsit. 1. de Orat. 35

Nicasio.

Nicasio Ennensis in C. Verrem publicè legatus. 6. in Ver. 101

Nice.

Nice, vxor Cleomenis Syracusani à Verre adamata. 7. in Verrem, 65

Nicenses, populi. epist. 226. b

Nicephorus.

Nicephorum villicium tuum sanè probavi, quæsiuque ex eo ecquid ei de illa ædificatiuicula Laterii, de qua mecum locutus es, madauisses. tum is mihi respondit, se, &c. 3. ad Quint. frat. 4

Nicetas.

Nicetas Syracusius cælum, solem, lunam, stellas, supera denique omnia stare censuit. Academ. q. ed. 1. lib. 2. 114

Nico.

Nico, nobilis pirata à P. Seruilio captus, & cum aufugisset, recuperatus. 7. in Verr. 63

Niconis medici liber *ἡδὲ παλαιῶν*. 7. famil. 38

Nicomachus.

At in Ætione, Nicomacho, Protogene, Apelle, iam perfecta sunt omnia, & nescio an reliquis in rebus omnibus idem eueniat. Brut. 35

Nicomedes.

Pari felicitàte vna legatus venit Nicomedes, qui neque in Senatum vlla conditione peruenire potuit, & furti, & pro socio damnatus est. pro Flac. 33

Nidor.

Situm nidoris, barba pædore horrida. Tusc. 196. b

Paulisper stetimus in illo gancarum tuarum nidore atque fumo. in Pis. 9

Nidus.

Fingunt & construunt nidos procreationis atque vtilitatis suæ causa volucres. 2. de Orat. 14. a

Cubilia sibi nidôsque construunt, eosque quam possunt, mollissimè substernunt gallinæ auêsque reliquæ, vt quam facillimè oua seruentur. 2. de Nat. d. 98

Nidulus.

Illam in asperrimis faxulis tanquam nidulum affixam, &c. 1. de Orat. 96. a

Nigidius.

P. Nigidius, scientia, consuetudine & celeritate scribendi facillimè quæ dicebantur, persequi poterat. pro Syl. 31

Niger.

Et argentarius Sext. Clodius, cui nomen est Phormio: nec minus niger, nec minus confidens, quam ille Terentianus est Phormio. pro Cecinna, 20. a

Aut num nescio qui ille diuinus si oculis captus sit, vt Tiresias fuit, possit quæ alba sint, quæ nigra dicere: &c. 2. de Diuinat. 13. a

Nigror.

Interea propè iam occidente sole inhorrescit mare. Tenebræ conduplicantur, noctisque & nimbùm occæcat nigror. 1. de Diuinat. 49. a

Nihil.

Prorsus nihil abest quin sim miserimus. Att. lib. 11. 223. 5. a

Nihil ad Cælum, sed potius ad antiquorum languorem & incitiam. de Leg. 157. b

In quo qui insistant, nihil ad nostrum genus. de Som. 129. b

Sed hoc nihil ad me. de Orat. 121. b

Rectè ac secus, nihil ad nos, aut si ad nos, nihil ad hoc tempus. in Pis. 94. b

Quem cognouimus virum bonum, & non illiteratum, sed nihil ad Persium. 2. de Orat. 15

Dichoreus: nihil enim ad rem, extrema illa longa sit, an breuis. in Orat. 124. a

Nihil sanè ad rem: illa videamus quæ, &c. 2. de Finib. 131. a

Nihil ad rem, illud sit, an non, nihil refert. Orat. 218. b

Hoc nihil ad te, nostrum est onus. 3. famil. 52

Quando autem, &c. nihil ad hoc tempus. de Orat. 207. b

Nihil admodum. 2. de Orat. 5

Omnia dicendo excitanda sunt, nihil adiuuante natura. de Orat. 125. b

Mihi enim qui nihil agit, esse omnino non videtur. de Nat. deorum, 2. 32

Vos autem nihil agitis. Academ. q. ed. 1. lib. 2. 82

Nihil agere Crassum delectabat. 2. de Orat. 14

Nihil agens, ne cogitari quidem potest quale sit. Academic. quæst. edit. 1. lib. 2. 37

Quum videatis nihil aliud actum, nisi possessionem per interdicitum esse repetitam. pro Cecin. 7. a

Nihil alius, nihil amœnius. 4. ad Att. 25

Nihil aliud habet quod agiter in mente. 1. de Nat. d. 157. a

Amare autem nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere quem ames, nulla indigentia, nulla vtilitate quæsitâ. de Am. 83. a

Nihil aliud dicis, nisi, nunquam vidi solem, &c. de Natura deorum, 1. 68

Est enim amicitia nihil aliud nisi omnium diuinarum, humanarumque rerum cum benevolentia & charitate summa consensus. de Amic. 19. a

Si nihil aliud fecerunt, nisi rem detulerunt: nonne satis fuit his gratias agi pro Rosc. Amer. 64. a

Nobis autem in hac causa nihil aliud opus est, nisi te ius instituto tuo dicere. ad Thermum, lib. 13. 56. 5. a

Nihil enim est aliud quam obrem mihi percipi nihil posse videatur. 5. de Finib. 133. a

In hoc etiam Græciæ nihil cedimus. de Leg. 156. b

Sed ego tam misero tempore nihil noui consilii cepissem, nisi in reditu meo nihilo meliores res domesticas, quam

Rempub. offendissem. Planco, lib. 4. 14. 7. a

Atque haud scio, anne opus sit quidem, nihil vnquam omnino deesse amicis. de Amicit. 46. a

Nihil est ab ea cogitatione, quam habemus de grauitate sapientis, errore, leuitate, temeritate distinctius. Academ. q. edit. 1. lib. 2. 61

Nihil est iis, qui placere volunt, tam aduersarium, quam fateri per quos profecerint. Academ. q. ed. 1. lib. 2. 10

Dignitatem quidem illam Consularem fortis & constantis Senatoris nihil est quod cogitemus. ad Lent. lib. 1. 8. 10. a

Quare nihil est quod ex tanto comitatu virorum amplissimorum me vnquam abstrahas. pro Syl. 6. a

Nihil est quod illi non prosequantur suis argutiis. de Amicitia, 42. a

Nihil est quod isto eum admisceas. 3. ad Quint. frat. 7

Nunc ad epistolam venio, cui copiosè & suauiter scriptæ nihil est quod multa respondeam. Trebonio, lib. 15. 21. 10. a

Nihil est quod non alicubi esse cogatur. Acad. quæst. edit. 2. lib. 1. 18

Si nondum profectæ sint, nihil est quod se moueant, quoad perspiciamus quo loci sit res. Att. lib. 7. 135. 3. a. pro Quintio, 6. a

De familia liberata nihil est quod te moueat. Terentia, libro 14. 4. 9. a

Nihil fumus, aut nobis quidem ipsis displicemus. 7. fam. 57

Nihil istorum fuit faciendum. Quint. frat. 327. b

Nihil mihi potius fuit, quam vt Masinissam conuenirem. in Somn. Scip. 1. a. Hoc est, nihil magis desiderabam.

Dolabellam antea tantummodo diligebam, obligatus ei nihil eram. epist. 88. b

Si nihil esset nisi animus. de Nat. d. 1. 21

Nihil mihi cum illo fuisset. 14. ad Attic. 29. Id est, nulla consuetudo aut amicitia.

Nihil vnquam mentita sit. de Nat. d. 2. 12

Te nihil esse isto in genere. 7. fam. 48

Caput autem literarum, sibi cum illa mima posthac nihil futurum. 2. Philip. 84. a

Nihil facere. Academ. quæst. ed. 1. lib. 2. 43. quod vulgò, nihil proficere.

Itaque erat in animo nihil festinare. ad Att. lib. 5. 99. 2. a

Nihil fingam, nihil diffimulem, nihil obtegam. 1. ad Att. 55

Nihil habet negotii. de Nat. d. 1. 72

Nihil enim interest daetylus sit extremus, an creticus. in Orat. 126. a

Stè te prosternas, vt nihil inter te atque inter quadrupedem aliquid putes interesse. Parad. 118. b

Optimatus verò tuis nihil confido, nihil iam ne inferius quidem. Attic. 137. b

Nihil quod ego malim meum esse, quam tuum. 4. fam. 42

Nihil omnium rerum agricultura melius. Offic. 30. b

Nihil cessatione melius existimat. de Nat. d. 1. 72

Cumque Pompeius ita contendisset, vt nihil vnquam magis, vt cum Crasso redire in gratiam. ad Lent. lib. 1. 9. 79. a

Nihil in rerum natura minimum, quod diuidi nequeat. Academ. q. ed. 2. lib. 1. 20

Illi enim corporis commodis compleri beatam vitam putant: nostri nihil minus. 3. de Finib. 67. a

Sic existimatis eos hic sagatos brachatosque versari animo demisso atque humili, vt solent ii qui affecti iniuriis, ad opem iudicum supplices inferioresque confugiunt: nihil verò minus. pro Font. 19. a

Cadit ergo in virum bonum mentiri, emolumentum sui causa, criminari, præripere, fallere: nihil profectò minus. 3. Offic. 108. a

Sed ita tamen, vt nihil minus velim, quam Pomponiam & puerum versari in timore ruinæ. Att. lib. 2. 19. 5. a

Eos confeci & absolui, nescio quam bene, sed ita accuratè, vt nihil posset supra. Att. lib. 13. 276. 2. a. Sub. esse, vel addi.

Est autem oratio scripta elegantissimè sententiis, verbis, vt nihil possit vltra cogitari. Att. lib. 15. 321. 8. a

Nihil posse comprehendere, hinc efficere volunt Academici, quod his omnibus, quæ visa sint, veris sint adiuncta falsa, quæ à veris nihil differant. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 40

Nihil posse percipi. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 61

Hoc tamen opus in apertum vt referas, nihil postulo. Partit. 116. b

Nec nihil proficis. 11. ad Att. 14

Sine quo cum in vita nihil quicquam egregium, tum certè hoc quod tu expetis, nemo vnquam assequetur. de Orat. lib. 1. 66

Quorsum tandem, aut cur ista quæris: nihil sanè, &c. de Legibus, 156. b

Latine non pessimè loquebatur, vsu credo aliquo domestico: nam literarum admodum nihil sciebat. de Clar. Oratoribus, 110. a. De Curione.

Deinde permultis ciuitatibus pro frumento nihil soluit omnino. 5. Verr. 141. a

Nihil tale metuamus. 1. de Finib. 86. a

Nihil de suo genere in aliud genus transferri potest. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 47

Nihil turpius, quam cognitioni & perceptioni assertionem approbationemque præcurrere. Academicarum quæst. edit. 2. lib. 1. 32

Ea si nihil valet, aut si ad hanc rem non pertinet: quid negligentius, aut quid stultius maioribus nostris dici potest, &c. pro Cecinna, 29. a

Beneficio isto legis nihil vtitur. contra Rull. 78. b

Nihildum.

Et quanquam nihildum audieramus, nec vbi esses, nec quas copias haberes: &c. Cassio, lib. 12. 7. 5. a

Summatim adhuc ad te, nihildum enim ab Albo. ad Atticum, 240. b

Nihildum Brundusio erat allatum. Att. lib. 9. 171. 2. a

Itaque à te nihildum certi exquiro, sed quid videatur. Attico, lib. 7. 131. 5. a

Videte maiorum diligētiam, qui nihildum etiam istiusmodi suspicabantur. 6. Verr. 8. a

Eum nihildum suspicantem, ad me vocauit. in Cat. 112. b

Nihil non.

Nihil non ad rationem & tanquam ad artem dirigebat Antonius. de Clar. Orat. 72. a

Nihilum.

Nihilum audiebatur de reditu eius. 9. ad Att. 45

Si quid ius non esset rogari, eius ea lege nihilum rogatum. pro Cecinna, 303. b

At dolorem nihili facit. de Finib. 83. b

Ad nihilum recidunt omnia. in Orat. 137. a

Hunc tantum apparatus ne ad nihilum recidere patiare. 7. Philip. 234

In nihilum interire. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 20

Omnia illa tua præclara in Remp. merita ad nihilum esse ventura. ad Brut. lib. 11. 12. 3. a

Atque oratorum quidem laus ita ducta ab humili venit ad summum, vt iam (quod natura fert in omnibus) senescat, breuique tempore ad nihilum ventura videatur. Tusc. quæst. lib. 2. 4

Nihilo beator Iupiter, quam Epicurus dempta æternitate. 2. de Finib. 141. a

Nihilo sibi magis, quam alii commodum dicit. de Inu. 65. b

Hoc vos dialectici non facitis: nec solum ea non sumitis ad concludendum quæ ab omnibus concedantur, sed ea sumitis, quibus concessis nihilo magis efficiatis quod vultis. 2. de Diuinat. 155. a

Cum hoc tempore nihilo magis ego, quam vos, subsidio ire possim. Att. 129. b

Vt enim qui demersi sunt in aqua, nihilo magis respirare possunt, si non logè absint à summo, vt iam iamque possint emergere, quam si etiam tum essent in profundo. 3. de Finib. 73. a

Beneuolentior tibi, quam fuerim, nihilo sum factus. epistolarum, 45. b

Ex quo existet, vt de nihilo quidpiam fiat, quod nulli physico placet. de Fato, 29. a

Erit aliquid quod ex nihilo oriatur, aut in nihilum subito occidat. 2. de Diuinat. 56. a

Nihilo diligentior ad classem ornandam, milites reuocandos alendosque esse cœpit. 7. Verr. 64. a

Ego tibi hoc confirmo, nihilo te nunc maiore in discrimine esse quenquam nostrum. epist. 80. b

Tamen nihilo explet sententias. Orat. 219. b

Nisi in reditu meo nihil meliores res domesticas, quam Rempub. offendisse. epist. 58. b

Præterita voluptas pro nihilo est. pro Marc. 135. b

Aliquem condemnatum esse pro nihilo. Att. 171. b

Pro nihilo ducere alios præ se. in Verr. 116. b

Pro nihilo habere. 1. Philip. 11

Pro nihilo habenda est adoptio, nullo decreto probata, & contra omne ius facta. pro Domo sua, 31. a

Dii immortales, quam mihi ista pro nihilo. 14. ad Att. 11

Contemnere & pro nihilo putare aliquem. 1. Verr. 13. a

Quæ cadere in hominem possint, despiciere ac pro nihilo putare. pro Cecin. 295. b. Tusc. q. lib. 3. 32

Quæ Pyrrhoni visa sunt pro nihilo. de Finib. 73. b

Nihilominus.

Non solum eos, qui, &c. sed eos nihilominus, qui, &c. Attico, 127. b

In iis autem rebus quæ nihilominus vt ego absum, confici possunt. 10. fam. 3. Id est, quæ confici possunt etiam me absente, & sine opera mea.

Et tamen nihilominus *ἀνὲρ δεξιῶν*. epist. 210. b

Scimus nempe, hæremus nihilominus. Att. 151. b

Legam, inquit, nihilominus. de Clar. Orat. 181. b

Legati proficiscantur, bellum nihilominus paretur. in Antonium, 199. b

Peccauit verò nihilominus. Partit. 119. b

Minus dolendum fuit re non perfecta, sed puniendum certè nihilominus. pro Mil. 105. b

Tamen nihilominus putabant se, &c. pro Cluent. 33. b

Vester autem deus potest non impertire, vt nihilominus mundus regat. de Diuinat. 116. b

Quare meo quidem animo nihilominus eloquētia studentum est. 1. de Inuent. 7. a

Nihilofecius. ad Heren. 35. b

Nil.

Ego verò mihi nil assumo. pro Syl. 18. b

Sed tentemus, & lussisse putemur si nil sit, ab eo quod nequicquam est in tali homine, ex quo idem nihili dicitur. 3. Tusc. q. 32. a

Nilus.

De Arcano, Cæsaris opus est, vel mehercule etiam elegantioris alicuius: imagines enim istæ, & palæstra, & piscina & Nilus multorum Philotimorum est, non Diphilorum, sed & ipsi ea adhibebimus, & mittemus & mandabimus. Quint. frat. lib. 3. 24. 14. a

Ægyptum Nilus irrigat, & cum tota ætate obrutam oppletamque tenuerit, tum recedit, mollitôsque & oblimatos agros ad serendum relinquit. 2. de Nat. d. 99

Nimbus.

Quid autem iste in domo tua casus armorum: Sed hunc

quidem nimbium citò transiisse lator. Att. lib. 15. 18
 Imbres, nimbii, procellæ, turbines. 3. de Nat. d. 36
 Quæ terret animos fulminibus, tempestatibus, nimbis,
 niuibus, &c. 2. de Nat. d. 20. a

Nimirum.

Hæc enim est tyrannorum vita, nimirum, in qua nulla fides,
 &c. de Amic. 16. b
 Vestibula nimirum & aditus ad causam faciet illustres. Ora-
 tor, 201. b
 Opinor enim esse in lege, quam ad diem proscriptiones, ven-
 ditionesque fiant, nimirum ad Calend. Iunias. pro Rosc.
 Amer. 36. a
 Si consideraris, &c. omnibus regibus, cum quibus, &c. huc
 regem nimirum antepones. pro Marc. 131. b
 Nimirum similiter arbitremini isti, &c. pro Sex. Rosc. 44. b
 Horum nimirum aspectus, &c. Tusc. q. 242. b
 Itaque in cognitione nimirum assentiar, id est opinabor. 4.
 Academ. 201. a
 Quæ non modò summa bona, sed nimirum audebo vel fo-
 la dicere. pro Marc. 134. b
 Nam cum dissoluerimus, & absolute nimirum confecerim-
 us, &c. ad Heren. 6. b
 Nimirum didici, &c. in Verr. 200. b
 Et hic nimirum est fletus, qui, &c. Tusc. q. 187. b
 Itaque nimirum hoc illud est quod Cæsar scribit in ea epi-
 stola, cuius exemplum ad te misi, se velle uti cõsilio meo:
 &c. 9. ad Att. 32
 Is est nimirum Ioter, qui salutem dedit. in Verr. 139. b
 Hoc nimirum est illud, quod de Socrate accepimus, quod-
 que ab ipso in libris Socraticorum sæpe dicitur, esse diui-
 num quiddam, &c. 1. de Diuinat. 198. a
 Hoc nimirum est illud, quod non longè à gradibus Aure-
 liis hæc causa dicitur. pro Flac. 52. a
 Et nimirum istud est, quod ab hoc Tribuno dictum est in
 Senatu, vrbanam plebem, &c. contra Rul. 80. b
 Sed nimirum maius est hoc quiddam, quam homines opi-
 nantur. de Orat. 86. a
 Et nimirum id fuit, soluendo enim non erat. Att. 207. b
 Eum extingueret id nimirum fuit capi Troiam. ad Heren-
 nium, 33. & 4. b
 Nimirum igitur ut in causis, sic in ægritudine, &c. Tuscul.
 quæst. 207. b
 Luxuries igitur hominem nimirum ad hoc scelus impulit.
 pro Sext. Rosc. 34. b
 Et nimirum is princeps ex Latinis ista tractauit. de Claris
 Oratoribus, 171. b

Nimis.

Nimis acer fortasse, veruntamen honestus amor. pro Ar-
 chia, 20. a
 Nimis actus humores, aut concretus. de Nat. d. 2. 43
 Neque enim sumus nimis auidi, ista tua mediocri eloquen-
 tia contenti sumus. de Orat. lib. 1. 66
 Nimis indociles, admonendi videntur sæpius. de Nat. deo-
 rum, 1. 10
 Si cupiam hoc nimis infinitum videtur. de Orat. 90. b
 Nimis insidiarum ad capiendas aures adhiberi videtur.
 Orator, 97
 Alterum est vitium quo nimis magnum studium in res ob-
 scuras conferunt. Offic. 4. b
 Magna nimis licentia. ad Heren. 30. b
 Nimis multa videor de me, ipse præsertim. de Claris Ora-
 toribus, 177. a. Sub. dicere.
 Nimis multa in genera diuidere aliqua. Orat. 131. b
 Nimis sæpe secus videmus euadere. 2. de Legib. 42
 Ne nimis diligenter inquiras in ea, quæ isto modo memo-
 riæ sint prodita. 1. de Legib. 3
 Ut ne nimis citò diligere incipiamus, neve indignos. de
 Amicit. 67. a
 Tametsi incidamus oportet media, ne nimis serò ad extre-
 ma veniamus. 2. Philip. 63. a
 Tu verò illum nec nimis valde vnquam, nec nimis sæpe
 laudaueris. 3. de Legib. 1
 Testes, verbum honestissimum in iudicio: alio loco non ni-

mis. Pæto, lib. 9. 22. 14. a
 Quoniam quæ à natura expetenda sunt, ea dicis non nimis
 deesse nobis, quid præterea esse assumendum putes: 1. de
 Orat. 66. a
 Philotimi literæ me quidem non nimis, sed alios admodum
 delectarunt. ad Att. lib. 7. 141. 1. a
 Non nimis excuso me viris bonis. 9. ad Attic. 55. Id est, non
 nimis laboro, ut me excusent.
 Sed hæc non nimis exquiro à Græcis. ad Att. lib. 7. 136. 4. a
 Non nimis honestus. epist. 140. b
 Homo certè non nimis pudens. de Orat. 191. b
 Non nimis in Repub. versati. 3. de Legib. 16

Nimium.

Sed differre inter honestum & turpe, nimium, quantum,
 nescio quid immensum. de Finib. lib. 4. 58
 Mediocritas illa quæ est nimium & parum. Offic. lib. 1. 125
 In illius viri consiliis atque factis nec nimium nec parum
 vnquam fuit. in Ant. 229. b
 In omni re videndum est quatenus: etsi enim suus cuique
 modus est, tamen magis offendit nimium quam parum.
 Orat. 203. b
 Nemo nimium beatus est, & nemo beato beatior. 5. de Fini-
 bus, 140. a
 Nimium boni est, cui nihil est mali. de Finib. 73. b
 Nimium diligentes. 2. de Orat. 151
 De quo iam nimium etiam disputo. 4. Acad. q. 108. a
 Nimium diu te imperatorem tua illa Manliana castra desy-
 derant. 1. in Catil. 7. a
 Quoniam tu ita vis, nimium gratum esse concedam. pro
 Planc. 276. b
 Nimium longum tempus illud mihi videtur. Attic. lib. 12.
 241. 10. a
 Ne autem nimium multi pecnam capitis subirent, idcirco
 illa fortitio comparata est. pro Cluent. 101. a
 Muta nimium in excogitandis argumentis dialectica, in iu-
 dicandis nimium loquax. 2. de Orat. 87. a
 Succubam tibi in eo ipso, in quo nihil potest esse nimium.
 pro Planc. 276. b
 Homini forti, ac nimium optimati. 9. ad Att. 21
 Illud non nimium probo quod scribis, quo illi animo æ-
 quiore ferrent, te tuis etiam legatis lictores ademisse. 11.
 familiarium, 64
 Sales qui in dicendo nimium quantum valent. Orat. 204. b.
 Alias, mirum quantum valent.
 In hoc genere nimium quod est, offendit vehementius, quam
 id quod videtur parum. Orat. 103. a
 Quod erat ingenii verbis efferuescētibus, & paulò nimium
 redundātibz, quod erat ætatis, non sum aspernatus. 2. de
 Orat. 49. a. De Sulpitio.
 Quod vos interdum, vel potius nimium sæpe dicitis. 2. de
 Finibus, 68. a
 Nihil tum nimium videbatur. Brut. 15. 10. a

Nimio.

Sed quia te nimio te plus diligo. 10. ad At. 26

Nimius.

Venio nunc longo sanè interuallo ad quandam epistolam,
 qua mihi multa tribuens, vnum reprehendebas, quod in
 honoribus decernendis essem nimius, & tanquam prodi-
 gus. ad Brut. 34
 Nimia lenitas & ambitio. 1. ad Quint. frat. 8
 Nihil tum nimium videbatur. Att. 283. b
 Diligentiam, tota Republica suscepta, nimiam nullam pu-
 tabam. pro Mil. 49. a
 Vitis putanda est, ne syluescat sarmentis, & in omnes par-
 tes nimia fundatur. de Senect. 48. a
 Celeritates nimias suscipere in festinationibus cauendum
 est. 1. Offic. 181. a
 Hoc magis intelligendum est, hæc ipsa nimia in quibusdam
 futura non fuisse, nisi quædam essent modica natura. 5. de
 Finibus, 54. a
 Nam quod aiunt, nimia refecari oportere, naturalia relin-
 qui: quid tandem potest esse naturale, quod idem nimium
 esse possit? 4. Tusc. 91. a

Nimiopere.

Quos ædificia magna nimiopere delectant. in Parad.
 46. a
 Hæc opera, atque artificia, signa, tabulæ pictæ, Græcos ho-
 mines nimiopere delectant. 6. Verr. 116

Niobe.

Et Niobe fingitur lapidea propter æternum in luctu silen-
 tium. Tusc. q. lib. 3. 53
 Niptra, nomen tragædiæ. Tusc. q. 185. b
 Nisæi, populi. epist. 127. b

Nisi.

Crederem, nisi eius augurio rex Hostilius maxima bella
 gessisset. de Nat. d. 2. 7
 Chrysiptum nunquam nisi Chesiptum vocabat. de Natura
 deorum, 1. 66
 Tu, nisi malo coactus, rectè facere nescis. 5. Verr. 51. a
 Si Torquatus Syllam solum accusasset, ego quoque hoc
 tempore nihil aliud agerem, nisi eum qui accusatus esset,
 defenderem. pro Syl. 173. b
 Si nihil aliud fecerunt, nisi rem detulerunt, nonne satis fuit
 his gratias agi? pro Rosc. Amer. 64. a
 Nisi admirabilia multa ad veritatem dixissent augures, non
 floreret tam diu eorum nomen. 2. de Leg. 34
 Iudicare difficile sanè, nisi expertum. de Amicit. 55. a
 Domitius (nisi me omnia fallunt) de se incredibiliter perti-
 mit. ad Att. lib. 8. 151. 1. a
 Nisi centuriatis comitiis ferri leges de singulis maiores no-
 stri noluerunt: descriptus enim populus censu, ordinibus,
 ætatibus, plus adhibet ad suffragium auxilii, quam fusc
 in tribus conuocatus. 3. de Legib. 38
 Etenim non modò auctoritatem, sed etiam nomen iudi-
 cum amittemus, nisi hæc ex ipsis causis iudicabimus. pro
 Cluent. 3. a
 Quod non ferè contingit, nisi his qui etiam contemnen-
 dos se arbitrantur. de Amic. 63. a
 De re nihil possum iudicare, nisi illud, certè persuadeto te
 nihil temerè fecisse. 13. fam. 97
 Sed hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non
 posse. de Amicit. 16. a
 Nunquam vidi in vlla alia, nisi in humana figura. de Natura
 deorum, 1. 61
 Adhuc certè (nisi ego insanio) stultè omnia & incautè. Att.
 lib. 7. 129. 2. a
 Quem vnquam Senatus ciuem, nisi me, nationibus exteris
 commendauit? pro Sest. 25. b
 Nihil amplius dico, nisi me in Siciliam venire noluit. de
 Finib. 150. b. & pro Planc. 279. b
 Nec verò habeo quenquam antiquiorem, nisi quem, &c. de
 Clar. Orat. 170. b
 Nisi quid de Epaminonda suspicari licet, &c. de Clar. Ora-
 toribus, 190. b
 Hoc me delectat, nisi quod, &c. Att. 23. b
 In freto medio hanc epistolam legi, ut quid possem præui-
 dere, in mentem non venerit mihi, nisi quod præfens me
 ipse defenderem. Att. 257. b
 Nihil video quod timeam, nisi quod omnia sunt incerta.
 epistol. 135. b
 Nunquam facies: cur, nisi quod turpe est. de Finib. 80. b
 Memento, te, quæ nos sentiamus, omnia probare, nisi quod
 verbis aliter vtamur. de Finib. 2
 Quid enim est aliud gigantum more bellare cum diis, nisi
 naturæ repugnare? de Senect. 6. a
 Nisi quis nos deus respexerit. ad Att. lib. 1. 11. 11. a
 Nisi restituisset statuas, vehementer iis minatur. 4. Verri-
 narum, 117. a
 Nisi si quid erit, &c. Att. 24. b
 Nisi voluntarii accusatores sint, graues esse non possunt.
 3. de Legib. 40
 Nunquid igitur oportet, nisi tres sortes cõici, vnam eduei:
 nihil. coniti iubet tres. 4. Verr. a
 Nihil quicquam aliud, nisi verebor, ne quando, &c. Quint.
 frat. 312. b
 Quid erat quod Capitoni primum nuntiarit, nescio, nisi

hoc video, Capitonè in his bonis esse socium. pro Sexto
 Roscio, 35. b
 In qua nisi (ut dicitur) apertum peccus videas, tuumque
 ostendas, nihil fidum, nihil exploratum habeas. de Ami-
 citia, 80. a
 Nisi cupiam L. Cæsar crudelior nudiustertius est visus,
 cum, &c. in Cat. 121. b
 Nam quid aliud agimus quum à voluptate, id est à corpore,
 quum à re familiari, quæ est ministra & famula corporis,
 quum à negotio omni seuocamus animum, quid inquam
 tum agimus, nisi animum ad seipsum vocamus? 1. Tuscu-
 lan. quæst. 116. a
 Nisi enim immortalitatem optare vellet, quid non est ade-
 prus quod homini fas esset optare? de Amicit. 9. a
 Neque nostræ disputationes quicquam aliud agunt, nisi vt,
 &c. 4. Acad. 15. a
 Quid est aliud quod nos patroni facere debeamus, nisi vt
 eos qui insectantur, repellamus? pro Cæl. 24. a
 Nisi fortè ego vobis, qui & miles & tribunus & legatus &
 Consul versatus sum in vario genere bellorum, cessare
 nunc videor, quum bella non gero. de Senect. 16. a
 Erat autem nihil noui, quod aut scriberem, aut ex te quære-
 rem, nisi fortè hoc ad te putas pertinere. Att. 236. b
 Nisi fortè iste summarius. Att. lib. 10. 192. 5. a
 Miseros illudi nolunt, nisi se fortè iactant. lib. 2. de Orato-
 re, 132. a
 Nisi fortè volumus Epicureorum opinionem sequi. de Fa-
 to, 55. a
 Ortum quidem amicitia videtis, nisi quid ad hæc fortè vul-
 tis. de Amicit. 32. a
 Nisi verò Ennium non putamus ita totum illud audiuisse.
 4. Acad. q. 155. a
 Nisi verò existimatis hominem, &c. in Verrem, a
 Nisi verò hæc tenus, &c. pro Flacco, 153. b
 Nisi verò paucos fuisse putatis, qui, &c. pro Syl. 170. b
 Nisi verò siquis est qui Catilinæ similes cum Catilina sen-
 tire non putet. 2. in Catil. 29. a
 Nisus, Vide Niton.
 Nitedula, Vide Nitidus.
 Niteo.
 Non dico solum hoc in Republica vctigal esse, quod amif-
 sis aliis remaneat, intermissis non conuiescat, in pace ni-
 teat, in bello non oblescat, &c. 1. de Leg. Agr. 13. a
 Illorum vides quam nitente oratio. de Finib. lib. 4. 4
 Nitere vnguentis, fulgere purpura. in Cat. 28. a

Nitens.

Non valde nitens, non planè horrida oratio. de Clar. Orato-
 ribus, 128

Nitescio.

Exiguo qui stellarum candore nitescit. in Arato, 20. a
 Ingenio, doctrina, præceptione natura nitescit. ad Heren-
 nium, 21. b
 Hic autem, vbi habitamus, non intermittit suo tempore
 Cælum nitescere, arbores frondescere. 1. Tusc. 56

Nitor.

Si quem etiam minorum horum aliquid offendit, si pur-
 puræ genus, si amicorum cateruæ, si splendor, si nitor:
 iam ista deseruerint, iam ætas omnia, iam dies mitigari-
 pro Cæl. 61
 Ætas oratorum, in qua naturalis inesset non fucatus nitor.
 de Clar. Orat. 18. a
 Cuius nitor vrbis Italiam nuper illustrauit. ad Heren. 28. b
 Nitor orationis noster, si modò is est aliquis in nobis. ad At-
 ticum, 13. 267. 6. a
 Sed quia hæc sua sponte squalidiora sunt, adhibendus erit
 in eis explicandis quidam orationis nitor. Orat. 207. b
 Tum Lyfandrum intuentem eius purpuram, & nitorem
 corporis, ornatumque Persicum, multo auro, multisque
 gemmis, dixisse, Rectè verò te Cyre beatum ferunt, quo-
 niam virtuti tuæ fortuna coniuncta est. de Senect. 56. a.
 scilicet Cyri.
 Gemmæ nitore & auri splendore aspectus omnium per-
 stringere. ad Heren. lib. 4. 230. a

Nimio nitore lustratus delphinus. in Arato. 11. a
Fannii autem ætate coniunctus Antipater, paulò inflauit
 vehementius, habuitque vires agrestes ille quidem atque
 horridas, sine nitore ac palæstra. 1. de Legib. 5

Nitidus.

Nitidum & lætum genus verborum. 1. de Orat. 4. o
 Pro isto affo sole, à te nitidum solem vnctumque repe-
 mus. 12. ad Att. 9

In piæturis alios horrida, inculta, abdita & opaca: contra
 alios nitida, læta, collustrata delectat. in Orat. 20. a

Quos pexo capillo nitidos videtis. 2. in Cat. 42

Vt sint alia consonantiora, grauiora, leuiora, & quodammo-
 do nitidiora, alia contra. in Partit. 10. a

Campi collésque nitidissimi, viridissimi que. 5. Verr. 37

Nitedula.

Quoniam id etiam fatum ciuitatis fuit, vt illa ex veprecu-
 lis extracta nitedula Rempubl. conaretur arrodere. pro
 Sestio. 61. a

Nitor.

Ad omnia nitor, non ad animum, sed ad vulnus reficien-
 dum. 12. ad Att. 16

Domitius in quo vno maximè ambitio nostra nititur. 1. ad
 Atticum. 4

M. Scaurus qui prudentia rerum magis, quàm dicendi arte
 nititur. 1. de Orat. 108. a

Id quo nititur aduersariorum causa. de Inuent. 80. b

Vt aliquando in quibus causa nititur, ad ea veniamus. pro
 Cælio. 18. & pro Deiot. 2

Nititur in coniectura diuinatio. 2. de Diuinat. 82. a

In hoc vno nititur, quòd sit ignobilis. pro Cluent. 40. b

Omnes enim partes eius vndique medium locum capes-
 sentes, nituntur æqualiter. 2. de Nat. d. 173. a

Sed plurimi contra nituntur. Tusc. q. lib. 1. 41

Radibus suis nituntur arbores. pro Cælio. 10. a

Ei viro autem mors parabatur, cuius in vita nitebatur salus
 ciuitatis. pro Mil. 14. a

Tum etiam exemplorum copia nitebatur. de Orat. 92. b

Ipsæ quoque ad omniū nitetur facultatem. Tusculanarum
 quæstio. 25. b

Nunc si ita sunt quæ speras, sustinebimus nos, & spe, qua
 iubet, nitentur. Att. lib. 3. 49. 4. a

Quòd confugies? vbi nitere? 4. Verr. 110. a

Hoc non faceret, nisi alicuius intolerabili libidine, & nimis
 acerbo odio niteretur. pro Cælio. 37. b

Quod quidem ni ita se haberet, vt animi immortales essent,
 haud optimi cuiusque animus maximè ad immortalẽ
 gloriam niteretur. Cat. 75

Quod ita ortum esset è terra, vt stirpibus suis niteretur. Tu-
 scul. q. 235. b

Frequentes profectò talibus conatibus obuiam ire nitere-
 mur. Antequam. 194. b

Nos quum maximè consilio, studio, labore, gratia, de causa
 regia niteremur: subito exorta est nefaria Catonis pro-
 mulgatio, quæ nostra studia impediret. Lent. lib. 1. 10

Sed quum ratio, salusque omnium nostrum, qui ad Remp.
 accedimus, non veritate solum, sed etiã fama niteremur,
 sermones ad te aliorum semper, non mea iudicia perscripsi.
 ad Quint. frat. lib. 1. 2. 2. a

Tu eris vnus in quo nitatur ciuitatis salus. Somn. Scip. 7

Defensor autem ea, quam propofui æquitate, nitatur. in
 Partit. 70. a

Est igitur adolescentis, maiores natu vereri, ex hisque deli-
 gere optimos & probatissimos, quorum consilio atque
 autoritate nitatur. 1. Offic. 17. 2. a. Id est, fulciatur & gu-
 bernetur, instituatque.

Vt iam fractum Græciæ nomen huius vrbs laude nitatur.
 pro Flac. 49

Moderatio modò virum adfit: & tantum quantum quisque
 potest, nitatur. de Senect. 29. a

Ipsæ dixi, qui non habet vbi nitatur, reuolat. de Nat. d. 51. b

Nitamur igitur nihil posse percipi. Acad. q. 17. b

Fundamenta defensionis meæ, quæ firmissima sunt, si nitan-
 tur iudicio suorum. pro Cælio. 3

Niti ad aliquid agendum. 12. ad Att. 16

Contra honorem alicuius niti. Att. lib. 9. 183. 3. a

Altera mihi niti, & magnopere confidere videbatur inuidia
 iam inueterata iudicii Iuniani. pro Cluent. 1. a

Authoritate atque consilio alicuius, & eius exercitu niti.
 Cassio, lib. 12. 10. 4. a

Ego istius pecudis consilio scilicet aut præsidio niti vole-
 bam. in Pis. 14. a

Ea frequentia in qua oratorum studia niti solent. pro De-
 iotaro. 144. b

Gratia & autoritate & potentia cuiusquam niti. 2. Verrina-
 rum. 10. a

Niti ope alterius. epist. 187. b

Satius est me meis rebus gestis florere, quàm maiorum opi-
 nione niti. in Salust. 3. a

Vt lex ipso scripto videatur niti. de Inuent. 80. b. Part. 242. b

Quædam serpentes extra aquam ortæ, simul ac niti possunt,
 aquam persequuntur. de Nat. d. 50. b

Fiducia virtutis nobis nitendum est ad spem beatè viuendi.
 5. Tusc. q. 2

Sudans nitendo nec proficit hilum. Tusc. q. 150. b

Nitens.

Extrema nitens plumato corpore Coruus
 Rostro tundit & hic, & c. in Arat. 25. a. 2. de Natura deo-
 rum. 171. a

Viribus suis nitens Resp. Brutus Ciceroni. 4. 7. a

Quam propter nitens pennis conuoluitur ales. de Natura
 deorum. 48. b

Ille tamen nitens grauius vestigia ponit. de Nat. d. 47. b

Nisus.

Ergo si rebus comprehensis & perceptis, nisa & progressa
 ratio hoc efficiet, nihil posse comprehendi: quid potest
 reperiri, quod ipsum sibi repugnet magis? Acad. quæst.
 edit. 1. lib. 2. 42

Nisus.

Pedentem, inquit, ite, & sedato nisu: nec succussu arripiat
 maior dolor. 2. Tusc. q. 85. a

Nixus.

Quint. Scæuola hastili nixus. pro Rab. 15

In cubitum nixus. Att. 272. b

Stetit soleatus Prætor Pop. Romani cum pallio purpureo,
 tunicaque talari, muliercula nixus in litore. 7. Verrina-
 rum. 69. a

Virtutis cursus ad gloriam hoc facilius fortasse, quòd huc
 à me ortus, & per me nixus ascendi. pro Planc. 55

Cum Carthago nixa duabus Hispaniis huic imperio im-
 mineret. pro Corn. 71. b

Res, quæ mendacio nixa est. 2. de Orat. 17. a

Viriditas herbescens quæ nixa fibris stirpium sensum ado-
 lefcit. de Senect. 87. b

Nixa honesto virtus. 1. de Finib. 93. a

Auxilium vniuersorum eò plurimum prodest, quòd firmio-
 ribus opibus est nixum. Antequam iret in exil. 2. a

Si obtinuerit causam Cluentius (sicuti vestra æquitate nixi
 confidimus) omnes existimabunt, id quod erit, obtinuisse
 propter innocentiam. pro Cluent. 126. a

Innocentia freti, nobilitate nixi, potentia ac multitudine ami-
 corum fulti, perfacile existimarem aduersariorum vim
 ac factionem à nobis repelli posse. Antequam iret. 6. a

Partim innocentia freti, partim nobilitate nixi. Antequam
 iret in exil. 194. b

Engonasin vocitant genibus quia nixa ferantur. de Natura
 deorum. 47. b

Nixus.

In aere autem astra voluntur, quæ se & nixu suo conglo-
 bata continent, & forma ipsa figuræque sua momenta
 sustentant. 2. de Nat. d. 175. a

Nitrum.

Persuasum est ei, censuram lomentum, aut nitrum esse. 8.
 familiarium. 42

Nix.

Pruina & nix. 2. in Catil. 43. a
 Nix ex aqua concreta. Academ. q. edit. 1. lib. 2. 92

Nix nigra secundum Anaxagoram, quia aqua nigra, vnde
 illa est concreta. Academ. q. ed. 1. lib. 2. 92

Risi niuem atram, tæque hilaris animo esse & prompto ad
 iocandum valde me iuuat. Quint. frat. lib. 2. 29

Aquam conglaciare frigoribus & niue pruinaque concre-
 scere. de Nat. d. 2. 19

Niue obriguerit earum regionum pars. de Nat. d. 1. 19

Pruinas ac niues perferre. in Cat. 109. b

Niuales.

Tu quoque cum tumulos Albano in monte niuales
 Lustrasti, & læto maestasti late Latinas, & c. 1. de Diu. 32. a

Niueus.

Niueus candor. ad Heren. 34. b
 Niueus liquor. 1. de Diuinat. 21. a

Nixus.

Hic ille exoritur conuerso corpore Nixus,
 Aluum, crura, humeros, simul & præcordia lustrans,
 Et dextræ radios læto cum lumine iactans. in Arato. 50. a

Iam dextrum genus, & decoratam lumine suram
 Erigit, ille vagans vulgato nomine Nixus,
 Quem nocte extinctum atque exortum vidimus vna. in
 Arato. 44. a

No.

Serpere anguiculos, nare anaticulas, euolare merulas, & c. 5.
 de Finib. 75. a

Nans.

Nanque alias bestias nantes aquarum incolas esse voluit. 5.
 Tusc. q. 54. a

Nato.

Natabant pauimenta vino, mædebant parietes. 2. Phil. 103. a

In quo quidè magis tu mihi natate visus es, quàm ipse Ne-
 ptunus. de Nat. d. 72. b

Quo omnis iuuentus natandi causa venit. pro Cælio. 45. b

Natans.

Naufragus quidem natans. de Inuent. 81. & epist. 100. a

Nobilis.

Nobilis ciuitas. 13. fam. 58
 Crantor in nostra Academia, vel in primis nobilis. Tuscul.
 quæst. 192. b

Ex doctrina nobilis & clarus Demetrius. pro Rab. Posthu-
 mo. 14. a

Nobilis legatio. Academ. q. edit. 1. lib. 2. 5

Accipite nunc aliud eius facinus nobile, & multis locis sæ-
 pe commemoratum. 4. Verr. 58. a

Illustre & nobile municipium. 7. Verr. 33. a

Sunt enim & aliæ, & pro Seruio Fuluio de incestu nobilis
 oratio. de Clar. Orat. 63. a

At quàm nobilis tua illa peregrinatio. in Ant. 277. b

Nobilis reprehensio. Academ. q. edit. 1. lib. 2. 101

Magnus & nobilis rhetor Isocrates. 2. de Inuent. 126. a

Nobilis Sylla, clarus Marius. de Arusp. respon. 50

Taurus ille nobilis, quem Phalaris habuisse dicitur. 6. Ver-
 rinarum. 65. a

Honoratus & nobilis Thucydides. in Orat. 17. a

Nobili genere natis, beneficia dormientibus deferri solita.
 7. in Verr. 141

Nobili ne gladiatori quidem hæreret. pro Quint. 46

Nobili loco natus. 1. de Diuinat. 148. a

Res est omnis in hac causa nobis Iudices cum Clodia ntu-
 liere non solum nobili, sed etiam nota. pro Cælio. 23. a

Magni atque nobiles philosophi. de Nat. d. 1. 4

Præclari & nobiles in philosophia. 1. de Orat. 24. a

Qui non tam me impediunt quòd nobiles sunt, quàm ad-
 iuuant quòd noti sunt. 2. Verr. 10. a

Quidam nobiles homines, & de me optimè meriti. epist. 15. b
 Nobiles homines seu rectè, seu perperam facere coeperunt,
 in vtroque excellunt. pro Quint. 16

Insignes genere nequaquam sunt tam, quàm vitiis nobiles.
 de Petit. Consul. 9. a

puto. 3. de Legib. 29

Cæteri homines apud nos nati, inter suos nobiles. pro Flac-
 co. 41. 2. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 1

Homo nobilissimus Pericles Ephesius. 3. Verr. 60. a

Illius ætatis nobilissimus & clarissimus philosophus. 2. de
 Orat. 85. a

Gladiatorum pars nobilissimum. de Opt. gen. 244. b

Nobilissimi homines, & Noui homines, contraria. 5. fami-
 liarium. 51

Nobilissima prædia. pro Rosc. Amer. 13

In te enim homine omnium nobilissimo similia inuido-
 rum vitia perspexi. Lent. lib. 1. 7. 26. a

Tres nobilissimi fundi. pro Rosc. Amer. 60. a

Nobilitas.

Nobilitas, blanda conciliatrix. pro Sest. 15

Vera nobilitas magnam vim habet. Postquam. 209. b

Fautor nobilitatis Roscius. pro Rosc. Amer. 9. a

Semper enim (vt scitis) studiosus nobilitatis fuit. 4. Acade-
 micarum quæst. 224. a. De Democrito.

Ad memoriam laudum domesticarum, & ad illustrandam
 nobilitatem suam. de Clar. Orat. 31. a

In eo ipso in quo prædicationem nobilitatẽque despiciunt,
 prædicari de se ac nominari volunt. pro Arch. 20. a

Per tuam nobilitatem, per vestram familiam, per tuas sta-
 tuas. de Orat. 131. b

Genere ac nobilitate, suæ ciuitatis facilè primus. pro Rosc.
 Amer. 9. a

Florebat nobilitate discipulorum Isocrates. 3. de Orat. 78. a

Præstantes nobilitate familia. 1. de Diuinat. 51. a

Omnes boni semper nobilitate præstantes. pro Sest. 7. b

Nobilito.

Quid poetæ, nonne post mortem nobilitari volunt? Tusc.
 quæst. lib. 1. 27

Multitudine rerum gestarum nobilitari. in Partit. 21. a

Nobilitatus.

Neque enim ex te vnquam es nobilitatus, sed ex lateribus
 & lacertis tuis. de Senect. 25. a

Nobilitatus multitudine rerum gestarum. Partit. 23. b

Testis est Phalaris, cuius est præter cæteras nobilitata cru-
 delitas. 2. Offic. 35

Speçtata & nobilitata Lacedæmoniorum virtus. pro Flac-
 co. 49. a

Quod etiam si nobilitatum non sit, tamen honestum non
 sit. Offic. 4. b

Clari & nobilitati labores. 2. Tusc. q. 104. a

Nobilitata spatia Academia. 5. de Finib. 2. a

Nobiscum.

Cum illis dicitur, cum autem nobis non dicitur, sed nobis-
 cum, quia obscenius concurrerent literæ. Orat. 211. b

Quàm nobiscum male agatur. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 72

Noceo.

Quid nocet? 15. ad Att. 23

Qui aliis nocent, vt in alios liberales sint, in eadem sunt in-
 iustitia, vt si ipsi in suam rem alienam conuertant. Offic.
 ciorum. 1. 65

Hoc nulla in re vnquam quicquam nocuit. de Inuent. 54. b

Nec si grando quippiam nocuit, id Ioui fuit animaduerten-
 dum. de Nat. d. 77. b

De quo nihil nocuerit, si aliquid cum Balbo eris locutus.
 Att. lib. 12. 61

Eodem modo constitutum est, vt non liceat sui commodi
 causa nocere alteri. 3. Offic. 28

Et non audeat cuiquam aut dicto proteruo aut facto nocere.
 de Finib. lib. 2. 41

Mihi nihil iam ab istis noceri potest. in Cat. 71

Confirmat his curaturus se esse, ne quid ei per filium suum
 noceret. 4. Verr. 67. a

Arma alia ad nocendum, alia ad tegendum. pro Cec. 296. b

Declinare ea quæ nocitura videantur. Offic. 3. b

Nocens.

Innocens, si accusatus sit, absolui potest: nocens nisi accu-
 satus fuerit, condemnari non potest. pro Sext. Rosc. 27. &
 ad Herennium. 34. b

Reus nocens. pro Murena. 135. b
 Turpis & nocens vita. Antequam iret in exil. 3. a
 Orator qui scelus fraudemque nocentis possit subiicere o-
 dio ciuium. de Orat. 102. b
 Ita habendum est religioni, nocentem aliquando & nefa-
 rium, impiūque defendere. 2. Offic. 72
 Nocentes & pecuniosi rei. Partit. 124. b
 Omnes optimates sunt, qui neque nocentes sunt, nec natu-
 ra improbi. pro Sextio. 84
 Nec antē turpes iudices quæsi, quā honestis iudicibus
 nocentium salus desperata est. 5. Philip. 175
 Vites à caulibus vt à pestiferis & nocentibus refugere di-
 cuntur. de Nat. d. 50. b
 Se auarissimi hominis cupiditati satisfacere posse, nocentif-
 simæ victoriæ non posse. 2. Verr. 26

Noctu, Nocturnus, Vide Nox.

Noctua.

Ego te libenter, vt rogas, quibus rebus vis adiuuabo, & tibi
 versus, quos rogas, hoc est Athenas noctuam mittam.
 Quint. frat. lib. 2. 16. 14. a

Nodus.

Qui numerus rerum omnium ferè nodus est. Som. Scip. 18
 Cæsari nullus honos à Senatu habeatur, dum hic nodus ex-
 peditur. At. lib. 15. 46. Id est, dum hoc negotiū conficitur.
 Maximus autem (nisi me fortè fallit) in Rep. nodus est in-
 opia rei pecuniariæ. ad Brut. 59

Æternum ex astris cupiens connectere nodum. 2. de Natura
 deorum. 163. a

Incideramus enim in difficilem nodum. Cælius ad Cicero-
 nem. lib. 8. 32

Quasi nodum ac vinculum tertium aliquid requirunt om-
 nia duo ad cohærendum. de Vniuers. 15

Atque etiam mihi quidem videntur, qui vtilitatis causa sin-
 gunt amicitias, amabilissimum nodum amicitiae tollere.
 de Amicit. 47. a

His igitur singulis versibus quasi nodi apparent continua-
 tionis, quos in ambitu coniungimus. in Orat. 129. a

Orbes vincti inter se, & nodis cælestibus apti. de N. d. 48. b

Gallus in scuto pictus, sub nodis distortus, eiecta lingua,
 &c. de Orat. 133. b

Nodus cælestis.

Atque vna tandem in stella communiter hærent,
 Quam veteres foliti cælestem dicere nodum. in Arat. 2. a

Nola, oppidum. de Clar. Orat. 165. b

Nolanus.

Fundus nolanus. ad Att. 126. & Offic. 7. b

Nolo.

Cui qui nolunt, iidem tibi non sunt amici. epist. 2. b

Noluit miserè. 12. fam. 20. in epist. Cassii.

Euolare altius certè noluerunt. epist. 7. b

Nolet hoc temporis, &c. epist. 84. b

Noli putare me quicquam maluisse, quā vt mandatis tuis
 satisfacerem. Att. 84. b

Noli putare quenquam, &c. de Clar. Orat. 175. b

Quare nolite existimare, &c. de Orat. 126. b

Nolite existimare eos qui, &c. non expectare huius exitum
 iudicii. pro Flac. 166. b

Nolite enim putare, quemadmodum in fabulis, &c. in Pi-
 sonem. 89. & pro Sext. Rosc. 29. b

Nollem abortum illius. 14. ad Att. 44. Id est, ægrè fero.

Imprudens huc incidi iudices: emit enim: non abstulit: nol-
 lem dixisse. 6. Verr. 38. a

Quod quidem nollem. 13. fam. 21

Vt quum tabulas nouo magistro traderem, exempla litera-
 rum ipsi habere non nollent. 4. Verr. 131. a

Si erit (quod nolim) accersendus. Att. 114. b

Cui is se non nolle dixisset. de Orat. 115. b

Nolle iudicium. 4. ad Att. 13

Eum id non nolle. 13. ad Att. 13. pro, velle, & gratum illi esse.
 Libenter etiam copulando verba iungebant: vt fodes, pro si
 audes, &c. nolle, pro non velle. in Orat. 86. a

Nomen.

Nomen est, quod vnicuique personæ datur, quo suo quæ-

que proprio & certo vocabulo appellatur. de Inventionē,
 lib. 1. 51

Hæc spirabilis natura cui nomen est aer. de Nat. d. 44. b

Fons, cui nomen Arethusa est. in Verr. 227. b

Eique morbo nomen est auaritia. Tusc. 214. b

Hæc exornatio cui licentiæ nomen est. ad Heren. 35. b

Cui nomen Neniæ. de Leg. 182. b

Sext. Clodius cui nomen est Phormio. pro Cecin. 290. b

Saltatio, cui saltationi Tytius nomen est. de Clar. Orat. 185. b

Cum ambulandi causa in Lycæum venissemus, nam id su-
 periori gymnasio nomen est. de Diuin. 81. b

Cuius ne nomen quidem proditum est. Tusc. q. lib. 1. 90

Nomen erat Sestertius x x x. epist. 75. b

In hisque primū ipsius Pythagoræ, deinde postea Pytha-
 goræorum tantum nomen esset. Tusc. q. lib. 4. 2

Cum venicū cuiusquam nomen esset delatum. de Inuen-
 tione, 69. b

Et sit eius nomen, quā Solonis, illustrius. Offic. 1. 105

Quoniam Neptuam è nando appellatum putas, nullum
 erit nomen quod non possis vna litera mutata explicare
 vnde ductum sit. de Nat. d. 72. b

In insula quæ est in Fibreno (nam opinor illi alteri flumini
 nomen esse, &c. de Legib. 169. b

Nomen quum dicimus, cognomen quoque & agnomen in-
 telligatur oportet. 2. de Inuent. 140. a

Nomen certum beneficii. 7. fam. 15

Nomen consulare. pro Planc. 14

Grauiissimum & sanctissimum pietatis nomen. Lentulo, li-
 bro 1. 9. 1. a

Nomen imperatorium captans. 11. fam. 7. in epist. D. Bruti.

Nomen inane. Tusc. q. lib. 1. 18

Nomen inauditum. de Finib. lib. 3. 12

Nomen inuidiosum & infamiæ subiectum. de Fin. lib. 2. 9

Leue hoc nomen h. s. c. c. l. i. i. sunt. pro Quin. Rosc. 45. b

Huius magnum nomen in patronis fuit. de Clar. Or. 186. b

Nomen nostrum in gratia erat. 5. ad Att. 40

Proprium & verum nomen nostri mali. pro Lig. 10. a

Nomen tantum repudiatum, res manebit. 3. de Leg. 17

Nomen Græcum tritum pro Latino. 2. de Nat. d. 67

Ex quo amicitiae nomen est ductum. de Nat. d. 185

Hic nomen honoris adeptus est, non honorè. de Clar. 191. b

Nomen imperii, quo appellor. epist. 25. b

Impudentiæ nomen fugiendum. 1. de Orat. 60. a

Et clarissima voce se nomen Oppianici, si interfectum M.
 Aurium comperisset, delaturum esse testatur. pro Clu. 17. a

Qui sibi delationem nominis & capitis periculum osten-
 tarat. pro Cluent. 18. a

Nominis diem petere. pro Quint. 50

Nominis dignitatem videtur, cum à re ipsa descisceret, reti-
 nere voluisse. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 64

Quas adoptiones, sicut alias innumerabiles, hæreditates
 nominis, pecuniæ, sacrorum secuta sunt. pro Dom. sua. 28

Curasti enim vt plus additū ad memoriam nominis nostri,
 quā ademptū de fortuna videretur. ad Lent. lib. 1. 7. 28. a

Sustineda tamen (si tibi videbitur) solutio est nominis Cere-
 liani, dū & de Metione & de Faberio sciamus. 12. ad Att. 65

Quis enim tam inimicus penè nomini Romano est, qui
 Ennii Medeam, aut Antiopam Pacuuii spernat? 1. de Fini-
 bus, 7. a

Nomen accipere. 2. de Inuent. 164

Nomen asciscere tyranni. ad Brut. 47. in epist. Bruti.

Multa perniciosè, multa pestiferè sciscūtur in populis, quæ
 non magis legis nomen attingunt, quā si latores aliqua
 concessu suo sanxerunt. 2. de Leg. 21. a

Aut tu illum fructu fallas, aut per literas

Auertas aliquod nomen, aut per seruolum

Percutias pauidum. 3. de Nat. d. 103. a

Nomen suum alicui commodare ad translationem crimi-
 nis. 6. Verr. 82

Nomen amplissimum consequi. 1. ad Quint. frat. 33

Dare nomen familiæ alicui. pro Domo sua, 91. a

Quem in numerum nemo nomen dedit, nisi scelere perdi-
 tus. pro Domo sua, 90

Pacilius ait, si liceret, nomen absentis deferre se velle. 4. Ver-
 rinarum, 66. a

Nomen de aliquo crimine deferre. pro Rosc. Am. 16. & 39

Nomen dissoluere. pro Planc. 55

Ego autem meis rebus gestis hoc affectus sum, vt bonum
 nomen existimer. Sextio, lib. 5. 6. 7. a

Reliquum est, si Faberius nobis nomen illud explicat, nil
 quærere quanti. Att. lib. 13. 284. 3. a

Nomen facere. 3. in Verr. 65

Cum ea non reperiantur, quæ voluptatis nomen habent.
 pro Mur. 127. b

Sed res habebat nomen hoc apud illos, non hic imposuerat.
 pro Rab. 127. b

Magnum nomen in oratoribus habuerunt. in Orat. 11. a

Verum qui omnino nomen habuerint, non ita multi fue-
 runt. de Clar. Orat. 187. b

Huic prædæ ac direptioni cellæ nomen imponis. in Ver-
 rem, 173. b

Quod enim leuius huic leuitati nomen imponam? Tuscul.
 quæst. lib. 1. 78

Imponere nomen nouis rebus. 3. de Finib. 4. a

In nomen suum sermones erumpere sensit. 1. ad Q. frat. 36

Nomen inficiari. pro Quint. 50

Quid ergo? Aius iste aiebat & loquebatur, & ex eo nomen
 inuenit. de Diuinat. 123. b

Aristolochia, quæ nomen ex inuentore inuenit. de Diu. 86. b

Quod ad eius litui, quo canitur, similitudine nomen inue-
 nit. de Diuinat. 86. b

Vt Neoptolemus ad Troianā, sic Nummitus diuisor in cam-
 po Martio nomen inuenit. de Orat. 132. b

Inuenit nomen diuinitate loquendi Theophrastus. in Ora-
 tore, 34. a

Nomen mutare mulieris testamento. 7. ad Att. 31

Nomen honoris obtinere. 10. Philip. 272

Per nomen alicuius alicui nocere. in Vat. 4

Omnis casus in quo nomen poni solet calamitatis. Tuscul.
 quæst. 208. b

Nomen suū dialectici pronūtiare non possunt. 2. ad Her. 49

Cuius absentis nomen receperit? 4. Verr. 76. a

Palàm de sella ac Tribunali pronuntiat, si quis absentem
 Sthenium rei capitalis reum facere vellet, sese eius nomē
 recepturum. 4. Verr. 65

In tabulas nomen referre. 3. Verr. 71. a

Salaminius autem (hos enim poteram coercere) adduxi, vt
 totum nomen Sceptio vellet soluere. Att. lib. 6. 113. 11. a

Vtrum igitur peccato meo exulis nomen subeo, an re iudi-
 cata: pro Domo sua, 57. a

Nomen honoris sustinere. 7. Philip. 220

Qui re omisā nomen tantum tenent. Diuin. lib. 1. 28

Traxit nomen à Marte legio Martia. 4. Philip. 155. a

Nomen transferre ab vno ad alium. 5. fam. 56

Vtrum igitur me cōturbare oportet: an cæteris, cum cuius-
 que dies venerit, hoc nomen quod vrget, nunc cum peti-
 tur, dissoluere? pro Planc. 273. b

Nomine aut suspicione crimen agnoscere. pro Planc. 24. b

Nomine alicuius perire. pro Domo sua, 94. & in Vat. 6. Id
 est, propter aliquem.

Gratulari alicui alterius nomine. 1. Philip. 22. a

An alio nomine, alia de causa abstulisset? pro Quint. R. 51. b

Hoc à te peto non solum Reipublicæ, sed etiam amicitiae
 nostræ nomine. Cassius Cic. lib. 12. 12. 9. a

Appellare aliquem nomine. de Orat. 105. b

Nam aut bono nomine centesimis contentus erat, aut non
 bono quaternas centesimas sperabat. 5. ad Att. 54

Vt primus miles fiat bono nomine. Diuin. lib. 1. 87

Imperare nomine classis pecuniā ciuitatibus. pro Flac. 20. a

Nomine comitiorum. 2. in Verr. 14. Id est, propter comitia.

Damnari coniurationis nomine. 7. Verr. 9. a

Cuius ego nomine ipso recreor. Som. Scip. 2

Adire ad arbitrum de nomine alicuius. pro Rosc. Com. 7. a

De nomine minus laborandum, cum intelligitur quid si-
 gnificetur. Topic. 18

Viri nomine & memoria dignus. 2. de Inuent. 114. a

Digni nomine pauci in dicendo euadunt. de Claris Orato-
 ribus, 166. a

Dotis nomine, omnia vxoris, viri fiunt. in Topic. 10. a

A me nomine eius quod inficiatus esset, diem petiuit. pro
 Quint. 13. b

Nam ego eo nomine sum Dyrhachii hoc tēpore, vt quam-
 celerrimè quid agatur audiam. 14. fam. 8

Sed & illi turpe arbitror eo nomine quod satisfato debeat,
 procuratores eius non dissoluere. Att. 261. b

Is nomine hæredis arbitrium familiæ herciscundæ postu-
 lauit. pro Cecin. 288. b

Alter Cherefratus: nam, vt opinor, hoc nomine est. pro R.
 Amer. 26

Quid est quod tu cum fortuna hoc nomine queri possis?
 epistolarum, 50. b

Honesto & probabili nomine errorem obiici cuipiam. pro
 Cecinna, 298. b

Acquiescere in nomine alicuius. 3. de Finib. 9. a

Quoniam illud maiorum vigiliarum munus in tuo nomi-
 ne apparuit. Parad. 5

Erat in magno nomine & gloria. Diuinat. lib. 1. 31

Scelus tu illud vocas Tubero? cur? isto enim nomine illa
 adhuc causa caruit. alii errorem appellant, alii timorem:
 qui durius, spent, cupiditatem, odium, pertinaciam: qui
 grauissimè, temeritatè: scelus præter te adhuc nemo. pro
 Ligario, 10. a

Quod ad me Lentuli nomine scripsisti, locutus sum cum
 Cincio, &c. Quint. frat. 307. b

Hi, quos qui leuiore nomine appellant, percussores vocant.
 pro Sext. Rosc. 34. b

Cicero mihi meritò, & meo nomine, & Reipub. charissimæ.
 Attico, 175. b

Meo nomine illis literas conscribas. 11. ad Att. 8

Cui te meo nomine inimicum esse nolo. 10. ad Att. 5

Neque isti me meo nomine interfici volunt, sed, &c. pro
 Murena, 143. b

Ab amicitia Q. Pompeii meo nomine se remouerat, vt sci-
 tis, Scipio. de Amic. 66. a

Qui enim ille ad conciones confugisset, in hisque meo no-
 mine ad inuidiam vteretur, dii immortales, quas ego pu-
 gnas & quantas strages edidi? Att. lib. 1. 11. 2. a

Eum quicum bellum geras, tam molli nomine appellare.
 Offic. 1. 57

Quamquam me nomine negligentiae suspectum tibi esse
 doleo, tamen, &c. 2. fam. 1

Flauius h. s. c. c. l. i. i. Panurgi nomine Fannio dissoluit.
 pro Quint. Rosc. 52. b

Omni totius prouinciæ pecore compulsio pellium nomine.
 in Pis. 98. b

Qui nunc populi Romani nomine, re autem vera scelera-
 tissimo latrocinio conantur, &c. epist. 4. b

Portorii nomine aliquid exigere. pro Font. 8. a

Nam ea dicta appellantur proprio iam nomine. Orat. 129. b

Qui proprio nomine perduellionis est, is hostis vocabatur,
 lenitate verbi, tristitiam rei mitigante. Offic. 8. b

Quamquam omnis locutio oratio est, tamen vnius oratoris
 locutio hoc proprio signata nomine est. Orat. 102. b

Pecunias, quo nomine iudicium hoc appellatur, non repe-
 tunt. in Verr. 261. b

Quo nomine etiam G. Furnio, &c. mandata dedimus. epi-
 stolarum, 148. b

Id mihi tu C. Verres eripuisti atque abstulisti: quo nomine
 abs te sestertiū millies ex lege repeto. 1. Verrinar. 10. a. &
 3. 27. a

¶ Annes hi abs te capitis C. Rabirii nominè citantur. pro
 Rab. 97. b

Non tam tuo, quā Reip. nomine. in Vatinius, 6. a

Non tam solido, quā splendido nomine. de Finib. 1. 48

Nomine suo quaque rem appellare placet Stoicis. 9. fam. 51

Suo nomine bellare. 6. Verr. 64

Etenim, credo, bellum Pop. Rom. suo nomine indixit: 2. in
 Catil. 35. a

Nec fortitudinè, patiētiamque

Res suo nomine in iudiciū nunquā est vocata. pro Clu. 70. a
 Brutus vir tanto nomine. de Clar. Orat. 176. b
 Mihi & gratias agebant boni viri, & nomine tuo gratulabantur. in Ant. 158. b
 Equidem ex tuis literis intellexi, & iis, quas nomine tuo scripsisti, & quas commugiter cum aliis. 11. ad Att. 7
 Quod quasi vasarii nomine adscriperas. in Pis. 98. b
 Præsertim talis viri nomine rogatus. pro Mur. 140. b
 Scitote quosdam homines, hunc quem sciunt improbitissimum hominem, hoc vno nomine absolui velle, vt, &c. in Præf. Urbana, a
 Lege Hieronica iudicia plurimarum controuersiarum sublata vno nomine omnia. 4. Verr. 23. a
 Vti nomine. pro Rab. Posth. 17. a
 Nomina tanquam rerum notæ sunt. de Finib. lib. 5. 67
 Nomina an suæ pecuniæ loco censeantur. Top. 8
 Appius Gabinium accusauit maiestatis, nomina data. 3. ad Quint. frat. 19
 Nomina facta ac noua. de Finib. lib. 3. 41
 Nomina noua rebus nouis sunt ponenda. de Nat. d. 1. 33
 Tamen ista vestra nomina nunquam sum admiratus. epistolarum, 36. b
 Nominum attributio. 16. ad Att. 9
 Ex Africa tantum hic exhaufit, quantum potuit aut fide nominum traici, aut in naues contrudi. in Salust. 11
 Omnes nomina dant. in Ant. 211. b
 Nullus vsquam delectus, &c. nec nomina dant. Att. 115. b
 Si quidem non modò nomina deferunt inter se sodales, sed etiam commemorant sodalitatē in accusando. pro Cæl. 19. a
 Quum per eos dies, per quos causam Dio diceret, reperiretur pecunias sumpsisse mutuas, nomina sua exegisse, &c. 3. Verr. 19
 Nomina mea per deos expedi: exolue. bella reliqui. 16. ad Atticum, 17
 Facit nomina, negotium cōficit Caninius. 3. Off. 77. 7. fa. 40
 Nomina rebus imponere, summæ sapientiæ Pythagoræ visum est. Tusc. q. lib. 1. 50
 Qui hæc rebus nomina posuerunt. Tusc. q. lib. 3. 8
 Pronuntiare nomina aliquorū magna voce. Luc. li. 5. 12. 31. a
 Parua nomina in codicem non referre. pro Quint. 2. a
 Hæc pactio non verbis, sed nominibus & percriptionibus, &c. 4. ad Att. 53
 Bonis nominibus, qui hostias ducerent, eligebantur. Diuin. lib. 1. 86
 Moritur C. Quintius, qui tibi, vt ais, certis nominibus grandem pecuniam debuit. pro Quint. 20
 Ex omni pecunia, quam aratoribus soluere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant: primum prospectatione & collybo, deinde pro nescio quo cerario. 5. Verrinarum, 155. a
 De nominibus imponendis multa. de Finib. 93. & 90. b
 Nominibus differre, rebus congruere. Academ. quæst. ed. 2. lib. 1. 12. & 16
 Nominibus duci. pro Planc. 14. Id est, nobilitate.
 Horum nominibus tot virorum atque tantorum expositis. Academ. q. ed. 1. lib. 2. 14
 His nominibus solis Cn. Dolabellæ festertium ad tricies licet esse æstimatam. 3. Verr. 67. a
 In nominibus esse, & in tabulis deberi. Topic. 222. b
 Pecuniam alicuius esse in nominibus, numeratam non habere. in Verr. 238. b
 Illa lætioribus nominibus ab eo appellari, quam à nobis, hæc tristioribus. de Finib. lib. 4. 60
 Inspeciebamus Syracusis à Carpinatio confectas tabulas societatis, quæ significabāt multis nominibus eos homines, versuram à Carpinatio fecisse, qui pecuniam Verri dedissent. 4. Verr. 135. a
 Quauis enim multis nominibus est hoc vitium notadum leuium hominum atque fallacium, ad voluptatem loquentium omnia, nihil ad veritatem. de Amicit. 76. a
 Dicæarchus multis nominibus Græcos in eo reprehendit, quod mare tam secuti sint. Att. 90. b
 Notare aliquid multis nominibus. de Amic. 113. b

Si hoc crimen optimis nominibus denegare possumus, pro Fonteio, 7. a
 Cūm æris alieni aliquantum esset relictum, quibus nominibus pecuniam Romæ curari oporteret. pro Quint. 3. b
Nomino.
 Ego autem neminem nomino: quare irasci mihi nemo poterit, nisi qui antè de se voluerit confiteri. pro L. Man. 26. a
 Quas, vt æquum est, familias honestatis, amplitudinisque gratia nomino. pro Sext. Rosc. 19. b
 Vir clarissimus & fortissimus L. Sylla, quem honoris causa nomino. pro Sext. Rosc. 19. b
 Quem vt ipsius dignitas poscit, honoris gratia nomino. pro Quintio, 14. a
 Ex omnibus philosophis Stoici plurima nominauerunt. de Finib. 99. b
 Vbi nominabit Phædrum, tu Pamphilam continuo. ep. 15. b
 Quem vobis de conuentu Syracusanorum virum bonum nominato, producam. 6. Verr. 49. a
 Is Pansæ locum petere constituit: eam nominationem à te petimus: neque coniunctiori dare beneficium, quam nos tibi sumus: neque digniore nominare potes, quam Bibulum. Brutus ad Ciceronem, 7. 2. a
 Nominare in demortui locum eum qui petat. 1. ad Her. 20
 Nefas habent Mercuriū nominare Ægyptii. 2. de N. d. 76. a
 Suo certo ac proprio vocabulo rem aliquam nominare. pro Cecinna, 37. a
 Attulit in cauea pullos is, qui ex eo nominatur pullarius. de Diuinat. 173. b
 Ab aliis iidem pedes aliis nominantur vocabulis. Ora. 217. b
 Qui tum optimates nominabantur. epist. 14. b
 Nam ei fordidum erit ad famam committere, vt accusator nominetur. Offic. 43. b
 Res ipsa, in qua vis inest maior aliqua, sic appellatur, vt ea ipsa vis nominetur deus. de Nat. d. 38. b
 Ergo ego committerem, vt proditor Reipub. nominarer: pro Planc. 278. b
 Vt hoc latrocinium potius, quam bellum nominaretur. in Cat. 102. b
 Multi à me summi atque ornatissimi viri prædicarētur, quorum partim nimia libertas in adolescentia, partim profusa luxuries, magnitudo æris alieni, sumptus, libidines nominarentur. pro Cæl. 34. a
 Prædicari de se & nominari volunt omnes. pro Arch. 20. a
 Deinde ex maiore parte plerasque res nominari, etiā si qua pars abesset. Tusc. q. lib. 5. 17
 Vt enim ceteri ex patribus, sic hic qui illud lumen progenit, ex filio est nominandus. 3. Offic. 86. a
 Ego vestros patres P. Scipio, tuque Cai Læli viros clarissimos, mihi que amicissimos viuere arbitror, & ea quidem vita, quæ est sola vita nominanda. de Senect. 69. a
Nominatus.
 Amor enim (ex quo amicitia est nominata) princeps est ad benevolentiam coniungendam. de Amic. 16. a
 Quid illa Attalica, tota Sicilia nominata, ab eodem Heio peripetasmata emere oblitus es? 6. Verr. 26. a
 Tertia est vrbs, quæ quod in ea parte Fortunæ fanum antiquum fuit, Tyche nominata est. 6. in Verr. 106. a
 Atqui in Aristippo Cyrenaici atque Annicerii philosophi nominati, omne bonū in voluptate posuerunt. 3. Of. 158. a
 Multique alii qui sunt nominati sophistæ. de Orat. 200. b
 Fit obuiam ei multitudini casu C. Curio: quem ego hominem honoris potius, quam contumeliæ causa nominatum volo. 2. Verr. 11. a. Id est, quod nomen eius efferro, id non ei contumeliosum erit.
Nominatim.
 Cūm appellantur à multitudine mulieres nominatim. 7. Verrin. 74. a
 Tanta erat in illis crudelitas, tanta cum Barbaris gentibus cōiunctio, vt non nominatim, sed generatim proscribitur esset informata. 11. ad Att. 10
 Cui in custodia nominatim dati sunt. in Cat. 119. b
 Posthumus autem, de quo nominatim Senatus decreuit, vt statim in Siciliam iret, &c. 7. ad Att. 134. 2. a

Quum per eos dies Senatus de annona haberetur, &c. multitudinēque à me nominatim, vt id decernerem postularer, feci, & accuratè sententiam dixi. Att. lib. 4. 70. 8. a
 Quicquid enim est in prædio vitii, id statuerunt, si venditor sciret, nisi nominatim dictum esset, præstari oportere. 3. Officiorum, 85
 Nominatim illū exciperet, quod sanè nollem. poterat enim sine nomine, re ipsa excipi. 11. ad Att. 14
 Excludi nominatim honore aliquo. 2. de Leg. Agr. 63. a
 Nominatim de me sibi imperatum dicit Antonius, nec me tamen ipse adhuc viderat. Att. lib. 10. 204. 1. a
 Nominatim nihil tibi mando. 3. ad Att. 33
 Nominatim tibi signa mihi nota mandassem, si probassem. ad Gallum, lib. 7. 24. 6. a
 Furta quoque istius permulta nominatim ad socios perscripserat. 4. Verr. 123. a
 Persequitur nominatim omnes voluptates Epicurus. 1. de Nat. deor. 154. a
 Quasi verò mihi difficile sit quauis multos nominatim proferre (ne lōgius abeam) vel tribulēs, vel vicinos meos, &c. pro Rosc. Amer. 26. a
 Sed duo quæ te nominatim rogo, primum, vt si quid tibi, &c. 13. famil. 49
 Mos est Syracusis, vt si qua de re ad Senatum referatur, dicat sententiam quid velit, nominatim nemo rogatur. 6. Verrinarum, 124. a
Nominatio.
 Nominatio est, quæ nos admonet, vt cui rei nomen aut non sit, aut satis idoneum non sit, eam nosmet idoneo verbo nominemus, aut imitationis, aut significationis causa. 4. ad Heren. 195
 Bibulus in Pansæ locum petere constituit: eam nominationem à te petimus. Brutus ad Ciceronem, 17
 In quo ego quæ, vt quod à patre accepi, filio reddam, mea nominatione cooptabo. 13. Philipp. 351
Nomenclator.
 Ad urbem ita veni, vt nemo vilius ordinis homo nomenclatori notus fuerit, qui mihi obuiam non venerit. ad Atticum, lib. 4. 70. 3. a
 Ne nomenclator solum, sed amicus etiam bonus esse videare. de Petit. Consul. 21
 Legi epistolam, quam ipse scripsisse Sylla nomenclator dictus est. ad Q. frat. 301. b
 Nomenclator Romanis petentibus vsitatus. pro Mur. 70
 Quid, quod habes nomenclatorem? pro Mur. 70. a
Nomenclatio.
 Ea desiderat nomenclationem, blāditiam, affiduitatem, benignitatem, rumorem, spem in Republica. de Pet. Cōf. 27
 Græci hoc diligentius: apud quos νομοφύλακες creantur: nec hi solum literas (nam id quidem etiam apud maiores nostros erat) sed etiam facta hominum obseruabant, ad legesque reuocabant. 3. de Legib. 40
Non.
 Cognitorem ascribit Sthenio: quem cognatum aliquem aut propinquum? non. 4. Verr. 73. a
 Nec verò dubitet agricola, quauis senex, quærētī cui serat, respondere, diis immortalibus, qui me non accipere tantum à maioribus voluerunt, sed etiam posteris prodesse. de Senect. 22. a
 De die nihil sanè potest scribi certi, præter hoc, non ante lunam nouam. Att. lib. 10. 195. 17. a
 Græcos verò ita non ames, &c. 7. famil. 3. pro, oderis.
 Quod equidem non amisi adhuc, & videtis annos meos. de Senectute, 25. a
 Non ager Picenus amissus: non patefactum iter ad urbem: ad Atticum, 120. b
 Non attingunt ea legis nomen. 2. de Legib. 11
 Non cogere omnia vt ac minis, sed persuadere aliquid. 2. de Legibus, 12
 Non continuo, si me in gregem sicariorum contuli, sum sicarius. pro Rosc. Amer. 57. a
 In quo leuiter apparet claudicatio nō deformis. de N. d. 1. 58
 Quid enim tam absurdum, quam delectari multis inanibus

rebus, vt honore, vt gloria, vt ædificio, vt vestitu, cultuque corporis: animo autem virtute prædito, eo qui vel amare, vel (vt ita dicam) redamare possit, non admodum delectari de Amicit. 45. a
 Quid enim interest, moru animi sublato, non dico inter pecudem & hominem, sed inter hominē & saxum, aut truncum, aut quiduis generis eiusdem? de Amicit. 44. a
 Vt ea non dicam comprobēs, sed studiose libenterque comprobēs. Att. 164. b
 Non dicam. ad Brut. 43. in epist. Bruti. pro, ne dicam.
 Non dicam ne illud quidē si maximè in culpa fuerit Apollonius. 7. Verr. 16. a
 Illi nō dubitat, quin ea vera sint quæ defendūt. 4. Acad. 16. a
 Itaque & prouinciam ornatam, & spem non dubiam triumphi neglexi. ad Catonem, lib. 15. 4. 40. a
 In mancipio vendendo dicendane vitia: non ea, quæ nisi dixeris, redhibeatur mancipium iure ciuili. 3. Offic. 123. a
 Non enim si mūdus nullus erat, sæcula non erāt. de Nat. 1. 16
 Non est, non est in hoc homine cuiquam peccandi locus. 3. Verrinarum, 6. a
 Non est cunctandum profiteri. de Vniuers. 11
 Non est ita Iudices, non est profecto. pro Flac. 42. a
 Non erat nec recentior, nec melior. 9. ad Att. 52
 Non esse quæ dicantur. Topic. 12
 Quod non ferè contingit nisi iis qui etiam contemnendos se arbitrantur. de Amicit. 63. a
 Denique ex bellica victoria, non ferè quenquam est inuidia ciuium consecuta. pro Sest. 42. a
 Non ferè quisquam nostræ industriæ fauet. 7. Verr. 143. a
 Domum suam istum non ferè quisquam vocabat. pro Rosc. Amer. 31. a
 Non fani, sed duelli instrumenta æs atque ferrū. 2. de Leg. 43
 Non floreret tā diu memoria Attii Nauii nomē. 2. de Leg. 34
 Non igitur vtilitatem amicitia, sed vtilitas amicitiam consecuta est. de Amicit. 48. a
 Sed more Romano quomodo homines non inepti loquuntur, probiore hominem, meliorem virum, prudentiorem esse neminem. ad Cæsarem, lib. 7. 5. 8. a
 Non inertissimus homo. 1. Verr. 37. a
 Non ita antiqua simulachra. 6. Verr. 98. a
 Non ita multum tecum fuit. 4. Verr. 34. a
 Non ita multis ante annis. pro Rosc. Amer. 38. a
 Non ita valde mouentur his homines mediocres. de Nat. deor. 1. 60
 Non iucundissimum. 4. famil. 35. in epist. Seru. Sulpitii.
 Ita priori posterius, posteriori superius non iungitur. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 43. Hoc est, aduersatur & repugnat.
 Homo non malus. 5. Verr. 87. a
 Non minimè commoueri. 6. Verr. 111. a. Id est, maximè.
 Hi sciunt hoc non modò à me petatum esse, sed ita sæpe, & ita vehementer esse petatum, vt, &c. 1. Verr. 8. a
 Eaque adhibeatur ad monendum, non modò aperte, sed etiam acriter, si res postulabit, &c. de Amicit. 41. a
 Nos autem in libris habemus non modò c o s s. à Prætoribus, sed ne Prætores quidem creati ius esse. Att. lib. 9. 180. 9. a. 4. Academic. 12. a
 Quos clientes nemo habere velit, non modò esse illorum clients. 2. Philipp. 104. a
 Quare talis improborum consensio, non modò excusatione amicitia regenda non est, sed potius omni supplicio vindicanda est. de Amicit. 40. a
 Contigit enim tibi, quod haud scio an nemini, vt summa seueritas animaduersionis non modò non inuidiosa, sed etiam popularis esset. Dolabellæ, lib. 9. 14. 15. a. 4. Acad. 13. a
 Gaudeo mihi de toto hoc ostento datam non modò iustam, sed etiam necessariam causam esse dicēdi. de Arusp. 245. b
 Militem non modò legionarium, sed ne auxiliariū quidem vllum quoquam misi. Pollio ad Ciceronem, lib. 10. 32. 14. a
 Nihil habui sanè nō modò multum, quod putarem nouandum in legibus. 3. de Legib. 19. a
 Qui duabus vrbus euersis inimicissimis huic imperio, non modò præsentia, verum etiam futura bella deleuit. de Amicit. 10. a

Nihil prætermiffum est quod non habeat sapientem excusationem, non modò probabilem. Att. lib. 8. 160. 2. a
 Horum ego summorum imperatorum non modò res gestas non antepono meis, sed ne fortunam quidem ipsam, qua illi florentissima, nos duriore conflictari videmur. ad Atticum, lib. 10. 195. 4. a
 Vt omnia subterfugere, non modò sapientiæ, sed etiam felicitatis diceret sibi videri. de Amicit. 34. a
 Non enim nescis quanti te faciam, & quòd pro veterrimo verissimoque amore omnibus tuis etiam minimis commodis, non modò tào bono gaudeam. Trebonius ad Ciceronem, lib. 12. 16. 2. a
 Sed vnum eiusmodi, quod nisi exercitus sciret, non modò Tironi dictare, sed ne ipse quidem auderem scribere. Att. lib. 13. 267. 1. a
 Cùm dialectici sic statuunt, omne quod ita disiunctum sit, quasi aut etiam, aut non modò verum esse, sed etiam necessarium. Acad. quæst. 24. b
 Non nemo etiam in illo sacrario Reip. in ipsa inquam curia non nemo hostis. pro Murena, 76. a. pro Quintio, 28. a. 4. Verrinarum, 10. a
 Quum esset non nemo in Senatu qui diceret non oportere. pro Lege Manil. 43. a
 Quod tamen fortasse non nollem, si possem ad otium. ad Cælium, lib. 2. 15. 8. a
 Nò operosius textile, q̄ mulieris opus menstruū. 2. de Leg. 43
 Non parum facetus scurra. pro Quint. 6. a
 Non pauca suis adiutoribus large, effulque donabat. pro Rosc. Amer. 14. a
 Non paulum nescio quid in rem suam conuertit. pro Rosc. Amer. 68. a
 Magnum opus est, egèque exercitatione nò parua. Læ. 16. a
 Non parum cognosse, turpe est, sed in parum cognito stultè & diu perseuerasse. 2. de Inuent. 17
 Non plus quàm Liguri, &c. 4. Verr. 13. a
 Non possum eius casum non dolere. Att. 173. b
 Quæ dirimi, nisi detestabili scelere non potest. de Amic. 27. a
 Non possunt omnes esse patricii: &c. pro Syll. 17. a
 Sed hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse. de Amicit. 16. a
 Non præfinio omnia tam restrictè vel hominum vitiis, vel subsidiis temporum victus. 2. de Legib. 44
 Non pudet igitur physicum? &c. de Nat. deor. 1. 58
 Sine lachrymis non queo dicere. de Amicit. 38. a
 Vt ab vrbe discessi, nullū adhuc intermissi diem, quin aliquid ad te literarum darem: nò quòd haberem magnopere quid scriberem, sed vt loquerer tecum absens. Att. lib. 7. 134. 1. a
 Magnæque pecuniæ coactæ sunt: non quòd iugerum numerum verè profiteri esset difficile, &c. 5. Verr. 31. a
 Vt sequens probabilitatem, vbicumque hæc aut occurrat, aut deficiat, aut etiam, aut non, respondere possit. Acad. 26. b
 Non sciebam. 12. fam. 40. in ep. C. Trebonii. pro, nesciebam. Non sciscam aliter rem maiorem vllam. 2. de Legib. 25
 Non secus hanc causam defendissem, ac si lege Habitus teneretur. pro Cluent. 114. a. Att. lib. 4. 83. 1. a
 Quia non sine magna causa sit neglecta amicitia. de Amic. 57. a. de Nat. deor. 2. 44
 Vultus me hercule tuos mihi expressit omnes, non solum animum ac verba pertulit. ad Cornificium, lib. 12. 29. 7. a
 Omnia memoria tenebat, non domestica solum, sed etiam externa bella. de Senect. 11. a
 Non solum effugiemus, &c. accedet nobis etiam illud, &c. in Verrem, 71. b
 Est enim munus eius non ingenii solum, sed laterum etiam & virium. a
 Plura ne dicam, tuæ me etiam lachrymæ impediunt, vestraque Iudices, non solum meæ. pro Cluent. a
 Ad quod est adhibenda actio quædam, non solum mentis agitatio. 1. Offic. 27. a
 Vestrum iam consilium est, non solum meum, quid sit vobis faciendum. Terentiæ, lib. 14. 14. 1. a
 Non solum quia nunquam deserunt, nec in extremo quidem tempore ætatis (quanquam id quidem maximum est) ve-

rùm etiam quia cōscientia bene actæ vitæ, multorumque benefactorum recordatio iucundissima est. de Senect. 8. a
 Literæ non solum quid Romæ, sed etiam quid in Republ. neque solum quid fieret, verum etiam quid futurum esset indicabant. Att. 29. b
 Habui non temporum solum rationem eorum, sed etiam naturæ. ad Lentulum, lib. 1. 9. 81. a
 Non tam vtilitas parta per amicum, quàm amici amor ipse delectat. de Amicit. 47. a
 Nec tamen omnium adolescentum, sed non proborum. de Senect. 33. a
 Nisi tanta temeritas, vt non procul abhorreat ab infania. pro Rosc. Amer. 41. a
 Quamobrem angor iste qui pro amico sæpe capiendus est, non tantum valet vt tollat è vita amicitiam, non plus quàm vt virtutes, quia nonnullas curas & molestias afferunt, repudientur. de Amicit. 45. a
 At hi quidem iam mortui sunt: non verò tam isti, quàm tu ipse nugator. de Senect. 25. a
 Nam sæpe satis est quid factum sit, dicere, non vt enarres quemadmodum sit factum. 1. de Inuent. 41. a

Nonæ.

O Nonæ illæ Decembres, quæ me Consule fuistis, quem ego diem verè natalem huius vrbis, aut certè salutarem appellare possum. pro Flacco, 79. a

Aliquid factum esse Nonis Februarii. pro Quint. 10. b

Nondum.

Nondum dico quàm hæc singula sint. 2. de Diuin. 24. a
 Nondum planè est expeditus. Att. lib. 4. 85. 13. a
 Quorum tamen ipsorum ad ætatem laus eloquentiæ perfecta nondum fuit. de Clar. Orat. 196. b
 Nondū satis constitui. Matio, lib. 11. 41. Id est, nondum mihi exploratum est.

Nonagesimus, Nonages, Nonaginta, Nongenti, Vide post Nouem.

Nonne.

Verum ita est vti dicis, te deicctum debeo intelligere, nonne? pro Cecin. 392. b
 Tu qui deos putas humana negligere, nonne animaduertis ex tot tabulis pictis, q̄ multi votis vim tempestatis effugerint, in portumque salui peruenerint? 3. de Nat. d. 127. a
 Nonne ita est? in Verr. 266. b
 Ex me quæstias nonne putarem. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 69
 Quum esset ex eo quæsitum, Archelaum Perdica filium, qui tum fortunatissimus haberetur, nonne beatum putaret? 5. Tuscul. 50. a
 Nonne publicè vindicarem? 7. Verr. 166. a

Nonnihil.

Nonnihil commoueor. pro Quint. 1. a
 Nonnihil pigmenta consumpsit. 2. ad Attic. 1
 Non quia bonum sit valere, sed quia sit nonnihilo æstimandum. 4. de Finib. 102. a

Nonnullus.

Nonnullum de alterius ingenio iudicium facere. 1. Ver. 24. a
 Nonnullum officium. 1. Philipp. 8
 Nonnulla in re forsitan consilium tuum emendare possum. pro Mur. 55. a
 Nonnulli isti faciunt imperitè. 1. de Legib. 3
 Etenim de cæteris sunt inter nos nonnulla communia. 4. Academic. 126. a. 5. Verr. 155. a

Nonnunquam.

Nonnunquam & aliquando. ad Octau. 330. b
 Sed quædam pestes hominum laude aliena dolentium, & te nonnunquam à me alienarunt, & me aliquando immutarunt tibi. Licinio, lib. 5. 8. 4. a
 At nonnunquam bonos exitus habent boni. 3. de Natura deorum, 127. a

Nonus, Vide Nouem.

Norbanus.

Norbanus, Scipio, c o s s. pro Quint. 12
 Cn. Norbanus, homo non acerrimus, nec fortissimus. 7. in Verrem, 6
 C. Norbanus Siciliam prouinciā administravit. 5. in Verr. 96

Norma.

Præscriptum, norma iuris, & formula iudicii. 2. de Orat. 95. a
 Plura homines iudicant odio aut amore, &c. quàm veritate aut præscripto, aut iuris norma aliqua, aut iudicii formula, aut legibus. de Orat. 124. b
 Norma legis est natura. 2. de Legib. 57
 Et primum M. Catoni vitam ad certam rationis normam dirigenti, & diligentissimè perpendenti mometa officiorum omnium, de officio meo respondebo. pro Mur. 2. a
 Nunquam ego dicam C. Fabritium, M. Curium, T. Coruncanum, quos sapientes maiores nostri iudicabant, ad istorum normam fuisse sapientes. de Amicit. 17
 Fontem omnium bonorum in corpore esse, hanc normam, hanc regulam, hanc præscriptionem esse naturæ. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 130
 Nec sunt hæc rhythmorum aut musicorum acerrima norma dirigenda. 3. de Orat. 105. a
 Naturali norma legem bonam à mala diuidere possumus. 1. de Legib. 65

Nos.

Illud nò dubito, quin si te mea summa erga te studia parum mihi adiunxerunt, Resp. nos inter nos conciliatura, coniuncturaque sit. Cic. filius ad Pompeium, lib. 5. 7. 4. a
 Ego enim ad eum scribam, vt tu ipse voles, de ea re nos inter nos locutos. Att. lib. 10. 195. 13. a

Nosmetipsi.

Sed vt nosmetipsi inter nos coniunctiores simus, quàm adhuc fuimus. Att. lib. 14. 311. 5. a
 Sed primum positum sit, nosmetipsos commendatos esse nobis. 4. de Finib. 42. a
 Nam & inter nosmetipsos vetus vsus intercedit, & Atticus nosster, & c. ad Sulpitium, lib. 13. 24. 1. a
 Sed discedamus à nosmetipsis, de sapiente loquamur. 4. Academic. 206. a

Noster.

Alienus autè noster cùm animo & beneuolentia, tum etiam imitatione viuendi. ad Q. frat. 291. b
 Noster amator. Att. 1. 71. pro, nostri amans, vel amatissimus. Sexte noster bona venia. pro Dom. 122. b
 Nostra ipsorum amicitia, &c. 6. fam. 48. in epist. Bithynici. Epeirum nostram putabimus. 10. ad Atticum, 19. Id est, vtemur vt nostra.
 Primum illud tempus familiaritatis ac consuetudinis, quæ mihi cum illo, quæ fratri meo, quæ C. Varroni cōsobrino nostro ab omnium nostrum adolescentia fuit, prætermittò. de Prouinc. Consul. 33. a
 Nostri simus dissimiles. 11. fam. 3. in epist. M. Bruti & Cassii. Quid enim nostra? ad Brut. 55. in epistol. Bruti. sub. interest. vel, quid nostra attinet. vel, quid ad nos?

Nostras.

Nostrates facetiæ. 9. famil. 31
 Anacharsis potuit pro nihilo pecuniam ducere, nostrates philosophi facere non potuerunt? 5. Tuscul. 130. a. Hoc est, nostræ sectæ.
 Putarène vnquam accidere posse, vt mihi verba deessent, neque solum ista vestra oratoria, sed hæc etiam leuia nostratia? 2. famil. 20
 Mirificè capior facetiis maximè nostratib⁹, præsertim quum eas videas primum oblitus Latio, tum quum in vrbem nostram est infusa peregrinitas. Pæto, lib. 9. 15. 4. a

Nosco.

Deus ille quem mente noscimus, atque in animi notione, tãquam in vestigio volumus reponere, nusquam prorsus appareat. 1. de Nat. deor. 55. a
 Si Cæsarem bene noui. Att. 141. b
 Si digitos tuos noui. Att. 83. b
 Sed si ego hos bene noui, literam, &c. pro Sext. Rosc. 27. b
 Noui intelligentiam vestram Iudices, non potest ita videri. de Inuent. 53. b
 Nosti cætera. de Finib. 79. & epist. 108. b
 Nosti genus, etiam expertus es fortasse. 11. ad Att. 18
 Nosti illas λέωδῆς. Att. 9. b
 Reliqua, quæ nosti ferenda. Att. 103. b

Is causã ignorat, seipsum propè nò nouit. pro R. Amer. 84. a
 Nostis extra portam Collinam ædem Honoris. de Leg. 182. b
 Non norunt funditus. de Nat. deor. 1. 62
 Qui nostrum vnumquenque optimè norunt. in Verr. 79. b
 Eho tu cognatum tuum non noras? Orat. 88
 Stilphonem inquam noueras? Orat. 88
 Cùm igitur Nosce te, dicit, hoc dicit, Nosce animum tuum. Tuscul. quæst. lib. 1. 43
 Scriberè plura, si rem, causamq; nossem. ad Cassiū, li. 12. 4. 5. a
 Atqui vereor, ne istam causam nemo noscat. de Legib. 158. b
 Et nimirum hæc habet vim præceptum Apollinis, quo monet vt se quisque noscat. Tuscul. q. lib. 1. 82. a
 Sapietia vna nos cùm cæteras res omnes, tum, quod est difficillimū, docuit vt nosmetipsos nosceremus: cuius præcepti tanta vis, tanta sententia est, vt ea non homini cuiquam, sed Delphico deo tribueretur. nam qui seipse norit, primum aliquid sentiet se habere diuinū, &c. 1. de Leg. 45
 Nouerit igitur hic, &c. Orat. 201. b
 Vt bona nostra norimus. ad Q. frat. 326. b
 Qui ciuitatis vestra non leges, non iura noritis. in Pis. 23. a
 Noscere animum, diuinum. Tuscul. quæst. lib. 1. 43
 Quo ad nosse potui. 10. fam. 53. in epist. Planci.
 Optimè vnumquenque nosse. 3. Verr. 11. a
 Quid quod sic loqui, nosse, iudicasse vetant, nouisse iubent, & iudicauisse? Orat. 88
 Omnes philosophiæ partes, atque omnia membra tum facillimè noscuntur, quum totæ quæstiones scribendo explicantur. 1. de Nat. deor. 14. a

Notus.

Notus omnibus improbitate & vitiis. pro Cluent. 35. a
 Quid tendit, quum efficere non possit, vt cuiquam qui ipse notus sibi sit, hoc est qui sui naturam sensumque perspexerit, &c. 2. de Finib. 26. a
 Notus & insignis latro. 11. Philipp. 196. a
 Notus satis sibi ipse & familiaris mundus. de Vniuers. 25
 Iam tibi Asia nota esse debet. Q. frat. 299. b
 Nota & nobilis mulier. pro Cæli. 23. a
 Nota, & apud omnes peruulgata res. 4. Verr. 59. a
 Nondum erat tibi id notum. ad Brutum, 14. 3. a
 Tum iudicium quod mihi erat notum, &c. Att. 244. b
 Calisthenis quidem vulgatum & notum negotium. Q. frat. lib. 2. 15. 4. a
 Volo igitur huic omnem bene dicèdi rationem notam esse. Orat. 207. b
 Hoc insigni aliqua & nota re notari volo. de Orat. 133. b
 Quæ notæ illustresque sunt. de Fin. lib. 4. 3
 Minus notæ, minusq; peruulgatæ laudes. Acad. q. ed. 1. li. 1. 7
 Notæ, restatæ, & manifestæ res. 2. Verr. 29. a
 Patent hæc, & nota sunt omnibus. pro Mil. 57. a
 Habent omnes philosophiæ notos & tractatos locos. in Oratore, 64. a
 Quis regiones nulla antea nobis fama notas fecerat? de Prouinc. Consul. 75. b
 Communis intelligentia nobis notas res efficit. de Leg. 165. b
 Vetusstatis exempla oratori nota esse debent. de Orat. 101. b
 Facies omnia mihi nota. ad Att. lib. 15. 37
 Ignotis nota facere simulachra corporis. Luceio, li. 5. 12. 24. a
 De dignitate Cælius notis tacitus faciliè ipse responderet, quibus autem non quæ est cognitus, hi sic habeant, &c. pro Cluent. 38. b
 Tua verò nobilitas Serui Sulpiti, tametsi summa est, tamen hominib⁹ literatis & historicis est notior, populo verò & suffragatoribus obscurior. pro Mur. 13. a
 Tum ad hos notiores, &c. referre in eundem numerum solent. 4. Academic. 27. a
 Vt ad citeriora ventam, & notiora nobis. de Legib. 184. b
 Qui ea multò quàm nos, habes notiora. Orat. 207. b
 Vita P. Syllæ vobis populòq; Rom. notissima. pro Syll. 180. b
 Cui erant, quæ paulò antè dixi, notissima. 4. Acad. 27. a

Notio.

Genus est notio ad plures differentias pertinet. Top. 15
 Notio sic quæritur, sime id æquum, quod ei qui plus potest, vtile est. Topic. 44

Notio censoria. de Prouinc. Consul. 38
 Informata notio deorum in animis nostris. 2. de Nat. d. 19. a
 Notio naturalis atque insita in animis nostris. 1. de Fin. 24
 Omnis notio pontificum, cum adoptaret, esse debuit. pro Domo sua. 220. b
 Huic verbo cum beatum dicimus, subiecta notio est, secretis malis omnibus cumulata bonorum complexio. Tusc. q. 23. 4. b
 Neque ea possit vlla notio discernere. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 27
 Explica atque excute intelligentiam tuam, vt videas quæ sit in ea species, forma & notio boni viri. Offic. 68. b
 Notio bonorum malorumque. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 118
 Vis & notio intelligentiæ nostræ. de Nat. deor. 1. 21
 Notio verbi. Tusc. q. lib. 1. 73. Id est, intelligentia seu ἐπιμορφία.
 Simul autem cepit intelligentiam, vel notionem potius, quam appellant ἐνοια illi, viditque, & c. de Finib. 94. b
 Quæ enim istarum definitionum non aperit notionem nostram, quam habemus omnes de fortitudine rectam atque inuolutam? Tusc. q. lib. 4. 42
 Si quis voluerit animi sui complicatam notionem euoluere. Offic. 3. 99
 Aperta simplexque mens, nulla re adiuncta, quæ sentire possit, fugere intelligentiæ nostræ vim & notionem videtur. 1. de Nat. deor. 40. a
 Quæ ista regula est veri & falsi, si notionem veri & falsi, propterea quod ea non possunt internosci, nullam habemus? 4. Academic. 64. a
 Dei notionem nullum animal est quod habeat præter hominem. 1. de Legib. 36. a
 Notionem deorum in animis hominum impressit ipsa natura. de Nat. deor. 1. 32
 Hanc quasi naturalem atque insitam in animis nostris inesse notionem. lib. 1. de Finib. 24
 Clodius censorum iudicium ac notionem & illum morem feuerissimum magistratum de ciuitate sustulit. de Prouincis Consul. 38
 Est quædam conformatio insignita & impressa in intelligentia, quam notionem voco. Topic. 12
 Cum talem esse deum certa animi notione præsentiamus. de Nat. deor. 34. b
 Qua igitur notione discerneres? 4. Acad. 151. a
 Deus ille quem mente noscimus, atque in animi notione tanquam in vestigio reponimus. de Nat. deor. 9. b
 Notiones rerum sunt in animis, si aut vsu aliquid cognitum sit, aut coniunctione, aut similitudine, aut collatione rationis. de Finib. lib. 3. 27
 Communes notiones. 4. Tusc. lib. 82. a
 In animis nostris informatas esse deorum notiones. de Nat. deor. 28. b
 Neque fieri possit vt tot rerum insitas, & quasi consignatas in animis notiones, quas ἐνοια vocat, haberemus, nisi, & c. Tusc. quæst. lib. 1. 47

Notitia.

Quamquam hæc inter nos nuper notitia admodum est. de Finibus, 67. b
 Quanta notitia antiquitatis? Cat. 11
 Notitia bonorum facta est collatione rationis. 3. de Fin. 27
 Valetudo conseruatur notitia sui corporis. Offic. 51. b
 Noua notitia mulieris. pro Cæl. 59. a
 Inuolutæ rei notitia definiendo aperienda est. in Orat. 63. a
 Nullum est animal præter hominem, quod habeat notitiam aliquam dei. de Legib. 160. b
 Notitiæ rerum, quas Græci tum ἐνοιας, tum νοσηλίας vocat. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 30
 Notitiæ rerum è singularibus nobis imprimuntur. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 22
 Notitiæ rerum sine assensione non posse constare. Academic. quæst. edit. 1. lib. 2. 38
 Ingenuit notitiæ paruas rerum maximarum natura. 5. de Finibus, 107. a

Nota.

Nota & notatio idem. Topic. 121. b
 Hoc idem Aristoteles σημειολογία appellat, quod Latine est nota. Topic. 18

Hæc iniusta est à te, à te inquam mortuo Cæsari nota ad ignominiam sempiternam. 1. Philipp. 24
 Nota cognitionis. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 100
 Certa iudicandi assentiendique nota. de Nat. d. 4. b
 Nota percipiendi. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 92
 Certa & propria nota eius rei, quam sibi quisque placere dicit. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 35
 Nota Senatus. in Pis. 33. Id est, à Senatu iniusta.
 Is Censoriæ feueritatis nota non inuretur; pro Cluent. 102. a
 Seruitutis quædam nota inerat in illo fœdere. 7. Verr. 41. a
 Quæ nota domesticæ turpitudinis non iniusta vitæ tuæ est; & quod dedecus non hæret infamiæ; in Catil. 100. b
 Nota veri & falsi. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 54, & 64
 Nota veritatis. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 33
 In hisce ædibus monumentum collocasti ad equitum notam, ad dolorem bonorum omnium. pro Dom. 271. b
 Reliquis epistolis tantum faciam, vt notam apponam eam, quæ mihi tecum conuenit, & c. 13. famil. 11
 Aristarchus, qui notam apponebat ad malum versum. in Pi. 57. a
 O turpem notam temporum illorum! Offic. 3. 96
 Quare Cicero mi perseuera constanter nos conseruare, & Sulpitii successori nos de meliore nota commenda. Currius Ciceroni, lib. 7. 51
 Vos Gabini literas insigni quadam nota atque ignominia noua condemnastis. de Prouinc. Consul. 9
 Argumentorum quasi notæ loci dicuntur. in Orat. 26. a
 Aliquæ fortasse inessent in sermone nostro doctrinarum notæ. Orat. 81
 Priscarum literarum notæ in robore insculptæ. 2. de Diuin. 128. a. Tusc. quæst. lib. 1. 50
 Atque quæ notæ sunt optimæ. de Clar. Orat. 191. b
 Nomina sunt tanquam rerum notæ. 5. de Finib. 129. a. Acad. quæst. edit. 2. lib. 1. 23
 Insignitæ notæ veritatis apparent in animis immortalibus. 1. de Diuinat. 113. a
 Notæ veritatis domesticæ. pro Planc. 24
 Literæ, tenues & obscuræ notæ sunt voluntatis. de Inu. 80. b
 Iurisconsulti notas quasdam composuerunt. pro Mur. 22
 Si aurum defossum cuiuspiam commonstrare vellem, signa & notas ostenderem locorum. 2. de Orat. 93. a
 Quam scite per notas nos certiores facit Iuppiter. de Diuinatione, 118. b
 Notas & vestigia scelerum suorum multis in locis relinquere. 4. Verr. 80. a
 Pure loquuntur cum humanitatis sparsæ sale, tum insignes amoris notis. ad Atticum, lib. 1. 8. 1. a
 Nam vt illa constat ex notis literarum. Partition. 15. a
 Barbarus compunctus notis Threiticis. Off. 37. b
 Turpitudinis notis omnibus insignis homo. pro Rab. perduellionis reo, 18. a

Notabilis.

Si vero exitu notabili concluduntur, expletur animus iucundissima lectionis voluptate. Luceio, lib. 5. 32
 Noto.

Catilina notat & designat oculis ad eadem vnumquemque nostrum. 1. in Cat. 1
 Notat & significat quasi fastorum dies sol. 1. Tusc. 106. a
 Hæc vulgus imperitorum in audiendo notat. de Or. 161. b
 Quæ temporis quasi naturam notant, vt Hyems, ver, æstas, & c. Part. 233. b
 Chaldæi animaduertunt ac notant ea sydera, quæ, & c. de Diuinat. 127. b
 Hæc enim ridentur vel sola, vel maximè, quæ notant & designant turpitudinem aliquam non turpiter. 2. de Orat. 131. a
 Hic pecunias nostras æstimabat: possessiones nostras notabat & vrbanas & rusticas. 5. Philip. 178
 Tamen id caput notauit, & descriptum tibi misi. Epi. 105. b
 Cum inesset in re vis, crimen iudicio referuauit, rem notauit. pro Mil. 104. b
 Quis cornicis cantum notauit? de Nat. 62. b
 Illum eiusdem naturæ, hunc alterius notauit. de Vni. 199. b
 Multa diuturnus vsus ita notauit, vt artem diuinationis efficeret. de Nat. 59. b

C. Iulius motum Curionis in perpetuum notauit. de Cla. 184. b
 Ab vtro factæ sint, incertum est: de hoc igitur latum est vt quæreretur: ita & Senatus rem, non hominem notauit. pro Milone, 23. a
 Quinetia agricultura, quæ abhorret ab omni politiore elegantia, tamen eas res, in quibus versatur, nominibus notauit nouis. de Fin. lib. 3. 3. Id est, indidit omnia.
 Arabes propterea facilius cantus auium volatusque notauerunt. de Nat. deor. 99. b
 Quos censores furti, & captarum pecuniarum nomine notauerunt. Attic. 42. b
 Improbiter Atheniensis Hyperboli veteres Atticorum comœdiæ notauerunt. de Claris Orat. 119. a
 Diem tuum ego quoque ex epistola quadam tua, quam incipiente febricula scripseras, mihi notaueram, & animaduertentem posse, pro re nata, & c. ad Att. 7. 30
 Notabo tamè singulas res, & si non poterit, & c. in Ant. 171. b
 Reprehendes ea, quæ vituperanda duces: & quæ placebunt, comprobabis: multorum in nos perfidiam, insidias, proditorem notabis. Luceio, lib. 5. 12. 14. a
 Res autem ipsas rerum effigies notaret. de Orat. 141. b
 Tu deligas ex omni populo aut amicos tuos, & c. tu me ignaro, necopinante, inscio, notes & tuos & tuorum necessarios, & c. pro Planc. 32
 Notare aliquid monumentis ad memoriam. 5. Philip. 175. b
 Notare consequentiam euentorum diuturnitate pertractata. Diuin. lib. 1. 108
 Notare cursum rerum obseruando. Diuin. lib. 1. 107
 Homines quos cæteris vitiis atque omni dedecore infames videbāt, eos hac quoque subscriptione notare voluerunt. pro Cluent. 103. a
 Facinus alicuius memoria & nomine loci notare. pro Domo sua, 78. a
 Frontem calamistræ vestigiis notare. post red. in Senatu, 14. a
 Notare initium Veris aut à Fauonio, aut ab aliquo astro. in Verr. 241. b
 Demonstrare & notare locum. Topi. 221. b
 Numerum in guttis cadentibus, quod interuallis distinguuntur, notare possumus. de Or. 160. b
 Notare & illuminare tanquam stellis orationem. 3. de Or. 93. a
 Notare præcepta artis de tanta tamque diffusa scriptura. ad Her. 24. b
 Notare res nouis nominibus. de Finib. 90. b
 Sententias iuratorum hominum discoloribus signis notare. 2. Verr. 25. a
 Notare signa ad diuinandum. 6. fam. 21
 Tabellam cera vel sanguine notare. 4. Verr. 56. a
 Conseruare & notare tempora. in Orat. 65. a
 Facile est verbum aliquod ardēs, vt ita dicam, notare, idque restitit iam animorum incendiis, irridere. in Or. 14. a
 Notare aliquid vitium multis nominibus. de Ami. 113. b
 Notatur maximè similitudo in acquiescendo. de Or. 160. b
 Notatur mihi signa ad diuinandum duplici quadam via. Epi. 83. b
 Tum luxuriam L. Cornelii, quæ non crimine aliquo libidinibus, sed communi conuicio notabatur. pro Corn. 66. b
 Dii immortales, idne ego optarem, vt inimicus meus, ea qua nemo vnquam ignominia notaretur, & c. in Pifo. 35. a. pro Cluent. 34. a. Offic. 3. 157. in Ant. 213. b. pro Quint. 18. b
 Milites ignauos à censore notari solitos. de Or. 134. b
 Vt hoc in qua ætate accidisset, posset notari. de Cl. 179. b
 Maledicto communi notari. pro Corn. Balbo, 46. a
 Genus huius ridiculi insigni aliqua & nota re notari volo. de Or. 233. b
 Proprium in communi signo notari non potest. Acad. 10. b
 Notari & vituperari sine vitiorum cognitione satis insigniter improbus non potest. 2. de Orat. 190. a
 Notandus est dies natalis. de Finib. 86. b
 Quid tanquam notandum animaduertendumque; sit in Hortensio, breuiter licet dicere. de Cla. 195. b
 Quauis enim multis nominibus est hoc vitium notandum, leuium hominum atque fallacium ad voluptatem loquendum omnia, nihil ad veritatem. de Amicit. 76. a
 Sed notandam nimiam putauit libidinem. Cat. 38

An illa non grauissimis ignominis monumentisque huius ordinis ad posteritatis memoriam sunt notanda? in Antonium, 197. b
 Quæ quanquam rata esse non possunt, tamen separatim suo nomine notanda censeo. in Ant. 198. b
 Habere tritas aures notandis generibus poetarum. de Finib. 92. Epi. 135. b
 Apollonius in notandis animaduertendisque vitiis prudentissimus. de Cla. 194. b

Notans.

Sol quasi fastorum notans & significans dies. Tusc. 162. b

Notatus.

Scelere & furore notatus homo. pro Domo sua, 54. a
 Obseruata sunt hæc tempore immenso, & significatio euentus animaduersa ac notata. de Diu. 81. b
 Via illa castris Thraciis distincta ac notata est. de Pro. 60. b
 Scis te tribulium tuorum iudicio notatum. in Var. b
 Primum generis antiquitas, quam Tusculo ex clarissimo municipio profectam, in monumentis rerum gestarum incisam ac notatam videmus, & c. pro Fonteio, 26. a
 Deinde vt in eam ciuitatem boni viri, & boni ciues nulla ignominia notati non reuertantur, in quam tot scelerum condemnati reuerterunt. Cecinna, lib. 6. 6. 25. a
 Partim modò à nostris imperatoribus subacti, modò bello domiti, modò triumphis ac monimentis notati, modò ab Senatu agris vrbiusque multati sunt. pro Fonteio, 2. de Gallis.
 Hæc notata sunt obseruatione diuturna. Diuin. lib. 1. 93
 Verbis Latinis melius, quæ Græcis hæc notata sunt. 3. Tusc. 16. a
 Descripta, notata, præcepta sunt ista à nobis. 4. de Fin. 100. a
 Quæ obseruata sunt in vsu dicendi, hæc ab hominibus peritis animaduersa ac notata sunt. de Or. 94. b
 Nolo eos, Iudices, quos ego probarim atque delegerim, sic in hac vrbe notatos isto absoluto ambulare: vt non cera, sed cæno obliti esse videantur. 7. Verr. 137. a
 Pauca enim sunt, quæ animo quasi habere notata videamur. de Or. 120. b
 Equidem sperabam ita notata me reliquisse genera dictorum meorum, vt cognosci sua sponte possent. Epist. 110. b
 Chaldæi motus stellarum obseruauerunt, quibus notatis quid cuique significaretur, memoriæ prodiderunt. de Diu. 80. b
 His tribus generibus honestorum notatis, sequitur quartum. de Finib. 74. b
 Carent autem arte ii, qui non ratione aut coniectura obseruatis ac notatis signis, sed concitatione quadam animi, aut soluto liberoque motu futura præsentiant. 1. de Diu. 63. a
 Notatior forma. ad Her. 36. b
 Cõtaminatissimus & omnium scelerum libidinumque maculis notatissimus. pro Dom. 19

Notatio.

Notatio est, cum alicuius natura certis describitur signis. ad Her. 29. b
 Notatio est, cum ex vi nominis argumentum elicitor. Top. 17
 Vt censoria notatio, & grauissimum iudicium sanctissimi magistratus de Rep. tolleretur. pro Sextio, 46. a
 Diligens notatio imaginum. ad Her. 22. b
 Delectis autem & notatio iudicium etiam in nostris ciuibus haberi solet. 5. Philip. 173
 Notatio naturæ & animaduersio peperit artem. in Or. 106. a
 Cæli enim distributio, quam antè dixi, & certarum rerum notatio, docet vnde fulmen venerit, quod concesserit. 2. de Diuinat. 66. a
 Notatio tabularum. pro Clu. 44. b
 Similium verborum conseruata & immutata casibus, aut tracta ex parte ad genus notatio, & vnus verbi imagine totius sententiæ informatio. de Or. 141. b
 Notationi locus ex coniugatione finitimus. Top. 19
 Sed hæc imaginum conformatio tum valet, si naturalis memoriæ excusitauerimus hac notatione, & c. 4. ad Her. 129
 Chaldæis in prædicatione & in notatione cuiusque vitæ ex natali die minimè esse credendum. 2. de Diuin. 69
 Ego verò delector ista quasi notatione temporum. de Cl. 37. a
 Licet ex his eligant ea, quæ notatione & laude digna sunt, & c. de Claris Orat. 32. a

Nouacula.

Ira cotem in comitium allatam, inspectante & rege & populo, nouacula esse discissam. 1. de Diuinat. 60. a

Nouatus, Noue', Nouellus, vide Nouus.

Nouem.

In noue' & dies & libros distributus sermo. Q. fr. lib. 3. 21. 1. a

Nouendialis.

In quibus nouendialibus iis feriis quæ fuerunt Tuditano & Aquilio c. o. s. sermo est à me institutus Africani paulò ante mortem, & c. 3. ad Q. fra. 17

Nonus.

Nam terra nona immobilis manet. in Somn. 119. b

Nonaginta.

Annos nonaginta natus Masinissa. de Senect. 30. a

Nonagesimus.

Qualè Ilocratis qui eum librum, qui Panathenæus inscribitur, quarto & nonagesimo anno scripsisse dicitur, vixit que quinquennium postea. de Senect. 12. a

Nonagies.

In alteras decumas ferme ad nonagies, sic per triennium ad hanc frumenti emptionem Siciliensem propè centies & tricies erogatum est. 5. Verr. 140. a

Nongenti.

De n. s. nongentis millibus. Ep. 70. b

Falcidius emerat n. s. nongentis millibus. pro Flacco, 71. a

Nouerca.

Ab hac indole iam illa matura, vxor generi, nouerca filii, filia pellex. in Orat. 38. a

Quarum tamen erat caput, Aquiliam nouercam non esse laurum. 14. ad Atticum. 33

Cùm filius patri suspectus esset de nouerca. Off. 71. b

Nouus.

Cælius, homo nouus. de Or. 9. 4. pro Mur. 127. & in Ant. 208. b

Mos nouus. 2. de leg. Agr. 38. a

Vt si semper decertadū sit, semper nouus veniā. in Ant. 168. b

Noua academia. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 9

Luna noua. Att. lib. 10. 195. 17. a

Res noua & admirabilis. 2. de Leg. Agr. 88. a

Res inusitata & noua. Att. lib. 3. 66. 4. a

Nouum est, non dico inusitatum, verum omnino inauditum. pro Cecin. 292. b

Nouum quoddā & inauditum imperitorū genus. Or. 199. b

Nihil dicam recōditum, nihil expectatione vestra dignum, nihil aut inauditū vobis, aut cuiquā nouū. 1. de Orat. 68. a

Nouum quoddā & inusitatum genus dicendi. pro Arch. 186. b

Vt ne quid animo sit nouum. Tusc. quæst. lib. 3. 27

Hæc noui iudicii noua forma terret oculos. pro Mil. 101. b

Nunquidnam, inquam, noui. Epist. 181. b

Si quid fortè Roma noui. Acad. quæst. ed. 2. lib. 1. 2. ἐλλειπτικῶς dictum. subauditur enim afferret.

Nihil noui iandiu ad nos afferebatur. Cælio, lib. 2. 13. 2. a

Nihil noui auditur. Att. lib. 8. 166. 2. a

Nihil erat noui in eius epistola. Att. lib. 13. 285. 2. a

Nihil noui reperienti. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 16

Noui paululum à te allatum est. 3. de Leg. 14

Ego si quid hodie noui cognoro, scies. Att. 115. b

De Dolabella si quid habes noui, facies me certiores. ad Atticum, 73. b

Nouam rem recentem deuorauit. 11. fam. 35. id est, facultates nouas, non à patre relictas, quas recens erat adeptus.

Quod video tibi etiam nouū accidisse, tanquā mihi. At. 85. b

Nouum afferre de aliqua re. 16. ad Atticum, 12

Nouum decernere. pro Quint. 15

Lege hac recentis ac noua certus est inquisitioni comitum numerus constitutus. pro Flacco, 10. a. Bruto, lib. 11. 21. 4. a

Causam igitur vestigato in re noua atque admirabili. de Diuin. 120. b

Iam hoc inauditum, & planè nouo more. contra Rull. 71. b

Plus tibi virtus tua dedit, quàm fortuna abstulit: propterea quòd adeptus es quod non multi homines noui, amissisti quæ plurimi homines nobilissimi. Fabio, lib. 5. 18. 2. a

Res nouæ & insignes diutius in animo manēt. ad Her. 3. 131. a

Noua & inopinata hæc tibi sunt. 4. Verr. 15. a

Noua sunt rebus nouis ponenda nomina. de Nat. deo. 1. 33

Noua verba. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 19

Videmus quāta sit in inuidia, quātōque in odio apud quosdam homines nobiles, nouorum hominum virtus & industria. 7. Verr. 142. a. de Lege Agr. 19. a

Rerum nouarum causam querere. contra Rul. 84. b

Nouarum rerum metus. 5. ad Att. 45

Nouarum rerū noua facienda nomina. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 19

Rebus studere nouis. 1. in Catil. 9. a

Ne ista præclara nobilitas desinat queri, Populū Romanum hominibus nouis atque industriis libentes honores mandare, semperque mandasse. 6. Verr. 73. a

Quosdam quasi nouos & ascriptitios ciues in cælum receptos fuisse. de Nat. 67. b

Nouas res querit: non quòd veterem comederit. 11. fam. 35

Dum noua quædam commouet. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 19

Ego existis nouis Atticis, & c. Orat. 285. b

In nouis rebus quasi modò nascētes hæsitauerūt. Acad. 2. 15

Nihil te ad me postea scripsisse demoror, præsertim tā nouis rebus. ad Trebatium, lib. 7. 19. 2. a. ad Senatū, lib. 15. 1. 7. a

Noue'.

Ne quid ambiguè, ne quid nouè dicamus. ad Heren. 3. b

Nouissimus.

Cùm omnes se recepissent nostri ordines, recipere nouissimus cœpi ad castra S. Galba. epist. 562. b

Nouissimum tempus expectare. 11. fam. 2. in epist. D. Bruti. Vt hæc nouissima nostra facta non inconuenientia fuisse iudices. epist. 189. b

Si melior casus fuerit, reuertemur Romam: si mediocris, in exilio viuemus: si pessimus, ad nouissima auxilia descendemus. 11. fam. 2

Nam ut ordiar ab initio, & perducam ad extremum, & nouissima conferam primis: quæ, & c. Octauio, 42

Itaque perbreui tempore, qui ne in nouissimis quidem erat histriōib', ad primos peruenit Comædos. pro Rosc. Comæd. 18. a. i. non tāti fiebat, quāti indoctissimi histriōnes.

Nouissime'.

Deinde quòd ad omnes casus coniunctiores Reip. esse volebam: nouissime' vt ab omni omnium sollicitatione auersos eos, tales vobis præstare possem, quales adhuc fuerunt. Plancus Ciceroni, lib. 10. 24. 5. a

Studium mihi suum L. Gellius de trib' fratribus Sagauiano probauit, quo ego interprete nouissime' ad Lepidum sum vsus. Plancus Ciceroni, lib. 10. 51

Nouitas.

Nouitas magis nos, quàm magnitudo rerum, ad exquirendas causas debet terret excitare. 2. de Nat. deor. 71

Quantam cupiditatem hominibus iniiciat nouitas, non te fugit. epist. 172. b

Generis alicuius nouitas. pro Mur. 15. a

Nouitas hominis. 1. fam. 21

Nominum nouitas. 3. de Finib. 5. a

Quem tibi rei nouitas errorem attulerit, naturæ ratione depellito. 2. de Diuin. 89. a

Nouitas verborum. Tusc. quæst. lib. 5. 24

Simul quòd video, non, vt antehac putabā, nouitati esse inuisum meæ. ad Lentulum, lib. 1. 7. 26. a

Nominis nouitatem dicendi gloria maximè subleuabis, de Petit. Consul. 1

Commouetur nouitate natura. ad Heren. lib. 3. 131. a

Delectantur nouitate & copia. 2. de Nat. deor. 197. a

Qua ille rei nouitæ perculsus, & c. 1. de Diuin. 194. a

Res magnitudine præstabiles, & nouitate primæ. de Oratore, 140. b

Nouitates autem si spem afferunt, vt tanquam in herbis non fallacibus fructus appareat, non sunt illæ quidem repudiandæ, vetustas tamen suo loco conseruanda est. Læli. 60. a

Nouitius.

Nouitius Ligur. pro Domo sua, 39. a

Syrum nescio quem de grege nouitiorum factum esse Consulē. in Pison. 1

Nouo.

Verba facimus & nouamus ipsi. 3. de Orat. 84

Nouantur hæc primū à nobis. de Vniuers. 17

Tu mihi de his rebus quæ nouantur, omnia certa, clara. ad Atticum, 260. b

Socii, qui nouari aliquid volebant. 15. fam. 15

Nouari verba quomodo conueniat. 3. de Orat. 84

Nihil habui sanè, non modò multum, quod putarem nouandum in legibus. 3. de Legib. 14

Nouatus.

Inusitatum verbum, aut nouatum, aut translatum. de Oratore, 156. b

Subactō mihi ingenio opus est, vt agro nō semel arato, sed nouato & iterato, quo meliores factus possit & grandiores edere. 2. de Orat. 71. Nouatum agrum appellat, diu ante sementem cultum, vt interim fermentaretur, & sub sementem iteraretur.

Et ea, quæ ab eo nouata sunt, probas. Acad. q. 47. b

Nouellus.

Itaque & viuere vitem & mori dicitur, arboremque & nouellam & vetulam & vigere & senescere. 5. de Finibus, 69. a

Nox.

Actum est eo die nihil: nox diremit. 2. ad Q. frat. 29

Nox opacat terras. 2. de Nat. d. 70

Quoties nox oppressit, quum manè cœpisset. Cat. 45

Nox cæca. pro Milone, 38. a

Obscura nox. in Arato, 44. a

Serena nox. in Arato, 11. a

Noctis dieique effectrix terra. de Vniu. 45

Vmbra terræ, quæ est meta noctis. de Diuin. 112. b

Ducta vsque ad noctem cōtrouersia. 1. fa. 5. id est, producta.

Nunc quicquid est, & c. statuendum nobis ante noctem est. in Cat. 119. b

Noctem efficit, vmbra terræ soli officiens. de Nat. d. 1. 36

Luce noctem, nocte lucem expectatis. ad Heren. 35. b

Equidem etsi doleo me in vitam paulò serius tanquam in viam ingressum, priusquā confectū iter sit, in hanc Reip. noctem incidisse. de claris Orat. 185. de Arusp. resp. 9

Noctē & nocturnā deprecationem intercessisse. 2. ad Att. 63

Noctem quandam rebus offundere. de Nat. d. 1. 5

Peruigilare noctem. pro Rosc. Amer. 60. a

Qui vt cœnati quiescerent, concubia nocte visum esse in somniis ei qui erat in hospitio, illum alterū orare vt subueniret, q' sibi à caupone interit' pararetur. 1. de Diu. 101. a

Epistola, quam de nocte daturus eram. ad Att. 122. & pro Mur. 140. b

In comitium Milo de nocte venit. 4. ad Att. 16

De multa nocte vigilare. 2. ad Q. frat. 34

Media nocte in campum venit Milo. ad Att. lib. 4. 71. 8. a

Multa nocte profectus est ad Cæsare' Balbus. ad Att. lib. 7. a

Noctes certarum mulierum nonnullis iudiciis pro mercedis cumulo fuerunt. ad Att. lib. 1. 39

Noctes iam aliquid te adiuuabunt. 4. fam. 14

Noctesque diesque exeduntur animi eorum qui contra conscientiam opibus hominum septi esse & muniti videntur. 1. de Finib. 40. 2

Et noctes & dies diuinū numen horrere. Acad. ed. 1. lib. 2. 112

Scrupulus, qui me dies noctesque stimulat. pro Sex. Ros. 19. b

In vno aliquo opere noctes & dies vrgeri. de Orat. 208. b

Equidem credibile non est, quātum scribam die, quinetiam noctibus: nihil est enim somni. ad Att. 313. b

Noctu.

Tēpus ita queritur, quā parte anni, quā hora, noctu an interdiu, & quā diei, & quā noctis hora factum esse dicatur, & cuiusmodi temporibus. ad Heren. lib. 2. 37. a

Noctu ambulabat in publico Themistocles. ad Her. 7. b

Eiici noctu. Terentiæ, lib. 14. 7. 1. a

Noctu iter per oppida faciam. 11. ad Att. 8

Sed ecce nuntii scribente me hæc ipsa noctu in Caleno. ad Att. lib. 8. 147. 12. a

Et noctu ad oppidum respicientes flagrantēs onerarias videbatis. de Diuin. 95. b

Noctuabundus.

Cùm complicarem hanc epistolam, noctuabundus ad me

venit cum epistola tua tabellarius. ad Att. lib. 12. 1

Nocturnus.

Fur nocturnus. pro Mil. 103. b

Metus nocturnus. 1. Tusc. q. 77. a

Quæstus nocturnus. 5. Verr. 67. a

Concuratio nocturna. pro Domo sua, 216. b

Nocturnum præsidium palatii. in Cat. 97. b

Diurnum, nocturnumve spatium. 1. de Inuent. 55. a

Tempus nocturnum. in Arato, 28. a

Labores diurni nocturnique. de Senect. 74. a

Milites nocturni. 6. Verr. 85. a

Nocturna omnia in media Græcia Diagondas Thebanus lege perpetua sustulit. 2. de Leg. 37

Nocturna mulierū sacrificia ne iuncto, præter olla quæ pro populo ritè fiēt. 2. de Leg. 18

Sic etiam fortunis hominum abutebatur ad nocturna vota cupiditatum suarum. in Verrem, act. 7. a

Decem horis nocturnis 1 x. millia passuum peruolauit. pro Rosc. Amer. 11. a

Noxa.

Quod in minimis noxis & in his leuioribus peccatis, quæ magis crebra, & iam propè quotidiana sunt, id maximè & primum queritur, & c. pro Rosc. Amer. 37. a

Noxia.

Quod quis earū rerum migrasset, noxiæ pœna par esto. 3. de Leg. 17. a

Amicum castigare ob meritam noxiam. ad Heren. 11. b

Noxius.

Magistratus nec obedientem & noxium ciuem multa, vinculis, verberibusque coercento. 3. de Leg. 8. a

Nubes.

Aer concretus in nubem cogitur, humorēque colligens terram auget imbribus. de Nat. d. lib. 2. 74

Nubes caligans. in Arato, 28. a

Induerunt se in nubem anhelitus. 2. de Diuin. 64. a

Opacam nubem pellit ventus. in Arato, 23. a

Qui sub nube solem non ferunt. Acad. q. 18. b

Nubes reipub. pro Domo sua, 19

Si autem nubium confictu ardor expressus se emiserit, id esse fulmen. 2. de Diuin. 64. a

Nubium magnitudo, visque ventorum. de Nat. d. 45. b

Nubium vna centauros genuisse dicitur. de Nat. d. 69. b

Coguntur in cælo nubes, imbres, venti. 1. Tusc. q. 68. a

Quæ tu in illis reip. tenebris, cæcisque nubibus & procellis constituisti. pro Domo sua, 218. b

Nubilia Cæli. in Arat. b

Nubecula.

Neq; tam fui timidus, vt qui in maximis turbinibus ac fluctibus Reip. nauem gubernassem, saluamque in portu collocassem, frontis tuæ nubeculam, tum collegæ tui contaminatum spiritum pertimescerem. in Pis. 15. a

Nubo.

Nubit genero socrus. pro Cluent. 20. b

Quæ breui tempore post patris mortem A. Aurio Melino consobrino suo nupsit. pro Cluent. 8. a

Mulier in familiæ luctum atque in priuignorum funus nupsit. pro Cluent. 149

Virgo nupsit ei, cui Cæcilia nupta fuerat. de Diuin. 101. b

Quum ex amplissimo genere in familiam clarissimam nupsisset, cur tibi Cælius tam coniunctus fuit, cognatus, affinis, viri tui familiaris. pro Cælio, 25. a

Venerem Adonidi nupsisse traditum est. de Nat. 71. b

Paula Valeria diuortium sine causa fecit, nuptura est D. Bruto, nondum retulerat. epist. 116. b

Nubens.

Filia nubenti lectum genialem strauit mater. pro Cluentio, 10. a

Nupta.

Cum mulier fuisset nupta cum eo, cui connubii ius non esset. Top. 222. b

Ique mihi nuntiaffent regis Parthorum filium, quocum esset nupta regis Armeniorum soror, ad Euphratem cum maximis Parthorum copiis, multarumque praterea gentium magna manu venisse. Catoni, lib. 15. 2. 1. a

Aliquam adolefcentibus primariis nuptam fuisse. epist. 50. b

Viri cum quibus nuptae erant. in Verr. 231. b

Singulis Indis plures solent esse nuptae. 5. Tusc. q. 113. a

Nubilis.

Ipsae filiae nubili dotem conficere non potest. pro Quint. 18. b
Is reliquit grandem & nubilem filiam quae brevi tempore post mortem patris nupsit A. Melino. pro Cluen. 8. a

Nuptiae.

Nuptiae non matrimonii dignitate, sed sceleris societate coniunguntur. pro Cluent. 16

Innuptae nuptiae. de Or. 163. b. Id est, contra ius fasque coniunguntur. Nisi forte maritum nuptiae terrenis anteponantur. 3. de Nat. d. 61. a

Nuptiae plenae dignitatis, plenae concordiae. pro Cluent. 20. b

Multarum nuptiarum mulier vetula. ad Att. lib. 13. 284. 1. a

Eo die apud Pomponium in eius nuptiis eram coenatus. ad Q. frat. lib. 2. 7. 10. a

Nuptialis.

O audaciam singularem, non timuisse, si minus vim deorum, hominumque famam, at illam ipsam noctem, faciesque illas nuptiales. pro Cluent. 11. a

Nuptiales tibiae. 4. ad Heren. 199

Dona nuptialia. pro Cluent. 20. a

Nuceria.

Nuceria, oppidum Campaniae. in Rull. 94

Nucula.

Nucula, vnus ex Septemviris agrorum lege Antonii diuidentorum. 8. Philip. 251

Nudiustertius.

Nudiustertius dedi ad te epistolam longiorem: nunc ad ea quae proximae. ad Att. lib. 14. 307. 1. a

Omniaque quae a te nudius tertius dicta sunt. 3. de Nat. 24. a

Legatos vero ad eum mittere, de quo grauissimum iudicium nudius tertius decimus fecistis, non iam leuitatis est, sed, &c. 5. Philip. 165. a

Recordabimini qui dies nudius tertius decimus fuerit, quantum consensus vestrum, quanta virtus, quanta constantia. 5. Philip. 164

Nudus.

Nudus ex omnibus rebus. pro Roscio Amer. 85

Nudus huc se confert Antonius. 10. fam. 23. in epist. Planci id est, nullas adducens copias.

Quoniam nudus te delectarat, semper nudum esse voluisti. pro Flac. 157. b

Nudus nuce legeret. 2. de Orat. 147

Ciuitas ab omnibus rebus vacua atque nuda. in Verr. 200. b

Nam ipsa Messana, quae situ, mœnibus, portuque ornata sit, ab his rebus, quibus iste delectatur, sanè vacua atque nuda est. 6. Verr. 3. a

Mulier decore nuda. ad Att. 144. b

Tam inops autem ego ab amicis: aut tam nuda Resp. a magistratibus: pro Domo sua, 46

Huic tradita vrbs est, nuda ea praesidio, referta copiis. ad Att. lib. 7. 43

At me nudum a propinquis, nulla cognatione munitum, &c. ad Quir. 5. & 12

Hunc vero qui ab iure, officio, bonis moribus, ad ferrum, ad arma, ad caedem confugerit, nudum in causa destitutum videtis. pro Cecin. 67. a

Nudi, & cum facultatibus, contraria. 10. fam. 15. in epistol. Planci.

Nuda ista si ponas, iudicari qualia sint, non facile possunt. in Parad. 29. a

Nudo.

Quae victores ciuitatibus Siculis aut dederunt, aut reddiderunt, spoliavit, nudauitque omnia. 2. Verr. 9. a

Corpus nudare. 4. Tusc. q. 115. a

Vtrum perditos magistratus sceleratorum ciuium praesidio nudare, an etiam decorum immortalium religione armare vultis: pro Domo sua, 1

Pericula alicuius, non modo ciuium praesidio, sed etiam quorundam deprecatione nudare. post reditu in Sen. 1. a

Quum repente hominem proripi, atque in foro medio nudari ac deligari, & virgas expediri iubet. 7. Verr. 126. a

Nudans.

De spinis vellentium, vt Stoici, nec ossa nudantium, &c. de Fin. lib. 4. 5

Nudatus.

Respublica interitu Consulium nudata. Plancus Ciceroni, lib. 10. 17. 4. a

Antonii incredibilis quaedam & propè singularis, & diuina vis ingenii, videtur etiam, si hac scientia iuris nudata sit, &c. 1. de Orat. 84. a

Quaestura primus gradus honoris, quid aliud habet in se, nisi Cn. Carbonem spoliatum a Quaestore sua pecunia publica, nudatum & proditum Consulibus. Verr. 7. a

Libenter enim te cognitum iam artificem, aliquandoque euolutum illis integumentis dissimulationis tuae, nudatumque perspicio. 2. de Orat. 190. a

Nugæ.

Videaturne aut pietatis esse mea, fratrem relinquere, aut diligentiae nugarum aliquid relinquere. ad Att. lib. 6. 31. id est, nugatorem aliquem & leuem hominem.

Istud nugarum quicquid esset, me scire voluisti. 11. fam. 34

Tum nugarum in eo comitatu nihil. pro Mil. 112. b

Nugas maximas omni mea comitate sum complexus, &c. 1. ad Q. fra. 38. id est, homines leuissimos, homines nihili.

Nugas meras, amicos habet. 6. ad Att. 33. id est, meros nugatores, homines leues.

In nugis tragœdias agere. 2. de Orat. 113

In nugis poeram non audio. in Parad. 31. a

Hunc cœne hominem tantis delectatum esse nugis: de Diui. lib. 2. 45. a

Nugiger.

Dices, Vellem iam pridem scio te voluisse, & me. est nugigeram manum fuisse. 4. ad Att. 10

Nugor.

Democritus tamen non inscite nugatur vt Physicus. 2. de Diuin. 44. a

Quoniam Pontidia nugatur. ad Att. lib. 5. 110. 18. a

Nugator.

Non vero tam isti, quam tu ipse nugator. de Senect. 25. a

Nunc vero non insultabo vehementius, nec volitabo in hoc insolentius, neque in istum nugatorem, tanquam in aliquem teste inuehar. pro Flacco, 30. a. ad Att. lib. 6. 111. 17. a

Nugax.

Equando tu hominem ineptiorem, quam tuum Cn. Pompeium vidisti, qui tantas turbas, qui tam nugax esset, comouit: 8. fam. 43

Nugatorius.

Mala, nugatoriaque accusatio. pro Rosc. Amer. 24. a

Omnino ad probandum vtranque rem videam infirmam, nugatoriamque esse. pro Cecin. 47. a. 6. Verr. 28. a

Leue est ac nugatorium. Brutus ad Antonium, lib. 11. 4

Nugatorie.

Non contra tenuiter & nugatorie responsum: ad Her. 35. b

Nulchalo.

Nulchalo, locus in Gallia. pro Font. 9

Nullus.

Corumbus Balbi nullus adhuc, & mihi notum nomen. 14 ad Att. 3. id est, adhuc non venerat.

Ad M. Aelium nullus tu quidem domum. 15. ad Att. 48. id est, ne veneris.

Ego autem scripsi Sextum aduentare, non quod iam adesset, sed quia certe id ageret, ab armisque nullus discederet. ad Att. lib. 15. 329. 18. a

Ex eo tempore vit ille summus, nullus imperator fuit. Mario, lib. 7. 9. De Pompeio.

In petitione autem nisi id agas, nullus petitor esse videaris. de Petit. 208. b

Philotimus non modo nullus venit, sed ne per literas quidem, aut per nuntium certiorum facit me, quid egerit. ad Att. lib. 12. 230. 4. a

Nulla haec igitur amicitia, quam alter verum audire non vult, alter ad mentium paratus est. de Amic. 81. a

Elephanto belluarum nulla prudentior. 1. de Nat. d. 135. a

Ne illa quidem, quae nulla esset, esse lex putaretur. pro Domo sua, 226. b

Curio memoria fuit nulla. de Clar. 184. b

Nulla opera molitur. de Nat. d. 137

Oratio nulla sit necesse est, aut omnium irrisione ludatur. 1. de Orat. 27. a

Vt & omnes partes habeat incolumes, & de virtutibus nulla desit. 5. de Fin. 63. a

Qua nulla perniciēs maior hominum vitae potest afferri. Offic. 34. b

Si tanta virtus in oratore Galba fuit, cur ea nulla in orationibus eius apparet: de Clar. 17. b

Nulla est vita. 7. fam. 4

Argumentum id quidem nullum est. 2. Tusc. q. 19. a

Nullum bellum ciuile fuit in nostra Repub. omnium, quae memoria nostra fuerunt, in quo, &c. de Prou. 70. & Att. 283. b

Nullum praestantius bonum neque datum est, neque dabitur. de Vniu. 65

Nullum suum officium ducent, nisi vt voluptati ministrarent. 2. de Fin. 111. a

Senatusconsultum nullum extat, quo, &c. epist. 6. b

Nullius agricolae cultu stirps tam diuturna, quam poetae verfu seminari potest. 1. de Leg. 1

Quum vero non liceret mihi nullius partis esse, quia vtroque magnos inimicos habebam, ea castra fugi, &c. Asinius Pollio Ciceroni, lib. 10. 3. 4. a

Assentiri nulli rei. 4. Acad. 186. a

Res, quae nullo vsui sit. pro Mur. 130. b

Noli te putare me, cum a vobis discessero, nusquam aut nullum ferè, &c. de Senect. 93. b

Quem tu ordinem omnino nullum esse putas. in Philip. a

Eundem igitur esse creditote, etiam si nullum videbitis. de Sen. 93. b

Ad miseram, seu nullam potius Remp. 14. ad Att. 21

Responde mihi dicendi aut nullam artem aut pertenuem videri. 1. de Orat. 53. a

Sed id, quod mea intelliges, tua nullam in partem multum interesse, ita mihi des, si tibi, vt id libenter facias, ante per suaferis. ad Memmiam, lib. 13. 1. 3. a

Quod nisi fecisset, Rempub. quam nunc vix tenemus, iandiu nullam haberemus. 1. de Orat. 20. a

Nullum attigi flumen Liri frigidius. 2. de Leg. 6

Nullum onus officii reliquum cuiquam fecisse. 3. fam. 52

Facere senatusconsultum nullum. ad Att. 9. b

Vnum signum Byzantii ex maximo numero nullum habent. de Prou. 70. b

Sic munitus est, vt nullo egeat. de Amic. 29. a

Anicato, vt te velle intellexeram, nullo loco defui: &c. ad Att. lib. 2. 35. 1. a

Nulla loco deero, neque ad consolandum, neque ad leuandum fortunam tuam. 5. fam. 50

Aut vix, aut nullo modo corrumpitur. de Nat. d. 2. 15

Nulla prorsus modo intelligo. de Nat. d. 1. 51

Nulla modo perfectus homo, sed quaedam particula perfecti. de Nat. d. 2. 27

Nulla numero homo. 3. Philip. 135. a. Id est, nullius pretii.

Deque eo nulla ratione neque pelli, neque moueri potes. 4. Acad. 255. a

Dii nulla re egentes. de Nat. d. 1. 86

Nulla re saluti tuae defui. 5. fam. 48. pro, Nulla in re. Nulla re vni magis commendatur orator, quam splendore verborum. de claris Orat. 113. a

Quare tu hoc propter multitudinem sicariorum, nullo negotio facere potuisti. pro Rosc. Amer. 48. a

Cato Siciliam tenere nullo negotio potuit. ad Attic. lib. 11. 207. 3. a

Nulla posito ob oculos simulachro earum rerum. de Vniu. uerf. 47

De inimicis nulli supersunt. pro Marcello, 12. a

Miseri ob id ipsum, quia nulli sunt. Tusc. q. 150. b

Nulli viri vocantur. de Nat. d. 2. 7

Quintio tenues opes, nulla facultates, exiguae amicorum copiae sunt. pro Quintio, 1. a

Formae quae nulla sunt. de Diuin. 137. b

Nullae leges Seiae, & Apuleiae, & Liuiæ. 2. de Leg. 12

Breues dico immo nulla. ad Brut. 30. de literis loquitur.

Lites nulla, neque controuersiae sunt. 1. de Orat. 59. a

Etenim vt sint auspicia, quae nulla sunt, haec certe, &c. de Diuin. 123. b

Senatorum nullos esse Romae nos audieramus. ad Att. lib. 8. 176. 1. a

Copias quas nullas habemus. 14. ad Att. 5

Igitur Titias & Apuleias leges nullas putas. de Leg. 23. a

Num.

Quid in Numa Pompilio num quod eloquentiae vestigium apparet. 1. de Orat. 49. a

Numa censes Ennium dixisse. &c. Acad. q. 13. b

Num ergo is excusat vos. &c. Acad. q. 19. b

Num expectabis, dum L. Metellus, &c. in Verr. 174. b

Num igitur, &c. pro Domo sua, 238. b

Interrogat me, num in exilium non iubeo. in Cat. 100. b

Per deos immortales, num cui dubium esse poterit, quin, &c. 4. Verr. 103. a

Num quae trepidatio: num qui tumultus: num quid nisi moderate: pro Deiot. 147. b

Num quidnam, inquam, noui: epist. 181. b

Ne num quidem quid velim rogauit. 3. ad Q. frat. 14. pro, ne rogauit quidem nunquid velim.

Num quo alio modo. de Inuent. 67. b

At quis est hic, num Sophistes: Acad. q. 18. b

Numne.

Numne aspicias, quae in templo veneris: de Som. Scip. 128. b

Deum ipsum numne vidisti: de Nat. d. 18. b

Numa.

Numa rex, eodem ritu conditus in eo sepulchro, quod procul ad fontis aras. 2. de Leg. 52

Numa rex doctissimus. 3. de Orat. 109

Numa rex, propter Pythagoraeorum admirationem, Pythagoraeus a posterioribus existimatus. Tusc. q. lib. 4. 2

Numa, rex Romanus peregrinus. pro Sylla, 16

Numa cum Egeria collocutus. 1. de Leg. 3

Numa Pompilius annis permultis ante fuit, quam Pythagoras. 2. de Orat. 84

Capedunculis iis, quas Numa nobis reliquit. 3. de Natura deor. 29

Numa Pompilius, eloquentiae rudis. 1. de Orat. 19

A Numae legibus non multum discrepat constitutio ista religionum. 2. de Leg. 25

Numam quoque regem Pythagoraeum a posterioribus existimatum. 4. Tusc. q. 5. a

Numam Pompilium illum regem nostrum fuisse Pythagoraeum ferunt, qui annis permultis ante fuit, quam ipse Pythagoras, &c. 2. de Orat. 84. a

A Numa perite instituta intercalandi ratio posteriorum pontificum negligentia dissoluta. 2. de Leg. 30

Numantinus.

Numantinum bellum a Polybio descriptum. 5. fam. 28

Numantini foederis inuidia, Ti. Gracchum a patribus ad populum deficere coegit. de Arusp. resp. 39

Numantini Mancinum sibi deditum non acceperunt. pro Cecin. 71

Numantini, corporis viribus egregii. 4. ad Heren. 188

Numantia.

Numantia & Carthago ab eodem Scipione deletae. pro L. Manil. 42

Maiores nostri Carthaginem exciderunt, Numantiam euerterunt. 4. Philip. 161. a

Numenius.

Numenius Siculus, arator. 5. in Verr. 46

Numerius.

Numerius quidam, quifquilia seditionis Clodianæ. pro Scetio. 81

Numerius Suffucius, honestus homo & nobilis, fortes primus inuenit. Diuin. lib. 2. 67

Numen.

Qui nullam vim cælestem existimat, numenve diuinum. pro Mil. 117. b

Est aliquod numen præstantissimæ mentis, quo hæc reguntur. de Nat. d. 2. 3

Magna vis est, magnum numen, vnum & idem sententis senatus. in Ant. 190. b

Numen vestrum æquè mihi graue & sanctum ac deorum immortalium futurum est. Postquam. 202. b

Summi rectoris & domini numen. de Fin. 108. b

Numini deorum purè ac castè tribuenda. de Nat. d. 1. 3

Parent numini diuino omnes naturæ. i. de Diuin. 32. a

Vos, quorum potestas proximè ad deorum numen accedit. pro Rab. 91. b

Multa sæpe prodigia vim Cereris numenque declarant. in Verr. 225. b

Esse quoddam numen, vimque deorum. 2. de Nat. 137. a

Quis enim potest, quum existimet curari se à Deo, non & dies & noctes diuinum numen horrere? Acad. q. edit. 1. lib. 2. 112

Diuinum numen precibus placare. pro Domo sua, 108. a

In meis calamitatibus diuinum aliquod auxilium & numen ostendite. Antequam. 196. b

Vos qui apud me vim & numè deorū tenetis. Postq. 203. b

Vendere numen interdictumque deorum immortalium alicui. in Pisonem, 38. a

Mihi quidem numine deorum immortalium videtur hoc fortuna voluisse, vt, &c. in Ant. 248. b. de Finib. 103. b

Diuino me numine Reipublicæ esse redditum. pro Domo sua, 110. a

Alpibus Italiam munierat antè natura, non sine aliquo diuino numine: nam si, &c. de Prou. 76. b

Præcipuè ingenti coluerunt numine diuos. de Diuin. 85. b

Dii immortales, qui non procul vt quondam, &c. sed hic præsentis suo numine atque auxilio defendūt. in Cat. 47

Numerus.

Quoad is numerus effectus esset. epist. 118. b

Numerus satis magnus, & satis frequēs, pro eodem. 11. fam. 17. in epist. D. Bruti.

Numerus frequentior satietatem parit. Orat. 124

Cuius iudicis metu magnus à multis frumenti numerus ablati. 5. Verr. 61. & 4. 127. a. 5. ad Att. 50

Maximus vini numerus fuit, permagnam optimi pondus argenti. 2. Philip. 76

Integer numerus militum. Appio, lib. 3. 3. 6. a

Numerus par, impar. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 101

Est præterea numerus Romanorum ciuium. pro Föt. 276. b

Numerus septenarius rerum omnium ferè nodus est. Somn. Scipionis, 18

Numerus septenarius & octonarius vterque plenus, alter altera de causa habetur. Somn. Scip. 7

Tantus frumenti pecuniæque numerus. in Verr. 171. b

Quo ex genere siquem fortè tui cognosti amantiorem (fieri enim potuit) quam temporis, hunc verò ad tuum numerum libenter adscribit. ad Q. frat. lib. 1. 1. 23. a

Ad numerum iudices habere. 2. ad Q. frat. 29

Magnum frumenti numerum aduehere. Offic. 3. 66

Numerum septenarium legionum alo. 11. fam. 18. in epist. D. Bruti. n. s. x. l. millia in singulos iudices distributa eum numerum sententiarum conficere debebant. pro Clu. 33. b

In tanto conuentu nemo erat quin rationem numerumque haberet. 7. in Verr. 57

Tu verò ascribe me talem in numerum. 2. Philip. 54

Is in aliquè patronorum numerum peruenerat. de Cla. 187. b

Quorum in locum ac numerum peruenire velis. de Pet. 3

In numerum procedere. 6. in Verr. 17

Nostri quoque oratorii libri in eundem numerum referendi sunt. 2. de Diuin. 6. a. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 14

Quidam in oratorum numerum venire non possunt. 1. de Orat. 57. a

Frumenti in summa caritate maximum numerum miserè. pro Planc. 52

Filii eius mortui numerum obtinent iure cæforum. Offic. lib. 2. 62

Dicebat etiam L. Scipio non imperitè, Cneusque Pompeius Sexti F. aliquem numerum obtinebat. de claris Orat. 91. a

Errantes stellæ numerum deorum obtinebunt. de Nat. 69. b

Número ac summa sua, pecunia quanta sit ostendit. pro Cluent. 70. a

Hæc sunt enim tria numero. de Orat. 219. b

Número deorum colere. post red. in Sena. 27

E numero tollere. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 16

Sed ne miremini qua ratione is tantum apud istum libertus potuerit, exponam vobis breuiter quid hominis sit: vt & istius nequitiam, qui illum secum habuerit, eo præsertim numero ac loco, & calamitatem prouinciæ cognoscatis. 4. Verr. 93. a

Accensus sit eo numero, quo eum maiores nostri esse voluerunt. ad Q. frat. lib. 1. 1. 18. a

Isque est eo numero, qui, &c. pro Arch. 191. b

Eo numero habeas, quo me. 13. fam. 84

Ex numero desertorum homo. 1. de Orat. 82. a

Ex hoc esse hunc numero, qui, &c. pro Arch. 188. b

Si ex eo numero, quos s. c. in prouincias ire oporteret, ad numerum non essent, qui, &c. epist. lib. 8. 8. 25. a

Ratione & numero mouentur astra, non consilio, in quo nihil est temerarium, &c. de Nat. d. 2. 31

Esse in aliquo numero. epist. 17. b

Filiæ Erichthei in numero deorum sunt. de Nat. d. 69. b

Esse in numero ciuium. pro Domo sua, 64. a

Reponere stellas in numero deorum. de Nat. d. 35. b

Aliquos in deorum numero venerandos esse. 2. de Lege Agr. 92. a

Is in eorum numero mauult esse, qui à tē vj tuperantur. in Vat. 37. b

Nisi fortè Demetrius Phalereus in hoc numero haberi potest. Offic. 1. 5

Quo in numero hoc, & quo in loco illud haberi conueniat. de Inuent. 81. b

Cato noster in horum librorum numero ponendus est. de Diuin. 109. b

In numero & loco hostium duci. 7. Verr. 97. a

Habere aliquem in numero hostium. ad Att. 227. b

Vt si quis impedisset reditum meum, in hostium numero putaretur. in Pis. 87. b

Hoc erit in magno numero nostrorum malorum. ad Attic. lib. 3. 46. 1. a. Id est, augebit numerum nostrorum malorum.

Actio inquam in dicèdo vna dominatur: sine hac summus orator esse in numero nullo potest. 3. de Orat. 117. a

Quos aliquo video in numero oratorum fuisse. de Claris, 173. & 174. b

Nobis non placet hanc partem in numero reponi. de Amicit. 60. b

Eos qui ista subtilius quærunt, in numero sapientum non habent. ad Att. 117. & de Amic. 96. b

Habere aliquem in numero sapientum vel hostium. de Nat. 9. b

Habere aliquem in numero suorum. epist. 119. & 205. b

Ipsam suo nomine diligas, habeasque in numero tuorum. Octauio, lib. 13. 22. 6. a. Cælius Ciceroni, lib. 8. 9. 10. a

Orator in numero vestro nunquam est habitus. de Leg. 1. 6

Quid enim tam alienum ab humanis sensibus est, quam eum patris habere loco, qui ne liberi quidem hominis numero sit? Brutus ad Att. 17. 7. a

Quæobré si iure eum possis accusare, tamen quum is tibi parentis numero fuisset, id piè facere non posses. 1. Verr. 34

Itaque quem locum apud ipsum Cæsare post eius ex Africa reditum obtinuisti, quo numero fuisti? 2. Philip. 80

In primisque libertus eius, L. Cossinius Anchialus, homo & patrono, & patroni necessariis, quo in numero ego sum, probatissimus. ad Sulpit. lib. 13. 24. 2. a

Número Platonis obscurius. 7. ad Att. 45

Hi duo numeri, quorum vterque plenus, alter altera de causa habetur. de Som. Scip. 127. b

Quicquam potest esse casu factum, quod omnes habet in se numeros veritatis? Diuin. lib. 1. 24

Quod perfectum & absolutum est, vt Stoici dicunt, omnes numeros habet. Offic. lib. 3. 18

Numeris & vocibus nihil magis cognatum mentibus nostris. 3. de Orat. 109

Ex numeris & Mathematicorum initiis proficisci volunt omnia Pythagoræ. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 109

Perfectum expletumque omnibus suis numeris & partibus. de Nat. d. 33. b

Numerus, pro ratione harmonica.

Iam præan, quod plures habeat syllabas quam tres, numerus à quibusdam, non pes habetur. de Orat. 218. b

Quicquid sub aurium mensuram aliquam cadit, etiam si abest à versu numerus, qui *ῥυθμὸς* Græcè dicitur. Orator, 203. b

Iambicus & dactylicus numerus. Orat. 215. b

Numerus & modus oratorius. 1. de Orat. 73. a

Numerus in cantu. de Leg. 158. b

Numerus in oratione inuidiosus. Orat. 97

Modus & numerus in pede. Orat. 216. b

Aures hominum vocem natura modulatur ipsa, quod fieri non potest, nisi inest numerus in voce. de Orat. 160. b

Post anapæstus procerior quidam numerus effloruit. de Orat. 160. b

Verborum numerus, vocum modus. de Orat. 159. b

Quædam ad numerum conclusio. de Clar. 167. b

Ad numerum in non essent. 8. fam. 24. in epist. Cælii.

Speciem dei ad numerum non permanere. de Nat. d. 1. 74

Et in ipsa oratione quasi quendam numerum & versum conficiunt. de Orat. 147. b

Thucydides verborum propè numerum, sententiarum numero consequitur. de Orat. 113. b

Extra numerum si se moueat histrio, exhibetur & exploditur. in Parad. 31. a

Prodest quorum in locum ac numerum peruenire velis, ab iis ipsis illo loco ac numero dignum putari. de Petit. Consul. 205. b

In quadrum numerum sententias redigere. in Orat. 120. a

Numerum in cadentibus guttis, quod interuallis distinguuntur, notare possumus. de Orat. 160. b

Thucydides omnes dicendi artificia mea sententia facile vicit, qui ita creber est rerum frequentia, vt verborum propè numerum, sententiarum numero consequatur. 2. de Orat. 30. a

In soluta oratione dum versum effugas, modum & numerum quendam oportet seruari. de claris Orat. 16. a

Hanc siue compositionem, siue perfectionem, siue numerum vocari placet. Orat. 219. b

De numero in oratione. de Orat. 159. b

Número & paucitate definita genera. 2. de Orat. 79. a

Atque ipse varium & elegans omni ferè numero poema fecisti. 1. Acad. q. 15. a

Non poetico, sed quodam oratorio numero & modo. Orat. 112. & de Orat. 97. b

Attici maximè numero seruiunt. de Orat. 219. b

Vt in musicis numeri, & voces, & modi. de Orat. 100. b. & 161. b

Numeri non apertè, nec eodem modo, sed variè & dissimulanter conclusi. de Clar. 190. b

Numeri orationis omnes poetici. Orat. 109. & 110

Moderatione certa quadam numerorum astringitur histrio. 1. de Orat. 132. a

Ratio numerorum & modorum. de Orat. 160. b

Adiunxit primus numeros verbis solutis Isocrates. in Orat. 100. a

Rosciius in senectute numeros ceciderat, & tardiores fecerat tibias. de Leg. 158. b

Continere omnes numeros virtutis. 3. de Fin. 39. a

Explere numeros & conficere versus, eius est qui fidibus vitur. 4. Acad. q. 46. a

Quod alia peccata plures, alia pauciores quasi numeros officii præterirent. de Fin. lib. 4. 46

Claudere sententias numeris. in Orat. 134. a

Perfectum expletumque omnibus suis numeris & partibus. 2. de Nat. d. 52. a

Nisi quid erat numeris aut descriptionibus explicandum. Tusc. q. lib. 1. 31. intelligit Arithmeticas & Geometricas demonstrationes.

Vt in fidibus si nullæ earum ita contentæ numeris sint, vt centum seruare possint, omnes æquè incontentæ sunt. 4. de Fin. 121. a

Numerosus.

Et quia non numero solum numerosa oratio, sed & compositione fit & genere, quod antè dictum est, concinnitatis compositione potest intelligi, &c. in Orat. 127. a

Et si numerosum est id in omnibus sonantq; vocibus quod habet quasdam impressiones, & quod metiri possumus interuallis æqualibus. 3. de Orat. 102. a

Atque id in dicendo numerosum putatur, non quod totum constat de numeris, sed quod ad numeros proximè accedit. Orat. 115

Et quoniam plura de numerosa oratione diximus, quam quicque ante nos, nunc de eius generis vtilitate dicemus. Orat. 132

Numerose.

Ipsa enim natura circumscriptione quadam verborum comprehendit, concluditque sententiam: quæ quum aptis cõstricta verbis est, cadit etiam plerumque numerose. de claris Orat. 17. a

Et tamen eam coniunctionem sicuti versum numerosè cadere & quadrare & perfici volumus. 3. de Orat. 96. a

Numerose & aptè cadens comprehensio. in Orat. 83. a

Aptè, circumscripè, & numerosè dicere vel cadere. in Orat. 127. a

Numerose & volubiler orationem fundere. in Orat. 122. a

Quid si platani fiduculas ferrent numerosè sonantes? de Nat. deor. 2. 17

Numero.

Maximum verò eius beneficium numero, quod hoc animo in Reipub. est. in Ant. 247. b

Singulas enim stellas numeras deos. 3. de Nat. d. 30

Hoc quartum numerat Theophrastus in orationis laudibus. Orat. 204. b

Me autem vterque numerat suum. 7. ad Att. 3

Idque Socratem, qui voluptatem nullo loco numerat, audio dicentem. 2. de Fin. 75

Hanc primam partem numerant. de Inuent. 54. b

Sulpitium accusatorem suum numerabat, non competitorum. pro Mur. 136. b

Eamque neque in rebus, neq; in prauis numerabat. 1. Acad. quæst. 59. a

Si Prætor dedit, à Quæstore numerauit. pro Flac. 155. b

Dio n. s. decies centena millia numerauit. in Verr. 81. b

Atticus qui ciuitatem conseruatam cuperet, pecuniam numerauit de suo. ad Att. lib. 16. 341. 3. a

Messalam certum eo s. cum Domitio numerasti. ad Q. frat. 327. b

Pecuniam numerauerunt, & postea venit. ad Atticum, lib. 5. 110. 14. a

Ego sine eo consilio Consulem numerem. in Pis. 84. b

Argumenta si ex reis numeres, innumera sunt: si ex rebus, modica. 2. de Orat. 75. a

L. Antonii horribilis cõcio, Dolabellæ præclara. iam vel sibi habeat nûmos, modò numeret Idib. ad Att. lib. 4. 44

Nec metiamur eam, vt quidam indocti, verborum magnificentia: virisque bonos, eos qui habentur, numeremus, Paulos, Catones, &c. de Amic. 20. a

Nec quicquam numeraret in bonis. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 25

Dies deficiat si velim numerare. 3. de Nat. d. 60

Aliquem accusatorem suum numerare, non competitorè. pro Mur. 47. a

Numerare aliquid in bonis vel malis. Tuscul. q. lib. 5. 24. de Leg. 171. b

M.iii.

Numerare aliquid in onere. Tusc. q. 18. b.
In actis aliquid numerare. 1. Philip. 14. a.
 Hunc hominem omnino numerare non decet. 2. de Leg. 14.
 Ne id quod petit, exigere magis, quam rogare, & in mercedis potius, quam in beneficii loco numerare videatur. ad Curionem, lib. 2. 5. 4. a. ad Cornificium, lib. 12. 23. 8. a.
Numerare omnes non est necesse. 4. Verr. 112. a.
Multi præterea improbi, quos quidem à se primum numerare possunt. 2. Philip. 219. a. & 7. 219.
Stipendium numerare militibus, in Pisonem, 69. a.
Quod cum numeraris certum c o s. 3. ad Q. frat. 34.
Sapiens ille Bias (vt opinor) qui numeratur inter sapientes septem. Parad. 117. b.
Diana omniuaga in septem numeratur quasi vagantibus. de Nat. d. 39. b.
Omnes qui Attici numerantur, de Opt. 243. b.
Et genera non naturalia, sed artificiosa dicuntur, in quo aruspices, augures, coniectoresque numerantur. de Diui. 95. b.
Propè Collega Timarchidi numerabatur. 4. Verr. 75. a. Id est, habebatur & censebatur.
Honestissimus inter suos numerabatur, pro Rosc. Amer. 9. a.
In primis beati in Italia Crotoniatæ quondam numerabantur. 2. de Inuent. 121. a.
Hi tum in Asia Rhetorum principes numerabantur, de Clar. 194. b.
In hoc tanto, tam atroci, tam singulari maleficio, quod ita raro extitit, vt si quando auditum sit, portenti ac prodigii simile numeretur. pro Rosc. Amer. 121. a.
A quo victore si cruciatus absit, mors in beneficii partem numeretur. in Ant. 231. b.
In eam iam venerat familiaritatem consuetudinemque in vendendis istius decretis & iudiciis, transigendisque negotiis, vt propè alter Timarchides numeraretur. 4. Verr. 123. a.
Nisi fortè si quid retulit in libellu, id numerabitur in actis Cæsaris. in Ant. 156. b.
In multis numerari, de claris Orat. 187. a.
Numerari in vulgo patronorum, de Clar. 196. b.
Itaque tota iam sapientium ciuium, qualem me & esse & numerari volo, & c. 1. fam. 44.
Proximum optimis numerari, de claris Orat. 116. a.
Numerandus est ille annus denique in Repub. in Pis. 85. b.
Non acutus orator, sed tamen orator numerandus est, de Clar. 184. b.
Num etiam pars hæc causarum numeranda est, de Or. 113. b.
Cur nec voluptas in bonis sit numeranda, nec in malis dolor, & c. de Fin. lib. 1. 25.
Nunquam ego hæc in bonis rebus numeranda duxi, Parad. 116. b.
Sed Romæ quotidie, simul atque sibi hic annuisset, numeraturum se dicebat, pro Quint. 10. a.
Numeratus.
Thucydides nunquam est numeratus orator, Orat. 199. b.
Is in mediocribus oratoribus numeratus est, de Clar. 179. b.
Nam numeratum si cuperem, non erat, ad Att. 76. b.
Cum vteretur dote vxoris numerata, quo mulieri res esset cautior, pro Cec. 8.
Multos nummos domi esse numeratos, ad Att. 219. b.
Numerato.
Mihi & res & conditio placet, sed ita vt numerato malim, quam æstimatione, ad Att. lib. 12. 31. Id est, malim numerari mihi, quam diutius expectare. vel, Malim ipsam rem mihi numeratam esse, quam vt existimer eam possidere.
Numidicus.
Metellus Numidicus, in Verr. 234. b.
Numinius.
Numinius Ennenfis publicè in C. Verrem legatus, 6. in Ver. 100.
Numitorius.
C. Numitorius ciuis Romanus testis in C. Verre, 7. in Ver. 128.
Nummius.
Etiam interpretatio nominis habet acumen, cum ad ridiculum conuertat, quamobrem ita quis vocetur, vt ego nu-

per Nummum diuisorem, vt Neoptolemus ad Troiam, sic illum in campo Martio nomen inuenisse, de Oratore, lib. 2. 143.

Numus, vel Nummus.

Nummus in Gallia nullus sine ciuium Rom. tabulis commouetur, pro Font. 276. b.
Ciuitas in qua nummus moueri nullus potest, sine quinque Prætoribus, pro Flac. 155. b.
Affident, subducunt ad nummum, conuenit, ad Att. 83. b.
Vnde si securus esset eorum sententiam, qui honesta & re- & emolumentis omnibus & commodis anteponebant, nummum nullum attigissent, 2. de Fin. 90. a.
Cogit enim Scandilium quinque illa millia nummum dare, ac numerare Apronio, 5. Verr. 119. a.
Emi eam ipsam domum millibus nummum x x x v. epist. 63. b.
Ne numo quidem sumptui fuit noster aduentus, 5. ad Atticum, 26.
Tua bona Posthume numo sestertio à me addicuntur, pro Rab. Posth. 28. a.
Ecquis est ex tanto populo, qui bona C. Rabirii, Posthumi numo sestertio sibi addici velit, pro Rab. Posth. 28. a.
Quidam proficiscens ad mercatum, & secum aliquantum nummorum ferens, de Inuent. 63. b.
Dionysius, qui meam bibliothecam multorum nummorum tractauit, aufugit, 13. fam. 101.
Numorum caritas, 9. ad Att. 34.
Nummorum facultas, pro Quint. 9.
Numorum plena res, 2. ad Q. frat. 18.
Vt libertus negotium conficiat, ad nummosque perueniat, 13. fam. 27.
Quaritur etiam, si sapiens adulterinos nummos acceperit imprudens pro bonis, quum id rescuerit, soluturusne sit eos, sicui debeat, pro bonis, 3. Offic. 122.
Cum aquilæ primipili nummos aureos daret, de meis bonis se dare dixit, 12. Philip. 332. a.
Pompeius putat nos nummos comedisse, ad Atticum, lib. 6. 112. 4. a.
Dolabella sibi habeat nummos, dummodo numeret Idibus, ad Att. 235. b.
Spargere nummos populo de Rostris, 3. Philip. 136. a.
Non modò in ære alieno nullo, sed in suis numis multos esse, ac semper fuisse, 6. Verr. 110.
Respondit se, quod in nummis haberet, nescire quo loci esset, nam, & c. 8. ad Att. 25.
Ternis numis in pedem tecum transegisse, 3. ad Q. frat. 3.
In nummis suis versari, pro Rosc. Com. 13.

Numulus.

Tu si tuis blanditiis tamen à Sicyoniis numulorum aliquid expresseris, velim me facias certiorum, Att. lib. 1. 14. 12. a. & lib. 8. 165. 2. 5. Verr. 158. a.
Si iudiciu est, triginta homines Populi Romani leuissimos ac nequissimos numulis acceptis ius ac fas omne dedere, ad Att. lib. 1. 40.

Numatus.

Volitat enim ante oculos istoru Iubæ regis filius adolescens, non minus bene numatus, quam bene capillatus, 2. de Lege Agr. 62. a. de Hyempsale.
Id vtrum Romano more locutus sit, bene numatum te futurum, an quomodo Stoici dicunt, omnes esse diuites, qui cælo & terra frui possint, 7. fam. 30.

Numatio.

Pone ante oculos lætitiæ Senatus, populique Rom. confer cum numatione tua, tuorumque; tum intelliges, quantum inter laudem & lucrum interfit, 2. Philip. 120.

Numarius.

Numarius interpres pacis & concordie non probabatur, pro Cluentio, 81. a. Id est, mercenarius.
Difficultas numaria, 4. Verr. 49. a.
Numaria lex, 3. in Verr. 76.
Ecquod iudicium Romæ tam dissolutum, tam perditu, tam numarium fore putasti, quo ex iudicio te vlla fraus seruari possit, 5. in Verr. 112.

Num tanta difficultas eum rei numariæ tenuerit, tanta ægestas, tanta vis oppresserit, vt sacrarium suum spoliaret, vt deos patrios venderet, 6. Verr. 19. a.
Illud de ratione numaria non sunt eiusmodi, 10. ad Att. 37.
Prætores & Tribuni plebis rem numariam de comuni sententia constituerunt, ita stabatur enim temporibus illis numus, sic vt nemo posset scire quid haberet, 3. Offic. 103. a.
Quare in hoc thecam numariam ne retexeris: in aliis eris cautior, 4. ad Att. 24.
In numaria difficultate esse, 4. in Verr. 49.
Varia iudicium genera, numarii pauci, sed omnes irati, pro Cluent. 60.
Inscandandis, exagitantisque numariis iudiciis, omnem omnibus studiosis ac fautoribus illius victorie eripuit, 1. ad Att. 41.

Nunc.

Nunc hic dies aliam vitam affert, alios mores postulat, 12. fam. 55. Terentii locus.
Dicitur, qui ex bello, cæde, & fuga nunc primum audent contra M. Fonteium inermem consistere, pro Fonteio, 4. a. pro Cluent. 58. a.
Etenim quoniam fide magistri cognostis, cognoscite nunc discipuli æquitatem, pro S. Rosc. 38. b.
Dic nunc te ab eo esse circumscriptum, pro Q. Rosc. 48. b.
Nunc ego quid tibi Crasse, quid cæteris accidat, nescio, 2. de Orat. 102. a.
Sed erat tunc excusatio oppressis, nunc nulla est, epistol. 76. & in Anton. 211. b.
Brutus erat in Nefide, etiam nunc, Attic. lib. 16. 333. 6. a.
Nunc reus erat apud Crassum diuitem Vectius de vi Attic. lib. 2. 39. 7. a. & 3. ad Q. fra. 4.
Nunc tamen ipsum sine te esse non possum, 12. ad Att. 18.
Nunc iam sum expeditus, Cassius ad Cic. lib. 12. 12. 5. a.
Patior non molestè iudices, eam vitam quæ mihi sua sponte antea iucunda fuerit, nunc iam mea lege & conditione necessariam quoque futuram, 6. Verr. 4. a.
Nunc tamen ipsum sine te esse non possum, Att. a.
Nunc ipsum ea lego, ea scribo, vt ii qui mecum sint, & c. 12. ad Attic. 53.
Quin nunc ipsum minimè offendifses, si eius causa in Italia non fuisset, Attic. lib. 10. 195. 14. a.
Quæ quidem multò plura euenirent, si ad quietem integri iremus: nunc onusti cibo & vino, confusa & perturbata cernimus, 1. de Diuin. 107. a.
Pecuniam petit nunc denique, pro Quintio, 23. a.
Nisi fortè hæc illi tum arma dedimus, vt nunc cum bene parato pugnaremus, Att. 105. b.
Vidi nuper, & nunc videbam de eadem re, de Clar. 187. b.

Nunc vero.

Nunc verò ea vis est in homine, vt ei multò Rhetoricam citius quis ademerit, quam Philosophiam concefferit, 1. de Inuent. 2.
Nunc verò fateris, & c. 2. de Orat. a.
Paucorum cupiditati tum quum obsistere non poterant, tamen sufficere aliquo modo poterat. nunc verò iam adempta est non modò resistendi, verum etiam suppeditandi facultas, 7. Verr. 99. a.

Nuncupo.

Itaque tum illud quod erat à Deo natum, nomine ipsius Dei nuncupabant: vt quum fruges Cererem appellamus, 2. de Nat. d. 86. a.
Neglectisque sacrificiis solennibus, ante lucem ea vota quæ nunquam solueret, nuncupauit, 3. Philip. 131. a.
Alterum, quod quæ paludatus exisset, vota que pro imperio suo, communique pop. Rom. nuncupasset, noctu stupri causa lectica in urbem introferri solitus est ad mulierem, nuptam vni, propositam omnibus, contra fas, contra auspicia, contra omnes diuinas atque humanas religiones, 7. Verr. 128. a. 3. Philip. 131. & 5. 180.
Vt totum illud vi lingua nuncuparet, in magistri carmine scriptum videretur, de Orat. 106. b.
Nuncupare aliquem aliquo nomine, de Nat. d. 40. b.
Nomine Dei aliquid nuncupare, 2. de Nat. d. 86. a.

Næque enim illud fugerim dicere, vt Cælius, qua tempestate Pœnius in Italiam venit: nec prolem aut sobolem, aut ef fari, aut nuncupari, 3. de Orat. 84.
Nam quum ex duodecim tabulis satis esset ea præstari, quæ essent lingua nuncupata: quæ qui inficiatus esset, dupli pœna subiret: à Jurisconsultis etiam reticentiæ pœna est constituta, 3. Offic. 84.

Vocabulis deorum res vtiles & salutare nuncupatas dicit Perseus, 1. de Nat. d. 56. a.

Nundinæ.

Cuius domus quætuossissima est falsorum commentariorum & chirographorum officina: agrorum, oppidorum, immunitatum, vectigalium flagitiosissimæ nundinæ, 2. Philip. 55.
In interiore ædium parte totius Reipub. nundinæ, in Anton. 169. b.
Receptaculum aratorum, nundinæ rusticorum, cella atque horreum Campani agri, Capua, 2. de leg. Agr. 87. a.
Ipsa die nundinarum, Att. lib. 1. 9. 2. a.
Profecto rem non habes vllam, hæc negotia multarum nundinarum fore, 4. ad Att. 44.

Nundinarum in circo Flaminio. Att. 8. b.
Domesticis nundinis Antonii vectigalia non solum, sed etiam imperium populi Rom. diminutum est, 2. Phil. 94. a.

Nundinum.

Sed quod in cæteris legibus trinum nundinum esse oportet, id in adoptione satis est trium esse horarum, pro Domino sua, 221. b.
Quarta sit accusatio trinum nundinum prodita die, qua die sit iudicium futurum, pro Dom. sua, 222. b.

Nundinor.

Vna in domo omnes, quorum intererat, totum imperium pop. Rom. nundinabantur, 3. Philip. 130.
Qui ab isto ius ad vtilitatem suam nundinarentur, 3. Verr. 83. 2. de Diuin. 101. a.
In Selonio angues apud focum solent nundinari, de Diuinat. lib. 2. 51.
Ab isto & præco qui voluit istum ordinem, pretio mercatus est: & pueri annoru senum, septenumque denum Senatorium nomen nundinati sunt, 4. Verr. 85. a.

Nundinatio.

Fuit nundinatio aliqua, & c. 7. Verr. 8.
Nam quæso redite in memoriam iudices, quæ libido istius in iure dicendo fuerit, quæ varietas decretoru, quæ nundinatio, & c. 3. Verr. 84. a.
Nundinatio hominum, 4. Verr. 83. a.
Hinc vos quas spoliationes, quas pactiones, quam denique in omnibus locis nundinationem iuris ac fortunarum fore putatis, 1. de leg. Agr. 5. a.
Confer ea cum nundinatione tua, in Anton. 182. alii legunt nummatione.

Nunquam.

Nunquam à Philone discessit, nisi posteaquam ipse cepit qui se audirent habere, 4. Acad. q. 12. 5. a.
Videre mihi videor tantam dimicationem, quanta nunquam fuit, Att. 98. b.
Tu nunquam in hoc ordine, vel potius nunquam in hac vrbe mansisses, in Ant. 167. b.
Qui Consulatum petiit nunquam, factus est Consul bis, de Amicit. 10. a.
Eloquentiam verò sine sapientia nimium obesse plerumque, prodesse nunquam, 1. de Inuent. 2. a.
Illud autem mihi ante hoc tempus nunquam in mentem venit à te requirere, 1. Acad. q. 5. a.
Nunquam vidi in vlla alia, nisi humana figura, de Nat. d. 1. 61.
Nunquam vos Prætores tam palæstricum vidistis, 4. Verr. 38. a. de Amicit. 10. a.
Qui nunquam philosophum pictum, vt dicitur, viderunt, de Finib. lib. 5. 71.

Nunquando.

Nunquando tibi moram attulerit, quominus cõsiliu aduocares, legemque ferres, quod eo die scires de cælo esse seruatum, in Vatinius, 11. a.

Exiit autem hoc loco quaestio subdificilis, Nunquādo amici noui digni amicitia, veteribus sint anteposendi, ut equis vetulis teneros anteposere solemus. de Amic. 59. a

Nunquid.

Nunquid fundus in Nolano uenalis sit. Att. lib. 13. 266. 1. a
Nunquid uestrum ad uim accommodatus est. contra Rul- lum, 90. b

Nunquid est aliud? Imò uerò, inquit. pro Rosc. Amer. 31. a
Nunquid ergo in his rebus, quod prouisione aut permotione meus magis, quam natura ipsa sentiamus? 2. de Diuinat. 13. a

Nunquid vos duas habetis patrias? an, &c. de Leg. 170. b
Omniane officia perfecta sint, nunquid officium aliud alio maius sit, & quae sunt generis eiusdem? Offic. 2. b

Pecuniam petit: negamus deberi. Iudicium fiat statim. non recusamus. Nunquid praeterea? pro Quintio, 14. a

Nunquid horum probat noster Antiochus? 4. Academic. quaest. 256. a

Nunquid igitur bona Lentuli religionibus religauit? pro Domo sua, 238. b

Me enim nemo adhuc rogauit, nunquid in Sardiniam uelim: te puto semper habere, etsi non semper, qui, nunquid Romam uelis, quarant. ad Q. fra. lib. 2. 6. 1. a

Is me nec proficentem a Pameam profectum est: nec qui postea in castra uenisset, atque inde discederet, nunquid uellem rogauit. Att. lib. 6. 14. 10. a

Quum me spectans sua uilla, nunquid uellem rogasset. Att. lib. 5. 5

Nunquidnam.

Nunquidnam manus tua sic affecta, quemadmodum affecta nunc est, desiderat? de Finib. lib. 1. 60

Quid vos tandem Crassus? Nunquidnam, inquit, noui? 2. de Orat. 8. a. Matio, lib. 11. 27. 3. a

Nunquidnam de oratore ipso restat? in Part. 15
Quid solis, nunquidquam aut luna aut quinque errantium siderum simile uideri? de Nat. d. 1. 61

Nuntias & Nuntium.

Eam calamitatem non ex praetio nuntius, sed ex sermone rumor atulit. pro Pomp. 8. b

Ex ea, te Imperatore, nuntius ad Senatum allatus est nullus. in Pison. 35. a

De cuius morte quum domum falsus ab exercitu nuntius uenisset, & pater eius, &c. 1. de Orat. 85. a

Affertur nocte intempesta grauis huiusce mali nuntius. 7. Verr. 73. a

At ex hoc uetigali nunquam malus nuntius auditus est. contra Rul. 82. b
Hoc ita præter expectationem accidit, vt testem omnium rifu obrueret. 3. de Orat. 157.a

Et id ipsum nisi vnus esset Ennii testimonio cognitum, hunc vetustas, vt alios fortasse multos, obliuione obruisset. de clar. Orat. 30.a

Nam nisi Ilias illa exiisset, idem tumultus, qui corpus eius contexerat, nomen etiam obruisset. pro Archia, 18.a. Id est, nullam sui memoriam, siue famam nominis reliquisset posteris. de Homero.

Nec verò quenquam fenum audiui oblitum quo loco thesaurum obruisset. de Senect. 19

Oua obruere testudines & crocodilos, quum in terra parum ediderint, deinde discedere aiunt: ita nascuntur & educantur ipsa per sese. 2. de Nat. d. 194.a

Ranae marinae obruere sese arena solent. de Nat. d. 51.b

Obruere aliquem lapidibus. Offic. 3. 63

Ait hac læritia Deiotarum elatum, vino se obruisse, in conuiuioque nudum saltauisse. pro Deiot. 17.a

Sermo obruitur hominum interitu, & obliuione posteritatis extinguitur. in Somn. Scip. 27

Obruitur enim aratorum testimoniis. 4. Verr. 108.a

Terra bellua, quæ quoniam in foueam incidit, obruatur. in Ant. 193.b

Aut ita paruum malum, vt id obruatur sapientia, vixque appareat. 3. Tusc. q. 136.a

Mala virtutis magnitudine obruentur. 5. de Fin. 159.a

Et quum obruerentur copia sententiarum atque verborum, ieiunitatem & famem se malle, quam vbertatem & copiam dicerent. 2. Tusc. q. 5.a

Si prima quæque bene ab eo consulta atque facta, ipsius obliuione obruerentur. 2. de Finib. 168.a

Ambitione & foro obrui. 1. de Orat. 47.a

Obrui & opprimi criminibus & testibus. 3. Verr. 13.a

Nève te obrui tanquam fluctu, sic magnitudine negotii finas. ad Q. fra. lib. 1. 1. 6.a

Obrutus.

Obrutus & oppressus. in Verr. 80.b

Nam qui sciet vbi quidque positum sit, quaque eò veniat, is etiam, siquid obrutum erit, poterit eruere. 4. de Fin. 17.a

Ægyptum Nilus irrigat: & quum tota ætate obrutam operetamque tenuit, tum recedit, &c. 2. de Nat. d. 196.a

Is etiam si quid obrutum erit, poterit eruere. de Finib. 108.b

Vosque Albanorum obruta aræ. pro Mil. 118

Exoritur hinc iam obrutis rebus omnibus & perditis illa defensio, eum deiici posse, qui non possideat. pro Cicerina, 65.a

Obscœnus.

Obscœnum & turpe dictu. 9. fam. 51

Illiberale, petulans, flagitiosum, & obscœnum iocandi genus. 1. Offic. 135.a

Quod facere non turpe est modo occultè, id dicere obscœnum est. Offic. 25.b

Delicata & obscœna voluptates. 1. de Nat. d. 153.a

Obscœna omnia. pro Domo sua, 108

Nam & obscœnas voluptates, de quibus multa ab illis habetur oratio, &c. 5. Tusc. q. 134.a

At hodie penis est in obscœnis. epist. 140.b

Illud Antipatri est quidem paulo obscœnius, sed non absurda sententia est. Tusc. 249.b

Obscœnissimi versus. 2. ad Q. frat. 8

Obscœnitas.

Obscœnitas orationis petulantia non vacat. Offic. 1. 177

Verborum obscœnitas si turpitudini rerum adhibeatur, ludus ne libero quidem homine dignus est. 1. Offic. 145

Cuius de probis, adulteriis, ac stupris extant æmoneum literæ, quas ego non solum propter longitudinem, sed etiam propter turpissimam obscœnitatem verborum prætereundas puto. pro Flac. 26.a

Turpitudinem verborum, & rerum obscœnitatem vitare. 2. de Orat. 134.a

In obscœnitate siquod sit flagitium, id aut in re esse, aut in verbo. 9. fam. 51, & 52

Obscœne.

Latrocinari, fraudare, adulterari, turpe est, sed dicitur non obscœnè. 1. Offic. 178.a

Excitata obscœnius Mercurii natura traditur, quod aspectu Proserpinæ commotus sit. 3. de Nat. d. 76.a

Obscurus.

Obscurus in agendo. 2. in Verr. 3

Nimis obscurus Euphorion poeta: at non Homerus. 2. de Diuinat. 197.a

Heraclitus valde obscurus, minimè Democritus. 2. de Diuinat. 197.a

Interim venit index ad Dineam neque obscurus, neque incertus, qui nuntiaret ei filium eius M. Aurium viuere. pro Cluent. 15.a

Obscurus vir, astutus, fallax. 3. Offic. 74.a

Quia non est obscura tua in me benevolentia. ad Sulp. lib. 13. 71. 1.a. Hoc est, eam omnes nouerunt.

Libonis & Hipstæi non obscura concursatio & contentio, omniumque Pompeii familiarium studium. ad Lentulū, lib. 1. 1. 10.a

Non vt deorum naturam tollerem, sed vt intelligeretis quàm esset obscura, & quàm difficiles explicatus haberet. 3. de Nat. d. 70

Obscura oratio quomodo fiat. Partit. 11

Omnis peregrinatio (quod ego ab adolefcentia iudicau) obscura & sordida est iis, quorum industria Romæ potest il lustris esse. ad Cæl. lib. 2. 11. 4.a

Cur hoc tam est obscurum atque cæcum? 2. de leg. Agraria, 46.a

Obscurum causæ genus. 1. de Inuent. 30

Nõnne in ea causa ius applicationis obscurum sanè & ignotum, patefactum in iudicio atque illustratum est à patrono? 1. de Orat. 86.a

Quare sibi habeant sapientiae nomen & inuidiosum & obscurum. de Amic. 17.a

Quid autè tam obscurum dici potest, &c. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 36

Non erat obscurum quid homo improbus aut nefarius cogitaret. 4. Verr. 63.a. Id est, nemo ignorabat.

Posteaque Pompeius humili atque obscuro loco natus. 7. Verr. 142.a

De oratione Rulli obscura. contra Rul. 68.b

Nolo suspensam & incertam plebem Romanam obscura spe & cæca expectatione pendere. de leg. Agraria, 68.a

Obscuræ res & perturbatæ. 6. fam. 19

Quemadmodum res obscuræ dicèdo fierent apertiores: sic res apertas obscuriores fieri orationi. 2. de Inuent. 238.a

Obscura & ambigua multa erant, adhibita sunt interpretum explanationes. 1. de Diuin. 190.a

Chrysippus totum volumen impleuit oraculis, partim flexiloquis & obscuris, vt interpres egeat interprete, & fors ipsa ad sortes referenda sit: partim ambiguis, & quæ ad dialecticum deferendæ sint. 2. de Diuin. 172.a

Obscuris orti parentibus. 1. Offic. 163.a

Neque enim obscuris personis, nec paruis in causis res agitur. ad Appium, lib. 3. 5. 6.a

Tua verò nobilitas Serui Sulpiti, tametsi summa est, tamen hominibus literatis & historicis est notior, populo verò & suffragatoribus obscurior. pro Mure. 13.a

Obscurior vultus. pro Mur. 46

Res apertæ obscuriores fiunt oratione. de Inuent. 82.b

De Thucydide, & eius oratione obscurissima. Orat. 199.b

Obscure.

Obscurè, & non dissimulanter, contraria. 1. fam. 13

Non agam obscurè. in Cat. 99.b

Omnia non modo quæ reprehendi palàm, sed etiam quæ obscurè cogitari possunt, timemus. pro Milo. 32.a

Nimis obscurè aliquid commemorare. 2. de Finib. 24.a

De quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, huic ne perire quidem certè, tacitè obscurè conceditur. pro Quintio, 28.a

Quàm argutè, quàm obscurè, etiam contra Stoicos differendum? Acad. q. ed. 2. lib. 1. 5

Neque id obscurè ferebat, nec dissimulare villo modo poterat. pro Cluent. 41.a

Itaque istam paupertatem, vel potius egestatem ac mendicitatem tuam nunquam obscurè tulisti. in Parad. 58.a

Nihil minus obscurè tulit. 9. ad Att. 19

Neque ille quidem obscurè locutus est. 4. Verr. 34.a

Heraclitus de natura nimis obscurè memorauit. de Finibus, 67.b

Serpit obscurè hoc malum. 4. in Catil. 78.a

Alterum quidem, vt videmus, palàm: alterum, vt suspicamur, obscurius. 4. Acad. q. 28.a

Amicum ex Consularibus neminem tibi esse video præter Hortensium & Lucullū: ceteri sunt partim obscurius iniqui, partim non dissimulanter irati. ad Lent. lib. 1. 5. 15.a

Atque hoc etiam Platonem in Timæo dicere quidam arbitrantur, sed paulò obscurius. 4. Acad. q. 222.a

Obscuritas.

Obscuritas ignoratiōque causarum. Acad. quæst. edit. 2. lib. 1. 22

Naturæ obscuritas. 1. de Orat. 35.a. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 135

Obscuritas orationis. 1. Offic. 178.a

Quum rerum obscuritas non verborum facit, vt non intelligatur oratio, qualis est in Timæo Platonis. de Finib. lib. 2. 12

Obscura, inquit, quædam esse confiteor: nec tamen ab illis ita dicuntur de industria, sed inest in rebus ipsis obscuritas. 4. de Fin. 3.a

Est enim omnis cognitio multis obstructa difficultatibus, maximaque est & in ipsis rebus obscuritas, & in iudiciis nostris infirmitas. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 7

Reiecit te à libris obscuritas. in Topic. 2.a

Sed habeo alia signa quæ obseruem, quæ etsi non sunt certiora illis, minus tamen vel obscuritatis vel erroris habent. epist. 83.b

Dua sunt huius obscuritatis causæ: vna pudoris, &c. altera sceleris, &c. cont. Rullum, 73

Adhibuit etiam latebram obscuritatis, vt iidem versus aliàs in aliam rem accommodari posse viderentur. 2. de Diuinat. 166.a

Oratio quæ lumen adhibere rebus debet, ea obscuritatem & tenebras afferat, &c. 3. de Orat. 28.a. pro Deiot. 7

Philosophia in tres partes distributa est, in naturæ obscuritatem, in differendi subtilitatem, in vitam atque mores. de Orat. 90.b

Quorum autem prima ætas propter humilitatem & obscuritatem in hominu ignoratione versatur: hi simulac, &c. 2. Offic. 63.a

De obscuritate naturæ, deque errore tot philosophorū, &c. 4. Acad. q. 263.a

In ea obscuritate ac dubitatione omnium Cannutio perito homini, qui quodam odore, &c. pro Clu. 58.a

Inuoluta naturæ obscuritate causa latet. 1. de Diuin. 65.a

Iam verò quo pertinent obscuritates & ænigmata sociorum: intelligi enim à vobis diu velle debebant ea, quæ nõstra causa nos monebant. Diuin. lib. 2. 102

Obscuro.

Obscurat magnitudinem periculi lucrum. 5. Verr. 113. Id est, tegit ita vt non appareat.

Tenebras obscurat omnia nox. 1. in Catil. 4.a

Si erunt mihi plura ad te scribendâ, *διψυγέλης* obscurabo. Attic. lib. 2. 35. 3.a

Tanta vis est honesti, vt speciem vtilitatis obscuret. 3. Officior. 62

Vt omnes intelligant nihil me nec subterfugere voluisse reticendo, nec obscurare dicendo. pro Cluent. 1

Nos autem tenebras cogitemus tantas, quantæ quondam eruptione Ætnæorum ignium finitimas regiones obscurauisse dicuntur. 2. de Nat. d. 139.a

Obscuratur, obruitur, & interit splendore virtutis & magnitudine, omnis ista rerum in corpore æstimatio. 3. de Finibus, 36

Vt enim obscuratur & offunditur luce solis lumen lacer-
na, & c. de Fin. lib. 3. 36
Minora maioribus obscurantur. 5. de Fin. 103. a
Omnia illa quæ bona tu vocas, necesse est obscurari, & non
apparere, & in virtutem tanquam in solis radios incurre-
re. de Finib. a
Obscurari nec apparere quædam, quia valde parua sint. 4.
de Finib. 47. a
Quæ minimæ sunt voluptates, eas obscurari sæpe & obrui.
de Fin. lib. 4. 24
Et ab omni consuetudine quam obscurari volunt. 4. Acad.
quæst. 78. a
Neque enim est hoc dissimulandum, quod obscurari non po-
test, sed præ nobis ferendum. pro Arch. 19
Firmamenta ad fidem posita, aut per se diluenda, aut obscu-
randa, aut digressionibus obruenda. in Partit. 9. a
Obscuratus.
Sensim obscurata est & euauit eorum memoria. 2. de Ora-
tore, 53. a
Obscurata beneficia. post redi. ad Quiri. 2
Tuas laudes obscurata nulla vnquam est obliuio. pro
Marcello, 17
Obscuratio.
Obscuratio propter exiguitatem rerum consequitur. 4. de
Finib. 48. a
Quibus autem in rebus obscuratio tanta non sit, fieri tamen
non potest, & c. 4. de Finib. 49. a
Obscuro.
Obscuro, inquit, Torquate, hæc dicit Epicurus. de Fin. 68. b
Obscuro mi Pomponi, non vides, & c. Att. 43. b
Obscuro Pylia salutem. Att. 190. b
Idque vt facias, te obsecro atque obscuro. ad Attic. lib. 11.
209. 2. a
Itaque te hoc obscuro, vt, & c. pro Quint. 18. b
Quamobrem te obscuro iisdem precibus, quibus s. p. Q. R.
vt, & c. 11. fam. 9
Attica mea, obscuro te, quid agit: quæ me valde angit. At-
tic. 208. b
Quid, obscuro te, me miserum, quid futurum est: epist. 133. b
Sed obscuro te, quid hoc miserius, quam, & c. Att. 124. b
Ego vos p. c. oro atque obscuro, vt, & c. epist. 166. b
Deinde me obsecras amantissime, ne obliuiscar vigilare, &
vt animaduertam quæ fiant. Att. 88. b
Næuium obscrauit per fratris sui mortui cinerem, per no-
men propinquitatis, vt, & c. pro Quint. 65. a
Idem pro salute mea populum Romanum obscrauit. pro
Domo sua, 219. b
Denique ipse ad extremum pro mea vos salute non roga-
uit solum, verum etiam obscrauit. Post reditum ad Qui-
rit. 14. a
Si intelligam posse ad summos peruenire, non solum hor-
tabor vt elaboret, sed etiam si vir quoque mihi bonus vi-
debitur, obsecro. 2. de Orat. 47. a
Quum multis lachrymis eum oraret atque obsecraret He-
raclius, imperare non potuit. 4. Verr. 29. a
Quum mihi C. Marcellus frater amantissimus mei, non so-
lum consilium daret, sed precibus quoque me obsecraret.
4. famil. 34
Obsecratio.
In quo constituendæ nobis quidem sunt procurationes &
obsecratio. de Arusp. respon. 58. a
Grauiorem duxisse eius obsecrationem, quæ vestris sacris
præsit, quam eorum audaciam, qui cum omnium sac-
ris delubrisque bella gesserunt. pro Fonteio, 33. a. 3. de O-
ratore, 114. a
Cauete ne periculosum superbumque sit, eius vos obsecra-
tionem repudiare, cuius preces si dii aspernarentur, hæc
salua esse non possent. pro Fonteio, 31. a
Prece & obsecratione humili ac supplicii vti. 1. de Inuen. 32. a
Obsecundo.
Non modo ciues assenserint, socii obtemperarint, hostes o-
bedierint, sed etiam venti, tempestatisque obsecunda-
runt. pro leg. Manil. 34. a

Obsepio.
Hæc omnia tibi accusandi viam muniebant, adipiscendi ob-
sepiebant. pro Mure. 45
Obsequor.
Consuetudini auribus indulgenti libenter obsequor. in O-
rat. 88. a
Quamobrem Cluenti de te tibi obsequor, neque ego legem
recito, & c. pro Cluent. 120. a
Obsequar igitur voluntati tuæ, dicamque, si potero, rheto-
ricè. 2. de Finib. 15
Sic faciemus, tuisque optimis studiis obsequemur. 2. Tuf-
cul. quæst. 57
Sic distrahuntur in contrarias partes impotentium cupi-
ditates: quum huic obsecutus sis, illi est repugnandum.
5. Tusc. q. 85. a
Ego verò, inquit, obsequi studeo. de Orat. 93. b
Obsequi amico. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 8
Obsequi alicui in omnibus. ad Q. frat. lib. 1. 1. 47. a
Obsecutus fortunæ. 10. ad Attic. 28. in epist. Cæsaris.
Naturæ bonitatisque alicuius obsequi. pro Quint. 65. a
Sed quum pudori tuo maluisti obsequi, quam valetudini,
reliqua cura. ad Tironem, lib. 16. 11
Dum tibi roganti obsequi vellem, scribendi impudentiam
suscepi. Orat. 220. b
Studiis suis etiam in asperitatibus rerum obsequi. 1. de O-
ratore, 3. a
Tempestatum in nauigando obsequi, artis est. Lentulo, lib.
1. 9. 85. a
Obsequens.
Filius obsequens patri. epist. 148. b
Filia matris pellex, tibi iucundior atque obsequetior, quam
parenti par est. Sallust. in Ciceronem, 1. a
Obsequium.
Obsequium & indulgentia, pro eodem. 10. ad Att. 38
Obsequium amicos, veritas odium parit. Læli. 75
Sed obsequium multo molestius, quod peccatis indulgens,
præcipitem amicum ferri finit. de Amic. 75. a
Omne meum obsequium in illum fuit cum multa feueri-
tate. 10. ad Att. 9. Id est, indulgentia mea.
Obsequio meo ad omnes res abuteretur. 10. fam. 31. in epist.
Planci.
Obsequio filius, consilio parens. 1. ad Q. fra. 51
Quum animus cunctis virtutibus à corporis obsequio in-
dulgentiæque discesserit. 1. de Leg. 89. a
Ea verò sunt ab obsequio nostro. Att. 165. b
Comprehendere multos amicitia & obsequio. pro Cæ-
lio, 40. b
Mulieres valde intelligo delectari obsequio & comitate a-
dolescentis. Attic. 95. b
Feci omni obsequio, vt neutri illorum quisquam esset me
charior. ad Att. lib. 6. 117. 2. a
Ego Antonium Collegam patientia atque obsequio meo
mitigavi. in Pison. 3. a
Obsequia in homines. de Leg. 164. b
Obsero.
Obductaque terra erat, frugibus obserebatur. 2. de Leg. 58
Obsitus.
Obsitus campus. 5. Verr. 38. a
Acherontia templa, alta Orci, pallida
Leti, obnubila, obsita tenebris loca. 1. Tusc. q. 41
Observo.
Illud *ἡσυχία* (ita enim putatur) obseruo, *ἡσυχία* *πρὸς*
sertim in te, à quo, & c. Attic. lib. 7. 136. 5. a
Quid tu id quemadmodum obseruas: pro Quint. 16. b
Restriçtè non obseruat amicitia ne plus reddat quam acce-
perit. de Amic. 52. a
In araneolis aliæ quasi rete texunt, vt siquid inhæserit, con-
ficiant: aliæ autem vt ex inopinato obseruant, & siquid
incidit, arripiunt, idque consumunt. 2. de Natu. deor.
183. a
Nunc autem homines in speculis sunt, obseruant quemad-
modum se vnusquisque vestrum gerat in retinenda reli-
gione, conseruandisque legibus. 2. Verr. 28. a

Quid in viris idemne obseruabant: minime. ad Heren. 29. b
Matores nostri nunquam perinde vt rem iudicatam, obser-
uauerunt animaduersionem censoriam. pro Cl. 92
Chaldaei stellarum motus obseruauerunt, quibus notatis,
quid cuique significaretur, memoria prodiderunt. de Di-
uin. 80. b. Parad. 23. b
Lena delimita argento nutum obseruabit meum. 4. Tusc. q.
110. a. Parad. 49
Non enim id agit, vt insidietur & obseruet: sed iam fauet,
processumque vult, dicendique vim admirans, non in-
quirit quod reprehendat. in Orat. 122. a
Latronum leges esse dicuntur, quibus pereant, quas obser-
uent. Offic. 41. b
Quum præsertim tam multi occupationem eius obseruēt,
tempusque aucupentur, & c. pro Rosc. Amer. 13
Itaque ei præcepi, vt obseruaret tempus epistolæ tibi red-
dendæ. 11. fam. 27. id est, caueret ne intempestiuè tibi eam
redderet.
Magis mihi isti seruiunt, si obseruare seruire est. Att. li. 13. 64
Scribis tibi in animo esse obseruare Cæsarem, & si secūm
mare ad me ire cepisset, confestim in Samnium ad me
venturum. ad Att. lib. 8. 163. 1. a
Obseruare centesimas. 5. ad Att. 53
Obseruare commendationes. 13. fam. 46
Obseruare facta hominum, ad legesque reuocare. 3. de Le. 40
Leges obseruare. pro Domo sua, 56. a
Obseruare literas legum. 3. de Leg. 40
Obseruationes alicuius diligenter obseruare. Seruio lib. 14.
28. 1. a
Signa aliqua obseruare. Cecinnæ, lib. 6. 6. 16. a
Tempus aliquod obseruare. Bruto, lib. 11. 16. 1. a
Tempus vlcescendi obseruare. 4. Tusc. 16. a
Quæ sua sponte homines eloquentes fecerunt, ea quosdam
obseruasse atque collegisse. de Orat. 97. b
Etsi causæ non reperiuntur istarum rerum, res tamen ipsæ
obseruari animaduertique possunt. de Diuin. lib. 2. 69
Fac itaque vt se abs te custodiri atque obseruari sciant. de
Petit. Conf. 36. a
Obseruari causa temporis. Læli. 26
Metellus eum censum obseruari iussit, qui Sex. Peduceo
Pratore habitus esset. 4. Verr. 96
Quod ne accidat, obseruari non potest. Orat. 215. b
Et persæpe me, quæ soleres in dicendo obseruare, docuisti.
de Orat. 93. b
Quomodo hæc infinita obseruando notare possumus: de
Diuin. 138. b
Canes ibi quamplurimos esse, vbi permulti obseruandi,
multaque seruanda sunt. pro Ro. Ann. 54. a
Sunt enim quidam oratorii numeri in oratione obseruandi
ratione quadam. Orat. 124. b
Obseruare, pro Colere, Venerari.
Vehementerque illum ordinem obseruo. in Verr. 245. b
Hoc magis sum Publio deditus, quod me, quanquam à pue-
ritia sua semper, tamen hoc tempore maximè, sicut alteri
parentem & obseruat & diligit. ad Licinium, lib. 5. 8. 13. a
Colimus & obseruamus diligenter Cæciliū. Att. li. 2. 34. 9. a
Omnes ferè familiarissimi eius, quasi deum tibi meis magnis
veteribus officiis, me diligenter obseruant & colunt. de
Amic. 101. b
M. Æmilius Auianus, ab ineunte adolescentia me obserua-
uit, semperque dilexit. Octauio, lib. 13. 38
In quo ille existimat, quod facile appareat, quum me colat
& obseruet, tibi quoque in eo se facere gratissimum. ad
Sulpit. lib. 4. 3. 16. a
Neque hoc liberis nostris interdendum est, ne obseruent
tribules suos, ne diligant. pro Planc. 268. b
Eos autem quorum vita perspecta in rebus honestis atque
magnis est, bene de Repub. sentiētes, ac bene meritos aut
merentes, aliquo honore aut imperio affectos, obseruare
& colere debemus. 1. Offic. 207
Perofficiose & peramāter obseruare aliquē. Pato, li. 9. 20. 7. a
Obseruatum est.
Habitum ita & obseruatum est. ad Att. lib. 3. 65. 4. a

Obseruatus.
Obseruatum & vetustum aliquid habere. 2. de Diuin. 69. a
Quæ obseruata sūt in vsu ac tractatione dicēdi. de Or. 94. b
Obseruata sunt hæc tēpore immenso, & significatione eue-
ntus animaduersa ac notata. de Diuin. 82. b
Tribus officiis ab aliquo obseruatas necessitudines, non
largitione. pro Planc. 32
Obseruans.
Obseruans homo. 2. ad Q. frat. 32
Is nimium inquires in lege, atque ipse sese obseruans, me-
tuensque ne vitiosum colligeret, etiā verum sanguinem
deprauabat. de Clar. 155. a
Quem spero tui fore obseruantem. 14. fam. 13
Ita credo hominem propinquum, tui obseruantem, virum
bonum, & c. pro Quintio, 21. a
Amantem se & obseruatem habere aliquem & sui cupidū.
16. ad Att. 42
Vt me hercule paucos æquè obseruantes atque amantes me
habere existimem. ad Att. lib. 16. 341. 1. a
Fert enim grauius homo & mei obseruatissimus, & sui, di-
gnitatisque retinens, se apud te neque amicitia, nec iure
valuisse. ad Q. frat. lib. 1. 2. 28. a
Aulus Fufius, obseruantissimus nostri. 3. fam. 5
Obseruantia.
Obseruantia est, per quam ætate aut sapientia, aut honore,
aut aliqua dignitate antecedentes reueremur & colimus.
2. de Inuent. 170. 241
Obseruantia, indulgentia, assiduitas. 10. fam. 51. in epi. Placi.
Obseruantia in eo est. 13. fam. 49
Mea tibi obseruantia nunquam defuit. Licinio, lib. 5. 8. 9. a
Magnum onus obseruantia: alicui imponere. ad Att. lib. 13.
268. 4. a
Officia illius obseruantiamque dilexit. pro Corn. 51
Nulla esse pœna, quæ possit obseruatiam tenuiorum ab hoc
vetere instituto officiorum excludere. pro Mure. 65
Propter meam in te obseruantiam. ad Att. lib. 4. 70. 1. a
Seruius tuus, vel potius noster, summa me obseruantia col-
lit. Sulp. lib. 4. 4. 16. a
Sex. Aufidius & obseruantia qua me colit, accedit ad proximi-
mos, & c. Cornificio, lib. 12. 26. 1. a
Deque tua erga se obseruantia, beneuolentiæque mihi plu-
rima exponit. 11. ad Att. 37
Obseruantia sibi aliquem deuincire. 13. fam. 6
Retinere obseruantia amicos, rem parsimonia. pro Quin-
tio, 40. a
Obseruatio.
Obseruatio constans atque diuturna. Diuin. lib. 2. 96
Obseruatio diuturna notandis rebus fecit arte. Diui. li. 2. 112
Summa erat obseruatio in bello mouendo apud antiquos.
1. Offic. 55. a
Chaldaei diuturna obseruatione syderum scientiam putant
effecisse, vt prædici futura possent. de Diuin. 8. b
Veruntamen natura magis, tum casu nonnunquam, quam
aut ratione aliqua, aut obseruatione fiebat. de Clar. 16. a
Inueniri obseruatione scientia non potuit. 2. de Diuin. 218. a
Prudentium obseruatione & aurium terminatione inuen-
tus est versus. in Orat. 103. a
Valetudo conseruatur notitia sui corporis, & obseruatione
rerum, quæ res aut prodesse solent, aut obesse. 2. Off. 127. a
Obsideo.
Quum speculatur atque obsidet Rostra vindex temeritatis,
atque moderatrix officii Curia. pro Flacco, 45. a
Aditus armati obsident. 2. Philip. 92. a
Armis obsedit Senatam Antonius. 7. Philip. 226. a
Scaptius equitum turmis inclusum in curia senatam Sala-
miæ obsederat. ad Att. 85. b
Vim regia potestatis obsederat Dictatura. 1. Philip. 2. a
Qui impelluntur, vt obsideant senatam. pro Domo sua,
231. b
Vt perspicuū cuius esse possit, hominem ab isto quæsitum
esse, nō qui reum suum adduceret, sed qui meum tempus
obsideret. 2. Verr. 4. Id est, Qui accusando locum occu-
paret, vt ego istum accusare non possem.
N. iiii.

Cum omnes aditus armati obsiderent. in Ant. 177. b
 Qui Murinam coloniam Pop. Romani & Consulium designatum obsederit. 7. Philip. 227. a
 Totam Italiam suis praefidiis obsidere & occupare cogitat. 2. de Leg. Agr. 74. a
 Obsidere tempus alterius. in Verr. 67. b
 Obsidere vim regiae potestatis. 1. Philip. 2
 Obsidere, oppugnare, & labefactare aliquam urbem. de Arusp. resp. 5. a
 Qui sinus quosdam obsedisse maritimos dicuntur. in Verr. 265. b
 Is obsessus est domi. de Arusp. 255. b
 Quum is qui audit, ab oratore iam obsessus est ac tenetur. in Orat. 122. a
 Ab his gentibus sanctis, & in testimonio religiosi, obsessum Capitolium est. pro Fonteio. 17. a
 Urbemque Asiae clarissimam, nobisque amicissimam Cyzicenororum, obsessam esse ab ipso rege maxima multitudinis, & oppugnatam vehementissime, quam, &c. pro Lege Manil. 13. a
 Cum vi, ferro, metu obsessi teneremini. Postquam corporibus omnis obsidetur locus. de Nat. de. 1. 46
 Nos quoniam superum mare obsidetur, infero nauigabimus. ad Att. 154. b
 Obsideri ab hoste. Offic. 2. 82
 Antonius militibus obsessurus est Senatum. ad Att. 240. b
 Iacere humi non modo ad obsidendum stuprum, verum etiam ad facinus obeundum. in Catil. 18
Obsidio.
 Urbem Cyzicenororum obsessam esse ab ipso rege maxima multitudine, & oppugnatam vehementissime, quam L. Lucullus virtute, assiduitate, consilio, summis obsidionis periculis liberavit. pro Lege Manil. 13. a
 Domitium periculo obsidionis liberare cupio. ad Att. 129. b
 Antonius solet accipere manicas, nec diutius obsidionis metum sustinere. epist. 63. b
 Urbes partim obsidione cepit. pro Mur. 17
 Eximere ex obsidione foeneratores. Sextio, lib. 5. 6. 6. a
 Quum innumerabiles hostium copias in Italia fudisset, atque obsidione Rempub. liberasset. pro Rab. perduel. 20, 22. a
 Colonia quae per huc obsidione liberata est. pro Font. 283. b
 Obsidione liberatis Bruto & Mutina. 10. famil. 23. in epist. Planci.

Obsessio.
 Obsessio templorum, occupatio fori, oppressio curiae. pro Domo sua, 3. a
 Obsessio militaris viae. pro Corn. 56. b
 Nunc enim in ea ciuitate, in qua sit natus, honestissimo loco natum esse concedis, &c. nullius laboris, nullius obsessionis, nullius praelii expertem fuisse. pro Corn. 4. a

Obsessor.
 Obsessor curiae. pro Domo sua, 11. a
 Depopulator fori, obsessor patriae. pro Domo sua, 215. b

Obses.
 Obses fidei alicuius. 10. fam. 35. in epist. Planci.
 Reipub. tuus paruus filius in Capitolium a te missus obses fuit. in Ant. 159. b
 Paruus filius qui mihi videtur amplecti Rempub. tanquam obsidem consulatus mei. in Cat. 118. b
 Stalenus hanc condemnationem dederat obsidem Bulbo & ceteris. pro Cluent. 67. a
 Neque vero M. Tullius suum animum a vestra abalienauit potestate, quum praecipuum vobis obsidem sui animi, vestram reliquerit libertatem. Antequam iret in exil. 18. a
 Nuptiae quarum illa obsides filios ab eo accepit. pro Cluent. 35. b. Catoni, lib. 15. 4. 31. a
 Tantum quod oratoribus Metellus obsides non dedit. 5. Verr. 105. a
 A nobis multos obsides habet Populus Romanus. 1. Verr. 39. a
 Pompeius ei spem deditiois non ademit, obsides imperauit. pro Lege Manil. 25. a

Confecta Britannia, obsidibus acceptis, &c. ad Attic. lib. 4. 85. 18. a
 Habemus enim a C. Caesare, sicut ipsius dignitas & maiorum eius amplitudo postulat, sententiam tanquam obsidem perpetuae in Remp. voluntatis. 4. in Catil. 81. a

Obsigno.
 Cum obsignas tabulas clientis tui, quibus id scriptum quod ille capiatur. de Orat. 99. b
 Iste in tabellas refert, obsignat signis amicorum prouidens homo. 7. Verr. 82. a
 Planè te rogo, sicut olim matrem nostram facere memini, quae lagenas etiam inanes obsignabat, ne dicerentur inanes fuisse. 16. fam. 35. ex epist. Q. Ciceronis.
 Decretum quod ego obsignaui cum multis amplissimis viris. ad Att. 264. b
 Oppianicus, ne lituris coargui posset, testamentum in alias tabulas transcriptum, signis adulterinis obsignauit. pro Cluent. 30. a
 Eius rei conditionisque tabellas obsignauerunt viri boni complures. pro Quint. 48. b
 Obsignaram iam epistolam meam, quam puto te modo perlegisse scriptam mea manu, in qua omnia continentur, quum subito, &c. ad Att. lib. 5. 107. 1. a
 Quod tum codicem obsignassem. in Verr. 106. b
 Duas enim tabulas se putauit obsignare, in quibus in vnciis firmissimum. ad Q. frat. lib. 3. 24. 14. a
 Tabulae obsignantur. de Inuent. 81. b
 Lex tabulas iudicum signis obsignari iubet. pro Flac. 50. b
 Quae cognoui egomet apud istum in aedibus, cum obsignandi causa venissem. in Verr. 68. b
 Ad obsignandum adhibitus. 14. ad Att. 4
 Publico signo literas obsignandas curauit. 6. Verr. 124. a

Obsignatus.
 Haec quae est a nobis prolata laudatio, obsignata erat creta illa Asiatica, qua utitur omnes in publicis & priuatis literis. pro Flac. 154. b
 Scripta & obsignata iam epistola, literae mihi redditae sunt a te. ad Brut. 2. 11. a
 Pecuniaque obsignata, quae ad eam rem dabatur, in manibus Scamandri liberti Fabriciorum deprehenditur. pro Cluent. 36. a
 Decretum ab amplissimis viris obsignatum. ad Att. lib. 16. 341. 3. a
 Ridiculum est illud Neronianum vetus in furace seruo, solum esse cui domi nihil sit nec obsignatum, nec oclusum, quod idem in bono seruo dici solet, &c. 2. de Oratore, 138. a
 Curii testamentum, Ciceronum signis obsignatum. ad Att. 100. b
 Admiratus sum, ut vidi epistolam obsignatam, breuitatem eius. ad Att. 97. b
 Quaedam matrona visa est in quiete obsignatam habere naturam: retulit: negauit eam, quoniam obsignata fuisset, concipere potuisse. de Diuin. lib. 2. 214. a
 Tabulae testamenti obsignatae non minus multis signis, quam è lege oporteat. in Verr. 100. b
 Haec omnia summa cura & diligentia recognita & collata, & ab hominibus honestissimis obsignata sunt. 4. Verr. 137. a
 Agere cum aliquo tabellis obsignatis. 5. Tusc. q. 48. a

Obsignator.
 Literarum obsignator. pro Cluent. 147. a
 Poterone eos ipsos non laudare qui te obsignatorem adhibuerunt. ad Att. lib. 14. 312. 6. a
 Cum esset adulescens apud mulierculam, atque ibi pernoctaret, & ibi diem posterum commoraretur, Aiulus, ut erat constitutum, simulat se aegrotare, & testamentum facere velle. Oppianicus obsignatores ad eum, qui neque Asinium, neque Aiulum nosset, adduci, &c. pro Cluentio, 27. a
 Quod scribis Terentiam de obsignatoribus mei testamenti loqui, primum tibi persuade, me istaec non curare. ad Att. lib. 12. 21

Quod Caesar nobis testibus & obsignatoribus probauit. 16. ad Att. 50

Obsisto.

Quod si in omnibus his rebus obsistis. de Nat. d. 1. 70
 Qui autem nec defendit, nec obsistit, si potest, iniuria, tam est in vitio, quam si parentes aut patriam deserat. Off. 1. 35
 Consilii Catilinae occurri atque obsisti. in Cat. 114. b
 Quis enim vnquam istius libidini obsistit? 7. Verr. 66. a
 Graecis, Lydis obsistunt Rhodii, &c. pro Flac. 165. b
 Hoc est illud quod Pisistrato tyranno a Solone responsum est, quum illi quaerenti qua tandem spe fretus sibi tam audacter obsisteret, respondiisse dicitur, senectute. de Senectute, 65. a
 Nisi Pansa obsistisset. in Cat. 186. b
 Qui primo quum obsistere & defendere conarentur, male multati clauis ac fustibus repelluntur. 6. Verr. 84. a
 Obsistere dolori tanquam hosti. Tusc. q. lib. 2. 45
 Odiis multorum nullae opes possunt obsistere. 2. Offic. 31. a
 Obsistere opinionibus, repugnare visis. Acad. quaest. edit. 1. lib. 2. 99
 Nunc quoniam pugnare contra me instituisti, non tam ex tua natura, quam ex istius tempore & causa, malitiose necesse est istiusmodi rationi aliquo consilio obsistere. 2. in Verr. 21. a
 Sermoni alicuius obsistere. ad Q. frat. lib. 1. 38
 Cogitis certe: studiis enim generorum, praesertim in re bona, cum difficile est, tum ne aequum quidem obsistere. de Amicit. 25
 Visis obsistere, assensusque suos firmè sustinere, summum munus sapientis est. 3. de Fin. 48. a
 Vitiis obsistere. 2. Offic. 52. a
 Ambitionem meam putabis obsistisse. ad Att. 2. b
 Repugnari obsistitque fortunae, magnitudine animi facile potest. 4. de Fin. 29. a
 Itaque idem natura victus (cui obsisti non potest) dicit alio loco, &c. 2. de Fin. 81. a
 Obsisti non potuit illi, quo minus videret. 7. ad Att. 9
 Postea autem quam alicuius culpa tantum valeret vnus, ut obsisti non posset. ad Matium, lib. 7. 3. 14. a

Obsoleo siue Obsolesco.
 Virtus splendet per sese semper, nec alienis vnquam fordibus obsolescit. pro Sextio, 51. a
 In homine enim turpissimo obsolebant dignitatis insignia. 2. Philip. 103. a. Id est, sordida erant, sordebant.
 Obsoleuit iam ista oratio, re multo magis quam verbis refutata. pro Lege Manil. 36. a. Id est, defuevit, siue ab usu recessit.
 Antiquam officii rationem dilexit, cuius splendor omnis his moribus obsoleuit. pro Quint. 40. a
 Chartae quoque quae illam pristinam seueritatem continebant, obsoleuerunt. pro Caio, 31. a
 Propter vetustatem obsoleuerunt res. 1. Acad. q. 55. a
 Quae sane nunc obsoleuerunt. de Orat. 55. b
 Haec inclusa habebam, & ne obsolesceret, renouabam, cum licebat, legendo. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 8
 Non dico solum hoc in Repub. vetustate esse, quod amissis aliis remaneat, intermissis non coquiescat, in pace stiteat, in bello non obsolescat. de Lege Agrar. 13. a. Id est, fordidetur.
 Hoc vero a plerisque eorum desertum obsoleuisse. de Inuent. 42. b

Obsoletus.
 Numitor obsoletus. ad Heren. 35. b
 Atque inde obsoletus Theffalonicam venisti. in Pis. 70. id est, squalidus & tristis.
 Abiecta & obsoleta verba fugiat orator. 3. de Orat. 83. a
 Numis antiqua haec & iam obsoleta sunt. 3. Verr. 37. a
 Barbara & obsoleta verba. ad Att. lib. 1. 14. 13. a
 Audacem: cupidum: perfidiosum: vulgaria & obsoleta sunt. res autem noua & inaudita. pro Quint. 39. a
 Cyrenaicus obsoletus floret Epicurus. Offic. 75. b
 Quid nunc vobis faciendum est, studiis militaribus apud iuuentutem obsoletis, &c. pro Font. 27. a

Paulo obsoletior oratio. 3. de Orat. 19. a
 Iam designatus, alio vultu, alio vocis sono, alio incessu effemeditabatur, vestitu obsoletiore, corpore inculco, &c. 2. de Leg. Agr. 27. a

Obsoletus.
 Saltem ut eum, cuius opera ipse multos annos est in fordibus, paulo tamen obsoletius vestitum videret. 3. in Verrem, 108. a

Obsono, vide Opsono.

Obstinatus.
 Incredibile est quanto mihi videatur illius voluntas obstinator, & in hac iracundia affirmator. ad Att. lib. 1. 73. a. 1. ad Q. frat. 20

Obstinatio.
 Quae ego omnia non ingrato animo, sed obstinatione quadam sententiae repudiaui. de Prou. Conf. 33

Obstipus.
 Atque vno mentum radianti sidere lucet, Obstipum caput, & tereti ceruice reflexum, Obtutum in cauda maioris figere dicas. 2. de Nat. deorum, 154. a

Obsto.
 Miloni facinoris suspicio, non facti crimen obstat. pro Milone, 120. b
 Est maxima in sensibus veritas, si sani sunt ac valentes, & omnia remouentur quae obstat & impediunt. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 11
 Obstipisti videlicet ne ex Italia transire in Siciliam fugitiuorum copia possent. 7. Verr. 4. a
 Aut aliquid afferet, quod oppositum probabilius sit, quam illud quod obstat. Orat. 201. & pro Quint. 7. b
 Quis obstet? 5. Verr. 192. a
 Nisi quae causa grauior obstiterit. de Diuin. 109. b
 Commodis alicuius officio simulato officere & obstat. pro Rosc. Amer. 66. a
 Quoniamque ei pecuniae vita Sex. Roscii obstat atque officere videatur, delectis ex animo suo suspicionem omnem, metumque tollatis. pro Rosc. Amer. 4. a
 Obstat Reipub. 12. Philip. 333
 Neque enim quod quisque potest, id ei licet: nec, si non obstat, propterea etiam permittitur. 13. Philip. 353. a

Obstita.
 Obstita ac fulgura aruspices pianto. 2. de Leg. 18

Obstrepo.
 Quae res fecit, ut tibi literis obstrepere non auderem. Metello, lib. 5. 10
 Atque ut quodammodo ipsi sibi in dicendo obstrepere videantur. 3. de Orat. 28. a
 Sed tamen eiusmodi res, nescio quomodo, etiam dum audiuntur, aut dum leguntur, obstrepi clamore militum videntur, & tubarum sono. pro Marcello, 5

Obstringo.
 Omnes iam amicos meos aere alieno obstrinxi. epist. lib. 11. 10. 10. a
 Obstrinxisti Pop. Romanum religione. 2. Philip. 88
 Memmius religione ciuitatem obstrinxit. de Orat. lib. 2. 149
 Num igitur se obstrinxit scelere, si quis tyrannum occidit, quauis familiarem? 2. Offic. 23. a. 6. Verr. 62. & 7. 141. a
 Quae primum ut illum confirmaret Oppianicum accusatorem filio suo, donis muliebribus, collocatione filiae, spe haereditatis obstrinxit. pro Cluent. 150. a
 Quem vobis in perpetuum obstringite. pro Cluent. 160
 Praesertim quum sex libris tanquam praedibus meis obstrinxerim. ad Att. lib. 6. 111. 16. a
 Teque ita existimare volo, quibuscunque officiis in Epiroticis reliquisque rebus Atticum obstrinxeris, iisdem me tibi obligatum fore. 13. fam. 35
 Ut is qui omnia deorum, hominumque iura nouo, inaudito, inexplabili scelere polluerit, nefarioque patriae se parricidio obstrinxerit, &c. 11. Philip. 311. a
 Potest enim (dii immortales) cuiquam esse vile foedissimum & terribilissimum parricidium patriae, quauis eo qui se obstrinxerit, ab oppressis ciuibus parè nominetur? 3. Off. 111

Qui tot sceleribus se obstrinxerit. in Verr. 77. b
 Obstringere beneficiis, donis, spe. 2. Offic. 97. a
 Legibus obstringi. 2. de Inuent. 120. a
 Memoria beneficii sempiterna obstringi alicui. pro Plan-
 cio. 1
 Vt me omnium officiorum obstringi religione arbitraret.
 7. Verr. 29. a
 Et ad beneficiis obstringendos homines accommodata. Of-
 fic. 2. 96

Obstrictus.

Qui etiam tibi erat magis obstrictus beneficio recenti,
 cum, &c. pro Domo sua, 91. a
 Religione voti obstrictus. ad Att. lib. 12. 257. 2. a
 Excogitavi quamobrem viderer maximis beneficii vincu-
 lis obstrictus, quum liber essem & solutus. pro Plan-
 cio, 59. a
 Si hic obstrictus voluptatibus teneretur. pro Caelio, 36
 Si defendes eum, quem obstrictum esse patrie suspicere.
 pro Sylla, 5
 Qui tanto scelere se obstrictum esse non sentit. in Verrem,
 216. b
 Addictum, deditum, obstrictum sibi ac liberis suis aliquem
 habere. pro Caelio, 63. a
 Fœdere vel pactioe obstrictum teneri. in Pis. 23. a
 Religione tanta obstricta tota prouincia est, tanta supersti-
 tio ex istius facti mentes omnium Sicularum occupauit:
 vt, &c. 6. Verr. 101. a
 An legibus obstrictos in tantis molestiis esse æquum est: de
 Inuent. 79. b

Obstruo.

Sic Catonis luminibus obstruxit hæc posteriorum quasi
 exaggerata altius oratio. de Clar. 33
 Et hercule, magnum aceruum Dicæarchi mihi ante pedes
 obstruxeram. ad Att. lib. 2. 17. 1. a
 Sic autem officiens signis mons obstruet altus. in Arat. b
 Munite communem arcem bonorum, obstruite perfugia
 improborum. pro Syl. 59
 Qui iter Pænis corporibus suis obstruere voluerunt. de Se-
 nectute, 68
 Primo se luminibus eius esse obstruaturum minabatur. pro
 Domo sua, 88

Obstructus.

Ad quos omnis nobis aditus, qui pene solis patuit, obstru-
 ctus est. pro Clu. 166. b
 Est enim omnis cognitio multis est obstructa difficultati-
 bus, eaque est & in ipsiis rebus obscuritas. Acad. quæst. ed.
 1. lib. 2. 7
 Obstructa sunt omnia. 3. ad Attic. 26. Id est, nihil explicari
 potest.
 Sopyrus stupidum esse Socratem dixit & bardum, quod iu-
 gula concaua non haberet, obstructas eas partes & ob-
 thuratas esse dicebat. de Fat. 8

Obstructio.

Sed hæc obstructio nec diurna est, nec obducta ita, vt
 curiosis oculis perspicere non possit. pro Sestio, 16. a

Obstupeo, siue Obstupeo.

Ob hæc beneficia, quibus illi obstupecunt, nullos honores
 mihi, nisi verborum decerni sino: &c. ad Atticum, lib. 5.
 110. 6. a
 Obstupui, & mihi visus sum captus esse. 8. fam. 4. in epistol.
 Cælii.
 Obstupui Iudices, quum hoc mihi primum, &c. 5. in Ver-
 rem, 246. a
 Obstupuit hominis improbi dicto. 3. Verr. 45. a
 Quidnam torpentes subito obstupuisistis Achiui: de Diuin.
 122. & epist. 112. b
 Sic enim obstupuerant, sic terram intuebantur, sic furtim
 nonnunquam inter se aspiciabant, vt non iam ab aliis
 indicari, sed ipsi à se viderentur. 3. in Catil. 57. a
 Obstupefcent posteri certe imperia, prouincias, Rhenum,
 &c. pro Marcello, 17. a
 Eius aspectu cum obstupuisset bubulcus, clamorem maio-
 rem cum admiratione edidit. de Diuin. lib. 2. 39

Obstupefactus.

Si Catilina obstupefactus ac perterritus mea diligentia in
 exilium abierit. in Cat. 35
 Immoderato potu atque pastu obstupefacta ea pars animi,
 in qua feritas quædam est, atque agrestis immanitas,
 exultat in somno, immoderateque iactatur. de Diuinat.
 lib. 1. 56
 Obstupefactis hominibus. pro Deiotra. 29. a

Obsum.

An in eo autoritas nihil obest: 4. Acad. q. 109. a
 Fuit enim mirificus quidam in Crasso pudor, qui tamen nõ
 modò non obesset eius orationi, sed etiam probitatis cõ-
 mendatione prodesset. 1. de Orat. 60. a
 Deinde subiicimus id quod dici oportet: aut quod non
 oportet, aut nobis adiumento futurum sit, aut obfutu-
 rum è contrario. ad Heren. lib. 4. 181. a

Obsurdesco.

Sed quum tot signis eadem natura declaret quid velit, ac
 anquirat quid desyderet: obsurdescimus tamen nescio
 quomodo, nec ea quæ ab ea monemur, audimus. de Ami-
 citia, 74
 Hoc sonitu completæ aures hominum obsurduerunt. in
 Somn. Scip. 18

Obtego.

Frater meus pulsus è Rostris in comitio iacuit, seque seruo-
 rum & libertorum corporibus obtegit. pro Sestio, 65. a
 Quicum ego conloquor, nihil fingam, nihil dissimulem,
 nihil obtegam. ad Att. lib. 1. 55
 Quemadmodum os reiectum terræ obtegatur. 2. de Leg. 51
 Habet hoc præmium tua indignitas, vt adolescentiæ turpi-
 tudo obscuritate & sordibus tuis obtegatur. in Vatin. 8. a

Obtectus.

Quæ vitia multis postea virtutibus obtecta adolescentiæ
 excusatione defendi possunt. pro Cæl. 46. b

Obtempero.

Sic mihi semper obtemperauit, tanquam filius patri. a
 Sed tamen quod me vos sperare vultis, vobis obtempera-
 bo. ad Att. 43. b
 Te audi, tibi obtempera. Curioni, lib. 2. 6. 4. a
 Denique imperium domesticum nullum erit, si seruulis
 hoc nostris concesserimus, vt ad verba nobis obediant:
 non ad id quod ex verbis intelligi possit, obtemperent.
 pro Cecin. 38. a
 Si id est defendere, cupiditati alterius obtemperare, quo is
 facilius, quem velit, iniquo iudicio opprimere possit. pro
 Quint. 4. a
 Vtrum esse Siculis vtilius, suisne seruire, an Pop. Romano
 obtemperare: 6. Verr. 65. a
 Sibi obtemperare, & decretis suis parere. 2. Tusc. q. 17. a

Obtemperatio.

Quod si iustitia est obtemperatio scriptis legibus institutis-
 que populorum, &c. 1. de Leg. 62. a

Obtendo.

Multis enim simulationum inuolucris tegitur, & quasi vel-
 lis quibusdam obtenditur vniuersi cuiusque natura: frons,
 oculi, vultus persæpe mentiuntur, oratio verò sapiissime.
 1. ad Q. frat. 11

Obtento.

Obtentabat me quædam spes, fore, &c. 9. ad Att. 37

Obtero.

Qui nouam rationem suscitant, veteres maiorum obterunt
 laudes. Antequam iret in exil. 9. a
 Imò vt viro forti ac sapienti dignum fuit, ita calumniam
 stultitiãque obtulit atque contudit. pro Cecin. 13. a
 Prostrernere atque obterere obtectationes & inuidias ma-
 leuolorum. 5. fam. 22. in epist. Vatinii.
 Inter se strepere, apertèque artem obterere, extispicum
 Soluere imperat, &c. 1. de Diuin. 55. a
 Ne patiamini talem imperatorem Populo Romano Sicu-
 lorum testimoniis eripi, nève obteri laudem imperato-
 riam criminibus auaritiæ velitis. 7. Verr. 2. a
 Ea virtutibus iis, quibus à natura essemus ornati, obteri pos-
 se. de Fin. lib. 4. 48

Obtritus.

Quos quum humare vellet sui, neque possent obtritos in-
 ternoscere vllò modo, Simonides dicitur, &c. 2. de Orat.
 192. a

Obtestor.

Cæteros item deos, deasque omnes imploro atque obtestor,
 &c. 7. Verr. 148. a
 Idque vt facias, te obtestor atque obsecro. ad Att. 170. & pro
 Sest. 28. b
 Te obsecro obtestorque per senectutem ac solitudinem
 meam, nihil aliud nisi vt, &c. pro Quint. 17. b
 De quo te patria obtestor, me fugisse, &c. pro Sest. 12. b
 Oro, obtestorque te pro vetere nostra coniunctione ac ne-
 cessitudine, proque summa mea in te beneuolentia, &c.
 ad Domitium, lib. 6. 22. 4. a
 Oro obtestorque te vt Quintum fratrem ames. ad Att. lib.
 3. 65. 9. 2
 Quare oro, obtestorque vos Iudices, vt qua in ciuitate pau-
 cis his diebus Sex. Clodius absolutus sit, &c. pro Cæ-
 lio, 62. a
 Iure igitur vos obtestor, quos mihi & debere & posse intel-
 ligo opitulari. Antequam. 193. b
 Si vobis parum cumulatè gratias egero, quæso obtestorque
 vos, ne, &c. Antequam. 204. b
 Oro obtestorque vos, vt misericordiam huic tribuatis. pro
 Mil. 119. b
 Nunc ego vos obtestor, vt velitis, &c. Antequam iret in exil.
 197. b
 Vos enim Albani tumuli atque luci, vos inquam imploro
 & obtestor, vestræ tum aræ, vestræ religiones vigerunt.
 pro Mil. 218. b
 Obtestatur fidem vestram, misericordiamque implorat. pro
 Murena, 78. a
 Id sibi ne eripiat, vos obtestatur. pro Syl. 184. b
 Cùm ego te Flacce cælum noctemque contestans, flens flē-
 tem obtestabar, cùm tuæ fidei spectatissimæ salutem ci-
 uium commendabam. pro Flac. 78. a
 Mecum vos simul miserrimus obtestatur parens, & pro vno
 filio duo patres deprecamur: nolite Iudices per vos, per
 fortunas vestras, per liberos inimicis meis dare latitiam.
 pro Planc. 281. b
 Quem enim alium appellem: quem obtester: quem implo-
 rem: pro Flac. 146. b
 Itaque post discessum legatorum quum binis continuis li-
 teris & Lepidus me, vt venirem rogaret, & Laterensis mul-
 to etiam magis propè implorans obtestaretur, nõ vllam,
 &c. 10. fam. 36. in epist. Planci.
 Precibus omnibus orare & obtestari. ad Att. lib. 9. 183. 3. a

Obtestans.

Oro atque obsecro te mi Cicero, necessitudinem nostram,
 tuamque in me beneuolentiam obtestans, obliuiscaris,
 &c. ad Att. 280. b

Obtestans omnes deos, &c. epist. 40. b

Obtestatio.

Quid ergo tua obtestatio tibicinis voluit: pro Dom. 95
 Phædri obtestationem, sedem, domicilium, vestigia sum-
 morum hominum sibi tuenda esse dicit. ad Memmum,
 lib. 3. 13. 10. a
 Deinde sanctiones sacranda sunt aut genere ipso, aut obte-
 statione & consecratione legis, &c. pro Corn. Bal. 25
 Mei officii est, meminisse, qua obtestatione decedens, mihi,
 ne paterer fieri, mandaris. 8. fam. 32. in epist. Cælii.
 Mulier obtestatione viri domo exire non debuit. pro Cluen-
 tio, 24. b

Obthuro.

Stupidum esse Socratem dixit & bardum, quod iugula cõ-
 caua non haberet, obstructas eas partes & obthuratas es-
 se dicebat. de Fato, 16. a

Obtineo.

Hæc tanta lenitas, quantum tu per te, per te, inquam, obti-
 nes. pro Ligar. 9
 Ad actionis vsus maximam sine dubio partem vox obti-
 net. de Orat. 164. b

Quum præsertim Q. Hortensius qui hoc iudicio partes ac-
 cusatoris obtinet, contra me sit dicturus. pro Quint. 4
 Sol qui astrorum obtinet principatum. de Nat. 35. b
 Obtinemus ipsius Cæsaris summam erga nos humanitatē.
 Figulo, lib. 4. 40
 At eius filii nec viui probabatur bonis, & mortui numerum
 obtinent iure cæforū. 2. Offic. 62. a. Hoc est, numeratur in-
 ter eos qui iure occisi sunt. De Gracchis loquitur.
 Africam tum Prætor ille obtinebat. pro Cælio, 7. a
 Suam quisque domum tum obtinebat. in Ant. 169. b
 Verres totam insulam obtinebat, Cyclops Ætnam solam
 tenuisse dicitur. in Verr. 265. b
 Quorum alter apud me parentis grauitatem, alter filii sua-
 uitatem obtinebat. pro Syl. 14
 Causam enim frequenti Senatu, non magna varietate, ma-
 gnaque inuidia eorum qui à te causam regiam aliò transferebant, obtinebamus. 1. fam. 8. de Fin. lib. 4. 1
 Academiam Carneades & Clitomachus obtinebant. 1. de
 Orat. 24. Hoc est, regnabant in Academia.
 Quem locum apud Cæsarem obtinuisti: quo numero fuis-
 sti: 2. Philip. 80. pro Quint. 24
 Pompeius malas causas semper obtinuit, in optima concidit.
 ad Att. lib. 7. 66
 Hæc autem apud te cognationis, fidelitatis, vetustatis, au-
 thoritatis, ne hoc quidem iuris obtinuit, vt, &c. 7. Verr.
 97. a. Id est, non tantum potuit.
 Leuissimè enim quia de intercalando non obtinuerat, trās-
 fugit ad populum. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 6. 11. a
 Vt si istic mea commendatione tuam dignitatem obtine-
 bis, perferas nostri desyderium. 7. fam. 23
 Si minus id obtinebis. Tusc. q. lib. 1. 22
 Omnia quæ vobis, obtinebis. epist. 9. b
 Inne apud vos obtinebit causam suam, qui se ita defenderit,
 &c. pro Cecinna, 28
 Nunc hoc vel honestatè restudinis, vel valde bonū æstium
 locum obtinebit. ad Q. frat. 318. b
 Quomodo primum obtinebit nomen sapientiæ: Acad. q.
 ed. 1. lib. 2. 25
 Quare & illa quæ violata expiabantur, & hæc quæ sunt san-
 ctissime conseruata, religionem suam obtinebunt. 1. ad
 Att. 52
 Iam antea in sella sedens Prætor, quum prouinciam Sicilia
 obtineret. 5. Verr. 111. a. pro Domo sua, 42
 Quod nisi eo nomine virtutes continerentur, illud ita nun-
 quam vulgatum esset, vt iam prouerbii locum obtineret,
 hominem frugi omnia rectè facere. Tusculan. quæst.
 lib. 4. 29
 Nemo adhuc præter te fuit, vbi nostrum ius contra illos
 obtineremus. pro Quint. 18
 Ad iudicium hoc modo venimus, vt totam litem aut obti-
 neamus, aut amittamus. pro Rosc. Comædo, 5. a
 Certèque mallet obtinere existimari bonus vir, vt non sit,
 quàm esse vt non putetur. 2. de Fin. 114. a
 Obtinere aliquid nullo resellente. Offic. 3. 103
 Obtinere pristinam dignitatem suam. epist. 58. b
 Quod tametsi miserum & indignum est, feret tamen æquo
 animo Iudices, si per vos vitam & famam potest obtine-
 re. pro Rosc. Amer. 29. a
 Non dubito quin adeptus, intelligas te facillimè posse obti-
 nere summum atque altissimum gradum ciuitatis. ad Lé-
 tulum, lib. 1. 7. 31. a
 Hoc cogitent, ita se graues esse, vt, si volent veritatem reti-
 nere, grauitatem possint obtinere. pro Quint. 05
 Hispaniam citeriorem cum imperio obtinere. ad Lentulū,
 lib. 1. 9. 42. a
 Obtinere iniuriam. 2. Philip. 30
 Hic Philodamus, posteaquam ius suum obtinere non po-
 tuit, vt humanitatem, consuetudinemque suam retineret,
 laborabat. 3. Verr. 44. a
 Obtinere genus, id ipsumque lacinia. 3. de Orat. 61
 Hi sunt qui nisi me ciuitate expulissent, obtinere se non pos-
 se putarunt licentiam cupiditatum suarum. 10. ad Att. 7
 Maledicti locum aut criminis obtinere. pro Dom. 67. a

Seruitutis locum pene infimum obtinere. in Parad. 46. a
Obtinere & cōseruare eam necessitudinem quæ nobis cum aliquibus est. 1. ad Q. frat. 27
Obtinere alienam pecuniam. pro Rosc. Amer. 15
Obtinere prouinciam cum imperio. epist. 12. b
Obtinere rem. 5. fam. 14
Obtinere alicuius res gestas. 5. in Verr. 69
Obtinere salutem & fortunas per aliquem nulla impensa. de Pet. Conf. 25
Obtinere sententiam aliquam. Tusc. q. lib. 1. 22
Hoc vno vitio maximè mihi premi videtur tui Stoici, quòd se posse putant duas contrarias sententias obtinere. de Finib. 4. 74
Obtinere falsum testamentum. Offic. 3. 95
Obtinere veritatem. pro Deiot. 3
Zeno naturalem legem vim diuinam esse censeat, eamque vim obtinere recta imperantem, prohibentemque contraria. 1. de Nat. d. 51. a
Obtinere vitam & famam. pro Rosc. Amer. 29
Id tu nos obtinuisti non modò facillè patiari, sed etiam gaudeas. ad Att. lib. 16. 242. 3. a
Nam si perseuerant, & obtinetur, quid nobis futurum sit vides. ad Att. lib. 11. 215. 6. a
At cui regno? Quod à Tantalò & Pelope proditum iure obtinebatur. 3. Offic. 113. a
A nobis agentur omnia, vt neque, si quid obtineri poterit, non contendamus, nec siquid non obtinueribus, &c. ep. lib. 1. 5. 7. a
Præsertim quum propè præcipuam causam haberent ad ius obtinendum. ad Q. Valerium, lib. 13. 6
Omnes intelligant, non ad obtinendum mendacium, sed ad verum probandum, auctoritatem adiuuare. pro Quintio, 50
Hoc ad obtinendas causas valet plurimum. Orat. 103. b
Nihil tibi deesse arbitror ad tuas fortunas obtinendas. epist. lib. 4. 7. 9. a

Obtinens.

Homo igitur acutus causam non obtinens repugnante natura, verba versare cœpit. 4. de Fin. 90. a
Salustio Africam interiorem obtinente. in Salust. 275. b
Caue putes quicquam homines magis vnquam esse miratos, quàm nullum teruncium me obtinente prouinciam, sumptus factum esse. ad Att. lib. 5. 110. 3. a

Obtentus.

Testamentum irritum fecit, quod etià infimis ciuibus semper obtentum est. 2. Philipp. 106
Quæ volebamus & condimus, obtenta non sunt. pro Cor. Balb. 67. b

Obtento.

 Discordia ira acerbior, intimo odio & corde concepta. Tusc. quæst. 213. b
 Odio maximo egi vt insectarer eos. ad Brut. 4
 Tanto se odio esse intelligit, vt, &c. 12. fam. 50
 Odiā improborum rursus in nos, quæ iam extincta erant, incendamus. 9. ad Att. 2
 Odiā quæ erant in me incitata, sic mitigata sunt, vt, &c. 1. ad Atticum, 65
 Vt odiā occulta ciuium, quæ nunc tacitis discordiis continentur, in optimi cuiusque fortunas crumperent. pro Murena, 135. b. Lent. lib. 1. 9. 13. a
 Primum improbantur hi quæstus qui in odia hominum incurrunt. Offic. lib. 1. 207
Odiosus.
 Odiosus dolor. 4. de Finib. 85. a
 Orator odiosus in dicendo & loquax. pro Mur. 28
 Odiosus scrupulus. ad Att. lib. 10. 205. 7. a
 Offensio omnis odiosa est in fragili corpore. de Senect. 60. a
 Odiosa plaga. ad Att. lib. 5. 108. 7. a
 Senectus sic plerisque senibus odiosa est, vt onus se Ætina grauius dicant sustinere. de Senect. 4. a

Odiosum sanè genus hominum officia exprobrantium. de Amicit. 62. a
 Eorum religioni quum seruiret orator, nullum verbum insolens, nullum odiosum ponere audebat. in Orat. a
 Sentire ea ætate esse odiosum se alteri, Iucundum potius quam odiosum. de Senect. 23. a
 Odiosam mihi duxi, non molestant. 13. ad Att. 67
 Cupidis enim rerum talium odiosum fortasse & molestant est carere: satiatis verò & expletis iucundius est carere. de Senect. 44. a
 Senes sunt odiosi omnibus. de Senect. 82. b
 Non dubito quin tibi epistolæ quotidianæ sint odiosæ. Attico, 111. b
 Huc enim odiosa afferebantur de Curione. Att. 92. b
 Quorum alterum est grauius & odiosius: alterum leuius & facilius. pro Rosc. Com. 9. a
 Odit enim prouinciam, & hercule nihil odiosius, nihil molestius. ad Att. lib. 6. 114. 3. a
 Palæstrici motus sæpe sunt odiosiores, & histrionum nonnulli gestus ineptis non vacant. 1. Offic. 181. a
Odiose.
 Nam si quis eos qui nec ineptè dicunt, nec odiosè, nec putidè, Atticè putat dicere, &c. de Clar. Orat. 146. a
 Odiosè interpellare. 2. de Orat. 46. a
Odor.
 Res fuit ad interregnum, & est nonnullus odor Dictaturæ. 4. ad Att. 46
 Nares, eò quòd omnis odor ad superiora fertur, rectè sursum sunt. 2. de Nat. d. 211. a
 Postremò vt odor Apronii terribis oris & corporis, què (vt aiunt) ne bestia quidem ferre possent, vni isti suauis & iucundus videretur. 5. Verr. 18. a
 Vnguentorum odor. Post red. in Senatu, 14. a
 Odor vrbantatis. 3. de Orat. 88
 Bestia quædam intolerabili odoris foeditate insectantes depellunt. 2. de Nat. d. 96
 Qui non odore illo, non tactu, non sapore capitur. pro Cælio, 32
 Canutius qui quodam odore suspicionis Stalenum corruptum esse senserat. pro Cluent. 58
 Odore aliquo legum recreatus. 7. Verr. 125. a
 Suauitates odorum, qui afflantur è floribus. de Senect. 55
 Proferebant alii purpuram, thus alii atque odores. in Verrem, 265. b
 Thure & odoribus incensis. 6. Verr. 69. a
 Nisi fortè tanta hubertas & varietas pomorum, eorumque iucundus non gustatus solum, sed odoratus etiam & aspectus, dubitationem affert quin hominibus solis ea natura donauerit. 2. de Nat. d. 118
 Nihil necesse est de gustatu & odoratu loqui. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 21
Odoro, siue Odoror.
 Hi voluptates omnes vestigant & odorant. Postquam. 13. Alias odorantur.
 Odoror quam sagacissimè possumus, quid sentiant iudices, quid existiment, quid expectent, quid velint, quò deduci facillimè posse videantur. 2. de Orat. 100. a
 Mirandum in modum canes venaticos diceret, ita odorabantur omnia & peruestigabant. 6. Verr. 26. a
 Sed quid hæc ad nos, odorare tamen Antonii dicitur. Attico, 223. b
 Tu velim ex Fabio, si quem habes aditum, odorere, & istum conuiuium tuum degustes. ad Att. lib. 4. 77. 6. a
 Illud præterea μυστηριώτερον ad te scribam: tu sagacius odorabere. 6. ad Att. 38
 Hæc verò eius erat ars, & malitia miranda, quòd acutissimè tota prouincia, quid cuique esset necesse, indagare & odorari solebat. 4. Verr. 93. a
 Odorari aliquem. 4. ad Att. 27. pro, leniter in sermone tentare eius animum.
 Cupio enim antequam Romam venio, odorari diligentius quid futurum sit. 14. ad Att. 49
 Siquid fortè de comitiis, de Repub. (soles enim tu hæc fe-

stiuè odorari) conscribas ad me. 4. ad Att. 34
 Quid Albana pecunia? vestigiisne nobis odoranda? an ad ipsum cubile vobis ducibus venire possumus? pro Cluentio, 66
 Odorandum nobis erit. 15. ad Att. 7
Odorans.
 Scelera tua non vestigiis odorantes ingressus tuos, sed totis volutationibus corporis & cubilibus persecuti sunt. in Pisonem, 65. a
Odoratio.
 Et qualis est hæc aurium, tales sunt oculorū, & tactionum, & odorationum, & saporum. 4. Tusc. q. 31. a
Odrilitium.
 Ad sint etiam formosi pueri, qui ministrent: respicere his vestis, argentum, odrilitium, locus ipse, ædificium. de Finibus, 2. 21
Odyssæa.
 Nam & Odyssæa Latina est sic tanquam aliquod opus Dædali, & Liuianæ fabulæ, &c. de Clar. Orat. 36
OEconomia.
 Nec οἰκονομίαν meam institutam, sed ordinem conseruabotuum. ad Att. lib. 6. 111. 1. a
OEconomicus.
 Has res commodissimè Xenophon Socraticus persecutus est in eo libro qui Economicus inscribitur. 2. Offic. 128. a. de Senect. 54. a
OEdipus.
 Edipus Colonus. Cat. 20
 Memoria Edipodis. de Finib. 124. b
OEneus.
 Nec tantum inuexit tristis Eurystheus mali, quantum vna vecors Cenci partu edita. Tusc. quæst. 2. 16. Id est, Deianira.
OEnomaus.
 Enomaus, Accii tragœdia. de Finib. 124. b
OEcnophorum.
 Quibus vinum diffusum è pleno sit œnophoro, vt ait Lucilius. 2. de Fin. 21
OEteus.
 Ille cui in monte Ceteo illatæ lampades fuerunt. 3. de Nat. deorum, 28
Offa.
 Necesse enim est offa obiecta cadere frustum ex pulli ore, quum pascitur. 1. de Diuinat. 28. & 2. 110
 Nunc verò inclusa in cauea, & fame enecta, si in offam pulvis inuadit, &c. 2. de Diuinat. 58
Offendo.
 Restare tibi videbatur seruorum nomen, &c. vbi scopulum offendis eiusmodi, vt non modò ab hoc crimen resiliere videas, verum, &c. pro Rosc. Amer. 48. a
 Quod offendit animos maioris partis hominum magis. in Antonium, 212. b
 Sic isti curiosi, quos offendit noster minimè nobis iniucundus labor. 1. de Finib. 6. a
 Offendit eum mensum comitalem, comitiis iam abhinc x x diebus habitis. in Verr. 134. b
 Eos non tam constantia nostra delectat, quam splendor offendit. epist. 7. b
 Hos ego sermones, quòd & multi sunt, & tuam existimationem, vt ego sentio, non offendunt: laceratiui nunquam, sed non valde repressi. ad Appium, lib. 3. 8. 28. a
 Offendunt epistolæ non loco reddita. 11. fam. 27. Id est, molestæ sunt.
 Offendi cum sedentem in exhedra. de Nat. d. 1. 12
 Nunquam illum ne minima quidem re offendi. Læli. 85
 Quæ si vos cepit obliuio, aut si in me aliquid offendistis: cur non id meo capite potius luitur, quam Milonis? pro Milone, 76. a. Id est, si vos læsi vel fesseli.
 Non offendet eundem bonorum sensum Lentule, quem reliquisti. epist. 7. & 14. b
 Aut ne ad eam meditare, imparatum te offendam. Curioni, lib. 2. 2. 4. a
 Sed si me offendet loci celebritas, aliò me conferam, ad te

scribam. ad Terentiam, lib. 14. 1. 13. a
 Hoc verò ex quo suspicio nata est, me exquisiuisse aliquid, in quo te offenderem, translaticum est. epist. 37. b
 Veritas est enim pusilla, quæ nunc laborat, ne animum Publio offenderet. 4. ad Att. 36
 Minus in arrogantiam offendere. 2. de Inuent. 125
 Me amissionem classis obicere, quum multi viri fortes in communi incertoque periculo belli & terra & mari sæpe offenderent. 7. Verr. 102. a
 Aut in Pompeio defendendo animos bonorum offenderent. ad Quint. frat. lib. 2. 7. 5. a
 Nisi in reditu meo nihilo meliores res domesticas, quam Remp. offendissem. ad Plancum, lib. 4. 14. 7. a. ad Quint. frat. lib. 3. 17. 2. a
 Sed imitor Architam illum Tarentinum, qui quum ad villam venisset, & omnia aliter offendisset, &c. de Republ. lib. 2. a
 Postremò eum qui bis apud iudices offendisset, quam cum qui bis causam iis probasset. pro Cluent. 50
 In eodem genere, in quo ipsi offendissent, alios reprehendissent, se ad præmia legis venire oportere. pro Clu. 38. b
 Multa circūspicienda sunt, ne quid offendas, ne quòd irruas. de Orat. 136. b
 Quis est tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendar, nusquam incurrat? ad Varronem, lib. 9. 3
 Nihil enim est tam insigne, nec tam ad diurnitatem memoriæ stabile, quam id in quo aliquid offenderis. 1. de Orat. 63. a
 Sed si quis est in quo iam offenderis, de quo aliquid senseris, huic nihil credideris. ad Quint. frat. lib. 1. 10. Id est, spe & existimatione, quam de eo conceperas, deceptus fueris. Qui si dignum se maioribus suis præbuerit, tua laus ex aliqua parte fuerit: sin quid offenderit, sibi totum, tibi nihil offenderit. epist. 29. b
 Offendere apud aliquem. pro Sest. 91. 10. ad Att. 12
 Contumelia offendere aliquem. ad Att. lib. 6. 114. 5. a
 Grauius offendere aliquem. Offic. 1. 120
 In aliquo aliquem offendere. Appio, lib. 3. 8. 13. a
 Offendere existimationem alicuius. pro Planc. 4
 Quod quenquam malevolentissimum iure possit offendere. epist. 14. b
 Sensum aliquorum offendere. Lentulo, lib. 1. 9. 61. a
 Cecidisse ex equo dicitur, & homo infirma valetudine latus offendisse vehementer. pro Cluent. 139. a
 Ille si omnibus est maleuolus (quod nunquam existimaui) minus offendor in me: &c. ad Caninium, lib. 2. 16. 14. a
 Animus meus multis rebus offenditur. Lent. lib. 1. 9. 13. a
 A quibus nihil præter voluptatem quæritur, in iis offenditur, simulatque imminuitur aliquid de voluptate. de Oratore, 108. b
 Multis rebus meus offendebar animus. epist. 10. b
 Quapropter stultitia nobis visa est aut à bene inuentis alicuius recedere, si quo in vitio eius offenderemur. 2. de Inuentione, 124. a. Id est, si nobis in eo non placeret.
 An offendi in his consuerint. de Inuent. 51. b
 Vitio alicuius offendi. 2. de Inuent. 129
Offensum est, impersonaliter.
 Si in his paulum modò offensum est. de Orat. 161. b
 Si cecidisset vt volumus & optamus, omnes te & sapienter & fortiter: sin aliquid esset offensum, eosdem illos & cupidè & temerè fecisse dicturos. Lent. lib. 1. 7. 16. a
 Si quid offensum sit in his exercitiis. 10. famil. 52. in epist. Planci.
 Si tantulum offensum, titubarumque sit, vt ea quæ singularim ac diu collecta sunt, vno tempore vniuersa perdamus. 1. Verr. 40. a
 Hic siquid erit offensum, omnes homines non iam in eodem ordine alios magis idoneos (quod fieri non potest) sed alium omnino ordinem ad res iudicandas quærendum arbitrabuntur. 2. in Verrem, 30. a
Offensus.
 Vehementer à quibusdam offensus. ad Att. lib. 15. 325. 5. a
 Offensus alicui. pro Cluent. 117. & 1. Philip. 22

Alienatus & offensus animus. ad Att. lib. 1. 12. 10. a
Siqua apud vos causa huiusmodi delata sit eius qui lege non teneatur, etiam si is inuidiosus, aut multus offensus esse videatur, etiam si eum oderitis, & c. pro Cluent. 127. a
Cumulatè publicanis fatiffactum, offensus contumelia nemo. epist. 64. Att. 92. b
Existimatioque offensa nostri ordinis. 4. Verrin. 80. a. Post red. in Senatu, 8. a
Qui cum mea sententia voluntas eorum esset offensa, publici mei beneficii memoria priuatam offensionem obliterauerunt. Postquam. 108. b
Offensum genus argumentationis. 1. de Inuent. 105
Hominem sibi offensum subleuare. Planc. Cic. lib. 10. 18. 5. a
O miserum atque inuidiosum, offensumque paucorum culpa atque indignitate ordinem Senatorium. 5. Verr. 123. a
Hircius scribit se vehementer esse offensum à veteranis. ad Atticum, 241. b
Id si propter alienam & offensam populi voluntatem malum est, quam sit ea contemnenda, paulò antè dictum est. 5. Tusc. 149. a
Amnes illi sunt offensi. in Ant. 158. b
Offensor in aliquem animus. 1. ad Att. 11
Quem (animum fratris) quum esse offensorem arbitraret, eas literas ad eum misit, quibus, & c. 1. ad Att. 10
Eine igitur, quem sibi offensorem, Oppianico familiarissimum sciebat esse, potissimum & suum scelus, & illius periculum committeret. pro Cluent. 137. a
Offensum.
Offensum, est quod eorum qui audiunt, voluntatem lædit. 1. de Inuent. 105. a
Offensa.
Denique illud cogita, quod offensa fuerit in ista conctatione, te prius subite, & c. epist. 124. b
Nam quod negas te dubitare, quin magna in offensa sim apud Pompeium hoc tempore, non video causam cur ita sit hoc quidem tempore. 9. ad Att. 5
Offensio.
Offensio, est opinio vehemens de re non fugienda, inhærens, & penitus insita, tanquam fugienda. Tusc. q. lib. 4. 20
Tum excitatur, si nò tam acerbum odium, attamen aut inuidiæ, aut odii non dissimilis offensio. de Orat. 128. b
Indignatio est oratio, per quam conficitur, vt in aliquem hominem magnam odium, aut in rem grauis offensio concitatur. de Inuent. 60. b
In quo est illa magna offensio vel negligentia susceptis rebus, vel perfidia receptis. de Orat. 118. b
Offensio nostra, quæ magis à *ἡμετέρας* mea, quam ab iniuria tua nata est. ad Att. lib. 10. 27. in epist. Antonii.
In fragili corpore odiosa omnis offensio est. de Senect. 60. a
Periculosa offensio. Lent. lib. 1. 7. 18. a
Offensio tua. pro Planc. 6
Vitiosa offensio atque fastidium. 4. Tusc. 35. a
Offensio belli. pro Lege Manil. 17. 19
Offensio totius ordinis. 1. Verr. 5. a
Quæ si suscipiamus, pedis offensio nobis & sternutamenta erunt obseruanda. de Diuin. lib. 2. 67
Turpitudine in deformitate habet aliquid offensionis. Offic. lib. 3. 143
Offensionis aliquid habet corporis perinsignes prauitates. 1. de Legib. 38
Idque ita tornauit, vt nihil effici possit rotundius, nihil vt asperitatis haberet, nihil offensionis, nihil inclusum angulis, nihil anfractibus. de Vniuers. 23. Id est, nihil quod lædere possit.
Huic nihil potest offensionis accedere sine acerbissimo incommodo. pro Cluent. 19. b
Præstabo nihil ex eo te offensionis habiturum. 6. fam. 31
Tantum intelligebam ei esse offensionis, quantum literarum declarabant. Att. lib. 1. 48
Mihi credas velim, mihi maiori offensioni esse, quam delectationi possessiunculas meas. ad Att. lib. 13. 30
Offensionem accipere vel deponere. 1. ad Att. 48
Principia acuta sententiis vel ad offensionem aduersarii, vel

ad commendationem sui. Orat. 208. b
Concitate grauem offensionem & magnum odium in aliquam rem. 1. de Inuent. 112. a
Offensionem suspicionis deponere. 13. fam. 41
Effugere offensionem. Seruio, lib. 4. 4. 13. a
Excipere offensionem ex aliquo facto. 1. de Inuent. 44
An reditus in patriam habet aliquam offensionem: de Pro-uinc. 23
Eaque quæ sunt eis morbis contraria, quæ habet ad res certas vitiosam offensionem atque fastidium. Tusc. q. 13. b
Epicurus ne in offensionem Atheniensium caderet, verbis reliquit deos, re sustulit. de Nat. d. 1. 59
In odium & offensionem aliquorum incurrere. 2. Verr. 22. a
Lenire offensionem. 1. de Inuent. 44. a
Publici mei beneficii memoria priuatam offensionem obliterauerunt. Post red. in Senatu, 18. a
Offensionem sumere. 5. ad Att. 2
Quisquam dubitabit, quin tu istam apud populos prouinciæ istius inuidiam atque offensionem non ambitionis, neque beneficiorum collocandorum, sed pecuniæ conciliandæ causa susceperis? 4. Verr. 95. a
Offensionem esse periculosam video. epist. 7. b
Qua in sorte sapiens Prætor, qualis hic fuit, offensionem vitæ æquabilitate decernendi, benevolentiam adiungit leuitate audiendi. pro Mur. 39. a
In quibus non dubito quin offensionem negligentia vitare atque effugere non possim. 3. Verr. 72. a
Repente in medio cursu amicitias, exorta aliqua offensione dirumpimus. de Amic. 112. b
Hic in ipso illo malo grauissimæque offensione L. Lucullus iussu coactus abiit. pro Pomp. 8. b
Quis est tam dissimilis homini, qui non moueatur & offensione turpitudinis & comprobatione honestatis? 5. de Finibus, 110. a
In hac libidine hominum nocentissimorum, in Pop. Rom. quotidiana querimonia, iudiciorum infamia totius ordinis offensione, & c. 1. Verr. 5
Quæ quum cogito, iam nunc timeo quidnam pro offensione hominum, qui illi inimici, insensique sunt, & expectatione omnium, & magnitudine rerum dignum eloqui possim. 1. Verr. 23. a
Te rogo vt accipias sine offensione, quod dixerò. in Antonium, 216. b
Apertè ab iudicibus petit, vt tu mihi antepone: & ait hoc se honestè, sine vlla inuidia, ac sine vlla offensione contendere. 1. Verr. 13. a
Offensiones priuatæ. 10. fam. 24. in epist. Planci.
Videntur labores & molestias tum offensionum, tum repulsarum, quasi quandam ignominiam timere & infamiam. 1. Offic. 101
Corporum offensiones sine culpa accidere possunt, animorum non item. Tusc. q. lib. 4. 25
Offensiones graues solent esse ex grauibus morbis, si qua culpa commissa est. 16. fam. 18
Offensiones querere. 8. ad Att. 23
Cuius adolescentia ad scientiam rei militaris, non alienis præceptis, sed suis imperiis: non offensionibus belli, sed victoriis: non stipendiis, sed triumphis est traducta. pro Lege Manil. 19. a
Offensiuncula.
Vidit M. Pisonem in ista Ædilitate offensiuncula accepta, summos à Pop. Rom. esse honores adeptos. pro Planc. 41
Velim, siqua offensiuncula facta est animi tui peruersitate aliquorum (noue enim gentem illam) des te ad lenitatem. ad Memmiam, lib. 13. 2
Offero.
Cur mihi te offers? Att. 137. b
Quinetiam illa ipsa rerum humanarum domina fortuna in istius se societatem gloriæ non offert: tibi cedit. pro Marcello, 4
Acriter se morti offert vir fortis. pro Milone, 71. a
Si nihil se offert quod sit probabilitati illi contrarium, & c. 4. Academic. 178. a

Obiciuntur sæpe formæ, quæ re ipsa nullæ sunt, speciem autem offerunt. de Diuinat. 97. b
Nostræ causæ non videntur homines defuturi, mirandum in modum profitentur, offerunt se, pollicentur. 1. ad Quintum frat. 47
Ni poposcisses, ego me tibi non offerebam. ad Atticum, libro 2. 16. 7. a
Caput meum obtuli pro patriæ periculis. pro Syl. 64
Ego, qui pro te toties morti me obtuli. pro Mil. 27
Sed his vnum me pro omnium salute obtuli. in Pis. 83. b
Romam vt veni, statim me obtuli Antonii sceleri atque demerentiæ. ad Brut. 36
Qua manu vitam sibi exhaustit, eadem hostibus mortem obtulit. pro Sest. 40
Sed tamen obtulit se ad ferramenta prospicienda. pro Syl. 177. b
Is nobis vltro pollicitus est, & dedit x. h. s. ex sua pecunia, & quod multo carius est, seipsum obtulit, & coniunxit. ad Brut. 25. in epist. Bruti.
Quæ igitur natura obtulit illam spem Simonidi: de Diuinatione, 138. b
Reginæ stuprum obtulit. 2. Philip. 99
Qui obtulerunt hanc prædam Chryfogono. pro S. R. 36. b
Veruntamen, quum de Cumanis venissem cum imperio, Græci quasi Ephesio Prætori se alacres obtulerunt. ad Att. lib. 5. 100. 2. a
Ne me perditum illi afflictumque offerrem. Att. 43. b
Offerrem me communi periculo. 10. fam. 36. in epist. Planci.
Si nihil se offeret. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 91
Isti pedes occurrent orationi, ipsi, inquam, se offerent, & respondebunt non vocati. 3. de Orat. 105. a
Si se interim obuiam obtulerim, occisum iri iam ab ipso Milone video. ad Att. lib. 4. 72. 10. a
Neque quicquam offendet oratio mea, nisi qui se ita obtulerit, vt in eum non inuasisset, sed incurrisse videamur. pro Sestio, 11
Quod fors obtulerit, id acturus videatur. ad Att. lib. 2. 37. 1. a
Qui se pro salute vestra obtulerint inuidiæ periculisque omnibus. 3. in Cat. 71
Alicui offerre quod ipse sibi optare deberet. pro Clu. 136. a
Offerre alicui expensum. 7. ad Att. 20
Offerre lucem. 1. Philip. 2
Os suum non modò ostendere, sed etiam offerre. pro Sexto Roscio, 53
Offerre se ad mortem pro patria. Tusc. q. lib. 1. 27
Offerre religionem alicui. 10. fam. 26
Vltro se offerre alicui, & proicere se. pro Cæli. 41. b
Offerre se alicuius gratulationi. 1. Philippic. 22. ad Attic. libro 9. 173. 1. a. Hoc est, ei gratulari.
Ne obtulisse nos gratulationi videamur. pro Mil. 119. b
Offerre se in discrimen pro statu ciuitatis. pro Sestio, 1
Offerre se in via alicui. Att. 67. b
Offerre se periculis sine causa. Offic. 1. 115
Pro omnium salute se offerre. in Pis. 15. a
Nihil est cur aduenientibus te offerre gestias. epist. 93. b
Offerre vitam suam in discrimen, & offerre se temeritatibus. pro Sestio, 52
Dummodo tabella optimo cuique ostendatur, vltroque offeratur. de Leg. 162. b
Finem feci offerendi mei: ne fortè mea sedulitas aut insidiosa, aut impudens videretur. de Lege Agr. 27. a
Offerens.
Vir fortis se acriter morti offerens. pro Sexto Roscio, 37. b
Vltro me hercule se mihi etiam offerentes, vltro pollicentes rogavi. pro Planc. 10
Oblatus.
Fortuna quæcunque oblata erit, vos coplectar. pro Sest. 129. a
Recitatis literis oblata religio Cornuto est. ad Plancum, libro 10. 12. 8. a
Id iudicium è quo salus oblata est omnibus. pro Syl. 175. b
Is in custodia fuit regia, & vita oblata eius pœnæ est. pro Rab. 13
Quod diuinitus datum atque oblatum videtur. in Ver. 66. b

Multis sæpe in difficillimis rebus præsens auxiliū eius oblatum. 6. Verr. 96. a
Bonum quod à diis oblatum & datum est. pro Pomp. 13. b
Hanc tibi esse cum Dolabella odii causam ausus es dicere, quòd ab eo forori & vxori tuæ stuprum oblatum esse comperisses. 2. Philip. 99. a
Nostri in Repub. & quæ per vim oblatum stuprum voluntaria morte lueret, inuenta est. 5. de Finib. 114. a. De Lucretia.
Neque vt quicquam interesset inter intestinum & oblatum timorem. Acad. q. 13. & 46. b
Gaudeo mihi causam oblatam, in qua omnes sentiant, me ab illo alienatum. Att. 260. b
Oblatam sibi facultatè putauit, vt, & c. pro Cluent. 61. a. 3. in Catil. 51. a
Occasionem sibi ad occupandam Asiam oblatam esse arbitratur. pro Lege Manil. 2. a
Domus ardebat in palatio, non fortuito, sed oblato incendio. pro Domo sua, 49. a
Neque multi sunt, & diffugiunt qui sunt metu oblato. ad Senatium, lib. 15. 1. 14. a
Præsidia quæ oblata sunt contra arma Antonii. Att. 279. b
Quædam quasi impulsio oblata extrinsecus. Acad. q. 46. b
Ab aliquo oblata criminationes depellere. de Amic. 108. b
Adeundum eodem est, vt ne criminibus aut inferendis delectetur, aut credat oblati. de Amicit. 58. a
Officina, Vide Officium.
Officio.
Cur meis commodis officio simulato officis? pro S. R. 66. a
Nec mentis quasi luminibus officit altitudo fortunæ. pro Sestio, 129. b
Horum sententiis concisus officit Theopompus, elatione atque altitudine orationis suæ. de Clar. Orat. 170. b
At verò Diogenes liberius vt Cynicus, Alexandro roganti vt diceret siquid sibi opus esset, Nunc quidem paululum, inquit, à sole. offecerat videlicet apricanti. 5. Tusc. q. 132. a
Iussissentque Claudium Cætimalū, qui ædes in Cælio monte habebat, demoliri ea quorum altitudo officeret auspiciis. 3. Offic. 85
Cui pecuniæ vita S. Roscii obstare atque officere videtur. pro Sexto Roscio, 4
Partitioni huic quæ officere videbuntur, propulsabimus. 1. de Inuent. 89. a
Quod cuiunque particula cæli officeretur, ita quauis esset procul, mutata lumina putabat. 1. de Orat. 87. a
Officiens.
Sin autem officiens signis mons obstruet altus. in Arato, b
Ipsa enim vmbra terræ, soli officiens noctem efficit. 1. de Nat. d. 71. a
Officium.
Officium, munus, opus. de Finib. 114. b
Officium est id, quod facere debet orator, finis cuius causa facere debet. de Inuent. lib. 1. 9
Officium, Græcè καὶ ἡμῶν. de Finib. lib. 3. 16
Mihi non est dubiū, quin quod Græci καὶ ἡμῶν, nos officium, id autem quid dubitas quinetiam in Remp. præclare caderet: nonne dicimus, c o s s. officium, Senatus officium? Att. lib. 16. 36
Quod autem ratione actum est, id officium appellamus. 3. de Finib. 89. a
Pietas, per quam sanguine coniunctis, patriæque beneuolis officium & diligens tributur cultus. 2. de Inuent. 241. a
Officium antiquum. pro Roscio Amer. 16
Officium commune, Græci καὶ ἡμῶν μέσον. Offic. 1. 13. Id est, medium officium appellant.
Contrarium officium est, maius damnum anteponi minori. Offic. 7. b
Officium inchoatum. de Finib. lib. 4. 12
Sed quoddam nobis officium iustum & pium debitū Reipub. nostræque dignitati videbatur. 6. fam. 3
Officium medium est, quod cur factum sit, ratio probabilis reddi potest. Offic. 1. 15
Officium medium quoddam est, iuxta Stoicos, quod neque in bonis ponatur, neque in contrariis. de Finib. lib. 3. 46

Officium quoddam medium dicitur, quoddam perfectum. Offic. 1. 13
 Officium meum agitur. 13. fam. 14. & 42
 Amoris, studii, pietatis, nullum officium à me defuit. pro Milone, 76. a
 Nullum officium referenda gratia magis necessarium est. Offic. 1. 71
 Officium munusque sapientiae in hominis cultu est occupatum. 4. de Finib. 58. a
 Omne officium quod ad coniunctionem hominum, & ad societatem tuendam valet, anteponendum est illi officio, quod cognitione & scientia continetur. Offic. 1. 221
 Perfectum officium, rectum opinor vocemus, quod Graeci *καρποῦσα*. Offic. 1. 13
 Nullum est officium tam sanctum atque solenne, quod non auaritia comminuere atque violare soleat. pro Quint. 12
 Officium in eo summum est. 13. fam. 49
 Bruti erit officium occurrere ei. de Diuinat. 130. & 153. b
 Officium necessitudinis. 1. in Verr. 8
 Officium & munus oculorum sine oculis extare non potest, possunt tamen oculi fungi suo munere. 1. de Diuin. 122. a
 Oratoris officium est, de his rebus posse dicere, quae res ad usum civilem moribus ac legibus constitutae sunt, cum assensione auditorum, quoad eius fieri poterit. 1. ad Herennium, 2
 Oratoris officium est, dicere ad persuadendum accommodatè. 1. de Orat. 68. a
 Officium oratoris singulare consumitur in inuentione rerum. 1. ad Heren. 16
 Peregrini officium est nihil praeter negotium suum agere. Offic. 25. b
 Humanitatis, officii, diligentiae plenae literae. Appio, lib. 3. 9. 1. a
 Praetermittendae autem defensionis, deserendique officii plures solent esse causae. 1. Offic. 41. a
 Officii antiqui homo. pro Quint. 48
 Summi officii homo. 16. fam. 6
 Officii deliberatio. 8. ad Att. 55
 Officii & finis differentia. 1. de Inuent. 10
 Officii fructus est officium ipsum. de Finib. lib. 2. 60
 Officii exquirendi tria genera. 16. ad Att. 29
 Qui primus erat officii gradus, à procuratore seruatus est. pro Quint. 11. b
 Nec villo casu arbitror hoc constanti homini posse contingere, vt vlla intermissio fiat officii. de Amic. 8. a
 Leuatio quaedam est, si minus doloris, at officii & debiti. ad Atticum, 194. b
 Rectè in senectute viuatur, quoad munus officii exequi & tueri possis. de Senect. 65
 Instruere aliquem ad omne officii munus. de Senect. 83. b
 Nullum officii onus cuiquam reliquum fecisti. epist. lib. 3. 52
 Dolores quosuis suscipere malle, quam deserere vllam officii partem. lib. 1. de Finib. 19
 Ac maximae partes istius officii sunt pueri Ciceronis. ad Atticum, lib. 6. 113. 3. a
 Officii plenus homo. 11. fam. 41. & 13. 26
 Apud me officii plus residere patior. 5. fam. 16
 Neque vlla officii praecipua firma, stabilia, coniuncta naturae tradi possunt, nisi aut ab iis qui solam (vt Stoici) aut ab iis qui maximè honestatem propter se dicant expetendam (vt Peripatetici.) Offic. 1. 9
 Vt nec medici, nec imperatores, nec oratores, quanuis artis praecipua perceperint, quicquam magna laude dignum sine vsu & exercitatione consequi possunt: sic officii conseruandi praecipua traduntur illa quidem, sed rei magnitudo vsu quoque exercitationemque desiderat. Officiorum, 1. 85, & 87
 Quis est enim qui nullis officii praecipuis tradendis philosophum se audeat dicere? Offic. 1. 7
 Fructum & praemium officii ab aliquo repetere. Antequam iret in exil. 2. a
 Mouere quid officii sui sit. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 26
 In vita alicuius ratione summi officii desiderare. pro Quintio, 10. b

Officii sui rationem persolvere. 7. in Verr. 139
 Officii rationem ducere. pro Quint. 30
 Officii non commodi ratio ducenda. pro Sest. 17
 Vereri non debeo nequis hoc quod facio, nõ existimet summi officii ratione impulsus, coactumque suscepisse. in Verrem, a
 A religione officii declinare. 5. Verr. 2. a
 Officii repagula perfringere. 7. in Verr. 31
 Officii praetermissi reprehensio. 11. ad Att. 14
 Officii seruitutem testimonio astringere. pro Planc. 61
 Officii praesentis vicem recito. pro Sest. 7
 Officio deesse. 7. fam. 8
 Mulieres vix satis humanae, quae inimico animo ferant, quae vtraque officio pareat. ad Att. lib. 13. 280. 3. a
 Alicui muneri atque officio praesse. pro Font. 279. b
 Satisfacere officio suo. in Verr. 62. b
 Nulla enim vitae pars neque publicis, neque priuatis, neque forensibus, neque domesticis in rebus, neque si tecum agas quid, neque si cum altero contrahas, vacare officio potest. Offic. 1. 7
 Non tam mihi molestum fuit accusari abs te officium meum, quam iucundum requiri. epist. 18. b
 Is voluit ad hoc officium necessitudinis esse gratus. pro Mur. 67
 Hoc ad meum officium priuatarum rerum pertinet. ad Atticum, 277. b
 Quae res ad officium imperii tui pertinebunt, de his rebus nihil attingant. Quint. frat. 193. b
 Non conuenit enim, quum ad promerendum officium tam fuerim expeditus, vos ad referendam gratiam esse tardiores. Antequam iret in exil. 2. a
 In Syriam ad meum officium reuerti. epist. lib. 12. 15. 21. a
 Officium erga aliquem adhibere. 13. fam. 11
 Officium appellant Stoici, quod ratione actum sit. de Finibus, lib. 3. 46
 Conseruare officium erga patriam, aut parentes, aut alios sanguine coniunctos monet pietas. 2. de Inuent. 170. a
 Non sit contra officium non facere, & c. Offic. 7. b
 Officium conturbare. 13. fam. 9
 Vt commune officium censuræ communi animo defenderent. de Prouinc. 73. b
 Deferere officium. de Finib. 55. b
 Officium exequi. 3. ad Att. 23
 Officium calumniatoris esse, verba & literas sequi. 2. ad Herennium, 46
 Officium hoc & feci saepe, & saepius mihi facturus videor. 9. ad Att. 17. in epist. Cæsaris.
 Officium hoc pristinum ne intermittas. 11. ad Att. 51
 Persolvere officium receptum alicui. 7. Verr. 143
 Polliceri & deferre alicui studium, officium, operam, laborem suum. Cecinna, lib. 6. 6. 31. a
 Officium suum apud aliquem ponere. 13. fam. 77
 Officium amicitiae praestare. 14. fam. 10
 Officium suum praestare & probare. pro Font. 7. 4. fam. 15
 Filius, cui nos & charitate & amore tuum officium praestatueros non debes dubitare. 12. fam. 39
 Praetermittere officium erga aliquem. epist. 73. b
 Officium prodere. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 25
 Interruptum varietate temporum officium cumulatè reddere. Licinio, lib. 5. 18
 Officium literarum ab aliquo requirere. 6. fam. 18
 Ita sit vt adsint, propterea quod officium sequuntur. pro Sext. Rosc. 1
 Quibus authoribus officium & fidem secutus esset. Diuin. lib. 1. 27
 Retinere officium. pro Cluent. 45. & Offic. 73. b
 Tribuere officium & cultum alicui. de Inuent. 82. b. 4. fam. 35
 Vt intelligas, homini amicissimo te tribuisse officium. epistoliarum, 55. b
 Tueri officium. Appio, lib. 3. 9. 4. a
 Vsurpare aliquod officium, abduci ab officio, intermittere officium. de Amicit. 8
 Ab officio discedat, si se destitutum queratur. 1. Offic. 48. a

De officio medio. de Finib. 102. b
 De officio perfecto & medio. de Finib. 109. b
 Omnis de officio duplex est quaestio: vnum genus est, quod pertinet ad finem bonorum: alterum, quod positum est in praecipis, quibus in omnes partes vsus vitae confirmari possit. Offic. 1. 13
 Officio sibi aliquem deuincire. 13. fam. 6
 Ex officio alicuius voluptatem capere. 13. fam. 57
 Officio singulari esse in aliquem. 5. fam. 13
 Fungi officio amici. epist. 72. b
 Fungi officio iustitiae. Offic. 42. b
 Fungi officio suo, & declarare officium suum. epist. 37. b
 In officio colendo sita vitae est honestas omnis, & in negligendo turpitudine. Offic. 1. 7
 Nicanor in officio est, & à me liberaliter tractatur. 3. ad Atticum, 43
 Tantum scribo, si erunt in officio amici, pecunia non deerit. ad Terentiam, lib. 14. 1. 11. a
 Spero Cyrum in officio fore. 2. ad Quint. frat. 6. 3. a
 Magnopere confido illum fore in officio. ad Att. 5. b
 In hoc officio, quod fuit praecipue meum. pro Dom. 216. b
 In officio manere. 4. ad Heren. 153
 In officio persoluendo dissimilis ratio pecuniae debita est. Postquam. 203. b
 In officio magno tempus ponere. 15. fam. 6
 Quos natura ipsa retinere in officio non potuit. pro Sexto Roscio, 42
 Officio incensae voluntates. 6. fam. 21
 Omni officio ac potius pietate erga te ceteris satisfacio omnibus. Lent. lib. 1. 1. 1. & 1. Verr. 25. a
 Vtrumuis saluo officio facere poteris. pro Sext. Rosc. 19. b
 Singulari in Rempublicam officio & fide vir. pro Sylla, 43. a
 Hi rem ad virum primarium, summo officio ac virtute praeditum, M. Marcellum, & c. 3. in Verr. 95. a
 Officia vel merita potius. epist. 200. b
 Officia ab initiis naturae proficiuntur. de Finib. lib. 3. 18
 Officia quae ex communitate ducuntur, aptiora sunt naturae, quam ea quae ex cognitione. Offic. 1. 212
 Singularum virtutum certa quaedam sunt officia ac munerata. de Orat. 140. b
 Et ad nostras utilitates officia antè collata. Offic. 1. 69
 Cumulata erant officia vitae. Tusco. q. lib. 1. 98
 Grata alicui officia. ad Att. lib. 13. 277. 1. a
 Officia mea & studia parum antea luxerunt. 3. ad Att. 23
 Magna eius in me non dico officia, sed merita. epist. 125. b
 Quae officia mea fuerunt, omnia ei praestiti. epist. 56. b
 Officia multa inter nos intercedunt. 13. fam. 87
 Omnia officia à me in te profecta sunt. epist. 61. b
 Officia oratoris quemadmodum ad orationem accommodentur. 1. ad Heren. 3
 Tua erga se officia plena tui suauissimi studii attulerunt. 7. ad Atticum, 55
 Officia iustitiae studiis officiisque scientiae praeposenda. Officiorum, 1. 217
 Sunt etiam officia quaedam aduersus eos seruanda, à quibus iniuriam acceperis. Offic. 1. 51
 Officia quaedam sunt, quae aliis magis, quam aliis debeantur: vt vicinum citius adiuueris in fructibus percipiendis, quam aut fratrem, aut familiarem: at si lis in iudicio sit, propinquum potius & amicum, quam vicinum defenderis. Offic. 1. 85
 Officia seruata. Academ. q. ed. 2. lib. 1. 26
 Vel quia huius ipsius in illum ordinem summa officia quaesturae tribunatusque constabant. pro Planc. 263. b
 Officia summa mutuo inter nos certatim constiterunt. 10. fam. 80. in epist. Lepidi.
 Mea in te summa necessitudinis officia constabunt. epistoliarum, 32. b
 Nihil ab illo factum est, quo minus mea in te officia constarent. Att. 177. b
 Officia tua in me domestica, forensia, urbana, prouincialia, & c. 16. fam. 6

T. Pomponius homo omnium in te studiorum & officiorum maximè conscius. Antonio, lib. 5. 5. 2. a
 Stoici mihi videntur fines officiorum paulò longius, quam natura vellet, protulisse. pro Mur. 539. b
 Qui neque tantorum officiorum impensam egisti in patriam. Antequam. 195. b
 Officiorum institutum. pro Mur. 65
 Lex quasi officiorum magistra. de Nat. d. 1. 30
 Officiorum meorum pietate. 10. fam. 50. in epist. Planci.
 Cum summa testificatione tuorum in se officiorum. epistoliarum, 2. b
 Etenim si in eos, quos speramus nobis profuturos, non dubitamus officia conferre: quales in eos esse debemus, qui iam profuerunt? Offic. 1. 71
 Conferre multa & magna officia in aliquem. pro Flac. 41. a. 13. fam. 39
 Officia mea ei non defuisse, tute es testis. 2. fam. 13
 Officia describere. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 104
 Qui officia deserunt mollitia animi. lib. 1. de Finib. 26. Id est, laborum & dolorum fuga.
 Desyderare officia ab aliquo. Antonio, lib. 5. 5. 3. a
 Non officia dico, sed merita. 11. fam. 18
 Officia magna & mutua nostra inter nos esse. 13. fam. 68
 Torquato nostra officia grata esse facile patior, eaque augere non desinam. ad Att. lib. 13. 277. 1. a
 Massinissa senex omnia regis officia & munera exequitur. de Senect. 30. ad Att. lib. 3. 55. 6. a
 Expectare officia ab aliquo. Lent. lib. 1. 6. 4. a
 Odiosum sanè genus hominum officia exprobrantium. de Amicit. 62. a
 Officia meminisse debet is, in quem collata sunt, non commemorare qui contulit. Læli. 62
 Praestare officia urbana alicui. ad Att. lib. 9. 178. 3. a
 Officia ponderare. 2. fam. 8
 Officia & seruata, praetermissaque, media inter rectè facta & praue putabat Zeno. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 26
 Omnia officia eò referunt, vt adipiscamur principia naturae. de Finib. lib. 3. 18
 Retinere officia. pro Cluent. 105. a
 Officia omnia diligenter sanctèque seruaui. epist. 73. & de Finibus, 109. b
 Suscipere officia & partes pro dignitate alicuius. Appio, libro 3. 10. 5. a
 Officia, quae illi tempore tribui potuerunt. epist. 51. b
 Officia omnia tueri. 3. fam. 31
 Deseri ab officiis amicorum. Cic. F. Metello, lib. 5. 8
 Ab officiis cuiusdam quid expectare. 13. fam. 39
 Officiis aliquem attingere. 7. in Verr. 67
 Officiis certemus inter nos. 7. fam. 54
 Officiis suis aliquem complecti. 13. fam. 43
 De officiis legationis aliquid attendere. 12. Philip. 337
 Quum multa sint in philosophia & grauias & vitia, accuratè copiosèque à philosophis disputata, latissimè patere videntur ea quae de officiis tradita ab illis & praecipua sunt. Offic. 1. 7
 Aut officiis debitis, aut rerum necessitatibus euenit. lib. 1. de Finibus, 26
 In omnibus officiis tribuendis videndum erit, quid euique maximè necesse sit, & quid quisque nobiscum, vel sine nobis, aut possit consequi, aut non possit. Offic. 1. 85
 Cum canes fungantur officiis luporum. ad Heren. b
 Officiis meis vincam cogitationes tuas. 5. fam. 35
 Officiis omnibus quae illi tempore tribui potuerunt. 4. familiarium, 20
 Peto abs te pro nostra coniunctissima necessitudine, plurimisque officiis paribus ac mutuis, vt voluntate, autoritate, studio tuo perficias, vt, & c. Thermo, lib. 13. 76
 Officiis mutue respondere. C. F. Pompeio, lib. 5. 7. 4. a
 Quamobrem omnibus officiis amicitiae seruatis, ne hoc quidem praetermittendum esse duxi, te vt hortarer, & c. Sestio, lib. 5. 48
 Officiis aliquem sustentare. Post redit. in Senatu, 18
 Officiis scientiae praeposenda sunt officia iustitiae. Offic. 31. b
 P. i.

Officiosus.

Officiosus dolor. 3. Tusc. q. 11. 3. a. dicitur qui ex iusta causa suscipitur, & cuius probabilis ratio reddi potest.

Vir purus, pudens, humanus, officiosus, liberalis. pro Milone, 103. b. pro Rosc. Com. 10. a

Diligens & officiosus homo. ad Att. lib. 13. 293. 3. a

Hominem prudentem & officiosum cognosces. Octavio, lib. 13. 22. 6. a. 1. de Inuent. 51. a

Quos tu si sodales vocas, officiosam amicitiam nomine inquinas criminoso. pro Planc. 37

Homines autem ipsi Lampfacent tum summè in omnes ciues Romanos officiosi. 3. Verr. 42. a

Propter officiosos labores meos, nonnulla apud bonos gratia. pro Mil. 9. a

At tanto officiosior, quam ceteri: pro Rosc. Amer. 1

Officiosior in aliquem. 13. fam. 81

Equidem si ex omnibus esset eligendum, nec diligentior, nec officiosior facile delegissem Vestorio. ad Atticum, lib. 13. 293. 3. a

Denotius autem Trib. pleb. est ille quidem in me officiosissimus. ad Quint. frat. lib. 1. 4. 3. a

Officiosissimus in omnes. 13. fam. 11

Officiosissima natio candidatorum. pro Mur. 63. & in Pis. 42

Officose.

Qua de re quum ad me ita suauiter, diligenter, officiosè, humaniter scripseris, ut non modò te hortari amplius non debeam, sed ne expectari, & c. ad Att. lib. 1. 15. 2. a

Quorum plerique aut queruntur semper aliquid, aut etiam exprobrant, eoque magis si aliquid habere se putat quod officiosè, amicè, & cum labore aliquo suo factum queant dicere. de Amicit. 62. a

Quæ inimico animo ferant, quum vtraque officiosè pareat. ad Attic. lib. 13. 280. 3. a

Sed illa officiosius, quod, & c. ad Att. 88. b

Officina.

Domus Isocratis quasi ludus quidem atque officina. de Claris Orat. 167. b

Domus Isocratis officina habita eloquentiæ est. Orat. 200. b

Opifices omnes in fordida arte versantur, nec verò quicquam ingenuum potest habere officina. 1. Offic. 209

Officina armorum. in Pis. 98. b

Quæstuosissima falorum commentariorum & chirographorum officina. 2. Philip. 55

Officina dicendi. 2. de Orat. 31. a

Officina nequitiae, & diuersorum flagitiorum. pro Roscio Amer. 79. a

Clarissima rhetoris officina. 2. de Orat. 31. a

Instituit officinam Syracusis Verres. 6. Verr. 48. a

Non enim est tale, ut in arce poni possit, quasi Minerua illa Phidiae: sed tamen ut ex eadem officina exisse videatur. in Praef. Parad. 6

Instruxerunt quasi officinas sapientiae philosophi. 1. de Legibus, 53. a

Offirmo.

Cæteras philosophorum disciplinas, non modò nihil adiuuare arbitror, neque offirmare quò meliores simus, sed ipsam deprauare naturam. de Fi. 92. b. Alii legunt affirmare.

Offundo.

Tu tuis maioribus vitæ, quam turpiter egisti, magnas offudisti tenebras. in Sal. 172. b. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 57

Siquid tenebrarum offudit exilium. 3. Tusc. q. 139. a

Philosophia, quæ lucem eriperet, & quasi noctem quãdam rebus offunderet. de Nat. d. lib. 1. 5

Ergo ut illis aqua, sic aer crassus nobis offunditur. 4. Academicarum, 144. a

Ut enim obscuratur & offunditur luce solis lumen lucernæ. 3. de Finib. 69. a

Offusus.

Cum ignis oculorum cum eo igne, qui est ob os offusus, se confudit & contulit. de Vniuers. 61

Hic error & hæc indoctorum animis offusa caligo est. Tusc. q. 129. b

Qui tanquam si offusa Reipub. sempiterna nox esset, ita

ruebant in tenebris, omniãque miscebant. pro R. Am. 55

Quod in naufragio Reip. tenebris offusus demerso populo, & c. pro Domo sua, 241. b

Olbia.

Literas tuas nauta attulit Olbia datas. 2. ad Quint. frat. 16. Oppidum Sardiniae.

Olbiensis.

A te post illam Olbiensem epistolam, nullas literas accepi. 2. ad Quint. frat. 12

Olea.

Agricola cum florem oleæ videt, baccam quoque se videre putat. de Diuinat. 111, & 103. b

Eius fundi extremam partem, oleæ directo ordine definiunt. pro Cecin. 289. b

Sempiternam oleam in arce tenere potuerunt Athenæ. 1. de Legibus, 1

Oleis & lucanicis tuis solebam antea delectari. 9. fam. 40

Olearius.

Cella olearia. Top. 222. & de Senect. 89. b

Oleaster.

Hominem suspendi iussit in oleastro quodam. in Ver. 159. b

Oleum.

Non dessemus, ne opera & oleum philologiæ nostræ perierit, sed conferamus tranquillo animo. ad Atticum, libro 2. 32. 2. a

Aristæus olei inuentor. in Verr. 230. b

Nitidum quoddam genus verborum & lætum: sed palæstræ magis & olei, quam huius ciuiliis turbæ & fori. 1. de Orat. 40. a. Id est, accommodatum concionibus & iudiciis.

Nam hæc quoque nisi tanquam lumini oleum instillet, extinguuntur senectute. de Senect. 32. a

Nam quid ego te athletas putem desiderare, qui gladiatores contempseris, in quibus ipse Pompeius confitetur se & operam & oleum perdidisse: Mario, lib. 7. 1. 11. a

Ante lucem quum scriberem contra Epicureos, de eodem oleo & opera exaravi nescio quid ad te, & ante lucem dedi. ad Att. lib. 13. 50

Oleo.

Malè olet omne cœnum. 4. Tusc. 84. a

Ex Academia nihil olet Epicurus, nihil ne ex Lyceo, nihil ne è puerilibus disciplinis. 1. de Nat. d. 50

Quid illud: non olet unde sit: quod dicitur, & c. Orat. 211. b

Sed tamen erant ornata hoc ipso, quod ornamenta neglexerant: & ut mulieres, ideo bene olere, quod nihil olebat, videbantur. ad Att. lib. 2. 1

Et magis laudari quod cœram, quam quod crocum olere videatur. 3. de Orat. 55. a

Nonne ipsum caput & supercilia illa penitus abrafa olere malitiam, & clamitare calliditatem videntur: pro Roscio Comædo, 11. Id est, significare.

In qua nihil sonare aut olere peregrinum possit. 3. de Oratore, 25. a

Olens.

Bene olens. Academ. q. ed. 1. lib. 2. 22

At in malè olentem, video me à te circūueniri. 2. de Or. 138. a

Olfacio.

Ut ea quæ gustemus, olfaciamus, traçtemus, audiamus, & c. 5. Tusc. q. 155. a

Nunc quisnam tam abstrusus vsquam nummus videtur, quæ non architecti huiusce legis olfecerint: de L. Agr. 6. a

Cernere, audire, gustare, olfacere, tangere aliquid. 2. de Diuinatione, 13. a

Olim.

Quando ad amorem meum aliquantum olim discedes addidisti. epist. 255. b

Ante lucem inambulabam domi, ut olim candidatus. ad Atticum, 90. b

Qui mihi dixit olim, & c. ad Att. 154. b

Locus ille animi nostri, stomachus vbi habitabat olim, concaluit. ad Att. lib. 4. 85. 15. a

Loquebantur olim sic. 2. de Orat. 98. a

Vtinam coram tecum olim potius, quam per epistolas. ad Atticum, 172. b

Nec nos arbitror victoriæ præmiis ductos patriam olim reliquisse, & c. epist. 78. b

Olitor, Vide post Olusculus.

Oliua.

Inuentor oliuæ Aristæus dicitur. 3. de Nat. d. 60. a

Si ex oliua modulatè canentes tibi nascerentur, & c. de Natura deorum, 2. 17

Oliuetum.

Facere oliuetum in iugeribus, & vineas in eis instituere. 2. de Lege Agr. 69. a

Vineta, segetes, oliueta, vbertatem frugum & fructuum, omnem denique commoditatem, prosperitatemque vitæ à diis se habere. 3. de Nat. d. 125. a

Quid de pratorum viriditate, aut arborum ordinibus, aut vinearum oliuetorumve specie dicam: de Senect. 53. a

Quid de vitibus oliuetisque dicam: de Nat. d. lib. 2. 233. a

Olla.

Implere ollam denariorum. 9. fam. 44

Olli, pro Illi.

Is dictus est ollis popularibus olim, qui, & c. de Cl. Or. 169. b

Ollisque ad honoris amplioris gradum is primus ascensus esto. 3. de Legib. 9. a

Olusculus.

Lancibus & splendidissimis canistris olusculis nos soles pascere. ad Att. lib. 6. 12

Olitor.

Excita Phædrum ut hortum ipse conducat, sic olitorè commouebis. epist. lib. 16. 18. 4. a

Olympia, vrbs.

Ludis Olympiæ memoriæ proditum est. de Nat. d. 2. 5

Olympiæ per stadium ingressus esse dicitur Milo, cum humeris bouem sustineret viuum. de Senect. 83. b

Cum Olympiam venisset, in maxima illa quinquennali celebritate ludorum. Tusc. q. 172. b. de Orat. 154. b

Olympia, orum, ludi.

Sed ut pugiles in exercitiis etiam si pugnos & plagas Olympiorum cupidi ferre possunt, & c. de Clar. Orat. 131. a

Ab Olympiis coronam petere. de Orat. 243

Olympias.

Olympias, Alexandri mater. 2. de Nat. d. 51. Draconem aluit. Diuin. lib. 2. 104

Olympius.

Olympii Iouis simulachrum. Orat. 4

Olympii Iouis templum Syracusis. 6. in Verr. 106

Olympiacus.

Victoria Olympiaca. ad Att. lib. 16. 334. 8. a

Quasi si quis ad Olympiacum venerit cursum. ad Her. 24. b

Olympionices.

Nobilis Olympionices Diagoras Rhodius. Tusc. q. lib. 1. 99

Acinas pugil Olympionices, quod est apud Græcos propè maius & gloriosius, quam Romæ triumphasse. pro Flac. 24

Præmium Olympionicarum capere. 2. de Inuent. 228. a

Olynthus.

Vrbem antiquam, & omnibus rebus auctam, & ornatam Olynthum cepit P. Seruilius. 3. Verr. 37

Omen.

Sic aquilæ clarum omen firmavit Iupiter. 1. de Diuin. 173. a

O præclare coniectum à vulgo in illam prouinciam omen communis famæ atque sermonis, quum, & c. 4. Verr. 12

Qui quidem discedens necum ita locutus est, ut eius oratio omen fati videretur. 9. Philip. 263. a

Etenim si tanta in illis comitiis religio est, ut adhuc semper omen valuerit prærogatiuum: quid mirum est in hoc facilitatis famam sermonemque valuisse: pro Mur. 37

Cæcilia exiuit in quoddam sacellum omnis capiendi causa. 1. de Diuinat. 167. a

Tum ille, Accipio omen, inquit, mea filia. de Diuin. 101. b

Quod Iupiter omen auertat. ad Brut. 27

Quid Bestiam qui se Consulatum in Bruti locum petere profiteretur: atque hoc quidem detestabile omen auertat Iupiter. 11. Philip. 296. a

Auertite & detestamini quæso hoc omen dii immortales. 4. Philip. 159. a

Quod dii omen obruant. de Arusp. resp. 38. a

Neque solum deorum voces Pythagoræ obseruauerit, sed etiam hominum quæ vocant omina. 1. de Diuin. 165. a

Bonis omnibus, qui hostias ducerent, eligebantur. de Diuinatione, 101. b

Exierunt malis omnibus atque execrationibus duo Vulturii. pro Sestio, 60

Nullum auspiciis, funestis omnibus omniū. pro Clu. 20. b

Proficiscantur legati optimis ominibus. 12. Philip. 331. a

Omnibus bonis vel tristibus aliquem exeuntem persequi. in Pis. 86. Appio, lib. 3. 12. 6. a

Ominor.

Melius quæso ominare, inquit Brutus. de Clar. Orat. 184. a

Malo enim alteri quam nostræ ominari: neque tantum de nostra, sed de omni Republica disputo. 2. Offic. 109. a

Omitto.

Omitto ac negligo cætera: sua confessione induatur ac iuguletur necesse est. 7. Verr. 130. a

Sed hæc omitto, illud quæro, & c. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 86

Omitto illa vetera, quod istum in Rempublic illi aluit, & c. ad Atticum, 119. b

Pietatem & humanitatem hic omisit, ut id quod vile videbatur, neque erat, assequi posset. 3. Offic. 47. a

Deinde, si me amas, omitte Atticum Ciceroni tuo. 16. ad Atticum, 47

Omitte ista quæ nec percontari, nec audire sine molestia possumus. 1. Acad. 3. a. Id est, define quærere.

Sed ille, Ades, inquit, animo, & omite timorem Scipio: & quæ dicam, trade memoriæ. in Somn. Scip. 5. a

Quod facinus in alienum hominem illatum seuerè acciperet, id omisit curare in hospite: pro Cæl. 49. b

Ut alia omittam, hoc fati est. pro Quint. 47. a

At de me omittamus. pro Rab. Posth. 128. b

Omittamus de reitu Gabini, & c. in Pis. 9. b

Plurimum interest, sed ista omittamus. 4. Acad. 95. a

Itaque omittamus lugere. de Clar. Orat. 189. b

Nauigationem primam, dummodo idonea tempestas sit, ne omiseris. Quint. frat. lib. 2. 8. 6. a

Omittere omnem timorem. Tusc. q. lib. 2. 57

Voluptates omittantur, maiorum voluptatum adipiscendarum causa. lib. 1. de Finib. 29

Omissus.

Omissa controuersia, oratio omnis ad misericordiam tuam conferenda est. pro Lig. a

Noli id putare omnino à me esse omissum, si quid est tibi remissum atque concessum. pro Syl. 176. b

Omnis.

Vsq̄uedum inueniretur qua ratione res ab vstitata consuetudine recederet, & in hoc singulare iudicium causa omnis concluderetur. pro Quint. 45. Id est tota.

Omnis illa vrbana & perdita plebs. ad Att. lib. 7. 123. 8. a

In Galliam ad te ipsum venit, in agrum communem, & denique vbi non modò res erat, sed ratio quoque omnis, & omnes literæ. pro Quint. 20. a

Quod omne est, id non cernitur ex alio extrinsecus. Diuin. lib. 2. 80

Omne quod ex se connexum est, verum est. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 89

Omne præterea quod esset infinitum. de Nat. d. 1. 21

Omne infinitum esse, quum nihil habeat extremum, Epicuri ratione comprobatur. Diuin. lib. 2. 80

In profundenda voce omne corpus intenditur. Tusc. 187. b

Omne tale flagitium. de Senect. 36. a

Omne illud permistum, ex quo hæc secuit, consumpserat. de Vniuers. 31

Omne quod ortum est, mortalitas consequitur. de Natura deorum, 1. 20

Omni huic sermone propositum est, non ut ingenium & eloquentiam meam perspicias, & c. de Clar. Orat. 177. a

Non omnem frugem neque arborem in omni agro reperire possis. pro Rosc. Amer. 45. a

Vim vitalem per omnem mundum pertinentem. de N. d. 2. 18

Sanguinem omnem profundere mater cupit. pro Clu. 23. a

Sed ita compressa est, ut mihi videamur omne iam ad tempus ab illo duntaxat fordissimum periculo tuti futuri. ad Cassium, lib. 12. 1. 3. a

Omne cælum, totamque cum vniuerso mari terram mente complexum, voluptatem petere si dicemus, mellis causa dicemus tanta molitum. 2. de Finib. 178. a

In omne corpus sanguis per venas infunditur. 2. de Natura deorum, 28. a

Vnum tibi si persuaseris, non hoc esse tui muneris, si quid rogatus fueris, ut facias, sed totum tuum esse onus, perfrictus. epistolarum, lib. 6. 7. 16. a

Et ab omni, quod turpe est, fugiamus. Offic. 26. b

Tota mente atque omni animo intueri aliquē. 2. de Or. 50. a

Erat non solum domus mea, sed totum palatium, Senatu, Equitibus Romanis, ciuitate omni, Italia cuncta referunt. in Pisonem, 8. a

Omni contentione pugnatum est, ut lis hæc capitis æstimator. pro Cluent. 92

Tetra enim res est, misera, detestabilis, omni contentione, velis, ut ita dicam, remisque fugienda. 3. Tusc. 43. a

Omni ergo ratione colenda & retinenda iustitia est. 2. Officiorum, 59. a

Quare talis improborum consensus non modo excusatione amicitia tegenda non est, sed potius omni supplicio vindicanda est. de Amicit. 40. a

Eo tempore omni Neapoli fui. pro Syl. 12. a

Omnes vim & naturam diuinam esse arbitrantur. Tusc. lib. 1. 25

De amicitia omnes ad vnum idem sentiunt. de Amic. 72

Omnes omnium generum, ætatum, ordinum, viri ac mulieres omnis fortunæ ac loci. in Pis. 90. b

Omnes omnium ordinum homines. pro Rab. perd. reo. 14. a

Omnes mortales omnium generum, & c. in Pis. 100. b

Omnes omnium ortus, quicumque gignantur in omni terra quæ incolatur, eosdem esse, & c. 2. de Diuinat. 137. a

Omnes ferè philosophi omnium disciplinarum. 5. Tusc. 130. a

Omnes qui vbique sunt, qui Latine sciunt. 2. de Finib. 20. a

Omnes quicumque Romæ ludos faciunt. Quint. frat. 295. b

Omnes te dii, homines summi, medi, infimi, ciues, peregrini, viri, mulieres, liberi, serui oderunt. in Ant. 157. b

Omnia quæ mouentur, interuallis mouentur. Acad. quaest. edit. 2. lib. 1. 20

Omnia in perfectis & maturis meliora. de Nat. d. 2. 28

Omnia misera, sed hoc nihil miserius. 9. ad Att. 56

Omnia omnium miseriarum plenissima. 2. ad Att. 64

Omnia mihi cum eo sunt. 13. fam. 1

Quasi omnia sint mihi in eo. 15. fam. 39

Omnia quæcunque in hominum disceptatione cadere possunt, bene sunt oratori dicenda. 2. de Orat. 4. a

Qui non aliqua in re vna separatim elaborauerunt, sed omnia quæcunque, & c. comprehenderunt. de Orat. 85. b

Non omnia quæcunque loquimur, ad artem sunt reuocanda. de Orat. 112. b

Mæque hortantur ut magno animo sim, ut omnia summa sperem. ad Att. lib. 11. 214. 5. a

Perfecta ab Lucullo hæc sunt omnia, ut vrbs fidelissimorum sociorum defenderetur, ut omnes copiarum regis diuturnitate obsidionis consumerentur. pro Mur. 31. a

Quis omnium, & c. nemo omnium, & c. pro Marc. 134. b

Qui est enim omnium, qui, & c. Tusc. q. 241. b

Nihil est enim omnium, quæ in philosophia tractantur, quod grauius dicatur. Tusc. q. 228. b

Nam cæteræ res neque temporum sunt, neque ætatum omnium, neque locorum. pro Arch. 188. b

Omnium ferè artium commune est, ut suis, hoc est, propriis vtantur verbis, quibus vulgus non vtitur. Acad. quaest. edit. 2. lib. 1. 19

Κεφαλαίων omnium, nequid, & c. 5. ad Att. 33

Ex omnium omnibus flagitiis nullum turpius vidi, nullum audiui, quàm quod, & c. 2. Philip. 83. a

Vnus omnium loquacissimus. 8. ad Att. 15. Sub. hominum.

Omnium nequissimo qui sunt, qui fuerunt, qui futuri sunt. 11. fam. 34

Longè omnium, quicumque scripserunt, aut loquuti sunt, extitit & grauitate princeps Plato. in Orat. 34. a

Epistolas mihi legerunt plenas omnium in me probrorum. 11. ad Attic. 20

Omnium rerum vna est definitio comprehendendi. Acad. quaest. edit. 1. lib. 2. 119

Omnium rerum potestate dominatūque dignissimum. de Natura deor. 2. 22

Omnium cæterarum rerum oratio, mihi crede, ludus est, & c. de Orat. 115. b

Omnium sermonibus vapulare. ad Att. lib. 2. 19. 1. a

Subeundus est vsus omnium. de Orat. 97. b

Omnibus omnes opes concesserim. 9. fam. 11

Omnes dissipatos congregare, & ad societatem vitæ conuocare. Tusc. q. lib. 1. 50

Inter omnes omnium gentium sententia constat. de N. d. 2. 10

Omnes quum secundæ res sunt maximè, tum maximè meditari secum oportet, quo pacto aduersam ærumnam ferant. ex Phormione Terent. Tusc. q. lib. 3. 27

Omnes igitur partes mundi tangam. de Nat. d. 2. 18

Rectè eius omnia dicentur, qui scit uti solus omnibus. de Finib. lib. 3. 59

Omnia esse in Bruto tuo. 12. fam. 17. Id est, spem omnem.

Omnia pollicitum esse, multò verò plura & maiora fecisse. 13. fam. 48

Omnia prius arbitratus sum fore, quàm vt, & c. 8. ad Att. 36

Hic omnia facere omnis debet, ne armis decernatur. 7. ad Atticum, 16

Omnia habeo à te. 16. fam. 11. Id est, omnia à te mihi data existimabo.

De publicis negotiis quæ vis ad te Tironem scribere, negligentius ad te antè scribebam, quod omnia minima, maxima ad Cæsarem mitti sciebam. ad Q. frat. lib. 3. 17. 1. a

Omnia potius subire, quàm id pati. 8. fam. 35. in epist. Cælii.

Decem viros portitores omnibus omnium pecuniis constitui. contra Rul. 78. b

Quamobrè velim ita & ipse ad me scribas de omnibus minimis, maximis, mediocribus, ut ad hominem amicissimum. Licinio, lib. 5. 8. 16. a

Nec me vlla res magis angit ex omnibus. Att. 253. b

De re, quam tu ex omnibus maximè probas. Tusc. 218. b

M. Piso maximè ex omnibus Græcis doctrinis eruditus. de Clar. Orat. 186. b

Ex omnibus Latinis huius verbi vim vel maximam semper putavi. de Orat. 110. b

Ex omnibus oratoris laudibus longè ista est maxima, inflammare, & c. de Clar. Orat. 190. b

Aculeo, quæ Crassus dilexit ex omnibus plurimum. de Or. 108. b

Ex omnibus princeps Gorgias ausus est in conuentu poscere, qua quisque de re vellet audire. 3. de Orat. 71. a

Non electus vnus, qui maximo ingenio, sed relictus ex omnibus, qui minimo periculo possem dicere. pro S. R. 19. b

Soli ex omnibus aurea statua statuta est: id est Gorgias. de Orat. 154. b

Stoici soli ex omnibus philosophis dixerunt, & c. de Or. 148. b

Ex omnibus tuis studiis in me hoc scito mihi gratissimum esse, & c. Att. 245. b

Vnus ex omnibus amicis certè efficiam ut maximè latere. ad Att. lib. 3. 55. 5. a

Et si vnus ex omnibus minimè sum accommodatus, & c. epist. 71. b

Hic est vnus homo ex omnibus, quo præsertim, & c. de Or. 94. b

Si vnus ex omnibus exoptandus esset. epist. 20. b

Ille erat vnus timendus ex omnibus. in Cat. 114. b

Sin quærimus quid vnum excellat ex omnibus, docto oratori palma danda est. de Orat. 156. b

Cum te vnum ex omnibus maximè natum aptumque cognossem. de Orat. 93. b

Gustatus est sensus ex omnibus maximè voluptarius. de Orat. 152. b

Omnibus his, quæ visa sint, veris adiuncta esse falsa, quæ à veris nihil differant: ea quum talia sint, nihil posse comprehendere. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 40

Omnibus mensibus vigesimo die lunæ aliquid facere. 1. de Finib. 161. a

Exercitus is, cui præpositus est sapiens, & callidus imperator, omnibus partibus commodius regitur, quàm is qui stultitia & temeritate alicuius administratur. 1. de Inuēt. 74. a

Neque enim ratio afferri potest, cur, si cuiquam nouo ciui potuerit adimi ciuitas, non omnibus patriciis, omnibus antiquissimis ciuibus possit. pro Cecin. 73. a

Vna est pro omnibus. 11. ad Attic. 21. Id est, inter omnes vel maxima.

Vidētis iam p. c. omnibus rebus & modis constructam & coaceruatam pecuniam Decemuiralem. de Leg. Agr. 8. a

Nullum esse pilum omnibus rebus talem, & c. Acad. quaest. edit. 1. lib. 2. 76. Hoc est, per omnia similem alteri pilo.

Omnibus rebus vrgeor, quas sustinere vix possum. 11. ad Atticum, 21

Quos quidem omnibus sententiis vleiscor, & persequor omnibus bonis approbantibus. ad Brut. 3. 4. a

Omnino.

Omnino ad ducentos. 2. ad Quint. frat. 1

Theopompus & Ephorus ab Isocrate magistro impulsis, se ad historiam contulerunt, causas omnino nunquam attigerunt. 2. de Orat. 3. a

Poetas omnino non conor attingere. de Orat. 114. b

Plurimum quidem & poetis nostris, omninoque Latinis & literis luminis & verbis attulisti. 1. Acad. q. 14. a

Post verò Lepidum, Carbonem, Gracchos: deinde ita magnos nostram ad ætatem, ut non multum, aut nihil omnino Græcis cederetur. 1. Tusc. 9. a

Omnino fortis animus & magnus duabus rebus maximè cernitur. 1. Offic. 94. a

Perfeceratque fortuna nequid tale scribere possem, aut omnino cogitare. ad Nigidium, lib. 4. 13. 2. a

Omnino, aut certè facilius labore alicuius & studio quædam consequi. pro Corn. Balbo, 34. a

Hoc genus & cætera necessaria, & omnino omnis argumentatio, & eius reprehensio quandam vim continet, & latius patet, quàm sic exponitur. 1. de Inuent. 99. a

Ista siue beatitas, siue beatitudo, vtrumque omnino durum. de Nat. d. 20. b

Omnino est amans sui virtus. de Amic. 80. a

Quid enim est omnino ipsum diu? pro Marc. 135. b

Quod amici genus adhibere, omnino leuitatis est. de Amicitia, 78. a

Miserrima est omnino ambitio, honorumque contentio. 1. Offic. 123. a

Omnino omnium horum vitiorum atque incōmodorum vna cautio est, atque vna prouisio, ut ne nimis citò diligere incipiamus. de Amic. 67. a. Hoc est, vna omnino cautio atque vna prouisio est.

Aptissima omnino sunt Scipio & Læli, arma senectutis, artes, & c. de Senect. 8. a. Id est, quàm aptissima, aut omnino aptissima.

Impedimento omnino hæc fuerunt. Tironi, lib. 16. 10. 4. a

Quinque omnino fuerunt, qui illum vestrum innocentem Oppianicum, & c. absoluerent. pro Cluent. 62. a

Is omnino seruus in familia non erat, cum statim exhiberi iubet. 7. Verr. 14. a

Nego illum adolescentem, quem statim epoto poculo mortuū esse dixisti, omnino illa die esse mortuū. pro Cl. 134. a

Epulabar igitur cū sodalibus omnino modicè. de Sen. 41. a

Omnino illud honestum, quod ex animo excelso magnificè quærimus, animi efficitur, non corporis viribus. 1. Offic. 111. a

Omnino omnis eruditionis expers vir. 2. de Orat. 1. a

Mihi perdifficile esse contra tales oratores, non modò tantam causam perorare, sed omnino verbum facere conari. pro Quint. 51. a. Id est, quouis modo.

Cui cum cuperem mederi, cupiditates certorum hominum impedimento mihi fuerunt omnino. epist. 260. b

Vix, aut omnino non posse fieri. ad Att. lib. 3. 65. 3. a

Nunquam improbi ciues habuerunt paratiorem ducem omnino. epist. 262. b

Omnino præclare te habes. 4. Verr. 106. a

Omnino amicitia confirmatis iam ingenii iudicanda sunt. de Amicit. 11. b

Cum defensionum laboribus, aut omnino, aut magna ex parte esse aliquando liberatus. 1. Tusc. q. 1. a

Vis & iniuria & omnino omne quod obfuturum est. de Inuentione, 82. b

Quod verò Maximum fratrem, egregium virum, omnino sibi nequaquam parem. de Amicit. 61. a

Perscribere diligentissimè omnino aliquid. ad Atticum, libro 6. 114. 11. a

Omnino qui Reipu. præfaturi sunt, duo Platonis præcepta teneant. 1. Offic. 120. a

Omnino pugnas, sed cum aduersario facili. 4. Acad. 148. a

Et tamen quantum & cuiusmodi, & omnino quale sit quaeritur. de Inuent. 44, & 45. b

Omnino omnia se facturum recepit. 5. ad Att. 24

Nequis omnino regem reduceret, cui scis intercessum esse. Lentulo, lib. 1. 7. 13. a

Omnino res tota in mensem Ianuarium reiecta erat. ep. 63. b

Omnino relinquendum. 5. Verr. 68. a

Hos autem omittamus, qui omnino nusquam reperiuntur. de Amicit. 20. a

Semel omnino. 15. ad Att. 31

Omnipotens.

-teque omnipotens

Neptune inuoco, & c. 4. Tusc. q. 119. a

Omniumagus.

Quæ eadem Diana omniumaga dicitur: non à venando, sed quod in septem numeratur tanquam vagantibus. 1. de Nat. deor. 51

ὁμοῦσία, Latine conuentientia. de Finib. lib. 3. 17

ὁμοπλοία alicuius. 16. ad Att. 1

ὁμοπλοία vti. 16. ad Att. 11

Onager.

Erat præterea cynocephalus in effedo, nec deerant onagria ad Att. lib. 6. 19

Onasus.

Onasus Segestanus, ob Heraclii nauarchi sepulturam, pecuniam C. Verris liberti dedit. 7. in Verr. 93

Onus.

Magnum mihi dicendi onus imponitur. in Salust. 207. b

Hoc nihil ad te: nostrum est onus. Appio, lib. 3. 13. 6. a

Hoc quicquid est oneris ac muneris. 5. fam. 22. in ep. Vatini: Tibi hoc oneris non impono, nolo te illum iratum habere. Att. lib. 14. 317. 4. a

Oneris istius magnam partem abs te sustineri. 14. fam. 9

Imponere nimium oneris plebi. in Verr. 136. b

Ego plus oneris habeo quàm alii, & c. & amplius oneris suscepi quàm cæteri, & c. 5. Verr. 3. a

Plus etiam, quàm pars virilis postulat, pro volūate Populi Romani oneris ac muneris suscipere debeam. 5. Verr. 6. a

Fide, sapientiaque vestra fretus, plus oneris sustuli, quàm ferre me posse intelligo. pro Sext. Rosc. 6. a

Sed vereor ne Pompeio quid oneris imponam. de Or. 140. b

Oneris tibi imponere non audeo quicquam. epist. 33. b

Nunc quum mihi ab amico officiosissimo tantum oneris imponitur, ego quoque tibi imponam pro tuis in me summissis officiis. ad Thermum, lib. 13. 57

Hoc onus si vos aliqua ex parte alleuabitis, feram ut poterō, studio & industria Iudices. pro Rosc. Amer. 6. a

Ne magnum onus obseruantia Bruto nostro imponerem. Attic. 207. b

Causa serò perorata, sententias se rogaturum negauit, nequod onus similitatis nobis imponeret. ad Quintum fratrem, lib. 2. 1

Iniustum onus alicui imponere. in Orat. 19. a. 6. fam. 29

Nullū onus officii cuiquā reliquum fecisse. Ap. lib. 3. 13. 2. a

Suscipere onus officii quod non possis sustinere. pro Sexto Roscio, 37. b

Adductus sum Iudices officio, & c. ut onus hoc laboris atque officii, non ex meo, sed ex meorum necessiorum tempore mihi suscipiendum putarem. 1. Verr. 3. a

P. iii.

Cur ego tuas partes suscipio? cur tuum onus sustineo? 6. Verrinarum, 70. a
 Magnum quiddam est onus ac munus suscipere ac profiteri, se, &c. 1. de Orat. 57. a
 Onus Aetna grauius mihi videor sustinere. de Senect. 4
 Ita se gessit in Tribunatu, vt onere deposito domestici officii, nihil postea nisi de Reipublicae commodis cogitavit. pro Sylla, 49. a
 Opprimi me onere officii malo, quam id quod mihi cum fide semel impostum est, aut propter perfidiam abiicere, aut propter infirmitatem animi deponere. pro Rosc. Amer. 6. a
 Onera contentis corporibus facilius feruntur, remissis opprimunt. Tusc. q. lib. 1. 48
 Onera quibusdam bestiis & iuga imponimus. 2. de Natura deorum, 114
 Onera suorum sustinere. 15. fam. 39
 Insula Delos tam procul a nobis Aegeo mari posita, quod omnes vndique cum mercibus atque oneribus commebant. pro Lege Manil. 38. a
 Eram nescius quantis oneribus premerere susceptarum rerum. 5. fam. 128
 Municipium maximis oneribus pressum. 13. fam. 14
Onustus.
 Afellus onustus auro. ad Att. 13. b
 Onusta frumento nauis. 3. Offic. 66. a
 Nauis onusta praeda Siciliensi. in Verr. 244. b
 Nunc onusti cibo & vino, confusa & perturbata cernimus. Diuinat. lib. 1. 55
Onero.
 Te autem quibus mendacis homines leuissimi onerant, &c. querere tecum atque expostularem. ad Appium, lib. 3. 39
 Omnibus eum contumelios onerasti. 2. Philip. 98. a
 Etiamne aures nostras tuo odio onerabis? Salust. in Ciceronem, 4. a
 Onerare aliquem bonis conditionibus. 5. in Verr. 118
 Argumentis quamplurimis onerare iudicem. 3. de Nat. deorum, 10. a
Onerarius.
 Oneraria corbita. 16. ad Att. 16
 Et occulte in aliquam onerariam correndum. ad Attic. lib. 10. 204. 2. a
 Ea que in onerariam nauem suam conicienda curauit. 3. Verr. 31. a. 1. de Diuinat. 121. a
 Et noctu flagrantem onerariam videbatis. 1. de Diuin. 121. a
Opacus.
 Opacus & Apricus locus, contraria. in Partit. 21. a
 Opacus & frigidus locus in Sylua. 3. de Orat. 11. a
 Nubes opaca. in Arato, 13. a
 Ripa viridi & opaca inambulare. 1. de Legib. 22. a
Opaco.
 Cum terras nox opacasset. 2. de Nat. d. 76
 Vt quum terras larga luce compleuerit, easdem modo his, modo illis partibus opacet. de Nat. d. 2. 36. De sole.
 Nam me haec tua platanus admonuit, quae non minus ad opacandum hunc locum patulis est diffusa ramis. 1. de Orat. 15. a
 Opaco erimus, qui esse noluimus? 4. ad Att. 22
Opas.
 Opas Nilo natus, ab Aegyptiis appellatur Vulcanus. 3. de Nat. deor. 39
Opera.
 De versibus, quos tibi a me scribi vis, deest mihi quidem opera, quae non modo tempus, sed etiam animum vacuum ab omni cura desiderat. 3. ad Quint. frat. 25
 Opera datur de illo. 10. ad Att. 49
 Opera summa a nobis dabitur, nequid. 11. fam. 23. in epistol. D. Bruti.
 Primus omnium opera danda est, qui famae nostrae capitiue consulant. in Verr. a
 Summa data est opera a me, vt quamplurimo decumas venderem. in Verr. 175. b
 Vtrum data sit opera vt sciretur. ad Heren. 20. b
 Opera extabit peregrinationis huius. 15. ad Att. 27

Ne & opera & oleum philologiae nostrae perierit. ad Attic. lib. 2. 32. 2. a
 Opera forensis. Diuinat. lib. 2. 108. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 2
 Opera optima. 9. fam. 59
 Omnis mihi cura atque opera posita sit in omnium periculis defendendis. pro Cluent. 126. a
 Opera publica. Academ. q. edit. 1. lib. 2. 6
 Tibi haec opera sumenda est. 6. Verr. 61. a
 Tribuenda est opera Reip. vel omnis potius in ea cogitatio & cura ponenda est. 2. de Diuinat. 11. a
 Foris operae intermissio. 2. de Diuinat. 209. a
 Operae opportunitas. 16. fam. 12
 Ego autem iuris ciuili studio multum operae dabam Q. Scaeuola P. F. de Clar. Orat. 169. a
 Operae multum mihi eripitur in excubendis hypomnematis. 16. fam. 39. ex epist. Ciceronis filii.
 Ponerere multum operae in aliqua re. Att. 191. b
 Vt ergo in huiusmodi re tribues nobis paulum operae. 5. ad Atticum, 35
 Plus te operae Graecis dedisse rebus video, quam putaram. de Orat. 122. b
 Laboris & operae plus in aliqua re consumere, quam ceteri in alia. pro Font. 1. a
 Cur ego similem me, siquid in studiis operae posuerim, perdidisti? in Parad. 42. a
 Qui in agris colendis tantum operae temporisque consumperunt. pro Sext. Rosc. 26. b
 Quoniam vos tantum operae mihi ad audiendum datis. de Oratore, 119. b
 Mirenturque in ea tantum me operae & temporis ponere. Offic. 2. 3
 Non parcam operae. Seruio, lib. 13. 28. 1. a
 Quod in rebus honestis & cognitione dignis operae curaque ponetur, id iure laudabitur. 1. Offic. 29
 Vt seruis vt mercenariis ad operam exigendam. Offic. 9. b
 Quidam nimis magnum studium, multamque operam in res obscuras atque difficiles conferunt. 1. Offic. 29. a
 Multam operam frustra consumere. Tusc. q. lib. 1. 92
 Consumere operam in maximis philosophiae partibus. de Inuent. 63. & in Verr. 72. b. 6. fam. 45
 Operam literis Graecis legendis consumere. lib. 1. de Finib. 1
 Dionysius mihi operam dat egregiam. Att. 69. b
 Canuleius vero qui in portu Syracusis operam dabat, furta quoque, &c. 4. Verr. 123. a
 Venerat enim in funus, cui funeri ego quoque operam dedi. ad Att. lib. 15. 33
 Miloni Rhodio Romae operam dedimus. de Cl. Orat. 193. b
 Academ. q. edit. 1. lib. 2. 12. & 17
 In quam exercitationem ita nos studiosae operam dedimus, vt, &c. Tusc. q. lib. 1. 6
 Da operam rebus diuinis. 2. de Legib. 43. a
 Da operam vt valeas. Att. 162. b
 Et sermoni reliquo demus operam sedentes. de Legib. 169. b
 Cum Sextii auctione operam dederis, nos reuses. Att. 203. b
 Egregiam operam alicui dare. ad Att. lib. 5. 90. 2. a
 Liberis dare operam, quam honeste dicitur. Pato, lib. 9. 22. 9. a
 Dare operam memoriae alicuius. epist. 111. b
 Is ad me venit, dixitque iudicem operam dare sibi constituisse eo die ipso, quo de Sextio nostro lege Pompeia in consilium iri necesse erat. ad Att. lib. 13. 296. 3. a
 Operam valetudini dare. 1. de Orat. 138
 Dare operam vt aliquid fiat. Seruio, lib. 13. 28. 6. a
 Tibi omnes nauare operam & studium volunt. Att. 177. b
 15. fam. 34. 2. de Orat. 15
 Quod quidem ius ciuile didicisti, non dicam operam perdidisti: sed, &c. pro Mur. 20. a
 Apollonius, quos iudicabat non posse oratores euadere, operam apud sese perdere non patiebatur. 1. de Orat. 62. a
 Is fatetur se & operam & oleum perdidisse. 7. fam. 3
 Operam meam ei polliceor sine vlla exceptione aut laboris, aut, &c. 6. fam. 15
 Quicquid erit, operam Faberio ponamus. ad Att. lib. 13. 35
 Bene ponere operam. ad Quint. frat. lib. 2. 15. 6. a

Operam in re aliqua ponere. 1. ad Q. frat. 23
 Multam operam & magnum studium in aliquo ponere. lib. 1. de Finib. 1
 Gellius multam operam & vtilitatem amicis praebuit. de Cl. 90
 Operam suam profiteri. 4. in Verr. 59
 Tu musis nostris para vt operam reddas. Tironi, lib. 16. 12. 4. a
 Non modo operam nostram nunquam a populari coetu remouemus, sed, &c. Acad. quaest. edit. 1. lib. 2. 6
 Operam fumere. 6. in Verr. 61
 Officii potius quam dicendi studio hanc operam & munus suscepi. pro Corn. Balb. 12
 Maiore curam & opera suscipere, quae causa postulet. Off. 28. b
 Quis est qui non praclare & ab illis positam, & a nobis susceptam operam philosophandi arbitretur? Tusc. q. lib. 5. 2
 At qui opera, id est virtute & industria benefici & liberales erunt, primum quod pluribus profuerint, eod plures ad benignum faciendum adiutores habebunt. 2. Offic. 75. a
 Opera & artificio singulari simulacrum. 6. Verr. 64. a
 Duabus in rebus legatorum vna opera consumitur, in laudando & repetendo. in Verr. 111. b
 Data opera parauit, qui sic, &c. epist. 111. b
 De eodem oleo & opera exarui nescio quid ad te. Att. 217. b
 Nam primum quasi dedita opera dicebat, &c. de Orat. 92. b
 Dedita opera facere aliquid. Att. 131. b
 Opera distentur. 3. ad Q. frat. 34
 Ope atque opera omni eniti, vt aliquid fiat. ad Atticum, lib. 14. 317. 7. a
 Qui sese istius opera funditus extinctos esse arbitrantur. 4. Verrinarum, 37. a
 In artificio & opera quam tenui & leui adhibere multam diligentiam. de Orat. 95. b
 Sed quis est tandem qui inopis & optimi viri causa non anteponat in opera danda gratiam fortunati & potius? Off. 47. b
 In opera versari. 2. ad Attic. 57
 Debeo laborare vt sint opera, studio, labore meo doctiores ciues mei. lib. 1. de Finib. 9
 Opera mea frumenti inopiam esse clamaret. 4. ad Att. 4
 Cadelabrum gemmis clarissimis opera mirabili perfectum. in Verrem, 214. b
 Omnibus rebus magna cura, multa opera & labore confectis. ad Att. 263. b
 Quid tibi ergo opera nostra opus est? Tusc. q. lib. 1. 21
 Neque est Antonio postulandum, vt iis imperet, quorum opera liber est. Brutus ad Antonium, lib. 11. 3. 6. a
 Neque enim valetudinis curatio, neque nauigatio, neque agricultura, neque frugum fructuumque reliquorum perceptio & conseruatio sine hominum opera vlla esse potuisset. 2. Offic. 16. a
 Eas nos nullo modo sine hominum manu atque opera capere possemus. Offic. 35. b
 Negat opera deorum se vti ad fabricandum mundum. 4. Academicarum, 217. a
 Neque opera, neque consilio, neque labore alicui deesse. 5. fa. 48
 Operam mihi annuam ad id tempus emerentur. 6. ad Att. 25
 Operam Clodianam pontes occupant. 1. ad Att. 31
 Deinde eius operam repente a graeco stasi & gradibus clamorem satis magnum sustulerunt. ad Q. frat. lib. 1. 7
 Cura vt eius operam (quod tibi facile factum est) quam gratissimam sint sociis. Crassipedi, lib. 13. 10. 5. a
 Operam mercenariae, multitudo conducta. 1. Philipp. 16
 Mercenariorum operam, non artes emuntur. 1. Offic. 209. a
 Quantum paucae operae & mercedes fabrorum tulerunt. 3. Verrinarum, 104
 Boni viri precibus Clodii a causa remouentur, operam comparantur. ad Att. lib. 1. 8. 6. a
 Confirmat operas suas Clodius. Q. fratri, lib. 2. 7. 8. a
 Qui operas in scriptura pro magistro dat. ad Silium, li. 13. 87
 Ipse dabat purpuram amici operas. in Verr. 213. b
 Terentius magnas operas in portu & scriptura Asiae pro magistro dedit. 11. ad Att. 22
 His pro rebus, quod portorium non esset datum, literas ad socios misisse L. Canuleium, qui in portu operas daret. 4. Verrinarum, 118. a

Plancius in operas plurimos misit. pro Planc. 37
 Per Tribunum aliquem & sexcentas operas se fortunis spoliari, & regno omni posse nudari. pro Sest. 50. a
 Qui erant mecum, facile operas aditu prohibuerunt. ad Atticum, lib. 4. 72. 4. a
 Tu musis nostris para, vt operas reddas. 16. fam. 19
 Ceterisque operis & officiis erit id quod violatum est, pensandum. Offic. 2. 100
 Erat autem mihi contentio non cum victore exercitu, sed cum operis conductis, & ad diripiendam urbem cocitatis. pro Sestio, 30. a
 Ego vero cum forensibus operis, laboribus, periculis non deseruisse mihi videor praesidium, &c. 1. de Finib. 17. a
 Quae ad tuam laudationem missa est, nauem tibi operis publicis Mamertinorum esse adificatam. 7. Verr. 38. a
 Cuius enim maleficii ista poena est, vt dicere in hoc ordine auderet, se publicis operis disturbaturum publice ex Senatus sententia adificatam domum? 1. Philipp. 9. a
 Qui operis dandis, publicis sumendis rem honeste quaerunt. in Partitionib. 124. b
 C. Puppius, qui est in operis eius societatis. 13. familiar. 19. 5. in Verrem, 78
 Is venditabat se operis, a quibus, &c. pro Sest. 6. b
Operarius.
 Appositus ad deserenda quaedam onera operarius. 6. Verr. 112. a
 Homo operarius. pro Rosc. Amer. 72. a
 Orator operarius. 1. de Orat. 137. a
 Operarium quendam oratorem nobis Antoni facis. 1. de Or. 137
 Nam de altero illo minus sum admiratus, operario homine. 7. ad Atticum, 12
 Vtrum de bonis est quaerendum quid baiuli atque operarii, an quid homines doctissimi senserint? in Parad. 27. a. 5. Tusculanarum, 147. a
 Operarii autem & baiuli deesse non possunt. de Clar. Orat. 188. b. Parad. 120. b
 Barbari quidam operarii mercede accepta signum istud sustulerunt. in Verr. 217. b
 Siquid in Rep. maius actum erit, quod isti operarii minus commodum persequi possint, &c. ad Cic. li. 8. 2. Sub. lingua. Barbaros quosdam Lilybaeo scitote aduocatos esse operarios. 6. Verr. 68. a
 Hos quos nos oratores vocamus, nihil esse dicebat nisi quosdam operarios lingua celeri & exercitata. 1. de Orat. 41. a
 Quos singulos sicut operarios barbarosque contenas. ep. 111. b
Operosus.
 Operosus & molestus labor. 2. de Nat. deor. 84. a
 Concuratio operosa. de Clar. Orat. 188. a
 Sed res operosa est, & hominis perdiligentis. ad Quintum frat. lib. 3. 21. 8. a
 Sed videtis vt senectus non modo non languida atque iners non sit, verum etiam sit operosa, & semper agens aliquid & moliens. de Senect. 13. a
 Scribendam illa politica, sane spiritum & operosum opus. Q. fratri, lib. 2. 15. 5. a
 Viuendi artem tantam, tamque operosam relinqueret? de Finib. lib. 2. 109
 Moliri aliquid cum labore operoso & molesto. de N. d. 37. b
 Nec quae sunt minus operosa. de Nat. deor. 44. b
 Quae in vsu & tractatione belluarum sunt vtiliter ad hominum vitam, artibus ea tribuuntur operosis. Off. lib. 2. 23
 Operosis negotiis & molestis implicatus. de Nat. deor. 1. 38
 Textile, nec operosius, quam mulieris opus menstruum. 2. de Legib. 72. a
 Lege sanctum est, nequis sepulchrum faceret operosius, quam quod decem homines effecerint triduo. 2. de Leg. 102. a
Operose.
 Quod vel maxime desiderat diligentiam, (est enim quasi structura quaedam) nec id tamen fiet operose. in Orat. 83. a
Operapretium.
 Iam vt haec omnia reperire, ac perscrutari solitus sit Iudices, est operapretium cognoscere. 6. Verr. 25. a
 Cognoscere operapretium est, quemadmodum in Sicilia isto Praetore creati sunt Censores. 4. Verr. 91. a

At quo vtuntur homines acuti argumento ad probandum, operæpretium est considerare. 4. de Finib. 109. a
Si nihil in ista pugna Roscii, quod operæpretium esset, fecerunt: quam ob causam à Chryfogono tatis præmiis donabantur: pro Rosc. Amer. 64. a
Quo in genere est operæpretium diligentiam maiorum recordari. contra Rull. 80. b

Operatio.

Huius nebulonis operatione si Brutus moueri potest, licebit eum solus ames, me æmulum non habebis: sed illum eum futurum esse puto qui esse debet. 6. ad Att. 114. 11. a

Operio.

Operite, abscedite. Tusc. quæst. 186. b
Fons qui fluctu totus operiretur, nisi munitione ac mole lapidum, à mari disunctus esset. 6. Verr. 105. a

Opertus.

Is leætica operta facere iter solebat. de Diuin. 124. b
At iste leætica operta latus est per oppidum vt mortuus. 2. Philipp. 103. a

Nullo imbre, nullo frigore adduci, vt capite operto sit. de Senect. 30. a. De Massinissa rege.

Non importunissimas istius libidines, non vim, non contumelias, quibus operti oppressique erant, conquerebantur. 6. Verr. 99. a

Iudicia, &c. atque operta dedecore & infamia, defensionem locum nullum reliquissent. pro Cluent. 47. a
Patefactio rerum opertarum. 2. de Finib. 7. a

Opertum, subst.

Familiarissimus tuus de te priuilegium tulit, vt si opertum Bonæ deæ accessisses, exularis. in Parad. 39

Quasi in operto dicas fuisse. 1. ad Att. 42

Romæ sum, inquis. Et tu quidem in operto fuisti. in Parad. 40. i. domi clausus tanquã latens, nõ prodiisti in publicũ.

Similiter Martius & Publius vates cecinisse dicuntur, quo de genere Apollinis operta prolata sunt. 1. de Diuin. 97

Nec Apollinis operis credendum existimo. de Diu. lib. 2. 87

Operimentum.

Operimento matris terræ obducitur corpus in sepultura. 2. de Legib. 51

Operculum.

Aspera arteria tegitur quasi quodam operculo. de N. d. 53. b
Opes, Vide Ops.

ὄφελιμα & βλάμματα, emolumenta & detrimenta. de Finibus, lib. 3. 54

Opifex.

Is enim est dicendi opifex. ad Gallum, lib. 7. 26. 4. a
Opifex ædificatorque mundi Platonis de Timæo deus. 1. de Nat. deorum, 27. a

Zeno verborum opifex. 5. Tusc. 49. a
Sed ne opifices quidem se artibus suis remouerunt. Tusc. quæst. 235. b

Opifices omnes in fordida arte versantur. Offic. 1. 209

Omne opificum instrumentum, omnis opera ac quæstus frequentia sustinetur, alitur otio. in Catil. 122. b

Adhibitis opificum manibus, omnia nos consecutos esse. 2. de Finib. a

Opifices etiam post mortem nobilitari volunt. Tusc. q. lib. 1. 28

Opifices & tabernarios, atque omnem illam faciem ciuitatum quid est negotii concitare: pro Flacc. 14. a

Opificina.

Nec enim quicquam ingenuum habere potest opificina. 1. Offic. 209. a

Opimius.

L. Opimius vrbe eiecctus, quam maximis periculis liberat. in Pisonem, 75

L. Opimius Roma pulsus, Dyrhachii mortuus. pro Sest. 123

Q. Opimius apud C. Verrem Prætorem in iudicium adductus. 3. in Verr. 110

Q. Opimius per ludum & iocum fortunis omnibus euersus. 3. in Verr. 110

Opimus.

Ager opimus & fertilis. de Leg. Agr. 56. a
Alia verò tam opima est & fertilis, vt & vbertate agrorum,

& varietate fructuum, & magnitudine passionis, & multitudine earum rerum quæ exportantur, facile omnibus terris antecellat. pro Leg. Manil. 9. a

Opima legatio. 2. ad Att. 22

Opima præclaraque præda. pro Rosc. Amer. 5. a
Syria opima & fertilis. pro Dom. 217. b

Opimum quoddam & tanquam adipale dictionis genus. in Orat. 13

In extis bouis opimi cor nõ fuit. de Diu. 105. b. 5. Tusc. 140. a

Indignum isti videri cepit, ex tanta æde, tantoque opere se nõ opimũ præda, præsertim à pupillo discedere. 3. Ver. 94

Decianus ad Lælium detulit hanc opimam accusationem. pro Flac. 63

Iecore opimo fartus & satiatus. 2. Tuscul. 43. a
Habet enim certos sui studiosos, qui non tam habitus corporis opimos, quam gracilitates cõsuetur. de Clar. 32. a

Contentus tam opimis spoliis non fuisti. in Verr. 95. b

Opinio.

Opinio est quædam effœminata ac leuis, nec in dolore magis, quam eadem in voluptate, qua cum liquefcimus, flumibusque mollitia, apis aculeum sine clamore ferre nõ possumus. Tusc. quæst. lib. 2. 46

Opinio est aduentus eius. 11. ad Att. 34

In his locis opinio est, coniectura magis quam nuntio aut literis, Cæsarem Formiis ad x1. Calend. April. fore. ad Atticum, lib. 9. 176. 2. a

Opinio, quod homini homine nihil esset pulchrius, simulachrorum superstitionem fortasse inuenit. de Nat. d. 1. 53

Erat opinio bona de Plautio, bona de Lepido. ad Cæsarem, lib. 1. a

Opinio de diis, non instituta est confirmata, non legibus. Tuscul. quæst. lib. 1. 25

Opinio, non instituto aliquo aut more, aut lege est constituta. de Nat. deor. 1. 32

Valde de aduentu Cæsaris opinio est. ad Att. 180. b
Opinio de diis immortalibus & omnium est, & quotidie crescit. 3. de Nat. deor. 15. a

Opinio de te multum me fecellit. ad Octau. 10

Perinde vt opinio est de cuiusque moribus. pro Cluent. 34. b
Aut æterna in eo, aut certè diuturna valet opinio tarditatis. de Orat. 95. b

Vt ea maneat opinio & existimatio, quæ virtute parta, non quæ infœlicitate illata est. Antequam. 14

Vt spes Romani populi bona de te sit, & honesta opinio. de Petit. Consul. 34

Honesta de numine deorum & mète opinio. pro Dom. 82. a
Opinio imbecilla, & cum falso incognitòque communis. Academic. quæst. edit. 2. lib. 1. 30

Magna est hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis. Lentulo, lib. 1. 7. 29. a

Magna nobis pueris opinio fuit. L. Craffum, &c. de Or. 108. b
Vt opinio mea fert. 6. Verr. 20

Vt opinio, & spes, & coniectura nostra fert. 2. ad Att. 66

Plura dixi, quam vt opinio tulerit, aut voluntas mea. pro Domo sua, 219. b

Opinio hæc in dies magis magisque nascens de me duplicetur. 16. famil. 27. ex epist. Ciceronis filii.

Quod vtinam neque nostra nos opinio, neque tua fides fecerit. ad Octauium, 7. a. Id est, vtinam non falsi essemus opinione, iudicio & persuasione, quam de tuis moribus habebamus.

Cum hæc audirentur ab iis, quibus non sciẽtia esset tradenda, sed exigui temporis aut falsa, aut certè obscura opinio. de Orat. 92. b

Popularis opinio. pro Cluent. 113. a
Opinio præiudicata. de Nat. deor. 1. 8

Non tam stabilis opinio permaneret, nec cõfirmaretur diuturnitate temporis, nec vna cum seculis ætatibusque hominum inueterare potuisset. 2. de Nat. deor. 7. a

Opinio vehemens, inhærens, & penitus insita. Tusc. q. lib. 4. 20

Erat etiam alia grauis atque vehemens opinio quæ per animos gentium barbararum peruaferat. pro Leg. Manil. 16. a

Opinio vetus, & omnium gentium firmata consensu. Diu. lib. 1. 1

Vetus hæc opinio Græciam opleuit, scilicet exectum esse Cælum à filio Saturno. 2. de Nat. deor. 46

Vetus opinio est iam vsque ab heroicis ducta temporibus, &c. de Diuin. 80. b

Vetus est hæc opinio, quæ constat ex antiquissimis Græcorum literis atque monumentis. 6. Verr. 94. a

Vulgaris opinio. 1. de Orat. 54. a
Opinio est Anaximandri, natiuus esse deos. de Nat. d. 1. 19

Opinio comitiorum est. 4. ad Att. 32

Tèque Latona & Apollo & Diana, quorum iste Deli non fandum, sed vt hominum opinio & religio fert, sedem antiquam, diuinumque domicilium nocturno latrocínio atque impetu compilauit. 7. Verr. 145. a

Opinio quam is vir habet integritatis meæ. ad Att. 100. b
Omnibus opinio iustitiæ necessaria est, quam qui non habent, iniusti habentur. Offic. 40. 41. b

Opinio magni mali. Tusc. q. lib. 3. 52

Philosophorum de se ipsorum opinio firma in hoc vno & stabilis inuenta est. de Clar. Orat. 174. b

Opinio religionis. de Arusp. resp. 34. Id est, de religione.

Opinio rerũ est sub sensum cadentium. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 23

Æterna aut certè diuturna valet opinio tarditatis in eo, cuius in dicendo aliquid reprehensum est. 1. de Orat. 62. a

Nam quum conciliatrix amicitie virtutis opinio fuerit, difficile est amicitiam manere, si à virtute defecerimus. de Amicit. 36. a

Res ab opinione arbitrio seiunctæ, scientiæque comprehensæ. 1. de Orat. 54

Quoniam sententiæ & opinionis meæ voluistis esse participes, nihil occultabo. de Orat. 1. 8

Paruum exigui temporis vsuram, bonæ de me opinionis postulo. contra Rull. 87. b

Opinionem istorum studiorum, & suspiciõne artificii apud eos qui res iudicent, oratori aduersariam esse arbitror. 2. de Orat. 85

Opinionem volunt Stoici esse imbecillam assensionem. Tusc. quæst. lib. 4. 13

Accipere falsam opinionem de aliquo. 1. famil. 42

Ad opinionem magni mali cum illa etiam opinio accessit, oportere, rectum esse, ad officium pertinere, ferre illud ægrè: tum denique efficitur illa grauis ægritudinis perturbatio. Tusc. quæst. lib. 3. 52

Sine me ad hanc opinionem iam nunc dirigere puerum. 14. ad Attic. 23. in epist. Antonii.

Penetrare ad sensum opinionemque iudicis. Partit. 68

Non habeo ad vulgi opinionem quæ maior vtilitas, quam regnandi esse possit. 3. Offic. 112. a

Retinetur aut ad opinionem vulgi, Reip. mos, religio, &c. de Diuinat. 123. b

Quod affert opinionem per sensus, rationis experts. de Vniu. 3

Hi opinionem afferunt populo, eorum fore se similes, quos sibi ipsi delegerunt ad imitandum. Offic. lib. 2. 66

Si quam huc grauiorem de illo opinionem attulistis, hanc quæso deponite. pro Cluent. 113

Nihil enim affirmare possum, nisi sententiam & opinionem meam. de Orat. 122. b

Deinde siquam opinionem iam vestris mentibus comprehendistis, &c. ne repugnetis: eamque animis vestris aut luentibus aut æquis remittatis. pro Cluent. 3. a

Contra communem opinionem, ratione pugnare. 3. de Nat. deor. 101. a

Opinionem deorum non collocutio hominum, non consensus efficit. Tusc. quæst. lib. 1. 25

Euellam ex animis hominum tantam opinionem, tam penitus insitam, tam vetustam. pro Cluent. 2. a

Hanc excutere opinionem mihi met radicitus volui. Tuscul. quæst. lib. 1. 101

Cn. autem Lentulus multò maiorem opinionem dicendi actione faciebat, quæ quanta in eo facultas erat. de Clar. 186. b

Vt nullam eius opinionem reliquam faciat. de Nat. d. 1. 23

Non fallam opinionem tuam. epist. lib. 1. 6. 4. a
De Cæsaris aduentu eam opinionem Dolabella habet, quam tu coniecturam faciebas ex literis Messalæ. ad Att. 106. b

Esto, falsam de illis habuit opinionem, malam de nobis. in Verrem, 160. b

Vt opinionem habeas rerum. 4. ad Att. 44

Integritatis alicuius opinionem habere. ad Att. lib. 7. 122. 6. a

Opinionem habere de re aliqua. 13. ad Att. 10

Et tamen credo Romulum, qui vrbem auspicatò condidit, habuisse opinionem, esse in prouidendis rebus augurandi scientiam. 2. de Diuin. 107. a

Hic de vobis malam opinionem animo imbibit. in Verr. 74. b
Et in eam opinionem Cæsenniam adducebat, vt mulier, &c. pro Cecinna, 10. a

In eam opinionem rem adduxerunt, vt Pompeius cupere videatur. Lentulo, lib. 1. 11. a

Hanc in opinionem discessi, vt mihi tua salus dubia non esset. 6. famil. 47

Qui tam libenter in opinionem gratiæ irrepit. de Arusp. 49

In eam opinionem venerat Cassius. Cælius Ciceroni, lib. 8. 30. Id est, ita de eo opinari cõperant.

Minuere aliquam opinionem. 2. de Orat. 116. a

Opinionem incredibilem nata sunt. 8. famil. 9. in ep. Cælii, Hanc opinionem vsque ad hanc ætatem perduxisti. de Nat. deor. 1. 46

Sanè ei præter opinionem improuisò inciidi. 4. in Verr. 132

Opinionem à scientia separarunt veteres philosophi ratione subiecti, vt illa sit in sensibus, hæc in notionibus animi atque rationibus. Acad. quæst. edit. 2. lib. 1. 23

Nos publicam propè opinionem secuti sumus. de Nat. 88. b

Posthac quod voles à me fieri scripto, vincam opinionem tuam. ad Cæsarem Iunioem, a. Hoc est, diligentior ero, quam tu opinaris.

Opinionem omnium vincere. Luceio, lib. 5. 12. 3. a. Academ. quæst. edit. 1. lib. 2. 1

Non opinione hoc timeo, sed interfui sermonibus. Att. 9. 30

Nihil à nostra opinione dissentis. 3. ad Q. frat. 34

Quantum ego opinione auguror. pro Mur. 54

Quamobrem opinione celerius confido sceleratissimum latronem pœnas daturum. Lentulus Senatui, lib. 12. 38

Si quis ductus opinione vulgi, putet, &c. de Orat. 144. b

Non re ductus, sed opinione. pro Mur. 57

In cælum translatos non re, sed opinione esse dicunt. 3. de Nat. deor. 37

Ego autem non de virtute nunc loquor, sed de virtutis opinione. de Amicit. 80. a

Opinione prædam deuorare. 3. in Verr. 95

Ex opinione multa vulgus æstimat. pro Rosc. Com. 17

Ex communi quadam hominum opinione dicere. 1. de Or. 47

Ex opinione hominum atque fama hæc scribo. 12. fam. 8

Excellentes opinione fortuna, quum laboribus & miseriis permixta esse videatur. 2. de Orat. 116. a

Aliquis falsa opinione, errore hominum commendatus. pro Sest. 7. b

Non in opinione, sed in natura sita arboris aut equi virtus. 1. de Legib. 34

In ea opinione fui, qua reliqui omnes. ad Att. lib. 8. 159. 3. a

Antea eram in illa opinione populari. pro Cluent. 47. b

In ea opinione res erat. 2. ad Att. 62

Res erat non in opinione dubia, sed in præsentia atque ante oculos proposito periculo. pro Domo sua, 9. a

Probabile est, quod in opinione positum est. de Inuent. 52. b

Sed etiã illa maior opinione mea: id est sententiã. de Or. 118. b

Formam totius negotii, opinione maiorem, melioremque video. de Orat. 98. b

Ille vicissim opinione fortasse nonnulla, quam de meis moribus habebat, me dilexit. de Amicit. 30

Opinione omnium maiorem animo cepi dolorẽ. de Clar. 165. b

Homo vita atque factis omnium iam opinione damnatus: pecuniæ magnitudine, sua spe ac prædicatione absolutus. 2. Verrinarum, 2. a

Esse deos persuaderi mihi non opinione solum, sed etiam ad veritatem planè velim. 1. de Nat. deor. 43

Quod familiarem meum tuorum nomine habes, opinione tua mihi gratius est. Pollio ad Ciceronem, lib. 10. 31. 14. a

Opinione valentior. 7. ad Att. 15

Qui vulgi opinione diferti sunt habitus, iidem intelligentium quoque iudicio probantur. de Clar. Orat. 181. b

Opiniones deprauatae. Tusc. quaest. lib. 3. 1

Tum opiniones assensionisque firmæ & veræ gignuntur. de Vniuers. 37

Opiniones dialecticorum pueriles. 2. ad Heren. 49

Opiniones & sententiæ philosophorum. de Nat. deor. 4. b

Commenta opinionum delet dies. 2. de Nat. deor. 8. a

Contraque opiniones omnium. pro Rosc. Amer. 25. a

Videmus cæteras opiniones fictas atque vanas diurnitate extabuisse. 2. de Nat. deor. 4

Inferere nouas opiniones, & euellere insitas. in Orat. 52. a

Itaque opiniones omnium superauit. ad Att. lib. 5. 104. 3. a

Opiniones videas apud eos firmiores esse de bestiis quibusdam. de Nat. deor. 1. 57

Mollire animum opinionibus, maloque more delinitum. Tusc. quaest. lib. 5. 58

Opinionibus his imbutis teneri eius animum. 14. ad Att. 25

Opinionibus obistere. Acad. quaest. edit. 1. lib. 2. 99

Opinionibus vulgi rapimur in errorem. 2. de Legib. 42

Opinionibus & institutis omnia teneri. Academic. quaest. edit. 2. lib. 1. 32

Opiniosus.

Quid duo vel principes dialecticorum, Antipater & Archidemus, opiniosissimi homines, nonne multis in rebus dissentiant? Acad. quaest. edit. 1. lib. 2. 132

Opinor.

Capius (opinor) olim non omnibus dormio: sic ego, &c. epistol. 106. b

Sed opinor quiescamus, ne nostram culpam coarguamus. 9. ad Atticum, 13

Primus, vt opinor, introitus. ad Att. lib. 1. 13. 4. a

A primo, vt opinor, animantium ortu petitur origo summi boni. 2. de Finib. 53. a

T. Albitius, vel potius penè Græcus: loquor vt opinor, sed licet ex orationibus iudicare. de Claris Orat. 68. a

De vobis Senatus opinatur non secus, ac de deterrimis hostibus. in Pis. 53

Gubernatores nihil sine certa ratione opinantur. 2. de Diuinatione, 24. a

Falsò multa in vita homines opinantur. pro Dom. 81. a

Non rebar, aut opinabar, & alia multa, &c. 3. de Orat. 84

Quoad opinatus sum me in prouinciam exiturum. epistol. 103. b

Opinari magis, quam scire possimus. 9. ad Attic. 28. in epist. Balbi & Oppii.

Sapientem sæpe aliquid opinari quod nesciat. pro Mur. 58. a

Sapientem nihil opinari, id est nunquã assentiri rei vel falsæ vel incognitæ. 4. Academic. 108. a

Nihil sine ratione opinari. 2. de Diuin. 24. a

Carneades delabebatur interdum vt diceret opinaturum, id est peccaturum esse sapientem. Acad. quaest. 15. b

Nihil euenisse quod non opinandum fuisset. Tusc. q. 202. b

Opinatus.

Nec opinatus & improuisus prouinciæ casus. 15. fam. 34

Ergo ista nec opinata non habeat tantam vim, vt ægritudo ex his omnis oriatur. Tusc. quaest. lib. 3. 47

Nec opinata, quia recentia sunt, maiora videntur, non quia repentina. Tusc. q. lib. 3. 43

Separatim autè in singulis admirantur, si perspiciunt nec opinata quædam bona. Offic. 2. 50

Nonnunquam quidem eandem fortunam, quod efficiat, multa improuisa hæc, nec opinata nobis, propter obscuritatem ignoratiõnemque causarum. 1. Acad. 44. a

Partes perturbationum ex duobus opinatis bonis nasci, & ex duobus opinatis malis. Tusc. quaest. 211. b

Opinato.

Si nec opinato quid eueniret. Tusc. quaest. lib. 3. 44

Nec opinato cum ostendisses, &c. in Ant. 175. b

Opinatio.

Hæc autem opinatio est, iudicare se scire quod nesciat. Tusc. quaest. 214. b

Herculis quendam laborem exantlatum à Carneade, quod

vt feram & immanem belluam, sic ex animis nostris assensionem, id est opinionationem & temeritatem extraxisset. 4. Academicarum, 194. a

Opinationem autem quam in omnes definitiones superiores inclusimus, volunt esse imbecillam assensionem. 4. Tusculanarum, 25. a

Sensus mouentia quæ sunt, eadem in opinatione consistunt. de Vniuers. 5

Opinatione & perceptione sublata, sequitur omnium assensionum retentio. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 71

Opinabilis.

Omnisque opinabilis diuinitio: coniectura enim nititur. de Diuinat. 85. b

Quod totum opinabile est. de Vniuers. 3

Est enim illud quod in omni perturbatione dicitur demonstrandum, nullam esse nisi opinabilem, nisi iudicio susceptam, nisi voluntariam. 4. Tuscul. 124. a

Itaque hæc omnem partem rerum opinabilem appellabant. 1. Academic. 46. a

Artes, quæ coniectura continentur, & sunt opinabiles. de Diuinat. 85. b

Opinator.

Ego verò ipse & magnus quidem sum opinator. 4. Academicarum, 119. a

Opipare.

Itaque & edit & bibit *ἀδωγ*, & iucundè, opipare sanè & apparatus. ad Att. lib. 13. 67

Opipare à Pythio apparatus conuiuium. 3. Offic. 76. a

Cum opipare epulati effemus hilarem in modum. Att. 71. b

Corcyra Alexion me opipare muneratus est. ad Att. lib. 7. 9

Opis, Vide Ops.

Opitular.

Subueni patriæ, opitulari Collegæ. ad Plancum, li. 10. 10. 5. a

A quo id accepimus, quo cæteris opitulari, & alios seruare possemus. pro Arch. 1

Vt quisque maximè opis indigeat, ita ei potissimum opitulari. 1. Offic. 74. a

Quoniam nihil iam videmur posse opitulari Reip. ad Ser. Sulpitium, lib. 4. 1. 4. a. 7. Verr. 40. a

Opitulari fontibus. epist. 57. b

Nihil sanè possum tibi opitulari. epist. 201. b

Mulier hospiti oppresso iam desperatoque ab omnibus opitulata est. pro Sext. Rosc. 23. b

Permultum ad dicendum opitulati sunt præceptores. 2. de Inuent. 126. a

Oportet.

Non oportet, &c. nihil est quod, &c. quid ego, &c. pro Cecinna, 291. b

Nequid fiat secus, quam volumus, quamque oportet. ad Atticum, lib. 6. 113. 3. a

Quæquam te abundare oportet præceptis philosophiæ, &c. Officiorum, 1. b

Ex rerum cognitione efflorescat & redundet, oportet oratio. de Orat. 86. b

Quibus semel esse ignotum à te oportet, nec tuum beneficium in dubium vocari. pro Deiot. 28. a

Benevolentia & charitate ciuium septum esse oportet, non armis. 2. Philipp. 108. a

Et oportet, & opus est hoc fieri. 13. ad Att. 31

Sed id crebrius fieri non oportet. Orat. 218. b

Pericula faciliè vt hominem præstare oportet, innocentia tecti pellemus. pro Pomp. 17. b

Proponi oportet quid afferas, & id qua re sit, ostendere. de Orat. 124. b

Oportet putare, &c. & conuenit arbitrari, &c. de Inuent. 55. b

Ego verò, qui si loquor de Repub. quod oportet, insanus: si quod opus est, seruus existimor: si taceo, &c. ad Atticum, lib. 4. 75. 2. a

Sed tibi aut concedendum est ira esse, quod minimè vis, aut memoriam mihi remittas oportet. 4. Acad. 190. a

Docet enim ratio Mathematicorum, quam istis notam esse oportebat, quanta humilitate, &c. de Diuin. 127. b

Quos ferro trucidari oportebat. in Catil. 99. b

Hac lege accusatum esse oportuit. pro Cluent. 72. a

Pecunia quam oportuit ciuitatibus pro frumento dari. in Verrem, 187. b

Hoc quod iam pridem factum esse oportuit, certa de causa non adducor vt faciam. 1. in Catil. 3. a

Irritari Antonium non oportuit. 7. Philipp. 219. a

Si à populo præteritus est, quem non oportuit. pro Planicio, 160. b

Apollinis signum ablatum certè esse non oportuit. 2

Totam enim rem Lucullo integram seruari oportuit. ad Atticum, 3. b

Tum erupit è Senatu triumphans gaudio, quem omnino viuum illinc exire non oportuerat. pro Mur. 48. a

Cum sibi de iis quæ dici ab oratore oporteret, sumeret. de Orat. 144. b

Si aliquid non contra ac liceret factum, diceretur, sed contra atque oporteret. pro Corn. Balbo, 56. b

Quid in iudicando spectare oporteret. pro Mil. 104. b

Est enim aliquid quod non oporteat, etiam si licet. quicquid verò non licet, certè non oportet. pro Corn. Balbo, 55. a

Oportere est consentaneum esse officio, licere legibus & iure, decere temporibus & personis. pro Corn. Balbo, 55. b

Oportere perfectionem declarat officium, quo & semper vtendum est & omnibus. Decere quasi aptum esse, consentaneumque temporibus & personæ. in Orat. 40

Opperior.

Ego in Arcano opperior, dum ista cognosco. ad Atticum, libro 10. 194. 2. a

Sed quid plura? coram opperior reliqua. Att. 77. b

Ibidem opperior. Att. 43. b

Scribas ad me velim siquid est quod opperiare. ad Atticum, lib. 5. 89. 4. a

Nihil puto tibi esse vtilius, quam ibidem opperiri. epist. 92. b

Oppeto.

Vestras manus peto, prius quam oppeto malam pestem hostili manu. 1. Tuscul. a

Mortem pugnans oppetisses. pro Sest. 12. b

Cum milites pro salute populi Rom. mortem oppetierint. in Ant. 265. b

Æquius esse censuit se maturam oppetere mortem. 1. de Diuinatione, 35

Oppetere mortem pro patria. Offic. 183

Oppetere mortem pro Repub. de Finib. lib. 3. 51

Mors necessitatem habeat naturæ, aut si ante oppetenda est, oppetatur cum gloria. in Ant. 245. b

Neque his qui sine virtute retinentur in vita, nec his qui sine virtute sunt, mors est oppetenda. 3. de Finib. 93. a

Equidem etiam si oppetenda mors esset, domi, atque in patria mallet, quam in externis atque alienis locis. ad Marcellum, lib. 4. 7. 13. a

Claræ verò mortes pro patria oppetitur, non solum gloriosæ rhetoribus, sed etiam beatæ videri solent. 1. Tuscul. 188. a

Oppidum.

Segeta est oppidum peruetus in Sicilia Iudices, quod ab Ænea fugiente à Troia, atque in hæc loca veniente, conditum esse demonstrant. 6. Verr. 63. a

Magnas copias ad oppidum Antiochiam accessisse. epistol. 244. b

Tum ante oppidum Nolam florentissima Samnium castra cepit. de Diuin. 95. b

Cassius in oppido Antiochiæ cum omni exercitu, nos in Capadocia ad Taurum, &c. 5. ad Att. 33

Phare, quæ erat vrbs Theffalix, in quo oppido, &c. de Diuinatione, 51. b

Oppida quæ quodam tempore florentissima fuerunt, nunc prostrata & diruta ante oculos iacent. 4. famil. 17. in epist. Ser. Sulpitii.

Tot oppidorum cadauera proiecta iacent. 4. famil. 17. in epistol. Ser. Sulpitii.

Oppidorum nominibus non præponendum. 7. ad Att. 19

Sex oppida vi oppugnando cepi. 5. famil. 25. in epist. Vatinius.

In oppidis præsidia nulla sunt. ad Att. lib. 8. 157. 2. a

Oppidulum.

Neque solum illud extorsit oppidulum, quod erat positum in Euphrate & Zeugmate, &c. ad Q. frat. lib. 2. 26

Nec tamen in acie, sed Melitæ, aut alio in loco, siue in oppidulo futurum puro. ad Att. lib. 10. 196. 4. a

Oppidanus.

Senex quidam oppidanus. 2. de Orat. 133

Quæstores celeriter facti sunt oppidano quodam & incondito genere dicendi. de Clar. Orat. 130. a

Quod dicitur Atinæ factum à iuvene, vetere quodam in scenicos iure, maximèque oppidano. pro Planc. 25

Oppido.

Sed eorum definitiones paulùm oppidò inter se differunt. de Finib. lib. 3. 27

Sin ad nos pertineret, seruirent, præterquam oppidò pauci. ad Terentiam, lib. 14. 12

Totus est tutor mimus vetus oppidò ridiculus. 2. de Oratore, 144. a

Oppignero.

Libelli pro vino etiam sæpe oppignerabantur, manebat infaturabile abdomen. pro Sest. 95. a

Oppilatus.

 Parua pars. contra Rull. 83. b
 Ipsa verò terra ita parua mihi visa est, vt, &c. de Somn. 128. b
 Non paruam beneficium suum commemorare. pro Cecin-
 na, 19. a
 Quæ maximè digna sunt eo reo, cui paruam ac mediocre
 obitici nihil oporteat. 3. Verr. 73. a
 Opusculum paruam. in Parad. 5. a
 Hoc ciuile quod dicimus, in paruam quendam & angu-
 stum locum concludatur. 1. de Legib. 13
 Paruam exigui temporis vsuram bonæ de me opinionis
 postulo. contra Rul. 78. b
 Cum hoc tam paruam de paruam detraxerit, perficis quid in
 maxima re fecerit. 11. ad Att. 49
 Pretio paruam rem aliquam vendere & alienare. 6. Verr. 118. a
 Verum isto modo consequatur summas voluptates, non
 modò paruam, sed ferè nihil, si potest. 2. de Finib. 146. a
 Ea abs te diligenter paruamque curata sunt. Att. 2. b
 Parui, virtutum simulachris, quarum in se habent semina,
 sine doctrina mouentur. de Finib. lib. 5. 40
 Pisciculi parui. 2. de Nat. d. 184. a
 Parui enim primo ortu sic iacent, tanquam omnino sine a-
 nimo sint. de Finib. lib. 5. 39. Parui, pro infantibus recens
 natis.
 Paruæ aut mediocres res. 2. de Orat. 46. a
 Parua sunt foris arma, nisi est consilium domi. 1. Offic. 108. a
 Non enim commoda quædam sequebamur parua ac me-
 dioeria. Quint. frat. 327. b
 Sylla magis opibus, cognatis, &c. hæc autem apud Iunium
 parua & infirma, & ipsius labore quæ sita atque collecta.
 pro Cluent. 75. a
 Parua magnis sæpe rectè conferuntur. Orat. 7
 Nam & ea quæ eximia plerisque & præclara videntur par-
 ua ducere, &c. 1. Offic. 96. a
 A paruis enim didicimus, &c. de Legib. 171. b

Parui duco.

Sed quia parui id duceret. 2. de Finib. 22
 Pericula mortis atque exilii, parui esse ducenda. pro Archia
 poeta, 10. a

Paruipendo.

Sed si ista paruipendimus, certè & maiora contemnimus.
 ad Att. 239. b

Parui refert.

Etenim illud primum parui refert, vos publicanis amissa
 vectigalia postea victoria recuperare. pro Leg. Man. 11. a

Paruulus.

Paruula lippitudo. 2. ad Quint. frat. 4
 Pecunia paruula & immanis, contraria. pro Rosc. Com. 13. a
 Paruulum aliquod consequi. 2. de Inuent. 128. a
 Si in paruula re captionis aliquid vererere, non statim ad C.
 Aquilium, &c. pro Quint. 30. a

Et impulsione paruulam quandam fuisse dicit. 2. de In-
 uentione, 138. a
 Paruulam manum peditum habere inermium. 11. famil. 16.
 in epist. D. Bruti.
 Sed vt minuam controuersiam, videte quæso quàm in par-
 uulis sitis. 4. Acad. 146. a

Paruitas.

Haud iisdem vinculis, quibus ipsi erant colligati, sed talibus
 quæ cerni non possent propter paruitatem, &c. de Vni-
 uers. 59. a

Minor.

Eaque pecunia non minor esset facta cum superiore ex-
 actione, quàm hæredibus omnibus esset relicta. de Legi-
 bus, 180. b
 Tu verò perge Læli: pro hoc enim qui minor est natu, iure
 meo respondeo. de Amic. 32. a
 Te hominem amicissimum, & aliquot annis minorem na-
 tu. 4. Acad. 110. a
 Nequis minor triginta annis natu. 4. Verr. 85. a
 At verò M. Æmilius Lepidus, qui est Porcina dictus, iisdem
 temporibus ferè, quibus Galba, sed paulò minore natu, &
 summus orator est habitus. de Clar. Orat. 48. a
 Minoris æstimare. 4. de Finib. 91. a
 Id propè dimidio minoris constabit illo loco. Att. 24. b
 Multò minoris vendidit non modò quàm tu, sed etiam
 quàm qui ante te vendiderunt. 5. Verr. 35. a
 Vt si minoris, quàm potuisset, vendidisset. 3. Offic. 81. a
 Minore annis sexaginta, de ponte in Tyberim deiicere.
 pro Rosc. Amer. 61
 Nam à Cæcilio propinqui minore centesimis nummum
 mouere non possunt. ad Att. lib. 1. 7. 5. a
 Ex minore argumentum. 2. de Orat. 92
 Quod in re minore valet, valet in maiore. Top. 22. b
 Minorum gentium patricii, ad Patrum, lib. 9. 21. 4. a. Id est,
 quorum patres allekti erant è plebe in Senatum.

Minimus.

Ne minima quidem dubitatio, &c. Att. 39. b
 Ne illud quidem Physici est, credere aliquid minimum. de
 Finib. 523. b
 Nihil in rerum natura minimum quod diuidi nequeat.
 Academ. 44. b
 Adiungo (quod minimum sit) proximum superiorem, sæ-
 pe etiam tertium. in Orat. 255. a
 Quorum rebus gestis quamquam imperium Lacedæmonis
 dilatatum putatur, tamen ne minima quidem ex parte
 Lycurgi legibus & disciplinæ conferendi sunt. 1. Officio-
 rum, 108. a
 Cur atomi minimo declinant interuallo? maiore non? cur
 declinant vno minimo, non declinant duobus aut tribus?
 de Fato, 149. b
 Nec minima solatia, & (vt quidem ego sentio) multò maxi-
 ma, &c. 4. fam. 8
 Ex malis eligere minima oportet. Offic. 53. b
 Omnia minima maxima ad Cæsarem mitti sciebam. 3. ad
 Quint. frat. 8
 De omnibus minimis, maximis, mediocribusque rebus. 5.
 familiarium, 21
 Aliquem in minimis tenuissimisque rebus labi. de Or. 98. b
 Et erat tuæ virtutis in minimis tuas res ponere, de Repub.
 vehementius laborare. 4. famil. 31

Minimum.

Hæc ne minimum quidem vtrum adsit, an absit, interest. de
 Legib. 167. b
 Nosque cum multum literæ, tum non minimū Idus quo-
 que Martiæ consolentur. Att. 228. b
 Hoc in genere neruorum est vel minimum, suauitatis au-
 tem vel plurimum. Orat. 205. b
 Quod si ita esset: vt quisque minimum in se esse arbitrarer-
 tur, ita ad amicitiam esset aptissimus. de Amic. 29. a
 Itaque vt quisque minimum firmitatis habeat, minimum-
 que virium, ita amicitias appetere maximè. de Amic. 43
 Non præmiis, quæ apud me minimum valent. epistola-
 rum, 12. b

Minimi facio.

Virtus voluptatem minimi facit. de Finib. 73. b

Minusculus.

Minuscula villa. ad Att. lib. 14. 21
 Rescripti epistolæ maximæ: audi nunc de minuscula. ad
 Quint. frat. lib. 3. 8

Minus.

Quod affectus sum, gaudeo: sin minus, hoc me tamen con-
 solabor, quod, &c. epist. 95. b
 Dixit minus abesse 1111. pro Cecin. 290. b
 Dumque ea demolitio fieret, Senatores triginta non minus
 adessent. 4. Verr. 116. a
 Ego enim ne pilo quidem minus me amabo. 2. ad Quint.
 fratrem, 40
 Nisi tamen multò minus concedi potest, quàm illi laborare
 sine causa. Memmio, lib. 13. 110. a
 Cum, si vno minus damnarent, condemnari reus non pos-
 set. pro Cecin. 290. b
 Minus multa dederunt illi Reip. pignora. Att. 124. b
 Quatuor & viginti mensibus, sex (vt opinor) diebus minus.
 de Nat. d. 36. b
 Malefactum iri minus x x x. diebus Græciam sanguine. de
 Diuinat. 94. b
 Minus x x x. diebus totam triennii Præturam recidisset. in
 Verr. 137. & 107. b
 Scripsit vt, &c. ne minus dimidium ad A. Trebonium fra-
 trem illum proscriptum, perueniret. 3. Verr. 86
 At nonnunquam ea quæ prædicta sunt, minus eueniunt. de
 Diuinat. 85. b
 Cilius libertus tuus antea mihi minus fuit notus. epist. 30. b
 Minus bellè habuit. 9. fam. 16. in epist. Dolabellæ.
 Itaque cogito ea, quæ minus intellexi, requirere. de Natura
 deorum, 60. b
 Is locabat se minus h s c c. pro Quint. Rosc. 49. b
 Maximè si minus necari ac custodiri oportebat. in Verrem,
 249. b
 Multò minus mouent minæ. Att. 124. b
 Ante pedes Prætoris in foro expensum esse auro pondo
 centum paulò minus. pro Flac. 53. a
 Cupere debemus, quò minus manuum nostrarum tela per-
 uenerint, eodem gloriam famamque penetrare. pro Ar-
 chia, 190. b
 Quod quisque minus per se ipse posset, id acciperet ab alio,
 vicissimque redderet. de Amic. 26. a
 Vt aliquid ad te scriberem huiusmodi, quò minus te præ-
 misisse ludos pœniteret. epist. 95. b
 Præstitimus enim patriæ non minus certè, quàm debui-
 mus: plus profectò, quàm est animo cuiusque, aut consi-
 lio hominis postulatum. epist. 70. b
 Minus sermonis subiissem. 11. ad Att. 10
 Quæ tamen ipsa efflorescit ex amicitia, etiam si tu eam mi-
 nus secutus sis. de Amic. 83. a
 Minus valere. 1. Philip. 11. pro, ægrotare.
 L. Cotta familiaris meus fatali quadam desperatione, vt ait,
 minus in Senatum venit. ad Cassium, lib. 12. 5

Minimè.

Turpis enim excusatio est, & minimè accipienda, quum in
 cæteris peccatis, tum, &c. de Amic. 38. a
 Homo minimè ambitiosus, minimè in rogando molestus.
 ad Mæmium, lib. 13. 4. Id est, nihil eo minus ambitiosum.
 Est id in totam orationem confundendum, nec minimè in
 extremam. de Orat. 138. b
 Et si in hac quadremiti, propter honorem & gratiam Cleo-
 menis, minimè multi remiges & milites deerant. 7. Verri-
 narum, 70. a
 Quid attinuit eum potissimum nuntiare, quod, si, &c. ad te
 minimè omnium pertinebat: pro Rosc. Amer. 58. a
 Sed mihi placebat Pomponius maximè, vel dicam minimè
 displicebat. de Clar. Orat. 183. b
 Sic isti curiosi, quos offendit noster minimè nobis iniucun-
 dus labor. de Finib. 49. b
 Minimè miserum putabis, &c. 14. fam. 20. pro eo quod mi-
 nimum habet miseriam.

Minimèque artes ex probandæ, quæ ministræ sunt voluntatum. i. Offic. 109. a
 Vidi vos in hoc non minimè, cum testes dicerent, commoueri. in Verr. 229. b
 Hoc minimè videtur graue iis, qui minimè ipsi leues sunt. pro Sext. Rosc. 37. b
 Philosophi quidam minimè mali illi quidem, sed non satis acuti. Offic. 59. b
 Te alia minimè reprehendenda ratio ad honestum otium duxit. Att. 14. b
 Minimè verò. i. Tusc. q. 17. a
 Hoc ego præsentem ineptus esse minimè vellem. de Or. 94. b
 Minimè vulgare genus dicendi. de Clar. Orat. 193. b
 Vos autè mihi veremini, ne labor ad opinionem, & aliquid adsciscam, comprobem incognitum, quod minimè vultis. 4. Acad. 249. a. Id est, nihil minus vultis.
Pasco.
 At in eius corpore lacerando cum animum satiare non posset, oculos pavit suos. in Ant. 232. b
 Quos P. Clodii furor rapinis & incendiis pavit. pro Mil. 102. b
 Qui quum propter paupertatem sues puer pasceret, vna ex his amissa vouisse dicitur, si recuperasset, vnam se deo daturum, quæ maxima esset in vinea. i. de Diuin. 59. a
 Ex quo genere comparationis illud est Catonis senis, à quo cum quæreretur quid maximè in re familiari expediret, respondit, Bene pascere. Quid secundum? Satis bene pascere. Quid tertium? Bene vestire. Quid quartum? Arare. Off. 2. 130. a
 Sine hominum opera, aut pascere equos, aut domare non possumus. 2. Offic. 19. a
 Lancibus & splendidissimis canistris, olusculis nos soles pascere. ad Att. lib. 6. 111. 23. a
 Cum eius cruciatu pascere oculos, animumque exaturare vellent. in Verr. 249. b
Pascor.
 Ego hinc pascor bibliotheca Fausti. Att. lib. 4. 29
 Hisce ego rebus pascor, his delector, his perfruor, quod, &c. in Pisonem. 35. a
 Necessè est ossa obiecta, cadere frustum ex pulli ore, cum pascur. de Diuinat. 86. b
 Qui maleficio & scelere pascurtur. 2. Offic. 55
 Cum cauea liberati pulli non pascerentur. de Nat. d. 27. b
 Discordiis ciuium ascensione pasci. pro Sest. 86. a
 Qui colendi aut pascenti causa esse in agro consueuerant. pro Cecin. 296. b
Pastus.
 Hic ille planus quæstu iudiciario pastus, contrahit frontem. pro Cluent. 57
 Vt etiam bestiarum, fame dominante, plerumque ad eum locum, vbi pastus aliquando sint, reuertantur. pro Cluent. 53. a
 Nunc tibi nostri milites malis orbicularis esse pastus videntur. 8. famil. 43. in epist. Cælii.
Pastus.
 Suauissimus pastus animorum, oblectatio solertiarum. 5. Tusc. 49
 Accedunt ad pastum animalia alia gradiendo, alia serpendo, alia volando, alia nando. 2. de Nat. d. 181. a
 Partes corporis ad pastum capeffendum cõficiendumque. 2. de Nat. d. 180. a
 Contraque vt tardam aliquam & languidam pecudem ad pastum, & procreandi voluptatem, &c. 2. de Finib. 67. a
 Qui popularetur agros, non ad spem constituendæ rei familiaris, sed ad præsentem pastum mendicitatis suæ. 11. Philippic. 291
 Comparauit pastum animantibus largè & copiosè natura eum qui cuique aptus erat. 2. de Nat. d. 180. a
 Omne genus animantium, omnia quæ sint ad viuendum necessaria, inquirunt, parant, vt pastum, vt latibula. 1. Officiorum, 18. a
 Bestiarum in pastu circumspectant. de Nat. d. 51. b
 Tum pecudum pastu, & apum examinibus, tum florum omnium varietate, &c. de Senect. 50
 Cilices pastu pecudum maximè vtuntur. de Diuin. 99. b
 Sine pastu aliquo, nullus ignis permanere potest. de Natura deorum, 2. 29

Volucrum lapsus, pecudum pastus, vita syluestrium. de Natura deorum, 46. b. & 58. b
 Fundit ex sese pastus varios, varièque abundantes bestiis nihil laborantibus terra: &c. 2. de Finib. 176. a
Pastio.
 Asia verò tam opima est & fertilis, vt & vbertate agrorum, & varietate fructuum, & magnitudine pastionis, & multitudine earum rerum quæ exportantur, facillè omnibus terris antecellat. pro Lege Manil. 9. a
Pascuum.
 Vtrum tandem hanc syluam in relictis possessionibus, an in Censuram pascuis inuenisti? i. de Lege Agr. 1. a
Pastor.
 O pastores nescio quos cupidos literarum. pro Flac. 30. a
Pastoralis.
 At ille Romuli auguratus pastoralis non vrbanus fuit, nec ficitus ad opiniones imperitorum. i. de Diuinat. 174. a
Pastoritius.
 Itaque & ludis & gladiatoribus mirandis *ἁποθημασίας* sine vlla pastoria fistula auferebamus. ad Att. lib. 1. 44
 Fera quædam sodalitas & planè pastoria atque agrestis germanorum Lupercorum. pro Cælio, 19. a
Pasiphae.
 Circe & Pasiphae è Perseide Oceani filia natæ, patre Sole. 3. de Nat. d. 34
 Qui præerant Lacedæmoniis, non contenti vigilantibus curis in Pasiphae fano, &c. i. de Diuin. 157. a
Passer.
 Ex passerum numero, belli Troiani annos auguratus est Calchas. i. de Diuin. 125. a
Passerculus.
 Cur autem de passerculis coniecturam facit, in quibus nullum erat monstrum: &c. 2. de Diuin. 99. a
Passim.
 Illas fabulas describi ab omnibus statim, diuidi passim & peruulgari, atque edi populo Romano imperaui. pro Sylia, 32. a
 Num locum ad spectandum dare, aut ad prandium inuitare: minimè: sed vulgò, passim. quid est vulgò? vniuersos. pro Mur. 66. a
 Biduo me Antonius antecessit, itinera multò maiora fugiens, quàm ego sequens: ille enim ut passim, ego ordinatim. Brutus Ciceroni, lib. 11. 22
 Passim & liberè leuandi laboris sui causa opere solutas aues videmus. 2. de Orat. 14. a
 Passim licet carpentem & colligentem vndique repleti iusta iuris ciuilibus scientia. i. de Orat. 94. a
 Hi contra vagantur læti atque erecti passim toto foro. pro Fonteio, 19. a
 Huc & illuc passim vagantes volucres natura efficit. 2. de Diuinat. 121. a
 Passim per forum volitare. pro Sext. Rosc. 41. b
Passus.
 Edixitque vt ab vrbe abesset mille passus. pro Sest. 9. b
 Passuum millia quatuor & viginti abest. 10. fam. 34. in epistola Planci.
 Ne propius urbem millia passuum ducenta exercitum admouerit. in Ant. 213. b
 Erat enim Brutus citra Veliam millia passuum tria. Attico, 256. b
 Millia passuum septingenta triduo ambulare. pro Quint. 51. a
 Sese mensum pedibus aiebat passuum c c c m. Quinto frat. 318. b
 Qui me deduxit in Academiam perpauculis passibus. de Legib. 167. b
 Peragrarè passibus distinetissimas terras. pro Marcello, 3. a
Patarani.
 Patarani, Asiae populi. pro Flac. 61
Patella.
 Patella grandis cum sigillis simulachrisque deorum. in Verrem, 210. b
 Atqui reperiemus asotos primùm ita non religiosos, vt edant de patella: &c. 2. de Finib. 38. a

Pateo.

Hæc enim ars & latè patet, & ad multos pertinet. de Oratore, 105. b
 Auaritia latissimè patet. i. Offic. 37. a
 Patet à Syria Cappadocia. 15. fam. 14
 Mea domus tibi patet, mihi clausa est. pro Sext. Rosc. 42. b
 Huic homini si cuius domus patet, vtrum ea patere, an hære ac poscere aliquid videtur? 5. Verr. 7. a
 Latè enim patet hoc vitium, & est in multis. epist. 34. b
 Hoc maiorem quandam vim habet, & latius patet, quàm hic explicetur. de Inuent. 58. b
 Hoc latissimè patet, ad plurimosque pertinet. Offic. 18. b
 Patet iudicatus. i. Philip. 14
 Literis Latinis illustratus locus patet. 2. de Diuin. 7. a
 Quod enim omnibus patet, & æquè promptum est mihi & aduersario meo, id esse gratum nullo pacto potest. pro Murena, 25
 In philosophorum vita patent, quæ fortuna feriat. Officiorum, 15. b
 Si cuius aures ad hanc disputationem patent. epist. 27. b
 Valuæ Concordiæ non patent. 2. Philip. 108. a
 Cuius beneficia latè patent. Offic. 47. b
 Patent hæc omnibus ad visendum. 6. Verr. 5. a
 Semper nares propter necessarias vtilitates patent. 2. de Natura deorum, 217. a
 Ita patent omnia quæ accidere possunt, vt, &c. 10. ad Atticum, 42
 Septies millies festertium, quod in tabulis, quæ sunt ad Opis, patebat. 2. Philip. 94
 Nec ex conditis, qui iacent in tenebris, & ad quos omnis nobis aditus, qui penè solis patuit, obstructus est. de Claris Oratoribus, 8. a
 Patuit mihi magis animus tuus, quàm domus. 14. ad Atticum, 25. in epist. ad Antonium.
 Domus Isocratis cunctæ Græciæ quasi ludus quidam patuit. de Clar. Orat. 167. b
 Quod si nobis is cursus, quem sperarem, pateret, effecissem aliquid profectò, vt tu optas, vt hortaris dignum nostra mora. Att. lib. 10. 204. 5. a
 Iter eos per Cappadociam, quod ea maximè pateret, esse facturos. Senatui, lib. 15. 5. Id est, minimè aduersus hostiles impetus munita.
 Vt nullum philosophiæ locum esse pateremur, qui non Latinis literis illustratus pateret. de Diuin. 109. b
 Pateat vacuus aduenienti Cæsari. 8. fam. 32. in epist. Cælii.
 Quæ nos pateamus, & quæ simus imbecilli. 8. famil. 49. in epist. Cælii.
 Sed quum illa pateant, in promptuque sint omnibus, neque, &c. i. de Orat. 13. a
 Velim domum ad tuos scribas, vt mihi tui libri pateat, non secus ac si ipse adesses. ad Att. lib. 4. 83. 1. a
 Iniuriosum & contumeliosum est, his præmiis, & his honoribus exclusos esse fidelissimos & coniunctissimos socios, quæ pateant stipendiariis, pateant hostibus, pateant sæpe seruis. pro Corn. Balbo, 17. a
 Quid existimatis eum, si reditus ei gratiæ patuerit, esse facturum? de Arusp. 256. b
 Nisi enim quum deus is, cuius hoc tẽplum est omne, quod conspicias, istis te corporis custodiis liberauerit, huc tibi aditus patere non potest. in Somn. Scip. 10. a. Id est, non potes peruenire ad cognitionem harum rerum.
 Non habere se hoc nomen in codice fatetur, sed in aduersariis patere contendit. pro Quint. Rosc. 45. b
 Qui existimant peccatorum omnium patere in amicitia licentiam. de Amic. 111. b
 Facillimos esse aditus ad te: patere aures tuas querelis omnium. ad Quint. frat. lib. 1. 19. 37. a. Id est, te omnium querelas libenter audire.
 Vt intelligant omnia mea patere Trebatio. epist. 87. b
Patet.
 Discussa est illa caligo, quam paulò antè dixi: diluxit, patet: videmus omnia, neque per nos solum, sed admonemur à nostris. 12. Philip. 321. a

Quid porro quærendum est, factumne sit: at constat: à quor at patet. pro Mil. 11
 Quum pateat igitur æternum id esse, quod seipsum moueat, &c. i. Tusc. q. 85. a
Patens.
 Patens & apertum ex omni parte cælum intueri. i. de Diu. 3. a
 Ac latissimè quidem patens hominibus inter ipsos, omnibus inter omnes societates hæc est. i. Offic. 75. a
 Longè latèque patens locus. in Orat. 39. a
 Non habere domum clausam pudori & sanctimoniarum, patientem atque expositam cupiditati & voluptatibus. pro Quint. 63. a
 Babylonii in camporum patentium æquoribus habitantes. i. de Diuin. 152. a
Patentius.
 Absoluta est, quæ ipsa in se, non vt negotialis implicite & expedite, sed patentius & expeditius recti & non recti quæstionem continet. 2. de Inuent. 172. a
Patefacio.
 Huic ego tantummodo aditum ad tuam cognitionem patefacio & munio. ad Allienum, lib. 13. 102
 Quum illa indicia communis exitii indagauis, patefecisti, protuli, extinxi, omnes in me meosque redundant ex eo fonte dolores. pro Mil. 78
 Itaque Theudæ liberto tuo totum me patefecisti. 6. fam. 34
 Ex quo tibi patefecisti Seianum. 7. famil. 1
 Nunc vterque vestrum patefecit earum rerum aditum, quas quærimus. de Orat. 93. b
 Hæc quæ patefecit oratione sua Crassus. i. de Orat. 102. a
 Racilius qui vnus est hoc tempore Trib. plebis, rem patefecit. ad Quint. frat. lib. 2. 10. 5. a
 Hæc igitur vobis, hæc populo Romano & scelerum indicia ostendit, & periculorum signa patefecit. de Ar. resp. 11. a
 Ne auaritia, qua antehac occultis itineribus atque angustis viis solebat, auctoritate vestra viam patefaciatis illustrem atque latam. 5. Verr. 188. a
 Patefacere aditum aliquo. Tusc. q. lib. 5. 48
 Patefacere aliquid, in iudiciumque proferre. Top. 227. b
 Patefacere aliquid obscurum. Academ. 12. b
 Patefacere aliquid quod non apparet. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 48
 Patefacere aures assentatoribus. Offic. 1. 129. & Læli. 80
 Coniurationem patefacere. pro Syl. 2. a
 Vide quam tibi defensionem patefecerim. 5. Verr. 167. a
 Patefacere & illustrare obscura. de Orat. 99. b
 Odium suum patefacere in aliquem. ad Att. lib. 11. 221. 3. a
 Verum patefacere & illustrare. de Amic. 79. a
 Patefacere nobis prouincias, quò exire possumus. in Catilinam, 123. b
 Nec quæ sint in illa Reip. flamma gesta contra me, neque quomodo, neque per quos, patefaciendum mihi esse arbitror. pro Domo sua, 24. a
 Qui ea proferenda patefaciendaque curauit. pro Flac. 147. b
 Quumque ipsa natura accuratè orationis hoc profiteatur, se aliquid patefaciaturam quod non appareat, &c. 4. Academic. q. 82. a
Patefactus.
 Aditus patefactus. Tusc. 241. b
 Vt patefactus aratro lucem aspiceret. Diuin. lib. 2. 39
 Lentulus patefactus est iudiciis & confessionibus suis. in Ant. 114. b
 Quare ista cõiuratio si patefacta per me est, tam patet Hortensio, quàm mihi. pro Syl. 167. b
 Peruenturos ab hoc aditu ianuæque patefacta. i. de Oratore, 102. a
 Tamen verum valet, si modò id patefactum & illustratum est. de Amic. 79
 Nonne in ea causa ius applicationis obscurum sanè & ignotum, patefactum in iudicio atque illustratum est à patre nostro. de Orat. 86. a
 Non patefactum iter ad urbem: ad Att. lib. 8. 147. 6. a
 Patefactumque nostris legionibus esse Pontum, qui antè Populo Romano ex omni aditu clausus esset. pro Lege Manil. 14. a

Neque ante philosophiam patefactam hac de re quisquam dubitavit. de Diu. 88. b

Quia possit fieri, ut patefacta & detecta mutantur. Academ. quaest. ed. 1. lib. 2. 113

Quibus patefactis, &c. epist. 10

Patefactio.

Atqui hæc patefactio, quasi rerum operatarum, quum quidque sit aperitur, definitio est, qua tu etiam imprudens vtebare nonnunquam. de Finib. lib. 2. 3, & 4

Patefco.

Quæ res patefcoit P. Conscripti: sed suo tempore totius huius sceleris fons aperietur. 14. Philip. 395

Patulus.

At illa quæ in concha patula pinna dicitur, isque qui enat è concha, &c. 3. de Finib. 97. a

Patulis est diffusa ramis. 1. de Orat. 15. a

Pater.

Quibus nec pater, nec mater sit. de Orat. 132. b

Est etiam Asinius quidam Senator voluntarius, lectus ipse à se, apertam curiam vidit post Cæsaris mortem: mutavit calceos, Pater Conscriptus repente factus est. 13. Philippicarum, 366. a

Pater nimis indulgens, quicquid ego astrinxi, relaxat. 10. ad Atticum, 17

Pater naturalis. in Ant. 186. b

Pater diuimque hominumque à poetis dicitur Iupiter. 2. de Nat. d. 47

Patriæ pater, parens libertatis atque Reipublicæ. pro Rab. perduel. reo, 21. a. De C. Mario.

Pater Stoicorum Zeno. 3. de Nat. d. 15

Pater vitæ necisque potestatem habebat in filio. pro Domo sua, 228. b

Non patris culpa, sed natura ipsa Hortensii filium corruptit. 10. ad Att. 10

Me in patris locum his successisse existimes. ad Brut. 29. in epist. Bruti.

Patris præceptis parere. 16. fam. 29. ex epist. Cic. filii.

Ne patri quidem meo, si reminiscar, hoc cõcesserim. ad Brutum, 46. in epist. Bruti.

Patrem huius mudi nominari negat posse Plato in Timæo. de Nat. d. 1. 23

Quæso, inquam, pater sanctissime atque optime, &c. Som. Scip. 10

Patres maioresque nostri. 1. Verr. 37. a

Ei quem produunt patres consulum rogandorum ergo cum populo patribusque agendi ius esto. 3. de Legib. 10

Patrum nostrorum ætas. Orat. 198. b

Patrum auspicia sunt, olli que ex se produnt, qui comitiis creare Consules ritè possint. 3. de Legib. 8

Memoria patrum id vñ venit. 1. de Orat. 90. a

Scimus L. Acilium apud patres nostros appellatum esse sapientem. de Amic. 96. b

Ut Petronius apud patres nostros, Papius nuper. Officiorum, 61. b

Fuit eodem ex studio vir eruditus apud patres nostros Q. Tubero. pro Marcel. 142. b

Quæ cum patribus agentur, modica sunt. 3. de Legib. 35. Id est, modesta atque sedata.

Si ad senes de patribus aut parentibus cogitent. de Inventionem, 61. b

Pater patratus.

Cum propter inuidiam Numantini foederis pater patratus ex Senatusconsulto C. Mancinum Numantinis dedisset. 2. de Orat. 75

Paterfamilias.

Paterfamilias, quod in eius donatione, qui in ipsius potestate esset, approbavit, ratum est: quod eo infcio factum est, si id non approbat, ratum non est. 2. de Legib. 48

Prudens & attentus paterfamilias. pro Quint. 6. a

Paterfamilias vnus. 1. de Orat. 66

Patrifamilias mortui pecuniam sacris eius coniungi pontifices voluerunt, iisdemque ferias & ceremonias ascribendas putant. 2. de Legib. 47

Vt ne morte patrifamilias sacrorum memoria occideret. 2. de Legib. 77. a

Patefco, Vide Pateo.

Alterum quod Græci πατριος nominant, quo perturbantur animi & concitantur. Orat. 208. b

Patibilis, Vide Patior.

Patritius.

Patritius apparatus. pro Sest. 65

Vt si ego me à M. Tullio esse dicerem, qui patritius cum Seruio Sulpitio Consul fuit. de Clar. Orat. 170. b

Dum enim vnus erit patritius magistratus, auspicia ad patres redire non possunt. ad Brut. 5. 6. a

Quasi in familiam patritiam venerit Fibrenus fluuius, postquam in Lirem fluuium præcipitavit, amittit nomen obscurius. 2. de Legib. 5

Omnes patritii antiquissimi que ciues. pro Cecin. 73

Quid tibi venit in mentem, negare Papyrium quenquam vnquam nisi plebeium fuisse: fuerunt enim patritii minorum gentium. epist. 139. b

De patritiis & plebeis familiis locus. pro Mur. 13

Sylla primus è patritiis Cornelii igne voluit cremari. pro Murena, 127. & de Legib. 181. b

Exire è patritiis. pro Domo sua, 30. a

Patrita.

Patritam & auitam, ut ait Theophrastus, philosophiam cognitionis cupiditate inclusam excitant. 1. Tusculanarum quaest. 71. a

Paternus.

Paternus amicus. ad Att. lib. 14. 310. 2. a

Honor paternus. 5. Verr. 35. a

Paternus, maternusque sanguis. pro Rosc. Amer. 40. a

Paterna necessitudo & amicitia. ad Catonem, lib. 15. 4. 38. a

Nominis paterni fatis amplum patrimonium liberis suis relinquere. pro Domo sua, 114

Egissetque lege in hæreditatem paternam testamento ex hæres filius. 1. de Orat. 86. a

Paterna necessitudine me coniunctum habuisti. 16. ad Atticum, 47

Bonorum paternorum ex hæres filius. 1. de Orat. 86. a

Paternas inimicitias magna cum gloria est persecutus. 4. Academ. 1. a

Patrius.

Patrius animus in liberos. pro Rosc. Amer. 13. 14

Hic enim est mos patrius Academiae, aduersari semper omnibus in disputando. de Orat. lib. 1. 41

Vigebat in illa domo patrius mos & disciplina. de Senectute, 33. a

Sermo patrius. 1. de Finib. 7. a

Patria & auita philosophia. Tuscul. q. lib. 1. 37. Id est, qua vñ sunt patres & aui, rudi scilicet & impolita.

Res patria & auita. 2. Verr. 8. a

Sensum percipere ex more patris. pro Flacco, 82. a

Patriæ fortunæ. 3. Verr. 104. a

Patrias pœnas persequi. 13. Philip. 382

Ex patriis ritibus optima colunt, præter Idææ matris famulos. 2. de Legib. 36. a

Patrimonium.

Patrimonium dignitatis Senatus. 3. de Orat. 2

Mutius paterni iuris defensor, & quasi patrimonii propugnator fui. de Orat. lib. 1. 126

At qui vir &c. qui patrimonium satis lautum, quod hic nobiscum conficere potuit, Græcorum conuiuuiis maluit dissipare: pro Flacco, 70

Lege Sempronia patrimonium publicum dissipari. Tuscul. quaest. lib. 3. 42, & 43

Effundere patrimonium. 2. Offic. 78. a

Patrimonium suum gubernare. 10. ad Att. 23

Id scito esse eiusmodi, ut frater meus verè existimet, adiuncto isto fundo, patrimonium fore suum per te constitutum. Lent. lib. 1. 9. 102. a

Patrimonium neglexit, agros deseruit incultos, quid querens aliud quam beatam vitam? 5. de Finib. 150. a

Liberis nostris satis amplum patrimonium paterni nominis

ac memoriæ nostræ relinquamus. pro Cæl. 46. & pro Domo sua, 243. b

Expellere aliquem è patrimonio nudum tanquam è naufragio. pro Rosc. Amer. 87. a

Quæ arationes in populi Rom. patrimonio glandiferæ & fructuosæ ferebantur. in Ant. 179. b

Qui verò duo lauta & copiosa patrimonia accepisset, remque præterea bonis & honestis rationibus auxisset, &c. pro Rab. Posth. 13. a

Patrimonia spe bene tradendi relinquimus. 3. de Nat. d. 57

Publica patrimonia iuris non minus diligenter, quam priuata rei vestræ retinere debetis. pro Cecin. 54. a

Patrimoniis multos male vi, nec ob eam causam eos beneficium à patribus nullum habere. 3. de Nat. d. 51

Patruus.

Quod scribis libenter repulsam tulisse eum, quicum sororis tuæ filii patruo certaret, hoc magni amoris signum. ad Atticum, lib. 5. 107. 3. a

Patruo testimonium dicente. 3. Verr. 7. a

Patruelis.

Quod si adesset, non minus ille declararet, quam hic illius frater patruelis, & focer T. Torquatus, illi omni virtute & laude par. pro Planc. 22. a

Vnaque nobiscum Q. frater, & T. Pomponius, & L. Cicero, frater noster cognatione patruelis, amore germanus. 5. de Finib. 1. a

Patera.

Patera qua mulieres ad res diuinas vterentur, &c. 6. Verrinarum, 41. a

Mercurius è patera sanguinem visus est fundere. 1. de Diuinatione, 83

Excipere sanguinem patera. de Clar. Orat. 21. a

Pateræ siliatæ. Parad. 12

Idem victorias aureas, & pateras, coronasque, quæ simulacrorum porrectis manibus sustinebantur, sine dubitatione tollebat. 3. de Nat. d. 121. a

Patibulum.

Tibi Marcelli statua pro patibulo in clientes macellorum fuit: 6. in Verr. 81

Patientia, Vide Patior.

Patina.

T. Patina Lanuuius, P. Clodii familiaris. pro Mil. 34

Patina.

Quem denarium narras? quam tyrotharici patinam? 9. familiarium, 39

Patior.

Non modo facile patior, sed etiam gaudeo. Att. 263. b

Torquato nostra officia grata esse facile patior, eaque augere non desinam. Attic. 209. b

Consilium meum à te probari facile patior. Attic. 238. b

Quibus si quando non mutè respondetur, apud me plus officii residere facillimè patior. Cicero F. Pompeio, libro 5. 7. 4. a

Patior non molestè eam vitam, &c. 5. Verr. 4. a

Cur pateris, inquam? malo enim ita dicere, quam cur conuellis. 13. ad Attic. 55

Mundus per se, & à se, & patitur, & facit omnia. de Vniuersit. 198. b

Populus Rom. deligit magistratus, in quibus si qua præterea est ars, facile patitur: in minus, virtute eorum & innocentia contentus est. pro Planc. 272. b

Æquo animo belli patitur iniuriam. 12. Philip. ic. 325. a. De Gallia.

Hoc quidem vti que perficies, si me leuari vis, quem iam etiam grauius accusas, quam patitur tua consuetudo. ad Atticum, lib. 12. 256. 3. a

Patimur enim iam multos annos & filemus, quum videamus apud paucos homines omnes omnium nationum pecunias peruenisse. 7. Verr. 98. a

Quare facile omnes patimur esse quamplurimos accusatores. pro Rosc. Amer. 33. a

Asperius, quam sui patiuntur mores, aliquid facere. ad Atticum, lib. 9. 188. 6. a

Facile patiebar nos potius Romæ vnà esse, quam alibi. Attico, 211. b

Et si periniquo animo patiebar te à me digredi. Cornificio, lib. 12. 18. 4. a

Nullum patiebatur esse diem, quin in foro diceret. de Clar. Orat. 167. a

Et imbrum frumentum corruptum in area patiebatur. in Verrem, 155. b

Cluentius Stalenum abesse patiebatur. pro Cluent. 35. b

Is nullo se implicari negotio passus est. pro Lig. 137. b

Multa passus Vlysses in illo diuturno errore. Offic. 13. b

Non feram, non patiar, non sinam. 1. in Catil. 7. a

Quoad fides tua, dignitasque patietur. Thermo, li. 13. 54. 2. a

Non modo facile patiari, sed etiam gaudeas. 16. ad Atticum, 46. 47

Nam id facilius paterer. 2. de Finib. 33. a

Paterer mihi à te satisfieri. 2. Philip. 64

Quem bonum ciuem semper habuisset, bonum virum esse pateretur. ad Lent. lib. 1. 9. 28. a

Nullum philosophiæ locum esse pateremur, qui non Latinis literis illustratus pateret. 2. de Diu. nat. 7. a

Aut si per Trib. Pl. non patietur, tamen quiescat rem adduci ad interregnum. Att. 107. b

Asperius quam tui patiantur mores, de Dionysio scripsisti. Attic. 151. b

Vt eos quos tutari debeant, desertos esse patiantur. 1. Officiorum, 41

Etiam si dolores tolerabilius patiantur. de Finib. 99. b

Patiantur viros fortes labore, se otio suo perfrui. pro Sestio, 121. a

Neque solum pati, sed etiam ei negotio te præficere. 16. ad Atticum, 43

Indignè pati aliquid. 7. Verr. 25. a

Pati aliquid periniquo animo. epist. 195. b

Dolores pati toleranter. 2. Tusc. q. 74. a

Pati iudicium. pro Quint. 34. & 5. in Verr. 56

Seruitutem pati possunt alia nationes: propria est Po. Romani libertas. 6. Philip. 217. a

Indignè pati. in Verr. 242. b

Neque eum, si Tribunos appellarit, idcirco minus iudicio pati paratum fuisse. pro Quint. 16. b

Noli pati litigare fratres, & iudicii turpibus conflictari. ad Papirium, lib. 9. 25. 7. a

Pati poterunt oculi, me cum Gabinio sententiam dicere. ad Atticum, lib. 10. 21

Quod in turpi reo patiendum non esset. pro Font. 281. b

Ad patiendum tolerandumque difficiles res. 2. Tusculanarum quaest. 27. a

De dolore patiendo. de Finib. 111. b

Sed ea omnia mihi sunt patienda. ad Att. 165. b

Ista non modo homines, sed ne pecudes quidem mihi passuræ videntur. in Catil. 108. b

Patiens.

In quo ego non quo libenter malè audiam, sed quia ego causam non libenter relinquo, nimium patiens & lentus existimor. 2. de Orat. 168. a

Vir patiens & lentus. Orat. 134. b

Non modo patienti, sed etiam libenti animo religioni parebo. de Arusp. 8

Præcepta quæ habent ordinem, & quasdam errare in dicendo non patientes vias. de Clar. Orat. 189. b

Quis in laboribus patientior? pro Cæl. 40. b

Meæ quoque literæ te patientiorem, lenioremque fecerunt. ad Quint. frat. lib. 1. 1. 60. a

Quo in genere versutissimum & patientissimum Lacedæmonium Lysandrum accepimus. 1. Offic. 153. a

Sed iam hoc totum omitto, non tam ut ne offendam tuas patientissimas aures, quam ne Tubero, &c. pro Ligario, 14

Patienter.

Vt igitur & monere & moneri, proprium est veræ amicitia: & alterum liberè facere, non asperè: alterum patienter accipere, non repugnanter. de Amicit. 76

Quæ tulisse illum fortiter & patienter ferunt. 11. Philippi-
carum, 293

Otium nobis exoptandum est, quod ii qui potiuntur rerum,
præstaturi videtur, si quidam homines patientius eorum
potentiam ferre poterint. ad Lent. lib. 1. 8. 9. a

Patientia.

Patientia, est honestatis aut utilitatis causa, rerum ardua-
rum ac difficilium voluntaria ac diuturna perfectio. 2. de
Inuent. 2. 42

Sed nescio quomodo vsu obduruerat, & percalluerat ciui-
tatis incredibilis patientia. pro Mil. 57. a

Patientiam dolorum animi intentione firmanda est. Tuscul.
quæst. lib. 2. 55

Bonorum in carendo patientiam, in vtendo rationem ex-
petendam putauit. pro Domo sua, 113. a

Patientiam imitatur duritia immanis. Partit. 43

Habes vbi ostētes tuam illam præclaram patientiam famis,
frigoris, inopia rerum omnium. 1. in Catil. 19. a

Patientiam optimi cuiusque manere. 12. familiarium, 34. in
epistola Lentuli.

Tentare patientiam alicuius. 2. de Lege Agr. 32. a

Quousque tandem abutere Catilina patientia nostra: quan-
diu nos etiam furor iste tuus eludet? 1. in Catil. 1. a

Atque hæc cogitatio, quid patientia, quid fortitudine, quid
magnitudine animi dignū sit, non solum animum com-
primit, sed ipsum etiam dolorem nescio quo pacto mitio-
rem reddit. Tuscul. q. lib. 2. 47

Patientia mea bellum alere. 10. fam. 47. in epist. Planci.

Ego Antonium collegam patientia atque obsequio meo mi-
tigauit. in Pis. 3. a

Iam verò quum in eiusmodi patientia turpitudinis, aliena,
non sua satietate obdurisset, &c. 7. Verr. 27. a

Maximè autem hæc ætas à libidinibus arcenda est, exercen-
dæque in labore, patientiaque & animi & corporis. 1. Of-
ficiorum, 172. a

Homines non solum honoribus populi rebusque gestis, ve-
rum etiam patientia paupertatis ornatos. 2. de Leg. Ag. 66. a

Brutus vsus est incredibili patientia. 10. Philip. 274. a

Patibilis.

Quumque omne animal patibile naturam habeat, nullum
est, &c. 3. de Nat. d. 10

Negligenda mors est, patibiles & dolores & labores putan-
di. 4. Tuscul. q. 78. a

ἄσφοξ Græci vocant, id est, morbum, quicumque est motus in
animo turbidus. Tuscul. q. lib. 3. 19

ἄσφοξ, hoc est morbi, motus sunt animi rationi non obtem-
perantes. Tuscul. q. lib. 3. 6

Quæ Græci ἄσφοξ appellant, ego poteram morbos, & id ver-
bum esset è verbo. Tuscul. q. lib. 3. 6

Quoniam quæ Græci ἄσφοξ vocant, nobis perturbationes ap-
pellari magis placet, quàm morbos. Tuscul. q. lib. 4. 9

πατρὸν, orationis genus. Orat. 70

Πατρῶν, vrbs Peloponnesi. 7. fam. 49

Patria.

Patria est, vbiunque est bene. 5. Tusculanarum quæst. 78.
Vox Teucri.

Patria, qua nihil potest esse iucundius. Post reditum in Se-
natu, 204. b

Et eorum eadem terra parens alitrix, patria dicitur. pro Flac-
co, 159. b

Antiquissima & sanctissima parens patria. ad Atticum, li-
bro 9. 180. 4. a

Patria Atheniensis an Lacedæmonius. de Inuent. 50. b

Patria quæ communis est omnium nostrum parens. 1. de
Oratore, 13. a

Patria, deserta per Pompeium, oppressa per Cæsarem. 10. ad
Atticum, 8

Patria non multò secus dulcis est ea quæ genuit, quàm quæ
excepit. 2. de Legib. 5

Hæc est mea & huius fratris mei germana patria: hæc enim
orti stirpe antiquissima sumus: hæc sacra, hæc genus, hæc
multa maiorum vestigia. 2. de Legib. 2

Ac nos id quod maximè debet, patria nostra delectat, cuius

rei tanta est vis, tanta natura, vt Ithacam illam in asperri-
mis saxulis tanquam nidum affixam sapientissimus vir
immortalitati anteponeret. 1. de Orat. 96. a

Patria præponenda est amicitia. 11. familiarium, 47. in epi-
stola Matii.

Omnes omnium charitates patria vna complexa est, pro
qua quis bonus dubitet mortem oppetere, si ei sit profu-
turus. Offic. 1. 83

Si contentio quædam fiat & comparatio, quibus plurimum
tribuendum sit officii, principes sint patria & parentes,
quorum beneficiis maximis obligati sumus: proximi libe-
ri, totaque domus, quæ spectat in nos solos, neque aliud
potest habere perfugium: deinceps bene conuenientes
propinqui, quibuscum cõmunis etiam fortuna plerun-
que est. Offic. 1. 83

Patria agitur. pro Planc. 64. Id est, ius ciuitatis.

Patriæ compos. 3. ad Att. 23

Patriæ conseruator Codrus. de Finib. 139. b

Patriæ libertas vitæ amici anteponenda. 11. fam. 45

Me Q. Catulus parentem patriæ nominauit. in Pis. 4. a

Solum patriæ cum omnibus est charum, tum verò dulce
atque iucundum. 4. in Catil. 88. a

Patriam dicimus eam vbi nati, & illam, qua excepti sumus:
sed necesse est charitate eam præstare, qua Reip. nomen
vniuersæ ciuitatis est, pro qua mori, & cui nos totos de-
dere, & in qua nostra omnia ponere, & quasi consecrare
debemus. 2. de Leg. 4

Chariorem decet esse patriam nobis, quàm nosmet ipsos.
3. de Finib. 99. a

Cuius cum patriam Priem cepisset hostis, admonitus est,
&c. Parad. 117. b

Omnibus qui patriam cõseruauerint, adiuuerint, auxerint,
certum esse in cælo ac definitum locum, vbi beati æo
sempiterno fruuntur. in Somn. Scip. 8. a

Qui contra patriam pugnaverunt. 9. ad Att. 36

Ego arma contra deos patrios arasque & focos, contra pa-
triam tuli. in Ant. 174. b

Patriam seruando euertere. 9. ad Att. 31

Querentibus amicis, vellēntne Clazomenas, in patriam si
quid accidisset, afferri, nihil necesse est, inquit, &c. Tuscul.
quæst. 171. b

Patriam parentem antiquissimam & sanctissimam fame
necare. 9. ad Att. 30

Nam vt peccatum est, patriam prodere, parētes violare, &c.
3. de Finib. 51. a

Patriam reliquit. 16. ad Att. 20

Patriam non seruandam ad reditum nostrum, sed diripien-
dam & inflammandam reliquimus. 8. ad Att. 5

Non patriam, sed prædam putet illa templa & tecta. 7. ad
Atticum, 43

Patriæ duæ Catonis, vna naturæ, altera ciuitatis. Nā quum
esset Tusculi natus, in populi Rom. ciuitatem susceptus
est. Itaque quum ortu Tusculanus esset, ciuitate Roma-
nus, habuit alteram loci patriam, alteram iuris. 2. de Le-
gibus, 4

Potius vita quàm patria carebo. 3. ad Att. 45

Quæ quidem omnia sunt patria Democriti, quàm Demo-
crito digniora. de Nat. d. 1. 84

Non è patria expulsus, sed euocatus. 3. ad Att. 45

Ne in nostra patria peregrini atque hospites esse videamur.
de Orat. 106. b

In patria funditus delenda occupatum esse. Offic. 1. 83

Mortem virgines, regis opinor Erichthei filia, pro patria
contempsisse dicuntur. pro Sest. 13. b

Pro patria, & in patria mori præclarum est. ad Atticum, li-
bro 8. 5

Pro patria nemo bonus dubitat mortem oppetere, si sit ei
profuturus. Offic. 12. b

Patria procul multi suam rem bene gessere & publicam. 7.
familiarium, 16

Patriana.

Vt obtineat id iuris in agris quod ei Patriana ciuitas decre-
uit & dedit. ad Thermum, lib. 13. 54. 3. a

Patricida, Patritius, Patrimonium,
Patrius, Vide Pater.

Patro.

Putasne te posse, quæ C. Verres in Quæstura, quæ in Lega-
tione, quæ in Prætura, quæ Romæ, quæ in Italia, quæ in
Achaia, Asia, Pamphyliaque patrarit: ea quemadmodum
locis, temporibusque diuisa sint, sic criminibus & oratio-
ne distinguere: 1. Verr. 20. a

ἄσφοξ promissa patrauit. tu mandata effice quæ recepisti. ad
Attic. lib. 1. 9. 11. a

Feris iurgia amouento, easque in famulis, operibus patra-
tis, habento. de Legib. lib. 2. 16

Patronus.

Patronus, laudator, aduocatus. pro Cluent. 88. a

In quibusdam ciuitatibus patronus causis publicè consti-
tuitur. pro Mur. 224. b

Hic de causis ego huic causæ patronus extiti. pro Sext. Ro-
scio, 19. b. de Finib. lib. 4. 19

Patronus ærarii. Tuscul. q. lib. 3. 43

Hic patronus, custos, defensor illius prouinciæ. pro Syl. 45

Patronus criminum. pro Syl. 9

Patronus omnium fortunarum ac rationum suarum. 3. fa-
miliarium, 37

Qualis tum patronus iustitiæ fuit contra accuratam ora-
tionem Phil. de Amicit. 25. a

Patronus omnium, & cliens omnium, contraria. 6. familia-
rium, 28. in epist. A. Cecinnæ.

Domi suæ nobilissimus vir, Senatus propugnator, atque il-
lis quidem temporibus penè patronus, &c. M. Drusus oc-
census est. pro Mil. 12. a

Patroni est, nonnunquam verisimile, etiam si minus verum
sit, defendere. 2. Offic. 72

Quis eum vnquam non modò in patroni, sed in laudatoris
aut aduocati loco viderat? pro Cæl. 40. b

Peto à te vt Antonium libertum in patroni eius negotio
tueare. epist. 213. b

Conuentus ille me vnum patronum adoptauit. pro Sest. 4. b

Atqui quinque & triginta tribus patronum adoptarunt. in
Antonium, 207. b

Constituere alicui causæ patronum. pro Mur. 3. a

Dare patronum alicui causæ. 2. de Orat. 155. a

Alicui causæ patronum existere. pro Rosc. Amer. 3. a

Patronum quærere ad iudicium capitis. Tuscul. q. lib. 1. 58

Patrone mi bene vale. 7. fam. 51. in epist. M. Curi.

Hanc tu igitur patrone fœderum & fœderatorum condi-
tionem statuis tuis ciuibus. pro Corn. 59. b

A vestrorum commodorum patrono conscripta hæc lex
est. contra Rull. 81. b

De patrono Marcus est adhibendus: isque diu & multis lu-
cubrationibus commentata oratione. ad Tiron. lib. 16. 35

Nec tam pertinaces habeat patronos. de Finib. lib. 3. 1

Patrona.

Neque prouocationem patronam illam ciuitatis ac vindi-
cem libertatis Populi Romani dari sine nobilium dissen-
sione potuisse. 2. de Orat. 108. a

Patrocinium.

Itaque illud patrocinium orbis terræ verius, quàm impe-
rium poterat nominari. 2. Offic. 37

Patrocinium necopinatum. de Nat. d. 1. 5

Cum in eius bona, fortunas, patrocinium huius imperii im-
missis. pro Domo sua, 217. b

Aut hæc tibi Torquate sunt vituperanda, aut patrocinium
voluptatis repudiandum. 2. de Finib. 107. a

Arripere patrocinium æquitatis. 1. de Orat. 125. a

Patrocinium Academiæ non defuit. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 27

Nisi somniorum patrocinium philosophi suscepissent. Di-
uinat. lib. 2. 115

Suscipere patrocinium alicuius desertæ disciplinæ. 1. de Na-
tura deorum, 10. a

Suscipere patrocinium patris. in Ant. 210. b

Patrocinium tueri. 5. fam. 21

Hoc dicendi genus ad patrocinia mediocriter aptum vide-
tur. de Clar. Orat. 174. b

Legitimarum & ciuilium controuersiarum patrociniis sus-
cipere. in Orat. 65. a

Voluptas plurimorum patrociniis defenditur. in Parad. 17. a

Si tuam cõsuetudinem in patrociniis tuendis seruas, P. Va-
tinius cliens aduenit, qui pro se causam dicere vult. Vati-
nius Ciceroni, lib. 5. 9. 1. a

Patruelis, Patruus, Vide Pater.

Patulus, Vide Pateo.

Paucus.

Quum & ego essem vnà, & pauci admodum familiares, in
eum sermonem illum incidere, qui tum ferè multis erat
in ore. de Amic. 2. a

Possit agi, necne, pauci quondam sciebant. pro Mur. 119. b

Quanti paucæ operæ & mercedes fabrorum tulerunt. in
Verrem, 106. b

Generum quæstiones modicæ & paucæ. de Orat. 121. b

Laetationem habuit in populo, nec paucorum iudicium re-
prehensionemque pertimuit. in Orat. 7. a

Qui quum plures erant, paucis nobis exquari non pote-
rant. ad Heren. lib. 4. 171. a

Ad paucos pœna, ad omnes metus peruenit. pro Cluent.
101. a

Paucos ex multis ad ignominiam fortiri. pro Cluent. 101

Paucos tribus ad vsurpandam libertatē vocare. contra Ruf-
lum, 69. b

Pauci nisi è multis eligi non possunt. Tuscul. q. lib. 2. 1

Quàm multa, quàm paucis. 11. fam. 38. Sub. complexus es:
Aperta enim res est, & quotidie nos ipsa natura admonet,
quàm paucis, quàm paruis rebus egeat, quàm vilibus.
5. Tuscul. q. 145. a

Ecce autem repente his diebus paucis, comitiis Consulari-
bus factis. 2. Verr. 11. a

Paucis interpositis diebus iterum rediit. de Claris Orato-
ribus, 43

Paucis diebus eram missurus domesticos tabellarios. ad
Curionem, lib. 2. 6. 7. a. Id est, intra paucos dies.

Spero paucis mensibus opus Diphili perfectum fore. ad Q.
frat. lib. 3. 17. 4. a

Pauculus.

Quintum Volusium tui Tiberii generū, certum hominem,
sed mirificè abstinentem, misi in Cyprum, vt ibi paucu-
los dies eisset. ad Att. lib. 5. 110. 5. a

Paucitas.

Paucitas in partitione seruat, si genera ipsa rerum po-
nuntur, neque permittē cum partibus implicantur. 1. de
Inuentione, 47

De pantheris, per eos qui venari solent, agitur mandato
meo diligenter: sed mira paucitas est, & eas, quæ sunt, val-
de aiunt queri, quod, &c. ad Cæl. lib. 2. 10. 4. a

Amicorum paucitas. Antequam iret in exil. 7. a

Paucitas militum. 15. fam. 4

Quanta oratorum sit, semperque fuerit paucitas, iudicabit.
1. de Orat. 5. a

Definita numero & paucitate genera. 2. de Orat. 79. a

Ex paucitate eius decem ad me transferunt. 10. famil. 31. in
epist. Planci. Id est, ex paucis equitibus eius.

Vt de reliquorum paucitate publicè diceret. 5. Verrina-
rum, 68. a

Paucio.

Animus pauet apud consilium illud pro reo dicere. 5. Phi-
lippicarum, 172. a

Pauens.

-nauem vt horrisono freto
Noctem pauentes timidi adnectunt nauitæ. 2. Tuscul. q. 41. a

Pauor.

Pauor sapientiam mihi omnem ex animo expectat. 3. de
Orat. 85. & 121. a. 3. Tuscul. 30. a

Pauimentum.

Compositæ arte pauimento lexes. 3. de Orat. 94. a

Pauimenta marmorea. 2. de Leg. 1

Natabant pauimenta vino: madebant parietes. 2. Philippi-
carum, 103. a

Facere pauimenta. Quint. frat. lib. 3. 17. 2. a

Pauimenta & porticus habet villa. *Quint. frat. lib. 3.1*
Pauimentatus.

In palatio pulcherrimo prospectu porticum cum clauibus pauimentatum trecentum pedum concupierat. *pro Domino sua, 89*

Paulo.

Sed quia quum pascuntur, necesse est aliquid ex ore cadere, & terram pauire, terripauium primò, post terripodium dictum est: hoc quidam iam tripodium. *2. de Diuin. 57*

Paulatim, Paulisper, Paulo, Paululum, Paulum, Vide Parum.

Paulus.

Paulus Æmylius C. Luscinio familiaris, bis vnà Consules & collegæ in Censura. *Lael. 37*

Paulus Perſa (Macedonum regi) deprecanti ne in triumpho duceretur, in tua id, inquit, potestate est. quo dicto, voluit significare, illum potestatem habere semetipsum intermendi. *Tusc. q. lib. 5.84*

Paulus omni Macedonum Gaza, quæ fuit maxima, potitus est. *Offic. 2.112*

L. Paulus à Vectio indice per Vatinium in concionem producto nominatus. *in Vatin. 19*

L. Pauli laus. *in Catil. 93*

L. Pauli triumphus de Perſe. *pro Mur. 29*

Paulum Cannæ sustulerunt. *3. de Nat. d. 59*

Pauo.

Alia autem nullam ob vtilitatem quasi ad quandam ornatum, vt cauda pauoni, plumæ versicolore columbis, viris mammæ atque barba. *3. de Finib. 29.a*

Plures pauones confeci, quàm tu pullos columbinos. *9. familiarium, 44*

Pauor, Vide Pauco.

Pauper.

M. Manlius patrum nostrorum memoria pauper tandem fuit: habuit enim ædiculas in Carinis, & fundum in Labicano. *in Parad. 64.a*

Ex paupere diues factus. *in Vat. 35.b*

Non modò non copiosi ac diuites, sed etiam inopes ac pauperes existimandi sunt. *in Parad. 66.a. De improbis & auaris.*

Paupertas.

Paupertas, ignobilitas, humilitas. *Tusc. q. 234.b*

Paupertas si malum est, mendicus beatus nemo esse potest. *de Finib. 144.b*

Paupertas diuitiis inter homines æqualis esse debet. *2. de Legibus, 26*

Paupertas deorum aditù arcenda est, sumptu ad sacra adhibito. *2. de Legibus, 26*

Paupertas orationis. *4. fam. 10*

Causam paupertatis defendere. *5. Tusc. q. 144.a*

Homo non solum honoribus populi, verum etiam patientia paupertatis ornatus. *2. de Leg. Agr. 66.a*

Paupertatis vna eademque vis est. *Tusc. q. lib. 3.48*

Itaque istam paupertatem, vel potius egestatem ac mendicitatem tuam nunquam obscure tulisti. *in Parad. 57.a*

Qui propter paupertatem sues pasceret. *Offic. 40.b*

Vt de paupertate nonnunquam, cuius onus disputando leuamus, docentes quàm parua & quàm pauca sint. quæ natura desyderet. *3. Tusc. q. 94.a*

Pausanias.

Pausanias, Lentuli libertus, accensus meus. *3. fam. 18*

Pausanias & Lyſander, quorum rebus gestis quanquam imperium Lacedæmoniorù dilatatum putatur, tamen ne minima quidem ex parte Lycurgi legibus & disciplinæ confecti sunt. *Offic. 1.107*

Pax.

Pax, est tranquilla libertas. *2. Philip. 109.a*

Pax & cõcordia cæteris gignetur, cum iam domesticis non infideat, sed publicè prouidenti impatiatur. *in Ant. 193.b*

Quæſo (inquit) ne me è somno excitetis, & pax sit rebus, audite cætera. *in Somn. Scip. 8.a*

Nihil est aliud in fœdere, nisi vt pia & æterna pax sit. *pro Corn. 28.a*

Pax denique per eum cum præstantissimis ciuibus confirmata est. *in Ant. 153.b*

Tibi data est summa pax, summa tranquillitas. *ad Quint. frat. lib. 1.1.8.a*

Macedonia à Barbaris, quibus est propter auaritiã pax erepta, vexatur. *de Prouinc. 3.a*

Cum his ficta pax, non erit pax, sed pactio seruitutis. *12. Philip. 328.a*

Pax vel iniusta vtilior est, quàm iustissimum bellum. *7. ad Atticum, 49*

Pax victoria non pactione parienda est. *10. fam. 11*

Pax placidissima. *Tusc. q. lib. 5.36*

Pax in quo sit. *10. fam. 12*

Mihi pacis auctori quò Martis signum? *7. fam. 41*

Pacis campi. *4. ad Heren. 157*

Comes pacis & otii socia eloquentia. *de Clar. Orat. 22*

Conditio pacis quæ est, in qua ei, cum quo pacem facias, nihil concedi potest. *12. Philip. 326.a*

Pacis defensor. *4. fam. 11*

Pacis fundamenta. *1. Philip. 1*

Nummarius interpres pacis & concordia non probatur. *pro Cæl. 38.b*

Pacis mandata mihi das ad Cæsarem. *8. famil. 48. in epistola Cælii.*

Nomen pacis dulce, & res ipsa salutaris. *2. Philip. 109.a*

Pacis dulcissimum & pulcherrimum nomen. *in Ant. 241.b*

In spem pacis venire. *ad Att. lib. 9.186.2.a*

Summa tranquillitas pacis & otii. *1. de Leg. Agr. 15.a*

Paci, quæ nihil habitura sit insidiarum, semper est consulendum. *Offic. 1.53*

Pacem accipere. *5. fam. 63*

Ad pacem deprecandam miserat legatos. *12. fam. 52*

Quum sententia Senatus inclinaret ad pacem & fœdus faciendum cum Pyrrho. *de Senect. 15.a*

Equidem ad pacem hortari non desino, quæ vel iniusta vtilior est, quàm iustissimum bellum in ciuibus. *ad Atticum, lib. 7.133.4.a*

Pacem quanuis iniqua conditione cupiebam. *6. fam. 13*

Conciliare pacem inter aliquos. *epist. 160.b*

Pompeius pacem maritimam confecit. *pro Flac. 152.b*

Pacem constituere. *pro Rosc. Amer. 13*

Pacem esse cupere. *pro Ligar. 11*

Ego pacem cum M. Antonio esse nolo. *in Ant. 210.b*

Pacem inhonestam cum Gallis fecit C. Pompeilius. *1. ad Herennium, 27*

Consules nostri pacem cum Samnitibus fecerunt. *de Offic. 2*

Inter pacem & bellum nihil medium. *8. Philip. 236*

Pacem haberemus quæ erat facta per obsidem puerum M. Antonii filium. *2. Philip. 93.a*

Poteritis igitur exploratam habere pacem, quum in ciuitate Antonium videatis, vel potius Antonios? *7. Philippicarum, 227.a*

Spero etiam in præsentia pacem nos habere. *ad Atticum, lib. 7.133.2.a*

Ab Ioue Optimo Maximo, cæterisque diis, &c. pacem & veniam peto, precorque, &c. *pro Rab. perd. rco. 3.a*

In bellis gerendis ab diis immortalibus pacem & veniam petere. *pro Fonteio, a*

Etenim vt circumſpiciamus omnia, quæ populo grata atque iucunda sunt, nihil tam populare, quàm pacem, quàm concordiam, quàm otium reperiemus. *1. de Leg. Agr. 14.a*

Pacem retinere. *8. ad Att. 37*

Cum his pacem seruabit Antonius? *7. Philip. 230.a*

Et vos vt tutam, tranquillamque pacem traheretis, mea perfecit vigilantia. *Antequam iret in exil. 8.a*

Nos illud quidem cum pace agemus. *5. Tusc. q. 121.a*

L. Sylla Mithridatem, &c. cum pace dimisit. *pro Mur. 30.a*

De pace Pyrrhi agere. *1. Philip. 8*

De pace sentio simulationem esse apertam, parari autem bellum acerrimè. *10. ad Att. 4*

Tu esses vnus profectò, qui & meo iudicio, & omnium vix vllam cæteris oratoribus (pace horum dixerim) laudem reliquisti. *1. de Orat. 38.a. 3. de Legib. 32*

Pace magistri dixerim. *Fat. 4*

Cuius ego iudicium (pace tua dixerim) lögè antepono tuo. *5. Tusc. q. 9. & 3. de Legib. 27*

Atque vt in perpetua pace esse possitis, prouidebo. *3. in Catilinam, 72.a*

In pace & otio copias parare. *pro Cecin. 24.a*

Pace iniqua. *7. fam. 12. Id est, pacis iniqua conditione.*

Qui vt pace vteretur, vim argenteam dederunt. *de Prouinc. Conf. 3.a. 7. ad Att. 55*

Pacificatio.

Quod quæris ecquæ spes pacificationis sit, quantum ex Pompeii multo & accurato sermone perspexi, ne voluntas quidem est. *ad Att. lib. 7.31*

Respondit se non dubitare, quin & opem & gratiam meam ille ad pacificationem quereret. *ad Att. lib. 9.181.19.a*

In pacificatione se interponere. *10. fam. 59*

Pacificator.

Pacificator cum librariolo suo videtur obiisse legationem. *15. ad Atticum, 16*

Iam enim illum emptum pacificatorem perorasse puto, iam actum aliquid esse in confesù Senatorum. *ad Atticum, lib. 10.1*

Primum igitur scito, me primum non esse rogatum sententiam, præpositumque esse nobis pacificatorem Allobrogum. *ad Att. lib. 1.25*

Pacificatorius.

Posteaquam nos pacificatoria legatione implicatos putant. *12. Philip. 310. Id est, quæ pacem fieri petebat.*

Pacificus.

Ecquæ pacifica persona desyderetur, an in bellatore sint omnia. *ad Att. lib. 8.41*

Paco.

Pacare Amanum, & perpetuum hostem ex eo monte tollere, agere perrexi. *ad Catonem, lib. 15.17*

Pacatus.

Huic inquam tali viro, quem nos Senatusconsulto collaudarimus, poteritne pacatus esse Antonius? *7. Philippicarum, 232*

Pacata nequitia. *5. Philip. 181*

Ciuitates non modò pacatæ, verum etiam sociorum atque amicorum ad vim atque arma confugient. *3. Verrinarum, 54.a*

Pacatæ gazæ, quæ longa pace collectæ sunt. *pro Sest. 80*

Si denique Cn. Pompeio, quod terra marique hostes reddidit pacatos: sic nunc in meis calamitatibus aliquam ferte opem diuinam, vt sæpe multorum in periculis fecistis, sic nunc in meis miseriis diuinum aliquod auxilium & numen ostendite. *Antequam iret in exil. 16.a*

Sed & huius oratio in philosophia translata, pugnacior (vt ita dicam) videtur, & illorum in iudicia pacatior. *de Claris Oratoribus, 63.a*

Prouincia pacatissima. *pro Lig. 2.a*

Paxillus.

Quomodo enim vester Axilla Ala factus est, nisi fuga literæ vastioris: Quam literam etiam è maxillis, è taxillis, & vexillo, & paxillo, consuetudo elegans Latini sermonis euellit. *in Orat. 86.a*

Pecco.

Non multa peccas, inquit ille, &c. At ego te verissimè dixerim peccare nihil. *pro Mur. 55.a*

Empedocles multa alia peccat. *de Nat. d. 7.b*

In hoc eodem peccat Hieronymus. *de Finib. 71.b*

Eadem ferè peccat paucioribus verbis Xenophon. *de Nat. deorum, 1.24*

Peccat magis ineptiis, quàm improbitate. *13. fam. 3*

Nemo peccat, nisi assensione. *Acad. q. edit. 1. lib. 2.38*

In eam partem potius peccant quæ est cautior. *pro Rosc. Amer. 33.a*

Peccaui, sceleratè que feci. *1. ad Quint. frat. 50*

Si quid in te peccaui, ac potius quoniam peccaui, ignosce: in me enim ipsum peccaui vehementius. *ad Atticum, libro 3.55.6.a*

In his si qui errauerunt, hominum coniectura peccaui. *de*

Natura deorum. *28.b*

Vt enim si grammaticum se professus quispiam barbarè loquatur: aut si absurdè canat is, qui se velit haberi musicum, hoc turpius sit, quòd in eo ipso peccet, cuius proficetur scientiam: sic, &c. *2. Tusc. 18.a*

Hunc denique ipsum pertulissent, si humano modo, si vſitato more, si denique vno aliquo in genere peccasset. *4. Verrinarum, 6.a*

Peccare, est tanquam transire lineas. *Parad. 23*

Nuquam igitur est vtile peccare, quia semper turpe: & quia semper honestum est virum bonum esse, semper est vtile. *3. Offic. 84*

Vt ipsum, quòd maneam in vita, peccare me existimem. *Figulo, lib. 4.13.5.a*

Peccare in alium, & peccare in se. *3. ad Att. 23*

Peccare in ratione vitæ. *Tusc. q. lib. 2.9*

Peccare in Repub. *ad Att. 98.b*

Peccare mihi apud te in scribendo licet. *13. fam. 34*

Peccare nemini licet. *Tusc. q. lib. 5.41*

Suauitatis causa peccare vt liceret, impetratum est à consuetudine. *in Orat. 89*

Peccare principes tantum mali non est (quanquam est hoc malum per se ipsum magnum) quantum illud, quòd per multi imitatores principum existunt. *3. de Legib. 29*

Peccare mihi interdum videor, id faciens: interdum peccaturus esse, nisi faciam. *12. ad Att. 16*

Peccasse mihi videor qui à te discesserim. *16. fam. 2*

Peccatur.

Decori ignoratione in poematis sæpissimè peccatur. *in Oratore, 39.a*

Num igitur dubium est, quin si in re ipsa nihil peccatur à superioribus, verbis illi commodius vtuntur? *4. de Finibus, 93.a*

Perturbatione rationis atque ordinis peccatur, quicquid peccatur. *in Parad. 32*

Quo in genere etiam in Repub. multa peccantur. *1. Officiorum, 49.a*

Magno tuo periculo peccabitur in hoc iudicio, maiore quàm putas. *7. Verr. 137.a*

Peccandi nulla omnino causa est. *de Finib. 1.41*

Peccans.

Multa alia peccans. *de Nat. d. 1.22*

Peccatum.

Peccatum est prodere patriam. *3. de Finib. 51.a*

Non meo vitio sit hoc quidem tempore (à te enim est peccatum) vt me ista epistola nihil conſoletur. *ad Attic. libro 11.224.11.a*

Si gladium quis apud te sana mente deposuerit, repetat infaniens: reddere, peccatum sit: non reddere, officium. *3. Officiorum, 128.a*

Peccatum meum corrigi non potest. *11. ad Att. 33*

Nostrum quidem si est peccatum, in eo est quòd, &c. *ad Atticum, lib. 7.123.14.a*

Omne peccatum, imbecillitatis & inconstantia est. *de Finibus, lib. 4.73*

Oratoris peccatum si quod est animaduersum, stultitia peccatum videtur. *1. de Orat. 61*

Peccati causa sæpe pecunia. *2. ad Heren. 33*

Excusatio peccati nulla est, si amici causa peccaueris. *de Amicit. 53.a*

Vir sapientissimus, atque haud scio an omnium præstantissimus, peccatum suum quod celari posset, confiteri maluit, quàm hære in Repu. religionem. *2. de Natura deorum, 9*

Peccatum non excusat amor. *2. ad Heren. 57*

Peccatum non excusat iracundia. *2. ad Heren. 57*

De quibus memini mihi è te Myrina literas esse allatas, non mei errati, sed tui, in quo peccatum videbatur esse, si modò erat, fratris tui & Tullii. *Rufo, lib. 5.60*

Ne illud quidem animaduertebas, eiusmodi fore hoc peccatum tuum, quod tu negare posses: in tabulas enim retulisti. *3. Verr. 103.a*

Sic inter reatè factum atque peccatum, officium & contra

officium, media locabat quædam: rectè facta sola in bonis actionibus ponens. 1. Acad. 53. a. & de Finib. 10. 4. b

Præter culpam ac peccatum, qua semper caruisti & carebis, homini accidere nihil posse, quod sit horribile aut pertimescendum. Mescinio, lib. 5. 216. 14. a

Nemo ita in manifesto peccato tenebatur, vt quum impudens fuisset in facto, tum impudentior videretur, si negaret. 4. Verr. 139. a

Cum eo, quod sine peccato meo fiat. 6. ad Att. 8

Vita & peccata. 2. Philip. 61. a

Peccata quoniam ex vitis manant, sint æqualia necesse est. Parad. 27

Peccata ea sunt animaduertenda maximè, quæ difficillimè præcauentur. pro Rosc. Amer. 68

Peccata non rerum euentis, sed vitis hominum metienda. Parad. 23

Peccata paria, iuxta Stoicos. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 124

At leue delictum est, omnia peccata sunt paria. pro Murena, 139. b

Peccata esse paria quomodo probent Stoici. de Fin. lib. 4. 72

Quam facultatem mihi multitudo istius vitiorum peccatorumque largitur. in Ant. 169. b

In iis perniciosus est error, qui existimant libidinum peccatorumque omnium patere in amicitia licentiam. de Amicitia, 111. b

Sic ego decem annorum peccata recordans, &c. succensibam. ad Att. lib. 9. 173. 4. a

Supplicia peccatis, præmia rectè factis extent. 3. de Natura deorum, 64

Scio nos multis nostris peccatis in hanc ærumnam incidisse. ad Att. lib. 3. 54. 2. a

Id quantis nostris peccatis vitis que euenerit, non possum sine molestia cogitare. ad Att. lib. 8. 165. 2. a

Pectus.

Quod proprium est Catilinæ de eius delectu, imò verò de amplexu eius, ac sinu, quos pexo capillo nitidos, aut imberbes, aut bene barbatos videtis. 2. in Catil. 42. a

Pectus.

Onerandum, complectendumque pectus maximarum rerum & plurimarum suauitate, copia, varietate. 3. de Orat. 67. a

In amicitia nisi (vt dicitur) apertum pectus videas, turmque ostendas, nihil fidum, nihil exploratum habeas. de Amicitia, 80

Ad pectus aduolare. 15. fam. 44

Amicus per se amator toto pectore, vt dicitur. 1. de Legibus, 73. a

Te vehementer etiam atque etiam rogo, magis quam à me vis aut pateris te rogari, vt hanc cogitationem toto pectore amplectare. ad Att. lib. 12. 45

Toto pectore, vt dicitur, cogitare aliquid. Tuscul. quæst. libro 2. 50

Incumbe toto pectore ad laudem. Planco, lib. 10. 21

De Scapulanis hortis toto pectore cogitemus. ad Attic. libro 13. 270. 1. a

Pecuaria, Pecuarium, Vide Pecus.

Peculium.

Hic Diognetus, qui ex publicis vestigalibus tanta lucra facit, vicarium nullum habet, nihil omnino peculii. 5. Verinarum, 74. a

An eorum seruitus dubia est, qui cupiditate peculii nullam conditionem recusant durissimæ seruitutis? in Parad. 49. a

Homines, posteaquam reus factus est, alii redditi, alii etiam nunc retinentur, peculia omnium vicariique retinentur. 3. Verr. 65. a

Peculiaris.

Exoritur peculiare edictum repentinum, Nequis frumentum de arca tolleret, antè quam cum Decumano pactus esset. 5. Verr. 28. a. Id est, ad aliquod tempus proprium.

Hoc verò mihi peculiare fuerit, hic etiam isto frui. Quint. frat. lib. 1. 12. 4. a

Venio ad Lysaniam, peculiarem tuam Deciane testem. pro Flacco, 40. a

Quid peculiarem habes aliquam Siciliam, quæ tibi ex alio

genere frumentum suppeditet. in Verr. 186. b

Peculator.

Neque enim de sicariis, veneficis, testamentariis, furibus, peculatoribus hoc loco differendum est. 3. Offic. 95. a

Peculatus.

Certissimus peculatus. 5. Verr. 142. a

Cum pecuniam publicam auerterit, num fraude poterit carere peculatus? in Ant. 241. b

Si quis peculatus accusetur, quòd vasa publica de loco priuato dicitur sustulisse. ad Heren. 4. b

Damnari peculatus, & damnari pecuniæ publicæ. pro Flacco, 33. a

Erunt etiam forraste Iudices, qui illum eius peculatum vel acerrimè vindicandum putent: quòd, &c. 3. Verr. 7. a

An de peculatu facto, de tabellario incenso longa oratio exprimenda est? pro Rab. 91. b

De sicariis, de veneficiis, de peculatu inficiari necesse est. Orat. 118. b

Peculatus.

Balbus planè bene peculiatus. 10. familiarium, 70. in epistola Af. Pollionis.

Pecunia.

Pecunia rex appellatus. de Arusp. resp. 26

Pecunia, effectrix est multarum & magnarum voluptatum. de Finib. lib. 2. 47

Cur pecunia sacrorum molestia liberaretur, inuenta est ratio. 2. de Legib. 49

Pecunia, nerui belli. 5. Philip. 166

Pecunia, de fundo, aut aliis bonis. 4. ad Heren. 193

Alia ob eam rem præposita dicuntur, quòd ex se aliquid efficiant, vt pecunia. 3. de Finib. 85. a

Pecunia omnium dignitatem exæquat. 4. ad Att. 37

Pecunia iacet. pro Rosc. Com. 2

Pecunia ad peccandum impellit. 2. ad Heren. 33

Pecunia aduentitia. 1. ad Att. 62

Erat enim curata nobis pecunia Valerii mancipis nomine. epist. 75. & 28. b

Iubet lex Iulia persequi ab iis, ad quos ea pecunia, quam is accepit, qui damnatus sit, peruenerit. pro Rab. 12. 4. b

Pecunia grandis. 5. ad Att. 52

Parta legibus & contra leges pecunia. 2. de Finib. 91. a

Plena & præclara pecunia. pro Rosc. Amer. 4. a

Quærenda vel cum periculo pecunia. 2. de Finib. 91. a

Pecunia grauiissimis certissimisque monumentis testata. 5. familiarium, 58

Pecunia patriam. ad quem morte eius peruenerit, ei sunt sacra eius adiuncta. 2. de Leg. 46

Pecunia fortunæque Sext. Roscii. pro Sext. Rosc. 19. b

Ipse amplissimæ pecuniæ sit dominus, qui, &c. pro Sext. Rosc. 13. a

Nulla pecuniæ conditio te ab summa integritate continentiaque deduxerit. 1. ad Quint. frat. 6

In quibus autem maior est animus, in iis pecuniæ cupiditas spectat ad opes, & ad gratificandi facultatem. Officiorum, 1. 37

Pecuniæ & gratiæ debitiō dissimilis. pro Planc. 55. & Post redit. ad Quirit. 19

Cuius pecuniæ dies fuisset, verus exceptio. 1. de Orat. 82

Pecuniæ dulcedine captus. 11. fam. 47. in epist. Matui.

Pecuniæ multa genera sunt. Top. 13

Pecuniæ hæreditas. pro Domo sua, 28

Pecuniæ magnitudine, senectus à solitudine vindicatur. 1. de Orat. 132

Pecuniæ modus non æstimatione census, verum victu atque cultu terminatur. Parad. 64

Pecuniæ obligatio. ad Brut. 58

Si maior pars pecuniæ legata est. 2. de Leg. 79. a

Pecuniæ publicæ incredibiles angustia. 12. fam. 63

Pecuniæ publicæ condemnari. pro Flacco, 34

Pecuniæ, quam desideras, ratio potest haberi. 11. familiarium, 24

Vias pecuniæ norunt Græci, & omnia pecuniæ causa faciunt. Quint. frat. lib. 1. 12

Annuerare pecuniam alicui. 1. Verr. 30. a

Pecuniam pedibus compenari. pro Flac. 56

Pecuniam conciliare mihi. 6. ad Att. 17

Pecuniam conficere. 4. in Verr. 133

Conficere pecuniam de vestigalibus. 2. de Lege Agraria, 44. a

Pecuniam sacris patriam. mortui coniungi pontifices voluerunt: iisdemque ferias & ceremonias adscribendas purant. 2. de Legib. 47

Nihil honestius magnificentiusque, quam pecuniam contemnere, si non habeas: si habeas, ad beneficentiam liberalitatemque conferre. Offic. 1. 97

Curare nomine alterius nobis pecuniam. Rufo, libro 5. 20. 10. a

Pecuniam publicam domi custodiunt: minores magistratus. 3. de Legib. 5

Apud publicanos deponere pecuniam. 5. fam. 60

Pecuniam frustra dissipare. 1. ad Qu. frat. 54

Vt etiam ostenderet philosophum, si ei commodum esset, pecuniam facere posse. de Diuinat. 103. b. & 4. in Verrem, 12. 92. & 94

Erigere, capere, & imperare pecuniam. in Pis. 29. a

In alienam pecuniam tam plenam atque præclaram inuasit nullo iure. pro Sext. Rosc. 4

Pecuniam alicui occupare. pro Flac. 40

Quantam pecuniam militibus in singulos Cæsar pollicitus sit, tantam dari placet. 5. Philipp. 203. a

Pecuniam recipere. in Rull. 53

Redigere pecuniam ex bonis alterius. 1. Verr. 30. a

Pecunia sibi conciliare legiones. 12. fam. 50

Sacra cum pecunia pontificum autoritate nulla lege coniuncta sunt. 2. de Legib. 49

Pecunia emptus vir. 16. ad Att. 37

Pœna capitis cum pecunia nunquam iungi solita. pro Domo sua, 36

Malè se res habet, cum quod virtute effici debet, id tentatur pecunia. Offic. 2. 29

Ad quos eiusdem morte pecunia venerit. 2. de Legib. 77. a

Pecuniæ maximæ describuntur. 12. fam. 2

Breui ad maximas pecunias venturus est. 2. de Orat. 150. a

Pecunias Prætorum in prouincia cepisse arguere. 1. de Finibus, 18

Pecunias creditas debitoribus condonare. Offic. 2. 115

Pecunias municipiis imperare. 16. ad Att. 24

Nondum commemoro exactas pecunias, non captas, non imperatas. in Pis. 87. b

Pecuniosus.

In fortuna quæritur, seruus sit an liber, pecuniosus an tenuis, &c. 1. de Inuent. 53. a

Copius rei familiaris locuples & pecuniosus. pro Rosc. Comædo, 26. a

Mirari quòd Apollonius homo pecuniosus tandiu ab isto maneret integer. 7. Verr. 13. a

Quæro igitur vnde iste tam pecuniosus factus est. ad Herennium, 31. b

Pecuniosa mulier. pro Cluent. 95. a

Pecuniosum hominem, quanuis sit nocens, neminem posse damnari. 2. Verr. 1. a

Nocentes & pecuniosos rei. Parad. 58. a

Pecuniosissimus Syracusanorum. 4. Verr. 23. a

Pecuniarius.

Pecuniaria difficultas. 10. ad Att. 46

Pecuniaria res. pro Quint. 47

Neminem voluerunt maiores nostri non modò de existimatione cuiusquam, sed ne pecuniaria quidem de re minima esse iudicem, nisi qui inter aduersarios conuenisset. pro Cluent. 95. a

Nodus est inopia rei pecuniariæ. ad Brutum, 59

Pecus, oris.

Antonius cædit greges armentorum, reliquique pecoris, quodcumque nactus est. 3. Philipp. 146. a

Depascuntur à pecore agri publici. 2. de Orat. 157. a

Multa in mancipiis, multa in pecore, &c. contra Rull. 73. b

PECUS, CUDIS.

Pecudis & hominis idem bonum esse censent Epicurei, nempe voluptatem. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 5

Consilio istius pecudis vti volebam. in Pis. 14. a

Istius impurissimæ atque intemperantissimæ pecudis sordes. in Pison. 95. b

Contraque vt tardam aliquam & languidam pecudem ad pastum, & procreandi voluptatè, hi hoc diuinum animal ortum esse voluerunt. 2. de Finib. 67. a. 2. de Legib. 66. a

Sus verò quid habet præter escam? &c. Qua pecude, quòd erat ad vescendum hominibus apta, nihil genuit natura fecundius. 2. de Nat. deor. 239. a

Expertes rationis pecudes. 2. Offic. 15. a

Si homines sunt illi potius, quam pecudes, &c. in Ant. 216. b

Ista non modò homines, sed ne pecudes quidè. in Cat. 108. b

Expertes rationis sunt equi, boues, reliquæ pecudes. Officiorum, 35. b

Sequuntur sui generis greges pecudes, vt bos armenta. ad Atticum, lib. 7. 29

Non modò homines, verum etiam pecudes sciebant. ad Atticum, 12. b

Tum multitudinem pecudum partim ad vescendum, partim ad cultus agrorum, partim ad vehendum, partim ad corpora vestienda. Tuscul. q. lib. 1. 56. & 57

Pecudibus mutis præesse. 1. ad Qu. fr. 18

Agnum inter pecudes aurea clarum coma. de Nat. d. 73. b

Pecudes perspicuum est partim esse ad vsum hominum, partim ad fructum, partim ad vescendum procreatas. 1. de Legib. 19

In promptu habere quantum natura hominis pecudibus reliquisque bestiis antecedit. Offic. lib. 1. 147

Pecuda, in neutro gen.

Quum adhibent in pecuda pastores. 4. de Republica, a

Pecudarius, substantiuum.

Postulo mihi respondeat qui sit iste Verrutius, mercator, an arator, an pecuarius. 4. Verr. 137. a

Vt non solum Tetrarcha nobilis, sed optimus paterfamilias & diligentissimus agricola, & pecuarius haberetur. pro Deiotaro, 19

Aratores, pecuarii, coloni, &c. pro Font. 276. b

Quapropter de istius prætura Siciliensi non recuso, quin ita me audiat: vt si cuiquam generi hominum siue Siculorum, siue nostrorum ciuium, siue cuiquam ordini, siue aratorum, siue pecuarius, siue mercatorum probatus sit, &c. 4. Verr. 11. a

Pecuarius.

Erat ei pecuaria res ampla & rustica, sanè bene culta, & fructuosa. pro Quint. 7

Pecuaria.

Nam quum in sylua sua ita facta cædes esset, notique homines interfecti, insimulareturque familia, partim etiam liberi societatis eius quæ pecuaria de P. Cornelio, L. Mummiō censoribus redemisset, &c. de Clar. Orat. 42. a

Cum canes fungantur officiis luporum, cuiam præsidio pecuaria credemus? ad Heren. lib. 4. 202

Pecuaria redimere. Brut. 41

Pedalis, Pedarius, Pedester, Pedetentim, Pedissequa, Pedissequus, Peditatus, Vide Pes.

Pedius.

Quæ Pedius, cum C. Plancio & Laterensi ædilitatem petiit. pro Plancio, 14

Peduceus.

L. Peduceus. pro Flacco, 54

S. Peduceus Sex. F. tum doctus, tum omnium vir optimus & iustissimus. de Finib. lib. 2. 49

Sext. Peduceus in iudicando libertissimus. 3. in Verr. 12

Sext. Peduceus de prouincia Sicilia optimè meritis. 6. in Verrem, 125

Sext. Peducei Prætura Siciliensis diligentissima atque innocentissima. 5. in Verr. 186

Pegasus.

O hominem fortunatum, qui eiusmodi nuntios, seu potius pegafos habeat? pro Quint. 54. a

Pegmata.

Nihil venustius quam illa tua pegmata. postquam misit libros, illustrarunt valde. ad Att. lib. 4. 77. 2. a

Peiero.

Eos omnes, Censores, quoad quisque eorum vixit qui peierassent, in ærariis reliquerunt. 2. Offic. 62. a

Vbi semel quis peierauerit, ei credi postea, etiam si per plures deos iuret, non oportet. pro Rab. Posth. 21. a

Non enim falsum iurare, peierare est: sed quod ex animi tui sententia iuraris, sicut verbis concipitur more nostro, id non facere, periurium est. 3. Offic. 145

Peierare conceptis verbis. pro Cluent. 43. b

Peierare consuevit qui mentiri solet. pro Rosc. Comœd. 27

Pecior, Vide Malus.

Peircæum.

Peircæo eloquentia euecta, omnes peragravit insulas. Brut. 25

Πειραῖο Græcis, Latinis Suada. Brut. 29

Pelagus.

Feruet æstu pelagus. 3. de Orat. 86. a. Ex Pacuio. Pelagus. de Finib. 66. b

Pelignus.

C. Accius Pelignus. ad Att. 121. & in Vat. 36. b

Pelius.

Quo loco possum dicere id quod vir clarissimus M. Crassus, quum de aduentu regis Ptolemæi quereretur, paulò antè dixit, Vtinam ne in nemore Pelio. pro Cælio, 13. a

Pella, vrbs. ad Att. 42. b

Pellex.

Sed tu omnium mensarum affecla, omnium cubiculorum in ætate pellex, & idem postea adulter, omnis ordinis turpitudinis es & ciuiliis belli memoria. in Sallust. 13. a

Ab hac indole iam illa matura, Vxor generi, nouerca filii, filia matris pellex, tibi iucundior atque obsequetior, quam parenti par est. Sallust. in Ciceronem, 1. a

Pellicatus.

Dionysius ab vxore est propter pellicatus suspicionem interfectus. 2. Offic. 35. a

Filia quæ non solum illo communi dolore muliebri, in eiusmodi viri iniuriis angeretur, sed nefarium matris pellicatum ferre non posset. pro Cluent. 9. a

Pelliceo.

Maiorem partem sententiarum sale tuo & lepore, & politissimis facietis pellexisti. 1. de Orat. 125. a

Animum adolescentis nondum consilio ac ratione firmatum, pellexit iis omnibus rebus, quibus illa ætas capi ac deliniri potest. pro Cluent. 9. a

Mulierem imbecilli consilii ad sese pellicere. pro Flac. 56

Pellis.

Petebant pellem inauratam arietis. Tusculan. quæstion. lib. 1. 38. vellus aureum, quod præconio poetarum est cantatissimum.

Quam tu nunquam in somnis quidem vides, nisi cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo. 1. de Natura deorum, 111. a

Cum omni totius prouinciæ pecore compulso, pellium nomine, omnem quæstum illum domesticum paternumque renouasti in Pison. 69. a

Vt non multum imperatori sub ipsis pellibus otii relinquatur. Academic. quæst. edit. 1. lib. 2. 4. καὶ μετανοῦσαν, pro castris & tentoriis, quæ olim ex pellibus fiebant.

Pellicula.

Atque ille homo eruditissimus ac Stoicus, stravit pelliculis hædinis lectulos punicanos, & exposuit vasa Samia. pro Murena, 69. a

Pello.

Cum lapidibus optimos viros foro pellis. de Aruspicum responsis, 52. b

Imago illorum me aliqua pellit? Diuinat. lib. 2. 106

Longi sermonis initium pepulisti inquam Attice, remque commouisti noua disputatione dignam, quam in aliud tempus differamus. de Clar. Orat. 165. a

Species enim vtilitatis animum pepulit eius. Offic. 3. 54

Quamquam enim nulla me ipsum priuatim pepulit insignis iniuria. ad Nigidium, lib. 4. 13. 4. a

Hæc me domo mea pellet. pro Domo sua, 85. a

Quemadmodum prima visa nos pelleret, deinde appetitio ab his pulsa sequeretur. 4. Acad. 59

Quod quum animos hominum, auresque pepulisset, vt intelligi posset, id quod casus effudisset, cecidisse iucundè, notandum certè genus, atque ipsi sibi imitandi fuerunt. in Orat. 102. a

Neque enim hæc mouere potest appetitum animi, nec vllum habet ictum quo pellat animi statum hinc non dolendi. 2. de Finib. 55. a

Pellere aliquem possessione. pro Mil. 115. b

Pellere animum & mentem. 4. Acad. 120. a

Pellere in exilium. 2. de Orat. 31. a

Mœstitiâ ex animis pellere. 1. de Finib. 35

Pellere timores. Tuscul. quæst. lib. 2. 8

Pellere vim frigorum. Offic. 2. 17

Quum equites Romani relegarentur, viri boni lapidibus è foro pellerentur. in Pis. 17. a

Si vitiosum est dicere ornate, pellatur è ciuitate eloquentia. Orat. 210. b

Quamobrem hoc deliberantium genus pellatur è medio. Offic. 3. 47

Vt pellatur mortis & religionis metus. de Finib. lib. 4. 9

Pellantur animi crebra facie. de Nat. deor. 1. 75

Dèque eo nulla ratione neque pelli, neque moueri potes. 4. Academic. 255. a

Pelli ciuitate, agro, & c. ad Att. lib. 16. 331. 2. a. Parad. 33

Pelli regno aut sedibus. 2. Offic. 115

Pulsus.

Quid ais? is qui armis perterritus, fugatus, pulsus est, non videtur esse eiectus? pro Cecin. 23. a

Thucydides scripsit libros suos, cum in exilium pulsus esset. de Legib. 189. b

Sensu pulsa natura sentit. 1. de Nat. deor. 20

Aut Telamonem pulsum patria exulantem atque egentem. Tuscul. quæst. lib. 3. 34

Nerui in fidibus pulsi. de Claris Orat. 104. a

Pulsus.

Externus & aduentitius pulsus animos dormientium commouet. Diuinat. lib. 2. 98, & 106

Neque externo pulsu. de Nat. deor. 2. 15

Inanimum est omne, quod pulsu agitur externo. 1. Tusculanarum, 45

Nulla enim species cogitari potest, nisi pulsu imaginum. 2. de Diuinat. 204. a

Intermisso impetu pulsi que remorum. 1. de Orat. 74. a

Pulso.

Naturam vehementius sæpe pulsant. de Nat. deor. 2. 45

Pueri tui modò me pulsauerunt. ad Heren. 17. b

Si quis eum pulsasset, edixit sese iudicium iniuriarum non daturum. in Verr. 122. b

Nec tamen video quomodo non vereatur ille deus beatus ne intereat, quum sine vlla intermissione pulsetur, agiturque atomorum incurfione sempiterna. 1. de Nat. deorum, 157. a

Fac imagines esse, quibus pulsentur animi. de Natura deorum, 1. 75

Videtur pendere alios ex arbore, pulsari autem alios & verberari. 7. Verr. 54. a

Vtrum igitur censemus dormientium animos per sene ipsos in somnando moueri, an, vt Democritus censet, externa & aduentitia visione pulsari? 2. de Diuinat. 179. a

Sex lictores circumstant valentissimi, & ad pulsandos, verberandosque homines exercitatissimi. 7. Verr. 111. a

Pulsatus.

Aiebant enim fore testem Senatorem, qui se pontificiis committis pulsatum à Cælio diceret. pro Cælio, 14. a

Pulsatio.

De Alexandrinorum pulsatione Puteolana, & de bonis Pallæ. pro Cælio, 16. a

Pelluceo.

Quasi pellucet ex iis, quas commemoravi, virtutibus. 2. Officiorum, 45. a

Pellucens.

Ita reconditas exquisitæque sententias mollis & pellucens vestiebat oratio. de Claris Orat. 149. a

Peloponnesus.

Nos iuueni, vt rogas, suppeditabimus, & Peloponnesum ipsam sustinebimus. 10. ad Att. 43

Elis in Peloponneso familias duas certas habet, Ianundarum vnâ, alteram Glutidarum, aruspiciæ nobilitate præstantes. 1. de Diuinat. 150. a

In Peloponneso vicit Dicæarchus. ad Att. lib. 6. 113. 4. a

Peloponnesius.

Peloponnesias ciuitates omnes maritimas esse hominis non nequam, sed etiam tuo iudicio probati, Dicæarchi tabulis credidi. ad Atticum, lib. 6. 113. 4. a

Peloponnesiacus.

Peloponnesiacum bellum. 1. Offic. 118. a

Pelops.

Pelops qui quondam socero CEnomao rege Hippodamiam raptis est nactus nuptiis. Tuscul. q. 195. b

Vel equi Pelopis illi Neptuni, qui per vndas currus suspensos rapuisse dicuntur, excipient te, & quò velis perferent. 2. Tuscul. 112

Pelopidæ.

Sed quod tu, cui licebat, pedibus es consecutus, vt ibi esses vbi nec Pelopidarum: nostri cætera, nos idem propemodum consequimur alia ratione. Curio, lib. 7. 49. Pelopidæ dicti, qui à Pelope originem duxerunt.

Ego verò iam te nec hortor, nec rogo vt domum redeas: quin hinc ipse euolare cupio, & aliquò peruenire, vbi nec Pelopidarum nomen nec facta audiam. 7. famil. 52. & 15. ad Atticum, 22

Peloris.

Illis, quibus Siciliam propinquam fuisse dicis, facilius fuerit ad Oceanum peruenire, quam ad Peloridem accedere. 7. Verrinarum, 5. a

Penarius, Vide Penus.

Penates.

Illi dii penates ac familiares mei per vos in meam domum mecum erunt restituti. pro Dom. 111

Dii patrii ac penates. pro Syll. 65. a

Nec longè absunt ab hac vi dii penates, siue à penu ducto nomine (est enim quo vescuntur homines, penus) siue ab eo, quòd penitus insident, ex quo etiam penetrales à potus vocantur. 2. de Nat. deor. 50

Vos patrii penates familiaresque. pro Dom. 242. b

In conspectu deorum penatium necare hospitem: pro Deiotaro, 146. b

Iste còtinuò vt vidit, non dubitauit illud insigne penatium, hospitaliumque deorum ex hospitali mensa tollere. 6. Verrinarum, 43. a

Deos penates à te patria reposit. in Verr. 203. b

Vniuscuiusque vestrum sedes, aras, focos, deos penates subiectos esse libidini tribunitiæ. pro Dom. 234. b

Exterminare siue eicere aliquem à suis diis penatibus. pro Sest. 23. a. pro Quint. 55. a

Pendeo.

Animi pendeo de te, & de me. Att. 259. b

Pendeo animi expectatione Corfiniensis, in qua de salute Reipub. decernitur. ad Att. lib. 8. 17

Qua tu cura sis, quod ad pacem prouinciæ, finitimarumque regionum attinet, nescio: ego quidem vehementer animi pendeo. Cælius Ciceroni, lib. 8. 5. 1. a

Suspensus & incertus obscura spe, & cæca expectatione pendeo. 2. de Legib. 68

Cæsaris amore, quem ad me perscripsit, vnice delector: promissis his quæ ostendit, non valde pendeo. ad Qu. frat. lib. 3. 21. 4. a

Comitia tamen, quando ex iis pendes, quantum facere possumus, in Ianuarium mensem protendimus. epistol. 165. b

Cuius autem spes omnis & ratio & cogitatio pendet ex for-

tuna, huic nihil potest esse certi, nihilque, quod exploratum habeat, permanfurum sibi ne vnium quidem diem. in Parad. 19

Neque pendet ex futuris, sed expectat illa, fruitur præsentibus, ab hisque vitiis quæ paulò antè collegi, abest plurimum. 1. de Finib. 95. a

Ex verbis ius non pendet, sed verba feruiunt hominum consiliis & autoritatibus. pro Cecin. 38. a

Etenim qui ex errore imperitiæ multitudinis pendet, hic in magnis viris non est habendus. 1. Offic. 93

Respublica è Bruto pendet, quæ aut nulla crit, aut ab isto feruabitur. Att. 235. b

Spe exigua extremaque pendet salus nostra. pro Flac. 3. a

Quòd si expectando & desyderando pendemus animis, cruciamur, angimur. 1. Tuscul. 152. a

Non quæro rationes eas, quæ ex coniectura pendunt, quæ disputationibus huc & illuc trahuntur. 4. Academicarum, 207. a

Incolumitati tuæ tuorumque, qui ex te pendunt, consulas. Domitio, lib. 6. 22. 5. a

Ex quo verbo Apuleia tota illa causa pèdebat. de Or. lib. 2. 59

Omnis terror, & omnis suspitionis timor ex Antonii improbitate pendebat. pro Syll. 49. a

Veruntamen inerat in illa magnitudine ætas atque habitus virginalis, sagittæ pendebant ab humero. 6. Verr. 66. a

Tandiu pepedit in arbore socius populi Romani, quam diu voluntas Apronii tulit. 5. Verr. 45

Tu, naufragio expulsi vsquam, saxi fixis asperis euisceratus latere penderes (vt ait ille) saxa spargens tabo, sanie, sanguine atro. in Pison. 34. a

Puderet me inconstantia literarum, si non ex alia leuitate penderent. epist. 155. b

Ego verò, quicquid est, tecum potius, quam animi pendeam, quum à te absum. ad Att. lib. 16. 336. 11. a

Ne diutius pendeas, palmam tulit. ad Att. lib. 4. 84. 6. a

Si prudentia extrinsecus religata pendeat, & non oriatur ex se. Tuscul. quæst. 198. b

Aliunde pendere, & extrinsecus aut bene, aut malè viuendi suspensas habere rationes. Lucio, lib. 5. 13. 2. a

Et ego animi pendere soleo, quum semel quid orsus, si traducor aliò: neque tam facile interrupta còtèxo, quam absoluo instituta. 1. de Legib. 14. a

Ostendis te pendere animi, quamnam rationem sim Cæsari allaturus profectionis meæ, tum, quum ex Italia discesserim. ad Att. lib. 11. 210. 1. a

Pendere animis expectando & desyderando. Tuscul. quæstionum, lib. 1. 79

Cantilenam totam istam ex hoc pèdere, vt quamplurimum lucrifaciant. Brutus Ciceroni, lib. 11. 32

Vt intelligas non ex æstimatione pendere crimen, sed ex coniunctione, & c. in Verrem, 191. b

Pendere ex aliquo. 6. famil. 57

Videtur alios pendere ex arbore, pulsari autem alios & verberari, porò alios in publico custodiri, destitui alios in conuiuio, condemnari alios à medico & præcone Prætoris: & c. 5. Verr. 54. a

Pendere ex coniectura dicuntur rationes, quæ ex rebus probabilibus & verisimilibus ducuntur. Academic. quæst. edit. 1. lib. 2. 106

Cui ex seipso apta sunt omnia, nec suspensa aliorum bono casu aut contrario, pendere ex alterius euentis coguntur. Tuscul. quæst. lib. 5. 27

Pendere ex futuris. de Finib. 1. 48

Pendere ex aliena leuitate. 10. famil. 41. in epist. Planci. Causas non ex personis, sed ex genere quæstionis pendere. de Orat. 121. b

Quid turpius, quam sapientem ex insipientium sermone pendere? de Finib. 75. b

Non ex verbis aptum pendere ius, sed verba seruire hominum consiliis. pro Cecin. 295. b

Pendere omnia ex vno illo videtur. 2. de Legib. 47

Nò in tabellis paucorum iudicum, sed in tabellis omnium iudicum famam nostrâ fortunamque pendere. in Pis. 78

Quidam somniauit pendere ouum ex fascia lecti sui cubicularis. de Diuinat. 136. b

Quod errare me putas, qui Rempub. putem pendere è Bruto: sic se res habet, aut nulla erit, aut ab isto, istius se uerabitur. ad Attic. lib. 14. 318. 3. a

Spe exigua extremaque pendere. pro Flac. 3. a

An ignoratis cetera illa magnifica pop. Rom. vectigalia, perleui saepe momento fortunæ, inclinatione temporis pendere: 2. de Leg. Agr. 80. a

Quis non intelligit ex vnus tui vitam pendere omnium: pro Marcel. 13

Pendens.

Causæ ex æternitate pendentes. in Topic. 30. a

Pensum.

Pensum magis in Leontino agro est exigendum, propter hanc causam, quod ipsi Leontini publicè non sanè me multum adiuuerunt. 5. Verr. 89. a

Nunc ad reliqua progrediar: meque ad meum munus pensumque reuocabo. 3. de Orat. 65. a

Pendo.

Maximas pœnas pendo temeritatis meæ, quam tu prudentiam mihi videri vis. ad Att. lib. 11. 216. 1. a

Pendimus te non ex fortuna, sed ex virtute tua. 5. fam. 49

Achæi ingentem pecuniam pendunt L. Pisoni quotannis. de Prouinc. Consul. 70. b

Ego quo nomine appellem nescio. rem vobis proponam: vos eam suo nominis pondere penditote. 6. Verr. 1. a

Ego pro aqua vectigal pendam. contra Rull. 89. b

Sunt enim quæ vendere facile possim, sed vt non vendam, vsuram pendam à quo emero. ad Attic. lib. 11. 242. 8. a

Vedius Hs. centena pendat necesse est. Att. 89. b

Pecuniam alicui quotannis pendere. de Prouinciis Consularibus, 4. a

Pendere vectigal. ad Qu. frat. lib. 1. 1. 50. a

Illos conseruari melius fuit, quam pœnas sceleris Varium pendere. 3. de Nat. deor. 117. a

Pœnas illum pependisse audiui. ad Atticum, 224. & Tuscul. quæst. lib. 2. 20

Non temere creditur, neque leui coniectura res penditur, &c. pro Rosc. Amer. 37. a

Quod si in philosophia tantum interest, quemadmodum dicat, vbi res spectatur, non verba penduntur: &c. in Oratore, 29. a

Si apud hoc cõsiliu ex opibus, non ex veritate causa pendetur, profecto nihil est iam sanctum atque syncerum in ciuitate. pro Quint. 3. a

Penso.

Pensare operis & officii id quod violatum est. Offic. 2. 100

Pensito.

Immunia commodiore cõditione sunt, quam illa quæ pensitant. 2. de Leg. Agr. 6. a

Quo tandem animo esse existimatis aut eos qui vectigalia vobis pensitant, aut eos qui exercent atque exigunt: pro Leg. Manil. 10. a

Pecunia publica ex ærario erogata, ex vectigalibus populi Romani ad emendum frumentum attributa, fueritne tibi quæstui, pensitaritne tibi binas centesimas. 5. Verr. 141. a

Pensio.

Curtam sero: cur quum altera pensio soluenda esset, non tum, cum prima: pro Rosc. Comæd. 29. a

Etenim ista tua minimè auari coniu, quam ego sine contumelia describo, nimium debet diu populo Rom. pensionem tertiam. 2. Philipp. 108. a

Teneo tamen, dum à Dolabella procuratoribus exigam primam pensionem. Lepæ, lib. 6. 51

Pensionem tertiam petet. 11. ad Att. 48

De pensione altera, oro te omni cura consydera, quid sit faciendum. ad Att. lib. 11. 212. 3. a

Sed de prima pensione antè videamus, adest. ad Att. 118. b

Hortensius verò impudenter, nihil enim debetur ei, nisi ex tertia pensione, quæ est Cal. Sext. ex qua pensione ipsa maior pars est, & ei soluta aliquanto ante diem. ad Attic. lib. 16. 332. 2. a

In pensione secunda cæci fuimus. 11. ad Att. 52

Penè.

Siqua enim priuata sunt iudicia summæ existimationis, & penè dicam capitis: tria hæc sunt, fiducia, tutelæ, societatis. pro Rosc. Comæd. 9. a

Penè dicam resperfas manus sanguine. pro Rosc. Amer. 41. a

Quid quæris? dum irrideo, penè sum factus ille. Cælio, lib. 2. 8. 5. a

Eo die acerbum habuimus Curionem, Bibulum multo iustiores, penè etiam amicum. Lentulo, lib. 1. 4. 2. a

Penè par oratori poeta multis ornandi generibus. 1. de Oratore, 36. a

Ille mihi secundum te & liberos nostros ita est, vt sit penè par. ad Qu. fratrem, lib. 3. 17. 24. a

Penelope.

Quid, quod eadem illa ars, quasi Penelope telam retexens, tollit ad extremum superiora: vtrum ea vestra, an nostra culpa est? 4. Academicarum, 168. a

Ex Mercurio & Penelopa natus Pan. 3. de Nat. deor. 39

Penes.

Serui centum dies penes accusatorem fuerunt. pro Milone, 113. b

Imperium ac Prætorium nomen penes aliquem esse. 7. Verriarum, 32. a

Locutionis emendatæ & Latinæ laus penes Cæsarem fuit. de Clar. Orat. 188. b

Penes Censorem iudicium Senatus de dignitate, maiores esse voluerunt. pro Domo sua, 100. a

Nam ita ternis tetradrachmis triticum penes Dolabellam est. 12. famil. 24. in epist. Cassii.

Quæ autem his temporibus scripsi, ἀεὶ ἰστούμενοι morem habent, in quo sermo ita inducitur cæterorum, vt penes ipsum sit principatus. ad Att. lib. 13. 276. 4. a

Imperiura quod erat penes ipsos. Postquam. 202. b

Quum omnis frumenti copia decumarum nomine penes istum esset redacta. 5. Verr. 146. a

Agri quorum adhuc penes Pompeium omne iudicium & potestas more maiorum debet esse. de Leg. Agr. 57. a

Quem penes est omnis potestas. 9. famil. 36

Sic enim intellexi, nihil aliud esse quod dubitationem afferret ei, penes quem est potestas, nisi quod vereretur ne tu illud beneficium omnino non putares. Marcello, libro 4. 7. 9. a

Eloquentia exornat eos, penes quos est. in Orat. 79. a

Penes quos laus adhuc fuit. de Cl. Orat. 139. a

Vt ne ad solarium quidem idoneus, sed penes scenam, & in eiusmodi locis exercitus sis. 4. ad Heren. 155

Cum penes te prætorium ac nomen esset. in Verr. 243. b

Si putabit posse omnia penes vnum authorem consistere. epist. 155. b. & 4. ad Heren. 145. Id est, omnia penes vnum reperiret.

Penetro.

Animus penetrat & diuidit omne cælum. Tusc. q. 157. b

Nulla res magis penetrat in animos, eoque fingit, format, fleat. de Clar. Orat. 74. a. De actione.

Non ipse ad eorum vrbes, sedesque penetrauit. de Prouinc. Consul. 25. a

Ratio hominis in cælum vsque penetrauit. de Natura deorum, 57. b

Cum Romulus hæc ipsa in templa penetrauit. de Somnio Scipionis, 26. a

Qui si permanet incorruptus, sui que similis, necesse est ita feratur, vt penetret & diuidat omne cælum hoc, in quo nubes, imbres, ventique coguntur. 1. Tuscul. 36

Cupere debemus, quo minus manuum nostrarum tela peruenierint, eodem gloriam famamque penetrare. pro Archia, 190. b

Vt nulla acies humani ingenii tanta sit, quæ penetrare in cælum, terram intrare possit. 4. Acad. 219. a

In portum penetrare. 7. Verr. 76. a

Definendo verbo penetrare ad sensum opinionemque iudicis. in Partit. 68. a

Abreptamque ex eo loco virginè secum asportasse, & subito

non longè à Syracusis penetraffe sub terras. 6. Verr. 96. a

De raptu Proserpinæ.

Penetrans.

Antonio in Galliam penetranti D. se Brutus obiecit. in Antonium, 250. b

Has igitur ob causas nata astra sunt, quæ per cælum penetrantia, solstitiali se & brumali reuocatione conuerterent. de Vniuers. 43. a

Penetrales.

Penetrales dii. 2. de Nat. deor. 50

Abditi ac penetrales foci. de Arusp. resp. 53. a

Penis, Penicillus, vel Peniculus.

Peni dediti adolescentes. 9. famil. 52

Caudam antiqui penem vocabant, ex quo est propter similitudinem peniculus: at hodie penis est in obscœnis. Pæto, lib. 9. 52

Pictor vidit obuoluendum caput Agamemnonis esse, quoniam summum illum luctum penicillo non possit imitari. in Orat. 41. a

Mihi date Britanniam, quam pingam coloribus tuis penicillo meo. 2. ad Qu. frat. 33

Penitus.

Abditum penitus aurum, ferrum, æs, argentum effodere. 2. Offic. 17. a

Abrafa penitus supercilia. pro Rosc. Comæd. 11. a

Natura in profundo veritatem, vt ait Democritus, penitus abstrusit. Acad. quæst. 9. b

Sensim hanc consuetudinem & disciplinam iam antea minuebamus, post verò Scyllæ victoriâ penitus amisimus. 2. Offic. 37. a

Totam enim Rempub. tenebat, penitusque cognorat. de Cl. Orat. 92. a

Artem cognititæ penitusque perspectis rebus contineri. de Orat. 92. b

Legiones penitus in Lusitania in hybernis collocaram. epistolarum, 165. b

Eum tibi penitus commendo atque trado. ad Thermum, lib. 13. 54. 1. a

Comprehendere penitus animo omnes virtutes. pro Corn. Balbo, 1. a

Conuellere penitus iudicio aliquo Rempublicam. de Claris Oratorib. 50. a

Quod mihi sui cognoscendi penitus etiam istam facultatem dedit. ad Att. lib. 7. 117. 2. a

Qui & sui quæstus causa, & fortasse quod fociorum interesse arbitrabatur, bene penitus in istius familiaritatem sese dedit. 4. Verr. 122. a

Vitia in aliquo penitus defixa atque hæretia. de Aruspicum respon. 157. b

Videamus terrane penitus defixa sit. Acad. q. 31. b

Demittere se penitus in aliquam causam. ad Att. li. 7. 131. 3. a

Diffidere penitus Reipublicæ rationes à te collectæ vebant. Luceio, lib. 5. 13. 6. a

Res penitus ex causa efflorescere. de Orat. 138. b

Et honestum ipsum quasi virtutis lumen extinxeris, & virtutem penitus euerteris. 3. de Finib. 16. a

Opus multorum operis penitus excisum. in Verr. 249. b

Habere aliquam rem penitus cognitam. de Finib. 150. b

Sed penitus ex intima philosophia hauriendam iuris disciplinam putas: 1. de Legib. 24. a

Inclusum penitus in venis atque visceribus Reipub. periculum. 1. in Catil. 23. a

Dii penates dicti, eò quod penitus infident. 2. de Nat. deorum, 98. a

Infedit penitus hæc opinio. Luceio, lib. 5. 13. 3. a

Si tibi penitus infedit ista suspicio. pro Mil. 114. b

Institutum penitus odium. 2. de Leg. Agr. 28. a

Euellam ex animis hominum tantam opinionem, tam penitus insitam, tam vetustam: pro Cluent. 2. a

Explicari mihi tuum consilium volo, vt penitus intelligam. ad Attic. 118. b

Intrare penitus in familiaritatem alicuius. ad Quint. frat. lib. 1. 1. 21. a

Mandare penitus animo & menti aliquid. 1. in Catil. 19. a

Noscere penitus aliquem. Cælio, lib. 2. 15. 3. a

Ob eamque causam multi seipfos penitus perdiderunt. 1. de Finib. 76. a

Omnes animorum motus, quos hominum generi natura tribuit, penitus pernoscendi. 1. de Orat. 9. a

Penitus perspectæ planæque cognitæ res. 1. de Orat. 54. a

Penitus in eam ipsam huius studii disputationem intimam peruenistis. de Orat. 92. b

Tamen te penitus rogo, ne, &c. epist. 259. b

Quas isti penitus abstrusas insidias seposuisse arbitrantur contra Cn. Pompeii dignitatem. 2. de Leg. Agr. 54. a

Euhemerus religionem penitus sustulit. 1. de Nat. deo. 163. a

Tibi nos vt antea magna ex parte, sic nunc penitus, totosque tradimus. Tusc. quæst. 229. b

Nondum penitus in Repub. versabar. pro Syll. 8. a

Penna.

Pennarumque contextu corpori tegumenta faciebat. 5. de Finib. 57. a. Ex Accio.

Pennarum effugia habent quædam animantes. 2. de Natura deorum, 90

Iidem in quâ illi, quos tu ne quidem ignoras, qui mihi pennas inciderant, noluit easdem renasci. ad Att. lib. 4. 71. 9. a

E quibus pullos quum excluderint, ita tumentur, vt & pennis foueant, ne frigore lædantur. 2. de Nat. deor. 98

Secat pennis geminis aera auis. in Arat. 5. a

Pennula.

Quum autem pulli pennulis vt possunt, tum volatus eorum matres prosequuntur. 2. de Nat. deor. 195. a

Pennatus.

Hic Iouis altisoni subito pennata fatelles. de Diuinat. 102. & in Arat. b

Penniger.

Erant autem animantium genera quatuor, quorum vnum diuinum atque cæleste, alterum pennigerum & aerium, tertium terrestre, quartum diuinæ animationis maxime speciem faciebat ex igne, ita vt splendidissimus esset, & aspectu pulcherrimus. de Vniuers. 43

In pennigero corpore tela exercere. 7. famil. 57

Penula.

Hermæ tui Pentelici, cum capitibus æneis, de quibus ad me scripsisti, iam nunc admodum delectant. 1. ad Att. 15

Penula.

Milo de rheda reiecta penula desiluit. pro Mil. 21. a

Mulioniam penulam arripuit, cum qua primum Romam ad comitia venerat: messoria se corbe cotexit. pro Sest. 70

Horum penulam ego vix attingi, & tamen remanserunt. 13. ad Atticum, 46

Sed ego, inquiens, ita egi, vt non scinderem penulam. ad Atticum, lib. 12. 288. 3. a

Quid minus promptum ad pugnam, quum penula irretitus, rheda impeditus, vxore penè constrictus esset: pro Milone, 40

Penulatus.

Cum hic insidiator, qui iter illud ad cædè faciendam apparatusset, cum vxore veheretur in rheda penulatus, &c. pro Mil. 20. a

Penus.

Penus, est omne quo vescuntur homines. 2. de Nat. deor. 50

Penarius.

Itaque ille M. Cato sapiens cellam penariam Reipubl. nostræ, nutricem plebis Romanæ, Siciliam nominauit. 4. Verriarum, 4. a

Penuria.

Penuria aratorum. 5. Verr. 107. a

Augebat etiam molestiam, quod magna sapietium ciuium, bonorumque penuria, vir egregius, coniunctissimisque mecum consiliorum omnium societate, alienissimo Reipub. tempore extinctus, &c. de Clar. Orat. 2. a

Facultates autem consyderantur, quum aliquod pecuniarum præmium postulat, in quo vtrum copiane sit agri, vectigalium, pecuniarum, an penuria, consyderatur. 2. de Inuentione, 107. a

Sunt igitur constantes eligendi amici, cuius generis magna penuria est. de Amic. 55
 Ne diutius in tanta penuria virorum fortium talem imperatorem ignorare possitis. 7. Verr. 20. a
Per.
 Respublica per adolescentes labefactata. de Senect. 81. b
 Nam quum antea per ætatem nondum huius auctoritatem loci contingere auderem. pro Leg. Manil. 1. a
 Nullam partem per ætatem sanæ & saluæ Reipub. gustare potuisti. Planco, lib. 13. 51
 Ille tibi loco filii per ætatem esse potest. pro Dom. 220. b
 Qui per ætatem & negotium possunt. de Petitione Consulatus, 210. b
 Factus es eius filius contra fas, cuius per ætatem pater esse potuisti. pro Dom. 220. b
 Per aliquem accusari. pro Syll. 47. Id est, alicuius nomine. Agere aliquid per aliquem. epist. 42. b
 Comparare insidias alicui per aliquem. pro Cluent. 27. b
 Venenum datum alicui per aliquem. pro Cluent. 53. b
 Per aliquem decidere. pro Quintio, 9. Id est, alicuius interuentu.
 Licere per aliquos gloriari aliquem se, &c. de Prouinc. Consularib. 78. b
 Per alium transigam, recede de medio. pro Rosc. Amer. 66. a
 Vlcisci iniurias suas per alium. in Verr. 58. b
 Cùm meam domum refertam viris bonis per amicos suos completerent. pro Dom. 224. b
 Quam prouinciam tenuisti è prædonibus liberâ per hosce annos? pro Lege Manil. 22. a
 Hunc per annos decem aliuus contra nos. Att. 104. b
 Vos aliquot iam per annos conceptam huic ordini turpitudinem atque infamiam delere potestis. 2. Verr. 30. a
 Per tot annos Repub. deuexata. epist. 145. b
 Tenuisti prouinciam per decem annos, non tibi à Senatu, sed à te ipso per vim & factionem datos. Att. 108. b
 Vtrunque incredibile est, & Roscium quicquam per auaritiam appetisse, & Fanium quicquam per se bonitate amississe. pro Rosc. Comædo, 12. a
 Nunc per auspicia longam moram video. Att. 171. b
 Per beneficium & gratiam aliquid aliquibus concedere. 5. Verrinarum, 165
 Cato inuisus, quasi per beneficium Cyprum relegatur, alter eicitur per honorem turpissimum, alter per honestissimam calamitatem. pro Dom. 206. b
 Ante pedes Prætoris in foro expensum est auri pondo centum, paulo minus per Sex. Cassium, &c. pro Flac. 160. b
 Sed quasi per caliginem perstrinxerat aciem animi Bruti salus. 12. Philipp. 310
 Quæ sacra per summam castimoniam virorum ac mulierum erant, eadem per istius stuprum ac flagitium esse violata. 6. Verr. 91. a
 Nec Pompeii gratiam mihi per hanc causam conciliari puto. pro Pomp. 49. a
 Per cinerem alicuius mortui, per nomen propinquitatis, per coniugem ipsius & liberos aliquem obsecrare vt aliquando misericordiam capiat. pro Quint. 65. a
 Quos quia seruare per compositionem volebat, ipse ab his interemptus est. pro Rosc. Amer. 20. a
 Per culpam venire in necessitatem. ad Heren. lib. 2. 56. a
 Vtrum malit, ceruices Roscio dare, an insutus in culeum supplicium paricidarum, per summum dedecus vitam amittere? pro Rosc. Amer. 18. a
 Sit tibi omnia mea tradidi, per deos immortales, quæ est ista crudelitas? pro S. Rosc. 43. b
 Et tu per deos, inquit, hunc amplectare. ad Heren. 40. b
 Per plures deos iurare. pro Rab. 128. b
 Quæ, per deos immortales, nonne miraris? 3. de Finib. 111. a
 Quid est enim per deos optabilius sapientia? Offic. 33. b
 Sed propera per deos, scis quântum sit in temporibus, quantum in celeritate. Bruto, 15. 18. a
 Hoc per ipsos deos quale tandem est? de Nat. d. 21. b
 Hæc imitamini per deos immortales, qui gloriam quæritis. pro Sest. 24. b

Per deos immortales Iudices vos quæretis? &c. pro Flacco, 147. b
 Subueni igitur per deos, idque quamprimum tibi persuade. Bruto, 14. 4. a
 Quisnam per deos immortales tuebitur P. Scipionis mortui memoriam? in Verr. 218. b
 Ac per eos dies, quum iste cum pallio purpureo, talarique tunica versaretur in conuiuus muliebribus, non offendebantur homines in eo, &c. 7. Verr. 26
 Vtique eius rei causa per dies comitiales Senatam haberet. epistol. 117. b
 Neque tamen dubito, quin per dies matutina tempora lectiunculis consumpseris. epist. 94. b
 Nulla enim abs te per hos dies epistola inanis aliqua re vtili & suauiter venerat. ad Att. lib. 2. 23. 1. a
 grauit insulas, atque peregrinata tota Asia est, vt se exter-
 nis oblineret moribus. de Clar. 25. a
 Tamen diutius quam vellem, tanta vis virtutis atque inge-
 nii peregrinata abfuit ab oculis & fori & curiæ. 4. Acad.
 quaest. 7. a
Peregrinans.
 Nos in vrbe nostra peregrinantes errantesque tanquam ho-
 spites, tui libri quasi domum deduxerunt. Acad. quaest.
 edit. 2. lib. 1. 7
 Quam omnibus peregrinantibus gratum sit, minimarum
 quoque rerum quæ domi gerantur, fieri certiores. 8. fam.
 1. in epist. Cælii.
Peregrinatio.
 Peregrinatio itinerum. 2. Philip. 70
 At quam nobilis est tua illa peregrinatio. 2. Philip. 100
 Peregrinatio omnis obscura & sordida est iis, quorum in-
 dustria Romæ potest illustris esse. 2. fam. 22
 Curabo vt eius peregrinationis tibi opus extet. ad Att. 25. b
 Veruntamen videbare mihi tempora peregrinationis com-
 modius posse distribuere. ad Att. lib. 2. 16. 7. a
 Hæc fuga quam tu peregrinationem *κατακλιση* appellas.
 ad Att. 145. b
 Iam verò exilium, si rerum naturam, non ignominiam no-
 minis querimus, quãtum demum à perpetua peregrina-
 tione differt. 5. Tusc. q. 150. a
 In peregrinatione perpetua nobilissimi philosophi ætates
 suas consumpserunt. Tusc. q. lib. 5. 77
 In peregrinatione omne tempus consumere. ad Attic. lib.
 16. 335. 4. a
 Non me hercle in hac mea peregrinatione quicquam liben-
 tius facio, quam scribo ad te. Cassius ad Cic. lib. 15. 19. 1. a
 In hac autem peregrinatione militiæ nostræ, sæpe incen-
 sum ira vidi, sæpe placatum. ad Attic. lib. 6. 113. 2. a
 Cursu & peregrinatione latantur turtures. 2. de Fin. 175. a
 Peregrinationes rusticationesque communes. de Amic. 85. a
Peregrinator.
 Mehercule non tam sum peregrinator iam, quam solebam.
 6. famil. 51
Peregrinitas.
 Infusa est in vrbes nostras peregrinitas. 9. fam. 32
Peregre.
 Lucius quidem frater eius, vt pote qui peregrè depugnauit,
 familiam ducit. 5. Philip. 186. a
 Peregrè rediens semper cogitat,
 Aut filii peccatum, aut vxoris mortem, aut morbum fi-
 lia. Tusc. q. lib. 3. 27
Perelegans.
 Genus est perelegans, & cum grauitate falsum. 2. de Ora-
 tore, 150. a
 Et quoniam tua fuit perelegans ac persubtilis oratio, digna
 Equitis Rom. vel studio vel pudore. pro Planc. 47. a
Pereleganter.
 Quæ quidem omnia cum peritè & scienter, tum ita bre-
 uiter & pressè & satis ornate & pereleganter diceret, & c.
 de clar. Orat. 101. a
Pereloquens.
 C. autem Lentulus Marcellinus, nec vnquam indifertus, &

in Consulatu pereloquens visus est, non tardus senten-
 tiis, non inops verbis, voce canora, factus satis. de clar.
 Orat. 133. a
Perendie.
 Hodie, cras, perendie. epist. 263. b
 Scies igitur fortasse cras, summum perendie. ad Attic. lib.
 12. 257. 5. a
 Vt spero perendie. ad Att. 214. b
Perendinus.
 Dies tertius an perendinus. pro Muren. 24
Perennis.
 Hic me meus in Remp. animus pristinus ac perennis, cum
 C. Cæsare reducit, reconciliat, restituit in gratiam. de pro.
 Consul. 18. a
 Ille perennis inimicus amicorum suorum. epist. lib. 1. 30
 Perennis & profluens loquacitas. 3. de Orat. 103. a
 Continuata motio & perennis. Tusc. 153. b
 Sermo nunquam de vilo perennis fuit. de Som. Scip. 27
 Perenne auspiciam. de Nat. d. 27. b
 Perenne ac proprium aliquid manere. Post reditum in Se-
 natu. 7. a
 Si illud de duobus Còsulibus perenne ac proprium mane-
 re potuisset. Postquam. 206. b
 Tarda ac sera nimis, sed fama & laude perenni. 2. de Diui-
 nat. 98. a
 Ab hac perenni contestataque virtute maiorum non dege-
 neravit L. Flaccus. pro Flac. 19
 Aquæ perennes. 6. Verr. 95. a
 Perennes & perpetui cursus stellarum. 2. de Nat. d. 79. a
 Itaque maximæ Reip. partes, in iis bella, quibus Reip. salus
 continetur, nullis auspiciis administrantur, nulla peren-
 nia seruantur. de Nat. d. 27
 Contine te in tuis perennibus studiis. in Bruto, 186. a
Perennitas.
 Adde huc fontium gelidas perennitates, liquores perluci-
 dos amnium, & c. 2. de Nat. d. 72
Pereo.
 Meo vitio pereo. ad Att. lib. 11. 217. 2. a
 Id, si putas me posse sanari, cures velim: sin perii planè, mi-
 nus laboro. ad Att. lib. 3. 52. 2. a
 Varius summo cruciatu perierit. de Nat. lib. 3. 117. a
 Scipio & Afranius fœdè perierunt. epist. 121. b
 Liberalia tu accusas: quid fieri tum potuit: iam pridem pe-
 ricramus. ad Att. 226. b
 Pereram nisi sollicitus sum, ac malo veterè & clemètem do-
 minum habere, quam nouum & crudelem experiri. Cas-
 sius ad Ciceronem, lib. 15. 49
 Si frantum momorderis, peream si te omnes quot sunt, co-
 conantem loqui ferre potuerint. Brutus ad Ciceronem,
 lib. 11. 38
 Ne opera & oleum philologiæ nostræ perierit. ad Attic. lib.
 2. 31. 2. a
 Perire cum ignominia & dedecore. Diuin. lib. 2. 17
 Perire naufragio. Tusc. q. lib. 1. 95
 Pecuniam tantam populi Romani tam breui tempore pe-
 rire potuisse, portentis simile videtur. 5. Philip. 171. a
 Vt & publicanis satisfacias, ac socios perire non sinas. Q.
 frat. 296. b
 Perisse causam clamaſti. 14. ad Attic. 13
 Perisse me totum non arbitror, si fratrem incolumem
 relinquo. 3. ad Att. 19
Pereruditus.
 Sed vereor, ne lepore suo detineat diutius Prætor Clodius,
 & homo pereruditus, vt aiunt, & nunc quidem deditus
 Græcis literis Pituanios. ad Att. lib. 4. 35
Perexiguus.
 Aut nulla, aut perexigua pars. ad Q. fra. lib. 1. 1. 7. a
 Itaque quum ego diem in Siciliam inquirendi perexiguam
 postulauissem, inuenit iste qui sibi in Achaiam biduo bre-
 uiozem diem postularet. 2. Verr. 4. a
 Solicitabar rebus maximis, vno atque eo perexiguo tempo-
 re. 2. Verr. 15. a
 Quæ bona corporis & fortunæ putantur, perexigua & mi-

nuta videantur. 2. Tusc. 54. a
 Perexiguè. ad Att. 251. b
Perexpeditus.
 Sed hæc quidem est perfacilis & perexpedita defensio. 3. de
 Finib. 57. a
Perfacetus.
 Et quia (vt fit in multis) erit aliquando aliquid, si non per-
 facetum, attamen fortasse non rusticum: quod quisque
 dixit, me id dixisse dicunt. pro Planc. 28. a
 Atque eundem, & vehementem, & valde dulcem, & perfa-
 cetum fuisse dicebat. de Clar. 54. a
Perfacete.
 Neque enim perfacete dicta, neque porrò hac seueritate di-
 gna sunt. 3. Verr. 85. a
Perfacilis.
 Perfacilis. de Orat. 92. & Orat. 208. b
 Perfacilis cognitu. 4. Tusc. q. 11. a
 Perfacilis defensio. 3. de Fin. 56
 Nam sententias interpretari perfacile est. 2. de Leg. 29. a
Perfacile.
 Demonstrant, & c. perfacile hunc hominem incautum & ru-
 sticum, & Romæ ignotum, de medio tolli posse. pro Rosc.
 Amer. 12. a
 In educando perfacile appareat aliud quiddam his propo-
 situm, non voluptatem. 2. de Fin. 175. a
 Video enim Curules magistratus eum legitimis annis per-
 facile cepisse. ad Attic. lib. 13. 287. 3. a
 Perfacile sese Sicilia tuebatur, ne quod in ipsa bellū posset
 existere. 7. Verr. 7. a
 Perfacile verò apud istiusmodi Prætorem, & c. 3. Verr. 109. a
Perfamiliaris.
 Perfamiliaris. de Fin. 147. b
 Perfamiliaris meus. 13. fam. 72
 M. Gratius M. Antonii perfamiliaris. de clar. Orat. 87. a
 Ipse est enim veterator magnus & perfamiliaris Philisto. ad
 Q. frat. lib. 2. 15. 4. a
 Vident perfamiliarem Næuii qui ex Gallia pueros vnales
 isti adducebat, L. Publicium. pro Quintio, 12
**Perfecte, Perfectio, Perfector, Per-
 fectus, vide Perficio.**
Perfero.
 Ac mihi quidem non ita molesti sunt, facile omnes perpe-
 tior & perfero. 2. de Orat. 43. a
 Pertuli crudelitatem inimicorum. pro Sest. 128. a
 Pertuli pœnarum satis. pro Sestio, 128. a
 Et Atticus ad me sermonem tuum pertulit. Epist. 182. b
 Non solum animum ac verba pertulit. ad Cornificium, lib.
 12. 29. 7. a
 Itaque hæc ludices, quæ pati nullo modo potuerunt, non
 pertulerunt. 5. Verr. 196. a
 Sin à vobis (id quod non spero) deserar, tamen animo non
 deficiam: & id quod suscepi, quoad potero, perferam. pro
 Rosc. Amer. 6. a
 Expectas fortasse dum dicat, patietur, perferet, nõ succum-
 bet, & c. Tusc. q. 178. b
 Fortasse tibi molestus sum, qui hæc prædicem de me, per-
 fer, si me amas. Att. 82. b
 Perferto, & vltima expectato. 7. fam. 32
 Hæc quum ad me frater pertulisset, collegi ipse me, & c. e-
 pist. 11. b
 Quamobrem hortor omnes qui facere id possunt, vt huius
 quoque generis laudem iam languenti Græciæ eripiant,
 & perferant hanc vrbes. 2. Tusc. q. 7. a
 Si Curio legem pertulerit. ad Att. lib. 6. 112. 5. a
 Perferre omnem cruciatum. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 24
 Perferre custodiam. pro Rab. Posth. 24
 Perferre curas, sollicitudines, vigilias. de Fin. 55. & 6. fa. 55
 Dolorem perferre. 1. de Fin. 52. a. pro Cluen. 134. a
 Perferre multa graui dictu, perperu aspera. Tusc. quaest.
 lib. 2. 15. & 16
 Perferre ignominiam. Tusc. q. lib. 2. 12
 Perferre impetum in aliquem. pro Dom. sua, 234. b
 Perferre legem. Att. 18. b

Perferre plagas. Tusc. q. lib. 2. 36
Perferre promulgatum. pro Dom. 208. b
Pruinas ac niues perferre. 2. in Catil. 43. a
Perferre regnum. 1. Philip. 2
Syllanus ager à certis hominibus latissime continuatus, tam tam habet inuidiam, ut veri ac fortis Tribunus plebis stridorem vnum perferre non possit. de leg. Agra. 71. a
Supplicium pro meritis perferre. ad Att. lib. 8. 159. 10. a
Perferre turpitudinem. Tusc. quaest. lib. 2. 12
Quæ pertulisse illum ad te existimo. 9. fam. 3. Id est, tibi retulisse, vel renuntiasse.
Scriptisque ad Cæsarem, Vibulium Cæsaris mandata de mea mansione ad Pompeium pertulisse. ad Quint. frat. lib. 3. 17. 23. a
Et literis multorum, & sermone omnium perfertur ad me, incredibilem tuam virtutem & fortitudinem esse. Terentia, lib. 14. 1
Amor autem eius erga nos perfertur omnium nuntiis singularis. ad Q. fra. lib. 2. 28
Iam verò quemadmodum milites hybernent, quotidie sermones ac literæ perferuntur. pro leg. Manil. 27. a
In his enim sum locis, quò & propter longinquitatem, & propter atrocitatem, tardissime omnia perferuntur. ad Cæcium, lib. 2. 8. 1. a
Has quamprimum ad te perferri literas magnopere vellemus. Curioni, lib. 2. 5. 2. a
Tamen existimaui à me quoque tibi huius molestiæ nuntium perferri oportere. ad Q. frat. lib. 1. 1. 1. a
Nostras enim res in actis perferri ad te certò scio: tuas autem ignoramus. ad Cassium, lib. 12. 9. 1. a
Pompeius verò ad voluntatem perferendæ legis incuberat. ad Att. lib. 1. 14. 5. a
Nunc etsi omnia ut scripta esse à tuis arbitror, aut etiã nuntiis ac rumore perlata, tamen, ea inscribam breui, quæ, &c. ad Att. lib. 4. 70. 4. a
Perferens.
Horum igitur exprimere mores oratione, iustos, integros, religiosos, timidos, perferentes iniuriarum, mirum quiddam valet, &c. 2. de Orat. 98. a
Perficio.
Demosthenes multa perficit, nos multa conamur: ille potest, nos volumus, &c. de Clar. 206. b
Id nos fortasse non perficimus, conati quidem sumus. Orat. 217. b
Ego interea admonitu tuo perfeci sanè argutos libros ad Varronem. Att. 208. b
Quod enim vehementer mihi vtile esse putabas, nec inutile ipsi Cæsari, perfecisti, ut ille me diligeret, coleret, haberet in suis. ad Matium, lib. 11. 27. 5. a
Callidè enim qui illa cõposuit perfecit, ut quodcunque accidisset, prædictum videretur, hominum & tẽporum definitione sublata. 2. de Diuin. 166. a
Antea laude dignissimi ducebantur, qui hæc perfecerunt: nunc scelerati dicuntur, qui hæc administrarunt. Antequam. 197. b
Perficiam, ne te frustra scripsisse arbitrẽ. 5. fam. 50
Perficiet ut ego ista innumerabilia complectens, nunquam labar, nihil opiner. 4. Acad. q. 204. a
Perficiam profectò ut neque Resp. cuius à me animum, neque tu amici desyderes. ad Attic. lib. 8. 159. 12. a
Quod assequar profectò, si instituta perfecero. 2. de Diuinatione, 4
Perficere aliquid contra vim & ferrum. Post reditum in Senatu, 19
Cogitata perficere. pro Deiot. 13. a
Perficere, & inchoatum relinquere, contraria. 1. familiar. 42. & 43
Vides profectò illum multa perficere, nos multa conari: illum posse, nos velle: quocunque modo causa postulet, dicere. in Orat. 56. a
Onus & munus perficere. Cecinna Cicer. lib. 6. 7. 16. a
Poema institutum perficere. Q. fra. lib. 3. 24. 4. a
Scelus perficere. pro Cluent. 153. a

Sic in omni natura ac multò etiam magis necesse est absolui aliquid ac perfici. 2. de Nat. deo. 50. a
Perficiendi & occultandi maleficii spes. pro Cæl. 42. & 2. ad Heren. 37
Nam res nostras gestas attingit hic versibus, & inchoauit, quibus auditis cum ad perficiendum sum hortatus. pro Archia, 191. b
Itaque eos ad perficiendum scelus furia quædam incitarunt. pro Syl. 181. b. pro Cluent. 58. b
Ista nobis ad pridie Calendarum tractanda & perficienda sunt. At. 232. b
Ea enim prædicant, quæ naturæ necessitas perfectura est. de Diuin. 112. b
Perfectus.
Perfectus & absolutus. de Inuent. 54. b
Perfectus, completusque verborum ambitus. in Orat. 96. a
Concinnus, perfectus, politus ad persuadendum homo. in Pisonem, 47
Perfectus in dicendo homo & perpolitus. 1. de Orat. 31. a
Summus atque perfectus Imperator. pro Pomp. 11. b
Vterque in suo genere perfectus. de Orat. 144. b
Rutilius penè perfectus in Stoicis. de Clar. 174. b
Literis Græcis perfectus Memmius. de Clar. 133. a
Perfectus mundus, & ex perfectis partibus. de Vniu. 22
Homo non perfectus, nec sapiens. Offic. 10. b
Orator in omni genere sermonis atque humanitatis perfectus. 1. de Orat. 19. a
Tria genera nobis reliqua sunt, eaq; mortalia, quibus prætermittis, cæli absolutio perfecta non erit. de Vniu. 58. a
Expleta & perfecta forma honestatis. 2. de Fin. 79. a
Athenis summa dicendi laus & inuenta est & perfecta. de Orat. 86. b
Quorum tamen ipsorum ad ætatem laus eloquentiæ perfecta nondum erat. de Clar. 196. b
Hic igitur si est excultus, & si eius acies ita curata est, ut nec cætur erroribus, sit perfecta mens, id est absoluta ratio, quod est idem virtus. 5. Tusc. q. 56. a. De animo humano.
Ratio quum adoleuit atque perfecta est, nominatur ritè sapientia. de Leg. 160. b
Plena & perfecta sententia. 4. de Fin. 60. a
Perfecta cumulataque virtus. pro Sestio, 75. a
Quod perfectum atque absolutum est, & ut Stoici dicunt, omnes numeros habet. Offic. 55. b
Nihil in vita vidit calamitatis A. Cluentius, nullum periculum mortis adiit, nihil mali timuit, quod non totum à matre esset conflatum & perfectum. pro Cluent. 12. a
Perfectum & plenum. Orat. 97. b
Aptum vndique, perfectum, expletumque omnibus suis partibus & numeris. 2. de Nat. d. 27
Neque enim dici potest in nulla rerum institutione esse aliquid extremum atque perfectum. 2. de Nat. d. 49. a
Operâ mirabili & clarissimis gemmis perfectum candellabrum. 6. Verr. 55. a
Inuentum simul & perfectum nihil est. de Clar. 35. a
Eo die nihil perfectum est. Q. fra. 308. b
Omnia præclara, rara, nec quicquam difficilius est, quam reperire quod sit omni ex parte in suo genere perfectum. de Amic. 67
Perfectum omni ratione. de Pet. Conf. 37
Vnum est genus perfecti, à quo qui absumt, non genere differunt, ut ab Accio Terentius, sed in eodem non sunt pares. Orat. 142
Virtutis perfectæ qui perfectò functus est munere, non parum diu vixit. 1. Tusc. 176. a
Sol Democrito magnus videtur, quippe homini erudito, in geometriâque perfectò. 1. de Finib. 31. a
Plenum atque perfectum oratorem esse cum dicam, qui de omnibus rebus possit variè, copiosèque dicere. 1. de Oratore, 31. a
Statuisti oratorem in omni genere sermonis atque humanitatis esse perfectum. de Orat. 88. & 91. b
Tametsi ipsam exactionem mente, non lingua perfectam videmus. de Orat. 88. b

Videbam Italici belli historiam iam penè à te esse perfectã. epist. 67. b
Ut vnum opus totum atque perfectum ex omnibus totis atque perfectis absolueretur. de Vniu. 197. b
Ad perfectum est tua res. 3. ad Q. fra. 20
Nam quum statuerem nihil huc nisi perfectum ingenio, elaboratum industria afferri oportere, &c. pro lege Manilia, 1. a
Ac primùm illud, & si cupidissime expetitum à me sit, & approbatum à te, ne diutius anno in prouincia essem, tamè non est nostra contentione perfectum. Att. 101. b
Quum autem anno post è Sicilia me recepissim, iam videbatur illud in me, quicquid esset, esse perfectum, & habere maturitatem quandam suam. de Clar. 177. a
Perfectum iam esse de te. 6. fam. 40. Id est, tuum negotium esse confectum.
Natura in suo quodque genere perfectum esse voluit. Tusc. q. quaest. 235. b
Omnino spero paucis mēsis opus Diphili perfectum fore. Q. fra. 318. b
Socratem illum solitum aiunt dicere, perfectum sibi opus esse, si quis, &c. de Orat. 102. b
Volo enim hoc commentariolum petitionis haberi omni genere perfectum. de Pet. Conf. 214. b
Perfectum ingenio, elaboratum industria. pro Pomp. 4. b
Eruditione perfecta & ingenio præstanti ad hæc opus est. 2. de Diuin. 195. a
Et certè quòd & ingenii quædam forma lucebat, & exercitatione perfecta erat, &c. de Clar. 183. a
Quoniam nisi tu perfecta re de me non conqueisti. epistol. 2. b
Philosophi qui propè iam absoluti & perfecti videntur. de Diuin. lib. 2. 222
Quæ ut plene esset, cumulataque perfecta. Diuin. lib. 2. 2
Manus extrema non accessit operibus eius, præclara inchoata multa, perfecta non planè. de claris Oratorib. 65. a. de Graccho.
Mitto, inquam, hæc omnia, quæ ab isto per triennium perfecta sunt. in Verr. 227. b
Omniaque in omnibus, quantum in ipsis est, nulla vi impediēte perfecta sunt. Tusc. q. 235. b
A primis inchoatisque naturis ad vltimas perfectasq; procedere. de Nat. d. 32. b. & de Clar. 175. b
Ad summa, atque in omni genere perfecta peruenire. 1. de Orat. 65. a
Ut ea quæ per eum affecta sunt, perfecta Reip. tribuantur. de Prou. 74. b
Quoniam non viuunt cum perfectis hominibus, plenèque sapientibus, &c. Offic. 10. b
Omnia in perfectis & maturis meliora, ait Chrysippus. de Nat. deo. 2. 28
Erit enim hoc totum ex utroque perfectius. 4. Tusc. quaestio. 16. a
Summus & perfectissimus iudex. in Orat. 2. a
Perfectissima disciplina. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 16
Illud cui nihil addi possit, quo ego summum & perfectissimum iudico. Orat. 197. b
Perfekte.
Perfekte eloquentis est, non eam solùm facultatem habere, quæ sit eius propria, suscè, lateque dicendi: sed etiam viciniam eius, atque finitimam dialecticorum scientiam assumere. Orat. 61
Absoluta est perfekte omnis honestas. 4. de Fin. 31. a
Quumque duæ sint artes, quibus perfekte ratio & oratio cõpèatur, vna inueniendi, altera differendi. 4. de Fin. 16. a
Eius omnis in dicendo facultas ex historia ipsius non inelegãter scripta perspicui potest: quæ neque nimis est infans, neque perfekte deserta. de Clar. 52. a
Perfekte planèque eruditus vir. de Clar. 154. a
Nihil Roscius, nisi perfekte: nihil nisi cum summa venustate faciebat. 1. de Orat. 64. a
Imitatur nunquam perfekte veritatem casus. 1. de Diuinatione, 47. a

Perfekte & absolutè pares. Academicar. quaestionum, edit. 1. lib. 2. 52
Perfektio.
In omnibus rebus difficilis optimi perfektio atque absolutio. de Clar. 177. b
Nulla est enim vllò in genere laus orationis, cuius in nostris orationibus non sit aliqua, si non perfektio, at conatus tamen atque adumbratio. in Orat. 55. a
Perfektio in homine, in eo potissimum, quod est optimum, id est, in virtute laudatur. de Fin. 4. 31
Perfektio naturæ, virtus. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 19
Hanc ego absolutiorem perfektionemque in oratione desiderans, à qua ipse longè absum, facio impudenter. 1. de Orat. 64. a
Tantum abes à perfektionem maximorum operum, ut fundamenta quæ cogitas, nondum ieceris. pro Marcel. 15. a
Perfektionem rationis excellit ea natura, quæ res omnes complexa teneat. de Nat. deo. 2. 22
Ea quæ proficiuntur à virtute, susceptione prima, non perfektionem recta sunt iudicanda. 3. de Finib. 51. a
Aur anteponet eam quam cum honestate ornatissimã, tum etiam ipsis initiis naturæ, & totius perfektionem vitæ locupletatam videbit. 2. de Finib. 65. a
Perfektor.
Ac stylus ille tuus, quem tu verè dixisti perfektorem dicendi esse, ac magistrum, multi sudoris est. 1. de Orat. 134. a
Huius enim operis maximi inter homines atque optimi illum esse perfektorem volo. ad Attic. lib. 8. 155. 3. a
Perfidelis.
Posthac autem ad te si perfidelem habeo cui dem, scribam omnia planè. ad Attic. lib. 2. 49
Perfidus.
Amicus perfidus. Post reditum ad Quirit. 17. a
Ergo & Pythius, & omnes aliud agentes, aliud simulant, perfidi, improbi, malitiosi sunt. 3. Offic. 79. a
Perfidia.
Perfidia & iniquitas hominum. Lent. lib. 1. 2. 10
Vtriusque vestrum perfidia in Dolabellam. 1. Philip. 85. a
Perfidia suspicionem fugere. ad Att. 128. b
Ita nonnulli dum operam suam multi existimari volunt, &c. causas dicunt incognitas, in quo est illa quidem magna offensio vel negligentia susceptis rebus: vel perfidia receptis. 2. de Orat. 56. a
Quum illius in me perfidiam increparet, auditus est magno silentio maleuolorum. ad Quint. fra. lib. 2. 7. 6. a
Perfidia & scelere violata sunt dextræ, quæ fidei testes esse solebant. 1. Philip. 291. a
Istius fide ac potius perfidia deceptus sum. pro Roscio Amer. 65. a
In tanta hominum perfidia & iniquitate. epist. 3. b
Perfidiosus.
Quòd fallax, quòd perfidiosus, quòd impudens, quòd audax esse videatur in Piso. 52
Homo improbus & perfidiosus. de Or. 136. b
Nihil in me non modò perfidiosum & insidiosum & fallax in amicitia, sed ne humile quidem, aut ieiunum debes agnoscere. Appio, lib. 3. 39
Etenim si veritate amicitia, fide societas, pietate propinquitas colitur: necesse est iste, qui amicum, socium, affinem, fama ac fortunis spoliare conatus est, vanum se & perfidiosum & impium esse fateatur. pro Quint. 13
Cur omnium perfidiosissimus C. Marius. Q. Catulum præstantissima dignitate virum, mori potuit iubere. 3. de Natura deor. 116. a
Perfidiosè.
In odium rapiemus, siquid eorum superbè, spurcè, perfidiosè, crudeliter, confidenter, malitiosè, flagitiosè factum proferemus. ad Heren. lib. 1. a
Perfibilis.
Deos enim ipsos iocandi causa induxit Epicurus perlucidos & perfibiles, & habitantes tanquam inter duos lucos, sic inter duos mundos propter metum ruinarum. 1. de Diuin. 59. a

Perflagitiosus.

Num tibi perturpe aut perflagitiosum esse videatur. pro Cælio, 39

Perfluens.

Perpetuis malis voluptatibus perfluens. de Fin. lib. 2. 96

Perfodius.

Licet impunè per me perietes in adolescentia perfoderis, vicinos compilaris. in Vatinius, 8. a

Vt si Xerxes cum tantis classibus, tantisque equestribus & pedestribus copiis, Helleponto iuncto, Athòve perfosso, maria ambulauisset, terram nauigauisset, &c. 2. de Finib. 177. a

Perfore.

Tunc mihi ille dixit quòd classe tu velles decedere, perfore accommodatum tibi, si ad illà maritimam partem prouinciarum nauibus accessissem. 3. fam. 10

Perforo.

Neque tamen dubito, quin tu ex illo cubiculo tuo, ex quo tibi Stabianum perforasti, & patefecisti Seianum, per eos dies, &c. 7. fam. 1

Perforatus.

Via quasi quædam sunt ad oculos, ad nares, ad aures, à sede animi perforata. 1. Tusc. q. 7. 4. a

Lumina duo ab animo ad oculos perforata. 3. de Natura deor. 11. a

Perfremo.

Sicut inciti atque alacres rostro perfremunt delphini. 2. de Nat. deo. 130. a

Perfrico.

Quid tergiuersamur Epicure, nec fatemur eam nos dicere voluptatem, quam tu idem, quum os perfricuisisti, soles dicere? Tusc. q. 35. Id est, verecundiam deposuisti.

Quum interea Apronius caput atque os suum vnguento perfricaret, Quid est Loli, inquit? Verr. 51. a

Perfricans.

Scriba caput sinistra manu perfricans. in Piso. 92. b

Perfrigidus.

Erat hyems summa: tempestas, vt ipsum Sopatrum dicere audistis, perfrigida: &c. 6. Verr. 77. a

Perfringo.

Perfregit ac prostravit omnia cupiditate & furore. pro Cluentio, 11. a

Polluerat stupro sanctissimas religiones, Senatus grauissima decreta perfrigerat. pro Milo. 66

Vt earum rerum vi & autoritate omnia repagula iuris, pudoris, & officii perfringeres. 7. Verr. 32. a

Et suavis sicut fuit, videri maluit, quam grauis: sed suauitate ea qua perfunderet animos, nõ qua perfringeret. de claris Orat. 18. a

Perfringere & labefactare bonorum conspirationem. 4. in Catil. 94. a

Perfringere domum & familiam. 4. ad Heren. 210

Perfringere iudiciorum religionem & veritatem. 2. in Verr. 2

Angustias omnes, omnes altitudines, omnium obiecta tela, vi & virtute perfringere. de Arusp. respon. 45

Des operam vt vno impetu perfringatur. ad Att. lib. 3. 65. 8. a

Tu non solum ob negligendas leges & quaestiones, verum etiam ad euertendas, perfringendisque valuisti. 1. in Catil. 13. a

Perfractus.

Itaque perfracto saxo sortes eruperunt. de Diuin. 126. b

Perfracte.

Ego etiam cum Catone meo sæpe dissensi, nimis mihi perfractè videbatur ærarium vectigaliaque defendere. 3. Offic. 118. a

Perfruor.

Omnisque sapientes iis gaudiis perfruuntur. 5. Tusculan. quaest. 105. a

Sequamurque eam vitam quæ rebus ipsis perfruatur. 5. de Finib. 80. a

Vt suauitate ingenii tui viui perfruamur. epist. 67. b

Hic tu qua lætitia perfrucere: quibus gaudiis exultabis? in Catil. 18. a

Authoritate testimonii alicuius, vel iudicio benevolentia, vel suauitate ingenii perfrui. Luceio, lib. 5. 12. 4. a

Authoritate rerum gestarum, gloria, & sapientia laude perfrui. de Clar. 5. a

Perfrui orio. 7. fam. 1

Pasci, delectari, perfrui aliquibus rebus. in Piso. 35. a

Ita mihi Republica salua vobiscum perfrui liceat. in Catil. 120. b

Quum enim certè nihil homini possit melius esse, quam vacare omni dolore & molestia, perfruique maximis & animi & corporis voluptatibus: &c. 1. de Finib. 87. a

Ad perfrueudas voluptates, & ad vsus vitæ necessarios expetuntur diuitia. 1. Offic. 37. a

Perfugio.

In oppidum Beroam deuum perfugisti. in Piso. 71. a

Hic locus est igitur vnus quòd perfrugiant, hic portus, hæc arx, hæc ara lociorum: quòd quidem nunc non ita confugiunt, vt antea in suis repetendis rebus solebant. 7. Verrin. 98. a

Ad imperatores perfugere. pro Corn. Balbo, 18. a

Perfugium.

Commune perfugium, domus. 4. in Cat. 74. a

Perfugium melius aut paratius. 15. ad Att. 6

Paratum nobis perfugium & portum putemus, quem vitam passis velis prouehi liceat. 1. Tusculan. quaestio. 19. 4. De morte.

Vnum perfugium Iudices, vna spes reliqua est Sex. Roscio, eademque Reipublica, vestra pristina bonitas & misericordia. pro Rosc. Amer. 89. a

Perfugium annonæ. 8. Philipp. 250

Perfugium doloris mei. 12. ad Att. 15

Laborum omnium & solitudinum perfugium somnus est. 2. de Diuin. 122. a

Perfugium & præsidium salutis Reipub. pro Rab. perduel. reo, 2. a

In meo Bruto non solum ad præsens perfugium, si (quod nolim) aduersi quid acciderit, sed etiam ad confirmationem perpetuæ libertatis. Cassio, lib. 12. 8. 2. a

Spero hunc locum eius fortunæ miseræ atque iactatæ portum ac perfugium futurum. pro Cluent. 4. a

Tota domus quæ spectat in nos solos, neque aliud potest habere perfugium. Offic. 12. b

Num tibi insultare in calamitate, num intercludere perfugium fortunæ, num casus bellicos exprobrare, aut obicere videor? 7. Verr. 103. a

Perfugium ac solatium aduersis hæc studia præbent. pro Archia, 12. a

Excludere aliquem à portu & perfugio. Luceio, lib. 5. 15. 6. a

Nolite per deos immortales cogere locios atque exteras nationes hoc vt perfugio, quo tibi vtendum censeo, litera lis nostris. a

Postremo illo desperatissimo perfugio vti posset, se imprudentem fecisse, existimasse id licere. 4. Verr. 70. a

Munite communem arcem bonorum, obstruite perfugia improborum. pro Sylla, 182. b

Perfuga.

Iste qui initio proditor fuit, deinde perfuga. pro Sex. Roscio, 38. b

Quumque de imperio certamen esset cum rege generoso ac potente, perfuga ab eo venit in castra Fabritii. 3. Offic. 115. a

Quum à Pyrrho perfuga Senatui est pollicitus se venenum regi daturum, & eum necaturum, Senatus & C. Fabritius perfugam Pyrrho dedit. 1. Offic. 63. a

Cur de perfugis nostris copias comparant contra nos? in Orat. 130. a

Perfundo.

Dii immortales qui me horror perfudit, quam sum sollicitus quidnam futurum sit. ad Att. lib. 8. 18

Et suavis sicut fuit, videri maluit, quam grauis: sed suauitate ea qua perfunderet animos, non qua perfringeret. de Clar. 18. a. de Phalaræo.

Quos odores adhibebis ad deos, vt eos perfundas voluptatibus? 1. de Nat. d. 79

Interim mihi videris Eruci vna mercede duas res assequi velle, nos iudicio perfundere, accusare autem eos ipsos, à quibus mercedem accepisti. pro Rosc. Amer. 49

Multitudo audiens ducitur oratione, & quasi voluptate quadam perfunditur. de Clar. 97. a

Aqua denique feruenti à Rubrio ipse Philodamus perfunditur. 3. Verr. 46. a

Cæpit, postquam perfusus est, defricari. ad Heren. 17. b

Perfundit iucunditate, lætitia, voluptatibus. 2. de Finib. 5. & 5. 64

Ad perfundendum animum tanquam illiquefactæ voluptates. Tusc. q. lib. 4. 16

Perfusus.

Quum omnes sensus dulcedine omni quasi perfusi mouerentur. de Fin. lib. 2. 93

Perfungor.

Munere quodam necessitatis & graui opere perfungimur, dum sumus inclusi in his compagibus corporis. de Senect. 70. a

Equidem iam perfunctus sum, expleui animos inuidorum. pro Domo, 35

Qui eadè pericula, quibus nos perfuncti sumus, ingrediuntur. pro Muren. 3

Qui & honoribus amplissimis & laboribus maximis perfuncti essemus. Lent. lib. 1. 8. 7. a

Et dignitatem perfuncturus es. Att. 180. b

Perfunctus.

Perfunctus bonis. 4. fam. 18. in epist. Ser. Sulpitii.

Senex perfunctus honoribus & Reipub. muneribus. de Orat. 101. b

Perfunctus munere Ædilitatis magnifico. 11. fam. 18

Perfunctus seditionibus aut discordiis. pro Sest. 90

Ætas nostra perfuncta rebus amplissimis. de clar. Oratorib. 165. b

Bello misero fatalique perfuncta est Resp. pro Marcel. 18

Perfunctum periculum. pro Sest. 7

Reminiscere illam omnibus bonis perfunctam esse. epi. 50. b

Cum ipsa quasi Repub. sum collocutus, vt mihi tam multa pro se perpeffo atque perfuncto concederet, vt officium meum, &c. Lent. lib. 1. 9. 17. a

Quos memoria proditum est ab ipso Hercule perfuncto iam laboribus, sacra didicisse. pro Domo, 104

Mihi iam optata mors est perfuncto rebus iis, quas adeptus sum, quasque gessi. 2. Philip. 123

Aut quòd se perfunctos iam esse arbitrantur, quum de reo iudicant, negligentius attendunt cætera. pro Clu. 91. a

Cæteris verò nulla perfunctis propria molestia, &c. epist. lib. 5. 31

Perfunctio.

Nam neque laborum perfunctio, neque perpeffio dolorum per se ipsa allicit, nec patientia, nec assiduitas, &c. 1. de Finib. 38

Qui autem ei annus primus ab honorum perfunctio, aditum omnium concessu ad summam autoritatem dabat, &c. 3. de Orat. 5. a

Perga.

Pergæ sanum antiquissimum & sanctissimum Dianæ scimus esse: id quoque à te nudatum ac spoliatum esse. 3. Verrin. 36

Pergamum.

Pergami non multum auri ratio constat. pro Flac. 54. a

Pergamenus.

Num honestior est ciuitas Pergamena, quam Smyrnæ? pro Flacc. 58. a

Annos iam triginta in foro versaris, sed tamen Pergameno. pro Flac. 55. a

Pergaudeo.

Trebonium meum à te amari, teque ab illo, pergaudeo. 3. ad Quint. frat. 7

Pergo.

Quòd nisi nominatim mecum agi ceptum esset, fieri perniciosum fuit: sed pergo præterita. ad Attic. lib. 3. 55. 9. a. Id est, prætereo.

Post hunc ore fero Capricornus vadere perguit. in Ant. b

Pergit idem, & vrget angustius. de Nat. d. 2. 16

Pergit in mea maledicta: quasi verò ei pulcherrimè propria processerint. 13. Philip. 377

Quin igitur ad illa spatia nostra sedesque pergimus? de Legib. 158. b

Quòd mihi quoque quondam acciderat, periculo simili, casu tristiore: perrexi tamen, Romamque perueni. ad Brut. lib. 10. 6. a

Qui antequam de meo aduètu audire potuissent, quum tum abessent, aliquorum dierum viam in Macedoniam ad Planciumque perrexi. pro Planc. 79

Perrexi agere. 15. fam. 17

Quum graues de Parthis nuntii venirent, perrexi in Ciliciam. Attic. 79. b

Itaque confestim ad eum ire perreximus. Academicarum quaest. 32. b

In oppidum ad Pompeium perreximus omnes. de Finibus, 147. b

Pergam ad cætera, & hodierno sermone conficiam. 2. de Legibus, 62

Pergam atque insequar longius. 5. Verr. 41. a

Nos proficisci ad instituta pergemus. ad Heren. 16. b

Nos verò frater, & copiosè quidem: sed perge ad cætera. 1. de Leg. 106. a

Perge igitur vt agis. 10. fam. 17. sub. agere.

Tu verò perge Læli: pro hoc enim qui minor est natu, meo iure respondeo. de Amic. 32. a

Sed perge Pomponi de Cæsare, & redde quæ restat. de clar. Orat. 188. b

Tu verò, inquit, perge Varro. 1. Acad. q. 27. a

Perge conficere iter reliquum. de Orat. 135. b

Ordine perge quatuor mihi istas partes explicare. in Partit. 16. a

Hæc tu perge, vt facis, mitigare. Attic. 174. b

Perge porrò hoc idem interdictum sequi. pro Cæc. 43. a

Perge porrò: sequetur enim quæ tu scientificè complexus es. 4. de Fin. 35. a

Quæ quum ita sint Catilina, perge quòd ceppisti. in Catil. 7. a

Perge reliqua: gestio scire ista omnia. 4. ad Att. 30

Scribere quæso perge. ad Att. lib. 10. 208. 5. a

Quare etiam atque etiam perge tenere istam viam quæ instituiti. de Pet. Conf. 36. a

Perge, vt facis, & scribe quantum potes. Att. 140. b

Pergite animo forti Lacedæmonii, hodie apud inferos fortasse cœnabimus. 1. Tusc. q. 162. a

Vt facitis pergite adolescentens. 1. de Orat. 18. a

Quibus quaerentibus cur non eadem via pergeret, deterre-ri à Deo dixit. de Diu. 106. b

Equidem suasi vt Romam pergeret. de Clar. 179. b

Qui quum ex itinere quodam proposito & cõstituto reuertisset, a quibus admonitus volatu, conclaue illud, vbi erat mansurus, si ire perrexisset, proxima nocte corruit. 1. de Diuin. 58. a

Conficere iter reliquum pergas. 2. de Orat. 160. a

Rogo te vt Romam protinus pergas & properes. Q. fra. lib. 1. 6. 3. a

Sed ad reliqua pergamus. Offic. 32. b

Brundisium pergere cogito. Att. 152. b

Pergere obuiam alicui. ad Heren. 40. b

Eadem via pergere qua cæteri. 1. de Diu. 201. a

Vt ad eas cursim perrectura beata vita videatur. Tusc. quaestio. lib. 5. 11

Pergens.

Neptunum esse dicis animum cum intelligentia per mare pergentem. 3. de Nat. d. 45

Pergrandis.

Iubet eosdem Decemuiros omnibus agris publicis pergrande vectigal imponere. de leg. Agrar. 5. a

Erat etiam vas vinarium ex vna gemma pergrandi, trulla excauata cum manubrio aureo. 6. Verr. 54. a

Pergratus.

Sed mehercule pergrata mihi oratio tua. 5. de Fin. 164. a

Pergratum mihi erit, si cum ita tractaris, ut merito tuo mihi gratias agere possit. ad Brutum, 8.2.a
Summa est in quo mihi gratissimum facere possis, si curaris ut Auanius, quum se à me amari putat, me à te amari sciat: erit id mihi pergratum. ad Titium Titii filium, lib. 13.76.4.a

Id mihi pergratum, perque iucundum erit. ad Quint. frat. lib. 3.17.17.a

Per mihi gratum erit, si id curaris ad me perferendum. Artic. lib. 5.97.5.a

Sed quoniam amicitia mentionem fecisti, & sumus otiosi, pergratum mihi feceris, spero item Scæuolæ, si, &c. sic de amicitia disputaris, quid sentias, &c. de Amic. 15.a

Per mihi, per inquam, gratum feceris, si in hoc tam diligens fueris, &c. ad Att. lib. 1.15.9.a. Hoc est, facies ex animi mei sententia.

Pergrauis. pro Sestio, 27. & pro Cælio, 51.b

Pergrauiter.

Hoc te intelligere volo, pergrauiter illum esse offensum. ad Attic. lib. 1.6.4.a

Idem Q. Seruium Galbam, quem hominem probe nosse & commemorasse se aiebat, pergrauiter reprehendere solebat. 1. de Orat. 115

Perhibeo.

Cælum nostri, Graii perhibent athera. 2. de Nat. d. 132.a. ex Pacuio.

Quem clario perhibet Ophiuchum nomine. 1. de Nat. d. 155.a
Cum quibus (ut perhibent) ausa est cõtendere forma. in Arato, 49.2. de Cassiopea.

Bene qui coniciet, vatem hunc perhibebo optimum. 2. de Diuinat. 19.a

Hunc summum habeto diuum, hunc perhibeto Iouem. de Nat. deor. 39.b

Qui sine eo, quem Cæcilius suo nomine perhiberet, facile communem causam sustinerent. ad Att. lib. 1.1.8.a

Eademque famæ celebritate Tyndaridæ fratres, qui non modo adiutores in præliis victoriæ Pop. Ro. sed etiam nuntii fuisse perhibentur. 1. Tusc. q. 45.a

Nec minus est Spartiatis Agefilus ille perhibendus, qui neque pictam, neque fictam imaginem suam passus est esse, quam qui in eo genere laborarunt. Lucio, lib. 5.33

Perhonorificus.

Perhonorificus. de Prouin. 78.b

Perhonorificus in me. 1. ad Att. 25

Perhonorifice.

Hic perhonorifice & amice Octauius, quem quidem sui Cæsarem salutabant. ad Att. lib. 14.308.2.a

Perhorresco.

Nò solum commoueor animo, sed etiam toto corpore perhorresco. in Verr. 61.b

Tum lamentationem matrum familiarum, tum fugam virginum ac puerorum perhorresco. 4. in Catil. 84

Tu imagines ipsas non perhorrescis? de Orat. 129.b

Tu illius diei memoriam non perhorrescis. 13. Phil. 369.a

Hanc tu tantam religionem si tum in imperio propter cupiditatem atque audaciam non pertimescebas, ne nunc in tanto tuo, liberorumque tuorum periculo perhorrescis? 6. Verrin. 69.a

Sed genus belli crudelissimi & maximi, quod nondum videt homines quale futurum sit, perhorruui. ad Att. 9.181.4.a

Qui tandem istius animus est nunc in recognitione scelerum suorum, quum ego ipse in commemoratione eorum non solum animo commouear, verum etiam corpore perhorrescam? 6. Verr. 99.a. & 1.22.a

Sed quid est tandem quod perhorrescas? Att. lib. 13.282.3.a

Quorum frequentiam & confessum non modò Quintius, qui de capite decernit, sed quibus, qui extra periculum sit, perhorrescat. pro Quint. 13.b

Nemo est qui vos non oculis fugiat, auribus respuat, animo aspernetur, recorde denique ipsa Consulatus vestri perhorrescat. in Pisonem, 36.a

Et si hoc quidem est in vitio, dissolutionem naturæ tam valde perhorrescere. de Fin. lib. 5.27

Perhospitalis.

Huius domus est vel optima Messanæ, notissima quidem certe, & nostris hominibus apertissima, maximèque perhospitalis. 6. Verr. 3.a

Perhumanus.

Perhumanus. ad Att. 259.b

Multumque is mecum sermonem habuit, & perhumanum de discordiis mulierum nostrarum. ad Q. frat. lib. 2.8.4.a

Perhumaniter. epist. 99.b

Pericles.

Pericles, in cuius labris veteres comici leporem habitasse dixerunt. de Orat. 3.76

Pericles, Anaxagoræ Physici auditor. Orat. 198.b

Istorum enim iudicio, si solum illud est Atticum, ne Pericles quidem dixit Atticè, cui primæ sine cõtroversia deferebantur. Orat. 15

Pericles ab Aristophane poeta fulgurare, tonare, & permiscere Græciam dictus est. Orat. 199.b

Pericles, Xantippi filius, primus ab Anaxagora Physico edoctus, eloquentiæ doctrinam adhibuit. Brut. 21

Pericles, Athenis eloquentissimus, & idem princeps publici consilii. 1. de Orat. 109

Pericles non idem fecit quod Themistocles. 7. ad Attic. 38

Pericles omnis virtutis genere floruit. Brut. 14

Pericles contra voluntatem populi loquens, popularis tamen videbatur. 3. de Orat. 76

Pericles in animis audientium aculeos relinquere solebat. Brut. 18, & 29

Pericles, Thucydides, & Alcibiades eadem ætate fuerunt. de Orat. 111.b

Pericles & Thucydides, non nascentibus Athenis, sed iam adultis fuerunt. Brut. 13

Periclis suauitate exhilaratæ Athenæ. Brut. 21

Athenæ vbertatem & copiam Periclis admiratæ. Brut. 22

Athenæ vim dicendi, terroremque Periclis timuerunt. Brut. 22

In Phædro Platonis hoc Periclem præstitisse cæteris dicit oratoribus Socrates. Orat. 8

Periculum.

Si ei tractanti contemplantique res cognitione dignissimas, subito sit allatum periculum, discrimenque patriæ. 1. Offic. 216.a

Periculum dicendi. 1. Philip. 10

Periculum est intercepti. 10. ad Att. 19

Maximum ab vniuerso naufragio periculum est. epist. 167.b

Ne mouear, &c. periculum non est. Tusc. q. 163.b

Nullum periculum est, ne quid tu, &c. de Orat. 102.b

Haud sanè periculum est, ne non mortem aut optandam, aut certè non timendam putet. 5. Tusc. q. 166.a

Summum erat periculum, ne si nihil impetrarent, à Senatu alienarentur. Attic. b

Cui periculum mortis sit iniectum. pro Cec. 301.b

Si mihi periculum procrearetur ab eo, quem ipse armasset. Attic. 37.b

Sed in hac laude industriæ meæ, reus ne elabatur, summum periculum est. 2. Verr. 20.a

Periculi denuntiatio. 11. fa. 32. in epist. D. Bruti.

Nunquam omnino periculi fuga committendum est, ut imbelles timidique videamur. Offic. 1.115

Dum minus periculi videretur, in flammam ipsam venire. 16. ad Att. 19

Committere se periculo mortis. pro Deiot. 10.b

Periculo communi me offerrem. 10. fam. 36. in epist. Planci.

At magnum periculum adiit. 1. de Fin. 28

Etiam si quando minus succedet, magnum tamen periculum non adibis, altè enim cadere non potes. Orat. 105.b

Adire periculum capitis. pro S. Rosc. 36.b

Quibus ipsis periculum tum cõflari putabatur. pro Syl. 169.b

Nemini iniuste periculum creauit. Antequam. 196. b. 1. in Verr. 34. & 4.63

Neminem vnquam putavi per eos ipsos periculum huius fortunis, atque insidias creaturum. pro Flac. 1.a

A securi negat ei esse periculum. in Verr. 259.b

Qui quotidie periculum fortunæ facit. in Ant. 197.b

Tu verò qua in re specimen aliquod dedisti, quado tute tui periculum fecisti. in Verr. a

Fac huius odii tanti ac vniuersi periculum, si audes. in Pisonem, 93.b

Si quis fortunæ muneribus amplissimis ornatus, sapius eius deæ periculum facere nollet. de Prou. 76.b

Facere periculum innocentæ alicuius. 2. Verr. 21.a

Faceffere periculum innocenti. in Verr. 61.b

Periculum sibi fuisse dicit. 15. ad Att. 13

Adducta est enim p. c. res in maximum periculum, & extremum penè discrimen. 7. Philip. 217.a

Inferre se in periculum capitis atque vitæ discrimen pro aliquo. pro Corn. Balbo, 18.a

Venit in periculum, ne & ea quæ relicta, & hæc quæ ab ipso parta sunt, amittat. pro Mur. 51.a

Vocari in periculum ac discrimen. pro leg. Manil. 7.a

Periculum inferre. 1. in Verr. 32

Duri hominis, vel potius non hominis videtur, periculum capitis inferre multis. Offic. 2.71

Iniicere alicui periculum mortis. pro Cecin. 31.a

Periculum vel pericula alicui, vel in aliquem intendere. Artic. 33.b. pro Quint. 26. & pro Rosc. Amer. 4

Moliri periculum alicui. pro Sest. 1.a

Periculum morari. 10. fam. 18. in epist. Planci.

Ad hominem accedit Timarchides, à securi negat esse ei periculum. 7. Verr. 91.a

Flaccus periculum fortunarum & capitis sui præ mea salute neglexit. ad Terentiam, lib. 14.4.4.a

Periculum, quod in omnes intèditur, propulseris. pro Rosc. Amer. 4.a

Periculum cum aliquo sociare. pro Planc. 60

Periculum ruinæ struas. 6. fam. 27. in epist. A. Cecinnæ.

Subire periculum pro amico. in Partit. 35.a

Periculum subterfugere. 15. fam. 3

A periculo isto vacuus. 1. ad Q. frat. 52

Qui habitus nõ procul abest à periculo vitæ, si accedat dolor, &c. de Claris. 194.b

Ab omni periculo abesse tuam fortunam. 14. ad Att. 13. in epist. Antonii.

Cuius tu periculo stultus es. 7. fam. 18

Cur non periculo honestissimo depascisci velim? 9. ad Att. 19

In periculo esse. 3. ad Att. 18

Nam tot & tales viros periculo obsidionis liberare cupio. ad Att. lib. 8.161.2.a

Vt magno periculo Romæ sint futuri. 15. ad Att. 13. pro, cum periculo.

Quid tu meo periculo gurgis patrimonii helluabare? pro Sestio, 25.b

Ita fit, ut meo semper periculo peccet Antonius. in Antonium, 2.42.b

Quod quidem tibi numi meo periculo sint. 4. ad Att. 24

Minimo periculo respondentur quæ consuluntur. pro Murena, 26.a

Iniuste facis, si putas periculo nostro viuere tuos contubernales. pro Flac. 154.b

Tamen hoc tempore breuiter commonendum putavi, ne quo periculo te proprio existimares esse: in magno omnes, sed tamen in communi sumus. epist. 58, & 59.b

Igitur semper autorem habes, & eum qui magno suo periculo causam agat. Acad. q. ed. 1. lib. 2.72

Atque hoc tempore ipso impingit mihi epistolam Scaptius Bruti, rem illam suo periculo esse. ad Att. lib. 6.111.11.a

Sumptu periculoque suo armatam nauem aliquod mittere. in Verr. 246.b

Dux enim suo periculo progredi cogitat. de Legib. 188.b

Verfari periculo suo in aliqua re. 7. Verr. 49.a

Sed etiam atque etiam dico, tuo periculo fiet. Att. 212.b

Sine tuo periculo. 1. Verr. 13.a

Ego qui periculo Reipub. viuebam. pro Sest. 14.b

Nihil est iam quod in hac causa peccare Iudices quisquam, nisi vestro periculo, possit. 3. Verr. 10.a

Pericula, labores, dolor etiam. lib. 1. de Fin. 19

Pericula multa depulsa sunt. 2. de Nat. d. 122

Periculorum casus. 6. fam. 13

Discriminum periculorumque comites dii. 2. de Nat. d. 246.a

Pròptiores esse debemus ad nostra pericula, quam ad communia, dimicareque paratius de honore & gloria, quam de cæteris commodis. Offic. 1.117

Ad pericula omnia princeps esse. 10. fam. 35. in epist. Planci.

In adeundis periculis consuetudo imitanda medicorum est, qui leuiter ægrotantes leuiter curant, grauioribus autem morbis periculosas curationes & ancipites adhibere coguntur. Offic. 1.115

In amicorum periculis aliquid accidere. de Orat. 126.b

In prouisis periculis animo affici. pro Mur. 51.a

Sed fugiendum etiam illud, ne offeramus nos periculis sine causa: quo nihil potest esse stultius. Offic. 1.115

Periculosus.

Locus periculosus. 4. Acad. q. 164.a

Turpis enim est & periculosus confessio. 5. Verr. 141.a

Consuetudo periculosa. 3. de Nat. deo. 85.a

Periculosa & lubrica assentiendi consuetudo. 4. Academ. quæst. 122.a

Offensio periculosa. Lentulo, lib. 1.7.18.a

Ratio rei gerendæ periculosa mihi videtur. Lentulo, lib. 1.7.19.a

Periculosa & lubrica res. Acad. q. edit. 1. lib. 2.62

Dolabella sustulit simulationem desyderii, &c. ne periculosa nostris tyrannoctonis esset. ad Attic. lib. 14.313.2.a

Graue & periculosum bellum. pro leg. Manil. 2.a

Consilium periculosum magis quam tutum sequi, bonis omnibus accidere solet. Plancus Ciceroni, lib. 10.18.2.a

Infestum & periculosum iter. in Ant. 244.b

Periculosam vitam reddere. 3. Verr. 26.a

Aliter enim fuisset & in hos inofficiosi, & in nos metipfos, si illum offensuri fuimus, penè periculosi. ad Attic. lib. 13.283.1.a

Turbulenta, temeraria, & periculosa ea sunt. pro Cecinna, 24. a

Grauioribus autem morbis periculosas curationes & ancipites habere coguntur. 1. Offic. 116.a

Duobus periculosus vulneribus acceptis. 14. Philip. 401.a

Periculose.

Ægrotans periculose quotannis homo. 8. ad Attic. 5

Aut vel periculose cum bonis, &c. ad Att. lib. 10.192.7.a

Periculose dico, sed pro vos, &c. in Ant. 210.b

Facere enim probus adolescens periculose, quam perpeti turpiter maluit. pro Milone, 7.a

Nauigatur periculose hyeme. Tironi, lib. 16.10.3.a

Periclitor.

Periclitemur, si placet, in iis quidem exèplis, in quibus peccari vulgus hominum fortasse non putat. 3. Offic. 95.a

Difficile non est periclitari. 3. de Orat. 81.a

Itaque potius periclitari volui, si possem mea præsentia & Lepidum tueri, & exercitum facere meliorem, quam nimis cautus videri. Plancus ad Ciceronem, lib. 10.37

Homines enim in præliis, non in conuiuuii belli fortunam tentare ac periclitari solent. 7. Verr. 103.a

Iura omnia periclitari, si similitudines accipiantur. 2. de Inuent. 234.a

Periclitari mores amicitiarum. Lælius 55. Id est, tentare & experiri.

Non est sapius in vno homine summa salus periclitanda Reipub. in Catil. 8.a

Subeundus vsus omnium, periclitandæ vires ingenii, & illa commentatio inclusa in veritatis lucem proferenda est. 1. de Orat. 76

Nam quod aiunt, quadringenta septuaginta millia annorum in periclitandis, experiundisque pueris, quicumque essent nati, Babylonios possuisse, fallunt. 2. de Diu. 145.a

Periclitatus.

Omnia circumspectis Quintius, omnia periclitatus C. Aquilii. pro Quint. 64.a

Est igitur prudentis sustinere ut cursum, sic imperum benevolentia, quo vtamur, quasi aquis tentatis, sic amicitiiis, aliqua parte periclitatis moribus amicorum. de Amic. 56.a

Periclitatio.

Quarum utilitates longinqui temporis vsu & periclitatio-
ne temporis percepimus. 2. de Nat. d. 121

Perillustris.

Ibi morati biduum, perillustres fuimus, honorificisque ver-
bis omnes iniurias reuelimus superiores. ad Attic. lib.
5. 108. 2. a

Perimbecillus.

Quod quid est natum, perimbecillum est. Att. li. 10. 208. 4. a

Perimo.

Sinautem perimit ac delet omnino, quid melius? 1. Tuscul.
quæst. 191. a

Vbi tam teneros volucres matremque peremit. de Diu. 84. b

Nec vos vlla mortis vnquam fata periment. de Vniu. 202. b

Causam publicam si mea mors peremisset, neminem vnquam
fore qui auderet suscipere contra improbos ciues Reip.
salutem. pro Sest. 40

Eiusmodi igitur credo res Panætium persecutorum fuisse,
nisi aliquis casus aut occupatio consilium eius peremis-
set. Offic. 3. 40

Sinautem vitam mihi fors ademisset, aut vis aliqua maior
reditum peremisset. pro Plancio, 82

Peremptus.

Abdidit clarâ speciem luna, & stellanti nocte perempta est.
1. de Diuin. 33. a

Nec potest esse miser quisquam sensu perempto. 1. Tuscul.
quæst. 142. a

Si ludi non intermissi, sed perempti atque sublatis sunt. de
Arusp. respon. 10

Perincommode.

Sed accidit perincommodè, quod eum nusquam vidisti. ad
Attic. lib. 1. 12. 4. a

Perinde.

Philosophia non perinde, ac de hominum est vita merita,
laudatur. Tusc. q. 229. b

Vt iudicem vnū vereri debeamus, perinde ac si in hanc for-
mulam omnia iudicia legitima, & c. dicemus. pro Roscio
Comæd. 8. a

Perinde ac si iam vicerint. epist. 179. b

Hæc perinde accidit, vt eorū qui audiunt, mentes tractan-
tur oratione. de Clar. 181. b

A te peto, vt meas iniurias perinde doleas, vt me existimas
dolere tuas solere. epist. 122. b

Habes à patre munus M. fili, mea quidem sententia magnū,
sed perinde erit vt acceperis. 3. Offic. 165. a

Viuenti artem tantam, tamque operosam, & perinde fru-
ctuosam relinquerent. 1. de Fin. 109

Perinde habeo, ac si scripsisses nihil esse. Att. 44. b

Perinde habere ac si non esset. Part. 237. b

Vereor vt hoc quod dicam, nō perinde intelligi auditu pos-
sit, atque ego ipse cogitans sentio. pro Marcel. 7. a

Perinde homines, vt quisque feriret, iudicat. in Ant. 261. b

Atque hæc perinde loquor, quasi ipso illo tempore, quum
te Prætor iussisset ex edicto possidere. pro Quint. 56. a

Atque hæc perinde loquor, quasi in eo sit iniquitas eius re-
prehendenda. 5. Verr. 39. a

Hoc enim sæpe ab istis dicitur, perinde quasi Appius ille cæ-
cus viam munierit, & c. pro Milo. 13. a

Metelli sperat sibi quisque fortunā, perinde quasi certi quic-
quam sit in rebus humanis. Tusc. q. 160. b. & in Verr. 96. b

Perinde quasi ego non ab initio huius defensionis dixerim.
pro Cluent. a

Perinde quasi excubendi potestatem non haberet. 3. Verr. 69. a

Perinde quasi exitus rerum, non hominum cōsilia, legibus
vindicerentur. pro Cluent. a

Vt quod nunquam factum esse iudicio defendimus, id per-
inde quasi factum sit, nostro iudicio confirmemus. pro
Quint. 25. a

Sed hæc omnia perinde sunt vt aguntur. de Orat. 162. b

Perinde stultissimum regem in luctu capillum sibi euelle-
re, quasi caluitio mœror leuaretur. Tusc. q. 204. b

Quod ego perinde tuebar, ac si vsus essem. ad Attic. lib.
3. 296. 2. a

Perinde valebit, quasi armatissimi fuerint si reperietur, & c.
pro Cec. 296. b

Omnia ista perinde, vt cuique data sunt, pro rata parte à vi-
ta vel longa vel breuia dicuntur. Tusc. q. 168. b

Non possum dicere me hæc, quæ nunc cōplector, perinde
vt dicam dicenda esse, didicisse. 3. de Orat. 42. a

 Nunquam ille me opprimit consilio, nunquam vllō artificio peruertet, &c. 1. Verr. 23. a
 Nisi omnem historiam peruerterimus. Diuin. lib. 1. 37
 Omnia peruertere rapinis, incendiis, cædibus. ad Atticum, lib. 15. 325. 2. a
 Quæ est igitur ista calliditas, res vetustate robustas, calum-

niando velle peruertere? 1. de Diuin. 34
 Senatum ipsum principem salutis, mentisque publicæ, vi, cæde, incendiisque peruertere. de Arusp. resp. 5
 Tum visam belluam immanem, quacūque incederet, arbusta, virgulta, tecta peruertere. de Arusp. respon. 257. b. 1. de Diuinat. 28. a
 Vectigalia Pop. Romani suo quæstu peruertere. 5. Ver. 108. a
 Eadem enim voluptates poterūt eas labefactare atque peruertere. 3. de Finib. 107. a
 Hostium vim se peruersurum putauit Cræsus, peruertit autem suam. 2. de Diuinat. 90
Peruersus.
 Homo peruersus. 1. ad Att. 25
 Itaque ut erat semper præposterus atque peruersus, initium facit à Bulbo. pro Cluent. 56. a
 Peruersa sapientia Tuberonis, vel Stoicorum. pro Mur. 69
 Nihil ab hoc prauum & peruersum produci posse arbitrabantur. pro Rosc. Com. 17
 Nisi fortē tu peruerso more, quod huius est, ab alio extorquere non potes, huic eripere potes. pro Rosc. Com. 31. a
 Deformati, inquinati, peruersi, conturbati ludi. de Arusp. respons. 21. a
 Oculi peruersi, vt strabonum. de Nat. d. 17. b
 Gratiorem me esse in te posse, quā illi peruersi sunt in me, exploratum habes. Brutus ad Cic. lib. 11. 16
 Nunc ista separantur, vt disiuncta sint, quō nihil potest esse peruersus. de Finib. 115. b
 Quō quid potest dici peruersus? Tusc. q. 238. b
 Quid peruersus? quid intolerabilis? 4. de Finib. 34. a
 At erat, sicut hodie est, peruersissimis oculis. de Natura deorum, 1. 55
Peruerse.
 Peruerse, ne dicam impudēter, plerique amicum habere talem voluit, quales ipsi esse non possunt: &c. de Ami. 69. a
 Quare meo quidem animo nihilominus eloquentiæ studendum est: etsi ea quidam & priuatum & publicè peruerse abutuntur, &c. 1. de Inuent. 8. a
 Peruerse dicere homines, peruerse dicendo facillimè consequi. 1. de Orat. 72
 Imitata peruerse fuit prudentiam stulta calliditas. 2. Officiorum, 156. a
 Vtuntur peruerse deorum beneficio multi. 3. de Natura deorum, 98. a
Peruersio.
 Transgressio est, quæ verborum perturbat ordinem peruersione aut transiectione. 4. ad Heren. 198
Peruersitas.
 Sed ea quæ multum ab humanitate discrepant, vt si quis in foro cantet, aut si qua est alia magna peruersitas, facillè apparent. 1. Offic. 202. a
 Quæ est autem in hominibus tanta peruersitas, vt inuentis frugibus glande vescantur? in Orat. 16. a
 Sed quum te alicuius improbitas peruersitasque commouerit, sic, &c. Quint. frat. lib. 1. 1. 56. a
 Sit ista in Græcorum leuitate peruersitas, qui maledictis insectantur eos, à quibus de veritate dissentiunt. 2. de Finibus, 129. a
 Incredibilis hominum peruersitas. Lent. lib. 1. 7. 22. a
 Peruersitas opinionum. 3. Tusc. q. 3. a
 Ferre humanissimè alicuius peruersitatem. Q. fra. lib. 2. 81. a
Peruesperi.
 Caninius idem tuus, & idem noster, cum ad me peruesperi venisset, &c. 9. fam. 2
Peruestigo.
 Mirandum in modum canes venaticos dices: ita odorabantur omnia, & peruestigabant: vt vbi quicquid esset, &c. 6. Verr. 26. a
 Nosse regiones intra quas venias, vt peruestiges quid quaras. 2. de Orat. 80. a
 Misi tamen Puteolos pueros qui peruestigarent. ad Attic. lib. 9. 181. 18. a
 Peruestigare argumentum. Topic. 5
 Et illa quæ tentata iam, & cœpta ab isto sunt, à me autem

peruestigata & cognita, moneo vt extinguas, &c. 7. Verinarum, 137. a
Peruestigatio.
 Sed omnia quæcūque essent, vel scientiæ peruestigatione, vel differendi ratione comprehenderint. 1. de Orat. 5. a
Peruetus.
 Peruetus amicitia. 13. fam. 32
 Reddita etiam mihi est peruetus epistola, sed serō allata. ad Quint. frat. lib. 3. 10
 Nullum inquam horum reliquit, neque aliud vllum tamen præter vnum peruetus ligneum, &c. 6. Verr. 6. a
 Eum nos vt peruetem habemus, qui L. Martio, M. Manilio Consulibus, mortuus est, &c. de Clar. Orat. 30. a
Peruetustus.
 Vt translatus vtamur frequenter, interdumque factis, raro autem etiam peruetustus. 3. de Orat. 111. a
 Egrotationi autem talia quædam subiecta sunt, auaritia, ambitio, mulierositas, peruicacia, liguritia, vinolentia, cupiditas, & si qua similia. 4. Tusc. q. 39. a
Peruideo.
 Iuua me consilio si potes, & tamen ista quantum potes, peruide. ad Att. lib. 7. 139. 4. a. Verus exemplar legit prouide. Ibi te igitur videbo & peruidebo. ad Attic. lib. 4. 81. 2. a. Alii legunt promouebo.
 Qui hoc non peruideat, ab hoc nulla fraus aberit, nullum facinus. 3. Offic. 98. a. Quidam legunt præuideat.
 Peruidere te spero, cogniturum magis recipio. 10. famil. 19. in epist. Planci.
 Peruidere te velim. 15. ad Att. 10. pro, videre te peruelim, nisi fortē mendum subest.
Peruigilo.
 Non orat vt eam noctem peruigilet? pro Roscio Amerino, 60. a
Peruigilatio.
 Peruigilationes nocturnas in colendis nouis diis Aristophanes poeta vexat. 2. de Legib. 37
Peruincō.
 Restitit & peruincit Cato. ad Att. lib. 2. 16. 15. a
Peruius.
 Ex quo transitiones peruiæ lani, forēsque in liminibus prophanarum ædium, ianuarum nominantur. 2. de Natura deorum, 97. a
Perungo.
 Tunc iuuenes, veste posita, corpora oleo perunxerūt. 1. Tusc. q. 183. a
Peruolo.
 Te expecto, quem videre, si vllō modo potes venire, peruellem. 11. ad Att. 31
 Othonem, si Romæ est, conuenias peruelim. ad Atticum, libro 12. 252. 5. a
 Sed est quod abs te mihi ignosci peruelim. ad Atticum, libro 1. 1. 6. a
 Sed scire ex te peruelim, quam obrem, &c. pro Syl. 171. Officiorum, 131. b
Peruolo.
 Primo diluculo nuntius hic Ameriam venit, decem horis nocturnis sex & quinquaginta millia passuum cisis peruolauit. pro Rosc. Amer. 11
 Sunt autem optimæ curæ de salute patriæ, quibus agitur & exercitatus animus velocius in hanc sedem & domum suam peruolabit. in Somn. Scip. 32
Peruoluo.
 Deinde vt in iis locis, quos proponam paulō post, peruolatur animus, &c. 2. de Orat. 81. a
Peruoluto.
 Quoniam meos cum Thallumeto nostro peruolutas libros. 5. ad Att. 22
 Omnium bonarum artium scriptores ac doctores & legendi & peruolutandi, & exercitationis causa laudandi. 1. de Orat. 76
Perurbanus.
 Homo doctus & perurbanus. 2. de Orat. 15. a
 Etiam L. Torquatus elegans in dicendo, in existimando ad-

modum prudens, toto genere perurbanus. de Clar. Oratoribus, 129. a
 Denique si solus non potero, cum rusticis potius, quā cum iis perurbanis. ad Att. lib. 2. 30. 3. a
Perustus.
 Et iam hominem perustum, etiamnum gloria volunt incendere, &c. 13. fam. 18
Perutilis.
 In hac enim fortuna perutilis eius & opera & fidelitas esset. ad Att. lib. 9. 190. 2. a
Peruulgo.
 Se omnibus peruulga mulier. pro Cæli. 30
 Tu verō peruulga Hircium. ad Att. lib. 12. 258. 1. a
 Peruulgare & communicare operam. de Petitione Confusatus, 29
 Veteres illi peruulgari artem suam noluerunt. Orat. 106. b
 Describi ab omnibus statim librariis, diuidi passim & peruulgari, atque edi Pop. Romano imperavi. pro Syl. 32. a
 Communicari cum improbis, & peruulgari cum mediocribus hominibus præmia virtutis non oportet. 2. de Inuentione, 207. a
Peruulgatus.
 Peruulgatus ciuitatis sermo. pro Mil. 107. b
 Consolatio peruulgata. Titio, lib. 5. 16. 3. a
 Cupiditas nota, & apud omnes peruulgata. 4. Verr. 59. a
 Epistola peruulgata. 8. ad Att. 21
 Clara, testata & peruulgata res. 4. Verr. 72. a
 De illustri & facili re in vulgus peruulgata loquitur. de Finibus, lib. 2. 25. a
 Laudes minus notæ, minusque peruulgatæ. Academ. quæst. edit. 1. lib. 2. 7
 Empedocles, hæc peruulgata & nota quatuor. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 109
 Maledicta in omnes peruulgata. pro Cæli. 4. a
Pes.
 Pes qui adhibetur ad numeros, partitur in tria, vt necessitas sit, &c. Orat. 215. b
 Iam præan, quod plures habeat syllabas quā tres, numerus quibusdam, non pes habetur. Orat. 218. b
 Si pes condoluit, si dens, ferre non possumus. Tusc. quæst. lib. 2. 46
 Pes in nauis, &c. 3. de Orat. 87
 Habiles & apti ad pedem calcei. 1. de Orat. 118. a
 Quare primum ad heroum nos dactyli & anapæsti & spondæi pedem inuitat. Orat. 160. b
 Non possum magis pedem conferre, vt aiunt, aut propius accedere. pro Planc. 38
 Soror, quæ tantum habeat Consularis loci, vnum mihi solum pedem dat. ad Attic. lib. 2. 16. 10. a. Id est, mediocrem fauorem præstat, non omnino fauet, viri grauitate deterrita.
 Nunquam à te pedem discessi. pro Deiot. 29. a
 Pedem è villa adhuc egressi non sumus. 13. ad Att. 17
 Quid erat in terris, vbi in tuo pedem poneret, præter vnum Misenum? 2. Philip. 64. a
 Qui quum triginta tyranni essent, pedem porta non extulit. ad Att. lib. 8. 7. & 6. 47
 Qui pedē porta, quoad hostis cis Euphratem fuit, non extulerit. ad Att. lib. 7. 122. 7. a
 Ternis numis in pedem tecum transegiſſe. 3. ad Quintum fratrem, 3
 Perferre pedem. in Ant. 241. b
 Hodie in possessionem libertatis pedem ponimus. 3. Philip. 143
 Pedem vbi ponet in suo, non habet: omnino cum Sestius noster parochus publicus occupauit. ad Att. lib. 13. 3
 Sapientia vbi pedem poneret, non habebat. de Fin. 121. b
 Si in fundo pedem posuisses, statim tibi esse pereundum. pro Cecin. 290. b
 Pedem ponere, vestigium imprimere. in Ant. 169. b
 Prohibiti estis in prouincia vestra pedem ponere, vt perhibetis. pro Lig. 15. a
 Pedem referre. 10. fam. 64. in epist. Galbæ.

Quid multa? pedem nemo in illo iudicio supposit, credo ne Stoicis renuntiaretur. 1. de Orat. 118
 Pedem in Italia video nullum esse, qui non in istius potestate sit. ad Att. lib. 7. 62
 Noli de vno pede sororis queri, licet etiam alterum tollas. Attico, 22. b
 Pedes & membra gradiendi. de Vniuers. 198. b
 Pedes non syllabis, sed temporibus & interuallis, & spatiis metiendi. Orat. 216. b
 Heroici pedes tres, dactylus, anapaestus & spondaeus. 3. de Orat. 100. a
 Propter res tuas ita contractas, vt nec caput, nec pedes: equidem vellem vti pedes haberent, vt aliquando redires. epistolarum, 109. b
 Pedes me referunt illuc. 15. ad Att. 33
 Pedum doloribus afficitur. 6. fam. 52
 Moderatione quadam certa numerorum & pedum adstrictus histrio. 1. de Orat. 132. a
 Pedum ratio in numeris. Orat. 109. & 112
 Cui tali in re libenter me ad pedes abiecissim. 4. ad Att. 10. & 4. fam. 12
 Ad pedes omnium sigillatim accidente Clodio. ad Attic. lib. 1. 9. 8. a
 Quibus sigillatim saepe supplex ad pedes iacui. Antequam iret in exil. 196. b
 Mater mihi ad pedes misera iacuit. in Verr. 262. b
 Cum Cn. Oppius ad pedes flens iaceret. Postquam. 200. b
 Furnius praesens ad pedes vniuersi cuiusque iacens. Quinto fratri, 312. b
 Proicere se ad pedes alicuius. pro Sest. 20. a
 Alter, qui nos sibi quondam ad pedes stratos, ne subleuabat quidem. ad Att. 10. 195. 3. a
 Frater volutatus est ad pedes inimicorum. pro Sest. 128
 Quod ante pedes est, nemo spectat, caeli scrutantur plagas. de Diuinat. 114. b
 Posita ante pedes transilire, & alia longè repetita fumere, specimen est ingenii. 3. de Orat. 88. a
 Pedes tollere. 2. ad Att. 5
 Pollucem seruum à pedibus meum Romam misi. Att. 112. b
 Pedibus compensari pecuniam. pro Flac. 56
 Quum illud iter Hispaniense pedibus ferè confici soleat, aut si quis nauigare velit, certa sit ratio nauigandi. in Vatinium, 9. a
 Sed quod tu, cui licebat, pedibus es consecutus. Curio, libro 7. 29. 3. a
 Sed quod ille durissimis pedibus fecit, vt se abiceret in herbam, &c. 1. de Orat. 15. a
 Actio maluimus iter facere pedibus, qui incommodissimè nauigassimus. ad Att. lib. 5. 96. 1. a
 Ingredi iter pedibus vel equo. de Senect. 83. b
 Ne quis pedibus iret, ne scribendo adesset. Post reditum in Senatu, 6
 Metiri pedibus quadringenta millia passuum. Quint. fratri, lib. 3. 17. 6. a
 Milites, remigésque Miletum Mindo pedibus reuerti iubet. 3. Verr. 61. a
 Nam de iudiciis quod quereris, multò laboro minus: trahuntur per me pedibus omnes rei. Volumnio, lib. 7. 56
 Fratrem mecum & te si habeo, per me ista pedibus trahuntur. ad Att. lib. 4. 46
 Duo sinus fuerunt, quos tramitti oportet, Pæstanus & Vibonensis: vtrumque pedibus, equis transmisimus. ad Atticum, lib. 16. 15
 Vt duo nuntii afferrentur, vnus classe fratrem Epheso Athenas, alter pedibus per Macedoniam venire. ad Att. lib. 3. 48
 Pedalis.
 Quantulus nobis videtur: mihi quidem quasi pedalis. Academic. q. ed. 1. lib. 2. 74. De sole.
 Pedarius.
 Pedarii Senatores. 1. ad Att. 66
 Et raptim in eam sententiam pedarii cucurrerunt. ad Atticum, lib. 1. 15
 Est illud s. c. summa pedariorum voluntate, nullius no-

strum autoritate factum. ad Att. lib. 1. 14. 12. a
 Peditatus.
 Armatura varia peditatus & equitatus. Mario, lib. 7. 1. 8. a
 Tu ciuem sceleratum & perditum Gallorum & Germanorum exercitu, pecunia, peditatu, equitatu, copiis instrues. 5. Philip. 167. a
 Adolescens & equitatu & peditatu & pecunia paratus. ad Catonem, lib. 15. 4. 16. a
 Pedester.
 Pedestres copia. 2. de Finib. 177. a
 Pedestres, naualesque pugnae. de Senect. 79. b
 Statua aenea pedestris vel equestris. 9. Philip. 165
 Pedetentim.
 Accedere pedetentim ad aliquam causam. ad Her. lib. 1. 9. a
 Legi concionem tuam, nihil illa sapientius: ita pedetentim & gradatim tum accessus à te ad causam facti, tum recessus. 9. fam. 30
 Quod me mones vt pedetentim, assentio. Att. 260. b
 Quum experiundi potestas non est, timidè tamen & pedetentim istuc descendunt, &c. pro Quint. 29. a
 A me omnia cautè pedetentimque dicent. pro Cluent. 93. a
 Quæ tamen à me pedetentim, cautèque dicentur. 2. Verriarum, 12. a
 Eam imitationem si tempora adiuuabunt, facilius commodiùsque faciemus: sin minus, sensim erit, pedetentimque facienda. 1. Offic. 169. a
 Ingredi pedetentim in defensionem. 1. de Inuent. 35. a
 Pedetentim itè, & sedato nisu, ne successu arripiat maior dolor. 2. Tusc. q. 85. a
 Sensim enim & pedetentim progrediens extenuatur dolor. Tusc. q. 102. b
 Pedissequus.
 Quæ mihi videtur vna conciuicula, clamore pedissequorum nostrorum esse peritura. ad Att. lib. 2. 31. 3. a
 Cum hunc à pedissequis conculcari iuberet. pro Dom. 85
 Pedissequa.
 Gorgia pedissequa puerorum. ad Heren. 40. b
 Sed quia saepe vitur orator subsidio iuris in causis, idcirco istam iuris scientiam, eloquentiæ tanquam ancillulam, pedissequamque adiunxisti. 1. de Orat. 121. a
 Diuitiæ non sunt idoneæ, quæ virtutis pedissequæ sint. ad Herennium, 28. b
 Pessime, vide Malus.
 Pessinus.
 Qui accepta pecunia Pessinuntem ipsum, sedem domiciliūque matris deorum, vastaris. de Arusp. resp. 25. a
 Pessinuntius.
 Lege Tribunitia Matris magnæ Pessinuntius ille sacerdos expulsus & spoliatus sacerdotio est, &c. de Arusp. ref. 47. a
 Pestis.
 Nulla tam detestabilis pestis est, quæ non homini ab homine nascatur. Offic. 2. 22
 Pestis ac pernicietis ciuitatis. pro Rab. perd. reo, 1. a
 Pestis periculi. pro Domo sua, 14
 Furia ac pestis patriæ. pro Sest. 26. a
 Funesta Reip. pestis. pro Domo sua, 3. a
 Ad pestem alicuius aduolare. 10. Philip. 277
 Ibes, aues excelsæ, auertunt pestem ab Ægypto. de Nat. deorum, 1. 72
 Pestem enim maiore esse nullam in amicitis, quam in plebisque pecuniæ cupiditatem. de Amicit. 33. a
 Negatque vllam pestem maiorem in vitam hominum inuasisse, quam, &c. Offic. 3. 43
 Niobe parumne ratiocinari videtur, & sibi ipsa nefariam pestem machinari? 3. de Nat. d. 90. a
 Pestem moliri. in Catil. 25
 Depulsi à communi peste fluctus in nosmetipsos redundarunt. 1. de Orat. 2. a
 Summa Reip. salute, & cum tua peste ac pernicie, &c. proficiscere ad impium bellum ac nefarium. in Catil. 2. 4. a
 Quadam pestes hominum laude aliena dolentium. 5. familiarium, 18
 Cum his furiis & facibus, cum his inquam exitiosis prodigiis

ac penè huius imperii pestibus, bellum mihi inexpiabile dico esse susceptum. de Arusp. resp. 3. a
 Pestilentia.
 De loco nunc quidem abiit pestilentia, sed quandiu fuit, me non attingit. de Diuinat. 114. b. & 14. fam. 1
 Causæ eluisionis, pestilentia, vastitatis, belluarum etiam repentinae multitudines. 2. Offic. 22. a
 Inuidia aut pestilentia possessores locupletati. 2. de Lege Agr. 9
 Ex habitu extorum atque ex colore cum salubritatis, tum pestilentia signa percipiuntur. 1. de Diuin. 212. a
 Vastus atque desertus propter pestilentiam ager, & propter sterilitatem incultus. 2. de Leg. Agr. 71. a
 Terrere annos pestilentia. 2. de Nat. d. 21. a
 Pestilens.
 Grauis & pestilens aspiratio. 1. de Diuinat. 211. a
 Locus pestilens. Partit. 133. b
 Et sunt partes agrorum alia pestilentes, alia salubres. 1. de Diuinat. 135. a
 Inter locorum naturas quantum interfit, videmus alios esse salubres, alios pestilentes. de Fato, 11. a
 Id ego in lucris pono, non ferè hominem pestilentiorum patria sua: eumque additum iam tum puto esse Calui Licinii Hippona cæo præconio. 7. fam. 44
 Hoc grauissimo & pestilentissimo anno. 5. fam. 45
 Pestifer.
 Quem habuit ille pestifer annus maxime fidelem. Post red. in Senatu, 204. b
 Crudelis & pestifer reditus alicuius. 3. Philip. 125. a
 Pestifer ac funestus Tribunatus. pro Domo sua, 1. a
 Pestifera mihi videtur potestas tribunitia. 3. de Leg. 19
 Venenata & pestifera vipera. de Arusp. resp. 47. a
 Bellum pestiferum, perniciosum, mortem afferens. 4. familiarium, 6
 Video enim quantum id bellum, & quam pestiferum futurum sit. ad Att. lib. 8. 166. 4. a
 Ciues pestiferi. 1. de Orat. 117. a
 Vitia pestifera, luxuria, auaritia, crudelitas. 3. de Finib. 113. a
 Ad res pestiferas aditus sibi comparant. Att. 32. b
 A pestiferis & nocentibus rebus refugere. 2. de Natura deorum, 179. a
 Pestifere.
 Quid, quod multa perniciosè, multa pestifere sciscuntur in populis? 1. de Leg. 21. a
 Pestifatus.
 Sed pestifati veniunt, comites ad portam expectare dicunt. ad Cassium, lib. 15. 45
 Peto.
 Peto & quaeso. 3. fam. 3
 Quapropter à te etiam atque etiam pro nostra summa coniunctione, proque tua in me perpetua & maxima benevolentia maiorem in modum peto atque contendo, vt, &c. Cluuius, lib. 13. 8. 12. a
 Te autem pro veteri nostra consuetudine etiam atque etiam peto, vt eius filios, qui in tua potestate sunt, mihi potissimum condones. Philippo, lib. 13. 74. 3. a
 Peto à te, vel potius, precibus omnibus oro & obtestor. 9. ad Attic. 49
 Peto igitur à te: vel, si pateris, oro, vt, &c. Dolabella, lib. 9. 13. 5. a
 Peto à te, vt eum conseruatum velis. epist. 178. b
 O Patrocles, inquit, ad vos adueniēs, auxiliū & vestras manus peto. 2. Tusc. q. 65. a
 Pecuniam non ex tuis tabulis, sed ex aduersariis petis. pro Quint. Rosc. 3. a. 1. ad Att. 40
 Ille petit à rege, & eum pluribus verbis rogat, vt ad se mittat. 6. Verr. 56. a
 Nunquis eo testamēto, quod paterfamilias antè petit, quam ei filius natus est, hæreditatem petit? 1. de Orat. 124. a
 Qui eloquentiæ principatum petit. Orat. 31. a
 Ex his tantum quantum res petit, hauriemus. de Orat. 154. b
 At literæ sunt Fausti, per quas ille precibus à P. Sylla petit vt emat gladiatores. pro Sylla, 41. a

Ad te confugimus, à te opem petimus: &c. 5. Tusc. q. 7. a
 Qui autem omnia bona à seipsis petunt. Cat. 4
 Auxilium sibi per me à vobis, atque à Pop. Romani legibus petunt. 1. Verr. 7. a
 Hæc dixi breuius, quam res petebat. de Clar. Orat. 243. b
 Præsidium firmissimum petebamus ex optimi & potentissimi benevolentia ad omnem statum nostræ dignitatis. Quint. frat. 317. b. de Fato, 29. a
 Petierat hoc pudentissimè: liberalissimè promiseram. 16. ad Atticum, 40
 Nullo modo quidem à te petam consilium, vt soleo. ad Atticum, lib. 7. 140. 2. a
 Paulò longius exordium rei demonstrandæ petam: &c. pro Cluent. 7. a
 Similiter nunc petes à Crasso, vt, &c. de Orat. 98. b
 Quotiescunque me petisti, per me tibi obtiti, nunc Rempublicam vniuersam petis. in Cat. 99. b
 Qui consulatum petiit nunquam, factus est Consul bis. de Amicitia, 10
 M. Curtius ab Cæsare petiuit. Quint. frat. 316. b
 Nec tamen argumentum hoc Epicurus à paruis petiuit, aut etiam à bestis. 2. de Finib. 55. a
 Cum idem ex eo postridie quæreret, biduum petiuit. de Natura deorum, 1. 42
 Petiuit in beneficii loco & gratia, vt, &c. in Verr. 191. b
 Qui me epistola petiuit, ad te, vt video, cominus accessit. 2. Att. 10
 Cum is à me peteret, & summè contenderet, vt, &c. pro Quint. 14. b
 Vt apertè victrix nequitia ac libido pœnas ab optimo quoque peteret sui doloris, quem improbissimo cuique inusserat seueritas Consulatus mei. ad Att. lib. 1. 40
 Eamque mortem ardentiore studio peteret, quam Epicurus voluptatem petendam putat. 2. de Finib. 51. a
 Si debuisset Sexte, petisses, sed petisses statim: si non statim, paulò quidem post. pro Quint. 22. a
 Qui si fuisset homo, nunquam tam crudeliter vitam hominis petisset. ad Heren. 28. b
 Non vt his medicinam perpetuam, sed vt exiguam doloris obliuionem petam. Luceio, lib. 5. 15. 7. a. De literis.
 Quæ docti à Græcis petere mallent, indocti ne à nobis quidem accipiunt. Acad. q. 40. b
 Ab eo petere veritus sum, quia ille à me nihil impetrabat. 10. ad Att. 13
 Petere alteri nemo potest, nisi qui cognitor est factus. pro Rosc. Com. 31
 Petere auctoritatem, grauitatem, cōsensionem Senatus, statum ciuitatis. de Arusp. resp. 42
 Petere consilium veritatis, ab animis consuetudine imbutis. de Nat. d. 1. 58. in Vatin. 1
 Petere gloriam & nobilitatem coronæ. Tusculanar. quaest. lib. 5. 7
 Honores petere. de Pet. Conf. 37. a
 Id sibi vt donaret, rogare, & vehementer petere cepit. in Verrem, 215. b
 Initium à natura petere. 5. de Finib. 59. a
 Altius initium rei alicuius demonstrandæ petere. pro Cæcina, 286. b
 Petere laudem cum dolore. Tusc. q. lib. 5. 63
 Petere multam ab aliquo apud Prætores. 3. in Verr. 110
 Petere oraculum. Diuin. lib. 1. 67
 Originem summi boni à primo ortu animantium petere. 2. de Finib. 53. a
 Vt ab ea pœnas liberi sui potissimum petere debuerint. 1. de Inuent. 27. a
 Petere præfecturam alicui. Att. 85. b
 Præturam petere. 2. Verr. 15. a
 Principia rei bene gerendæ à natura petere. 4. de Finibus, 77. a
 Sanguinem & vitam alicuius petere. pro Roscio Amer. 4. & pro Lig. 7
 Petere omnia studia ab aliquo. 13. fam. 36
 Veniam petere errato. pro Sylla, 48. a

Delectatio sola ex his studiis petitur. pro Archia. 12. a
Remotum est, quod ultra quam satis est, petitur. de Inventione. 59. b
Quæ res aperte petebatur, ea nunc occultè cuniculis oppugnatur. de Leg. Agr. 1. a
Vt illi, unde peteretur, vetus atque inusitata exceptio daretur. de Orat. 98. b
Vnde pudoris exempla peterentur. pro Deiot. 149. b
Amphiarum autem sic honoravit fama Græciæ, deus vt haberetur, atque vt ab eius solo, in quo est humatus, oracula peterentur. 1. de Diuin. 147. a
Quæ est ista laus quæ possit è macello peti? 2. de Finib. 82. a
Peti ex scribendo quæstum solitum. 1. ad Heren. 1
At verò inquam, tibi ego Brute non soluam, nisi prius à te cauero, amplius eo nomine neminem, cuius petitio sit, petiturum. de Clar. Orat. 9. a
Summopere sapientia petenda est. de Inuent. 55. b
Petens.
Petens amplius, quam sibi debebatur, causam perdebat. pro Rosc. Com. 5
Si vlla res est, quam tibi me petente faciendam putes, hæc ea sit. 1. ad Quint. frat. 45
Petere, ferire, percutere, violenter aggredi.
Etenim sciebam Catilinam non latus aut ventrem, sed caput & collum petere solere. pro Mur. 49
Petere iugulum. pro Mil. 23. a
Vt enim Athletas, nec multò secus gladiatores videmus, nihil nec vitando facere cautè, nec petendo vehemèter, &c. in Orat. 133. a
Quid enim Tubero tuus ille districtus in acie Pharsalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat? pro Ligario. 5. a
Petere aliquem.
In quo casu hanc capio voluptatem, quòd certè quo magis me petiuerunt, tanto maiorem his frustratio dolorem attulit. Plancus Ciceroni, lib. 10. 23. 12. a
Bonorum insidiator es, latrocinio vitam innocentissimi cuiusque petisti. ad Heren. 29. b
Petere locum aliquem.
Nihil enim habent hæc duo genera proni, & supera semper petunt. 1. Tusc. q. 35. Id est, capeant, expetunt, captant.
Per Macedoniam Cyzicum petebamus. epist. 135. b
Et ille incertus vbi ego essem, fortasse alium cursum petiuit. ad Att. lib. 3. 48. 3. a
Crotonem petemus. Att. 154. b
Athenas petere. ad Att. lib. 3. 42. 2. a
Iter à Vibone Brundisium petere contèdi. pro Planc. 280. b
Dyrhachium petere contendi. pro Planc. 280. b
Petere animo locum aliquem. pro Planc. 77
Petens.
Grues loca calidiora petentes, mare transmittunt. de Nat. deorum. 51. b
Nauesque in cursu frumento onustas petentes Rhodum viderit, &c. 3. Offic. 66. a
Petitus.
Petita est autoritas vestra. de Arusp. resp. 254. b
Petitio.
At ego tibi non soluam, nisi prius à te cauero, amplius eo nomine neminem, cuius petitio sit, petiturum. de Claris Oratoribus. 166. b
Sic oratio nec plagam grauem facit, nisi petitio fuerit apta: &c. in Orat. 134. a
Petitio consulatus angustior. pro Domo sua. 30. de Petitio-
ne Consul. 5. a
Petitio magistratuum diuisa est in duarum rationum diligentiam: quarum vna in amicorum studiis, altera in populari voluntate ponenda est. de Petit. Conf. 11
Petitioni se dare. 13. fam. 21
Et tibi integram petitionem reliquit. pro Rosc. Com. 32. a
Ego huius petitiones in coniectas, vt vitari non posse videntur, parua quadam declinatione effugi. 2. in Catil. 11
Fuit & mihi & Quinto fratri magno vsui in nostris petitionibus. ad Att. lib. 1. a

Primis petitionibus res ad cõsiliu deferrebat. 1. ad At. 37
Petitor.
Possumus petitoris personam suscipere, accusatoris depone-
re. pro Quinto. 25. a
Quis erat petitor? Fannius. quis reus? Flavius. quis iudex?
Cluuius. pro Rosc. Com. 24. a
Etenim si Prætor is qui iudicia dat, nunquam petitori præ-
stituit qua actione illum vti velit: &c. pro Cecin. 6. a
Sed accusatorem pro omni actore & petitore appello. in
Partit. 60. a
Petitorum hæc est adhuc informata cogitatio. ad Att. 1. b
Petesso.
Mentèque diuina cælum terræque petessit. 1. de Diuina-
tione. 30. a
Qui hanc laudem petessunt, nullum fugiunt dolorem. 2.
Tusc. q. 53
Petilius.
Q. Petilius, iudex in Milonem. pro Mil. 33
Petissius.
Petissius Vrbinas, ex Antonii latronibus. 12. Philip. 334
M. Petreii laus. pro Sest. 9
Petri. 5. in Verr. 76
Petulans.
Audax, petulans, libidinosus. pro Syl. 55. a
Turpis, cupidus, petulans. de Inuent. 66. b
Illud assequor, vt si quis mihi fortè maledicat, petulans, aut
planè infans esse videatur. 2. de Orat. 168. a
Dicitur petulans nullum in vita proferatur. pro Mur. 12. a
Feruidum, petulans, & furiosum genus dicendi. de Claris
Orat. 130. a
Illiberale, petulans, flagitiosum & obscœnum genus iocan-
di. 1. Offic. 145. a
Petulans & audax homo Vatinius. Q. frat. lib. 2. 8. 3. a
Nemo tam effusè petulans conatus est. in Pis. 7. a
Petulans & improbus scurra. pro Cluent. 29. a
Lapsa est libido in muliere ignota, dolor ad pauciores per-
tinet, quam si petulans fuisset in aliqua nobili virgine.
Parad. 13
Et ex ea re non esse mirandum qui in illa re turpis, aut cu-
pidus, aut petulans fuerit. 2. de Inuent. 144. a
Si quis mihi maledicit, petulans & planè infans videtur.
de Orat. 137. b
Maledicta iurgii petulantis magis, quam publicæ quæstio-
nis. pro Cæl. 22. a
Alii autem etiam amatoris leuitatibus dediti, alii petulan-
tes: alii audaces, proterui, iidem intemperantes & ignaui,
nunquam in sententia permanentes: &c. 1. de Finib. 91. a
Define bonos petulantissima consecrari lingua. in Sal. 13. a
Petulantissimis verbis lædere vnum, laudare alium. Salust.
in Ciceronem. 5. a
Petulantia.
A petendo, petulantia: à procando, id est poscendo, proca-
citas nominata est. 4. de Rep. a
Vt petulantia & libido magis est adolescentum, quam se-
num, nec tamen omnium adolescentum, sed non probor-
um. de Senect. 33. a
Ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulantia: hinc pu-
dicitia, illinc stuprum. 2. in Catil. 44. a
Itaque nec aperta actio rerum illarum petulantia vacat, nec
orationis obscœnitas. 1. Offic. 178. a
Furorem & petulantiam hominis fregi. in Pis. 24. a
Cauendum est ne in petulantiam incidas. Cecinna Cice-
ro-
ni, lib. 6. 27
Nulla turpitudine, quæ à libidine, aut à petulantia, aut ab au-
dacia nata esset, ab accusatore obiceretur, si non vera, at-
tamen ficta, cū aliqua ratione ac suspitione: pro For. 23. a
Quibus liberos, coniugesque suas integras ab istius petu-
lantia conseruare non licitum est. 2. Verr. 9. a
Iniquo animo maledicta tua paterer M. Tulli, si te scirem
iudicio magis, quam animi morbo petulantia ista vti. Sa-
lust. in Cic. 270. b
Petulanter.
Facimus petulanter si matrem familiars, secus quam matro-

narum sanctitas postulat, nominamus. pro Cæl. 23. a
Nam quòd ista inusitata rabie petulanter in vxorem & in
filiam meam inuasisti, &c. in Salust. 5. a
Diphilus tragædus in nostrum Pompeium petulanter in-
uectus est. ad Att. lib. 2. 34. 4. a
Si vidua liberè, proterua petulanter, diues effusè, libidinosa
meretricio more viueret: &c. pro Cæl. 30. a
Contumelia si petulantius auctatur, conuiuium: si facetius,
vrbanitas nominatur. pro Cæl. 4. a
Quam censeo acerba nunc esse, quum à perditis in ciuili
nefario bello petulantissimè fiant: ad Att. lib. 9. 191. 2. a
Petulus.
Redeo ad deos: equos si non tam strabones, at petulos esse
arbitramur. 1. de Nat. d. 56
Pexus, Vide Pecto.
Phæaces.
Quod ex eis carminibus intelligi potest, quæ apud illum,
& in Phæacum & in procorum epulis canuntur. de Cl. 35. a
Phædo.
Phædoni Socratico turpissimè maledixit Epicurus. de Nat.
deorum. 1. 66
Phædrus.
Phædrus, philosophus, nobilis Athenis. 5. Philip. 173
Phædrus, philosophus, mihi probatus. 13. fam. 2
Phædro nihil elegantius, nihil humanius. de Nat. d. 1. 65
Phænon. de Nat. d. 56. b
Phæra.
Phæra, vrbs in Thessalia, admodum nobilis. Diuin. lib. 1. 49
Phæra ab Alexandro tyranno crudeli dominatu pressa.
ibidem.
Phæraus.
Phærao Iasoni quidam gladio vomitam aperuit, quam sa-
nare medici non poterant. 3. de Nat. d. 51
Phæraum Iasonem cæteris anteponunt. 1. Offic. 152. a
Phaethon.
Epistola quam Phaethonti dedi. 1. ad Quint. frat. 58
Sol Phaethonti filio (vt redeamus ad fabulas) facturum se
esse dixit, quicquid optasset. 3. Offic. 126
Phalaris.
Phalaris, tyrannus crudelis & immanis. Offic. 3. 36
Phalaridis crudelitas, præter cæteros, nobilitata est. Of. 2. 35
Crudelissimus omnium tyrannorum Phalaris taurum ha-
buisse dicitur, quo viuos supplicii causa demittere homi-
nes & subicere flammam solebat. 6. Verr. 65. a
Phalaris in ipso flore Græciæ, multos cruciauit & necauit.
3. de Nat. d. 61
Phalaris grammaticus. in Pis. 57. a
Phalaridis matris somnium. Diuin. lib. 1. 44
Phalarimne an Pisistratum sit imitaturus, incertum. 7. ad
Atticum. 59
Phaleræ.
Nobiles phaleræ. 6. Verr. 24. a
Factæ pulcherrimè phaleræ. 6. Verr. 24. a
Q. Rubrium phaleris ac torque donasti. ad Att. 250. b
Plancum se aiebant hunc Buthrotium pridie quam hoc
scribebam, id est tertio Nonarum, vidisse demissum sine
phaleris. ad Att. lib. 15. 49
Phalereus.
Phalereus ille Demetrius omnium istorum mea sententia
politissimus. de Orat. 117. b
Phalereus Demetrius, Theophrasti auditor fuit. de Finibus,
lib. 5. 50
Phalereus scribit, posteaquam sumptuosa fieri funera, & la-
mentabilia coepissent, Solonis lege sublata esse. 2. de Leg. 59
Phalereus Demetrius, quum patria pulsus esset iniuria, ad
Ptolemæum se regem Alexandriam contulit, multaque
præclara in illo calamitoso otio scripsit. de Fin. lib. 5. 50
Phalerius. de Finib. 125. b
Phanaticus, Vide post Fanum.
Phania.
Phania ἡσθητικὸς μὲνους. 2. fam. 23
Si ipsa Resp. &c. non facilius ex ea cognoscere posses, quam
ex liberto tuo Phania. ad Appium, lib. 3. 1

Phantasia.

Ἄνεσθ' φαντασία emergit. ad Att. lib. 9. 15
Sensus iunctos esse censuit è quadam quasi impulsione
oblata extrinsecus, quam ille phantasiam, nos visum ap-
pellemus licet. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 19. & ed. 2. lib. 1. 28
Excitare φαντασίαν spectris. Cassio, lib. 15. 16. 2. a

Pharmacopola.

Tum repente Anconitanum quendam L. Clodium pharma-
copolam circumforaneum, qui casu tum Larinum venif-
set, aggreditur. pro Cluent. 30. a

Phanum, Vide Fanum.

Pharnaces.

Maximè Pharnaces legio x 11, ad quam primùm Sulla ve-
nit, lapidibus hominem egisse dicitur. ad Att. lib. 11. 227. 2. b
Quis enim aut Alexandri belli tantam moram huic bello
adiunctum iri, aut nescio quem istum Pharnacem Asiæ
terrorem illaturum putaret? ad Cassium, lib. 15. 41

Pharsalia, Thessalia regio. in Ant. 262. b

Pharsalicus.

Pharsalicum prælium. pro Deiot. 20. a

Phaselis.

Phaselis illa, quam cepit P. Seruilius, non fuerat vrbs antè
Cilicum atque prædonum, Lycii illam Græci homines
incolebant: sed quòd erat eiusmodi loco, atque ita proie-
cta in altum, vt & exeuntes è Cilicia prædones, sæpe ad
eam necessario deuenirent: &c. 6. Verr. 18

Phaselus.

Epicopus phaselus. ad Att. lib. 14. 30
Tertiam quam (vt scribis) anchora soluta de phaselo dedi-
sti. ad Att. lib. 1. 23

Phemio ἑρπας mandatum est. 6. ad Att. 12

Pheneatæ.

Quintus quem colunt Pheneatæ, qui & Argum dicitur in-
teremisse, &c. 3. de Nat. d. 40. De Mercuriis.

Phercides.

Phercides Syrus primùm dixit animos hominum esse
sempiternos. Tusc. q. lib. 1. 31

Phercides, quum vidisset haustam aquam de iugi puteo,
terræmotus dixit instare. Diuin. lib. 1. 96

Phercides fuit regnante Tullio. Tusc. q. lib. 1. 31

Magister Pythagoræ Phercides potius diuinus habebitur,
quam Physicus. 1. de Diuin. 95

Phercides historiam sine ornatu scripsit. 2. de Orat. 29

Phæraus, Vide Phæraus.

Phereceus.

An hoc eiusdem modi est, quale Phereceum illud quod
est à te dictum? 2. de Diuinat. 46. a

Pherecrates.

Pherecrates Phthiota, ortus à Deucalione, teste Dicæarcho.
Tusc. q. lib. 1. 18

Phidias.

Phidias sui similem speciem inclusit in clypeo Mineræ,
quum inscribere non liceret. Tusc. q. lib. 1. 28

Phidias Mineræ signum effecit. 2. de Orat. 41

Phidie clypeus. Orat. 138

Nam Q. Hortensii admodum adolescentis ingenium, vt
Phidie signum simul aspectum & probatum est. de Clar.
Oratoribus. 121. a

Mineræ signum ex ebore pulcherrimum Phidie. de Clar.
Orat. 139. a

Phidie simulachris, nihil in illo genere perfectius. Orat. 5

Phiditia.

Quid: victum Lacedæmoniorum in phiditiis nonne vide-
mus? 5. Tusc. q. 70. Erant autem phiditia, conuiuia Lacedæ-
moniorum sic vocata, vt Cretensium Andria.

Philarchus.

Philarchus Centuripinus à C. Verre phaleris nobilissimis
spoliatus. 6. in Verr. 24

Philargus.

Philargus Centuripinus ob virgarum metum, pecuniam C.
Verris liberto numerauit. 7. in Verr. 91

Philautia.

Libri quidem ita exierunt (nisi fortè me communis φαντασία
Z. ii.

decipit) vt in tali genere ne apud Græcos quidem simile quicquam. ad Att. lib. 13. 15
Phileros.
 Duabus tuis epistolis respondebo : vni, quam triduo antè acceperem à Zetho: alteri, quam attulerat Phileros tabularius. Pæto, lib. 9. 15. 1. a
Philinus.
 Philinus Herbitensis, homo disertus & prudens, & domi nobilis, &c. 5. Verr. 68
Philippus.
 L. Philippus Cenfor, P. Clodii consobrini. pro Dom. 66
 L. Philippus Trib. mil. non est factus, c o s. factus est. pro Planc. 42
 L. Philippus, ciuitatis Romanæ florentissimus. pro Quintio, 48
 L. Philippus Mutinam ad Antonium Legatus. 8. Philippi carum, 252
 L. Philippus sua sententia Pompeium ad bellum pro Consulibus misit. pro Leg. Manil. 43
 L. Philippus à M. Herennio in petitione superatus. pro Murena, 34
 Q. Philippus, Roma pulsus, Nuceriæ ciuis factus est. pro Corn. Balbo, 21
 Philippus Aristotelem Alexandro filio doctorem acciuit, à quo eodem ille & agèdi acciperet præcepta, & loquendi. 3. de Orat. 78
 Philippus Consul, causæ principum infensus. 1. de Orat. 13
 Philippus, homo disertus atque eruditus, ita ad dicendum surgebat, vt quod primum verbum habiturus esset, nesciret. 2. de Orat. 173
 Philippus, homo vehemens & disertus, & ad resistendum fortis. 3. de Orat. 2
 Philippus omnia castella expugnari posse dicebat, in quæ modò asellus onustus auro posset ascendere. 1. ad Atticum, 44. & 8. 11
 Philippus in concione dixit, vidèdum sibi aliud consilium, illo Senatu se Rempub. gerere non posse. 3. de Orat. 1
 Philippus monitus fuit in capulo quadrigulas vitare. Fat. 4
 Philippus Macedonum rex, rebus gestis, & gloria superatus à filio, facilitate & humanitate superior fuit. Offic. 1. 127
 Philippus, regis Deiotari feruus medicus. pro Deiot. 11
 Philippus Octauium non salutabat. 14. ad Att. 17
 Philippi Consulis concio aduersus Senatum. 3. de Orat. 2
 Philippi priuignus Octauius. ad Brut. 55. in epist. Brutii.
Philippicæ.
 Fuit enim mihi commodum, quòd in eis orationibus, quæ Philippicæ nominantur, enituerat ciuis ille tuus Demosthenes. ad Att. lib. 2. 16. 5. a
 Video te delectari Philippicis nostris. ad Att. 12. b
Philistus.
 Hunc consecutus est Syracusius Philistus, qui quum Dionysii tyranni familiarissimus esset, &c. 2. de Orat. 31. a
 Philistus historicus tuiusmodi. 2. ad Quint. frat. 30
 Philistus orator. 2. de Orat. 53
 Philisto Syracusio, meo tempore, amatores defuerunt. Bruto, 33
 Me magis de Dionysio delectat: ipse enim veterator magnus & perfamiliaris Philisto. Quint. frat. lib. 2. 15. 4. a
Philo.
 Philo, minus acer aduersarius. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 13
 Philo, in suis libris errorem coarguit eorum, qui duas Academias esse putarunt. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 10
 Philo, Clitomacho operam multos annos dedit. Academic. quæst. ed. 1. lib. 2. 17
 Philo architectus, qui Atheniensibus armamentarium fecit, &c. 1. de Orat. 32
 Philo instituit alio tempore rhetorù præcepta tradere, alio philosophorum. Tusc. q. lib. 2. 7
 Philo, magister Antiochi, vir magnus. Acad. quæst. ed. 2. lib. 1. 10
 Philo negauit duas Academias esse. Academic. quæst. ed. 2. lib. 1. 10
 Philo in Academia nobilis. 3. de Orat. 61

Philo noster ferre non poterat aspernari Epicureos molles. de Nat. d. 1. 79
 Philo noster Zenonem Coryphæum appellare Epicureum solebat. de Nat. deorum, 1. 41
 Eodem tēpore quum princeps Academiæ Philo cum Atheniensium optimatibus Mithridatico bello domo profugisset, Romamque venisset, totum ei me tradidi, admirabili quodam ad philosophiam studio concitatus, &c. de Clar. Orat. 170. a
 Philo summa memoria pronuntiabat Epicuri sententias. de Nat. d. 1. 79
 Philo Herennius, Byblius genere, grammaticus tempore Adriani, de cuius imperio scripsit: &c. 1. de Nat. d. 1. 1. a
 Philonis auditor, Antiochus. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 1. 4
 Philonis autoritas extenuatur. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 1. 19
 Libertum Philonem istuc misit, & Diogenem Græcum, quibus mandata & literas ad te dedi. Cælius Ciceroni, lib. 8. 8. 32. a
 Is Philonem Pompeii libertum, & Hilarum suum libertum venisse à Sexto cum literis ad c o s. s. ad Atticum, lib. 16. 333. 8. a
 A Philone, Diodoro, Antiocho, Posidonio, philosophis institutus sum. de Nat. d. 1. 6
 Philone viuo patrocinium Academiæ non defuit. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 17
 Φιλόκαλοι & φιλόδημοι sunt ii qui à nobis φιλόδονοι vocantur. 15. fam. 49. in epist. Cassii.
Philoctetes, & Philocteta.
 Philoctetes serpentis morfu vlceratus, in insula Lemno relictus est. de Fat. 54. a
 Philocteta sagittis Paris, qui & Alexander, percussus. 4. ad Herennium, 194
 Ea perferant, quæ Philoctetam videmus in fabulis, qui cum cruciaretur non ferendis doloribus, propagabat tamen vitam aucupio sagittarum:
 Configebat tardus celeres stans volantes, vt apud Actium est,
 Pennarumque contextu corpori tegumenta faciebat. de Finibus, lib. 5. 56. a. 7. fam. 57
 Nimium te laborare doleo, & meliorem ciuem esse quàm Philoctetem, qui accepta iniuria, ea spectacula quærebat, quæ tibi acerba esse video. ad Quint. frat. lib. 2. 12. 5. a. 2. Tusc. q. 14
Philocteteus.
 In primisque refutetur ac reiiciatur Philocteteus ille clamor. Tusc. q. lib. 2. 48
Philodamus.
 Philodamus Opuntius à Cn. Dolabella damnatus, cum ei Romam Legatio à suis ciuibus data esset. 4. in Verr. 75
 Philodamus, posteaquam ius suum obtinere non potuit, vt humanitatem consuetudinemque suam retineret, laborabat. 3. Verr. 44. a
 Philodamus Lampfacenus securi percussus. 3. in Verrem, 52, & 53
 Philodami Lampfaceni iudicium. 3. in Verr. 51
 Φιλόδημον πάντα amo. 12. ad Att. 9
Philodorus.
 Philodorus Trallianus. pro Flac. 42
Philogenes.
 Philogenes, libertus Attici. ad Att. lib. 6. 113. 1. a
Philogonus.
 Scripsi & dedi literas ad te Philogono liberto tuo: &c. 1. ad Quint. frat. 51
 Similitèrque cæteri morbi, vt gloriæ cupiditas, vt mulierositas, vt ita appellem eam quæ Græcè φιλοσημία dicitur, &c. 4. Tusc. q. 19. Id est, cupiditas muliebris voluptatis.
Philolaus.
 Philolaum instituit Architas Tarentinus. 3. de Orat. 77
Philologia.
 Non dessemus, ne opera & oleum philologiæ nostræ perierit, sed conferamus tranquillo animo. ad Att. lib. 2. 12. 4. a
 Non est enim seiunctus locus à philologia & quotidiana συζησι. Tironi, lib. 16. 41

Philologus.
 Homines nobiles, sed nullo modo philologi. ad Att. 107. b
 Ita philologi sumus, vt vel cum fabris habitare possimus. 2. ad Quint. frat. 24. & 13. ad Att. 13
Philomelum.
 Philomelum, ciuitas Phrygiæ. 5. in Verr. 166. Vrbs Asiæ. 3. fam. 66
 Apud Philomelum quinque cohortes cōsedissent. 15. familiarium, 13
 Philomelenses. 5. in Verr. 166
 Φιλοφρόνης ex eo quærerem quid opus esset. 15. ad Att. 31
Philoromæus.
 Philoromæus, Ariobarzanes rex. 15. fam. 6
Philosophia.
 Ars est enim philosophia vitæ. 3. de Finib. 6
 Nec quicquam aliud est philosophia, si interpretari velis, quàm studium sapientiæ. Offic. lib. 2. 6
 Commemoratio mortis, philosophia. 1. Tusc. q. 117. a
 Cultura animi philosophia est, quæ extrahit vitia radicitus, & præparat animos ad satus accipiendos, eaque mandat his, & vt ita dicam, ferit, quæ adulta fructus vberimos ferant. Tusc. q. lib. 2. 10
 Philosophia, dux vitæ, virtutis indagatrix, expultrix vitiorum, &c. Tusc. q. lib. 5. 3
 Philosophia, magistra vitæ. Tusc. q. lib. 2. 12
 Mater omnium artium, donum & inuētum deorum, philosophia. Tusc. quæst. lib. 1. 51
 Philosophia mater omnium benefactorum, benèque dictorum. de Clar. Orat. 179
 Est profectò animi medicina, philosophia. Tusc. quæst. lib. 3. 5
 Philosophia, medicina morborum animi. Tusc. q. lib. 4. 47
 Philosophia non est reliquarum artium similis. lib. 3. de Oratore, 45
 Philosophia, parens vitæ. Tusc. q. lib. 5. 4
 At philosophia quidem tantum abest vt perinde, ac de hominum est vita merita, laudetur, vt à plerisque neglecta, à multis etiam vituperetur. Tusc. q. lib. 5. 4
 Philosophia longè cæteris & studiis & artibus antecedit. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 3
 Philosophia ex rationum collatione constat. Tusc. quæst. lib. 4. 69
 Philosophia virtutis cōtinet & officii & bene viuendi disciplinam, quam qui profitetur, grauissimam mihi sustinere personam videtur. in Pis. 56
 Et quum omnium artium, quæ ad rectam viuēdi viam pertinerent, ratio & disciplina studio sapientiæ, quæ philosophia dicitur, contineretur. 1. Tusc. q. 1
 Philosophia dissipatos homines in societatem vitæ conuocauit: eosque inter se primò domiciliis, deinde coniugiis, tum literarum & vocum communiōe iunxit. Tusc. q. lib. 5. 4
 Philosophia ab animo, tāquam ab oculis, caliginem dispulit, vt omnia supera, infera, prima, vltima, media videremus. Tusc. q. lib. 1. 52
 Philosophia nos primū ad deorum cultum, deinde ad ius hominum, tum ad modestiam magnitudinemque animi erudiuit. Tusc. q. lib. 1. 52
 In ipsa enim Græcia, philosophia tanto in honore nūquam fuisset, nisi doctissimorum contentiōibus, diffensionibusque viguisset. Tusc. q. lib. 2. 3
 Sapientia à cuius amore Græco verbo philosophia nomen inuenit. 1. de Legib. 87
 Nunquam igitur satis dignè laudari philosophia poterit, cui qui parcat, omne tempus ætatis sine molestia possit degere. de Senect. 2
 Omnis philosophia, quæ est de vita & moribus, manauit à Socrate. Tusc. q. lib. 3. 7
 Philosophia medetur animis, inanes sollicitudines detrahit, cupiditatibus liberat, pellit timores. Tusc. q. lib. 2. 8
 Omnis optimarum rerum cognitio, atque in iis exercitatio, philosophia nominatur. de Orat. lib. 3. 34. a
 Philosophia profitetur perfecturam se, qui legibus suis pa-

fuisset, vt esset contra fortunam semper armatus, vt omnia præsidia haberet in se bene beatèque viuēdi, vt esset semper denique beatus. Tusc. q. lib. 5. 16
 Tanquam philosophia videtur esse ea villa, quæ obiurget cæterarum villarum insaniam. 3. ad Quint. frat. 5
 Philosophia antiqua & vera quibusdam otii esse ac desidia videtur. 15. fam. 24
 Philosophia antiqua sensu in vna virtute esse positam beatam vitam, nec tamen beatissimam, nisi adiungerentur & cætera ad virtutis vsum idonea. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 17
 Philosophia defensa & collaudata. lib. 1. de Finib. 2
 Philosophia tres in partes distributa est, in natura obscuritatem, in differendi subtilitatem, in vitam atque mores. 1. de Orat. 35
 Tota philosophia, mi Cicero, frugifera & fructuosa est, nec vlla pars eius inculta ac deserta est. Offic. lib. 3. 6
 Fugiens consulto multitudinem philosophia, paucis contenta iudicibus. 2. Tusc. q. 5. a
 Philosophia diligentissime Græcis literis explicata. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 3
 Ista præpotens & gloriosa philosophia. de Orat. lib. 1. 95. a
 Quanti æstimanda est hæc philosophia, cui tanquam aniculis, & iis quidem indoctis, fato fieri omnia videantur. de Nat. d. 1. 39
 Philosophia non illa de natura, sed hæc, in qua de bonis rebus & malis, deque hominum vita & moribus disputatur, tum primum inuenta dicitur. de Clar. Orat. 167. b
 Philosophia, inuentrix legum, magistra morum & disciplinæ. Tusc. q. lib. 5. 4
 Ipsa autè philosophia, quæ rationibus progredi debet, &c. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 27
 Philosophia in libro, qui inscriptus erat Hortensius, laudatà à me. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 6
 Philosophia moralis maximè necessaria. Academic. quæst. ed. 2. lib. 1. 24
 Perfecta philosophia est, quæ de maximis quæstionibus copiose potest, ornatèque dicere. Tusc. q. lib. 1. 6
 Philosophia laudandarum artium omnium procreatrix, & quasi parens. 1. de Orat. 5
 Vbi philosophia tua? tua quidem in culina. 15. fam. 47
 Philosophia vetus à Socrate orta. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 3
 Ars omnis & doctrina liberalis, & maximè philosophia. 4. familiarium, 13
 Philosophia paucis contenta est iudicibus, multitudinem consulto ipsa fugiens, eique ipsi suspecta & inuisa. Tusc. quæst. lib. 2. 3
 Philosophiæ explicandæ causam attulit mihi grauis casus ciuitatis. Diuinat. lib. 2. 4
 Quid à singulis philosophiæ disciplinis diceretur, persecutus sumus. lib. 1. de Finib. 10
 Philosophiæ ἐπισημοί. Tusc. q. lib. 5. 3
 Philosophiæ nomen recens, res ipsa vetus. Tusc. q. lib. 5. 5
 Philosophiæ parens Socrates. de Nat. d. 1. 66
 Philosophiæ pars, quæ posita est in vita & moribus. Acad. quæst. ed. 2. lib. 1. 24
 Iam in altera philosophiæ parte, quæ est quærendi ac differendi, quæ λογική dicitur. lib. 1. de Finib. 16
 In tertia parte philosophiæ, quæ est de vita & moribus. lib. 1. de Finib. 17
 Philosophiæ partitio Stoica. Tusc. q. lib. 5. 50
 Quæ quidem ego non ferrem, nisi me in philosophiæ portum contulissem. 7. fam. 53
 Philosophiæ principium, scientia. de Nat. d. 1. 1
 Philosophiæ regula, est constitutio veri, falsi, cogniti, incogniti. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 29
 Philosophiæ seueritate sublata, humanissime nobiscum vocatur. 16. fam. 28. ex epist. Ciceronis filii.
 Philosophiæ tractatio optimo atque amplissimo quoque dignissima est. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 6
 Philosophiæ vis non idem potest apud omnes: tum valet multum, quum est idoneam complexa naturam. Tusc. quæst. lib. 2. 8

Philosophia magnam habeam gratiam, quæ me non modò à solitudine abducit, sed etiam contra omnes fortunæ impetus armat. 12. fam. 50
 Philosophia deditus. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 4
 Indicebat bellum philosophiæ Zethus Pacuianus. 2. de Oratore, 85. a
 Philosophiam rerumque ad eam pertinentium disputationem principibus civitatis non ita esse decoram, secundum opinionem nonnullorum. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 5
 Quibus ex rebus philosophiam adepti sumus, quo bono nullum optabilius, nullum præstantius, neque datum est mortalium generi deorum concessu atque munere, neque dabitur. de Vniuers. 65
 Philosophiam ad te allegem. 15. fam. 24
 Apollonius Rhodius irridebat & contemnebat philosophiam. de Orat. 91. b
 Philosophiam in aciem deducere. 15. fam. 24
 Philosophiam hanc habemus non ab Hymetto, sed ab area Syra. 2. ad Quint. frat. 24
 Philosophiam bene constitutam perturbare. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 14
 Proferri philosophiam in Pis. 56. a
 Philosophiam nobis pro Reip. procuracione substitutam putabamus. Diuin. lib. 2. 5
 Philosophia maius à deis munus nullum est hominum generi datum. 15. fam. 24
 Philosophia nullum minus aut melius à diis datum munus homini. Acad. q. ed. 1. lib. 1. 6
 Auocare aliquem à philosophia. 1. Tusc. q. 5. a
 Sed & huius culpæ, & ceterorum vitiorum, peccatorumque nostrorum omnis à philosophia petenda correctio est. Tusc. q. lib. 5. 3
 A philosophia instructor. Brut. 83
 Tertius liber Aristotelis de philosophia. de Nat. d. 1. 24
 Qui diligenter hæc, quæ de philosophia literis mandamus, legere assueverit, iudicabit nulla ad legendum esse portiora. lib. 1. de Finib. 9
 Philosophia vir bonus & fortis efficitur. de Diuin. 109. b
 In philosophia morali quod absolutum est, virtus dicitur. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 15
 In philosophia totæ hominū ingeniosissimorum ætates contritæ. 1. de Orat. 111
 Difficile est in philosophia pauca esse ei nota, cui non sint aut pleraque, aut omnia. Tusc. q. lib. 2. 1
 In philosophia plurimum interest, quemadmodum dicas, ubi res spectatur, non verba penduntur. Orat. 101. b
 Duo hæc in philosophia maxima: iudicium veri, & finis bonorum. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 29
 In philosophia morali quod inchoatum est, neque absolutum, progressio quædam ad virtutem appellatur. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 15
 In philosophia multa sunt & grauiæ & vtilia, accuratè copiosèque à philosophis disputata. Offic. 1. 7
 In philosophia nihil debet esse commentitiis fabulis loci. 2. de Diuinat. 63
 Versari in antiquissima & nobilissima philosophia. 2. Officiorum, 11. a
 Sine philosophia non posse fieri eum quem quærimus eloquentem. Orat. 7
 Exercitatio propria duarum philosophiarum. de Orat. 152. b
Philosophus.
 Philosophus, qui de sua vi ac sapientia vnus omnia penè proficitur, is est, qui omnium rerum diuinarum naturam, causasque noscit, & omnem bene viuendi rationem tenet ac persequitur. 1. de Orat. 106
 Vt si grammaticum se professus quispiam barbarè loquatur: aut si absurdè canat is qui se haberi velit musicum, hoc turpius sit, quòd in eo ipso peccet, cuius proficitur scientiam: sic philosophus in ratione vitæ peccans hoc turpius est, quòd in officio, cuius magister esse vult, labitur, artèque vitæ professus, delinquit in vita. Tuscul. q. lib. 2. 9
 Philosophi non est testibus vti, qui aut casu veri, aut mali-

tia falsi fictique esse possunt. Diuin. lib. 2. 21
 Nihil porro tam inhumanum, tam immane, tam ferum, quam committere ut beneficio non dicam indignus, sed victus esse videare. pro Planc. 66. a
 Multa videbis fortasse, quæ nolis, non plura tamè quam au dis quotidie: non est porro tuum vno sensu solum oculorum moueri, cum, &c. Marcel. lib. 4. 9. 4. a
 Occurrebat nancam ac debilem Præturam suam futuram Consule Milone, eum porro summo consensu Pop. Romani Consulem fieri videbat. pro Milone, 18. a
 Iam porro videte cætera Iudices. pro Rosc. Amer. 68. a
 Porfena.
 Mihi autem hæserunt illa, malè Tarquinius, qui Porfenam, qui Octauium Manilium contra patriam: impiè Coriolanus, qui auxilium petiit à Volscis, &c. 9. ad Attic. 36

Porta.

Agragianæ portæ Syracusis. Tusc. 241. b
 Comites ad portam expectare dicunt. Cassio, lib. 15. 45
 Ad portam præsto esse lictores. in Pis. 43. a
 Quum ego Cælimontana porta introisse dixissem, respon-

sione me mimica Esquilina introisse, homo promptissimus laceffuit. in Pis. 43
 Bibulus pedem porta non plus extulit, quam domo sua. Att. 101. b
 Socrates dum triginta tyranni essent, pedem porta non extulit. ad Att. lib. 8. 146. 7. a. & lib. 7. 122. 7. a
 Vtar ea porta, quam primum videro. 7. ad Att. 27
 Per vias quasdam à medio intestino vsque ad portas iecoris. 2. de Nat. deo. 206. a
 Si Annibal ad portas venisset, murumque iaculo traiecisset. de Finib. 111. b
 Occupare portas vrbis. 14. Philipp. 394. a
 Porticula. Vide Portus.
 Portendo.

Nam quod de sole ostensum est tibi, populo commutationem rerum portendit fore. de Diuin. 89. b
 Portenta, ostenta, monstra, prodigia dicuntur, quia ostendunt, portendunt, monstrant, prædicunt. 1. de Diuin. 154. a
 Periculum principibus dii portendunt. de Arusp. 49. a
 Commutatione rerum populo portendere. 1. de Diuin. 81. a
 Quum in eo ipso periculum est, ex quo periculum portenditur. de Arusp. 249. b
 Significationes rerum futurarum vigilantibus & dormientibus portenduntur. 1. de Nat. deo. 124
 Quum magnorum periculorum metus ex ostentis portenderetur. 6. in Verr. 97. a
 Prædictiones verò & præfensiones rerum futurarum, quid aliud declarant, nisi hominibus ea quæ sunt, ostendi, monstrari, portendi, &c. 2. de Nat. d. 10. a

Portentum.

Nec si id factum est, quod fieri potuit, portentum debet videri. Nam si quod raro fit, portentum putandum est, sapientem esse, portentum est. de Nat. d. 27. b. & 2. de Diuin. 47
 Portentum de homine inusitata improbitate. 10. fam. 71. in epist. Pollionis.
 Ea quæ sint, portendi, ex quo portentum. de Nat. d. 15
 Fatale portentum, prodigiūque Reipub. P. Clodium. in Pis. 6. a
 Portenti simile. 14. ad Att. 47
 Portenta, quæ quondam credebantur apud inferos, non extimescenda. de Nat. deo. 2. 4
 Gabinium & Pisonem, duo Reip. portenta ac penè funera. de Prou. Conf. 15. a
 Portenta ad Etruscos & Aruspices, si Senatus iusserit, deferunt. 2. de Leg. 18
 Hominū pecudumque portenta præter naturā. 2. de Nat. 21. a
 Portenta & miracula non discretium philosophorum, sed somniantium. de Nat. deo. 1. 14
 Portentorum explanationes olim Etruscorum disciplina continebantur. de Arusp. respon. 16
 Interpres portentorum. 2. de Diuin. 90. a
 Aut quid negotii est hæc poetarum & pictorum portenta convincere? 1. Tusc. q. 9
 Quid Zeno: portenta hæc esse dicit. de Fin. 122. b

Portentofus.

An verò illa nos terrent, siquādo aliqua portentosa aut expecude, aut ex homine nata dicuntur? 2. de Diuin. 88. a

Porticus.

Porticus hæc ipsa vbi inambulamus. de Orat. 110. b
 Porticus inferior, & eius conclauia. 3. ad Q. fra. 39
 Propterea quod summam dignitatē pauimentata porticus habebat. Quint. fra. lib. 3. 1
 In palatio pulcherrimo prospectu porticū cum conclauibus pauimentatum trecentū pedum concupiscerat. pro Do. 89. a
 In cæpo Martio septa tributis comitiis marmorea sumus & tecta facturi, eaq; cingemus excelsa porticu. ad Att. lib. 4. 51
 In porticu atriolum fiat. 1. ad Q. frat. 1

Portio.

Quū omnes aliæ ciuitates pro portione in prouincias descripsisset. pro Flac. 151. b
 Pro rata portione aliquid distinguere. in Som. Scip. 17. a
 Nunquam in Sicilia frumentū publicè est emptū, quin Martini pro portione imperaretur. 7. in Verr. 44. a

Sed oportet, ut in ædibus ac templis vestibula & aditus, sic causis principia pro portione rerum proponere. 2. de Orat. 175. a

Portius.

Portius Cato in originibus tradit apud Romanos solitos esse conuiuias in epulis canere ad tibicinem de clarorum hominum virtutibus. Tusc. q. lib. 1. 3
 Portia lex. 7. in Verr. 127. & pro C. Rab. 5. & 7

Portitor.

Cum te non custodem ad continendas, sed portitorem ad partiendas merces missum putares. in Vat. 31. b
 Primum improbantur ii quæstus qui in odia hominum incurrunt, ut portitorum, ut feneratorum. 1. Offic. 208. a
 Qui nuper in portoriis Italiae tollendis non tam de portorio, quam de nonnullis iniuriis portitorum querebantur. ad Q. frat. lib. 1. 1. 48. a
 Si turpe, si intolerandum, hos decemuiros portitores omnibus omnium pecuniis constitui. de Lege Agr. 64. a

Portorium.

Vectigal ac portorium Dyrrhachinorum. de prouinc. Consular. a
 Circumuectionis portorium. ad Att. lib. 2. 40
 His pro rebus, quod portorium non esset datum, literas ad socios misisse L. Canuleium, &c. 4. Verr. 128. a
 Titurius Tolosa quaternos denarios in singulas vini amphoras portorii nomine exegit. pro Font. 8
 Portorium locare si Rhodiis turpe non est, nec Hermacreo-ti quidem turpe est conducere. 1. de Inuent. 63
 Vectigalem prouinciam singulis rebus, quæcunque venient, certo portorio imposito, seruis tuis publicanis à te factam esse meministi. in Pis. 69. a
 Exportare aliquid sine portorio. 4. Verr. 132. a
 Tollere portoria Italiae. ad Q. frat. lib. 1. 1. 48. a. & ad Att. lib. 2. 31. 2. a

Porto.

Omnia mea mecum porto, inquit Bias. in Parad. 9. a. 7. ad Att. 18
 Portat secum illam lectica aperta. 10. ad Att. 36
 Memini enim cum hominem portarem ad Baias Neapoli Octophoro, &c. miros risus nos edere. 2. ad Q. frat. 24
 Elefio dolus tantum senarios denarios ab iis, qui ad hostem portarent, exegit. pro Font. 278. b
 Cuius inter lictores lectica Mimæ portatur. ad Attic. lib. 10. 207
 Arma in templo Castoris palam portabantur. pro Sest. 10. b
 Columnæ marmoreæ ex ædibus meis inspectante Pop. Romano ad focerum Consulibus portabantur. pro Domo, 49. a
 Rumorem afferunt magnum Romæ, domum ad Antonium frumentum omne portari. ad Att. lib. 14. 301. 1. a
 In triumpho Massiliam portari ad exemplum amissi imperii vidimus. 2. Offic. 34. & 39
 Lecticas portari videmus. in Ant. 181. b
 Ad hostem scilicet portari viaticum. epist. 184. b
 Non eodem semper spatio portata feruntur. in Ar. b

Portunus.

Portunus à portu, sicut Neptunus à nando, paulum primis literis immutatis dicitur. 2. de Nat. d. 49

Portus.

Ostium & aditus portus. 6. Verr. 105. a
 Nam in ipso aditu atque ore portus, vbi primum, &c. 7. Verr. 24. a
 Quamquam tum & fugæ portus erat in tuis castris, & subfidium salutis in tuo exercitu. ad Brutum, 13
 Celeberrimus & plenissimus nauium portus. pro Leg. Manilla, 23. a
 Tranquillus & tutus portus. pro Plancio, 76. a
 Tutus & clausus portus. de prou. Consul. 24. a
 Portus & refugium nationum Senatus. 2. Offic. 36
 Refugium portusque supplicii, exilium. pro Cecinna, 71. a
 Ab utroque portus cornu moles iacimus. 9. ad Attic. 59. in epist. Cæsaris.
 Sed tanquam portum aliquem expecto, istam quam tu times solitudinem. 1. de Orat. 133. a

Portum habere. 4. in Verr. 123. sub. conductum.

In portum ex alto se conferre. Offic. 1. 211
 In portum ex alto inuehi. pro Mur. 124. b
 In philosophiæ portum se conferre. ad Curium, lib. 7. 53
 His grauissimis casibus in eundem portum, ex quo eramus egressi, magna iactati tempestate confugimus. Tusc. q. lib. 5. 3
 Quid si cessare libet, & in otii portum confugere? ad Attic. lib. 4. 22
 Ut quem in portum se recipiant, scire non possint. de Finib. lib. 5. 13
 Quo propius ad mortem accedo, quasi terram videor videre, aliquandoque in portum ex longa nauigatione esse venturus. de Senect. 65

Portum suorum malorum aliquem inuenire. pro Sylla, 31
 Paratum nobis portum & perfugium mortem putemus, quò utinam velis passis prouehi liceat. 1. Tusc. quæst. 194. a
 Portum tutissimum sibi prouinciam istam esse duxit. 13. fam. 89
 Tenere portum si nequeas, nauigando, tempestatibus obsequi artis est. Lentulo, lib. 1. 9. 85. a
 Portum alium propiorem huic ætati videbamus. 14. ad Atticum, 41

Sed nescio quo modo ipsa illa excludere me à portu & perfugio videntur. Lucio, lib. 5. 42
 Portu clauso se tenere cepit. 12. fam. 23. in epist. Cassii.
 E portu sine gubernaculis egressi, tempestatibus nos trademus. 7. ad Att. 44

E portu simul egredienti, sed expeditius nauiganti. 6. ad Att. 47

An quasi è portu egredientes paululum remigrare? Tusc. q. lib. 4. 8

Soluere è portu. pro Mur. 3. a

Ex tuo portu lubentissimè ad salutem proficiscar. 3. ad Atticum, 31

Canuleius, qui in portu Syracusis operas dabat. in Verrem, 143. b

In portu & scriptura Asiae operas pro magistro dedit. 11. ad Att. 22

In portu es solus, his tempestatibus. 9. fam. 11. id est, perfugii locum habes.

Quem postea quam inanem locum offenderunt, & Præto-rem commouisse ex eo loco castra senserunt, statim sine vilo metu in portu ipsum penetrare cœperunt. 7. in Verr. 76. a

Moles opposita fluctibus, portus manufacti. Offic. 35. b

Propter portus suos, &c. 2. de Leg. Agr. 92. a

Insula, quæ duobus portibus cincta in vtriusque portus ostium aditumque proiecta est. 6. Verr. 105. a

Regio, quæ mari cincta, portibus distincta insulis circumdata esset. pro Flacco, 21. a

Publicanorum familia, quas in portibus & in custodiis habent. pro Pomp. 6. b

Porticula.

Exedria quædam mihi noua sunt instituta in porticula Tusculani: ea volebam tabellis ornare. 7. fam. 42

Portuosus.

Nauigatio minimè portuosus. 6. fam. 53
 Ut philosophi tanquam in superum mare Ioniu defluerent, Græcum quiddam & portuosum. 3. de Orat. 40. a

Posco.

Quam quum poscebat, verbo illam poscere videbatur, re vera iudicia poscebat. 2. Verr. 27. a
 Ut enim in Academiâ nostram descendimus, &c. poposcorum aliquè qui aderant, causam differendi. Tusc. lib. 3. 6
 Nummos magistratum Sicyonium poposcit. 3. Verr. 30. a
 Audacitæ partes Roscii sibi poposcerunt. pro S. Rosc. 24. b
 Sumptum iamne poscet ad id Scaptius? ad Atticum, lib. 6. 113. 15. a
 Epistolam prætextam si voles legere, Gallum Cornelium familiarem meum poscito. Af. Pollio ad Ciceronem, lib. 10. 32. 16. a

Et reliquos nō desideraret solum, sed etiam posceret & flagitare. 7. Verr. 57. a
 Iste inuentus est, qui parentes pretium pro sepultura liberum posceret. 3. Verr. 4. a
 Nemo tam audax qui posceret, nemo tam impudens qui postularet ut venderet. 6. Verr. 39. a
 Ne poposcisses, ego me tibi non offerebam. ad Atticum, lib. 2. 16. 7. a
 Si hoc à me muneris, non vniuersa prouincia poposcisset. 4. Verr. 80. a
 Sic ego hoc contēdo, me tibi cuiuscunque tribus rationem poposceris, redditurum. pro Planc. 38
 Poscere, postulare, efflagitare. in Verr. 56. b
 Inspiciendum poscere. 6. Verr. 40. a
 Non debebam ego abs te has literas poscere. in Verr. 207. & ad Att. 205. b
 Poscere maioribus oculis. 3. in Verr. 45
 Audacia partes poscere. pro Rosc. Amer. 21. a
 Quorum è numero primus est ausus Leontinus Gorgias in conuentu poscere quaestionem: & c. de Fin. lib. 2. 1
 Scyphos poscere. 6. Verr. 28. a
 Tum Craffum puluinos poposcisse. de Orat. 87. b
Posidonius.
 Posidonius, Philosophus Stoicus, discipulus & successor Panaetii. 2. de Nat. d. 115. a. Offic. 3. 11
 Id dicam quod solebat narrare Pompeius: se, cum Rhodum venisset decedens ex Syria, audire voluisse Posidonium: sed cum audiisset eum grauitate esse agrum, quod vehementer eius artus laborarent, voluisse tamen nobilissimum philosophum visere: quem ut vidisset, & salutauisset, honorificisque verbis profectus esset, molestēque se dixisset ferre, quod eum non posset audire: at ille, Tu verò, inquit, potes: nec committam, ut dolor corporis efficiat, ut frustra tantus vir ad me venerit. itaque narrabat eum grauitate & copiose de hoc ipso, nihil esse bonum, nisi quod honestum esset cubantem disputasse. cumque quasi faces ei doloris admoueretur, saepe dixisset, Nihil agis dolor, quanuis sis molestus, nunquam te esse confitebor malum. Tusc. lib. 2. 52
 Posidonius esse cenfet in natura, signa quaedam rerum futurarum. Diuin. lib. 1. 109
 Posidonius in libro quinto de natura deorum differuit. de Nat. d. 1. 86
 Posidonius quinque libros edidit de diuinatione. Diuinat. lib. 1. 6
 Posidonius, familiaris meus, sphæram effecit. 2. de Natura deor. 63
 Posidonius locum de officiis à Panætio prætermisum persequutus. 16. ad Att. 30
Possideo.
 Hanc fiduciam commissam tibi tenes hodie ac possides. pro Flac. 40
 Sin inuerecundum animi ingenium possidet, tamen accusas, non enim probus es. 1. de Inuent. 96
 Cur quæ reliqua sunt, iste Roscius omnia cum Chryfogono communiter possidet. pro Rosc. Amer. 64. a
 Plus fidei quam artis, plus veritatis quam disciplinæ possidet in se. pro Rosc. Comædo, 10. a
 Magnam vim, magnam necessitatem, magnam religionem possidet paternus maternusque sanguis. pro Rosc. Amerino, 40. a
 Si ex edicto possidisti, quæro, cur bona non venerint. pro Quint. 4. b
 Sed breui tempore totum hominem, totamque eius Præturam possederat. 5. Verr. 135. a
 Cum iste calumniæ licentiam sua autoritate possidisset. in Verr. 122. b
 Itaque neque hoc possum dicere, me omnino ignorare quid possideas, neque planè nosse ac vidisse. de Orat. 98. b
 Possidere bona ex edicto. pro Quint. 13
 Possidere bona alterius sine testamento. in Ant. 233. b
 Domum alterius possidere. pro Domo sua, 85. a
 Fiduciam sibi commissam tenere ac possidere. pro Fla. 40. a

Forum armatis cateruis hominum perditorum possidere. pro Domo sua, 83. a
 Possidere potestatem. pro Sest. 27
 Veritatem possidere. pro Rosc. Comædo, 10. a
 Neque ea ut sua possidisse, sed ut aliena libasse. de Or. 103. b
 Eius bona quemadmodum ad me delata res est, publicè possidetur alieno nomine contra leges Calatinorum. ad Aciliam, lib. 13. 38. 1. a
 Habet etiam Campana lex execrationem in concione candidatorum, si mentionem fecerint, quo aliter ager possideatur. ad Att. lib. 2. 33. 3. a
 Agri qui ab Hiemphale possidentur. 1. de Leg. Agr. 6. a
 Sua esse omnia, atque à se possideri sicut propria volunt philosophi. 1. de Orat. 110. a
 Qui possidendo plurimum de bonis, quæ patrifamilii: cum moreretur, fuerint, acceperit. 2. de Leg. 47
 Iudicauit hostem Dolabellam, bona eius censuit publicè possidenda. 11. Philip. 300. a
 Quæ bona, is qui testamentum fecit, huic Heraclio, antequam est mortuus, omnia vtenda ac possidenda tradiderat. 4. Verr. 32. a
 De possessionibus hæreditatum, & de possidendis bonis. ad Att. 87. b
 Omnia autem bona possessa non esse constitui, quod bonorum possessio spectetur, & c. pro Quint. 61. a
Possessio.
 Cui tanta possessio est, ut liberaliter possit viuere, diues est. in Parad. 54. a
 Possessio quasi caduca atque vacua. 3. de Orat. 67. a. in Parad. 59. a
 Quamobrem, quoniam vtriusque studii nostra possessio est, vtro frui malis optio tua sit. de Fat. 140. b
 Certa & stabilis sua cuique possessio amicitiarum permanet. de Amic. 50
 Bonorum possessio spectatur non in aliqua parte, sed in vniuersis quæ teneri & possideri possunt. pro Quint. 61. a
 Possessio salinarum mearum. 7. fam. 55
 Ex edicto possessionem bonorum alicuius dare. Trebatio, lib. 7. 22. 1. a
 Dare possessionem secundum tabulas. in Topicis, 24. a
 Possessionem veterem academice depasci ab hoc acuto homine non sinemus. 1. de Leg. 43
 Is habet in volaterrano possessionem. ad Valerium, lib. 13. 5. 4. a
 In possessionem bonorum mittere. 1. in Verrem, 30
 Hodie in possessionem libertatis pedem ponimus. 3. Philippicarum, 143
 Proficisci in possessionem pro Quint. 57. a
 Occupare possessionem laudis. Plancus Ciceroni, lib. 10. 13
 Possessionem per interdictum repetere. pro Cecin. 7
 Recuperare possessionem amissam. 3. de Orat. 61. a
 Si ista pax perditum hominem in possessionem impotentissimi dominatus restitutura est. 10. fam. 59
 Nec verò tanquam in possessionem suam venerit, excludat alios, & c. Offic. 1. 187
 Vi conari in possessionem venire. ad Att. 54. b
 Per eius possessionem iter feci, in qua animal reliquum nullum est. 6. ad Att. 11
 Ex iure ciuili surculo defringendo vsurpare possessionem amissam. 3. de Orat. 61. a
 Cedere alicui possessione hortorum. pro Mil. 116. b
 Est enim inter eos non de terminis, sed de tota possessione contentio. 4. Acad. 9. 239. a
 Decedere de possessione. 2. de Leg. Agr. 69. a
 Sed quoniam de nostra possessione depulsi, in paruo & eo litigioso prædiolo relictis sumus, & aliorum patroni nostra tenere tuerique non potuimus, ab iis (quod indignissimum est) qui in nostram patrimonium irruerunt, & c. 3. de Orat. 60. a
 Detrahare aliquid de possessione, ac fidem requirere. 2. in Catil. 38. a
 Deturbari non solum spe, sed certa re & possessione. Cornificio, lib. 12. 25. 6. a

Dimouere & deicere aliquem de possessione. 2. de Lege Agr. 80. a
 Exturbare è possessione aliquem. pro Sylla, 53. a
 Vbi sensi me in possessione iudicii & defensionis meæ constituisse, quod, & c. 2. de Orat. 109
 Esse in possessione bonorum. pro Cecinna, 13. a
 Permanebit in possessione victoriæ Respublica. Plancus Ciceroni, lib. 10. 44
 Retinuerunt in possessione sua iuris ciuilis cognitionem atque interpretationem principes. 2. Offic. 96. a
 Retinere aliquem in sua possessione. ad Att. lib. 1. 14. 5. a
 Possessione mouere. 3. in Verr. 81
 Pellere aliquem possessione. pro Mil. 55. a
 Hæreditatum possessiones data. 2. Philip. 73. a
 Possessiones incertæ, atque in casu positæ. Parad. 66
 Paternæ possessiones. 2. de Leg. Agr. 81. a
 Relictæ possessiones. 2. de Leg. Agr. 1. a
 Voluptariæ possessiones. ad Att. lib. 12. 32
 Callidi rerum æstimatores prata & areas quasdam magni æstimant, quod ei generi possessionum minime quasi noceri potest. Parad. 65
 Qui latitudinem possessionum tueri non possunt. 2. de Leg. Agr. 70. a
 Etenim cui perspicuum non sit, ad incertum reuocari bona, fortunas, possessiones omnium, & c. pro Cecin. 28. a
 Antiquiorem enim sibi fuisse fidem & gloria, quam regnū & possessiones suas. 2. de Diuin. 118. a
 Qui magno ære alieno maiores etiam possessiones habent. in Cat. 108. b
 Aut te ex iure manu confertum vocarent, quod in alienas possessiones tam temerè irruisses. 1. de Orat. 22
 Vrbanas & rusticas possessiones notare, & aliorum pecunias æstimare. 5. Philip. 178. a
 Possessiones vacuas recordari. Part. 125. b
 Tenere possessiones paternas. Trebatio, lib. 7. 21. 3. a
 De possessionibus hæreditatum, de soluendis bonis. ad Atticum, 87. b
 Vtrum hanc syluam in relictis possessionibus, an in censuram pascuis inuenisti contra Rul. 61. b
Possessiuncula.
 Omni enim asseueratione affirmo, quod mihi credas velim, mihi maiori offensionis esse, quam delectationi possessiunculæ meas. ad Att. lib. 13. 30
Possessor.
 Habebat tantum quisque possessor, quantum diuisor reliquerat Antonius. 5. Philip. 178. a
 Mortuus rapitur, vide, inquit, si potes esse possessor. de Orat. 135. b
 Accerrimus bonorum possessor, expulsor, ereptor. pro Quinto, 15. a
 Possessores inuidiæ vel pestilentiae. in Rull. 9
 Qui verò se populares volunt, ob eamque causam aut agrariam rem tentant, ut possessores pellantur suis sedibus: & c. 2. Offic. 115. a
Possides.
 Possides Matro Solentinus. 4. in Verr. 71
Possidonius, vide Posidonius.
Possidorus.
 Possidorus Termitanus. 5. in Verr. 81
Possium.
 Assequi nullis literis possum ut exprimam. Bruto, 15. 1. a
 Enumerare possum quæ sit, & c. de Nat. d. 50. b
 Possum nominare ex agro Sabino rusticos Romanos vicinos & familiares meos, quibus absentibus nunquam ferè villa in agro maiora opera fiunt, non serendis, non percipiendis fructibus, non condendis. de Senect. 21. a
 Proferre possum, & c. de Nat. 51. b
 Facere non possum, ut nihil ad te dem literarum. Att. 132. b
 Nescire non possum diutius quomodo iam se habeat tota res Brundusina. ad Att. lib. 9. 172. 3. a
 Non possum quin exclamem. 2. de Orat. 22. a
 Non possum scribere me miratum esse, & c. 3. ad Q. frat. 14
 Non solum omnia quæ possum debere tua causa, sed ea

quoque quæ non possum. 4. fam. 18
 Qui neque vsu satis, & ingenio parū possum. pro Quint. 1. a
 Quam possum maxima voce dico. pro Domo sua, 73. a
 Quid enim possum aliud nisi morere. pro Planc. 28. b
 Vix possum, vel planè nullo modo possum. 11. ad Att. 21
 Sic tueor, ut possum, concordiam. ad Att. lib. 1. 12. 14. a
 Hoc tu si potes, tua quadam propria, non communi oratorum facultate potes. de Orat. 88. b
 Neque enim à te plus, quam potes, postulo. 12. ad Att. 28
 Si potes iuua me consilio, & tamen ista quantum potes provide. ad Att. lib. 7. 139. 4. a
 Ex quo animo consules ferant hunc *ὄχλον*, rescribas ad me quantum potes & vales. ad Att. 61. b
 Incende hominè amabo te, quoad potes. ad Att. lib. 2. 22. 4. a
 Dubita, si potes, quin ille, & c. 10. ad Att. 36
 Dignitatem nostram, ut potest in tanta hominum perfidia, retinebimus. Lentulo, lib. 1. 2. 10. a
 Quare item atque eò si potest acrius, te rogo, & c. Att. 39. b
 Si potest: & quod profectò potest. 10. ad Att. 7. & 11. 15
 Ager in quo oliuetum non est, fieri potest. contra Rul. 79. b
 Fieri nihil potest, nihil accidere, nihil euenire, nisi, & c. 1. de Diuin. 28. a
 Fieri potest ut fallar. Philippo, lib. 13. 74. 4. a
 Id vnum ex omnibus ad obtinendas causas potest plurimum. in Orat. 38. a
 Aut quoniam id quidem non potest, & c. pro Font. 28. b
 Si quantum in agro audacia potest, tantum in foro impudentia valeret, & c. pro Cec. 285. b
 Minimum quidem nunc potest Respub. sed possit necesse est. Figulo, lib. 4. 13. 16. a
 Tantum potest in dicendo hæc res, ut ad vincendum nulla plus possit. in Orat. 96. a
 Conuiuium ad multam noctem, quam maximè possumus, vario sermone producimus. de Senect. 84. b
 Quam possunt mollissimè substernunt nidos aues. 2. de Nat. deor. 195. a
 Nihil enim dolet, nisi pes: possunt oculi, potest caput, latera, pulmones, possunt omnia. 2. Tusc. 9. 77. a
 Qui apud me & amicitia & beneficiis & dignitate plurimum possunt. pro S. Rosc. 19. b
 Quæ res in ciuitate duæ plurimum possunt, hæc contra nos ambæ faciunt hoc tempore. pro Quint. 1. b
 Ego nihil prætermisi, quantum facere enitique potui, quin, & c. in Ant. 165. b
 Teneri non potui, quin tibi declararem, & c. ad Att. 245. b
 Quam potui maximis itineribus ad Amanum exercitum duxi. epist. 244. b
 Diligentissimè, grauisimèque ut potui, sic te Cæsari commendauit & tradidi. Trebatio, lib. 7. 17. 7. a
 An ille me vicit ut ne potuit quidem. in Ant. 174. b
 Si id factum est, quod fieri potuit, id portentum putandum non est. Diuin. lib. 2. 46
 Ut potuerunt, iudicarent. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 9
 Is, qui apud istum plurimum poterat, Apronius. 5. Ver. 111. a
 Poterat iam venisse. 8. ad Att. 25. id est, satis habuerat temporis ad veniendum.
 Poterat vtrunque præclare, si esset fides, si grauitas in hominibus Consularibus. ad Lentulum, lib. 1. 7. 25. a
 Quam maximè poterò, dabo operam ut breue id faciam. in Salust. 2. a
 Quamobrem Quirites, consilio quantum poterò, labore plus penè quam poterò excubabo, vigilaboque pro vobis. in Ant. 208. b
 Semper enim si poterò. ad Att. 121. b
 De musicis rebus non poterit, quin dicat, hoc onere suscepto, recusare. 2. de Orat. 36. a
 Sed tamen quod fieri poterit, non negligam. ad Q. frat. lib. 3. 21. 8. a
 Si villo modo poterit. 12. ad Att. 29. pro, fieri poterit.
 Qui tum & poterant per vim & scelus plurimum. pro Quint. 46. a
 Aut etiamne te videre noluerim: ego tibi irascerer: tibi ego possem irasci. ad Q. frat. 49

Quoad possem, & mihi liceret, à senis latere nunquam discederem. de Amic. 1. a
 Quo nihil posset fieri minus. lib. 1. de Fin. 14. id est, quod omnino est impossibile.
 Quod quisque minus per se ipse posset, id acciperet ab alio, vicissimque redderet. de Amicit. 26. a
 Cum hac exceptione quantum valeam, quantumque possum. epist. 82. b
 Quod commodo reipub. facere possis. epist. 2. b
 Quid scamonix radix ad purgandum, quid aristolochia ad morsus serpentium possit. 1. de Diuin. 27. a
 Vt quom veritas cum hoc faciat, plus huius inopia possit ad misericordiam, quam illius opes ad crudelitatem. pro Quintio, 61. a
 Peccatum suum, quod celari possit, confiteri maluit, &c. de Nat. d. 2. 9
 Erit igitur hæc facultas in eo, vt definire rem possit. Orat. 207. b
 Qui apud suos tribules plurimum gratia possint. de Petit. Conf. 21
 Possit, quod deceat, facere, artis & nature est: scire, quid, quandoque deceat, prudentia. 3. de Orat. 117
 Possit aliquem iudicare. lib. 1. de Fin. 2. id est, iudicio præditum esse.
 Speravit sese apud tales viros aliquid ad perniciem posse innocentis. pro Rosc. Amer. 83. a
 Qui honestè multum posse volunt. Offic. 2. 94
 Amicitia, beneficiis, dignitate apud aliquem plurimum posse. pro Rosc. Amer. 2. a
 Plurimum posse copiis, facultatibus, opibus. Læ. 50
 Potatio, vide Poto.
 Potens.
 Vt si quis potens ac factiosus in concione dixerit, Satius est vti regibus, quam malis legibus. ad Heren. lib. 2. 77. a
 Itaque quum tu florens & potens per medium forum popularis volitares, &c. pro Domo sua, 39. a
 Ampla & potens ciuitas, opibus valens. 2. de Inuent. 246. a
 Potens homo vel potentissimus potius. ad Att. 279. b
 Potens, gratosus, disertus homo. pro Cælio, 15. a
 Vir fortunatus & potens. Offic. 47. b
 Si propter partium studium potens erat Alphenus. pro Quintio, 47. a
 Sed quis est tandem, qui inopis & optimi viri causæ non anteponat in opera danda gratiam fortunati & potentis? 2. Offic. 101. a
 Acidæ belli potentes magis, quam sapientia potentes. de Diuin. 232. b
 Tribuere infinita potentibus. Brutus Ciceroni, 4. 3. a
 Contra potentes nequid stultè, nequid temerè dicam aut faciam reliquum est. Pæto, lib. 9. 16. 14. a
 Fortes, claros, potentes viros tradit post mortem ad deum peruenisse. de Nat. de. 1. 83
 Potentissimus & clarissimus ciuis C. Claudius. pro Planc. 226. b
 M. Drusus tribunus plebis homo potentissimus. pro Milone, 266. b
 Potentissimi hominis: quandoquidem potentia iam in vi posita est & armis. ad Brut. 22
 Duo potentissimi reges. pro Pomp. 4. b
 Contumaciam potentissimorum virorum nunquam tuli. ad Att. lib. 6. 114. 10. a
 Potentia.
 Potentia est ad sua conseruanda, & alterius obtinenda idonearum rerum facultas. 1. ad Heren. 5. 2. de Inuent. 246
 Potentia vix ferenda. pro Planc. 264. b
 Potentia in vi posita est & armis. Bruto, 10. 5. a
 Nimia ista quæ dominatur in ciuitate potentia. pro Cecinna, 52. a
 Quæ nec vis temporum, nec potentia magistratum, nec res tum iudicata, nec denique vniuersi populi Rom. potestas, quæ cæteris in rebus est maxima, labefactare possit. pro Domo sua, 63
 Tum autem consultant, conducant id necne ad facultates

rerum atque copias, ad opes, ad potentiam, &c. Offic. 2. b
 Concupiscere opes violentas, & minimè ferendam potentiam. 1. Philip. 21. a
 Qui omnia certa & honesta negligunt, dummodo potentiam consequantur. 3. Offic. 109. a
 Criminari inuidiosè potentiam alicuius. pro Mil. 9. a
 Si vim, si potentiam aduersariorum proferemus. ad He. 1. b
 Potentiam subire. 6. fam. 5
 Dimicant de sua potentia homines. ad Att. lib. 7. 123. 6. a
 Erant in magna potentia qui consulebantur, &c. pro Mur. 22. a
 Hinc opum nimiarum potentia non ferenda. 3. Offic. 46
 Virtutes animi pro potentiis quas vocant. de Fin. 133. b
 Potestas.
 Ita mihi potestas detur in patria moriendi. ad Q. frat. 305. b
 Lex qua Pompeio potestas rei frumentaria daretur. ad Atticum, 53. b
 Quæ tum erat potestas. pro Cluen. 59. a. Id est, quod tui fieri poterat.
 Potestas censoria semper esto. 3. de Leg. 7
 Vt primum potestas data est augenda dignitatis tuæ, nihil prætermisi, &c. Planc. lib. 10. 13. 1. a
 Simulac potestas primum data est, adeunt. 3. Verr. 94. a
 Si vobis ex omni populo deligendi potestas esset data. 2. de Leg. Agr. 3. a
 Sin fuisse aliis quoque causa faciendi videbitur, aut potestas aliis defuisse demonstrada est, aut facultas aut voluntas. Potestas, si aut nescisse, aut non affuisse, aut conficere aliquid non potuisse dicitur. Facultas, si ratio, adiutores, adiuuentia, &c. quæ ad rem pertinebunt, defuisse alicui demonstrantur. de Inuent. lib. 2. 137. a
 Potestas in populo, authoritas in senatu. 2. de Leg. 26
 Integra nobis est iudicandi potestas. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 8
 Potestas legitima. Tusc. q. lib. 1. 61
 Libera facta est mihi potestas loquendi. Antequam iret in exil. 17. a
 Audacia Decemuirali, corrupendarum tabularum publicarum, &c. magna potestas permittitur. 2. de Leg. Agr. 47. a
 Vt si Gaditani scuerint de aliquo, &c. magna potestas sit ciui nostro mutanda ciuitatis. pro Corn. 60. b
 Vos ego appello, de me maxima est potestas. Anteq. 195. b
 Potestas mea est petendi vel exeundi. 4. ad Att. 11
 Si deferetur, erit quædam nostra potestas. ad Att. 35. b
 Potestas par, maiorve, plus valeo. 3. de Leg. 11
 Potestas par, maiorve ni prohibessit, coercere multa, vinculis, verberibus noxium ciuem magistratui licet. 3. de Le. 4
 Potestas ni par, maiorve prohibessit, decreta senatus rata sunt. 3. de Leg. 10
 Quæ potestas si mihi sapius fiet, vtar: si minus, &c. in Ant. 160. b
 Regia potestas. 3. de Leg. 5. a
 Idque in Repub. nostra maximè valuit, quoad ei regalis potestas præfuit. de Leg. 184. b
 Summa omnium rerum potestas populi Rom. est. de Ar. 9. a
 Præferim cum tota potestas huius rei tua sit. ad Att. lib. 16. 345. 2. a
 An erit hæc optio & potestas tua, vt, &c. in Vatin. 31. a
 Magna ex parte tua potestas erat. 1. in Verr. 18. a
 Potestas tibi fuit quotidie hominis admonendi. pro Quintio, 22. a
 Potestas agendi. pro Quint. 5
 Ei potestas fuit auferendi omnem pecuniam ex edito meo. ad Att. 85. b
 Vis omnis ac potestas deorum. 3. de Nat. deor. 127. a
 Potestas describendi fieret tuis. 13. ad Att. 25
 Quotiescunque ei locus dicendi & potestas fuit: de Prou. Conf. 69. b
 Patet latè potestas eius. Marcello, lib. 4. 7. 9. a
 Nec eorum cuiusquam tibi potestas fuit. pro Domo sua, 223. b
 Cui eligendi potestas est. de Clar. 181. b
 Fortuna potestas in nos prorogata. ad Quint. frat. lib. 1. 17. a

Quoties mihi certorum hominum potestas erit, quibus re-
 cte dem, non prætermittam, &c. ad Lentulum, lib. 1. 15
 Quod potestas mittendi non fuit. ad Att. lib. 11. 210. 4. a
 De agris ratu est, fuit enim populi potestas. pro Domo sua, 229. b
 Quocumque tempore mihi potestas præsentis tui fuerit, tu eris, &c. Lentulo, lib. 1. 52
 Cui ne querendi quidem de patre potestas permittitur. pro Sext. Rosc. 31. b
 Huiusce rei potestas omnis in vobis sita est, Iudices, &c. pro Mur. 144. b
 Nisi minatus essem, tabularum potestas mihi facta non esset. in Verr. 234. b
 Potestatis & sapientia coniunctio saluti est ciuitatibus. 1. ad Q. frat. 22
 Dictatura quæ vim iam regis potestatis obsederat, fundit? ex Repub. sustulit. 1. Philip. 2. a
 Sylla tribunus plebis sua lege iniuria faciendæ potestatem ademit. de Leg. 187. b
 Nullis comitiis imperium aut potestatem assequi posse. 2. de Leg. Agr. 40. a
 Peccandi potestatem alicui concedere. 11. Philip. 330. a
 Et pictori quas vellet eligendi potestatem dederunt. 2. de Inuent. 123. a
 Hanc vos Tribuno potestatem dabit. pro Domo, 222. b
 Alicui vix respirandi potestatem dare. pro Quint. 59
 Potestatem dare vt quid fiat. 3. ad Att. 29
 Beneficiorum virtutis causa tribuendorum potestatem Imperatoribus nostris deferamus. pro Corn. Balbo, 30. a
 Interpellandi facio tibi potestatem. pro Rosc. Amer. 44. a
 Q. Mutius faciebat omnibus sui conueniendi potestatem. in Ant. 219. b
 Sed quid de his rebus dicere vellet, feci potestatem. in Ca. 55
 Non modò deferendi nominis, sed ne subscribendi quidem, quum id postulare, faceret potestatem. 3. Verr. 10. a
 Cum Prætores diebus aliquot adiri non possent, nec potestatem sui faceret, &c. 1. ad Q. frat. 47
 Conueniendi sui potestatem omnibus facere. 8. Philipp. 254. a
 Scio me tibi instaurandæ cædis potestatem fecisse. Postquæ, 214. b
 Quotiens ille tibi potestatem optionemque facturum sit, vt eligas vtrum velis. in Verr. 61. b
 Neque se aliis videndi potestatem esse facturum. in Verr. 214. b
 Gerere potestatem. de Leg. 186. b
 Ius potestatemque imperandi habeo. 11. Philip. 312. a
 Ego non modò loquendi liberè in iudicio, sed consistendi quidem in ciuitate habeo potestatem. Antequam, 195. b
 Ducendi liberum spiritum nullam habeo potestatem. Antequam iret in exil. 17. a
 Sylla belli gerendi potestatem solus habet. pro Sex. Rosc. 22. b
 Vos qui summam potestatem habetis. pro Sext. Rosc. 23. b
 Pontifices potestatem habent iudicium. de Ar. 246. b
 Sylla regalem habuit potestatem. de Arusp. responsis, 50
 Pater tuus qui eo tempore summam tui potestatem habuit. in Salust. 8. a
 Proinde quasi exscribendi potestatem non haberet. in Verr. 75. & 96. b
 In te P. Fonteius vitæ necisque potestatem haberet, vt in filio. pro Domo sua, 61. a
 Si præmii tribuendi potestatem nullam haberemus. pro Corn. Balbo, 30. a
 Cum & lege & s. c. statuendi potestatem haberent. ad Att. lib. 16. 344. 1. a
 Habere potestatem faciendi testamenti. de Inuent. 81. b. & epist. 74. b
 Habere potestatem iudicandi. de Inuent. 81. b
 Habere summam potestatem in aliquo loco. ad Q. frat. lib. 1. 1. 4. a
 Compulsi in potestatem meam peruenirent. 15. fam. 19
 Quum duodecim seures in prædonum potestatem perue-

nerint. pro Leg. Manil. 22. a
 Redigere aliquem in suam ditionem ac potestatem. 2. de Leg. Agr. 74. a
 Cæsar equites, sagittarios, elephantos in suam Populique Romani potestatem redegerit. 5. Philip. 197. a
 Si pater vendidit eum, quem in suam potestatem susceperat, ex potestate dimittit. pro Cecinna, 71. a
 Duo præfæti fabrum Pompeii in meam potestatem venerunt, & à me missi sunt. ad Att. lib. 9. 177. 2. a
 Venire in arbitrium ac potestatem alicuius. in Verr. 106. b
 In potestatem hostium veniendum est. ad Brut. 91. b
 Per potestatem auferre aliquid alicui. 6. Verr. 27. a
 Decernedi potestatem aliquibus permittere. post red. in Sen. tu. 2. a
 Permittere potestatem alicui faciendi aliquid. postquam. 204. b. & in Verr. 63. & 187. b
 Potestatem possidere. pro Sext. 27
 Dominationem, potestatemque omnium rerum querere. 2. de Leg. Agr. 38. a
 An Pop. Romanum? at is quidem omnè potestatem suam de bonis tradit vobis. pro Flacco, 3. a
 Cui populus ipse moderandi & regedi sui potestatem quasi quasdam habenas tradidit. 1. de Orat. 115. a
 Sed tanquam à magistratu, aut ab aliqua potestate legitima, &c. 1. Tusc. 117. a
 Potestate ea, quam tu ad dignitatem permisisses, ad quæstum abuteretur. 1. ad Q. frat. 8
 Omnia deorum nutu atque potestate administrari. in Cat. 115. b
 Mentis eorum, qui cum aliqua statuendi potestate audiât, mouere posse. de Orat. 115. b
 Cum potestate aut legatione in prouinciam proficisci. 6. Verr. 8. a
 Qui rogatus in repub. cum potestate & imperio versatus est. 1. Philip. 13
 Exisse de potestate propriè iratos dicimus, id est de consilio, de ratione, de mente. 4. Tusc. q. 127. a
 Omnium rerum potestate dominatûq; dignissim?. de Nat. 2. 22
 Qui igitur exisse ex potestate dicuntur, idcirco dicuntur, quia non sunt in potestate mentis. Tusc. q. 192. b
 Quicquid hac potestate prætoris possum, &c. pro Pöp. 7. b
 Publicæ literæ retentæ sunt in accusatorum potestate. pro Flac. 151. b
 Tabulas, qui in patris potestate est, nullas confecit. pro Cæl. 40. b
 Assensio, quæ est in nostra sita potestate. Acad. q. 10. b
 Sita est in eorum potestate nostra salus. Antequam iret in exil. 7. a
 Nam nihil esset in nostra potestate, si, &c. de Fat. 142. b
 Lentulus totus est in Pompeii potestate. ad Att. 50. b
 Propterea quod omnes, quorum in alterius manu vita posita est: magis cogitant quid possit is, in cuius ditione ac potestate sunt, quam quid debeat facere. pro Quint. 4
 Comprehensio verborum, nullius oratoris æquè in potestate fuit. de Clar. 190. b
 Vestros portus in prædonum fuisse potestate scitis. pro Pomp. 10. b
 Totum ei negotium permisi, meque in eius potestate dixi fore. ad Q. frat. lib. 2. 10. 2. a
 Continere in sua potestate aliquos. 2. in Catil. 45. a
 In potestate sua esse. in Rull. 85. pro, liberum esse.
 Petis à me quod in tua potestate est, vt id tibi facere ne liceat. 4. Verr. 105. a
 In tua potestate eum fore. 8. ad Att. 57. in epist. Balbi. id est, fore vt tibi pareat, & morem gerat.
 Quadruplatorum quicquid erat, habebat in potestate. 4. Verr. 94. a
 Vt hoc dissidio ac dissensione facta oppidum in sua potestate posset & Pompeianos habere. pro Sylla, 45. a
 Habere aliquem in sua potestate. Brutus Ciceroni, 4. 3. a
 Atque hoc dabit, vt opitor, si modò sit aliquid esse beatu, id oportere totum poni in potestate sapientis. 2. de Finibus, 137. a

Tenere aliquem in sua potestate & ditione. 3. Verr. 68. a
Tenere motum animi in sua potestate. ad Q. frat. lib. 1. 1. 59. a
Gladiatores quanquam, &c. potestate tamen in vestra con-
rinebuntur. in Cat. 110. b
Potestate tribunorum nata, grauitas optimatum cecidit. 3.
de Leg. 17
Potestate neue petenda, neue gerenda, neue gesta, donum
ne capianto, neue danto. 3. de Leg. 11
Præditus summa potestate homo. pro Domo sua, 85. a
Priuare aliquem potestate faciendi aliquid. Metello, lib. 5. 2. 17. a
L. Quintius illud iudicium pro potestate dimitti iussit. pro
Cluent. 33. b
Potestates cum senatus creuerit, populūve iusserit, ex vrbe
exeunto. 3. de Leg. 9
Extraordinariæ potestates. pro Domo sua, 18. a
Iisdem imperiis & potestatibus parere. de Leg. 160. b
In potestatibus, in imperiis gerendis. pro Font. 281. b
In diuitiis qualis, aut paupertate cuiusmodi fuerit, quemad-
modum habuerit in potestatibus gerendis animum. ad
Heren. lib. 3. 106. a

Post.

Aliquot post annos. de Orat. 134. b
Hic magistrat⁹ multis annis post decemvros institut⁹. At. 86. b
Post diem tertium quam. pro Milo. 33
Hoc scribis post diem quartum, quam ab vrbe discessimus.
ad Att. lib. 9. 181. 8. a
Castra paucos post dies habuimus. ad Att. lib. 5. 108. 5. a
Post genus humanum natum pauci reperti sunt, qui, &c.
pro Corn. Bal. 19. a
Duo hæc capita nata sunt post homines natos, teterrima &
spurcissima, Dolabella & Antonius. 11. Philip. 288. a
Vnius post homines natos fortissimi viri. pro Mil. 52. a
Longè autem post natos homines improbissimus C. Serui-
lius Glaucia. de claris Orat. 119. a
Optimus longè post homines natos. de Opt. gen. Orat. 15. a
Quis prouinciam homini post homines natos turpissimo,
&c. pro Domo sua, 18. a
Post iudicia hæc constituta. in Verr. 1
Post me erat vrbs illa. 4. fam. 17. in epist. Seru. Sulpitii. pro, à
tergo erat.
Instant post hominum memoriam paratissimi magnificen-
tissimique ludi. in Pis. 51
Bellum intestinum ac domesticum post hominum memo-
riam crudelissimum & maximum. 2. in Catil. 46. a
Quod nemo vnquam post hominum memoriam fecit. 5.
Verr. 15. a
Qui me duo sceleratissimi post hominum memoriam non
consules, sed latrones, non modò deseruerunt, &c. Post
red. in Senatu, 8. a
Nemo vnquam post hominum memoriã paratior, vigilan-
tior, copiosior. a
Aliquot post menses is occisus est. pro Rosc. Amer. 76. a
Post omnia orationem concludere. in Orat. 67. a
Nego vnquam post sacra cõstituta tam frequens collegium
iudicasse. de Ar. 246. b
Post te Prætorem. in Verr. 98. b
Post tempus. pro Quint. 31. a
Sexennio post Veios captos. de Diuin. 101. b
Causa enim est post vrbe conditam hæc inuenta sola, in
qua, &c. in Cat. 121. b
Mea domus, quam Senatus vnã post hanc vrbe consti-
tutam, ex arario ædificandam putauit. de Arusp. 247. b
Post, adverbium.
Reprehendit eas res, quas idem Cæsar anno post, & deinceps
singulis annis administrauisset in Gallia. de Cl. 115. a
Nihil habebam noui, quod post accidisset, quam dedissem
ad te liberti tuo literas. ad Att. 92. b
Ita recepi me biennio post. de Clar. 94. b
Ac iam illa omittam: neque enim sunt aut obscura, aut non
multò post commissa. 1. in Catil. 11. a
Hora post, Antiochum, Gabinius nescio quem, solidis pi-
ctoribus libertum accensum Gabini lege Papia cõdem-
narunt. ad Att. lib. 4. 85. 16. a

Paucis post dieb⁹ quam Luca discesserat. Læculo, li. 1. 9. 24. a
Partim cadere incipiunt eius seruos qui post erant. pro Mil.
207. b
Mitto igitur ad te Trebatium, atque ita mitto, vt initio mea
sponte, post autem inuitatu tuo mittendum duxerim. Cæ-
sari, lib. 7. 5. 6. a
Consequens enim est, & post oritur. 3. de Fin. 34. a
Quæ res primò iudices, pertenui nobis argumeto, iudicio-
que patefacta est: post aperto suspicionis, &c. 2. Verr. 11. a
At anno post Paulus perit. Diuin. lib. 2. 56
Tanto post cur potius, quam continuo queri maluit: pro
Cælio, 14. a
Multis post annis pecunia recuperata est. pro Flac. 44. a
Quæ nequaquam satis deseruisse post aliquanto sentire
cepimus. in Orat. 57. a
Post viderimus de Capitone, si, &c. pro Rosc. Amer. 51. a
Postea.
Post Cannensem illam calamitatem primum Marcelli, &c.
posteaque prosperæ res deinceps multæ consecutæ sunt.
de Clar. Orat. 6. a
Misericordia commoti, &c. postea aliquanto ipsos quoque
tempestas vehementius iactare cepit. 2. de Inuent. 136. a
Cedo, quid postea: pro Mur. 22. a
Quid postea, si Romæ fui: pro Rosc. Amer. 56. a
Postea verò quam profectus es, velim recordere quæ ego
de te in Senatu egerim. Metello, lib. 5. 2. 12. a
Posteaquam.
Sed nunc posteaquam sum ingressus res eas, &c. 1. Acad. 5. a
Posteaquam de meo cursu Reip. sum voce reuocatus. Plan-
co, lib. 10. 1. 1. a
Posteaquam est comperendinatus. 6. Verr. 29. a
Posteaquam damnatus est absens. 4. Verr. 31. a
Quid ergo Aius iste loquens, quando eum nemo norat, ai-
bat & loquebatur: posteaquam & sedem & aram inuenit,
obmutuit. de Diuin. 123. b
Posteaquam mihi renuntiatum est, &c. grauitè molestè que
tuli. epist. 49. b
Posteaquã ego inquirèdi causa in Sicilia veni, &c. 4. V. 96. a
Posteaquam ego veni, &c. repente ille abiit. in Verr. 136. b
Posterus.
Sed in cæteris artibus, cum dicitur amicis, posterū quo-
dammodo & consequens putandum est, quod illi *ἑταίριον*
μακρόν appellant. 3. de Fin. 50. a
Consequens ac posterum tempus. 1. de Fin. 102. a
Temporis posterius prouiso. in Partit. 37. a
Cum is apud mulierulam quandam pernoctaret, & ibi diè
posterum commoraretur. pro Cl. 27. a
Nox ea, quæ consecuta est posterum diem Nonarum De-
cemb. pro Syl. 177. b
In posterum, ad posterum, in posteritatem, posthac, reliquo
tempore. Att. 145. b
In posterum diem, inquit, distulit. pro Deiotaro, 13. 2. 3. in
Verr. 56
Distulimus sermonem in posterum. ad Att. 284, & 167. b
Differre rem in posterum. epist. 151. b
In posterum præsentire. pro Archia, 21
Homo longè in posterum prospiciens. 2. fam. 15
Sapientes, ac multum in posterum prospicientes iudices re-
stiterunt. pro Mur. 54. a
In posterum prouidere. 7. Philipp. 229
In posterum tantum maiores prouidisse. 3. de Leg. 38
In posterum memoria teneant homines. 10. fa. 14. in epi. Placi.
Postero anno L. Metellus mentionè tui census fieri vetat. 4.
in Verr. 97. a
Id ei postera die venit in mentem, è lege Rupilia sortiri di-
cas oportere. 4. Verr. 29. a
Verum hæc non in posteris & in consequentibus, sed in pri-
mis continuo peccata sunt. de Fat. 97. b
Multum in posterum prouidens. in Ant. 190. & cõtra Rul. 84. b
Posterius.
Posterius eorū ius sepulchrorū in vrbe tenuerunt. 2. de Leg. 54
Degenerarunt horum posterius. 5. de Fin. 22. a
Horum posterius meliores. de Fin. 127. b

Posterius nostri, &c. Postquam. 103. b
Posterorum erit verius iudicium obrectatione & maleuo-
lencia liberatum. Qu. fr. 298. b
Apud posteros nostros non vt extinctor coniurationis &
sceleris, sed author & dux fuisse videar. pro Dom. 78. a
Experantur pœnæ à liberis, à nepotibus, ac posteris. 3. de Na-
tura deor. 130. a
Dicendi genus quod fuerit in vtroque, orationes vtriusque
etiam posteris nostris indicabunt. de Claris Orat. 181. a
Posteris non esse tradendas inimicitias. 14. ad Att. 23. in epist.
Antonii.
Posterior.
Thucydides summus vir, & paulò ætate posterior, tantum
mortuum scripsit. de Claris Orat. 21. a
Quorum vtrique semper patriæ salus & dignitas posterior
sua dominatione, & domesticis commodis fuit. ad Attic.
lib. 10. 9. Hoc est, sua commoda præposuit saluti Reipub.
Posterius & nequius isto nihil est. in Pis. 52
Ita priori posterius, posteriori superius nõ iungitur. 4. Aca-
demiarum, 83. a
Contra posteriorem nihil dici oportere. 4. Acad. 177. a
Suam salutem posteriorem salute communi ducere. pro Ra-
birio perduel. reo, 2. a. Id est, posthabere.
Posteriores cogitationes (vt aiunt) sapientiores solent esse.
12. Philipp. 321. a
Tu verò ita vitam, &c. vt hæc posteriora libertate ducas. 13.
Philipp. 346. a
Paria esse debent posteriora superioribus. 3. de Orat. 103. a
Postremus.
Tum vt quisque in fuga postremus, ita periculo princeps e-
rat. 7. Verrin. 71. a
Seruitus postremum malorum omniū. 2. Philipp. 109. a
Respondebo primum postremæ tuæ paginæ. Att. lib. 6. 113. 1. a
Idcirco arma sumpta sunt, vt homines postremi pecunis a-
lienis locupletarentur. pro R. Amer. 81. & ad Brut. 16. 6. a
De firmissimis alia prima ponet, alia postrema, inculcabit-
que leuora. in Orat. 28. a
Ego autem cum illa sequor, quæ paulò antè proposui, tum
hoc non in postremis, de quo cœperã exponere. 1. fam. 43
Posterius.
Sed hæc posterius, & coram fortasse commodius. Att. 88. &
de Legib. 159. b
Ipse enim Thucydides si posterius fuisset, multò maturior
fuisset & mitior. de Claris Orat. 159. a
Posterius, inquit, ista videbimus: nunc, &c. pro Quint. 3. b
Iubet iste posterius illos ad te reuertit. 6. Verr. 57. a
Postremum.
Vt vestigium illud ipsum in quo ille postremum institisset,
contueremur. 3. de Orat. 4. a
Postremo.
Quæro igitur primum, &c. deinde, &c. postremò, &c. de Na-
tura deor. 22. b
Deus quid appetat, ad quam denique rem motu mentis v-
tatur, postremò quomodo beatus sit. de Nat. deor. 22. b
Posteritas.
Idque me non modò vt tu sentias, sed vt omnes gentes, etiã
vt posteritas omnis intelligat esse facturum. 1. fam. 55
Omnium seculorum posteritas huius rei immemor non e-
rit. 2. Philipp. 68
Posteritatis commemoratio ad spem quandam immortalita-
tis me rapit. 5. fam. 18
Spe & fructu posteritatis duci. pro Rab. perduel. reo, 22. a
Quo in genere sperare videor Scipionis amicitiam & Lælii
notam posteritati fore. de Amicit. 14. a
Quo optimus quisq; maximè posteritati seruiat. 1. Tusc. 55. a
Non vereor, ne quid, parricida ciuium interfecto, inuidia
mihi in posteritatem redundet. in Catil. 103. b
Salus vrbis in posteritate istius auaritia interit. 5. Verr. 109
Domini innumerabiles fieri possunt in infinita posteritate.
ad Att. lib. 12. 241. 16. a
Posthabeo.
Quod hoc honore ex nouis hominibus primum me, multis
posthabitis, affectis, &c. de Leg. Agr. 20. a

Vt omnibus rebus posthabitis, totos se in optimo vitæ statu
exquirendo collocarent. 5. Tusc. 3. a
Posthac.
Id ne vnquam posthac accidere possit, prouidendum est. in
Catil. 122, & 117. b
Non accusabitur posthac. ad Att. lib. 7. 123. 11. a
Posthac igitur erimus cautiore. Gallo, lib. 7. 27. 6. a
Item posthac si quid opus erit, facies vt sciam. epist. 137. b
Posthac neque hercule antea negligentes fuimus. ad Attic.
102, & 103. b
Caput autem literarū, sibi cum illa nihil posthac futurum.
in Ant. 175. b
Hostium spolia, &c. posthac his præclaris nominibus amif-
sis, in instrumento ac supellectili C. Verris numerabuntur.
6. Verrinarum, 87. a
Scribam posthac ad te planius. ad Att. lib. 2. 34. 8. a
Posthac ad ludos venies, nõque vises. epist. 95. b
Posthac.
Inde ambulauit in litore, posthac in balneum. Att. 222. b
Primum nati vitam, &c. deinde suum consilium, &c. post-
hac quid Soffiam velit facere. de Inuent. 50. b
Posthumus.
Posthumus & Cominius eos s. cum Latinis fœdus fece-
runt. pro Corn. Balbo, 42
Posthumus, C. Cæsar's familiaris. 6. fam. 40. & 13. ad Att. 43
A. Posthumus dictator. de Nat. deor. 2. 4
Ab A. Posthumio ædes Castori & Polluci in foro dedicata.
3. de Nat. deor. 9
M. Posthumus, Quæstor Verris in Sicilia. 4. in Verr. 30
Q. Posthumus. 3. in Verr. 70
Posthumia.
Posthumia, Ser. Sulpitii vxor. 4. fam. 4. & 12. ad Att. 13
Posthumus.
Posthumus Curtius, partium Cæsarianarum. 9. ad Att. 6
Qui esset secundum posthumum & natum & mortuum
hæres institutus. de Orat. 99. b
M. Curius, qui hæres institutus esset ita mortuo posthumo
filio, cum filius non modò mortuus, sed ne natus quidem
esset. pro Cecin. 39. a
Posthumus non nato Curium tamen hæredem Coponii esse
oporteret. 2. de Orat. 76
Dicuntque vt liberis consultum velimus, etiam si posthumus
futuri sint. de Finib. lib. 3. 45
Postis.
Postis templi vbi sit. pro Domo sua, 93
An putatis, si is postem tenuerit, & aliquid dixerit, domum
vniuscuiusque consecrare posse: pro Dom. 91
Ast tute scripsisti ad me, quoddam caput legis Clodium in-
curia poste fixisse, ne referri, neve dici liceret. ad Atticum,
lib. 3. 55. 10. a
Qui parietibus, tectis & postibus meis bellum intulisti. pro
Domo sua, 47. a
Postliminium.
Cum ipsius postliminii vis quaritur, & verbum ipsum no-
tatur, in quo Seruius noster nihil putat esse notandum, nisi
post, & liminium. Topic. 18
Ei quem pater patratu dederit, si is receptus non sit, post-
liminium esse. de Orat. 121. b
Non solum dedicatio, sed etiam postliminio sit ciuitatis
mutatio. pro Corn. Balbo, 60. b
Redeunt postliminio hæc, homo, nauis, mulus, clitellarius,
equus, equa, quæ fræna recipere solet. in Topic. 18
Quod si cui Romano licet esse Gaditanum, siue exilio, siue
postliminio, &c. pro Corn. Balbo, 11. a
Postmeridianus.
Postmeridiana ambulatio. de Finib. 114. b
Inclinato iam in postmeridianum tempus die. 3. de Or. 11. a
Litera matutina & postmeridiana. Tusc. quæst. 191. b. & ad
Atticum, lib. 12. 260. f. a
Postmitto.
Quod in alicuius agrestis periculo non postmitteret, id ho-
mo cruditus in insidiis doctissimi hominis dissimulandum
putaret: pro Cecin. 49. b

Postmodum.

Postmodum & In praesentia, opponuntur. 10. famil. 74. in epist. Pollionis.

Postpono.

Omnia postposui, dummodo praecipis patris parcerem. ad Tironem, lib. 16. 29. Id est, omnibus postpositis parui.

Postquam.

Vndecimo die postquam a te discefferam, hoc literularum exaravi egrediens e villa. ad Att. lib. 12. 232. 1. a

Quod ille, postquam nihil exprimere ab egentibus, nihil vlla vi a miseris extorquere potuit, cohortes in hyberna misit. de Prouinc. Consul. 4. a

Me voluisse etiam reliquis omnibus, postquam non potuerim, mihi ipsi finem fecisse belli. 7. famil. 11

Postridie.

Ego vt constitui adero, atque vtinam tu quoque eodem die: sin (quid enim multa) vtique postridie. Att. 211. b

Postridie Iduum. 9. ad Att. 29. & 12. 54

 Producta vel praecipua, *προμηθειαι*, dicunt Stoici, quae Peripatetici bona (corporis scilicet & fortunae). Tusc. q. lib. 5. 35
 Sic in vita, non ea quae primario loco sunt, sed ea quae secundum locum obtinent, *προμηθειαι*, id est producta nominentur, quae, &c. de Fin. 101. b
 Si dolor productior foret. Tusc. q. 199. b
 Productiora alia, & quasi immoderatus excurrentia. de Orat. 214. b
 Producte.
 Et ne multis, quibus in verbis ex primae literae sunt, quae in sapiente atque felice, producte dicitur, &c. in Orat. 90. a
 Productio.
 Productio verbi dicunt in Top. 18. a
 Productioe vnus literae, auium, auium: breuitate, ut curia, curia. ad Heren. 30. b
 At in his si paulum modo offensum est, ut aut contractione breuis fieret, aut productione longius, &c. 3. de Or. 108. a
 Opportunitas enim non fit maior productione temporis. de Finib. 99. b
 Profanus.
 Locus profanus & consecratus. in Part. 21. a
 Has tabulas M. Marcellus quum omnia illa victoria sua profana fecisset, tamen, &c. 6. Verr. 108. a
 Sin ista consecratio legitima est, quid est, quod profanum in tuis bonis esse possit: pro Domo, 138. a
 Facere aliquid ex sacro profanum. in Verr. 128. b
 Limina profanarum aedium. de Nat. d. 39. b
 Loca sacra & religiosa profana habere. de Arusp. resp. 7. a
 Profectio, vide Proficiscor.
 Profecto.
 Profecto enim aliquid egisses. ad Att. 67. b
 Profecto non crederem, nisi, &c. pro Font. 19. a
 Animus vero non me deserens, sed respectans, in ea profecto loca discessit, quod mihi ipse cernebat esse veniendum. de Senect. 77. a
 Nunc quidem profecto Romae es. Q. fra. 295. b
 Non est ita Iudices, non est profecto. pro Flac. 42. a
 Terra enim profecto pars mundi est. de Nat. 2. b
 Alterum profecto fieri non potest, ut earum nulla: alterum certe non potest, ut plus vna vera sit. 1. de Nat. d. 9. a
 Profecto Epicurus, quasi pueri delicati, nihil cessatione melius existimat. de Nat. d. 1. 72
 Quis haec renuntiat: is profecto qui interfuit. a
 Profecto enim negare non potes, te, &c. 4. Verr. 29. a
 Quia profecto videtis, nefas esse dictu, miseram fuisse talem senectutem. de Senect. 12. a
 Profero, Dico, Edo, Palam facio, Promo, Produco, Pronuntio, & Commemoro.
 Neque ego haec eo profero, quod, &c. pro Rosc. Ame. 30. a
 Ex literis aliquid in aspectum lucemque profero. pro Arch. 9. Parad. 9
 Tu h. s. l. i. i. ex arca proferebas, c. c. l. i. i. ex artificio Roscius promebat. pro Rosc. Com. 17. a
 Indicia communis exitii indagavi, patefeci, protuli, extinxi. pro Mil. 78. a

Pietas & fraternus amor L. Caecilii protulit. pro Syll. 48. a
 Qui necessitudinis causas coplures protulit, similitatis nullam commemorare potuit. pro Mur. 137. b
 Aquilius protulit de dolo malo formulas. Offic. 64. b
 Et id quod ipse diceret, in P. Mutii libris scriptum protulit. de Orat. 106. b
 Quid prandiorum apparatus proferam: in Ant. 179. b
 Proferam testes, proferam legatos. pro Corn. 63. b
 Si affinitates illorum proferemus. ad Heren. 2. b
 Proferrem libros, si negares. 1. de Nat. d. 156. a
 Et possessiones hereditatum non secundum eos qui proferent, sed, &c. 4. Verr. a
 Proferamus nostra potius, quam aliena. 3. de Leg. 21
 Patefacere & proferre aliquid. pro Flac. 4. a
 Proferre digitum. pro Cecin. 52
 Directione commemorare, & in medium proferre. 6. Ver. 103. a
 Proferre in lucem, explicare, palam collocare, proponere. de Orat. 98
 Proferre in lucem res occultissimas. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 57
 Proferre in medium literas, palamque recitare. 2. Philip. 34. a
 Possum multos proferre, qui, &c. pro Sex. Rosc. 25. b
 Scelus in medium proferre. 2. Verr. 18. a
 Se eam rem ante tempus illud nunquam in medium propter periculi metum protulisse. epist. 142. b
 Ars memoriae, quae tum primum proferebatur. Acad. q. 1. b. & de Finib. 73. b
 Vis enim aliquid iisdem de rebus politius a nobis perfectiusque proferri. de Orat. 3. a
 Non agitata res erit: non in medium proferenda. 7. Verr. 141. a
 Domus in qua nihil geratur, quod foras proferendum sit. pro Cael. 45
 Orationem tibi misi: eius custodiendae & proferendae arbitrium tuum. 15. ad Att. 15. Id est, diuulgandae.
 Qui ea proferenda & patefacienda curauit. pro Mur. 147. b
 Illa commentatio inclusa in veritatis lucem proferenda est. 1. de Orat. 76. a
 Quaesitum & prolatum palam non nego. pro Flac. 160. b
 Proferre, Protendere, Prolatare, Prorogare.
 Beata vitam vsque ad illum a Cyro extructum rogam protulisset. de Finib. lib. 3. 60
 Cur pulmo incisus etiam in bouis extis dirimat tempus & proferat diem. Diuin. lib. 1. 74
 Dices igitur amicis tuis, auctorem proferat. 13. ad Att. 270. 1. a
 Proferre aliquem longius. pro Syll. 48
 Saepius proferre aliquid. pro Cec. 287. b
 Proferre comita. pro Planc. 40
 Quod si latius volent proferre diem, poterunt vel biduum vel triduum, vel ut videbitur: nihil enim interest. ad Att. lib. 13. 272. 2. a. & 12. fam. 64
 Sapietia iubet proferre opus, amplificare diuitias. 3. de Rep. a
 Fines officiorum Stoici videntur longius protulisse, quam natura vellet. pro Mur. 59. a
 Proferre, Allegare.
 Quum aliquos ex antiquis claros viros proferunt. 4. Aca. 26. a
 Atque ego exempla omnium nota proferam. 1. de Diu. 166. b
 Quid furiosam vinolentiam tuam proferam. 2. Phil. 100. a
 Proferre Fabritios auctores. 2. de Orat. 160. a
 Maiorum suorum beneficia, si qua extabant, proferre. 2. de Inuent. 220. a
 Multa mea in se, non nulla etiam sua in me proferebat officia. pro Syll. 13. a
 Etiamne ratione sequare, qua tecum ipse & cum tuis vtare, profiteri autem & in medium proferre non audeas. de Fin. 122
 Proferre tabulas nouas. in Verr. 208. b
 Testes & legatos proferre. pro Corn. Balb. 33. a
 Proferre, pro Conferre.
 Homines tenues vnus habent in nostrum ordinem aut promerendi, aut proferendi beneficii locum. pro Mur. 64
 Proferre, Obiicere.
 Nihil est quod ceterorum res minus commodè gestas proferas. 7. Verr. 102. a
 Sic a me Consul designatus defenditur, ut eius nulla fraus, &c. nullum petulans dictum in vita proferatur. pro Mur. 12. a
 FF. iiii.

Prætere illa quæ prætereunda non sunt, &c. nullam in re familiari foredem posse proferri. pro Flac. 6. a

Prolatus.

Mulæ partus à te prolatus est. de Diuin. 136. b

Prolatus de te rumor. 10. ad Att. 26. in epist. Antonii.

Etiâ illud te admoneo, ne quid vllis literis committas: quod si prolatus sit, molestè feramus. 3. ad Q. fra. 33

Multa etiâ sunt à te ex historiis prolata somnia matris Phalaridis, Cyri superioris, &c. 2. de Diu. 202. a

Prolatæ res. 14. ad Att. 6. pro Mur. 25

Prolatio.

Commemoratio antiquitatis exemplorumque prolatio. in Orat. 66. a

Iudicii prolatio. pro Rab. perduel. reo. 5. a

Prolatio rerum. 7. ad Attic. 40

Professio, vide Profiteor.

Proficio.

Nulla res tantum ad dicendum proficit, quàm scriptio. de clar. Orat. 172. b

Magnificètia & virtus in qua grauitas & auctoritas est, plus proficit ad misericordiam commouendam, quàm humilitas & obsecratio. 1. de Inuent. 121. a

Proficit hæc exornatio ad duas res. ad Heren. 32. b

Hoc plus proficit ad virtutem, quàm illud. de Inuen. 62. b

Quum ipse idem sentirem, nihil proficiebam. epist. 45. b

Profeci itaque per Laterensem internitium. pro Plan. 152. b

Diu recusans, nihil profeci. pro Lig. 137. b

Nihil in Crispio profecisti. pro Planc. 61. a

Qui vt nihil aliud, hoc tamen profecit, dedit illi dolorè, sed etiam ad summam profectum aliquid puto. ad Att. 110. b

Pompeius à me valde contèdit de reditu in gratiam, sed adhuc nihil profecit. ad Q. frat. lib. 3. 17. 21. a

Si modò in philosophia aliquid profecimus. Offic. 59. b

Literæ tuæ profecerunt. epist. 251. b

Si exitus C. Cæsaris hoc efficere nõ potest, nihil cuiusquam proficiet nec valebit oratio. in Anton. 159. b

Si quid profecissem his literis. 5. fam. 47

Quantum profecerim præcipiens. 1. ad Q. frat. 41

Multumque ad ea quæ quærimus, explicatio tua ista profecerit. 3. de Fin. 22. a

Consilio nihil proficere. ad Toranum, lib. 6. 21. 4. a

Is proficere nihil potest. 6. Verr. 82. a

Querelis quotidianis nihil proficere. Luceius Cic. lib. 5. 40

Res vbi plurimum proficere & valere possunt, collocari debent. de Clar. 177. b

Isti se minis profecisse arbitrantur. pro Font. 22. a

Tæque multum profecisse sentio. epist. 69. b

Quid proficiatur, si, &c. Fat. 26

Multum profici, sed quatum, non planè, quia longè absum, scio. ad Att. 91. b

Intellectumque est nihil profici mærendo. Tuscul. quæst. lib. 3. 54

Aut proderimus aliquid Ciceroni: aut quantum profici possit, iudicabimus. ad Att. lib. 16. 333. 5. a

Spero nobis quiddam profici. 1. ad Att. 1

Et quisquã dubitabit, quid virtute profecturus sit, qui tantum auctoritate profecerit. pro Pomp. 31. b

Non nihil vt in tantis malis est profectum. epist. 184. b

Sed quid hæc nunc: vtinam aliquid profectum esset. ad Attic. 123. b

Proficiens.

Ea patietur te quicquam facere nihil proficientem & laborantem. Tuscul. q. lib. 2. 28

Proficiscor.

Quoniam ab hac laude proficisceris. de Pet. Conf. 2

Omnis tua laus à meis consiliis proficiscitur. ad Atticum, lib. 14. 315. 3. a

Quæcunque à me ornamenta, ad te proficiscuntur. Cælio, lib. 2. 18. 8. a

Atque illæ quidem iniuriæ quæ nocendi causa de industria inferuntur, sæpe à metu proficiscuntur. &c. 1. Offic. 36. a

Adolescètulus miles profectus sum ad Capuam. de Sen. 9. a

111. Iduum Phlotimum (vt ais epistola tertia) expectabam.

at ille Idibus à me profectus est. ad Att. 143. b

Clodius Roma profectus pridie est, vt ante suum fundum infidias Miloni collocaret. pro Mil. 106. b

Achiui ita profecti sunt ab Illo, vt profectioe læti piscium læsciuam intuerentur. de Diuin. 85. b

Proficiscar enim non ad eos solum viros, de quibus antè dixi, verum etiam ad Catonem meum. de Senect. 76. a

Etsi poterã remanere, tamen, vt scripsi tibi, proficiscar hinc, ne relictus videar. ad Att. lib. 13. 282. 7. a

Calen. Mais de Formiano proficiscemur. ad Att. lib. 2. 23. 3. a

Qui statim Romæ & ab vrbe antequam proficisceretur, cepit, &c. in Verr. 112. b

Vt quum rex intelligat, nisi per te sit restitutus, desertum se & abiectum fore, proficiscatur ad te. epist. 5. b

Si iam ex hoc loco proficiscatur Puteolos stadia triginta, probò nauigio, &c. 4. Acad. q. 179. a

Atque vt inde oratio mea proficiscatur, vnde, &c. pro lege Manil. 2. a

Proficiscantur omnia à te, & per te ad exitum perducantur. 6. fam. 29. in epist. A. Cecinnæ.

A falsis initiis proficisci. 1. de Finib. 109. a

Proficisci ab ostentatione magis, quàm à voluntate. Off. 1. 67

Ad animorum concilium cõtumque proficisci de Sen. 76. a

Proficisci ad cruciatum sine vllò animi terrore. Tuscul. quæst. lib. 5. 59

Proficisci ad domum. 3. Verr. 48. a

Proficisci ad dormiendum præparatum quodam cultu atque vltu. Diuin. lib. 2. 92

Proficisci ad meliora. Cat. 75

Proficisci ad reliqua. 5. Verr. 9. a

Ad somnium proficisci corporibus affectis. 1. de Diuin. 57

Nã vt ex medicina nihil oportet putare proficisci, nisi quod ad corporis vtilitatem spectat, sic à legibus nihil conuenit arbitrari, nisi quod Reipub. conducatur, proficisci. de Inuent. 55. b

Proficisci bono gubernatore ac tranquillitate. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 91

Proficisci in exilium. de Fin. lib. 2. 45

Nauis proficisci. ad Q. frat. lib. 3. 18. 1. a. & 15. fam. 11

Pythagorei ex numeris & mathematicorum initiis proficisci volunt omnia. 4. Acad. q. 212. a

Qui conuenienter victurus sit, ei proficiscendum est ab omni mundo, & eius cognitione. de Finib. 105. b

Proficiscens.

Leucade proficiscens. epist. 241. b

Profectus.

Vt profectus à charitate domesticorum ac suorum, currat longius. de Fin. lib. 2. 39

Denique etiâ à philosophia profectus princeps Xenophõn Socraticus ille. 2. de Orat. 31

Profectus à Platone Heraclides Ponticus. 3. de Leg. 16

Profectus ob optima causa. de Arusp. resp. 40

Ab his initiis noster in te amor profectus auxit paternam necessitudinem, &c. Planc. lib. 13. 30. 2. a

Profectus ad pestem. 6. fam. 21

Ex Asia Romam versus profectus. Curioni, lib. 2. 5. 2. a

Profecta causa à natura. de Amic. 26. a

Contra etiam esse aliquid abs te profectum. 5. fam. 12

Profectum ab optimo animo consilium. 9. ad Attic. 27. in epist. Balbi & Oppii.

Hoc grato animo liberalique profectum, cautiorem libertatem desiderat. ad Att. 275. b

Quam partitionem omnes ab Aristotele profecti maxime secuti sunt. de Inuent. 54. b

Nerui sicut venæ & arteriæ à corde tractæ & profectæ, in corpus omne ducuntur. 2. de Nat. d. 209. a

Si quæ beneficia singulis ciuibus, priuatimque dantur, ea solent iis esse fructuosa à quibus sunt profecta. Antequam iret in exil. 1. a

Si à falsis principiis profecta congruent ipsa sibi. de Finib. lib. 4. 44

Omnia à me in te profecta sunt, quæ, &c. ad Antonium, lib. 5. 12

Profectio.

Profectio C. Cethegi in Hispaniam. pro Syl. 180. b

Exponam vobis breuiter consilium & profectiois & reuersionis meæ. 1. Philip. 1. a

Inuenitur dies profectiois pridie Calendas Februarii. pro Quint. 10. b

Profectioem meam impedire, aut certè tardare. 7. fam. 13

Inter profectioem & reditum L. Syllæ. de Cl. 185. b

Eiusmodi tempora post tuam profectioem cõsecuta sunt, vt, &c. epist. 4. b

Profiteor.

Quamobrem fateor, atque etiam T. Labiene profiteor, & præ me fero, te, &c. auctoritate esse depulsum. pro Rab. perduel. reo. 11. a

Tãtam facultatem consequutum esse me non profiteor, fecutum esse præ me fero. de Nat. 4. b

Quicumque est is, ei me inimicum profiteor. epist. 163. b

Ego verò tibi profiteor & polliceor, eximium & singulare meum studium. epist. 64. b

Tibi me profiteor in Repub. socium. epist. 45. b

Profiteor tibi meum studium ad rempub. defendendã. contra Rul. 65. b

Hoc me profiteor suscepisse magnum fortasse onus, & mihi periculosum, &c. 2. Verr. 22. a

Qui philosophiam profitetur, grauissimam sustinet personam. in Pis. 56. a

Eum qui se profitetur intelligentiæ sapientiæque amatorum, necesse est intelligentis sapientisque naturæ primas causas conquirere. de Vniu. 63

Quod si id vos suscipitis, & eadem in re operam vestram profitemini, &c. pro Rosc. Amer. 61. a

Nostri causa non videntur homines defuturi, mirandum in modum profitentur, offerunt se, pollicentur. ad Q. frat. lib. 1. 2. 25. a

Quamobrem quæ disputari de amicitia possunt, ab eis censo petatis, qui ista profitentur. de Amic. 16

Ecce autem quidam se Thucydidos esse profitentur. Orat. 199. b

Ego inimicum me semper esse professus sum duobus, qui, &c. de Arusp. resp. 44. b

Qui philosophiam iam professus sum populo nostro exhibiturum. 1. Acad. q. 27. a

Me principem Senatui, Populoque Rom. professus sum. Cornificio, lib. 2. 24. 3. a

Contra facere quàm professus pollicitusque sis. de Leg. 17. b

Vt enim si grammaticum se professus quispiam, barbarè loquatur, aut absurdè canat is, qui haberi velit se musicum, hoc turpior sit, quod in eo ipso peccet, cuius profitetur scientiam: sic, &c. Tuscul. 2. 9

Omnes istiusmodi in iis reprehenduntur, qui cum professi fuerint, satisfacere non possunt, non in iis qui abfuisse ab istis studiis contententur. pro Planc. 272. b

Vt eos pœniteat profectos esse, & præ se tulisse odium in Antonium. in Ant. 240. b

Sed me omnium prouinciarum defensore esse profitebor. 5. Ver. 187. a

Triduo me iurisconsultum esse profitebor. pro Mur. 25. a

Profitebor me ei magistrum. 2. ad Q. frat. 31

A Sthènio petere cepit, vt ad ea signa tollenda operã suam profiteretur, seque adiuuaret. in Verr. 126. b

Cum se Pompeius supplicè pro me profiteretur. in Pis. 96. b

Quum tantas res Græci susciperent, profiterentur, agerent. 2. de Orat. 83. a

Sæpe à maioribus natu audiui, &c. Athenis quendam esse qui se sapientem profiteretur. de Senect. 39. a

Democritus, qui ita est ausus ordiri, hæc loquor de vniuersis, nihil excipit, de quo non profiteatur: quid enim esse potest extra vniuersa. Acad. q. 18. b

Impudètiæ est profiteri quod nõ possis implere. pro Cl. 39. a

Profiteri, & non posse satisfacere. pro Planc. 50. a

Profiteri apud Prætorem. pro Archia. 6. a

Lysiam primò profiteri solitum esse artem dicendi. de Clar. 168. b

Profiteri artem vitæ. Tuscul. q. lib. 2. 9

Tum poterunt clarissima voce profiteri. Tuscul. q. lib. 5. 23

Profiteri hoc scribere non audeamus. de Vniu. 47

Quibus de causis nihil oportere neque profiteri, neque affirmare quenquam, &c. 1. Acad. 65. a

Illos autem qui quiduis ab amico auderent postulare, postulatione ipsa profiteri, omnia se amici causa esse facturos: de Amic. 34. a

Suscipere ac profiteri magnum aliquod onus ac munus. 1. de Orat. 57

Profiteri operam suam. 4. in Verr. 59

Profiteri operam suam in aliqua re. pro S. Rosc. 44

Eamne rationem sequare, qua tecum ipse & cum tuis vtrare, profiteri autem & in medium præferre non audeas: 2. de Fin. 122. a

Quid confiteatur, atque ita libenter confitetur, vt non solum fateri, sed etiam profiteri videatur Recuperatores: pro Cecinna, 17. a

Profiteri se esse sapientem. Tuscul. q. lib. 1. 16

Plus profiteri se scire, quàm sciant. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 15

Profiteri scientiam alicuius rei. Tuscul. q. lib. 2. 9

Profiteri suum studium ad communem dignitatem defendendam. de Leg. Agr. 17. a

Suum studium in omni genere officii alicui profiteri atque polliceri. Licinio, lib. 5. 8. 11. a

Ex quo equidem existimò tardiores ad hanc sententiã profitemdam multos esse factos. 1. de Nat. d. 88. a

Quamobrem ista tanta, tamque multa profitemda Crasse nõ censeo. de Orat. 88. b

Profitemens.

Italix sua vobis studia profitementi remisistis. ad Brut. 15. 6. a

Profiteri, denuntiare, edere.

Archias professus est apud Prætorem Q. Metellum. pro Ar. 187. b

Edixerat, vt aratores iugera sationum suarum profiterentur. 5. Verr. 30. a

Nemo erat decumanorũ, qui grano amplius sibi quàm deberetur, deberi professus esset. in Verr. 153. b

Sed causa erat iudicii postulandi, quod ex edicto professus non esset. 5. Verr. 30. a

Si sexaginta diebus apud Prætorem essent professi. pro Ar. 186. b

Lex hæc, &c. vt apud eosdem Decemuiros, quatum habeat præda, manubiarum, auri coronarii, profiteatur. 2. de Lege Agr. 63. a

Minus te iugerum professum esse dico. 5. Verr. 58. a

Professio, denuntiatio, confessio.

Professio est agri Leontini ad iugera x x x. 5. Verr. 95. a

Iugerum subscriptio ac professio. 5. Verr. 93. a

Professio necessaria in petendis magistratibus. pro Planc. 10

Tu verò confice professionem, si potes, vt si hæc pecunia ex eo genere est, vt professione non egeat. 16. fam. 32

Semelne putas mihi dixisse Balbum & Faberium professionem relatum: &c. 13. ad Att. 45

Iudicium de professione. in Verr. 155. b

Professio, pollicitatio.

Vis oratoris professioque ipsa dicendi hoc suscipere ac polliceri videtur. 1. de Orat. 11. a

Non me præteribat in tam perturbato statu ciuitatis fructuosissima esse professionem bonæ voluntatis, sed, &c. 10. fam. 15. in epist. Planci.

Profigo.

Si cum suis consiliis Remp. profigasset, &c. 3. de Orat. 2. a

Hostium copias profigare, occidere. 14. Philip. 49. a

Profigatus.

Profigatus homo. de Arusp. resp. 43. id est, sceleratus.

Nemo est inquam inuentus tam profigatus, &c. pro Rab. perduel. reo. 17. a

Atqui si ita est, profigata iam hæc, & penè ad exitum adducta quæstio est. 5. Tuscul. q. 23. a

Quanto tandem illum mærore afflictum esse & profigatum putatis. 2. in Catil. 26. a

Ne profigatũ quidem quicquã esset. 8. fam. 27. in epi. Cælii, FF. iiiii.

Profligato bello ac penè sublato, renouatum bellum gerere conamur. 12. fam. 63
Iudicia perditā & profligata. 2. Verr. 5. a. Id est, omni dedecore contaminata.
Et denique omnia ad perniciem profligata atque perditā: pro Rosc. Amer. 22. a. Hoc est, ad perniciem redacta.
Vos tamen oportet ab eodem illa omnia, à quo profligata sunt, confici velle. de Prou. 76
Profligatorum hominum impetus quotidianos obiicere. pro Archia, 10. a
Profligatissimus omnium mortalium ac perditissimus. 5. Verr. 53. a

Profluo.

Ab his fontibus profluxi ad hominum famam. pro Cael. 4
Si lacus emissus lapsu & cursu ad mare profluxisset. 1. de Diuin. 161. a

Profluens.

Profluens amnis. de Nat. d. 1. 15
Expedita ac profluens celeritas. de claris Orat. 116. a
Genus orationis liquidū, fufum ac profluens. 1. de Ora. 87. a
Loquacitas perennis & profluens. 3. de Orat. 103. a
Profluens quiddam habuit Carbo, & canorum. de Or. 145. b
Aquam profluentem & eam vberem vidi multis locis. 3. ad Q. frat. 3
Deinde est in catcerem deductus, vt ibi esset tantisper, dum culeus, in quem coniectus, in profluentem deferretur, compararetur. 1. de Inuent. 131. a
Qui parentem necasse iudicatus erit, is obuolutus & ligatus culeo, deuchatur in profluentem. ad Heren. lib. 1. 23. a

Profluenter.

Ego omnia profluenter, absolute, prosperè: igitur beatè. 5. Tusc. q. 75. a

Profluentia.

Et hanc oratoriam vim inanis quædam profluentia loquendi. in Partit. 43. a. Sub. imitatur.

Profugio.

Libenter verò istinc, tanquam à domino agresti ac furioso profugi. de Senect. 43. a
Philo cum optimatibus Atheniensium domo profugit. de Clar. 170. a
Heraclius Syracusis illa nocte profugit. in Verr. 117. b
Senatus ex Italia profugit. pro Deiot. 145. b
C. Blossius quæstione noua perterritus, in Asiam profugit. de Amic. 103. b
Hinc centum triginta septem patrefamilias extorres profugerunt. 5. Verr. 101. a
Profugerunt metu perterriti. Seruius Cicero, lib. 4. 12. 8. a
Illi damnati comitiis centuriatis in exilium profugerunt. pro Domo sua, 67. a
Quòd si illinc inanis profugisses, tamen, &c. 3. Verr. 16. a
Si inquam pridie domo tua profugisset. 7. Verr. 61. a
Quintus filius profugere ad Brutum voluit. ad Att. lib. 15. 329. 15. a

Ad otium profugere. 1. Offic. 99

Ex tempestatum periculis profugere. 7. Verr. 123. a

Veientem quandam ad nos hominem nobilem profugisse. de Diuin. 101. b

Ex Ponto Medea quondā profugisse dicitur. pro L. Man. 15. a

Profugium.

Exilium est profugium portusque supplicii. pro Cec. 72
Quòd summi cuiusque bonitas commune profugium est omnium. Offic. 2. 91
Portum potius paratum nobis profugium putemus, quòd vtinā velis passis prouehi liceat. 1. Tusc. 194. a. de Morte.
Quod enim poterat mihi esse profugiū? epist. 71. b. & 105. b

Profundo.

Lachrymas profundo. pro Font. 184. b
Voluptates, quæ cum inclusæ diutius & prima ætate compressæ & constrictæ fuerunt, subito se nonnuquam profundunt, atque eiiciuntur vniuersæ. pro Cael. 59
Quem vt vidi, equidem vim lachrymarum profudi. Somn. Scip. 11. a
Omnes profudi vires animi atq; ingenii mei. Att. li. 1. 13. 5. a

Qui in causa animam profudit. pro Marc. 136. b
Lachrymas pro me sæpe & multum profudistis. pro Plancio, 84. a
Profuderunt se subito lachrymæ. 11. ad Att. 16
Omne odium inclusum nefariis sensibus impiorum in me profudistis. in Pis. 15. a
Patrimonia sua profuderunt, fortunas suas obliguerunt. in Catil. 31. a
Sed vt ad ea quæ clariora sunt veniam, res iam vniuersas profundam. 4. Acad. q. 153. a
Si totum se ille in me profudisset. 7. ad Att. 15
Nihil est in natura rerum omnium, quod se vniuersum profundat, & quod totum repente euolet. 2. de Orat. 174
Ait, omnia pecunia effici posse, dare, profundere, opponere, si velis vincere. 5. Verr. 132. a

Animam profundere. pro Marcello, 18

Laborem profundere & perdere. Antonio, lib. 5. 13

Pecunias profundere in eas res, quarum memoriam aut breuem, aut nullam sint relicuri omnino. Offic. 1. 117. & 1. 80. pro Cl. 53. a

Sanguinem suum profundere omnem cupit, dummodo, &c. pro Cluent. 13. a

Sanguinem pro patria profundere. 2. de Fin. 50
Se in aliquem profundere. ad Att. lib. 7. 123. 5. a

Vitam profundere pro patria. 1. Offic. 117

Quæ frugibus ac baccis terræ factu profunduntur. de Leg. 161. b

Sed profundendo clamore multitudinis cōcitatur. pro Flac. 11. a

In profundenda voce omne corpus intenditur, venit plaga vehementior. 2. Tusc. q. 49

Profusus.

Pecuniosus, profusus, perditus. 3. Verr. 13. a

Quis tam perditus ac profusus nepos, non adesa iam, sed abundantanti pecunia sic dissolutus fuisset, vt, &c. pro Quint. 12. a

Sanguis qui profusus est in morte, &c. in Ant. 211. b

Sed tanquam sanguis profusus est per totum corpus orationis. ad Heren. 38. b

Profusa hilaritas. 4. Tusc. 25. a

Profusa luxuries. pro Caelio, 34. a

Ipsūque genus iocandi non profusum neque immoderatum, sed ingenium & facetum. 1. Offic. 145. a

Quanti & quam profusi sumptus. pro Cluent. 25. b

Non amat profusas epulas, sordes, & inhumanitatem multo minus. pro Mur. 69. a

Sumptibus profusis viuere. pro Quint. 61. a

Profundus.

Mare profundum & immensum. pro Plancio, 12. a

Natura veritatem in profundo abstruxit. 4. Acad. 65. a

Esse in profundo aquæ. 3. de Fin. 73. a

Quam partim eius prædæ profundæ libidines deuorassent, &c. in Pison. 38. a

Profundum, substantiue.

Aliquid in profundum abiicere. 6. Verr. 22. a

Iecissem me potius in profundum. pro Sest. 15. b

Progenies.

Progenies mea. pro Cael. 44. b

Audiet Brutus eum populum, quem ipse primò, post progenies eius à regibus liberauit, pro turpi stupro datum in seruitutem. ad Octauium, 15. a

Reddita est ei tum à maioribus statua pro vita, quæ multos per annos progeniem eius honestaret. 9. Philip. 259. a

Veteres qui se progeniem deorum dicebant. de Vniu. 48

Diuinitas, quæ quo propius aberat ab ortu & diuina progenie, hoc, &c. Tusc. q. lib. 1. 23

Priamus tanta orbatus progenie. 1. Tusc. q. 133. a

Progigno.

Vt enim cæteri ex patribus, sic hic qui illud lumen progignuit, ex filio est nominandus. 3. Offic. 86. a

Atque vt in feminibus vis inest earum rerum quæ ex his progignuntur, sic in causa conditæ sunt res futuræ. 1. de Diuin. 108. a

Prognatus.

Qualis enim tibi ille videtur Tantalus prognatus Pelope- tus? Tusc. q. 44. a

Euridica prognata. de Diuin. 88. b

Prognosticon.

Prognostica mea cum oratiunculis propediem expecta- &c. 2. ad Att. 9

Ex eo quidem loco & prognostica nostra pronuntiabas, & genera herbarum. 2. de Diuin. 85

Atque his rerum præsentionibus prognostica tua referta sunt. 1. de Diuin. 12

Prognosticorum causas persecuti sunt Boethus Stoicus & Posidonius. Diuin. lib. 2. 35

Progredior.

Neque tamen progredior longius, quàm mihi concessum est. ad Att. 193. b

Eò enim vsque progreditur, vt, &c. 3. Verr. 112. a

Sestius nihil progreditur. pro Sest. 64. a

Progredius sum ad Inalpinos cum exercitu. Brutus Cicero, lib. 1. 14. 1. a. & Diuin. lib. 1. 46

Indulgentia videlicet nostra deprauatus, eò progressus est, quò non audeo dicere. ad Att. lib. 10. 195. 6. a

Sed certè non continebuntur, progredientur longius, effere- rentur. contra Rul. 85. b. & 5. Verr. 122. a

Quàm longè progrediare, cum semel transieris, ad augen- dam transeundi culpam nihil pertinet. Parad. 119. b

Vltra enim quò progrediar, quàm vt verisimilia videam, nò habeo. 1. Tusc. q. 6

Ne calamitas remorata longius serpat atque progrediatur, præcaute. Antequam, 9. a

Progrediamur igitur, &c. de Fin. 94. b

Sed progrediamur longius. 4. Acad. q. 83. a

In quo tamen longius progrediamur, quòd videmus, &c. Orat. 107. b

Cum aliquantulum progressus esset, subito exaudiuit hin- nitum. de Diuin. 95. b

Itaque reuertit ex itinere, cum iam progressus esset multorū dierum viam. Diuin. lib. 1. 27

Nunquam in eum locum progressi fuissent, vt illum inter- ficere conarentur. in Verr. 92. b

Scribendum ad te existimaui, & pro nostra beneuolentia petendum, ne quò progredieris inclinata iam re, qua integra etiam progrediendum tibi non existimasses: &c. ad Att. lib. 10. 28. in epist. Cæsar. 1.

Videret quid ageret, de Diodoro quò progredieretur. 6. Verr. 36. a

Progredi ad omnia. de Arusp. resp. 52

Quid stultius quàm obiicere aduersario, quod ille si verbo negarit, longius progredi non possit, qui obiecerit in Ant. 161. b

Qui poterunt longius progredi? Acad. q. ed. 1. lib. 2. 42

Mihi Antonius peruenisse videtur, quoad progredi potue- rit feri hominis amentia. 11. Phil. 293. a

In quæ impunè progredi licet duos pedes, &c. 3. de Or. 100. a

Atque vt regredi, quàm progredi mallent. 1. Offic. 50. a

Digitum progredi non possunt. 4. Acad. q. 107. a

Quamobrem primùm videamus, si placet, quatenus in ami- citia progredi debeat. de Amic. 34. a

In eum locum progredi, vt, &c. 3. Verr. 57. a

Nihil enim adiuvat procedere & progredi in virtute. de Fin. lib. 4. 105. a

Plus progredi. 2. ad Att. 4

Neque eò deducam, aut progredi patiar, vt, &c. Antiqua iret in exil. 12. a

Progredi rationibus. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 27

Diuinatio coniectura nititur, vltra quam progredi non po- test. 1. de Diuin. 50. a

M. Fabius existimauit fratrem suum hominem non sapien- tem impulsu inimicorum suorum eò progressum esse. ad Papirium lib. 9. 25. 6. a

Progrediens.

Sensim & pedetentim progrediens extenuatur dolor. 3. Tusc. q. 92. a

A communibus initiis progrediens. de Fin. lib. 4. 37

Zeno igitur naturam ita definit, vt eam dicat esse ignem ar- tificiosum ad gignendum progredientē via. 2. de Nat. 81. a

Natura igitur corpus quidem hominis sic genuit & forma- uit, vt alia in primo ortu perficeret, alia progrediente æta- te fingeret. 5. de Fin. 106. a

Repulsi sunt ii, quos ad omnia progredientes, quos, &c. de Arusp. resp. 52. a

Progressus.

Viam multorum dierum progressus. 1. de Diuin. 51. a

Ex hac domo progressa ista mulier de veneni celeritate di- cere audebit. pro Caelio, 47. a

Ac primò quidem sic & nata & progressa longius eloquen- tia videtur. 1. de Inuent. 5. a

Progressa res ista ad quos sumptus fit, vides. 2. de Leg. 58

Progressus est eo quo non audeo dicere. 10. ad Att. 9

Progressum eo esse. 9. fam. 60. id est, impulsum ad hoc fa- ciendum.

Progressus.

Progressum præcipitem, inconstatem reditū videt. Att. 36. b

C. Cæsar incunte ætate docuit ab excellenti eximiaque vir- tute, progressum ætatis expectari non oportere. 5. Phil. 198

Brutus Dolabellam irruentem in Asiam à progressu arciuit, à reditu refræ nauit. 11. Philip. 290

Ratio, quæ causas rerum videt, earumque progressus, quasi antecessiones non ignorat. 1. Offic. 19. a

Progressus & regressus quinque stellarum errantium con- stantes & rati. 2. de Nat. d. 37

Philosophi nunquam in studiis tantos progressus facere po- tuissent. Tusc. q. lib. 4. 67. a

Lucilius Balbus qui tantos progressus habebat in Stoicis. 1. de Nat. d. 12

Progressio.

Aliter enim teneri non potest, si qua ad virtutem est facta progressio. Offic. 3. 21

Tum progressio admirabilis, incredibilisque cursus ad om- nem excellentiam factus est. Tusc. q. lib. 4. 1

Progressio discendi. Offic. 3. 17

Leuatio igitur vitiorum magna fit his qui habent ad virtu- tem progressionis aliquantum. Vestri progressionem ad virtutem fieri aiunt, leuationem vitiorum fieri negant. de Fin. lib. 4. 55

Ab iis initiis profecti omnium virtutū & originem & pro- gressionem persecuti sunt. Tusc. 209. b. & de Fin. lib. 4. 29. a

Quæ & ingenii bonitate multi assequuntur & progressionem dicendi. 1. Offic. 17. a

Progressiones stellarum errantium. Tusc. q. lib. 1. 50

Prohibeo.

Prohibeo.

Pop. Romani exercitus Cn. Pompeium circumfidet, fossa & vallo septem tenet, fuga prohibet. ad Att. lib. 184. 3. a

Facias licet, nemo prohibet. pro Rosc. Amer. 81. a

Malè etiam qui peregrinos vrbibus vt prohibet, eosque ex- terminant. 3. Offic. 61. a

Non modò non prohibebas, verùm etiam approbas. 16. ad Att. 20

Qui erant mecum, facillè operas aditu prohibuerunt. ad Att. lib. 4. 71. 4. a

Nos iacentes ad pedes supplicum voce prohibebis. pro Ligario, 8. a

Is omnes motus Catilinæ, conatusq; prohibebit. in Cat. 100. b

Quid me prohiberet Epicureum esse? lib. 1. de Fin. 21

Patri peruasi, vt eum à tua congressione prohiberet. in Ant. 169. b

Qui quum prohiberet iniuriam tenuioris, æquitate consti- tuenda summos cū infimis pari iure retinebat. 2. Off. 58. a

Quòd prædones procul ab vrbe prohibuissent. in Verr. 233. b

Qui Bibulum exire domo prohibuissent. epist. 11. b

Et virginem ab armatorum impetu prohibeamus. de Clar. 199. b

Dii prohibeant Iudices, vt hoc præsidium seclorum existi- metur. pro Sext. Rosc. 44. b

Verri crimini daturus sum, quod te non prohibuerit, quum summam ipse haberet potestatem. 1. Verr. 19. a

Prohibere à corpore alicuius. 2. Philip. 12. 1

Prohibere aliquem à periculo. pro L. Manil. 12

Prohibere aliquem à repub. epist. 84. b

Detrimto aliquem prohibere. ad Heren. lib. 2. 50. a

Aliquē provincia prohibere. Plancus Ciceroni, lib. 10. 15. 3. a

Sepultura aliquem prohibere. ad Heren. 4. 183. a

Erit igitur humanitatis vestrae, magnum eorum civium numero calamitate prohibere. pro L. Manil. 11

Prohibere censu. pro Sest. 88

Exitu prohibere. ad Att. lib. 9. 187. 2. a

Prohibere milites vrbe, portu, statione, commeatu. 12. fam. 33. in epist. Lentuli.

Motus & conatus alicuius prohibere. 2. in Catil. 45. a

Vsu verò vrbis prohibere peregrinos, sanè inhumanum est. 3. Offic. 61

Ab insula procul prædones prohibere. 6. Verr. 12. 7. a

Prohibere supplicium ab aliquo. de Arusp. resp. 2

Daturus es huic crimini, quod & potuisti prohibere ne fieret, & debuisti. 1. Verr. 18. a

Quonia corâ id facere prohibeor, absens pro sim. Octau. 4. a

Cum homines tempestatis causa opere prohibentur. de Orat. 148. b

Prohibentur adire ad filios suos. 7. Verr. 91. a

Qui quum à Præto prohiberentur, &c. omnium minas atque omnia pericula pro salute sua leuia duxerunt. 4. Verr. 111. a

Prohiberi consuetudine. Tusc. q. lib. 3. 17

Quum videretis nulla vi retineri, nullo periculo prohiberi posse, &c. 4. Verr. 10. a

Ira maximè prohibenda in puniendo. 1. Offic. 125. a

Lex naturæ recta imperans, prohibensque contraria. 1. de Nat. d. 52. a

Prohibessis.

Ni par, maiorve potestas, populâve prohibessit. 3. de Leg. 8. a

Prohibitus.

Eques Rom. biduū cibo tectoque prohibitus. 5. in Verr. 49. a

Nam & à repub. forasibusque negotiis, armis impiis, vique prohibiti. Offic. 3. 3

Proicio.

Vos inquam pro meo capite ad pedes lenonis impurissimi proiecistis. pro Sestio, 20. a

Qui se in hoc iudicium proiecerunt. pro Cæl. 41. b

Quod stuprum, quæ libido se non proripiet, ac proiciet aut occultatione proposita, aut impunitate, aut licentia. 2. de Fin. 117. a

Neque ego meam libertatem proiecissim. pro Rab. 127. b

Primæ literæ mouent & rogant, ne me proiciam. ad Att. lib. 9. 173. 11. a. Hoc est, despondeam animum.

Nec pro his libertatem, sed pro libertate hæc proicias tanquam pignora iniurias. in Ant. 247. b

Proicias misera reliquias tuas. 14. fam. 5. 6

Quid hoc, sicut facit, te ex vrbe proieceris? 4. Philip. a

Tum poterimus deliberare, non scilicet integra re, sed certè min⁹ infracta, quàm si vnâ proieceris te. Att. lib. 4. 181. 15. a

Quæ quidem lætari mihi videtur, quod tantam pestem euo muerit, forasque proiecerit. in Catil. 26. a

Proicere libertatem suam. pro Rab. Posth. 20

Proicere se. 9. ad Att. 15. hoc est, temerè aliquid aggredi.

Proicere se ad pedes alicuius. pro Sest. 8. b

Proicere se in iudicium. pro Cælio, 16

Parietis cõmunis tegendi causa tectū proicitur. in Top. 11

Proicitur Tullius in exilium. Antequam iret in exil. 19. a

A liberis suis abstrahi, à coniuge abripi, ab aris focusque innocentem proici. Antequam. 197. b

Diogenes proici se iussit inhumatum. Tusc. q. lib. 1. 166

Proiectus.

Proiectus ad audendum. 3. in Verr. 1

Qui ex naufragio luculentis patrimonii, ad hæc Antoniana laxa proiectus est. 12. Philip. 132. a

Is cum esset proiectus inhumatus, amica corpus eius textit suo pallio. de Diuin. 138. b

Illi, quorū eminet audacia, atque proiecta est, à cõsiliis malitæ deferuntur. pro Cl. 145

Proiecta & effrænata cupiditas. pro Domo sua, 88

Insula in vtriusque portus ostium aditumque proiecta. 6. Verr. 105. a

Iustitia foras expectat, & proiecta tota est, atque eminet. 6. Verr. 18. a

Sed quod erat eiusmodi loco, atque ita proiecta in altum. 6. in Verr. 18

Brachium procerius proiectum, quasi quoddam telum orationis. 1. de Orat. 122. a

Si me à meis consiliariis proditum & proiectum vides, &c. 3. ad Att. 32. Hoc est, desertum & proditum.

Simonides ignotum quendam proiectum mortuum quum vidisset, humavit. 1. de Diuin. 52

Ex in proiectæ claro cum lumine Chelæ. in Arato, 37. a

Proiectio.

Brachii proiectio in contentionibus, contractio in remissis. in Orat. 33. a

Προημιον definitur, quod sit indifferens, cum æstimatione mediocri. de Fin. lib. 3. 42

Προημιον, id est præposita, partim sunt per se ipsa, partim quod aliquid efficiunt, partim vtriusque. de Fi. lib. 3. 42, & 44

Προημιον dicuntur in vita non ea, quæ primario loco sunt, sed ea quæ secundum locum obtinent. de Fin. lib. 3. 42

Προημιον & αποπροημιον proposita rectè, & reiecta dicere licebit. de Fin. lib. 3. 43

Sed dicam Græcè προημιον, Latine autè producta: sed præposita aut præcipua malo. de Fin. lib. 4. 58

Proin.

Proin aut exeant, aut quiescant. in Cat. 106. b

Proinde.

Proinde, vti quæque res est, laborandum est. de Inuent. 84. b

Proinde aut, &c. Antequam. 195. b

Et proinde diligenter ab vtroque conseruata sunt. Lepidus Ciceroni, lib. 11. 35. 6. a

Proinde desinat aliquando me iisdè verbis. pro Dom. 219. b

Proinde quasi isti aut de Cn. Pompeio aliter atque ego existimo, sentiant, &c. pro Domo sua, 25. a

Proinde existimes, quo tibi, &c. epist. 167. b

Proinde isti licet faciant quos volent Consules. ad Att. lib. 2. 24. 4. a

Proinde fac magnum animum habeas. Cassio, lib. 12. 6. 4. a

Proinde quasi sapiens nullum aliud decretum habeat. 4. Acad. q. 197. a

Proinde ordire. de Fat. 146. b

Proinde te para, &c. epist. 138. b

Proinde ad omnia paratus ero, ac res me monebit. epi. 150. b

Metelli sperat sibi quisque fortunâ, proinde quasi, &c. Tusc. quæst. 166. b

Proinde si qui sunt, qui, &c. 7. Verr. 143. a

Et proinde diligenter ab vtroque conseruata sunt. epi. 167. b

Proinde bono animo sis. ad Att. lib. 1. 6. 6. a

Proinde, si sapias, vide. 4. Verr. 49. a

Prolabor.

At Canis ad caudâ serpens prolabitur. Argo. 2. de Nat. 168. a

Tametsi de hoc iudicio multa prætereo, tamen longius prolapsus sum, quàm ratio vestri iudicii postulabat. pro Cæcina, 73. a

Iuuentus his moribus atq; tēporibus ita prolapsa est, vt omnium opibus refrænanda atque coercēda sit. 2. de Diu. 7. a

Libēter ad istam orationem tecum prolaberer. de Leg. 166. b

Cogitabam fore, vti multis in rebus timore prolaberer. pro Quint. 51. a

Prolabi cupiditate. ad Att. lib. 1. 12. 12. a

Ne quod ab aliqua cupiditate prolapsus esse videatur. pro Font. 280. b

Huc vnus mulieris libidinem esse prolapsam, vt, &c. pro Cælio, 37. a

Prolapsio.

Et interdum multas vias adoleſcentiæ lubricas ostēdit, quibus illa insistere aut ingredi sine casu aliquo aut prolapsione vix posset. pro Cælio, 32. a

Prolatio, vide Profero.

Prolato.

Id malum opprimi sustentando ac prolato nullo pacto potest. in Catil. 78

Prolatus, vide Profero.

Prolecto.

Egentes, & leues spe largitionis, & viatico publico, priuata etiam benignitate prolectat. pro Flacco, 14. id est allicit.

Proleptis.

Προληψις, Latine notio, quid sit. Top. 15. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 30

Προληψιν vocant dialectici præsumptionem. Diuin. lib. 2. 84

Quæ est enim gēs, &c. quam appellat προληψιν Epicurus, id est antceptam animo rei quandam informationem. 1. de Nat. d. 32

Proles.

Ferrea tum verò proles exorta repente est. 2. de Nat. d. 137. a

Hominum futurorum proles. in Somn. Scip. 14. a

Neque enim illud fugerim dicere, vt Cælius, Quæ tempestate Pœnus in Italiam venit, nec Prolem, aut Sobolem, aut Effari, aut Nuncupari. 3. de Orat. 84

Equitum, peditumque prolem describunt. 3. de Leg. 10. a

Prolixus.

Prolixus animus. ad Att. lib. 16. 345. 5. a

Natura proluxa & benefica. ad Att. lib. 3. 29

Aliquid animo libenti proluxoque facere. ad Att. lib. 16. 49

In quo parum proluxi respondent Campani coloni. ad Att. 111. b

Cætera spero proluxa esse his duntaxat vrbis competitibus. ad Att. 1. b

Ariobarzanes nō in Pompeium proluxior per ipsum, quàm per me in Brutum. ad Att. lib. 6. 22. Id est propensior.

Prolixè.

Id autem est, vt hoc, &c. honoris nostri causa libenter, proluxè, celeriter facias. ad Att. lib. 16. 44

Aliquid proluxè cumulatèque facere. pro Flacco, 69

Satis proluxè mihi pollicetur. pro Domo sua, 23

Neque mehercule minus ei proluxè de tua voluntate promisi, quàm erâ solitus de mea polliceri. ad Cæsare, lib. 7. 13

Proluxè respondere. ad Att. lib. 7. 133. 2. a

Proloquor.

Verſus ille, qui vetat artem pudere proloqui, quam facites. Orat. 210. b

Proludo.

Sed vt ipsis sententiis quibus proluserunt, vel pugnare possint. 2. de Orat. 177. a

Prolusio.

Atque eiusmodi illa prolusio debet esse, &c. 2. de Orat. 177. a

Sin mecum in hac prolusione nihil fueris: &c. 1. in Verr. 24

Proludium.

Proludium illud, & portentum L. Antonius. 14. Philip. 390

Proluuius.

Romæ mira proluuius, magna vis aquæ. 3. ad Q. fra. 32. pro, aquarum inundatio. Quædam exemplaria habent alluuius.

Promagister.

Promagister scripturæ. 5. ad Att. 28

Promereor.

Vt suo beneficio promereatur se vt ames. de Pet. Conf. 28

Reus leuius punitus, quàm sit promeritus. 2. de Inuentione, 184. a

Promereri beneficium. pro Mure. 64

Bene promereri de multis. Offic. 2. 76

Optimè de Repub. promereri. 3. Philip. 150

Occasionem promerendi non amittere. de Petit. Conf. 21. a

Homines tenues vnum habent in nostrum ordinem, aut promerendi aut proferendi beneficii locum. pro Mure. 140. b

Exercitiores ad bene de multis promerendum. 2. Offic. 76. a. Id est, ad conferendum beneficia in multos.

Non conuenit enim, cum ego ad promerendum officium tam fuerim expeditus, vos ad referendam gratiam tardiores. Antequam iret in exil. 2. a

Etenim si in promerendo, vt tibi tanti honores haberentur, quanti, &c. 1. ad Q. frat. 13

Promeritum.

Quare hoc maius est in vos vestrum promeritum, quod, &c. Post reditum ad Quirites, 6. a

Vestra in nos vniuersa promerita. Postquam. 204. b

Prometheus.

Aut si Prometheus, cum mortalibus ignem diuidere vellet, &c. 4. ad Heren. 147

Eum Prometheus doctus clepsisse dolo, pœnasque Ioui factu expendisse supremo. Tusc. q. lib. 2. 20

Promiscue.

Vnum est enim & simplex aurium iudicium, & promiscue & communter stultis ac sapientibus ab natura datum. pro Font. 11. a

Promiscue toto campo, quàm propriè parua frui parte male. 2. de Leg. Agr. 84

Haurire promiscue ex aliquo loco. 3. de Orat. 41. a

Cæteris promiscue poterit vti. de Orat. 204. b

Promitto.

Promitto, recipio, spondeo. P. C. C. Cæsarem talem semper fore ciuem, &c. 5. Philip. 201. a

De me tibi sic, contestas omnes deos, promitto atque confirmo me pro tua dignitate, &c. ad Ap. Pulchrum, lib. 3. 10. 5. a

Tum illud tibi expertus promitto & spondeo, te socios, &c. Crassipedi, lib. 13. 110. 6. a

Sed tamen separatim promitto, in meque recipio, fore eum tibi & voluptari & vsui. ad Brutum, lib. 13. 118. a

Meque ea quæ tibi promitto ac recipio, sanctissimè esse obseruaturum, &c. Licinio, lib. 5. 8. 13. a

Promitto vobis hoc, & reipub. spondeo, &c. pro Cæl. 61

Dii faxint vt faciat ea quæ promittit. ad Atticum, lib. 16. 331. 5. a

Nec mehercule minus ei proluxè de tua voluntate promisi, quàm eram solitus de tua polliceri. Cæsari, lib. 7. 5. 3. a

Prætere mihi promiserunt Pansa & Hircius coram, & absenti mihi scripserunt: Verriusque nostro Pansa affirmavit se daturum operam, ne in suo Consulatu mihi succedatur. epist. lib. 12. 14. 15. a

Vix videbar, quod promiseram, præstare posse. ad Brutum, 18. 3. a

Cum ille dubitaret, quod ad fratrem promiserat. de Orat. 111. b

Neptunus quod Theſeo promiserat, non fecit. Offic. 7. b

Quem ego vobis ita commendo, vt cum inimicissimum huic coniurationi futurum esse promittam ac spondeam. pro Mur. 82

Quæ autem inconstantia deorum, vt primis minentur extis, bene promittant secundis. 2. de Diuin. 56. a

At si quis in pariete communi demoliendo damni infecti promiserit, non, &c. in Top. 10. a

Ad fratrem promittere. 2. de Orat. 16. a. Hoc est, se iturum ad fratrem.

Promittere aliquid affirmatè, quasi deo teste. Offic. 3. 141

Promittere largè, promptè ac honorificè. de Pet. Conf. 29

Quod honestè, aut sine detrimento nostro promittere non possumus. de Pet. Conf. 29

Se iam neque vadari amplius, neque vadimonium promittere. pro Quintio, 12

Ne extra suum forum vadimonium promittere cogantur. 5. Verr. 30. a

Quod isti simulac renuntiatum est, hominem iubet Lilybæum vadimonium Venerio seruo promittere. 7. Verr. 110. a

Promittendum alterutrum de euentu atque exitu rerum. 6. fam. 4

Promissus.

Quæ ex liberalitate huius promissa sit & ostēdata. pro Ros. Amer. 9. a

Donum Ioui dicatum atque promissum. 7. Verr. 144. a

Promissum.

Potest etiam accidere promissum aliquod & conuentum, vt id effici sit inutile vel ei cui promissum sit, vel ei qui promiserit. Offic. 1. 45

Nullum est philosophiae promissum verius aut maius. Tusc. q. lib. 5. 30
 O constantiam promissi, & fidem miram. ad Att. lib. 4. 49
 Eo enim exposito munus promissi omne confecero. in Partition. 73. a
 Efficere promissum & conuentum cuiquam. i. Offic. 46. a
 Theseus exegit promissum à Neptuno. 3. Offic. 127. a
 Ille induxit ut peteret, promissum ac receptum interuertit, ad seque transtulit. 2. Philip. 86. a
 Satis est factum promisso nostro ac recepto. in Verr. 108
 Sed iam quasi voto quodam & promisso me teneri puto. ad Att. lib. 12. a
 Promissa nonnunquam non facienda. Offic. 3. 128
 Promissa, confirmata, certa & rata sunt quae ad reditum & salutem tuam pertinent. 6. fam. 39
 Pacta & promissa seruandane sint, quae nec vi, nec dolo malo (ut Praetores solent) facta sint. 3. Offic. 124. a
 Ac ne illa quidem promissa seruanda sunt, quae non sunt iis ipsis vtilia, quibus illa promiseris. Offic. 3. 126. & 1. 47
 Sponsor promissorum alicuius. ad Att. lib. 15. 30
 Iam illis promissis standum non esse quis non videt, quae coactus quis metu, quae deceptus dolo promiserit. Off. 1. 47
 Si ante mors aduentet, quam Chaldaeorum promissa consecuti sumus. 1. Tusc. q. 52. a
 Expetere promissa. Bithynico, lib. 6. 17. 1. a
 Caesar multis multa promissa non fecit. 1. Philip. 12
 Facere promissum alicui. Offic. 71. b
 Quum tua promissa per literas flagitabam. Ap. Pulchro, lib. 3. 11. 14. a
 Teucer promissa patrauit. 1. ad Att. 33
 Quid me aspectas? quid mea promissa repetis? pro Plan. 82. a
 Soluere promissa militibus. Cornificio, lib. 12. 29. 10. a
 Cum literis Caesaris, praemiorumque promissis. ad Att. 125. b
 Promissis iis quae ostendit, non valde pendeo. ad Q. frat. lib. 3. 28
 Dextra non tam in bellis & in praeliis, quam in promissis & fide firmior. pro Deiot. 4. a
 Spe & promissis aliquem tenere. pro Sest. 10. b
Promissio.
 Promissio, deprecatio, obsecratio, declinatio breuis à proposito, &c. 3. de Orat. 114
 Id quoque genus literarum defecit me, in quo debebat esse aut promissio auxilii alicuius, aut consolatio doloris tui. 4. fam. 39
 Scelerum enim promissio, & iis qui expectant, perniciofa est, & iis qui promittunt. 8. Philip. 241. a
 Cum literis, cum mandatis, cum promissione provinciae. ad Att. lib. 8. 24
Promo.
 Hs. c. c. c. 1. 3. 3. ex disciplina & artificio Roscius promebat. pro Rosc. Comædo, 17. a
 Voces tristificas chartis promebat Hetruscis. de Diui. 39. a
 Cum tibi fenatus ex aërio pecuniam prompsisset atque administrasset. in Verr. 192. b
 Medicamina illa tanquam de Narthecio promant. de Fin. lib. 2. 38
 Aliquid ex scientia obscuriore promere & assumere. 1. de Orat. 31. a
 Ex armario aurum promere. pro Caelio, 40. a
 Libros è bibliotheca promere. 3. de Fin. 10. a
 Ex aërio pecuniam promere. 5. Verr. 169. a
 Ne ipsa aliquid à me prompsisse, sed fortuito in hunc sermonem incidisse videar. de Orat. 94. b
 Loci sunt quasi sedes è quibus argumenta promuntur. in Top. 5. a
 Est aliquid, quod ex obscuriore aliqua scientia sit promendum atque assumendum. de Orat. 90. b
 Nunc certe promenda tibi sunt consilia. ad Att. lib. 9. 68
Promens.
 Animus promens semper aliquid ex se. 5. fam. 40
Promptus.
 M. Marcellus promptus, & non inexercitatus ad dicendum fuit. de Clar. 70

Ad pugnam promptus. pro Mil. 40. a
 Ad vim promptus, ad seditionem paratus, ad eadem expeditus. 2. de Leg. Agr. 81. a
 Prompta & parata in respondendo celeritas. de Clar. 79. a
 Facilis & prompta responsio. 1. de Orat. 122. a
 Tametsi hoc quidem minimè later, quod ita promptum & propositum est, ut, & c. pro Sex. Roscio, 38. b
 Quod omnibus patet, & aequè promptum est mihi & aliis. pro Mur. 25
 Animum tuum promptum & alacrem perspexi ad defendendam Rem. Appio, lib. 3. 111. 13. a
 Hic quod animo sentiebat, & vultu promptum habuit, & lingua. pro Planc. 28
 Qui tot annos fidem suam populo Rom. promptam expositamque praebuit. pro Cecin. 57. a
 Te esse hilari animo & prompto ad iocandum valde me iuuat. ad Q. frat. lib. 2. 15. 1. a
 Alacri & prompto ore ac vultu, huc atque illuc intueri. 1. de Orat. 91. a
 Prompti, non indiferti. 1. fam. 39
 Altera occulta quaedam & quasi inuoluta aperiri, altera aperta & aperta iudicari. de Fin. lib. 1. 24
 Discutienda sunt ea, quae obscurant, & ea quae sunt eminentia & prompta sumenda. 3. de Orat. 119. a
 Hominum autem studia ad amplificationem nostrarum rerum prompta & parata. Offic. 2. 24
 Quae prompta tibi sunt à multis. 4. fam. 42
 Ut prompta ac parata sint cura. de Petit. Conf. 2
 Caetera, quae tibi à multis prompta esse certò scio, à me sunt paratissima. epist. 57. b
 Quod paratior ad usum forenses promptiorque essem. 1. Verr. 22. a
 Promptiores debemus esse ad nostra pericula, quam ad communia. 1. Offic. 117. a
 Promptissimus & experiens. 6. Verr. 32. a
 Non promptissimus homo. 4. in Verr. 25
 Responione me mimica homo promptissimè lacepsit. Pis. 43
 Nihil tam clausum, quod non cupiditati apertissimum promptissimumque sit. 6. Verr. 37. a
Promptus.
 Hoc decorum non recondita quadam ratione cernitur, sed est in promptu. 1. Offic. 134. a
 Iam illud non sumus admonendi (est enim in promptu) ut animaduertant, &c. Offic. 47. b
 Itaque in probis maximè in promptu est, si quid tale dici potest. Offic. 12. b
 Ea dicam quae sunt mihi in promptu. 1. Acad. q. 6. a
 A me enim quae in promptu erant, dicta sunt. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 10. hoc est facilia, perspicua, & peruulgata.
 Sed haec quoque in promptu fuerunt, nunc interiora videamus. 2. de Diuin. 185. a
 Quae quanquam ita sint in promptu, ut, & c. 1. Offic. 9. a
 Quum illa pateat, in promptuque sint omnibus. 1. de Or. 13. a
 Quae quanquam ita sint in promptu, ut res disputatione non egeat, &c. Offic. 1. 9
 Haec enim ferè tum habemus in promptu. Tusc. q. lib. 3. 47
 Habere aliquid semper in promptu. Offic. 21. b
 Oportet igitur & ea quae pro perspicuitate responderi possunt, in promptu habere. 4. Acad. q. 85. a
 Natura formam nostram, reliquamque figuram in qua esset species honesti, eam posuit in promptu. 1. Offic. 176. a
Promontorium.
 Leucopetra, quod est promontorium Agri Regini. in Ant. 154. b
 Ab eo oppido non longè, in promontorio fanum est Iunonis antiquum. 6. Verr. 92. a
 Qui aliqua promontoria aut praerupta saxa tenuisse dicuntur. in Verr. 265. b
Promoueo.
 Assa in alterum apodyterii angulum promoui. ad Q. frat. lib. 3. 17. 4. a

Inde domum coenatus, ut sim mane presto Miloni: Ibi te igitur videbo, & promouebo. ad Att. lib. 4. 32
Promota & remota. 3. de Finib. 81. a
Promulgo.
 Cato legem promulgauit de imperio Lentuli abrogando. ad Q. frat. lib. 2. 7. 2. a
 Qui de Caesare monstra promulgarunt, quibus intercederet nemo. 2. ad Q. frat. 19
 De meo reditu octo Tribuni promulgarunt. pro Sest. 59. a
 Tribuni qui promulgarent de salute mea, & ad vos saepe referrent. Post redit. in Senatu, 3, & 19
 Cum Gabinius de vno imperatore contra praedones constituendo legem promulgasset. pro Pomp. 14. b
 Cum Tribuni plebis legem iniquissimam de eorum agris promulgassent. epist. 203. b
 Promulgare quaestionem & praemia. in Vatin. 20
 Promulgare rogationem. pro Sest. 19
 Promulgare ut aliquid fiat. Post red. in Sen. 3
 Promulgantur vno & eodem tempore rogationes de mea pernicie, & de prouinciis nominatim Consularibus. pro Sestio, 8. b
Promulgatus.
 De vrbe augenda quid sit promulgatum, non intellexi. 13. ad Attic. 21. Id est, scriptum in lege proposita.
 Re multos dies promulgata & cognita. pro Flac. 12. a
 Quid de promulgata rogatione sentiret. ad Att. 8. b
 Promulgata, proposita in aërio, cognita agunto. 3. de Legibus, 11
 Loquor de legibus promulgatis, de quibus est integrum nobis. in Ant. 158. b
 Praeliis promulgatis tollitur è medio non solum ista vestra verbosa simulatio prudentiae, sed etiam ipsa illa domina rerum prudentia. pro Mur. 18
Promulgatio.
 Promulgatio de dictatore. epist. 114. b
 Subito exorta est nefaria Catonis promulgatio. ad Lentulum, lib. 1. 5. 3. a
 Promulgatio trinundinum. 5. Philipp. 169. a
 Deinde de promulgatione, de singulis rebus agendis, & c. 3. de Legib. 63. a
 Illae enim leges nulla promulgatione latae sunt, antequam scriptae. 2. Philipp. 18. a
Promulsis.
 At quem virum? non eum, quem tu es solitus promulsis conficere. 9. famil. 46. Id est, saturare cum tædio.
 Neque est quod in promulsis spei ponas aliquid, quam totam sustuli. 9. famil. 40
Pronepos.
 Iouis iste quidem pronepos. 3. Tuscul. 44. a
 Haec si cogitas M. Lepide, M. Lepidi Pontificis maximi fueris pronepos. 13. Philipp. 354. a
 Quintus tui pronepos scribit ad patris mei nepotem. ad Atticum, lib. 16. 338. 4. a
 Pronoea verò si vestra est Lucili. de Nat. deor. 1. 16
 Πρόνοια, mundi prouidentia. de Nat. deor. 2. 42
 Πρόνοια, Stoicorum anus fatidica. de Nat. d. 1. 14
 Anum fatidicam προνοια à Stoicis induci, id est prouidentiam. 2. de Nat. deor. 54
 Πρόνοια Latinè licet prouidentiam dicere. de Nat. deor. 1. 14
 Πραξιαν Panæti liber. 13. ad Att. 8
Pronominatio.
 Pronominatio est, quae sicuti cognomine quodam extraneo demonstrat id, quod suo nomine appellari non potest: ut si quis, cum loquatur de Gracchis, At non Africani nepotes, inquiet, istiusmodi fuerunt. 4. ad Heren. 196
Pronuntio.
 Quae enim mihi ipsi indigna & intolerabilia videntur, & c. ex animi mei sensu ac dolore pronuntio. pro Sext. Rosc. Amer. 76. a
 Palam de sella ac tribunali Praetor pronuntiat, si quis, & c. 4. Verr. 65. a
 Pronuntiat summa memoria. de Nat. deor. 1. 79
 Et ea quae pronuntiaui, accuratissime scripseris. de Diu. 85. b

Tum ipse de te sententiam tulisti, tum iudicium pronuntiaisti. in Pison. 100. b
 Is igitur iudex ita pronuntiauit. Offic. 65. b
 Consules re audita, amplius de consilii sententia pronuntiauerunt. de Clar. Orat. 172. b
 Dicunt veterucondiores esse praedones ludorum Gymnicorum, qui cum caeteris coronas imposuerunt victoribus, eorumque nomina magna voce pronuntiauerunt, & c. ep. 69. b
 Quam igitur pronuntiauit sententiam ratio? 2. de Fin. 63. a
 Neque eos vsuros esse coniunctionibus, ut ita sua praercepta pronuntient, si quis natus est. de Fat. 143. b
 Cui magistri fiunt, qui pronuntient. pro Quint. 9. b
 Cum in venundando rem eam scisset, neque pronuntiasse emptori, & c. Offic. 65. b
 Suppressam esse ab eo pecuniam, quam pro reo pronuntiasse: & c. pro Cluent. 62
 Noui est in lege hoc, ut qui nummos in tribu pronuntiauerit, si non dederit, impune sit. 1. ad Att. 45
 Tum ad extremum agere & pronuntiare. de Orat. 116. b
 Amplius pronuntiare. 3. Verr. 17. a. Brut. 43
 Epistolas pronuntiare versiculis facietis. ad Att. lib. 13. 264. 3. a
 Victorum nomina magna voce pronuntiare. Luceio, lib. 5. 12. 31. a
 Pronuntiare numero versusque. de Diuin. lib. 2. 91
 Eam rem, quam legas, verbis aliis, quam maximè fieri possit, lectis pronuntiare. de Orat. 97. b
 De se sententiam ferre & iudicium pronuntiare. in Pis. 78. a
 Memoriter pronuntiare multos versus. 2. de Diuin. 21. a
 Demosthenes summa voce versus multos vno spiritu pronuntiare consuebat. 1. de Orat. 137. a
Pronuntians.
 Menedemus multa ex orationibus Demosthenis praclare scripta pronuntians, docebat, & c. 1. de Orat. 44. a
Pronuntiatius.
 Cum versus pronuntiatius est vna syllaba breuior aut longior. Parad. 31
 In quo nostra quaedam Aratea memoriter à te pronuntiatia sunt. 2. de Diuinat. 121. a
Pronuntiatum.
 Pronuntiatum, quod Graeci ἀξίωμα vocant. Tusc. q. lib. 1. 12
 Omne pronuntiatum (sic enim mihi in praesentia occurrit, ut appellarem ἀξίωμα: utae post alio, si inuenero melius) id ergo est pronuntiatum, quod aut verum aut falsum esse dicitur. Tusc. q. lib. 1. 13
Pronuntiatio.
 Pronuntiatio est ex rerum & verborum dignitate, vocis & corporis moderatio. 1. de Inu. 14. a. 1. ad Her. 3. 14. & 3. 111
 Partes autem haec sunt, quas plerique dixerunt, inuentio, dispositio, elocutio, memoria, pronuntiatio. 1. de Inuent. 13. a
 Pronuntiatio bona id perficit, ut res ex animo agi videatur. 3. ad Heren. 121
 Quod quum ita sit, quid est quod non omnis pronuntiatio aut vera aut falsa sit? de Fat. 39. a
 Pronuntiationis suauitas, & vocis conseruatio ex eadem procreantur. 3. ad Heren. 114
 Oppianicus re & existimatione iam, lege & pronuntiatione nondum condemnatus. pro Cluent. 43. a
 Quis enim cantus moderatae orationis pronuntiatione dulcior inueniri potest? 1. de Orat. 119. a
Pronuntiator.
 Thucydides enim rerum gestarum pronuntiator sincerus, & grandis etiam fuit. de Claris Orat. 158. a
Pronus.
 Motus corporis pronus, obliquus, supinus. 1. de Diuin. 196. a
 Nihil enim habent haec duo genera proni, & supera semper perunt. 1. Tuscul. 67. a
Proecium.
 Exordiorum duo sunt genera: principium, quod Graeci ἀρχήμωρον appellantur: & insinuatio, quae ἐφοδος nominatur. 1. ad Heren. 5
 Tanquam Citharædi proecium affictum aliquod. 2. de Oratore, 177. a
 Proecium mercenarium. 3. in Verr. 77

Habes proœmium legis, sic enim hoc appellat Plato. 2. de Legib. 14

De gloria librum ad te misi, & in eo proœmium, id est quod in Academico tertio. ad Att. lib. 16. 333. 22. a

Longo & altè petito proœmio respondere. pro Cluent. 44. a

His libris noua proœmia sunt addita, quibus eorum vterque laudatur. 13. ad Att. 43

Proœmiorum volumen habeo. 16. ad Att. 18

De proœmiis, & de Epilogis, & de huiusmodi nugis referti sunt oratorum libri. de Orat. 92. b

In iis ipsi antiquitatum proœmiis philosophiæ. Acad. 40. b

Proœmiis vtor in singulis libris. 4. ad Att. 40

Propago.

Malleoli, plâta, sarmeta, vites, traduces, propagine. Cat. 48

Propagabat tamen vitam aucupio sagittarum. 5. de Fin. 29

Nam fuit quoddam tempus, quum in agris homines passim bestiarum more vagabantur, & sibi victu ferino vitam propagabant. 1. de Inuent. 3. a

Tamen huius viri laudem ad sempiternam memoriam temporis calamitas propagauit. pro Domo sua, 68. a

Iun. Brutus, qui regio dominatu Rempublicam liberauit, & ad similem virtutem & simile factum stirpem in propè quingentesimum annum propagauit. in Ant. 155. b

Quos si meus Consulatus, quoniam sanare non potest, sustulerit, non breue nescio quod tempus, sed multa secula propagarit Reipub. in Cat. 31. a

Propagare fines. pro Mur. 19

Propagare sobolem. pro Marcel. 13

Propagare stirpem in multos annos ad virtutè aut factum aliquod. 1. Philipp. 9

Annus est integer nobis expectadus, quo interiecto ciuium calamitas propagatur. de Prouinc. Consul. 14. a

Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur. 2. Off. 61. a

Hæc monumentis annalium mandantur, posteritati propagantur. pro Sest. 88

Ex quibus plura bona propagentur. in Topic. 36. a

Quum ipse sui generis initium ac nominis ab se gigni & propagari vellet, hominū potentissimorum suscepit inimicitias. 7. Verr. 141. a

Religio propaganda quæ est iuncta cum cognatione naturæ. 2. de Diuinat. 211. a

Propagatus.

Memoria Consulatus mei propagata. 4. in Catil. 70. a

Propagata res memoria. ad Octau. 45

Quis erat tanta animi facultate, qui quæ verissimè memoria propagata fuerint, non fabulæ similia sit existimaturus? ad Octauium, 11. a

Propagatio.

Finium imperii propagatio. de Prouinc. Consul. 23. a

Propagatio nominis. Tuscul. quæst. lib. 1. 26

Quæ propagatio & soboles origo est rerum publicarum. 1. Offic. 80

Vita in qua nihil insit nisi propagatio miserrimi temporis. Luceio, lib. 5. 42

Propagatio vitæ. Tuscul. quæst. lib. 1. 71

Propagatio vitium, fumentorumque. Cat. 49

Propagator.

Propagator provinciarum. 8. ad Att. 9

Propalam.

Non explicata veste, neque proposito argèto, neque tabulis, & signis propalam collocatis. 1. de Orat. 78

Propatulus.

Ante ædem Cereris in aperto ac propatulo loco signa duo sunt, &c. 6. Verr. 98

Prope.

Prope Calend. Sextiles puto me Laodiceæ fore. epist. 33. b

Illi si infidiaretur, nocte prope urbem expectandum. pro Milone, 111. b

Prope, sine casu, aduerbium.

Prope à meis sedibus. in Pis. 20. a

Cum in Italia bellum, tum prope à Sicilia, tamen in Sicilia non fuit. in Verr. 136. b

Tam prope ab domo, tam bonis fructuosisque rebus detineri. 4. in Verr. 55. & in Pison. 20

Prope accedere. epist. 80. b

Tu aduentare ac prope adesse iam debes. Att. lib. 4. 85. 19. a

Eques Romanus prope annos x c. natus est. in Ver. 160. b

Annos prope quinquaginta continuos. 2. Verr. 24

Alterius gladium prope appositum è vagina eduxit. 2. de Inuent. 131. a

Id non humano consilio, sed prope diuinitus datum atque oblatum vobis summo Reipu. tempore videtur. 2. Verrinarum, 1. a

Prope desperatis rebus. Curio, lib. 7. 29. 2. a

Quorum honoribus agri, prope dicam ipsi mōtes fauerunt. pro Plancio, 16. a

Iam tu potes discedere, liberatus molestia prope dicam non minore, quàm Quintius. pro Quint. 24. a

Quid igitur profecit, &c. prope dicam plurimum. de Inuentione, 83. b

Excludit eum solum: cui prope dicam soli potestatem factam esse oportebat. 3. Verr. 100. a

Vidēt eum prope esse, quo etiā carent ægrius. pro Pomp. 6. a

Ad quem prope iam delatum esse existimatur. epist. 5. b

Prouinciam annuam prope iam vndecim mensium factam esse. epist. 34. b

Prope intueri, & procul spectare. de Senect. 44. a

Prope nouo quodam genere dicendi. pro Arch. 2. a

Prope oblitus sum. epist. 123. b

Philosophia prope singularis. 4. Acad. 239. a

Sapientia præditus prope singulari. Sulpit. lib. 4. 3. 2. a

Vites à caulibus, si prope sati sint, refugiunt. de Nat. d. 70. b

Prope solus. 4. Verr. 114. a

Volebam prope alicubi esses. Varroni, lib. 9. 7. 1. a

Nam Sappho dat mihi iustam excusationem prope, vt ignoscendum esse videatur. in Verr. 229. b

Propior.

Societas, quæ latissimè patet, &c. interior, &c. propior, &c. Officiorum, 65. b

Tibi propior me nemo est. pro Quint. 65. a

Pōst autè causa fuit propior, & cū exitu iūctior. de Cl. 194. b

Et dicendi ardore eram propior, & ætate coniunctior. de Claris Orat. 176. a

Propius nihil est factum, quàm vt occideretur. 1. ad Qu. fr. 47. & 7. Verrin. 74. a

Eius interitu finem illi fore, propius factum esse nihil. ad Attic. lib. 10. 195. 11. a

Nos autem alium portum propiorè huic ætati habemus. ad Attic. lib. 14. 317. 2. a

Prius de iis rebus, quæ virtuti propiores sunt, dixerimus. 2. Offic. 30. a

In quibus erant omnia, quæ sceleri propiora sunt, quàm religioni. in Verr. 126. b

Omnia sua sibi propiora esse pericula, q̄ aliena. pro Sest. 33. a

Propior.

Veniunt inde ad propiora. 1. Tuscul. 190. a

Propius.

Sed hæc vetera, propiora videamus. 3. de Inuent. 60

Propius.

Stellæ aliæ propius à terris, &c. disparibus temporibus eadem spatia efficiunt. 1. de Nat. deor. 119

Propius.

Antiquitas quæ quò propius aberat ab ortu & diuina progenie, hoc melius ea cernebat. Tuscul. q. lib. 1. 22

Propius.

Tu illam manum mihi cura vt præstes, quoniam propius abes. 1. ad Attic. 3

Propius.

Propius accedo, nego esse testimonium, intro etiam magis, qui gessit, non adest. pro Flac. 151. b

Propius.

Ad similitudinem enim Deo propius accedebat humana virtus, quàm figura. 1. de Nat. deor. 134. a

Propius.

Sed vt propius ad ea Cato accedam, quæ è te dicta sunt, &c. 4. de Finib. 41. a

Propius accedere ad sensum alicuius. Partit. 68. a

Quæ propius accedat ad vicem mortui patrisfam. persona. 2. de Legib. 46

Itineribus nocturnis propius aliquem accedere. ad Att. lib. 11. 221. 3. a

Dum ne propius urbem Romam c. mil. admoueret. 6. Philipp. 208. a. & 7. 233. a

Cur castra longius aduersariorum castris, & propius urbem mouentur. ad Octauium, 9. a

Stellæ aliæ propius à terris mouentur, aliæ remotius. de Natura deor. 1. 61

Atque vtinam propius te accessissem. ad Att. 178. b

Lex rogum bustum ve nouum vetat propius sexaginta pedes adici ædes alienas inuito domino, &c. 2. de Legib. 57

Proximus.

Proximus à postremo. in Orat. 126. a

Intimus, proximus, familiarissimus quisque sibi pertimuit. Q. fr. lib. 1. 4. 1. a

L. Philippus proximus accedebat, sed longo interuallo, tamen proximus. de Clar. Orat. 89. a

Qui proximus in illam æternam domum discesserit. ad Octau. 47. i. proxime, vel nouissimè.

Proximus est huic dignitati ordo equester. pro Dom. 227. b

C. Arrius proximus est vicinus, &c. ad Att. lib. 2. 29. 2. a

Huic Hiperides proximus fuit. de Clar. Orat. 167. b

Qui præfectus classis proximus post Lysandrum fuit. 1. Officiorum, 153. a

Tunc hic fratre suo Censore, qui proximus ante me fuerat. de Senect. 28. a

Aut par, aut certè proximus sim illi. 4. famil. 33

Proximus Pompeium sedebam. ad Att. lib. 1. 9. 4. a

Inferioris ætatis proximus. de Clar. Orat. 121. a

Eques dignitate Senatori proximus. pro Cluent. 122. a

Proximus grauitate. de Finib. 127. b

Proxima est illi municipio hæc Antiatum ciuitas. Att. 26. b

Summa necessitudo honestatis, huic proxima incolumitatis, tertia & leuissima commoditatis. 2. de Inuent. 250. a

Mare dissimile proximo ei continenti. 4. Acad. 289. a

Proximum esse religioni suæ. 6. in Verr. 15

Satyrius obseruat L. Domitium maximè, me habet proximum. ad Att. lib. 1. 1. 7. a

Id habendum est Deo proximum, quod est optimum. 2. de Legib. 65. a

Clodius reliquit annum suum, seque in proximum transfult. pro Mil. 18. a

Optimis proximum numerari. de Clar. Orat. 116

Huic proximum inferiorem orbem tenet. de Nat. d. 36. b

Laudem Planco proximam consecutus es. Furnio, libro 10. 25. 3. a

Socrates hanc viam ad gloriam proximam, & quasi compendiarium dicebat esse, si quis, &c. 2. Offic. 60. a

Ad hanc rationem, maximam vim natura habet, fortuna proximam. Offic. 24. b

Qui anno proximo legati fuerunt. pro Pomp. 14. b

Primo & proximo die. 4. Tuscul. 105. a

Quid proxima, quid superiore nocte egeris. 1. Philipp. 1. a

Scilicet id agitur, vtrum hac petitione an proxima Prætor fias. epist. 160. b

Proximus.

Ego huic locum in proximo cōduxi. Tironi, lib. 16. 120. 10. a

Proximus.

Huc proximo seculo Themistocles infecutus est. de Claris Oratorib. 20. a

Proximus.

Deinde quoniam tibi amore nos proximi sumus, scribemus etiam de nobis, &c. ad Att. lib. 1. 14. 2. a

Proximus.

Proximi sumus cura & dolore. 4. famil. 27. Id est, prope pari dolore afficimur.

Proximus.

Ad proximos accedit. 12. famil. 58

Proximus.

Lepidus secundum fratrem affines habet, quos odit proximos. ad Brut. 90. b

Proximus.

Iniuriosus in proximos. Offic. 9. b

Proximus.

Tyranno occiso, quinque eius proximos cognatione, magistratus necato. de Inuent. 80. b

Proximus.

Est enim obscurum proximis Cenforibus, hunc, &c. pro Archia, 8. a

Si quam præstantiam consecuti sunt, impertiat eam suis, communicentque cum proximis. de Amic. 109. b

Gabinus, quem proximis superioribus diebus acerrimè oppugnassent, &c. Lentulo, lib. 1. 9. 77. a

Etque magis, quòd his proximis Nonis tu non affuisti. de Amicit. 96. b

Ego tuis proximis, quas tamen iam pridem accepi, nihil habeo quod rescribam. Att. 177. b

Cum hæc omnia tuis proximis plana fecero. in Verr. 269. b

Proxime.

Ego huic tuæ virtuti proxime accedo. Bruto, lib. 11. 21. 7. a

Id ad numeros proxime accedit. Orat. 216. b

Quorum ordo proxime accedit, vt sit secundus ad regium principatum. de Finib. 101. b

Sapientissimus est, cui quod opus sit, ipsi veniat in mentem, proxime accedit, quòd alterius bene inuentis obtemperat. de Clar. Orat. 35. b

Siculi ad nostram disciplinam proxime accedunt. in Verr. 110. b. & pro Rab. 91. b

Quod aut verum sit, aut ad id quàm proxime accedat. Academic. quæst. edit. 1. lib. 2. 45

Literæ, quas à te proxime accepi. Luceio, lib. 5. 15. 1. a

Eique proxime adiunctus Drusus fuit. de Cl. Orat. 56. a

Proxime terram ambit lunæ cursus. de Vniuers. 37

Literæ quas proxime ad te dedi. Att. 177. b

In Capitolio proxime dedicauit. de Nat. deor. 2. 44

Quæ paulò antè & quæ proxime diximus. Partit. 241. b

Illud tempus, quo proxime fuimus vnà. epist. 96. b

Brutus operam det, vt cum suis copiis quàm proxime Italianam sit. 10. Philipp. 287. a. ad Att. lib. 3. 54. 3. a

Proximè autem, & secundum deos, homines hominibus maximè vtilis esse possunt. 2. Offic. 15. a

Si ita fecissem, me scilicet maximè, sed proxime illum quoque fecissem. pro Rab. 128. b

Tamè esse officium meum putauit, exercitum habere quàm proxime hostem. ad Att. lib. 6. 116. 5. a

Non possum ego non aut proxime atque ille, aut etiam æquè laborare. 9. famil. 25

Proxime mortuus. 2. Philipp. 37. Id est postremò.

Is quem proxime nominauit. 1. de Nat. d. 54. a

Itaque Posthumio & sæpissime Attico nostro, proxime Teudæ totum me patefecit. epist. 87. b

Ratio proxime à Lacyde solo retenta est. 4. Acad. 33. a

Hæc scripsi sedatiore animo, quàm proxime scripseram. ad Atticum, 121. b

Musæ eodem numero quo proxime superiores. de Natura deorum, 70. b

Aduentus tuus, cum proxime Romam venisti. Metello, lib. 5. 2. 12. a

Proxime hos chari, qui studiorum tuorum sunt æmuli. 12. famil. 23. in epist. Cassii. sic, secundum hos, dici solet.

Proximo.

Capiti autem equi proximat Aquarii dextra, totusque deinceps Aquarius. 2. de Nat. deor. 165. a

Propediem.

Prognostica nostra propediem expecta. ad Att. lib. 2. 16. 18. a

Tum & præsens tecum propediem (vt spero) & dum aberis, præsens loquar. 3. Offic. 166. a

Optime, inquit: propediem te videbo. ad Att. lib. 6. 113. 10. a

Propello.

Impetum inimicorum propellere. Antequam iret in exil. 1. a

Propellere nauem remis. Tuscul. quæst. 211. b

Propello.

Quærebam igitur vtrum panderem vela orationis statim, an eam antè paululum dialecticorum remis propeller

Propulsare iniuriam. Offic. 1.93
Propulsare iniuriam ab aliquo cui infertur. Offic. 1.35. & 3.97. de Inuent. 70. b
 Displacēte mihi legum præsidio à capite periculum propulsare. pro Cluent. 114. a
 Periculum quod in omnes intenditur, propulsate. pro Sext. Rosc. Amer. 19. b
 Ab sese omnem suspitionem propulsare. 5. Verr. 119. a
 Propulsare vim à vita sua. pro Mil. 12
 Vindicationem propulsare. 2. de Inuent. 170. a
 Sic ab ingressione fori populum propulsari videres. 5. Philipp. 170. a

Propulsatio.

Cum huius periculi propulsatione cōiungam defensionem officii mei. pro Syll. 1. a

Propemodum.

Quid enim est fors? idem propemodum quod micare. de Diuinat. 126. b
 Verba componere, & syllabas propemodum dinumerare. Orat. 110. b
 Alteros propemodum iam sumus experti. Torquato, lib. 6. 4. 5. a
 Vehementius esse quiddam suspicor, quod te cogat cedere, & propemodum infringat. ad Att. lib. 7. 122. 1. a
 Quam nunc propemodum orbam esse in ipsa Græcia intelligo. 1. de Nat. deor. 17. a
 Propemodum manere in instituto meo videor. 1. Verr. 4. a
 Vt propemodū iustioribus vtamur illis, qui, & c. 1. de Fin. 5. a

Propendeo.

Si se dant, & sua sponte, quò impellimus, inclinant atque propendent, accipio quod datur. Orat. 125. b
 Si multò maiore & grauiore ex parte bona propendent. 5. Tuscul. 125. a
 Necessè est, vt is, & c. aut inclinatione voluntatis propēdat in nos, & c. 2. de Orat. 70. a
 Qui tantum propendere illam boni lancem putet, vt terram & maria deprimat. 5. Tuscul. 73. a

Propensus.

Ad discendum propensus. 3. de Finib. 101. a
 Ad ignoscendum propensus. 2. de Inuent. 201. a
 Ad lenitatem propensus. pro Mur. 59. a
 Natura non tam propensus ad misericordiam, quam implicatus ad severitatem videbatur. pro Rosc. Amer. 51. a
 Animus propensus ad salutem alicuius. Figulo, lib. 4. 13. 14. a
 Infimus quisque propensus in alteram partem. ad Atticum, lib. 8. 147. 7. a
 Sed vtrum hortandus nobis es, Luci, inquit, an etiam tua sponte propensus es? 5. de Finib. 10. a
 Illic enim animi voluntas propensa comprobatur. Antequam. 191. b
 Videor mihi perspicere ipsius animum propensum ad salutem tuam. epist. 57. b
 Coram igitur & propenso quidem animo ad probandum. ad Attic. 211. b
 Natura propensi ad liberalitatem sumus. de Amic. 30. a
 Vehementer propensi in Cæsaris partem. 2. ad Q. fr. 38
 A propensis in hanc partem vehementer colimur & amamus. ad Q. fr. 37. b
 Quod addis, ne propensior ad turpem causam videar, certè videri non possum. ad Att. lib. 7. 144. 2. a
 Siquis est paulò ad voluptates propensior. de Amic. 31. a
 Vt natura ad aliquem morbum procliuor, sic animus alius, ad alia vitia propensior. 5. Tuscul. 131. a
 Propensior benignitas esse debet in calamitosos. 2. Off. 90. a
 Cuius disputatio tibi ipsi ad veritatem est visa propensior. de Diuinat. lib. 1. 8
 Mihi Balbi disputatio ad veritatis similitudinem videtur esse propensior. 3. de Nat. deor. 138. a
 A quo enim celerior remuneratio fore videtur, in eum ferè est voluntas nostra propensior. 2. Offic. 101. a
 Causa, quæ quado accedit alteri, id fit propensius. Part. 120. b
 Propensioresque ad bene merendum. de Amic. 31. a
 Neutram in partem propensiores sumus. 5. de Finib. 51. a

Propense.

Vt hanc concordiam & cōspirationem omnium ordinum ad defendendam libertatem propense non crederent esse factam. 12. famil. 34. in epistol. Lentuli.

Propensio.

Zeno, qui nulla in re, nisi in virtute aut vitio propensionem minimi quidem momēti, ad summum bonum adipiscendum diceret. 4. de Finib. 78. a

Propero.

Quid moror in terris? quin ad vos venire propero. in Somnio Scip. 10. a
 Ita enim cum magis properant, concludunt. ad Att. 57. b
 Ego in Pompeianum properabam. ad Att. 244. b
 Atque inde ventis, remisque in patriam omni festinatione properaui. 12. famil. 54
 Sed odio ductus, rem properaui deducere in iudicium. ad Attic. lib. 1. 11. 4. a
 Siue retardabis, siue properabis. Tuscul. q. 164. b
 Sed propera per deos. ad Att. 284. b
 Sed tunc ita velim, vt ne quid properes. epist. 259. b
 Rogo te, vt Romam pergas & properes. Q. fr. 304. a
 Cum in campum properaret & ridens & stomachans Scæuola. ad Q. fr. lib. 1. 3. 6. a. & 1. de Orat. 81. a
 Quæ causa erat, cur Romam properaret? pro Mil. 111. b
 Si Cæsar in patriam redire properaret. de Prouinc. Consulibus, 76. b
 Properatum vehementer, cum longè tempus muneris abesset. pro Syll. 177. b

Properans.

At ille properans festinansque. 9. Philipp. 260. a
 Ita properans de sella exiit. 4. Verr. 55. a
 Longum est mihi dicere, præsertim ad alia properanti. pro Cluent. 27. a

Hæc properantes scripsimus. ad Att. lib. 4. 73. 2. a

Properatio.

Sed ad properationem meam quiddam interest, non te expectare, donec ad locum venias. epist. 67. b
 Nam quæ parcius frater perscripserat, verecundia videlicet & properatione. 16. famil. 35. ex epist. Q. Ciceronis.

Properato.

Primum erat nihil cur properato opus esset. pro Mil. 37. a

Propertius.

Nomen Sexti Propertii detulit: accusare alienæ damnationis, scelerisque socius propter calumniæ metum non est ausus. pro Dom. 39. a

Propino.

Theramenes cum cōiectus in carcerē, triginta iussu Tyrannorum venenum vt sitiens obduxisset, reliquum sic è poculo eiecit, vt id resonaret. quo sonitu reddito aridens, Propino, inquit, hoc pulchro Critiæ: qui in eum fuerat terrimus. Græci enim in conuiujs solent nominare, cui poculum tradituri sunt. 1. Tuscul. 153. a

Propinquus.

Virginus propinquus tuus familiarissimus noster. ad Cælium, lib. 2. 18. 6. a
 Nam graui figuræ propinqua est sufflata. ad Heren. 27. b
 Virgo vestalis, huius propinqua & necessaria. pro Mur. 67. a
 Audacia non contrariū, sed appositum est ac propinquum, & tamen vitium est. de Inuent. 83. b
 Præclarum & propinquum prædium. pro Rosc. Amer. 79. a
 Erat enim spes propinqui redditus. ad Att. lib. 9. 188. 3. a
 Res in propinquum adducta discrimen. 5. famil. 63
 Hector moriens propinquam Achilli mortem denuntiat. de Diuinat. lib. 1. 114. a
 Itaque ciues potiores sunt, quàm peregrini, & propinqui quàm alieni. de Amicit. 18. a
 Propinqui bene conuenientes. Offic. 1. 83
 Propinqui, cognatique optimè conuenientes. pro Rosc. 59. a
 Plato, cuius etiam illi hortuli propinqui memoriam mihi afferunt, & c. de Finib. 124. b
 Motus qui finitimi sunt & propinqui his. 2. de Orat. 99
 Prouinciæ propinquæ & finitimæ. 11. Philipp. 314. a
 Arctior verò colligatio est societas propinquoꝝ. 1. Off. 79. a

Consolemur eorum propinquos, qui, & c. in Ant. 264. b
 Etsi æquabiliter in Rempub. in priuatos, in longinquos, in propinquos, in alienos, in suos irruebat. pro Mil. 56. a
 Velle bene audire à parentibus, à propinquis, à bonis etiam viris. 3. de Finib. 87. a
 Verbis propinquis abuti. in Orat. 50. a
 Et subesse tamen propinquis locis celeriter possem. ep. 156. b

Propinquitas.

Si pietate propinquitatis colitur: qui affinem prodir, impius sit, necesse est. pro Quint. 13
 Maxima est in Scapulæ celebritas, propinquitas præterea vbi sis, ne totum diem in villam. ad Att. lib. 12. 252. 5. a
 Propinquitatis loci. 1. de Inuent. 55. a
 Qui est cum illo maximis vinculis & propinquitatis & affinitatis coniunctus. pro Planc. 12. a
 Nimis enim imminebat propter propinquitatem Ægina Piræo. 3. Offic. 60. a
 Conceditur profectò esse verum, vt bonos boni diligat, adfiscantque sibi quasi propinquitate coniunctos atque natura. de Amic. 46. a
 Municipium propinquitate penè finitimum. 3. Phil. 134. a
 Si amicitia, si propinquitates, & c. 5. de Finib. 121. a

Propitius.

Quid enim dicam, propitius sit: esse enim propitius potest nemini, & c. de Nat. deor. 1. 87
 Fortuna quæ nobis infesta est, fuit aliquando propitia. ad Octauium, 42
 Hunc propitium sperant, illum iratum putant. 8. ad Att. 59
 In quibus supplicationibus homines errore ducuntur, quas dii negligunt, qui, & c. neque propitii cuiquam solent esse, neque irati. in Pison. 47. a
 Ita deos mihi velim propitios, vt commoueor animo. in Verrem, 61. b
 Huic homini ego fortasse, & pauci deos propitios, plerique autem iratos putabunt. pro Cæl. 32. a

Propola.

Pistor domi nullus, nulla cella, panis & vinum à propola atque decupa. in Pison. 55

Propono.

Propono mihi omnia. 6. famil. 14. Id est, quasi impendentia ob oculos mihi pono.
 Cum verò mihi propono regnantē Lentulum. in Cat. 120. b
 Qui eam tibi causam belli gerendi proponis, vt Senatam funditus deleas. in Ant. 243. b
 Quem quidem, vos quum improbis pœnam proponitis, impatibilem factis. 2. de Finib. 48. De dolore.
 De tribus enim quæ proposui, hoc extremū est. in Ant. 212. b
 Referri enim decet ad ea quæ proposui in principio fundamenta iustitiæ. Orat. 7. b
 Illa sequor quæ paulò antè proposui. epist. 14. b
 Si cuiquam nimis infinitum videtur quod ita proposui, quacunque de re. de Orat. 90. b
 Qui singulis diebus ediscendos fastos populo proposuit. pro Mur. 22. a
 Siquidem ille ipse ad eundem scribēs, in publico proposuit epistolam illam. ad Att. lib. 8. 153. 3. a
 Mortè omnibus natura proposuit. 4. Phil. 160. a. pro Pl. 79. a
 Quis vnquam eius rei fraudem aut periculum proposuit edicto, quæ, & c. 3. Verr. 75. a
 Qui sibi bona ciuiū ad prædam proposuerunt. 4. Phil. 158. a
 Quod mihi ego extremū proposueram, cum essem de belli genere dicturus, & c. pro Pomp. 7. b. epist. 251. b
 Cæforinus quod proposuerat, explicās expedite. de Cl. 186. b
 Legum leges voce proponam. 2. de Legib. 29. a
 Comprehende animo, & propone ante oculos deum. 1. de Natura deor. 157. a
 Quæ aliis tute præcipere soles, ea tute tibi subiice, atque apud animum tuum propone. Seruius Ciceroni, li. 4. 5. 18. a
 Hoc igitur tibi propone, amplitudinem animi, & c. 2. Tusculanarum, 107. a
 Propone tibi duos reges, idque animo contemplare, quod oculis non potes. pro Deiot. 28. a
 Et vitā illius ante oculos vestros proponite. pro Sylla, 180. b

Curio cum tria proposuisset, aut quartum addebat, aut tertium quærebat. de Clar. Orat. 184. b
Fidem quum proposuisses vanalem in prouincia, valuit apud te is qui pecuniam maiorem dedit. 4. Verr. 55. a
 Ciceroni velim hoc proponas, vt accōmodet, & c. Att. 197. b
 Hoc idem fac ante oculos tuos tibi proponas modo. ep. 50. b
 Digredi ab eo quod proposueris. 2. de Orat. 171. a
 Si ora ipsorum oculis vestris proposueritis. pro Sest. 13. a
 Et quum huius vobis adolescentiam proposueritis, constituite vobis ante oculos huius etiam miseri senectutem. pro Cælio, 61. a
 Proponere sibi aliquem imitandum. de Orat. 117. b
 Ad timorem aliquid alicui proponere. Cælio, lib. 2. 15. 13. a
 Explicare vestrem, proponere argētum, tabulas ac signa propalam collocare. 1. de Orat. 78. a
 Exercitationem aliquam sibi proponere. 1. de Orat. 74. a
 Benedicendi finem sibi proponere. 2. Tuscul. 5. a
 Proponere largitiones. Offic. 2. 29
 Qui leges scribunt, vtilitatem Reip. sibi proponere debent. de Inuent. 55. b
 Proponere sibi magna. Offic. 1. 163
 Memoriam atque imaginē alicuius sibi proponere. de Am. 85
 Mortem acerbam omnibus proponere. 7. Verr. 119. a
 Ad versus Ennii se exercere, aut Gracchi orationē sibi proponere. 1. de Orat. 75. a
 Præmium sibi proponere. 3. Offic. 115
 Quod dicturus sis, proponere. in Orat. 76. a
 Rem totam in medio proponere. 3. Verr. 10. a
 Speciem, quæ semper eadem est, intueri, atque eam sibi proponere exemplar. de Vniuers. 5
 Proponere spem suis hospitibus ac necessariis. 4. Verr. 81. a
 Qui leges scribunt, vtilitatem Reipubl. sibi proponere debent. 1. de Inuent. 82. a
 Lex in publicum proponitur. 2. de Leg. Agr. 28. a
 Locus vbi edicta proponuntur. ad Att. lib. 2. 36. 5. a
 Sed mihi in causa facili atque explicata perdifficilis Iudices, & lubrica defensionis ratio proponitur. pro Planc. 3. a
 Plusque proficit, si proponitur spes vtilitatis futuræ, quàm præteriti beneficii commemoratio. 2. de Orat. 114. a
 De quo libelli in celeberrimis locis proponuntur. pro Q. 28. a
 Minæ, quæ mihi proponuntur, modicè me tangunt. Att. 33. b
 Quæcunque mihi fortuna proponetur, subeatur. 4. in Cætilinam, 74. a
 Cum mors proponeretur. pro Planc. 280. b
 Scriptæ enim, & data ita sunt, vt proponeretur in publico. ad Attic. lib. 7. 135. 5. a
 Proponi oportet quid afferas, & id quare ita sit ostendere. 2. de Orat. 94. a
 Tamen in hac defensione capitis C. Rabirii, proponenda ratio videtur esse officii mei. pro Rab. 90. b

Propositus.

Cum peruenero ad eum exitum, qui mihi fuit propositus. in Anton. 243. b
 Sed est hic ordo quasi propositus & editus in altum, vt, & c. 5. Verrinarum, 81. a
 Mea causa videbatur perditis ciuibus ad inuidiam esse proposita. pro Domo sua, 36. a
 Gloria Scipioni proposita. 2. de Finib. 91. a
 Gratia, gratulatio proposita est omnis in impudenti mendacio. pro Flacco, 9. a
 Quæ libido se non proripiet ac proiciet aut occultatione proposita, aut impunitate, aut licentia? 2. de Finib. 117. a
 Aut fuga turpis, aut gloriosa mors proposita. 2. de Fin. 156. a
 Sed iam sentio me esse longius prouectum, quàm proposita ratio postulare. de Finib. 105. b
 Neque mihi in omni vita res tam erit villa proposita, quàm vt, & c. Lentulo, lib. 1. 9
 Proposita est medico salus, imperatori victoria. 8. ad Att. 26
 Quem de suscepta causa propositaque sententia nulla vis, nullum periculum posset depellere. pro Ligar. 16
 Vita maximis præmiis proposita & penè addicta. pro Milone, 41. a
 Moderatori Reip. beata ciuium vita proposita est. Att. 124. b

Magna Clodio spes erat in Milonis morte proposita. pro Milone, 107. b
 Omnibus telis fortunæ proposita vita. ad Titium, li. 5. 16. 3. a
 Iis fac ut propositum & paratum auxilium tuum esse videatur. de Petru. Consul. 108. b
 Tamen hoc minime laet, quod ita promptum & propositum est, ut, &c. pro Rosc. Amer. 70. a
 Non enim id propositum est huic epistolæ, Messalam ut laudem, præsertim ad Brutum. ad Attic. 182. b
 Mihi propositum est, ut in libertate viuam. Orat. 14. b
 Mihi propositum est ostendere omnia. pro Sest. 9. b
 Propositum nobis est hoc loco, neque necessarium. de Or. 12. a
 Omni huic sermoni propositum est, ut laborem meum perspicias. de Claris Orat. 177. a
 Sed nescio quo pacto ad præcipiendi rationem delapsa est oratio mea, cum id mihi propositum non esset. Q. fr. 2. 43. b
 Quod quum sit his propositum non perturbare animos, sed placere potius: nec tam, &c. in Orat. 35. a
 Sic omnibus nobis in administranda Rep. propositum esse debet cum dignitate otium. epist. 16. b
 Tertium est propositum, ut in beneficentia delectus esset dignitatis. Orat. 10. b
 Nondum ad propositum mihi finem honoris perueni. pro Dom. 169. b
 Peruenire ad exitum sibi propositum. 12. Philipp. 334. a
 Serui, qui libertatis spem propositam non habent. pro C. Rab. perduel. reo, 10. a
 Milo vitam suam maximis præmiis propositam & pendere ad dictam sciebat. pro Mil. 112. b
 Quid nunc putas, tanta abs te mihi mercede proposita? ad Q. frat. lib. 3. 17. 11. a
 Nulla spe proposita fore leuius aliquando. 1. de Finib. 64. a
 Cum ex itinere quodam proposito, & iam constituto reuertisset, aquilæ admonitus volatu. de Diuin. 85. b
 Quotidianis insidiis, proposito ante oculos vitæ periculo. pro Cluent. 7. a
 Res erat non in opinione dubia, sed in præsentia atque ante oculos proposito periculo. pro Dom. 215
 Nunc tamen tanto præmio proposito. in Somn. Scip. 28. a
 Cæteri iniuriis, quæ propositæ sunt à Catone, facile, ut spero, resistemus. Lentulo, lib. 1. 5. 14. a
 Attici nobis propositi sunt ad imitandum. de Opt. 244. b
 Selecti è conuentu, aut propositi ex negotiatoribus Iudices, nulli. 4. Verr. 23. a
 Laqueos legum & conditionum sibi propositos esse oportere, putandum. pro Cluent. 12. a
 Quidam propositis malorum & bonorum finibus, officium omne peruertunt. 1. Offic. 8. a
Propositum.
 Est enim propositum, colligere eos, qui, &c. de Clar. 176. b
 Propositi vel consultationis genera duo. Partit. 33
 Maledictio nihil habet propositi præter contumeliam. pro Cælio, 4. a
 Sed ut ad propositum redeat oratio. Tusc. q. lib. 4. 4
 Ad propositum redire. Tusc. q. lib. 1. 20
 Reditus ad propositum. 3. de Orat. 112. a
 Nos ad propositum reuertamur. Tusc. q. lib. 3. 10
 Academix consuetudo contra propositum disputandi. de Fato, 6. a
 Te de æternitate dicentem, aberrare proposito facile patiar. 1. Tuscul. 128. a
 Ut declinet à proposito, deflectatque sententiam. in Or. 76. a
 Egredi è proposito. de Claris Orat. 41. a
 In proposito permanere. 1. Offic. 157. a
 Nulla re deterreri à proposito potest. Brutus Cic. 11. 4. a
 Declinatio breuis à proposito. de Orat. 162. b
 Cato granitatem suam perpetua constantia roborauit, semperque in proposito susceptoque consilio permansit. Off. 23. b
Propositio.
 Propositioque quid sis dicturus, &c. 3. de Orat. 112. a
 Propositio animi. 2. de Inuent. 242
 Propositio in argumentatione, quid. 2. ad Heren. 61
 Vitæ propositio & cogitatio. 3. Tuscul. 68. a

Quid ergo: huius vitæ propositio & cogitatio Thyestem leuare poterit? Tusc. q. 199. b
 Cum animi ampla quadam & splendida propositione. 2. de Inuent. 242. a
Proportio.
 Eius autem particula: interuallo relicto habebat numerus ad numerum eadem proportionem, comparationemque in extremis, quam habet c c l v i. cum c c l i i i. de Vniuersitate, 31
 Proportione compacta temperatione trium partium. de Vniuers. 35
 Proportione ea constructum corpus mundi. de Vniuers. 15
 Ut hoc liceret suspicari, fuisse aliquando apud Siculos peræqua proportione cætera. 6. Verr. 41
 Id optimè assequitur, quæ Græcè ἀναλογία, Latine, (audendum est enim, quoniam hæc primum à nobis nouantur) comparatio proportionis dici potest. de Vniuers. 17
 Qui quæ omnes Asia ciuitates proportionem in prouincias descripsisset, &c. pro Flacco, 25. a
 Quemadmodum ignis animæ, sic anima aquæ, quodque anima aquæ, id aqua terræ proportionem reddit. de Vniuersitate, 19
Proprætor.
 Quos ex s. c. cum imperio in prouincias Proprætori mitti oporteret. epist. 118. b
 Res in Sardinia cum mastrucatis latrunculis à Proprætoribus una cohorte auxilium gesta. de Prouinc. Consul. 12. a
 Prouinciæ, quas Prætorii Proprætores obtinerent. in Antonium, 203. b
 Quam multi anni sunt, quum bella à Procôsulibus & Proprætoribus administrantur. 2. de Diuinat. 116. a
Proprius.
 Consuetudo communis vel tua solius, & propria. Luceius Ciceroni, lib. 5. 14. 7. a
 Sed culpa mea propria est. ad Terentiam, lib. 14. 3. 2. a
 Animæ propria natura atque vis, moueri motu interiore & suo. de Somn. Scip. 32. a
 Propria nota veri & certi. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 94
 Propria est præceptio Stoicorum. 1. Offic. 10. a
 Varietas est propria Fortunæ. 2. de Diuin. 163. a
 Animantium proprium est, ut aliquid appetant. 1. de Nat. deor. 74
 Artis maximè proprium est creare & gignere. 2. de N. d. 81. a
 Hoc est epistolæ proprium, ut is, ad quem scribitur, de iis rebus quas ignorat, certior fiat. Q. fr. lib. 1. 1. 56. a
 Animum iudicis impellere quocumque res postulat, hoc est vnum Oratoris maximè proprium. de Claris Orat. 180. a
 At id quidem non proprium feneclutis est vitium, sed commune valetudinis. de Senect. 31. a
 Tempus agendi fuit mihi magis proprium, quam cæteris. pro Sylla, 6. a
 Et quod nunc communiter in omnibus sepultis est, ut humati dicantur, id erat proprium tum in iis quos humus iniecit contegeret. de Nat. d. 181. b
 Quod autem meum erat proprium, ut, &c. id etiam populo se remisisse scribit. Cælio, lib. 2. 37
 Ornate dicere propriumne sit Oratoris, an id etiam aliquis præterea possit. 3. de Orat. 63. a
 Proprii cuiusque. 7. fam. 53. Id est, quo fruitur atque vitur. Præcipuum illum & proprium sensum doloris mei, &c. à sententia dicenda amouebo. de Prouinc. Consul. 1. a
 Quare non debes aut propriam fortunam, aut præcipuum postulare, aut communem recusare. Planco, lib. 4. 15. 4. a
 Aut libertatem propriam Romani generis & nominis recuperemus, aut mortem seruituti anteponamus. 3. Phil. 144. a
 Si illud de duobus consulibus perenne ac proprium manere potuisset. Postquam. 206. b
 Quicquid maleficii, sceleris, cædis erit, proprium id Roscium esse debet. pro Rosc. Amer. 73. a
 Licet ista ratione dicamus, pila bene & duodecim scrupulis ludere, proprium esse iuris ciuilibus. 1. de Orat. 109. a
 Proprium in communi signo notari non potest. Academic. quæst. edit. 1. lib. 2. 34

Craesus sua quadam propria, non communi oratorum facultate posse. 1. de Orat. 24. a
 Voluntate propria mea. ad Brut. 56. in epist. Bruti.
 Aliunde assumpto uti bono, non proprio, nec suo. 2. de Oratore, 23. a
 Qui proprio nomine perduellis erat, is hostis vocatur. Officiorum, 8. b
 Nec sunt villo in proprio periculo. Torquato, lib. 6. 1. 4. a
 Rem aliquam suo certo ac proprio vocabulo nominare. pro Cecinna, 294. b
 Proprii loci. 2. ad Heren. 40
 Quum Chryfogonus ademerit nobis omnia quæ nostra erant propria, &c. pro Rosc. Amer. 89. a
 Vtemur verbis quæ propria sunt & certa quasi vocabula rerum, &c. 3. de Orat. 83. a
 Propriorum verborum est quidam delectus habendus, atque is aurium quodam iudicio ponderandus, in quo consuetudo etiam bene loquendi valet plurimum. 3. de Oratore, 93
 Res vestras proprias alienari. contra Rul. 77. b
 Philosophi, qui omnia sicut propria sua esse, atque à se possideri volunt. de Orat. 103. b
 Et nimirum is princeps ex Latinis illa oratorum propria, & quasi legitima opera tractauit. de Clar. Orat. 41. a
 Prædia propria tradere alicui. pro Rosc. Amer. 12. a
 Propriis enim & suis argumentis & admonitionibus tractanda quæque res est. 5. Tusc. q. 30. a
 Suis enim certis propriisque criminibus accusabo. 3. Verriarum, 19. a
Proprietas.
 Proprietas sic, in hominem non solum cadat, atque etiam in belluas ægritudo. in Topic. 44. a
 Definitio genere declaratur & proprietate quadam. Partitio num, 233. b
 Singularum rerum singulas proprietates esse. 1. Academic. quæst. 103. a
Proprie.
 Altera persona autem quæ proprie singulis est attributa. 1. Officiorum, 50. a
 Quam proprie de vnoquoque dixit. 2. de Orat. 32. a
 O hominem nequam: quid enim aliud dicam? magis proprie nihil possum dicere. 2. Philipp. 84. a
 Atque illud quidem honestum, quod proprie verèque dicitur, id in sapientibus est solis, nec à virtute vnquam diuellitur. Offic. 54. b
 Equid est quod tam proprie dici possit actus eius, qui, &c. 1. Philip. 13. a
 A peregrino enim recessit, & proprie in eo qui arma contra ferret, remansit. 1. Offic. 57. a
 Promiscuè toto, quam proprie parua frui parte malletis. 2. de Lege Agr. 84. a
 Proprie autem in rebus inuenire, in verbis eloqui dicitur. in Partit. a
 Proprie vel vniuersè aliquid mandare. 5. ad Att. 4
 Proprie ad teipsum referetur. 5. fam. 46
 Neque Senatus publicè, neque vllus ordo proprie, neque suis decretis Italia tota susceperat. pro Sest. 29. & 30
 Quod me amas, est tibi id commune cum multis: quod tu ipse tam amandus es, id est proprie tuum. 9. fam. 31
 Proprie tuum me esse tibi persuadeas. 10. famil. 54. in epist. Planci.
Propter.
 Qui propter acumen occultissima perspicis. Luceius Tullio, M. F. lib. 5. 14. 5. a
 Propter tuum in me amorem. Lentulo, lib. 1. 3. 2. a
 Eaque suspicio propter eam causam fuit, quod, &c. de Clar. Oratoribus, 51. a
 Habemus hæc omnia: bonorum studium, propter nostram causam: vulgi ac multitudinis, propter magnificentiam munerum. de Clar. Orat. 51. a
 Tironem propter humanitatem & modestiam malo saluum, quam propter vsum meum. ad Att. lib. 7. 12. 5. 2. a
 Non turpitudine vitæ, non pro magnitudine scelerum, non

propter reliquæ ætatis infamiam pœnas iure & lege persoluo. Antequam iret in exil. 18
 Aliquid propter perfidiam abiicere, aut propter infirmitatem animi deponere. pro Sext. Rosc. 6. a
 Quod tamen propter eius ingenii magnitudinem vellent. de Orat. 105. b
 Qui legibus non propter metum paret, sed quia id salutare maximè iudicat. in Parad. 42. a
 Susceptum onus aut propter perfidiam abiicere, aut propter imbecillitatem animi deponere. pro Sext. Rosc. 20. b
 Ex se & propter se expeti. 2. de Finib. 133. a
 Vnum illud dico, si propter partium studium potens erat Alphenus, potentissimus Næuius. pro Quint. 12
Propter, propè.
 Etenim propter est spelunca quadam. 6. Verr. 95. a
 Propter ædem Vulcani. 4. Verr. 106. a
 Hic iacet propter illum. de Nat. d. 48. b
 Propter introitum portus. in Verr. 152. b
 Fluuius Eurotas qui propter Lacedæmonem fluit. 2. de Inuentione, 93. a
 Duo filii propter patrem cubantes. pro Rosc. Amer. 39. a
 Vulcanus tenuit insulas propter Siciliam, quæ Vulcaniæ appellatur. 3. de Nat. 75. a
 In pratulo propter Platonis statuam confedimus. de Clar. Orat. 12. a
 Hic vir clarissimus, qui propter te sedet L. Gellius. in Pisonem, 80. b
 Nam nec castra propter anni tempus facere possum. ad Atticum, lib. 8. 163. 4. a
 Fanum eius est in agro propter ipsam viam, qua Assoro itur Ennam. 6. Verr. 86. a
Propterea.
 Hæc propterea scripsi, ut, &c. 13. fam. 90
 Atque hæc propterea de me dixi, ut mihi Tubero, &c. ignosceret. pro Lig. 5. a
 Est genus hoc consolationis miserum atque acerbum est propterea, quia per quos, &c. Seruius Cic. lib. 4. 5. 2. a
 Si notionem veri & falsi, propterea quod ea non possunt internosci, nullam habemus. 4. Acad. 65. a
 Alphenus utebatur populo sanè suo, propterea quod iste caput petere non desinebat. pro Quint. 15. a
 Cum essem otiosus in Tusculano, propterea quod discipulos obuiam miseram, ut, &c. Pæto, lib. 9. 18. 1. a
 Idque dum cogitat, non minus sæpe ei venit in mentem potestatis, quam æquitatis tuæ: propterea quod omnes, &c. pro Quint. 3. a
 Mandato iudicium est constitutum non minus turpe, quam furti, propterea quod quibus in rebus, &c. pro S. R. 36. b
Propudium.
 Propudium illud & portentum. in Ant. 259. b
Propugno.
 Non pro suo partu ita propugnant, ut vulnera excipiant, nullos impetus, nullos ictus reformident? 5. Tusc. 115. a
 Propugnare pro patris fanis atque delubris. pro Rab. perduel. reo, 22. a
 Pro innocentibus propugnare. Antequam iret in exil. 6. a
 Acerrimè propugnare pro salute alicuius. Brut. lib. 11. 16. 4. a
 Qui verò ita se armat eloquentia, ut non oppugnare commoda patriæ, verum propugnare possit, is mihi vir & suis & publicis rationibus vtilissimus. 1. de Inuent. 2. a
 Testator me pro illorum fama, gloria, memoria propugnandum putare. pro Rab. 96. b
Propugnans.
 Fortitudo est virtus, propugnans pro æquitate. 1. Offic. 89
Propugnatio.
 Tamen aggrediar ad dicendum, ne mea propugnatio ei potissimum defuisse videatur. pro Sest. 2
 Nostra propugnatio ac defensio dignitatis tuæ, &c. ad Lentulum, lib. 1. 16
 Suscepique mihi perpetuam propugnationem pro omnibus ornamentis tuis. 5. fam. 18
Propugnator.
 Alter fuit propugnator mearum fortunarum, & defensor GG. iiii.

assiduus, summa virtute & pietate C. Piso gener. Post red. in Senatu, 33

Propugnator imperii. pro Corn. Balbo, 40

Acerrimus propugnator cōmunis libertatis. ad Brut. 11. 1. a

Propugnator communis libertatis. ad Brut. 24. in epistola Bruti.

Mutius paterni iuris defensor & quasi patrimonii propugnator sui. 1. de Orat. 126. a

Senatus propugnator. pro Mil. 12. a

Propugnator studiosissimus. 4. Verr. 8. a

Non est pudoris mei, & c. me propugnatorem monumento- rum P. Scipionis, defensorēque profiteri. 6. Verr. 72. a

Classis infirma propter dimissionem propugnatorum & remigum. 7. Verr. 69. a

Propugnaculum.

Classis pulcherrima, Siciliae propugnaculum, praesidium provinciae. 5. Verr. 161. a

Est in provincia Gallia Narbo Martius, specula populi Romani, ac propugnaculū, istis ipsis nationibus oppositum & obiectum. pro Font. 276. b

Si prius illud propugnaculum, quo cōtra omnes meos impetus vsurum se putat, ex defensione eius deiecerō. 5. Verrinarum, 32. a

Naui constrata & ita magna, ut propugnaculo ceteris possit esse. 7. Verr. 71. a

Quid duo propugnacula belli Punici C. & P. Scipiones: Parad. 13

Lex Aesia & Fusia, propugnacula, murique tranquillitatis. in Pis. 6. a

Domus ut propugnacula & praesidium habeat, Philotimo dicetis. 14. fam. 24

Propugnaculis imperii sociorum fortunas defendere. pro Pomp. 10. b

Propylaeum.

Phalereus Demetrius, qui Periclem principem Graeciae vituperat, quod tantam pecuniam in praecleara illa propylaea coniecerit. 2. Offic. 88

Proquaestor.

Quum Alexandriae Proquaestor essem. 4. Acad. 22. a

M. T. C. C. Cassio Proquaestor. epist. 251. b. Codex Aldinus vestitior ita habet, C. Cassio Proquaestori.

Sed & Proquaestore aliquos annos, & c. Acad. q. 2. b

Cum cui legatus & Proquaestore fuisset, prodidit. in Verrem, 68. b

Nam a Dolabella statim Proquaestore iussus est esse. in Verrem, 84. & 94. b

Prora.

In nauigio, latera, carinae, prora, puppis. 3. de Orat. 99. a

Mihi prora & puppis, ut in proverbio Graecorum est, fuit a me tui dimittendi, ut rationes meas explicares. ad Tironem, lib. 16. 33

A prora ad malum, a malo ad puppim. in Ant. b

Proripio.

Exanguis atque exastuans se ex curia repetē proripuit, & c. de Arusp. resp. 1. a

Proripiet se libido, ac proiciet occultatione proposita. 2. de Finib. 61

Deinde iubet vndique hominem proripi, vehementissimēque verberari. 7. Verr. 126. a

Prorogo.

Ipse enim adsum, nisi quid tu prorogas. Att. 216. b

Caesar paucos tibi ad soluendum propter inopiam tuam prorogavit dies. 2. Philip. 82

Numerum annorum provinciis prorogavit. 2. Philip. 105

Differre bellum, neque solum prorogare, sed etiam concedere victoriam. 12. Philip. 328. a

Quinquennium prorogare. ad Att. lib. 7. 25

Ne provincia nobis prorogetur, per fortunas, dum ades, prouide. 5. ad Att. 4. & 32

Illud pugna & enitere, nequid nobis temporis prorogetur. ad Appium, lib. 3. 10. 11. a

Impetrant a Senatu ut dies sibi prorogaretur. 3. Verr. 69. a

Ne quinquennii imperium Caesari prorogaretur. 2. Phil. 46

Rogo atque oro, ne patiare quicquam mihi ad hanc provinciam molestiam temporis prorogari. Curioni, lib. 2. 6. 9. a

Ne pateretur, quantum esset in ipso, prorogari nobis provincias. ad Att. lib. 5. 89. 1. a

Quod si tibi bellum aliquod magnum & periculosum administranti prorogatum imperium viderem, tremere animo, quod, & c. ad Quint. frat. lib. 1. 3

Prorogatio.

Prorogationem Legis Maniliae flagitasti. pro Mur. 45. a

Ego verò utar prorogatione dici. 13. ad Att. 55

Prorsus.

Prorsus, si, & c. praestare, & c. de Nat. d. 75. b

ns. l. x. x. 1. 1. fatis esse affatim prorsus. ad Att. lib. 16. 331. 3. a

Si autem id dicis, Mundo nihil esse sapientius, nullo modo prorsus assentior. de Nat. d. a

Verbum prorsus nullum intelligo. 2. de Orat. 35. a

Gladiatores empti sunt ad eadem, & c. ita prorsus. pro Syl- la, 177. b

Prorsus eum libero omni suspitione cupiditatis. epist. 3. b

Venies enim, mihi crede, expectatus: neque solum nobis, id est tuis, sed prorsus omnibus. ad Marcel. lib. 4. 10. 2. a

Prorsus ex his libris non videtur esse dubium, quin, & c. ad Att. lib. 13. 293. 1. a

Prorsus haec diuina mihi videtur vis, & c. 1. Tusc. q. 100. a

De summa agi prorsus vehementer & seuerè volo. ad Att. lib. 16. 339. 3. a

Prorumpo.

Eò prorumpit hominum cupiditas & scelus, & audacia, ut, & c. pro Rosc. Amer. 7. a

Illa pestis immanis, importuna Catilinæ prorumpet quæ poterit: & iam Pop. Romano immatur: in agros suburbanos repente aduolabit. pro Mur. 77. a

Hoc cogitare Iudices, eò prorumpere hominis audaciam, ut hic ante pedes vestros cædes futurae sint. pro Sexto Roscio, 20. b

Proruptus.

P. Clodius, Appii filius, cum veste muliebri deprehensus domi C. Cæsaribus. 1. ad Att. 22

P. Clodius non pluris fecit Bonam deam, quam tres fores. 1. fam. 41

P. Clodius, P. Clodii Ciceronis inimici filius. 14. ad Att. 23. in epist. Antonii.

In hac causa Piso, amicitia P. Clodii ductus, operam dat vt ea rogatio, quam ipse fert, & fert ex s. c. & de religione, antiquetur. 1. ad Att. 26

P. Cominio Spoletino accusante, C. Cornelium defendi. Brut. 147

P. Cornelius, homo auarus & furax, sed egregie fortis. 2. de Orat. 149

P. Crassus, Africanus, c. o. s. Brut. 38

P. Crassus adolescens nostri studiosissimus. 2. ad Quintum fratrem, 17

P. Crassus, P. Mutii frater. 1. de Orat. 124

P. Crassus, M. F. se initio ætatis ad meam amicitiam contulit. Brut. 154

P. Crassus cum cognomine diues, tum etiam copiis. Officiorum 2. 84

P. Crassus diues, P. Scæuolæ frater, orator & iurisconsultus. 1. de Orat. 82

P. Crassus idem eloquens & iurisconsultus. 1. de Orat. 109

P. Crassus sapiens & eloquens homo. Tusc. q. lib. 1. 66

P. Crassus, M. filius, mihi dilectus. 13. fam. 29

P. Crassus orator cum superiore Africano Consul fuit. Brut. 38

P. Crassus in numero quidem disertorum fuit, sed par Galbæ nullo modo. 1. de Orat. 124

P. Crassus & P. Scæuola, Tib. Graccho authores legum fuerunt. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 14

P. Crassus, L. Iulii propinquus, maximi animi vir, suapte manu interfectus. 3. de Orat. 6

P. Crassi filia, Caio Sergii Galbæ filio desponsa. 1. de Orat. 123. Brut. 50

Hæc fuit P. Crassi illius veteris, hæc T. Coruncani, hæc proauis generi mei Scipionis prudentissimi hominis sapientia, qui omnes pontifices maximi fuerunt, &c. & domi & militiæ cõsilium suum fidemque præstabant. 3. de Oratore, 73

P. Crassum valde probatum oratorem iisdem ferè temporibus accepimus, qui & ingenio valuit & studio, & habuit etiam domesticas quasdam disciplinas. Brut. 50

P. Decius Consul deuouit se, & in aciem Latinorum irrupit armatus. Diuin. lib. 1. 48

P. Decius, qui primus è Deciiis Cõsul fuit, dixit sibi in somnis visum esse, cum in mediis hostibus versaretur, occidere cum maxima gloria, & tum quidem incolumis exercitum obsidione liberauit. 1. de Diuinat. 47

P. Decius quinquennio ante M. Curium consulem se pro Reipub. quarto consulatu deuouit. Cat. 39

Vbi de facto ambigitur, ceperitne contra leges pecunias P. Decius, argumenta criminum & defensionis reuocentur oportet ad genus. 2. de Orat. 74

P. Decius orator, vt vita, sic oratione turbulentus. Brut. 56

P. Decii mors ita gloriosa fuit, vt eandem concupisceret filius. Diuin. lib. 1. 48

P. Dolabella quindecimuir factus. 8. fam. 8. in epist. Cælii.

P. Galba, Seruii filius, rogatione Manilia, propter inuidiam Iugurthinæ coniurationis, cum pro sese dixisset, dånatus est primus post Romam conditam, qui in collegio sacerdotum esset. Brut. 65

P. Galba, meus in consulatu competitor. 1. ad Att. 1

P. Lentulus bis iudicio absolutus. 1. ad Att. 42

P. Lentulus, meæ salutis author, qualis & vir & orator fuerit. Brut. 145

P. Lentulus, M. Marcelli filius. Brut. 70

P. Lentulus nihil in dicendo præter actionem habuit. Brut. 126

P. Lentulus, Gabinio & Pisone Consulibus, Hispaniam citriorem obtinebat. 1. fam. 39

P. Lentulus, princeps Senatus, qualis in dicendo. Brut. 55. 1. de Orat. 106

P. Lentulus Sura, Hortensii æqualis. Brut. 213

Si P. Lentuli necessarii tui legem, & ea quæ à me constituta sunt, sequi uolueris. quam rem tibi confido magnæ laudis fore. 13. fam. 70

Africano illi maiori coronam sibi in conuiuio ad caput accommodanti, cum ea sæpius rumperetur, P. Licinius Varus, Noli mirari, inquit, si non conuenit: caput enim magnum est. 2. de Orat. 139

P. Luceius meus amicus & Cornifici. 12. fam. 56

P. Lucilius Balbus, Ser. Sulpitii præceptor. Brut. 79

P. Lupus Prætor, Pompeii partium. 8. ad Att. 44

P. Magius, in dicendo paulò copiosior, sed omnium oratorum siue rabularum, quos cognouerim, solutissimus. Brut. 93

P. Magius Chilo M. Marcelli interfectus. 4. famil. 36. in epist. Seru. Sulpitii.

P. Mummius cuius temporis homo. 2. de Orat. 151

P. Murena mediocri ingenio, sed magno studio rerum veterum, literarum & studiosus, & non imperitus, multa industria & magni laboris fuit. Brut. 127

P. Mutius omnibus iniquus. 2. de Orat. 146, & 157

P. Mutius iuriscõsultus, P. Crassi frater. 1. de Orat. 106, & 124

P. Mutius cum, qui L. Accium poetam nominauerat, condemnauit. 2. ad Heren. 53

P. Mutius in eo qui in nauis necatus, deinde in mare proiectus esset, decreuit familiam puram, quòd os supra terram non extaret, porcæ hæredi esse. 2. de Legib. 53

P. Mutius optime pila & duodecim scrupis iussit. 1. de Oratore, 109

P. Nafica T. Gracchum interemit. Offic. 1. 109

P. Nigidius vir fuit, cum cæteris artibus, quæ quidè dignæ libero essent, ornatus omnibus, tum acer inuestigator & diligens earum rerum, quæ à natura inuolutæ videntur. de Vniuers. 1

Nunc P. Nigidio vni omnium doctissimo & sanctissimo, & maxima quondam gratia, & mihi certè amicissimo, ne benigne quidem polliceri possim. 4. fam. 40

P. Orbius, T. Iuuentii auditor. Brut. 93

P. Popilius ciuis egregius, nec indifertus. Brut. 48

P. Popilius vi C. Gracchi expulsus, L. Bestiæ rogatione restitutus. Brut. 66

P. Rutilius fundum Formianum amisit. 3. de Nat. d. 64

P. Rutilius, M. filius, Tribunus Plebis, C. Mancinum à Senatu iussit educi. 1. de Orat. 89

P. Rutilius in exilium missus. 3. de Nat. d. 60

P. Rutilius de iure responsitaur. Brut. 58. Panætium audierat. 59. Propè perfectus in Stoicis. Ibidem.

P. Rutilius Rufus, homo doctus, & philosophiæ deditus. 1. de Orat. 115. Exemplum innocentia. 1. de Orat. 116

P. Rutilius Rufus causam suam noluit ornatus dici, quam

simplex ratio veritatis postulabat. 1. de Orat. 117

P. Rutilius Rufus, cum Scaurum ambitus postulasset, neque condemnasset, ab eo eiusdem criminis reus factus est. Brut. 58

De Scuro & P. Rutilio breuiter licet dicere, quorum neuter summi oratoris habuit laudem, & vterque in multis causis versatus erat. Brut. 56

P. Scæuola, pontifex Maximus. 3. de Natura deorum, 3. & 2. de Legib. 49

P. Scæuola Pont. Max. Trib. pl. Cæpione & Pompeio c. o. s. 12. ad Att. 7

P. Scæuola valde prudenter, & acutè, paulò etiam copiosius dicebat. Brut. 55

P. Scipio Africanus dicere solitus fuit, nunquam se minus otiosum esse, quam cum otiosus: nec minus solum, quam cum solus esset. Offic. 3. 1

P. Scipio Nafica, Corculum, bis c. o. s. & Cenfor eloquens habitus. Brut. 39

P. Scipio qui in consulatu est mortuus, omnes sale facetiisque superauit. Brut. 65

P. Seruilius in M. Antonium post me inuectus. 12. fam. 3

P. Seruilius pater ex literis quas sibi à Cæsare missas esse dicebat, significat te valde gratum sibi fecisse, quòd de sua voluntate erga Cæsarem, humanissimè, diligentissimèque locutus esses. 3. ad Quint. frat. 13

P. Sestius à C. Nerio quodam de ambitu postulatus. 2. ad Quint. fratrem, 10

P. Sestius, homo morosus & peruersus quibusdam in rebus. 2. ad Quint. fratrem, 12. Omnibus sententiis absolutus. Ibidem.

P. Sestius Pr. designatus, accusante T. Iunio, ambitus damnatus est. Brut. 94

Nec vir melior mi Testa, nec mihi amicior P. Siliio quisquam est, te tamen excepto. 7. famil. 38

P. Sulpitius, Drusi familiaris. 1. de Orat. 14

P. Sylla Gabinium de ambitu reum fecit. 3. ad Quintum fratrem, 21

P. Tubero Africanum auunculum laudauit. 2. de Orat. 186

P. Tuditanus bello Punico secundo c. o. s. cum M. Cornelio Cethego. Brut. 29

P. Valerius, exactis regibus, primo anno Consul fuit. Acad. quaest. ed. 1. lib. 2. 13

P. Vatinius, in Dalmatiam profectus, sex oppida vi oppugnando cepit. 5. fam. 25. in epist. Vatini.

P. Vedius, Pompeii familiaris. 6. ad Att. 19

Equidem sic iam obdurui, vt ludis Cæsaris nostri æquissimo animo viderem T. Plancum, audirem Laberii & Publii poemata. 12. fam. 44

Pudet.

Non te huiuscemodi criminis maximè eius pudet? 7. Verrinarum, 106. a

Pudet optimi exercitus, qui, &c. in Ant. 241. b

Patris mei meum factum pudet. Orat. 87. pro, meorum factorum.

Et hæc ætas nostra quod interdum pudet, iuris ignara est. de Orat. 88. b

O gulam insulsam! pudet me patris. ad Att. lib. 3. 286. 4. a

Ac me nimirum istorum philosophorum pudet. de Legibus, 166. b

Plura me ad te de hac scribere pudet, ne videar prudentiæ tuæ diffidere. epist. 51. b

Me non solum piget stultitiæ meæ, sed etiam pudet. pro Domo sua, 23. a

Crasse pudet me tui. in Pis. 45. a

Pudet me non tui, sed Chryssippi. de Diuinat. 115. b

Non pudet igitur Physicum? &c. de Nat. d. 1. 58

Quem non pudet, hunc pœna dignum puto. 1. de Orat. 60. a

Non me hoc iam dicere pudebit. Quint. frat. lib. 1. 1. 42. a

Puderet me dicere non intelligere, si vos ipsi intelligeretis. de Nat. d. 23. b

Quos libidinis infamiæque suæ neque pudeat, neque tædeat. 1. Verr. 22. a

Quasi me pudeat, inquit, istorum. 2. de Finib. 11. a

Me autem quid pudeat: qui, &c. pro Arch. 9. a
Versus ille qui vetat artem pudere proloqui, quam facites.
Orat. 210. b

Cuius eos non pudere miror. 10. Philip. 285. a
Nonne esset pudicitum, si hac causam ageret seuerè, non modo legatum, sed Trallianum omnino dici Meandrium?
pro Flacco, 41. a

Inducendi ad misericordiam, ad pudendum, ad pigendum.
de Clar. Orat. 97. a

Magis esset pudendum, si, &c. Tusc. q. 177. b
Vt iam pudendum sit, honestiora esse legionum decreta, quam Senatus. 5. Philip. 166. a

Non enim pudendo, sed non faciendo id quod non decet, impudentiæ nomen effugere debemus. 1. de Orat. 60. a

Pudens.

Metelli est filius in provincia: non puer, sed adolescens bonus ac pudens. 5. Verr. 136. a

Nauus & pudens & probus filius. in Verr. 184. b

Rifus pudens & liberalis. ad Heren. lib. 3. 116. a

Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum, nihil pudens, nihil pudicum. 3. Philip. 144. a

Tamen impudentiæ suæ pudentem exitum quæsisse videatur. 2. in Verr. 2

Hominem pudentem & officiosum cognosces, & dignum qui à te diligatur. 13. fam. 39

Atque haud scio, an malim te videri nullo pudore fuisse in literis mittendis, an amicos tuos plus habuisse & pudoris & consilii, quam aut te videri pudentem fuisse, quam soles, aut tuum factum non esse condemnatum iudicio amicorum. in Pis. 30

Pudentissimus atque optimus vir. pro Flac. 38. a

Pudentissima lectissimaque femina. 3. Verr. 67. a

Pudenter.

Appellare aliquem pudenter. pro Planc. 21. a

Quem nunc interficere nefariè cupis, eum tum pudenter appellare nolebas: pro Quint. 21. a

Pudenter facere aliquid. de Orat. 142. b

Rogare aliquem parum pudenter. Gallo, lib. 7. 28. 2. a

Omniaque ea me pudenter viuendo consequutum esse, quæ tu impudenter vaticinando sperare te sæpe dixisti. in Vat. 4

Pudentius. de Orat. 142. b

Pudentissimè hoc Cicero petierat, vt ei de suo: liberalissimè, vt tibi quoque placuerat, promiseram, Erotique dixeram vt sepositum haberet. 16. ad Att. 40

Pudicus.

Audiet C. Marius impudico domino seruire nos, qui ne militem quidem habere voluit, nisi pudicum. Octau. 48

Pudicitia.

Eam non pudor, non pudicitia à cupiditate reuocauit. pro Cluent. 20. b

Parcat iuuentus pudicitia suæ ne spoliet alienam. pro Cælio, 33. a

Hunc nec suæ, nec alienæ pudicitia perpercisse. pro Rabirio perduel. reo, 5

An ex fororis cubiculo egressus, pudorem pudicitiamque defendat: de Arusp. 245. b

Eripere pudicitiam alicui. pro Mil. 6. a

Expurgare pudicitiam. pro Cæ. 47. b

Erubescunt pudici etiam loqui de pudicitia. de Leg. 166. b

Pudor.

Pudor, qui ornat ætatem. pro Rosc. Amer. 88. a

Deinde ita flagrare cœpit amentia, &c. vt eam non pudor, non pudicitia, non pietas reuocaret. pro Cluent. 9. a

Pudor meus me coëgit. 11. fam. 43

Pudor meus plus valuit apud me, quam timor. 6. familiarium, 20

Fuit enim mirificus quidam in Crasso pudor. de Orat. 95. b

Pudor quidam penè subrusticus. 5. fam. 27

Quantum illius ætatis patiebatur pudor. 2. de Orat. 3. a

Adolescentis modestissimi pudor. pro Planc. 164. b

Pudor moderator cupiditatis. de Finib. lib. 2. 92

Homo in quo aliquis si non famæ pudor, at supplicii timor est. de prouinc. Conf. 11. a

Pudor in bello maximè est periculosus. 10. fam. 47. in epist. Planci.

Pudor in oratione. 1. de Orat. 60

Pudor iudicii. pro Sylla, 56

Siquid pudoris in homine est. 14. ad Att. 32

Pudoris repagula perfringere. 7. in Ver. 32

Nulla pudoris significatio. 2. de Orat. 97. a

Fac quæso qui ego sum, esse te. estne aut tui pudoris, aut nostri, primum rogare de die: ad Gallum, lib. 7. 24. 2. a

Pudori famæque cedere. 7. fam. 8

Pudori tuo maluisti obsequi, quam valetudini. 16. fam. 11

Ex quo fit, vt pudorem rubor consequatur. 4. Tusc. 30. a

Defendere pudorem pudicitiamque. de Arusp. resp. 7. a

Non dimittam pudorem in rogando meum. 5. fam. 53

Cum pudore facio. 10. famil. 50. in epist. Planci. Id est, pudet me facere.

Sæpe enim videmus fractos pudore, qui ratione nulla vincerentur. Tusc. q. lib. 2. 43

Pudore à dicendo & timiditate ingenua quadam refugisti. 2. de Orat. 6. a

Pudore victus. 6. fam. 24

Puer.

Puer emptus libidinis causa. in Ant. 169. b

Sed iam subito fratris puer proficiscebatur. Att. 57. b

Puer in optima spe repositus. 14. ad Att. 23. in epist. Antonii. Eunti mihi Antium, venit obuiam puer tuus, is mihi literas à te reddidit. Att. 11. b

Puer vagiens. de Finib. lib. 2. 28

Ac maximè partes istius officii sunt pueri Ciceronis, siue iam adolescentis. 6. ad Att. 22

Cæsaris pueri mirifica indoles. Bruto, 3. 1. a

Nescire autem quid, antequam natus sis, acciderit, est semper esse puerum. Orat. 207. b

Alexim puerum humanissimum (nisi fortè dum ego absum, adolescens factus est, &c.) saluere iubeas velim. 7. ad Atticum, 30

Diodoro quid faciam Stoico, quem à puero audiui, qui mecum viuit tot annos, qui habitat apud me, &c. Academ. quæst. ed. 1. lib. 2. 105

C. Gracchus doctus à puero. de Clar. Oratoribus, 175. b. Tusc. q. 240. b

Idque à puero. in Ant. 210. b

Pueri nostri. 10. ad Att. 30

Pueri omnes illam tanquam dictata perdiscant. 3. ad Quint. fratrem, 8

Pueri quibus nihil potest esse festiuus. 6. fam. 12

Pueri quos domi audiant loquētes, magni referre. Brut. 110

Pueri Spartæ ad aram sic verberibus accipiuntur, vt multus è visceribus sanguis exeat, nonnunquam etiam ad necem. Tusc. q. lib. 2. 30

Pueri Spartiæ non ingemiscunt verberum dolore laniati. Tusc. q. lib. 5. 57

Eo die pueri tui mihi à te literas reddiderunt, & alii pueri post diem tertium eius dici literas alias attulerunt. ad Atticum, lib. 3. 47. 2. a

Infantium puerorum incunabula. pro Rosc. Amer. 91. a

Puerorum testimonium aliquando pondus habet. Top. 40

Mihi quidem neque pueris nobis, &c. Offic. 1. 107

Pueris tuis eas literas dederam. 13. fam. 65

Pueros verò matres & magistri castigare etiam solent, nec verbis solum, sed etiam verberibus, si quid in domestico luctu hilarius ab iis factum est, aut dictum. Tusc. q. lib. 3. 54

Tunc id veritus es, ne ego iracundia aliqua adductus, pueros ad te sine literis miserim: ad Quint. frat. lib. 1. 3. 1

Ad eas artes, quibus à pueris dediti fuimus. de Orat. 85. b

Vt primum ex pueris excessit Archias. pro Arch. 2. a

Hilarula est: quod in pueris optimum est. 16. ad Att. 31

Pueris ac lachrymis vsus est Q. Galba reus. 1. de Orat. 116

Puerulus.

Adiungitur enim vt secundum seruorum, secundum exulum, secundum puerulorum tabulas possessio videatur ex edicto dari. in Topic. 9. a

Puerilis.

Quibus artibus ætas puerilis ad humanitatem informari solent. pro Arch. 2. a

Delectatio puerilis. 1. de Finib. 108. a

Exercitatio penè puerilis. de Orat. 118. b

Puerilis fucus. 2. de Orat. 101

Istiusmodi autem res dicere ornate velle, puerile est: &c. 3. de Finib. 30. a

Puerile hoc quidem, si, &c. 16. ad Att. 24

Puerile quiddam consecratur in historia Sisenna. 1. de Leg. 6

An quicquam tam puerile dici potest: de Nat. deor. 1. 68

Puerili consilio, animo virili res acta. 14. ad Att. 48

Is autem Tages puerili specie dicitur visus. 2. de Diuin. 75. a

Puerilibus fabulis referit libros. de Nat. deor. 2. 26

Pueriliter.

Pueriliter consecrari aliquid. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 51

Nam cum dicunt hoc se vnum tollere, faciunt pueriliter. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 33

Quæ quum res tota ficta sit pueriliter, tum ne efficit quod vult. 1. de Finib. 29. a

Pueritia.

Pompeius è ludo atque pueritiæ disciplina in militiæ disciplinam profectus est. pro Pomp. 9. b

Ornamentum pueritiæ. 3. Verr. 108. a

Qui enim citius adolescentiæ senectus, quam pueritiæ adolescentiæ obrepit: de Senect. 78, & 83. b

Quæ mihi à pueritia tua cognita est. Offic. 52, & 8. b

A pueritia legimus & discimus. 2. Tusc. 49. a

Qui me à pueritia sua semper obseruauit. Licinio, li. 5. 8. 13. a

Qui extrema pueritia miles fuit summi imperatoris. pro Lege Manil. 19. a

Si in pueritia non his artibus & disciplinis institutus eras, vt, &c. 3. Verr. 31. a

Puella.

De tutela legitima, in qua dicitur esse puella, nihil vsucapi potest. ad Att. lib. 1. 3. 6. a

Pugil.

Acinas pugil Olympionices. pro Flac. 152. b

Carneades *περὶ βολῆν* pugilis, & retentionem aurigæ similem facit *ἐπιπέδον*. 13. ad Att. 24

Inde pugiles castibus contusi, ne ingemiscunt quidem. Tusc. q. lib. 2. 35

Pugiles in exercitatu etiam si pugnos & plagas Olympiorum cupidi ferre possunt, solem tamen sæpe ferre non possunt. de Claris Orat. 131. a

Pugiles verò, etiam quum feriunt aduersarium, in iactandis castibus ingemiscunt: non quòd doleant, animòve succumbant, sed quia in profundenda voce, omne corpus intenditur, venitque plaga vehementior. Tusc. q. lib. 2. 49

Pugilatio.

Iam ludi publici quoniam sunt cauea circòque diuisi, sint corporum certationes cursu & pugilatione, luctatione, curriculisque eorum. 2. de Legib. 37

Pugio.

O plumbeum pugionem. de Finib. lib. 4. 40

Postea C. Septimium scribam Bibuli pugionem sibi à Bibulo attulisse. ad Att. lib. 2. 39. 3. a

Qui stillantem præ se pugionem tulit. 2. Philipp. 50. a

A P. Magio pugione percussus esse. epist. 56. b

Pugiunculus.

Nam in iis, quibus vt pugionibus vt oportet, breuitas facit ipsa liberiores pedes. in Orat. 131. a

Pugna.

Pugna aliud, aliud ludus desiderat. 2. de Orat. 47

Tum interuentu Pontini atque Flacci pugna quæ erat commissa, sedatur. 3. in Catil. 32. a

Pugna equestris Agathoclis regis. in Verr. 228. b

Pugna Leuærica. Tusc. q. lib. 1. 99

Pugna mala Lacedæmoniorum in Leuætris. 2. de Diuinatione, 80. a

Pugna naualis. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 3. Pedestris. Cat. 12

Nonnunquam etiam res ad manus atque ad pugnam veniebat. 7. Verrin. 23. a

Quanta pugna est doctissimorum hominum. 2. de Diuinatione, 157. a

Incerti exitus pugnarum, Marsque communis. pro Mil. a

Quas ego pugnas & quantas strages edidi. 1. ad Att. 35

Ex omnibus pugnis, quæ sunt innumerabiles, vel acerrima videtur illa, quæ cum rege commissa est, & summa contentione pugnata. pro Mur. 32. a. De præliis Pompeii.

Pugno.

Sed ego ne cum ista quidem arte pugno. de Orat. 105. b

Nihil enim pugno. Tusc. q. lib. 1. 41

Itaque non pugno. de Nat. deor. 1. 43

Quid pugnas igitur? Acad. q. edit. 1. lib. 2. 51

Tota in oratione tecum pugnas, & non modò non coherentia inter se dicis, sed maximè disincta atque còtraria. in Ant. 164. b

Quid enim tam pugnat? Tusc. q. 250. b

Cum eorum vita mirabiliter pugnat oratio. Tusc. q. lib. 2. 17. a

Sed hæc inter se pugnant. de Finib. 88. b

Pugnant Stoici cum Peripateticis. 2. de Finib. 109. a

Pugnauit vt liceret. 6. famil. 20

Qui cum hoste nostro cominus in acie sæpe pugnavit. pro Corn. Balbo, 17. a

Illud pugna & enitere. ad Appium, lib. 3. 10. 11. a

Hic pugnes licet, non repugnabo. Academic. quæstion. edit. 1. lib. 2. 52

Pugnes ne intercaletur. 5. ad Att. 15. Id est, omnibus viribus impediatis, etiam si ad manus res veniat.

Non pugnet, sed locis suis repugnet. 8. ad Attic. 47. in epist. Cn. Pompeii.

Cum hoc igitur dialectici pugnent, id est Antiochus & Stoici: &c. 4. Acad. 173. a

Omnes pro P. Quintio pugnent. pro Quint. 60. a

Nisi fortè hæc illi tum arma dedimus, vt nunc cum bene parato pugnamus. Att. 105. b

Pugnare aliquid. 10. Philipp. 285. & pro Roscio Amer. 71. Id est, conari.

Pugnare contra. 1. ad Att. 32

Pugnare cum aduersario facili. Academic. quæstionum, ed. 1. lib. 2. 76

Pugnare cum aliquo, causa obtrectandi. Academic. quæst. edit. 1. lib. 2. 69

Negat enim ius esse, qui miles non sit, cum hoste pugnare. Offic. 1. 55

Pugnare cum bene parato. ad Att. lib. 7. 126. 2. a

Quauis tuta conditione pacem accipere malui, quam viribus cum valentiore pugnare. ad Messinum, lib. 5. 21. 7. a

Pugnare cum vita dicitur oratio, quando quis aliter docet, & aliter agit. Tusc. quæst. lib. 2. 9

In nostra acie Castor & Pollux ex equis pugnare visi sunt. de Nat. deor. 2. 4

Cum à Consulibus malè pugnatum apud Caudium esset. 3. Officiorum, 147. a

Hoc solum pugno, &c. pro S. Rosc. 19. b

Videtur Epicurus de dus immortalibus non magnopere pugnare. de Nat. deor. a

Pro commodis patriæ pugnare. 1. de Inuent. 2. a

Pugnare non pro salute communi, sed pro suis commodis. Offic. 1. 89

Illud video pugnare te, species vt quædam sit deorum, quæ nihil concreti habeat, nihil solidi, nihil expressi, nihil eminentis, sitque pura, leuis, perlucida. de Nat. deor. 1. 52

In hominum pugnandi cupidorum insanias incideram. 4. familiar. 1

Pugnans.

Pugnante ipso Consule populus iusserat. 6. familiar. 20. Id est repugnante.

Pugnantia studia. 1. de Finib. 89. a

Conferre pugnantia & comparare contraria. Orat. 200. b

Pugnantia te loqui non videt: Tusc. q. lib. 1. 12

Atqui pugnantis & contrariis studiis consiliisque semper vtens, nihil quieti videre, nihil tranquillii potest. lib. 1. de Finibus, 89. a

Pugnatus.

Pugna Pompeii, quæ cum rege commissa est, & summa contentione pugnata. pro Mur. 31. a

Pugnax.

Centurio pugnax & lacertofus. 8. Philipp. 251. a
Neque est dubium quin exordium dicendi vehemens & pugnax non sæpe esse debeat. 2. de Orat. 173. a
Græcus facilis & valde venustus, nimis pugnax contra Senatorem p̄p. Romani esse noluit. in Pis. 55. a
In vitis pugnax. Cælius Ciceroni, lib. 8. 13. 2. a
Oratio pugnax. de Clar. Orat. 175. b
Sed & huius oratio in philosophiam translata pugnacior (vt ita dicam) videtur, & illorum in iudicia pacatior. de Claris Orat. 62. a

Pugnaciter.

Ergo de omni statu consilioque totius vitæ, aut certare cum aliis pugnaciter, aut frustrari cum aliis, tum etiam me ipsum velim. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 60
Pugnacissime defendere sententiam, quam quis adamavit. Academic. quæst. edit. 1. lib. 2. 9

Pugnus.

Nam quum compresserat digitos, pugnūque fecerat, dilectam aiebat eiusmodi esse. in Orat. 61. a
Facere pugnum, & pugnum arctè vehementerque comprimere. Academic. quæst. edit. 1. lib. 2. 133. & 134
Zeno rhetoricam palmæ, Dialecticam pugno similem dicebat. de Finib. 67. b
Pugiles in exercitati etiam si pugnus & plagas Olympiorum cupidi ferre possunt. de Claris Orat. 131. a
Certantes pugnis, calcibus, vnguibus, morsu denique, & c. 5. Tuscul. 11. a
Conscindere aliquem pugnis & calcibus. 5. Verr. 46. a
Quoniam verbis contendimus inter nos, non pugnis. in Parad. 27. a

Pulcher.

Pulcher dies. 4. famil. 12. Id est, in quo aliquid pulchrum & insigne geritur.
Suum cuique pulchrum est, te tua, me delectant mea. Tuscul. quæst. 240. b
O puerum pulchrum Pericle. 1. Offic. 201. a
Ne pulchrum se ac beatum putaret. pro Mur. a
Pulchrum esse nihil potest imperfecto nec absoluto simile. de Vniuers. 13
Tot prædia tam pulchra, tam fructuosa. pro R. Amer. 24. a
Vua quid potest esse tum fructu lætius, tum aspectu pulchrius. de Senect. 49. a

Pulchre.

Is pulchre asseuerat se, & c. pro Cluent. 32. b
Sed tamen quæ tum acta sunt, non possum non probare, & tamen non curare pulchre possum, sicuti facio. ad Att. lib. 13. 277. 4. a
Pulchre & oratorie dicere. Orat. 219. b
At quam pulchre dicere videbare, quum ex altera parte ponebas, & c. 2. de Finib. 101. a
Propone ante oculos deum nihil aliud in omni æternitate, nisi mihi pulchre est, & ego beatus sum, cogitantem. de Nat. deor. lib. 1. 80
Pulchre intelligis. 11. famil. 6. in epist. M. Bruti & Cassii.
Pulchre noram Lepidum. 10. famil. 47. in epist. Planci.
Pulcherrime vitam eius reget ac gubernaret. de Vniu. 59
Hunc ipsum inquam Tenem pulcherrime factum, quem, & c. 3. Verrin. 34. a
Pulcherrime ferre fortunam aduersam. epist. 51. b
Proxima hostia litatur sæpe pulcherrime. de Diuin. 15. b

Pulchellus.

Pulchellus de P. Clodio. 2. ad Att. 44
Redeo ad altercationem, surgit pulchellus puer. ad Attic. lib. 1. 11. 17. a
Audiamus pulchellum puerum. de Orat. 133. b
At pulchellæ sunt, noui optime, & sæpe vidi 7. famil. 41

Pulchritudo.

Pulchritudo vocatur, in animo opinio iudiciorumque æquabilitas & constantia, cum firmitate quadam & stabi-

litate virtutem subsequens, aut virtutis vim ipsam continens. Tuscul. quæst. lib. 4. 24

Vt corporis est quadam apta figura membrorum cum coloris quadam suavitate, eaque dicitur pulchritudo: sic, & c. Tuscul. quæst. lib. 4. 24

Habet hoc virtus, vt viros fortes species & pulchritudo etiam in hoste posita delectet. in Pis. 83. a

Excellens muliebris formæ pulchritudo. 2. de Inuent. 122. a

Hæc enim pulchritudo etiam in terris, & c. Tuscul. quæst. libro 1. 37

Pulchritudo corporis apta compositione membrorum mouet oculos, & delectat hoc ipso, quod inter se omnes partes quodam lepore consentiunt. 1. Offic. 139. a

Venustas & pulchritudo corporis fecerit non potest à valetudine. 1. Offic. 135. a

Pulchritudo factorum. de Finib. lib. 2. 94

Oris pulchritudo. 3. Offic. 13

Veneris Cnidie Coæque pulchritudo. de Diuin. 85. b

Pulchritudinis duo genera sunt: quorum in altero venustas est, in altero dignitas: venustatem muliebrem dicere debemus, dignitatem virilem. 1. Offic. 179

Si illam præclaram & eximiam speciem oratoris perfecti & pulchritudinem adamastis. 3. de Orat. 41. a

Quis non admiretur splendorem pulchritudinemque virtutis? 2. Offic. 53. a

Tantum habet pulchritudinem, vt nulla species ne excogitari quidem possit ornatior. 3. de Orat. 98. a. De oratione.

Dii qui hanc omnem pulchritudinem tuentur & regunt. de Senect. 94. b

Nullum aliud animal pulchritudinem, venustatem, conuenientiam partium sentit. Offic. 3. b

Eximia pulchritudine femina. 1. de Diuin. 92. a

Atque his tribus generibus honestorum notatis, quartum sequitur, & in eadem pulchritudine, & aptum ex illis tribus, & c. 2. de Finib. 78. a

Honestum sua pulchritudine, specieque laudabile. lib. 2. de Finib. 81. a

Puleium, vel Pulegium.

Nam & muscutorum iecuscula bruma dicuntur augeri, & puleium aridum florescere ipso brumali die, & c. de Diuinatione, lib. 2. 25

Cras expecto Leptam: etenim ad cuius rutam pulegio mihi tui sermonis vtendum est. 16. famil. 33. Id est, suavitate sermonis.

Pullus.

Columbinus pullus. Pato, lib. 9. 18. 6. a

Licinius plagiarius cum suo pullo miluino. 1. ad Quintum fratrem, 40

Cum cauea liberati pulli non pascerentur. 2. de Nat. d. 11. a

Ex ouis pulli orti relinquunt eas, à quibus exclusi fotique sunt. 2. de Nat. deor. 93

Pulli, quum pinnulis vti possunt, tum volatus eorum matres prosequuntur. 2. de Nat. deor. 98

Pullos aues excludunt ex ouis. 2. de Nat. deor. 98

Pullarius.

Attulit in cauea pullos is qui ex eo nominatur pullarius. 2. de Diuinat. 110. a

Idem quum tripudio auspicaretur pullarius, diem prælii committendi differebat. de Diuinat. lib. 1. 68

Recitatis literis oblata religio Cornuto est, pullariorum admonitu, non satis diligenter cum auspiciis operam dedisse. 10. famil. 26

Iubet auspicii causa Decemuiros habere pullarios. contra Rullum, 72. b

Pullus.

In epulo alicuius cum toga pulla accumbere. in Vatin. 23

Quis in funere familiari conuauit cum toga pulla? in Vatinium, 24. a

In hac officina maiorem partem diei cum tunica pulla sedere solebat & pallio. 6. Verr. 49. a

Pulmo.

Tauri opimi iecur, aut cor, aut pulmo, quid habet naturale quod possit, & c. de Diuinat. 114. b

Cur pulmo incisus etiam in bouis extis dirimat tempus. de Diuinat. lib. 1. 74

Cerebrum, cor, pulmones, iecur. de Nat. deor. 21. b

Pulmones & cor extrinsecus spiritum adducunt. 2. de Nat. deorum, 103

Lateri inharens morsu lacerat viscera, Vrgensque grauius pulmonum hausit spiritus. 2. Tusculanarum, 31. a

Quod fieri sine laterum & pulmonum vi & figura non potest. 1. Tuscul. 58. a

Aspera arteria ad pulmones vsque pertinens excipit animam eam, quæ ducta est spiritu, eandemque à pulmonibus respirat. 2. de Nat. deor. 112

In pulmonibus autem hæret raritas quadam, & assimilis spongiis mollitudo, ad haerendum spiritum aptissima: qui tum se contrahunt aspirantes, tum respiratu se dilatant, vt frequenter ducatur cibus animalis, quo maxime aluntur animantes. 2. de Nat. deor. 103

Atrox calamitas pectora mœrore pulsabat: itaque anhelans ex imis pulmonibus præ cura spiritus ducebatur. 4. ad Herennium, 200

Pulmentum.

Mihi amictui est Scythicum tegmen, calceamentum solorum callum, cubile terra, pulpamentum fames: & c. 5. Tusculanarum, 130. a

Puls.

Nunc verò inclusa in cauea & fame enecta, si in offam pultis inuadit, & c. 2. de Diuin. 111. a

Pulso, Pulsus, Vide Pello.**Puluinar.**

Aram & ædiculam & puluinar sub saxo sacro dedicauit. pro Domo sua, 105. a

Diuus Iulius habuit puluinar, simulachrum fastigium, flaminem: 2. Philipp. 106. a

Quoniam ad omnia puluinaria supplicatio decreta est, celebratore illos dies cum coniugibus ac liberis vestris. in Catil. 67. a

Qui sacerdotem ab ipsis aris puluinaribusque detraxisti. de Arusp. resp. 281. b

Qui puluinaribus Bonæ deæ stuprum intulit. de Arusp. resp. 248. b

Nec verò illud non eruditorum temporum argumentum est, quod & deorum puluinaribus & epulis magistratuum fides præcinunt. Tuscul. quæst. lib. 4. 4

Puluinus.

Nam lectica octophoro ferebatur, in qua puluinus erat perlicidus, melitensi rosa factus. 7. Verr. 22. a

Sella tibi erit in ludo tãquam ypodidascalo proxima: eam puluinus sequetur. 9. famil. 45

Afferri iussit puluinos, & omnes in suis sedibus federunt. a Tum Crassum, Imò verò commodius etiam puluinosque poposcisse, & omnes in iis sedibus quæ erant sub platano, confedissee dicebat. 1. de Orat. 15. a

Puluis.

Multus erat in calceis puluis. de Inuent. 52. b

Puluis eo loco non glareæ iniecta est. 3. ad Qu. fr. 4

Quia nunquam eruditum illum pulutrem attigisti. de Natura deor. 2. 35

Educenda inde dictio est ex hac domestica exercitatione & vmbatili medium in agmen, in puluerem, in clamorem; in castra atque aciem foresem: subeundus vsus omnium, & c. 1. de Orat. 76

Doctrinam ex vmbra culis eruditorum, otioque non modò in solem atque puluerem, sed in ipsum discrimen aciemque perduxit. 3. de Legib. a

Puluerulentus.

Nunc iter conficiebamus æstuosa & puluerulenta via. ad Atticum, lib. 5. 101. 1. a

Punctus, vel Punctum.

Punctum est, quod magnitudinem nullam habet. Academic. quæst. edit. 1. lib. 2. 107

Punctum, Græci κέντρον vocant. Tuscul. q. lib. 1. 32

Hoc enim sit ad punctum temporis. Tuscul. q. 165. b

Attende enim paulisper, cogitationemque sobrii hominis ad punctum temporis suscipe. 2. Philipp. 51. a

Neque postea Larini punctum est temporis commoratus. pro Cluent. 30. a

Hunc diem, hoc punctum temporis quo loquor, defende si potes. 2. Philipp. 108. a

Itaque ne punctum quidem temporis in ipsa fortuna fuisse. 6. familiar. 16

Punctum temporis nullum vacuum peccato præterire patitur. 3. Verr. 72

Ne punctum quidem temporis oppugnatio respirauit. in Anton. 218. b

Consules summum imperium statim deponere maluerunt, quam id tenere punctum temporis contra religionem. de Nat. deor. 2. 9

Vniuersorum ciuium Romanorum per tot vrbes vno puncto temporis misera crudelisque cædes. pro Flacco, 47. a

Eodem puncto temporis quo, & c. pro Domo sua, 88. a

Illo inquam ipso die: die dico: imò hora, atque etiã puncto temporis eodem, mihi, Reipubl. pernicies, Gabinio & Pisoni prouincia rogata est. pro Sest. 45. a

Puncto temporis excludi. in Vatin. 21

Quid potest esse minus quietum, quam nullo pacto temporis intermisso versari circū axem cæli admirabili celeritate? de Nat. deor. 1. 37

Quòd vno eodemque temporis puncto nati, & c. de Diuinat. lib. 2. 75

Leges Scie vno versiculo Senatus pucto temporis sublata. 2. de Legib. 12

Eos puncto temporis viuere nõ oportere puto. in Cat. 119. b

Omnibus minimis temporum punctis. 1. de Nat. deor. 91. a

Sed minutis interrogatiunculis, & quasi punctis quod proposuit, efficit. Parad. 3

Punctum, suffragium & fauor.

Tamen admonitus re ipsa, recordor quantum hæc quæstiones in Senatu habitæ punctorum nobis detraxerint. pro Murena, 65

Nam quòd questus es, plures te vestes habere de Volitinia, quam quòd in ea tribu puncta tuleris. pro Planc. 44

Argumentorum puncta occulere. 2. de Orat. 95

Quæ flamma est per quam non concurrerint hi qui hæc olim punctis singulis colligebant? Tuscul. q. lib. 2. 54

Pungo.

Hunc sibi ex animo scrupulum, qui se dies noctesque stimulat ac pungit, vt euellatis, postulat. pro Rosc. Amer. 4. a

Quos tamen pungit aliquid, cum illa vnde habeant, recordantur. Tuscul. quæst. 248. b

Pungit me rursus, quòd scribis esse te istic libenter. 7. fam. 28

Tu quid dicis? vnum enim pungit, ne neglectiores esse videamur. 13. ad Att. 58

Pungunt quasi aculeis, interrogatiunculis angustiis. de Finibus, lib. 4. 6

Primo ita me pupugit, vt somnum mihi ademerit: & c. Attico, lib. 2. 31. 1. a

Si ignominia pupugit, siquid tenebrarum offudit exilium. Tuscul. quæst. lib. 3. 70

Extrema pagella pupugit me. epist. 25. b

Aut perleuiter pungat animi dolor. Tuscul. quæst. lib. 3. 58

Gladus qui per se pungere non potest. pro Sest. 18. a

Vulnus in latere, quod acu punctum videretur, pro istu gladiatoris putari. pro Mil. 49. a

Punicus.

Bellum Punicum. 3. Tuscul. 86. a

Primo bello Punico & secundo qui fuerint viri fortes. 2. de Nat. deor. 124

Punicanus.

Atque ille homo eruditissimus ac Stoicus strauit pelliculis hœdinis lectulos Punicanos, & exposuit vasa Samia. pro Murena, 69

Punio, Punior.

Punire maleficium, peccatum. pro Cecin. 5. a

Punire fontes. 1. Offic. 115

Tu me iratū Sexte putas tibi, cuius tu inimicissimum multò

crudelius etiam punitus es, quàm erat humanitatis meae postulare: pro Mil. 25
 Tum leges quoque & iudicia demonstranda sunt, per quae poruerit id peccati, quòd sponte sua reus punitus sit, moribus & iudicio vindicari. 2. de Inuent. 181. a
Facinus puniendum. pro Mil. 13. a
Iracundia, est cupiditas puniendi doloris. 1. de Orat. 111. a
 Est enim viciscendi & puniendi modus. Offic. 7. b
 Tu supplicio puniendum putasti. pro Domo sua. 60. a
 Vos aliquando ad eum puniendum oculos aperuistis. pro Milone. 118. b
Senatus meam domum à magistratibus defendendam, à iudicibus puniendam putauit. de Arusp. resp. 13
 In puniendo cauendum ne iisdem de causis alii plectantur, alii ne appellentur quidem. Offic. 1. 125
 Prohibenda autem est maximè ira in puniendo. Offic. 1. 125
 Postea leuius demonstrando reum punitum, quàm sit ille promeritus. de Inuent. 71. b
Puniens.
 Quid ille Terentianus, ipse puniens. Tusc. q. 20. 4. b
Punitor.
 At valuit odium, fecit iratus, fecit inimicus, fuit vltor iniuriarum, punitor doloris sui. pro Mil. 26
 Pupia lex. 1. fam. 9. & 2. ad Q. frat. 29
 Pupinia, ager. in Rull. 9. 4
Pupilla.
 Aciesque ipsa qua cernimus, quae pupilla vocatur, ita parua est, vt quae nocere possint, facile vitet: palpebraeque sunt tegumeta oculorum mollissimae tactu, ne laederet aciem, aptissime factae, & ad claudendas pupillas, nequid incidere, & ad aperiendas. 2. de Nat. deor. 108
Pupillus.
 Testamento si recitatus haeres esset pupillus Cornelius. pro Cecinna. 40. a
 Esti pupillus relictus est. de Claris Orat. a
 Iste infanti pupillae fortunae patrias ademit. 3. Verr. 109
 Non quemadmodum quod mulieri debeas, rectè ipsi mulieri sine tutore soluas: ita quod aut pupillae aut pupillo debeas, rectè possis eodem modo soluere. in Topic. 13. a
 Pupillum exhibeo, neque defendo. 5. ad Att. 36
 Pupillum fraudare qui in tutelam peruenit. pro R. Com. 9. a
 Is mortuus est, reliquit pupillum paruam filium. 3. Verri-
 narum. 92. a
Pupius.
 M. Pupius Pisonem adoptauit. pro Domo sua. 28
Puppis.
 In nauigio latera, carinae, prora, puppis. de Orat. 159. b
 Et ex Taygeto monte extrema montis quasi puppis auulsa est. de Diuin. 103. b
Quamobrem mi Quinte conscende nobiscum, & quidem ad puppim: &c. 12. fam. 55
 Conuertere nauem ad puppim. Att. 210. b
 Gubernator sedens in puppi, clauum tenet. de Senect. 16
 Sedebamus enim in puppi, & clauum tenebamus. ad Papi-
 rium Patum, lib. 9. 33. Id est Rempublicam, ciuitatis prin-
 cipes tenebamus.
Purgo.
 Seruos ipsos, quod ad me attinet, neque arguo, neque purgo. pro Rosc. Amer. 71. a
 Nam quòd purgas eos, &c. Att. 46. b
 Quod te mihi de Sempronio purgas, accipio excusationem. Cornificio, lib. 12. 25. 7. a
 Brutus per literas purgat Caesarem de interitu Marcelli. ad Atticum, 207. b
 Quintus frater purgat se multum per literas, & affirmat nil à se cuiquam de te secus esse dictum. ad Att. lib. 1. 14. 14. a
 De altero ei me purgavi. ad Att. lib. 10. 208. 6. a
 De luxuria purgavit Erutius. pro S. Rosc. 24. b
 Immissi cum falcibus multi, purgarunt & aperuerunt locum. Tusc. quaest. lib. 5. 48
 Libenter tibi me purgassim. epist. 108. b
 Tu caedem maximam facias: forum purges: pro Sest. 67
 Ab aliquo cui te purges, veniam petere. in Orat. 135. a

Vomitione canis purgare aluos ibes Aegyptiae curant. 2. de Nat. deor. 189. a
Crimen purgare. pro Cluent. 1. a
 Siquis tibi se purgare volet, quòd suspectum esse arbitretur. de Petit. Consul. 2. 4. a. 12. fam. 54
 Quid scamoneae radix ad purgandum possit. de Diuin. 83. b
Purgatus.
 Si parum vobis essem sine defensione purgatus. 14. Philip-
 picarum. 396. a
 Purgatum se tibi scribit de eo. 13. fam. 42
 Purgatos mihi mores tuos esse voluisti. 1. ad Att. 51
Purgatio.
 Purgatio est quum factum conceditur, culpa remouetur. 1. de Inuent. 22. & 2. 391
 Nam cuius scientiam de omnibus constat fuisse, eius igno-
 ratio de aliquo purgatio debet videri. pro Syll. 174. b
 Sed ego Metello non irascor, neque ei suam purgationem eripio. 4. Verr. 119. a. Id est excusationem.
 Aesculapius primus alui purgationem intulit. 3. de Natura
 deorum. 78. a
 In purgatione criminis, necessitudo quomodo excusanda
 aut refellenda. 2. ad Heren. 56. & 58
 Inedia & purgationibus & vi ipsius morbi consumptus es. 16. familiar. 18
Purpura.
 Vsq̄ ad talos demissa purpura. pro Cluent. 85. a
 Vestitus asper nostra hac purpura plebeia ac penè fusca. pro Sestio, 14
 Tyria purpura. pro Flacco, 55. a
 Ipse dabat purpuram, amici opera. in Verr. 265. & 213. b
 Numeros cum numeris tanquam purpuram misceri. in O-
 ratore, 114. a
 Qui nitent vnguentis, qui fulgent purpura. 2. in Catil. 28. a
Purpureus.
 Mare purpureum. Acad. q. 26. b
 Caesar cum vestitu purpureo, &c. 2. de Diuin. 55. a
 Cum purpurea veste processit. 1. de Diuin. 194
 Iste cum pallio purpureo tunicaeque talari versabatur in cō-
 uiuiis. 7. Verr. 76. a
Purpurasco.
 Quid mare, nonne caeruleum: aut eius vnda, quum est pulsa
 remis, purpurascit: in Acad. a
Purpuratus.
 Purpuratus Gabinius. 4. in Catil. 83. a
 Iste quæso, inquit, ista horribilia minitare purpuratis tuis. 1. Tusc. 164. a
Purus.
 Purus & religiosus. de Arusp. resp. 49. a
 Aer purus ac tenuis. 2. de Nat. deor. 60. a
 Castus animus & purus. 1. de Diuin. 198. a
 Animus omni admittione corporis liberatus, purus & inte-
 ger esse coepit. de Senect. 73. a
 Vir purus pudens. pro Rosc. Comædo, 10. a
 Nulla in hac vrbe domus ab hac religionis suspitione tam
 vacua atque pura est. de Arusp. resp. 8
 Pura familia eius qui in nauis necatus, & in mare proiectus
 esset. 2. de Legib. 53
 Nihil est in historia pura & illustri breuitate dulcius. de Cl.
 Orat. 142. a
 Humus subacta atque pura. de Senect. 55. a
 Pura atque integra mens. pro Mil. 45. a
 Argentum illi ceterum purum apposuit, ne purus ipse re-
 linqueretur. 6. in Verr. 43
 Lenitas orationis & purum quasi quoddam & candidum
 genus dicendi. Orat. 201. b
 Quicquid inde haurias, purum, liquidumque te haurire sen-
 tias. pro Cecinna, 57. a
 Iudicium purum postulare. 2. de Inuent. 164. a
Purè.
 Quietè, purè, & eleganter acta ætas. de Senect. 12. a
 Loqui purè & emendatè. de Opr. gen. Orat. 143. a
 Loqui Latinè & purè. 1. de Orat. 70. a
 Purè & castè deos venerari. 1. de Nat. deor. 5. a

Hæc enim omnia purè ac castè tribuenda decorum numini. 1. de Nat. deor. 5. a
Pusillus.
 Testis pusillus processit. 2. de Orat. 135. a
 Penè pusillus Thucydides. 2. ad Q. fr. 30
 Pusilla epistola. ad Brut. 31. & 6. ad Att. 18
 Villula valde pusilla. 12. fam. 46
 Illud est pusilli animi. 2. fam. 38
 Naetus pusillum laxamenti, &c. 12. familiar. 40. in epist. C.
 Trebonii.
 Habuimus in Tusculano quasi pusillam Romam: &c. 5. ad
 Atticum, 4
 Ecce autem pusilla epistola. Att. 98. b
 Pusilli homines, & Homines potentissimi, contraria. 5. fam.
 22. in epist. Vatini.
 Libelli pusilli & contempti. 4. Verr. 134. a
Pusio.
 Qui semper pusio cū maiore sorore cubitauit. pro Cæl. 28. a
 Socrates pusionem quãdam interrogat, &c. Tusc. q. lib. 1. 46
Puteal.
 Puteali & gregibus sceneratorum inflatus. pro Sest. 13
 Cotem autem illam & nouaculam defossam in comitio, su-
 praque impositum puteal accepimus. de Diuin. lib. 1. 32
 Putealia sigillata. 1. ad Att. 18
Puteo.
 Quid etiam alabastrer plenus vnguenti putere videtur: Aca-
 demic. quaest. lib. 2. 6
Putidus.
 Quonam igitur modo audiretur Myfus aut Phryx Athenis,
 quum etiã Demosthenes exagitetur vt putidus: in Or. 15. a
 Sonus erat dulcis, literæ expressæ, neque oppressæ, ne aut
 obscurum esset, aut nimis putidum. Offic. lib. 1. 186
 Vereor ne putidum sit, scribere ad te, quàm sim occupatus.
 ad Attic. lib. 1. 28
 Ego istius pecudis ac putidæ carnis cõsilio scilicet, aut præ-
 sidio niti volebam: in Pis. 83. b
 Spero hæc vobis molesta & putida videri. de Orat. 147. b
Putide.
 Ineptè, odiosè & putidè dicere. de Claris Orat. 156. a
 Nolo exprimi literas putidius, nolo obscurari negligentius,
 &c. 3. de Orat. 23. a
Putidiusculus.
 Sumus enim putidiusculi, quàm per te vix licet: verum, vt
 spero, licebit. 7. fam. 15
Puteoli.
 Cùm Puteolos venissem, me vnum ex iis feci, qui ad aquas
 venissent. pro Planc. 273. b
Puteolanus.
 Clauus Puteolanus valde me obseruat. Thermo, li. 13. 57. 1. a
 Puteolani, mea ætate liberi. in Rull. 85
 Aquæ Puteolanæ. 8. Philipp. 240. a
 Puteolanorum emporium. 5. ad Att. 5
Puteus.
 An hoc eiusdem modi est, quale Pherecydeum illud, quod
 est à te dictum: Qui cū aqua ex puteo vidisset haustam,
 terræmotum dixit futurum. 2. de Diuin. 46. a
 Virgines se in puteos abiecerunt. de Prouinc. Consul. 5. a
 Ex puteis iugibus aquam calidam trahi, & id maximè hy-
 bernis temporibus. de Nat. deor. 2. 19. Diuin. lib. 1. 96
Puto.
 Ego te vnum pluris, quàm omnes illos puto. Att. 193. b
 Puto vt suum gaudium gauderemus. Cælius Ciceroni, lib.
 8. 2. 4. a
 Bestia damnationem pro Prætura putat. 11. Philipp. 297. a
 Tantum ille honorem Siciliae habendum putauit, vt, &c. 4.
 Verrin. 4. a
 Neque eos solum præsentis, &c. spreuit, & pro nihilo puta-
 uit. 13. Philipp. 359. a
 Hæc pro certo putauimus. ad Att. lib. 9. 188. 9. a
 Non perinde atque ego putaram. 16. ad Att. 14
 Putate Apronio datum: &c. 5. Verr. 60. a
 Ibi scelus quoque latere inter illa tot flagitia putatote. pro
 Roscio Amer. 70. a

Nisi vobis id hominum honestissimorum tabulis planum
 fecero, fingi à me hoc totum temporis causa putatote. 3.
 Verrinarum, 111. a
 Itaque si ad nos nihil referretur de Dolabella persequendo,
 tamen ego pro decreto putarem. in Ant. 236. b
 In Scauri oratione summa inerat autoritas, nõ vt causam,
 sed vt testimonium dicere putares, cū pro reis diceret.
 de Claris Orat. 174. b
 Tantumque abfuit, vt periculosum Reipubl. M. Bruti puta-
 ret exercitum, vt in eo firmissimum Reipubl. præsidium
 poneret. in Ant. 228. b
 Vt quicquid ille vellet, sibi faciendum putaret. de Amic. 35. a
 Si denariis c c c c. Cupidinem illum putasset. in Verrem,
 202. b
 An non videmus hoc vsu venire, vt quos nunquam putaf-
 semus à nobis internosci posse, &c. 4. Acad. 103. a
 Cætera quæ quibusdam admirabilia videtur, permulti sunt
 qui pro nihilo putent. Læl. 72. in Verr. 58. b
 Putare aliquid minimi. Lentulo, lib. 1. 9. 15. a
 Putare aliquid loco criminis. de Finib. 160. b. & epist. 97. b
 Quis coegit eos falsum putare: Cat. 5
 Hominem præ se neminem putare. pro Rosc. Amer. 80. a
 Magni putare honores. pro Planc. 9. a
 In quo primum illud debes putare, comitiis studium esse
 populi, non iudicium. pro Planc. 8. a
 Imperatorem aliquo in numero putare. pro Leg. Manil. 26. a
 Noli putare me, &c. Att. 84. b
 Omnia quæ cadere in hominè possint, despiciere, & pro ni-
 hilo putare. 3. de Finib. 45. a
 Putare pluris, &c. παρόνοος πρὸς τὸν ὄντι. Offic. 3. 22
 Putare rationes cum publicanis. 4. ad Att. 30
 Noli putare me quicquam maluisse, quàm, &c. ad Atticum,
 lib. 6. 111. 6. a
 Id in dicendo numerosum putatur. Orat. 216. b
 Sed vterque alio quodam modo: Acilius, quia prudens esse
 in iure ciuili putabatur. de Amic. 5. a
 Sapientia & magnitudo animi tenues, & pro nihilo putan-
 tur, si, &c. de Orat. 140. b
 At ita studiosus est huius præclaræ existimationis, vt pute-
 tur in hisce rebus intelligens esse. 6. Verr. 29. a
 Aliquem indoctum putari pro docto. pro Mil. 114. b
 Ego me cupio non mendacem putari. 1. de Legib. 3
Putatio.
 Nemo nescit quid sit sementis ac messis, quid arborum pu-
 tatio ac vitium. 1. de Orat. 129. a
Putamen.
 Instituitque vt candentibus iuglandium putaminibus bar-
 bam sibi & capillum adurerent. 5. Tusc. 83. a
Putridus.
 Non enim nos iste color feruulis, non pilosæ genæ, non den-
 tes putridi deceperunt. in Pison. 1. a
Putresco.
 Nihil mea interest, humine an sublime putrescam. Tusc.
 quaest. lib. 1. 92
 Sui ne putresceret, anima pro sale data est. de Nat. deor. 58. b.
 5. de Finib. 68. a
Putissimus.
 Vt sciat hic Hierosolymarius traductor ad plebem, quàm
 bonam meis putissimis orationibus gratiam retulerit. 2.
 ad Att. 26. Id est, splendidissimè & ornatissimè scriptæ, vn-
 de aurum putum.
Pyladæus.
 Pyladæa amicitia. de Finib. lib. 2. 70
Pyla.
 Itaque confestim iter in Ciliciam feci per Tauri pylas. ad At-
 ticum, lib. 5. 108. 4. a
Pyramis.
 Conum, cylindrum & pyramidem tibicinis pulchriorem,
 quàm sphæram videri. de Nat. deor. 2. 34
Pyramus.
 Pyramus, fluuius Ciliciæ. 3. fam. 44
 Πυρρός, Martis stella. de Nat. deor. 2. 38
 Pyrenæus, mons. ad Attic. 111. b

Pyrgensis.

M. Antistius Pyrgensis. de Orat. 135. b

Pyrrho.

Pyrrho ne sentire quidem ea censuit sapientem, quæ a natura nominantur. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 121

Pyrrho, virtute constituta, nihil omnino, quod appetendum sit, relinquit. de Finib. lib. 4. 35

Pyrrhoneus.

Pyrrhonei philosophi a Pyrrhone magistro. de Orat. 148. b

Pyrrhus.

Pyrrhus, rex generosus ac potens, bellum pop. Rom. ultro intulit. Offic. 3. 114

Pyrrhi bellum a Timæo descriptum. 5. famil. 28

Pyrrhi bello qui fuerint viri fortes. 2. de Nat. deor. 124

Pyrrhi libri de re militari. 9. famil. 58

De Pyrrhi pace agere. 1. Philipp. 8

Pythagoras.

Pythagoras censuit deum, animum esse per naturam rerum omnem intentum & commeanem, ex quo animi nostri carperentur. de Nat. deor. 1. 21

Pythagoras, quum in Geometria noui quiddam inuenisset, Musis bouem immolasse dicitur. 3. de Nat. deor. 65

Pythagoras, cum in Italia venisset, exornauit eam Græciam, quæ magna dicta est, & priuatum & publicè præstantissimis & institutis & artibus. Tusc. quæst. lib. 5. 8

Pythagoras, discipulus Pherecidis, opinionem de immortalitate animorum maximè confirmauit. Tusc. q. lib. 1. 31

Pythagoras existimat ad harmoniam canere mundum. 3. de Natura deor. 19

Pythagoras fuit in Italia temporibus iisdem, quibus L. Brutus patriam liberauit. Tusc. q. lib. 4. 2

Erat enim illis penè in conspectu præstanti sapientia & nobilitate Pythagoras, &c. Tusc. q. lib. 4. 2

Pythagoras interrogatus a Leonte Phliasiurū principe, qua maximè arte considerit, artem quidem se nullam scire respondit, sed esse philosophum. Tusc. q. lib. 5. 6

Pythagoras interrogatus a Leote, quinam essent philosophi, & quid inter eos & reliquos interesset, respondit, similem sibi videri vitam hominum, & mercatum eum, qui haberetur maximo ludorum apparatu totius Græciæ celebritate. Tusc. quæst. lib. 5. 6

Pythagoras magnam Græciam tenuit cum honore & disciplina, tum etiam auctoritate. Tusc. q. lib. 1. 31

Pythagoras magnam auctoritatem tribuit diuinationi. de Diuinat. lib. 1. 5

Pythagoras, regnante Tarquinio Superbo, in Italiam venit. Tusc. quæst. lib. 1. 31

Pythagoras Phliunrem venit, ibique cum Leonte principe Phliasiurum doctè & copiosè quædam disseruit. Tusc. quæst. lib. 5. 6

Pythagoras vetat, iniussu imperatoris, id est dei, de præsidio & statione vitæ decedere. Cat. 66

Efficitur id quod Pythagoras vult in amicitia, vt vnus fiat ex pluribus. Offic. 1. 81

Pythagoras etiam ipse augur esse voluit. de Diuin. lib. 1. 5

Pythagoras ne Apollini quidem Delio hostiam immolare voluit, ne aram sanguine aspergeret. 3. de Nat. deor. 66

Pythagoras & Plato animum in duas partes diuidunt: alteram rationis participem faciunt, alteram expertem: in participem rationis ponunt tranquillitatem, id est placidam quietamque constantiam: in illa altera motus turbidos tum iræ, tum cupiditatis, contrarios inimicòsque rationi. Tusculan. quæst. lib. 4. 9

Pythagoras & Plato, quò in somniis certiora videam, præparatos quodam cultu atque victu proficisci ad dormiendum iubent. de Diuinat. lib. 2. 92

Pythagoræ autem doctrina cum longè lateque flueret, &c. Tusculan. quæst. lib. 4. 2

Pythagoræ doctrinam permanuisse in hac ciuitatem probatur. Tuscul. quæst. lib. 4. 2

Pythagora viro doctissimo illud bene dictum est, tum maximè & pietatem & religionem versari in animis, cum rebus diuinis operam daremus. 2. de Legib. 27. & 28

De Pythagora & Numa Pompilio. de Orat. 122. b

Pythagoreus.

Lysias Pythagoreus. Tuscul. quæst. 156. & Offic. 31. b

Pythagorea vox, & φησὶ φιλονεικία, καὶ φιλικὴ ἰσοπεία. 1. de Leg. 25

Pythagorei faba abstinere. de Diuin. lib. 2. 93

Pythagorei nunquam dubitarunt, quin ex vniuersa mente diuina delibatos animos haberemus. Cat. 70

Pythagorei Italici philosophi quondam nominati. Cat. 70

Pythagorei non solum deorum voces obseruauerunt, sed etiam hominum, quæ vocant omnia. de Diuin. lib. 1. 86

Pythagorei carminibus soliti illi esse dicuntur, & præcepta quædam occultius tradere, & mètes suas à cogitationum intentione cantu fidibusque ad tranquillitatem traducere. Tuscul. quæst. lib. 4. 3

Nam si te interfici iussero, residebit in Rep. reliqua coniu-
ratorum manus. in Cat. 99. b
Periculum autē residebit, & erit inclusum penitus in venis
atque visceribus Reip. in Catil. 13. a
Quomodo spes salutis reliquis residebit, quū ciuibus praec-
lusa sit expectatio incolumitatis? Antequam iret in ex-
ilium, 1. a
Atque huius incommodi culpa vbi resideat, facilius possum
existimare, quam scribere. ad Att. lib. 1. 12. 4. a
Resideat sensus in morte, & amissus sit, contraria. 5. Fam. 45
Cum tantum resideat intra muros mali. ad Brut. 289. b
Sed resideamus, inquit, si placet: itaq; fecimus. 3. de Fin. 14. a
Cur non ante occurrit? ne in villa resideret. pro Mil. 111. b
Si montes resedissent, amnes exaruisissent. in Pis. 64. a
Non inerant in his quae tibi casus inuexerat, & quidem in-
ueterato malo, quum tumor animi resedisset. 3. Tusc. 46. a
Si ea lex, quam nos haberemus, eadem in populo aliquo tā-
quam in fundo resedisset. pro Cor. 55. b
Residere, deinde spatium. pro Rosc. Amer. 36. a
Facile plus officii residere apud me patior. Epist. lib. 5. 16
Cum horū etiam teētis ac sedibus residere aliquod bellum
semper videretur. pro Dom. 49. a
Vt ne quas inimicitias residere in familiis arbitretur. ad At-
ticum, 229. b
Res gestae in quibus nulla potest residere inertiae suspicio.
Q. Frat. lib. 1. 1. 42. a
In oppido aliquo malle resedisse. Att. 173. b
Nemo vnquam te placuit inimicus, qui villas resedisse in te
simultatis reliquias senserit. pro Deiot. 145. b
Nec verō tam Denicales, quae a nece appellatae sunt, quia re-
sidentur mortui, quam, &c. 2. de Leg. 86. a
Residuus.
Cupio me hercules, nullam residuam sollicitudinem esse.
Plancus Ciceroni, lib. 10. 11. 10. a
Locus ab iudicibus Fausto Syllae de pecuniis residuis non
est constitutus. pro Cluentio, 37. b

Quid relatum, quid residuum sit. 2. de Leg. Agr. 63. a
Sed quum inclusum illud odium multarum eius in me in-
iuriarum, &c. residuum tamen insciente me fuisset. ad
Lent. lib. 1. 9. 78. a
Resigno.
Nam quum Appii tabulae negligentius asseruatae diceren-
tur, Gabini, quandiu incolumis fuit, leuitas, post dam-
nationem, calamitas, omnem tabularum fidem resignaf-
set: &c. pro Archia, 6. a
Resignatus.
Nam quod resignatae sunt, habet, opinor, eius signum Pom-
ponia. ad Att. lib. 11. 217. 4. a
Resilio.
Scopulum offendis eiusmodi, vt non modò ab hoc crimen
resilire videas, verum omnem suspicionē in vosmetipsos
recidere intelligas. pro S. Rosc. 48. a
Respisco.
Vix aliquando te authore respiciui. ad Att. lib. 4. 74. 2. a
An quod, quum esset ablatas, primūque respiciuisset, non
se referri iussit? pro Sest. 69. a
Resisto.
Sed opprimor interdum, & vix resisto dolori. Sest. li. 5. 17. 7. a
Sed ego in hoc resisto, quod aliās insistere dicit. de Finib.
lib. 4. 41
Fratri tuo Reip. causa restiti. Ep. 60. b
Restitit & perucit Cato. Att. lib. 2. 16. 15. a
Restitit auus meus M. Gratio, legem tabellariam ferenti.
3. de Leg. 32
Vis Tribunitia nonnunquam libidini restitit consulari. cō-
tra Rull. 69. b
Serò resistimus ei, quem per annos decem aluimus contra
nos. ad Att. lib. 7. 125. 4. a
Beata vita resistet extra fores carceris. Tusc. 5. 59
Ceteris iniuriis, quae propositae sunt à Catone, facile, vt spe-
ro, resistemus. Epist. b
Nihil est iam vnde nos reficiamus, aut vbi lapsi resistamus.
pro Murena, 76. a
Consilia, quibus illi Tribunopl. pro Rep. restitissim. de O-
ratore, 113. b
Cui nisi ego vi populi, & hominum clamore atque conu-
tione restitissim, &c. 3. Verr. 112. a
Age, restitit Peripateticis. 4. Acad. 204. a
Resistere & repugnare cōtra veritatem. pro R. Posthu. 20. a
Resistere armis. 2. Tusc. 58. a
Resistere angoribus. Offic. 2. 3. a
Resistere criminibus pro aliquo. 11. Fam. 47. in ep. Matii.
Non possum tanto dolori resistere. Att. 180. b
Resistere hostibus. Epist. 155. b
Nisi videret his resisti non facile posse. Acad. q. edit. 1. 1. 2. 69
His ille rebus ita conualuit, vt nunc in vno ciue Resp. ad re-
sistendum imbecilla sit: quae malle tantas ei vires nō de-
disset, quam nunc tam valenti resisteret. Att. 102. b
Quibus intelligis resistendum esse. 3. de Nat. deo. 42. pro, quae
intelligis esse refellenda.
Resistens.
Q. Septitio, honestissimo homine, equitateque Rom. resi-
stente Apronio, &c. 5. Verr. 28. a
Resoluo.
Senatū, quae sit antea pollicitus legionibus, exercitibusque
nostris, ea summo studio Rep. recuperata resoluturum.
14. Philip. 410. a
Resono.
Gloria virenti resonat tanquam imago gloriae. 3. Tusc. 6. a
Illud est maius, quod in vocibus nostrorum oratorum recinit
quiddam & resonat vrbanius. de Clar. Orat. 88. a
Cornua, quae ad neruos resonant in cantibus. 2. de Natu-
deorum, 224. a
Cum venenum obduxisset, reliquum sic è poculo eiecit, vt
id resonaret. 1. Tusc. 153. a
Iam neruos in fidibus aliis pulsatis resonare alios, &c. de Di-
uinatione, 115. b
Sonus in fidibus testudine resonatur, aut cornu. 2. de Na-
tura deor. 217. a

Resonans.
Theatrum ita resonans, vt vsque Romam significationes vo-
cesque referantur. ad Q. fr. lib. 1. 1. 63. a
Respecto, Respectus, Vide Respicio.
Respergo.
Qui Praetoris nequissimi inertissimique oculos praedonum
remi respergerent. 7. Verr. 79. a
Respersus.
Simulachrum sanguine respersum. de Or. 143. b
Quorum sanguine os vxoris respersum esse constabat. in
Anton. 184. b
Penē dicam resperfas manus sanguine paterno videant o-
portet. pro S. Rosc. 41
Respersio.
Habes & resperisionem pigmetorum, & rostrum suis, & alia
permulta. 2. de Diuin. 71. a
Respicio.
Quod ipsum, si Rempub. cui susceptus es, respicis, tibi iam
iamque faciendum est. ad Brut. 14. 7. a
Maiores partes animi te Cassiumque respiciunt. ad Br. 90. b
Sed vecors repente constitit, deinde respexit. de Arusp. 243. b
Respexitque, & equum alacrem latus aspexit. de Diu. 95. b
Ne tum quidem te respicis, & cogitabis sibi quaeque natum
esse & suis voluptatibus. 2. de Fin. 127. a
Respice quaso aliquando Remp. Antoni. epist. 150. b. & in
Anton. 182. b
Saltem pop. Romani commoda respicite, si sociis prospicere
non laboratis. in Verr. 176. b
Vt respiciam generum meum adolescentem optimum, mi-
hique charissimum. ad Cael. lib. 2. 15. 15. a
Tum ei duces illum praecipisse ne respiceret. 1. de Diu. 88. a
Nisi quis nos deus respexerit. ad Att. lib. 1. 11. 11. a
Quod si aut Caesar se respexerit, aut Africanæ legiones cele-
riter venerint, securos vos ab hac parte reddemus. Placus
ad Ciceronem, lib. 10. 24. 18. a
Nisi idē deus, qui nos melius q̄ optare auderemus, Parthico
bello liberauit, respexerit Rempub. Att. lib. 7. 121. 4. a
Quum vastitatem Italiae respexerint. epist. 165. b
Respiciere ad aliquem. 2. ad Att. 39. pro, ad eum se cōuertere.
Caesarem in tanta fortuna sua, aliena respicere magnum est.
pro Rab. Posth. 129. b
Cauere alicui, & respicere eum. 5. Verr. 20. a
Ex superioris anni caligine & tenebris lucem in Rep. respi-
cere coepistis. Postquam. 205. b
Omniaque ei obsequia polliceor, si modò Remp. respicere
volet. Plancus ad Cic. lib. 10. 11. 11. a
Tam longē retrò respicere non possunt. 5. Tusc. 9
Respiciere salutem suam. pro Planc. 74
Nam quoad longissimē potest mens mea respicere spatium
praeteriti temporis, & pueritiae memoriam recordari vlti-
mam, &c. pro Arch. 1. a
Respiciens.
Respiciens ad opem ferendam. de Leg. 175. b
Epicurus non aptissimus ad iocandum, minimēque respi-
ciens patriam. de Nat. d. lib. 2. 65. a
Et noctu ad oppidum respicientes, flagrant es onerarias na-
ues, quas incenderant milites, quia sequi noluerant, vide-
batis. 1. de Diuin. 121. a
Respectus.
Fugientes miserabilem respectum incendiorum. 1. de Diui-
natione, 120. a
Itaque quum respectum ad Senatū, & ad bonos non ha-
beret: &c. 5. Philipp. 199. a
Respectum habere aliquod. 11. Philipp. 309
Meus quidē animus in acie est, neq; respectum vllum quaerit,
nisi me vtilitas cūiuratis fortē conuerterit. ad Br. 90. b
Respecto.
Ne par ab his munus in sua petitione respectent. pro Pl. 35. a
Respectans.
Animus verò non me deserens, sed respectās, in caelum pro-
fectus est. de Senect. 94. b
Verum hac ita praeteramus, vt tamen intuentes & respec-
tantes relinquamus. pro Sest. 5. b

Respiro.
Cum autem Dolabella venit in mentem, paulum respiro. 7. a
ad Att. 44. Id est, minuitur timor meus.
Hoc modo innocētiae defēso interclusa respirat. pro Cl. 56. b
Aspera arteria excipit animam eam, quae ducta est spiritu,
eandēque à pulmonibus respirat ac reddit. de N. d. 53. b
Accepi literas, & paulum respiraui. Att. 154. b
Respiraui, liberatus sum. pro Mil. 36. a
Ne punctum quidem temporis oppugnatio respiraui. 8.
Philipp. 248
Si me hercule hac tecū duo verba fecisses, Quid ago? respi-
raffet cupiditas atque auaritia paululum. pro Quint. 30. a
Respiraro, si te videro. ad Att. lib. 2. 39. 9. a
Si armis aut cōditione positus, &c. ciuitas respiraui, & di-
gnitate tua frui tibi, & fortuna vti licebit. Torquato, lib.
6. 2. 4. a
Respirare & reddere animam. 2. de Nat. d. 203. a
Qui demersi sunt, in aqua respirare nō possunt. de Fi. 100. b
Tua tibi occurrunt iniuriae, quae te respirare non sinunt. in
Partit. 119. b
Improbitas nunquam finit eum respirare, nūquam acquie-
scere. de Finib. lib. 1. 42
Quum tot tātisque negotiis distentus sit, vt respirare liberē
non possit. pro Rosc. Amer. 13. a
Qui erigere animum, & paulum respirare à metu coepit. pro
Cluent. 158. a
Respirare à metu cædis, emergere à fluctibus seruitutis. de
Arusp. respons. 255. b
Respirasse homines videbatur, nondum re, sed spe Reipub.
recuperanda. pro Sest. 19. b
Romae respirandi locus non est. Q. fr. 319. b
Alicui vix respirandi potestatem dare. pro Quint. 16. b
Quis enim ignorat, si plures ex alto emergere velint, pro-
pius fore eos quidem ad respirandum, qui ad summam a-
quam iam appropinquant? 4. de Finib. 105. a
Anima pars redditur respirando, pars cōcipitur cordis ven-
triculo. de Nat. deor. 54. b
Respiratio.
Neque erant anima circumsusa extrema mundi, vt respira-
tionem requireret. de Vniuers. 23. a
Aer enim oritur ex respiratione aquarum & earum quasi va-
por habendus est. 2. de Nat. deor. 40. a
Distincta alios, & interpuncta interualla, morae, respiratio-
nesque delectant. in Orat. 29. a
Respiratus.
Pulmones tum se contrahunt aspirantes, tum in respiratu
dilatant, vt, &c. 2. de Nat. d. 205. a
Resplendo.
Adfint etiam formosi pueri qui ministrent, resplendeat iis
vestis, argentum, &c. 2. de Finib. 41. a
Respondeo.
Sæpe ii qui debent, non respondent ad tempus. 16. ad Att. 4
Respondabant operae Pompeius: quis Alexandriam ire cu-
peret: respondebant, Pompeius: &c. 2. ad Q. frat. 8
Scauola consulentibus respondebat. de Cl. 193. b
De quo toto respondit Hortensius. pro Flacc. 157. b
Cuius orationi Cæpionis ore respondit Aelius. de Cl. 179. b
Ego tibi respondebo ad singula. de Fin. 93. b
Primū M. Catoni de officio meo respondebo. pro Mur. 124. b
Quæris ex me quid acciderit, &c. ego respondebo tibi ὑστέρων
καθ' ἑσπερον ἀμυρῆως. Att. 10. b
Respondēbne ad hæc in Ant. 181. b
Neque hoc loco expectandum est, dum de remo inflexo &
de collo columbae respondeam. Acad. 6. b
Vt etiam pro Bruto respondeam. de Clar. Orat. 63. a
Videat quid de illis respondeat, quos, &c. 3. Ver. 7. a
Non enim quærimus, quid de quaque consultatione respon-
deamus. de Leg. 159. b
Chryssippo primū de ipsa rerum contagione respondeam.
de Fato, 141. b
Respondē igitur aucter isti vestro deo. Ac. q. ed. 1. li. 2. 73
Cum vobis non grauatē respondero. de Or. 102. b
Respondere aut etiam, aut Non. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 95
PP. i.

Respondere facilius possum, quam prouocare. 12. fam. 46
 Respondere parum prolixè. 7. ad Att. 47
 Nihil respondere, & malè respondere. 1. famil. 57
 Quò facilius quib' est iratus, respòdere tristi' possit. Ep. 57. b
 Acutè argutèque respondere alicui. pro Cæl. 41. b
 Respondere alicui liberaliter. 13. famil. 34
 Respondere criminibus. Matius ad Cic. lib. 11. 28. 3. a
 Respondere percontantibus. 7. fam. 30
 Item ea quæ interrogati in vtranque partem respòdere possumus. 4. Acad. 187. a
 Ad ea quæ quæ sita sunt, respondere. 1. Philipp. 1. a
 Quid ad hæc cogitas respondere? 7. Verr. 115. a
 Si enim mihi hodie respondere ad hæc quæ dico, potueris. 1. Verrin. 25. a
 Respondere ad interrogata. in Vat. b
 Respondere ad rogatum. pro Flac. 7
 Respondere ad singulas res. Or. 217. b
 Grauitè respòdere contra inimici contumeliã. de Aruf. 15. a
 Alicui de iure consulenti respondere. pro Murena. 126. b
 Respondere in vtramque partem. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 95. nempe affirmando vel negando.
 Aiunt hominem (vt erat furiosus) respondisse, quòd non totum telum corpore recepiisset. pro Rosc. Amer. 10. a
 Quæris num iuriconsultus: quasi quisquã sit, qui sibi hunc falsum de iure respondisse dicat. pro Planc. 172. b
 Quæ cõsultantur, minimo periculo respondetur. pro Mur. 26
 Aliud iudicari de iure, aliud responderi non oportet. pro Cæcina, 298. b
 Ea quæ pro perspicuitate responderi possunt. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 44
 Non contrà tenuiter & nugatoriè responsum: ad Her. 35. b
 Quamquam philosophiæ quidem vituperatoribus satis responsum est eo libro quo à nobis philosophia defensa & collaudata est. 1. de Fin. 3. a
 Respondendi iuris facultatè afferunt sacerdotes. 2. de Leg. 30
 Respondendi locum dare. 3. de Nat. deor. 13
 Rutilius magnum munus de iure respondendi sustinebat. de Claris Orat. 58. a
 Ego ad respondendum surrexi. pro Cluent. 27. b
 Multi in respondendo iure, autoritate plus quàm ingenio valent. de Orat. 101. b
 Alteros enim respondententes audire sat erat. Orat. 210. b
 Respondere, conuenire, quadrare, consentire, æquare.
 Q. Fratris liberalitati pro facultatibus nostris respondemus. ad Atticum, 57. b
 Respondent dextra dextris, læua læuis conuersione luminum. de Vniuers. 61
 Respondent extrema primis. de Fin. 144. b
 Respondebant quotidie tempori tabellarii. 12. ad Att. 51
 In omnibus tuis rebus, meis optatis fortuna respondit. Curioni; lib. 2. 1. 5. a
 Nec tamen siqui magnis ingenis in eo genere extiterunt, non satis Græcorum gloriæ responderunt. 1. Tuscul. 6. a
 Cui quidem ego amor (vtinam cæteris reb' possem) amore certè respondebo. ad Trebonium, lib. 15. 21. 9. a
 Habes ad omnia non vt postulasti *χρὴσται αὐτῶν χαλιμαίον*, sed paria paribus respondebimus. Att. 89. b
 Iam verò vrbes municipiorum respondebunt Catilinæ tumultibus syluestribus. in Catil. 109. b
 Vt nostra in amicos beneuolentia illorum erga nos beneuolentiæ pariter æqualitèrque respondeat. de Amic. 106. b
 Neque quicquam tam obscœnum dicere, cui non ab initio pueritiæ omni genere facinoris ætas tua respondeat. in Sa lustium, 1. a
 Qui vestris paucorum respondeat laudibus. Brutus ad Cic. 7. 3. a. Id est, qui vestras æquet laudes.
 Non quò verear, ne tua virtus opinioni hominum non respondeat. 2. epist. 4. 3. a
 Est enim mihi magnæ curæ, &c. vt ita erudiatur, vt & patri, & Scipioni nostro, & tibi iam propinquo respondeat. 3. de Finib. 13. a
 Quid posterius priori non conuenit: quid sequitur, quod non respondeat superioris? 3. de Fin. 112. a

Nam ea quæ speras, &c. scio cui epistola tuæ respondeant. epist. 26. b
 Vt omnia omnibus, paria paribus respondeant. de N. d. 11. b
 Fac vt omnia tua facta atque dicta nostris rebus istinc respondeant. Q. fr. 298. b
 Vt verba verbis, quasi demèsa & paria respòdeant. Or. 100. b
 Dixit se velle ædificare alteram porticum in Carinis, quæ Palatio responderet. de Arusp. 46. a
 Si bonitas tua responderit iudicio meo. ad Att. lib. 14. 310. 1. a. Id est, si tam bonus fueris, quàm ego iudico.
 Nihil enim mihi minus hominis videtur, quàm non respondere in amore iis, à quibus prouocare. ad Brut. 1. 1. a
 Quæ memoria, quæ magnitudo obseruantia: tot, tantisque beneficiis respondere poterit? Postquam. 209. b
 Rhetoricam quasi ex altera parte respondere Dialecticæ. Orator, 207. b
 Respondere gloriæ maiorum. de Clar. 175. b. & Tusc. 148. b
 Respondere maioribus suis. de Finib. 91. b
 Respondere posse tantis tuis officiis. 10. fam. 22. in ep. Planci.
 Vt possim tibi aliquid in hoc genere respondere. Att. 60. b
 Si quando meis officiis non mutuo responderetur. 5. famil. 16
 Si cui quid debetur, vt sit vnde par pari respondeatur. ad Atticum, lib. 16. 22

Responsito.

Egòne? summos fuisse in ciuitate nostra viros, qui id interpretari populo, & responsitare soliti sunt. 1. de Leg. 20. a

Responsum.

Responsum minus liberale. 3. ad Att. 24
 Cùm Senatus impediretur, quo minus equitibus Romanis responsum redderetur. pro Planc. 226. b
 Auferre responsum ab aliquo. 1. de Orat. 123. a
 Senatus Sopatro respòsum nullum dat, sed commotus, perturbatùsque discedit. 6. Verr. 77. a
 Ipsis autem, &c. tantis de rebus responsum nullum dedisti. 7. Verrin. 33. a
 A me quoque id responsum tulisti, me nullo modo posse. &c. 1. in Catil. 14. a
 Responsa Consulum ad Pompeium. 7. ad Att. 51
 Responsa atque decreta Iuriconsultorum. pro Mur. 27. a
 Responsa & scripta multa de sacris perpetuis, & manium iure. 2. de Legib. 44
 Hominum peritorum responsa nobis cognoscenda sunt. de Orat. 107. b
 Ex illius ad nostra responsa responsis intelligentur. ad Att. lib. 7. 135. 9. a
 Multa ex aruspicum responsis commemorare possum. 2. de Nat. deor. 14. a

Responsio.

Responsio, humanitatis est. 2. de Orat. 126
 Responsio aruspicum. Diuin. lib. 1. 26
 Fuit ista responsio quondam. in Verr. 244. b
 Et quod continuatum, & interruptum, & imago, & sibi ipsi responsio & immutatio & disunctio, &c. 3. de Or. 115. a
 Responsionem aliquò deriuare. 3. in Verr. 98
 Accusatoris interpretatio indigna respòsione. pro Cor. 29. a
 Is me responsione inimica homo promptissimus laceffit. in Pison. 43. a

Responsum.

Videtis hæc quàm sunt leuia genere ipso, quàm breuia responsum. pro Cluent. 131. a

Respuo.

Nunc omnia respuo. Att. 190. b
 Calcitrat, respuit. pro Cæl. 45. b. pro Mur. 141. b
 Gustatus quod valde dulce est, aspernatur ac respuit. 3. de Orat. 55. a
 Reliquiæ cibi quas natura respuit. de N. d. 30. b. & Tusc. 178. b
 Quod aures respuunt, immutandum est. Partit. 231. b
 Qui vos non oculis fugiat, auribus respuat, animo aspernatur: in Pis. 36. a
 Dicere aliquid quod omnium mentes aspernentur ac respuant. de Fat. 149. b
 Prodest hæc quidem consolatio, sed nec semper, nec omnibus: sunt enim qui respuant. 3. Tuscul. 134. a

Sequestremne Plácium: respuerent aures, nemo agnosceret. pro Planc. 268. b
 Respuere aliquid, & pro nihilo putare. pro Cecin. 41. a
 Quare ista conditio Iudices respuatur, nec Catilinæ familiaritatis crimen hæreat. pro Cæl. 10. a
 Cæsaris interdicta, Si te secundo lumine hîc offendero, respuantur. ad Att. lib. 7. 144. 1. a

Restinguo.

Eloquentia cupiditates iracundiasque restinguimus. de Nat. deor. lib. 2. 212. a
 Repressi impetum, ardorem restinxi. ad Brut. 91. b
 Nec ipse Aristoteles cæterorum studia restinxit. Orat. 3. a
 Quid ille incendat: restinguet citius, si ardentem acceperit. 4. de Finib. 12. a
 Sermunculum enim omnem aut restinxerit, aut sedarit, &c. ad Att. lib. 13. 11
 Restinguere bellum. 5. Philipp. 193
 Ignis restinguere. 3. in Catil. 49. a
 Eorum qui audiunt mentes aut inflammare dicèdo, aut inflammatas restinguere. de Or. 103. b
 Restinguere sitim. de Finib. 66. b
 Exortam videtur flammam paucorum dolore ac morte restinxisse. 7. Verr. 12. a
 Ignis in aquam coniectus, continuo restinguitur & refrigeratur. pro Rosc. Amer. 9. a
 Animos hominum morte non restingui. pro Sest. 39
 Communi præsidio talis improbitas, tanquam aliquod incendium restinguenda est. 3. Verr. 108. a

Restinctus.

Restinctus ignis. Topic. 225. b
 Restincta est seditio, inuentum est temperamentum. lib. 3. de Legib. 35. a
 Eademne, inquam, quæ restincta sit: Immo alio genere: restincta enim sitis stabilitatem voluptatis habet, inquit. 2. de Finib. 14. a
 Ex tuis literis, & ex Græci oratione, non modò non restinctum bellum, sed etiam inflammatum videtur. ad Brut. lib. 11. 12. 2. a
 Omnium cupiditatum ardore restincto. 1. de Fin. 69. a
 Illa etiam tertia parte animi, in qua irarum existit ardor, sedata atque restincta. de Diuin. 93. b
 Restinctis animorum incendiis. Orat. 199. b

Restinctio.

Illa autem voluptas ipsius restinctionis in motu est. 2. de Finibus, 15. a

Restipulor.

Quid hic Flavius porò nûc restipulatur, quod iam pridem ipse exegit? pro Rosc. Comœdo, 22. a
 Cur igitur decidit? & non restipulatur neminem amplius petiturum? pro Q. Rosc. 51. b
 Ex iurisperitorum consilio & autoritate restipulari ab aliquo. pro Q. Rosc. 51. b. Id est, vicissim sponsonem ab aliquo rogare & petere.

Restipulatio.

Quid enim restipulatio clamat? pro Rosc. Comœdo, 21. a
 Quis est huius restipulationis scriptor, testis, arbiter? pro R. Comœdo, 23. a
 Recita istam restipulationem clarius. pro Q. R. 51. b

Restituo.

Hic me meus in Remp. animus pristinus ac perennis cum C. Cæsare reducit, reconciliat, restituit in gratiam. de Prouinciis Consul. 18. a
 Antonius Leticulã de alea condénatū restituit. in Ant. 171. b
 Restituit Marcellum cum summa illius dignitate. 6. fam. 23
 Cùm Ajax Danais inclinãtibz præliū restituit. Tusc. 220. b
 Restitue nobis aliquando veterem tuam illam calliditatem atque prudentiam. pro Rosc. Amer. 37. a
 Nec committam, vt si ego eum, condennaro, tu restituas. ad Dolabellam, lib. 9. 10. 5. a
 Rabiriū dignitas, ex qua illi nihil detrahi potest, quod non facile restituat. pro R. P. 129. b
 Restituat vxorem, reddat filiam. pro Fl. 161. b
 Vt me sibi restituerem. 15. ad Att. 8

Prætor edixit, vt vnde deieciisset, restitueret. pro Cec. 289. b
 Nonne si ex eo negotio tantulum in rem suam conuertisset, damnatus per arbitrium, & rem restitueret, & honestatem omnem amitteret? pro R. Amer. 67. a
 Si ades exesse corruerunt, vitiumve fecerunt, quarum vñsfructus legatus est, hæres restituere non debet. in Top. 8. a
 Restituere amicū. 1. ad Att. 17
 Restituere exules. Offic. 2. 119
 Restituere gratiam alicui. de Petit. 208. b. i. referre gratiam.
 Restituere ac corrigere deprauata. de Diu. 128. b
 Salustium præsentem restituere in eius veterè gratiam non potui. ad Att. lib. 1. 1. 14. a
 Restituere aliquem in eum locum ex quo decidit. ad Attic. lib. 2. 38. 1. a
 Restituere in possessionem. 10. fam. 59
 In possessionem in præsentia non restituetur. pro Cec. 55. a
 Effregit fores, restituentur. pro Cæl. 45. b
 Hos solos exitus exitiales habere, vt damnati in integrum restituatur, vincti soluantur, exules reducatur. 7. Verr. 10. a
 Vt statua, quam turbo deiecerat, restitueretur. epist. 198. b
 Omnes qui lege Pompeia condennati essent, restituerentur. ad Att. lib. 10. 11. & 47
 Pollicetur sibi magnæ curæ fore, vt omnia ciuitatibus, quæ cuiusque fecissent, restituerentur. in Verr. 217. b
 Prætor aut vim fieri vetat, aut restitui factam iubet. pro Cæcina, 191. b
 Restitui in hæresim. 15. famil. 44
 Restitui in eum locum cupere ex quo decidit. 2. ad Att. 59
 In antiquum statum restitui. 2. Verr. 8. a
 Quæ fuisset igitur causa restituendi mei, nisi fuisset iniustæ ciuitatis? pro Mil. 27. a
 De Memmio restituendo, vt Curio cogitet, te audisse puto. ad Attic. 89. b
 De nostro amico placando aut planè restituendo. Att. 5. b
 Restitutus.
 Et nisi per te sit restitutus, desertū se atque abiectum fore. epist. lib. 6. 28
 Mèque tum denique sibi visum Reipub. qualis fuisset, restitutum. Lentulo, lib. 1. 9. 79. a
 Restitutum memetipsum mihi per illum puto. 3. fam. 47
 Templū est à Senatu Iunoni sospitæ restitutum. de Diu. 100. b
 Vt salutem redditam sibi ac restitutam accipere debuit. pro Domo sua, 228. b
 Rursus illi sunt in suam pristinam dignitatem restituti. pro Dom. 67. a
 Prædia à nostris magistratib' in integrum restituta. pro Fl. b
 Cõdennatos ambitus in integrū esse restitutos. pro Cl. 38. b
 Restitutio.
 Restitutio damnatorum. 2. de Leg. Agr. 25. a
 Nemini est triumphus honorificentius, quàm mihi salus restitutioque perscripta. in Pis. 27. a
 Profecto hac restitutione fortunæ, me ipse nò satis dignum iudicabo. ad Att. lib. 4. 70. 3. a
 Restitutor.
 P. Lentulus, &c. patronus illius publici consensus, restitutor salutis meæ. pro Mil. 30. a
 Resto.
 Restat integra ætas. 12. ad Att. 56
 Hæc igitur tibi reliqua pars est, hic restat actus, in hoc elaborandum est, vt Remp. constituas. pro Marc. 16. a
 Restat etiam de Chaldæis: sed primùm auspicia videamus. 2. de Diuin. 106. a
 Vnum etiam restat amico nostro ad omne dedecus, vt Domitio non subueniam. ad Att. lib. 8. 151. 1. a
 Quæ enim potest maior esse? Restat igitur vt motus astrorum sit voluntarius. 2. de Nat. d. 63. a
 Causam dicit is, qui vnus relictus ex illorum nefaria cæde restat. pro Rosc. Amer. 8. a
 Restat vt aut summa negligentia tibi obstiterit, aut vnica liberalitas. pro Quint. 22. a
 Restat vt his respondeam, qui, &c. 4. Acad. 11. a
 Longa sunt quæ restant, prætereunda tamen. ad Brut. 15. 8. a
 Stoici restant. 5. de Finib. 129. a

Sed tamen nihil ei restabat præter balnearia, & ambulatio-
nem, & auarium. ad Q. fr. lib. 3. 17. 2. a
Id hercle restabat. 13. ad Att. 14. Ironicè prolatum.
Restitit & peruenit. 2. ad Att. 7
Tertium est tempus quo post aduentum Vari in Africa Li-
garius restitit: & c. pro Lig. 3. a
Qui quum multa haberet inuitamenta vrbs & fori propter
summa studia amicorum, quæ tamen ei sola in malis re-
stiterunt, absuit ab oculis vestris. pro Syll. 55. a
Sed ab illo (scilicet Catilina) in speculis atque infidiis relictis,
in capite atque in ceruicibus nostris restiterunt. pro Mu-
rena, 72. a
Sed tenentur ii qui ad vrbs incèdium, ad vestrum omnium
cædem, ad Catilinam accipiendum Romæ restiterunt. 4.
in Catil. 76. a
Illud etiam restiterat quod hesternò die fecerunt, vt te in ius
adducerent. pro Quint. 17. a
Quid etiam nobis ex eo genere restet, & quare restet, admo-
nendum videtur. 2. de Inuent. 203. a
Sed velim scire quid tibi restet, aut iamne cõfeceris. Att. 12. 62
Ita incolumis in patria Regulus restitisset. 3. Offic. 149. a
At si restitero, & fuerit nobis in hac parte locus, idem fecero
quod in Cinnæ dominatione Philippus. ad Att. lib. 8. 147.
9. a. Id est, si non discedam.
Qui è diuisione tripartita duas partes absoluerit, huic ne-
cesse est restare tertiam. 3. Offic. 12. a
Restrictus.
An existimas illum in isto genere lentulum aut restrictum?
nemo est minus. ad Att. lib. 10. 38
In iis tamen qui se adiuuari volent, & c. restricti nullo modo
esse debemus. 2. Offic. 90
Eosdem, quum iam essent experti quid valerent, restrictos
& tenaces fuisse: pro Planc. 44
Quum & natura semper ad largiendum ex alieno fuerim re-
strictior. 3. famil. 29
Restrictè.
Nec tamen cur id tam parcè, tamque restrictè faciant, intel-
ligo. 2. de Finib. 70. a
Ditior mihi & affluètiõ videtur esse vera amicitia, nec ob-
seruare restrictè, ne plus reddat quàm acceperit. Læl. 52
Hæc illi placent, sed ego cætera non tam restrictè præsumo. 2.
de Legib. 73. a
Resupinus.
Exin prostratum terra grauius saucium
Resupinum in cælo contueri maximum
Ac mirificum facinus, & c. 1. de Diuin. 80. a
Retardo.
Agro bene culto nil potest esse nec vsu huberius, nec specie
ornatius: ad quem fruendum non modò non retardat,
verumetiam inuitat atque allestat senectus. de Sen. 53. a
Sed animi vires, corporis imbecillitas non retardauit. in An-
tonium, 211. b
Illum in prosequendi studio mæror, hos lætitia retardauit.
pro Pomp. 8. b
A nullius me vnquam tempore aut commodum, aut orium
abstraxit, aut voluptas auocauit, aut denique somnus re-
tardauit. pro Arch. 188. b
Quem ad salutem mea voluntas impulit, vis retardauit, au-
thoritas vestra reuocauit. Postquam. 209. b
Posteriora autem tempora me à scribendo retardarunt. 5.
familiar. 47
Alii simulatque hoc nostrum legerunt, nescio quo pacto re-
tardarunt. ad Att. lib. 1. 15. 8. a
Sed hæc res, quæ cæteros remorari solent, non retardarunt.
pro Cluent. 59. b
Sive retardabis, siue properabis. Tusc. q. 164. b
Vt ferocitatem istam tuam comprimerem, audaciam fran-
gerem, loquacitatem retardarem. in Vat. 29. b
Vt eorum collectio dispersa, mærorque patrius celeritatem
persequendi retardaret. 3. Verr. 11. a
Vt animos istius & impetus retardaret. in Verr. 60. b
Cum certi homines non studium eius à me alienassent, sed
auxilium retardassent. in Pis. 60

Quem nisi in via caducæ hæreditates retardassent, volasse
eum, non iter fecisse, diceres. 10. Philipp. 276. a
Retardare à literis. pro Arch. 9
Ne quæ possit animum tuum defatigatio retardare. ad He-
rennium, 6. b
Animos testium retardare. 3. Verr. 11. a
Reprimere ac retardare impetus hostium. pro Pomp. 6. b
Loquacitatem retardare. in Vat. 1. a
Sed, mihi crede, simulatque hoc nostrum legerunt, nescio quo
pacto retardatur. 1. ad Att. 71. Id est, deterrètur ab incepto.
Stellarum motus tum incitantur, tum retardantur, saepe e-
riam insistant. 2. de Nat. d. 148. a
In quo cursu multa mirabiliter efficiens, tum antecedendo,
tum retardando, & c. nihil immutat, & c. 2. de Nat. d. 75. a
Retardatus.
Excitauit illam suam non solutam, sed suspitione aliqua re-
tardatam cõsuetudinem bene gerendæ Reip. pro Sest. 18. b
Silium & Ocellam, & cæteros credo retardatos. ad Atticum,
lib. 10. 205. 4. a
Tamen impetus hostium repressos esse intelligunt, ac retar-
datos. pro Lege Manil. 8. a
Retardatio.
Vnde est adhuc bellum, nisi retardatione & mora. 5. Phil. 186. a
Re.
Vt in araneolis aliæ quasi rete texunt, aliæ ex inopinato ob-
seruant. 2. de Nat. d. 184. a
Reticulum.
Reticulumque ad nares sibi apponebat tenuissimo lino, mi-
nutis maculis, plenum rosæ. 7. Verr. 22. a
Retego.
Quare in hoc thecam nummariam nõ retexeris: in aliis eris
cauitor. 4. ad Att. 24
Retexo.
Itaque iam retexo orationem illam. 2. Philipp. 52. a. Id est,
quod negabam, confiteor.
Noui timores retexunt superiora. 11. famil. 25
An quod adolescens præstiti, quum etiam errare cum excu-
satione possẽm, id nunc ætate præcipitata commutem, ac
me ipse retexam? 11. fam. 49. in epist. Matii.
Suprà dixerat, vt omnes istius iniurias, quas posset, retex-
ret. 4. Verr. 85. a
Audeo dicere, inquit, non potest, nisi retexueris illa: Pauper-
tas si malum est, & c. 5. de Fin. 144. a
Omnino erant Metelli huiusmodi, vt totam suam præturam
retexere videretur. in Verr. 121. b
Et ad extremum, ipsi se compungunt suis acuminibus, &
multa quærendo, reperiunt non modò ea quæ iam non
possunt ipsi dissoluere, sed etiam quibus antè exorsa, vel
potius detexta propè retexantur. 2. de Orat. 86. a
Retexens.
Dialectica quasi Penelope telæ retexens. Acad. q. ed. 1. li. 2. 86
Reticulum, Vide Rete.
Reticeo.
Quæ statueras tibi in Senatu de mea laude esse dicenda, reti-
cuisti. epist. 59. b
Tamen de Chelidone reticuit, quoad potuit: aliò responsio-
nem suam deriuauit. 3. Verr. 98. a
Non reticuerunt quid sentirent. 13. ad Att. 34
Quoniam mihi sermo est apud deos, nihil reticebo. 2. de Le-
gibus, 67. a
Hic eum Sulpitius reticuisse. de Or. 130. b
Quod si qui ea patefacere possent, propter metum reticuis-
sent. ad Senatam, lib. 15. 2. 15. a
Nihil nec temere dicere, nec astutè reticere debeo. ad Q. fr.
lib. 1. 2. 4. a
Nõ possum de vtriusque nostrum errore reticere. in Ant. 158. b
Hoc tantum facinus non modò negare interrogati, sed ne
producti quidem reticere poterunt. 3. Verr. 63. a
Neq; enim id est celare quicquid reticeas: sed, & c. 3. Off. 73. a
Ne fortè dum publicis mandatis seruiat, de priuatis iniuriis
reticeat. 6. Verr. 13. a
Arteriæ reticendo acquiescunt. ad Her. lib. 3. 113. a
Subterfugere reticendo, & obscurare dicendo. pro Cl. 18. b

Retientia.

Digestio, interpellatio, contentio, retientia, commendatio,
vox quædam libera atque etiã effrenatior augendi causa.
3. de Orat. 114
Nec retientia posterorum insepulta esse poterit. 14. Philip-
picarum, 406
A iureconsultis etiam retientia: pœna constituta est. 3. Of-
ficiorum, 84
Ex mœstitia, ex hilaritate, ex risu, ex locutione, ex retientia,
& c. 1. Offic. 203
Retineo.
Ita enim senectus honesta est, si se ipsa defendit, si ius suum
retinet, si nemini mancipata est. de Senect. 33. a
Gratissimam memoriã retinet Consulatus tui. 3. de Leg. 42. a
Etenim ordo ipse annualium mediocriter nos retinet, quasi
enumeratione fastorum. epist. 68. b. Id est, delectat.
Qui suum iudicium retinent, ne, & c. 1. de Finib. 37
Retinent tamen charitatem in pastores. de Amic. 61. a
Volaterranos & Artemitanos, quorum agrum Sylla publi-
carat, neque diuiserat, in sua possessione retinebam. ad At-
ticum, lib. 1. 14. 5. a
Sagittæ pendebant ab humero, sinistra manu retinebat ar-
cum. 6. Verr. 66. a
Illum suspicantem te ab se alienatum, illa epistola retinui. 6.
epistol. 6. b
Quos de publico nummos acceperat, retinuit omnes. 5. Ver-
rinarum, 145. a
Quam quidem ante hanc confusionem temporum in pos-
sessione sua, principes retinuerunt. 2. Offic. 96. a
Ego vitam, quoad putabo tua interesse, aut ad spem conser-
uandam esse, retinebo. ad Q. fr. lib. 1. 4. 5. 2. 7. Philipp. 224
Quare nisi profecti sunt, retinebis homines. 13. ad Att. 16
Nos in Senatu, quemadmodum spero, dignitatem nostram,
vt potest in tanta hominum perfidia & iniquitate, retine-
bimus. ad Lentulum, lib. 1. 2. 11. a
Retine illos. 15. ad Att. 15. in ep. Hircii. Id est, ne patiaris abire.
Id egit vt amicos obseruantia, rem parsimonia retineret. pro
Quint. 40. a
Qui summos viros cum infimis pari iure retineret. Of. 41. b
Ego apud improbos meam retinuissem inuidiam, alienam
sumpsissem. ad Attic. lib. 2. 34. 7. a
Quin labebar longius, nisi me retinuissem. 1. de Leg. 77. a
Credo Platonem vix putasse satis consonum fore, si homi-
nem id ætatis in tam longo sermone diutius retinuisset.
ad Atticum, lib. 4. 85. 5. a
Retinere aliquem. 1. familiar. 17. absolutè, pro, in amicitia re-
tinere.
Retinere aliquem, & Abalienare, contraria. 1. famil. 20
Aliquem vi ac metu retinere. 4. Verr. 9. a
Retinere animam. pro Sest. 71
Retinere animo. Tusc. quæst. lib. 1. 1
Retinere vehementer animos hominum in legèdo. 5. fam. 31
Retinere assensum. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 53
Grauitatem retinere. 1. Offic. 191. a
Humanitatem suam retinere. 3. Verr. 44. a
Vt quos natura ipsa retinere in officio non potuisset, ii ma-
gnitudine pœnæ maleficio summouerentur: pro Roscio
Amer. 42. a
Iudicem aliquem retinere. 2. Verr. 20. a
Retinere ius suum contra aliquem. in Verr. 155. b. Id est, ob-
tinere.
Vrbs constitutus, vt fidem colere, & iustitiam retinere di-
scrent. 1. de Inuent. 4. a
Quod certè calamitate docti memoria retinere debemus.
pro Lege Manil. 12. a. & pro Rosc. Amer. 19. a
Pecuniam acceptam nomine iudicii retinere atque suppri-
mere. pro Cluent. 38. b
Pilam retinere. in Pis. 54. a
Religiones deorum immortalium retinere. 5. Verr. 5
Retinere salutem Reipub. 5. famil. 2
Retinere hominum studia. lib. 1. de Finib. 2
Cogitent ita se graues esse, vt, si veritatem volent retinere,
grauitatem possint obtinere. pro Quint. 50

Virtutem retinere. Cassius ad Cic. lib. 15. 19. 5. 2. 4. Phil. 161. a
Hic tantum potuit, vt nemo illo inuito, nec bona, nec patriam,
nec vitam retinere posset. 5. Verr. 68. a
Retinetur bonorum auctoritas. 3. de Leg. 35
Ea tamen verbis interdicti non concluditur, tamen senten-
tia iuris & autoritate retinetur. pro Cec. 197. b
Neque his qui virtute retinentur in vita, nec his qui sine vir-
tute sunt, mors est offendenda. 3. de Finib. 93. a
Vna illa subleuanda opposita est, vt & vtilitas in amicitia &
fides retineatur. de Amic. 74. a
Retineri & impelli, cõtraria. 11. fa. 4. in ep. M. Bruti & Cassii.
Ludendi etiam est modus retinendus. 1. Offic. 146. a
Affirmabat enim lachrymans non se cupidiorẽ esse ciui-
tatis retinendæ, quàm existimationis. pro Cluent. 115. a
Sui quenque iuris & dimittendi & retinendi esse dominum.
pro Corn. Balb. 61. b
Qui officii retinendi causa, cruciatum subierit voluntarium.
3. Offic. 143. a
Ius omne retinendæ maiestatis, Rabirii causa continebatur:
& c. in Orat. 55. a
Clamare non desinitis, retinendum hoc esse, deus vt beatus
immortalisque sit. de Nat. deor. 1. 67
Meaque semper fuerit sententia, primùm de pace, vel iniqua
conditione retinenda, deinde de vrbe. ad Att. lib. 8. 159. 8. a
In fide retinenda cõsuetudinem conseruare. 4. Verr. 55. a
Quæ tibi eò scribo, quod me de retinenda Sestii gratia literis
sæpe monuisti. ad Q. fr. lib. 2. 7. 10. a
Obseruant quemadmodum se vnusquisque vestrum gerat
in retinenda religione, conseruandisque legibus. 1. Verri-
narum, 28. a
Sum enim & ab obseruando homine peruerso liber, & ad di-
gnitatem in Repub. retinendam contra illius voluntatem
solutus. ad Att. lib. 1. 8. 4. a
Vides enim in quo cursu sumus, & quàm omnes gratias nõ
modò retinendas, verumetiam acquirendas putemus. ad
Atticum, lib. 1. 1. 10. a
Neque enim hoc homine sanctior, neque probior, neque in
omnibus officiis retinendis diligentior esse quisquam po-
test. pro Cluent. 105. a
Retinens.
Dignitatis retinens. ad Q. fr. lib. 1. 2. 19. a
Retinens sui iuris & dignitatis. 1. ad Q. fr. 44
Multis etiam pater optimus, vir nimium retinens Equestris
iuris & libertatis videtur, & c. pro Planc. 45
Retentus.
Qui mos quum à posterioribus non esset retentus, Archeff-
las eum reuocauit. 2. de Finib. 3. a
Ad eas Cephalioni dedi, qui multos menses tempestatibus
retentus est. ad Att. lib. 11. 22. 4. 5. a. & 16. famil. 10
Equitem Romanum scitote biduum cibo, tectoque prohi-
bitum, biduum Leontinis in foro custodiis Apronii re-
tentum atque seruatum. 5. Verr. 49. a
Potamonem scribam & familiarem tuum retentum esse à
Verre in prouincia, quum tu decederes. 1. Verr. 16. a
Retentam atque conseruatam prouinciam. 15. famil. 26. in e-
pistol. M. Catonis.
Hoc retento reliqua voluntas auctoritati aut gratiæ tradi-
tur. 3. de Legib. 34
Sunt autem hæc de finibus, vt opinor, retentæ defensionis
sententiæ. Tusc. quæst. 244. b
Retuli me Brute, te hortante maximè, ad ea studia, quæ re-
tenta animo, remissa temporibus, longo interuallo inter-
missa reuocauit. 1. Tusc. 1. a
Nec retentis his, neque amissis. 10. ad Att. 45
Retentio.
His illa necessariò nata est ἐπιτηδία, id est assensionis retentio.
Academic. quæst. edit. 1. lib. 2. 55
Illud certè opinatum & perceptione sublata, sequitur om-
nium assensionum retentio. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 71
Semper Carneades ἀεὶ βολὴν pugilis, & retentionem aurigæ
similem facit. 13. ad Att. 24
De retentione rescripti ad tuas literas. 13. ad Att. 31
Retentione vti. 13. ad Att. 19

Retento.
Nanque omnes memori portentum mente retentant. de Diuinat. lib. 2. 49
Quæ penitus sensus hominū vitæque retētat. 1. de Diu. 30. a
Retorquo.
Retorquet oculos profectō sæpe ad hanc urbem, quam ex suis faucibus ereptam esse luget. in Catil. 26. a
Retraho.
Scipio Annibalem in Africam retraxit. 2. de Finib. 48
Qui minus enim Licinius comprehendere potuit, cum se retraxit, ne pyxidem traderet, quàm si non retraxisset: pro Cælio, 51. a
Non habeo certum quæ te res hinc maximè retrahat. 5. fam. 39. in epist. Lucetii.
Quò quidem me proficiscentem, haud sanè quis facile retraxerit, nève tanquam Peliā rexerit. de Senect. 75.
Nonnulli codices legunt, pilam retorserit.
Retrahere aliquem à Repub. pro Sest. 28
Licinium autem cum iam manum ad tradendum pyxidem porrexisset, retraxisse. pro Cælio, 50. a
Genus hoc calliditatis & calumnix retrahatur in odium iudicis. Partit. 242. b
A se retractum esse, &c. in Verr. 268. b
Retractus.
Nescio quomodo se coniecit in urbem, atque ita mœstus rediit, vt retractus, non reuersus videretur. 6. Philipp. 211. a
Retracto.
Diligenter retractare. 2. de Nat. d. 104. a
Qui locus perpuratus ab iis qui ante me dixerunt, à me quoniam ita Murena voluit, retractandus est. pro Mur. 50
Sed hæc omittamus: augemus enim dolorem retractando. 8. ad Attic. 24
Retrecto.
Siue retrectabis, siue properabis. Tuscul. quæst. lib. 1. 62. sub. moriendum est.
Retractatus.
Sed tamen idem *ὀντομα* misi ad te retractatus, &c. 16. ad Atticum, 7
Retractatio.
Cumque sine vlla retractatione pro patria vitam profuderint. 14. Philipp. 410
Vt sine retractatione liberè dicere audent, &c. Tuscul. quæst. lib. 5. 60. Hoc est, sine aliquo timore ac difficultate.
Conficies igitur, & quidem sine vlla dubitatione aut retractatione. 13. ad Att. 31
Veteremque Academiam hortari videbare, vt sine retractatione liberè dicere auderet sapientes esse semper beatissimos. 5. Tuscul. 119. a
Retribuo.
Non mihi detrahā, cum illis exactæ ætatis seuerissimè fructum quem meruerunt, retribuam. pro Q. Rosc. 26. a
Fidei conducit in loco debitum retribuere. Antequam. 1. a
Retrō.
Cumque eadem vicissim retrō commeant. 3. de Nat. d. 4. a
Et idem quasi sursum versus retrōque dicatur. Partit. 132. b
Tum ei deus præcepit, vt pergeret protinus, quid retrō atque à tergo fieret, ne laboraret. de Diuin. lib. 1. 89. a
Retrō ad Alpes versus iter mihi incidit. Cæl. Cic. lib. 9. 15. 5. a
Vt omnia quæ sine honestate sint, longè ac retrō ponenda censeat. 5. Tuscul. 126. a
Sed conuersa retrō cæli semper loca portat. in Arat. b
Quòd tam longè retrō respicere non possunt. 5. Tuscul. 9. a
Orbes qui versantur retrō contrario motu atque cælum. de Somn. Scip. 128. b
Vide rursus retrō, dato hoc, dandū erit & illud. de Fin. 144. b
Retrorsum.
Nam ex terra, aqua: ex aqua oritur aer: ex aere æther: deinde retrorsum vicissim, ex æthere, aer, inde aqua: ex aqua, terra infima. 2. de Nat. deor. 120. a
Retrusus.
Hæc autem esse penitus in media philosophia retrusa atque abdita, quæ isti rhetores ne primoribus quidem labris attingissent. 1. de Orat. 44. a

Retrusa.
Simulacra deorum iacent in tenebris ab isto retrusa atque abdita. in Verr. 77. b. & de Petit. Conf. 211. b
Retundo.
In præsentia bellè iste puer retundit Antonium. ad Attic. lib. 16. 339. 4. a
Cuius nuper ferrum retudi. pro Syll. 183. b
Quo factō retudit sermones, paratiorq; visus est, quàm sperauerat accusator. 8. fam. 14. in epist. Cælii.
Idemque gladios in Repub. distractos retudimus, mucronesque eorum à iugulis vestris reiecimus. 3. in Catil. 49. a
Censorii styli mucronem multis remediis retuderunt. pro Cluent. 97. a
In me omnia quæ ego quondam retuderam, coniurationis nefaria tela adhaerunt. pro Dom. 50. a
Retundere improbitatem alicuius. 12. fam. 27. in ep. Lentuli.
Et sunt partes agrorum aliæ pestilentes, aliæ salubres, aliæ quæ acuta ingenia gignant, aliæ quæ retusa. 1. de Diuinatione, 135. a
Reueho.
Diana Segestam Carthagine reuecta. in Verr. 217. b
Sed ad paulò superiorem ætate reuecti sumus: nunc ad eam, de qua aliquantum locuti sumus, reuertamur. de Clar. Oratorib. 119. a
Reuello.
Gorgonis os pulcherrimum, cinctum anguibus reuellit atque abstulit. 6. Verr. 111. a
Nam qui ius ciuile contemnendum putat, is vincula reuellit non modò iudiciorum, sed etiam vtilitatis, vitæque communis. pro Cecin. 51. a
Honorificisque verbis omnes iniurias reuellimus superiores. 5. ad Attic. 38
Nec prius illam crucem, &c. reuellistis, &c. 6. Verr. 22. a
Effringere multorum fores, & claustra reuellere. 6. Verrinarum, 46. a
Reuellere tabulam in qua nomina ciuitate donatorum incisa sunt. ad Acilium, lib. 13. 37. 2. a
Reuellere tela de corpore Reipub. in Pis. 10. a
Reuulsus.
In quibus tu es videlicet Consularis, cuius totus Consulatus est ex omni monumentorū memoria reuulsus. 13. Phil. 364
Ianua, qua effracta & reuulsa, tota pateret prouincia. pro Murena, 31
Reuulsa tabula alicuius imperio. 4. Verr. 77. a
Reuulsa iacentisque statua. 4. Verr. 113. a
Id autem templum sublato aditu, reuulsis gradibus, armis tenebatur. in Pis. 17. a
Nisi septis reuulsis introiri non potest. in Ant. 196. b
Reuenio.
Quum miles domum reuenisset, egissetque lege in hæreditatem paternam, testamento ex hæres filius. 1. de Orat. 85. a
Vt is Publicius, si domum reuenisset, & inde Romam redisset, ne minus ciuis esset. pro Corn. Balbo, 21
Reuereor.
Oseruantiam per quam ætate, aut sapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes reueremur & colimus. 2. de Inuent. 170. a
Sed mihi nil est molestius, quàm Staium manumissum, nec meum imperium, omitto imperium, non similitudinem meam reuereri saltem. Att. 33. b
Difficile est primùm virtutem reuereri, qui semper secunda fortuna sit vsus. ad Her. lib. 4. 169. a
Reuerens.
Multa aduersa reuerens oratio. Tuscul. quæst. 164. b
Nanque ego Catule (dicam enim non reuerens assentandi suspicionem) neminem esse oratorem paulò illustriorem arbitror, &c. 2. de Orat. 66. a
Reuerentia.
Adhibenda est igitur quædam reuerentia aduersus homines. 1. Offic. 139. a
Reuerto.
Ad illum animum meum reuerti pristinum. Trebonio, lib. 10. 28. 3. a
Ipse ne quò inciderem, reuerti Formias. ad Att. li. 8. 147. 13. a

Reuertit ad temperationem superiorem deus. de Vniuer. 53
Conscendens iam nauem, Epheso Laodiceam reuertit. ad Appium, lib. 3. 10. 9. a
Itaque persæpe reuertit ex itinere, cum iam, &c. de D. 86. b
Legati Armeriā, re inorata, reuenterunt. pro Rosc. Amer. 15. a
Sic Haluntini excussis diuitiis, cum argento puro domū reuenterunt. 6. Verr. 46. a
Multi semel egressi, nūquam domum reuertēre. Tuscul. 249. b
Nisi ad superiorem consuetudinem reuertisses. Ep. 141. b
Ille enim nunquam reuertisset, nos timor confirmare eius acta non coegisset. ad Att. lib. 15. 323. 9. a
Vas factus est alter sistendi eius: vt si ille non reuertisset, moriendum esset ipsi. 3. Offic. 59. a
Iter autem eius erat ad Lentulum c. o. s. cum literis Cæsaris, præmiorumque promissis, si Romā reuertisset. ad Atticū, lib. 8. 155. 6. a
Quum sua voluntate, nulla vi coactus, præter fidem, quam dederat hosti ex patria, Carthaginem reuertisset. 2. de Finib. 105. a
Qui cum ex itinere quodam proposito, & iam constituto reuertisset aquilæ admonitus volat, &c. 1. de Diu. 27
Dicuntur omnes reuertisse. Ep. 39. b
Multa aduersa reuertens. 1. Tuscul. 116. a
Reuertor.
Vtilitas aut in corpore posita est, aut in extraneis rebus, quarum tamen rerum multo maxima pars ad corporis commodum reuertitur. de Inuent. 83. b
Deinde vt in eam ciuitatē viri boni, & nulla ignominia notati non reuertantur, in quam tot nefariorum scelerum condemnati reuenterunt. Ep. 84. b
Ad illam quam institui causam frumētī ac decumarum reuertar. 5. Verr. 71. a
Ad propositum reuertar, festinationi meæ & breuitati literarum ignosces. Att. 139. b. & Tuscul. lib. 3. 10
Discedo parumper à somniis, ad quæ mox reuertar. de Diuinatione, 90. b
Vt ad me reuertar. pro S. R. 38. b
Sed vt reuertar ad ius publicum. pro Do. 240. b
Sed vt ad propositum reuertamur, &c. nunc totum illud cōcludi sic licet. 2. de Finib. 165. a
Sed Posidonium, sicut æquum est, cum bona gratia dimittamus: ad Chryssipi laqueos reuertamur. de Fato, a
Vnde cum honore discesseris, eodem cum ignominia reuertar. pro Mur. 145. b
Reuerti ad vim. 1. Philipp. 16
In ciuitatem reuerti. Cecinnæ, lib. 6. 6. 25. a
Reuersio.
Reuersio & motus febrium. 3. de Nat. d. 33. a
Cum omnium siderum eodem vnde profecta sunt, fiat ad vnum tempus reuersio. de Finib. lib. 2. 163. a
Exponam vobis breuiter cōsiliū & profectiois & reuersionis meæ. 1. Philipp. 1. a
Reuersionem facio. pro Syl. 177. b
Dii immortales quàm valde ille reditu, vel potius reuersione mea lætatus, effudit illa omnia, quæ tacuerat, vt recorder illud tuum, &c. ad Att. lib. 16. 334. 7. a
Sol binas in singulis annis reuersiones ab extremo contrarias facit. de Nat. 46. b
Reuincor.
Quare argumenta, siqua potes: nunquam enim hic neque suo, neque amicorum iudicio reuincetur. pro Archia, 8. a
Reuirefco.
Reip. rationes, quæ malitia nocentum exaruerant, virtute optimatum reuirefcent. ad Her. 34. b
Quæ quāquam sunt abscessæ, tamen efferent se aliquando, & ad renouandum bellum reuirefcent. de Prouic. 28. a
Reuiso.
Quare cum poteris, reuises nos. Att. 19. & 203. b. Ep. 17. b
Reuise nos aliquando. Att. 17. b
Hic cum rem Gallicanam cuperet reuifere, &c. pro Q. 4. b
Reuuisco.
Aduentu nostro reuuiscent iustitia, abstinentia, clementia tui Ciceronis. ad Att. lib. 5. 104. 3. a

Ciuitates suis legibus suæ, *ἀνομιὰν* adeptæ reuixerunt. ad Atticum, 90. b
Vt iam simul cum Rep. necessario reuuiscat atque recreetur. Ep. lib. 6. 37
Vt facilis reuuiscat Pompeianorum causa totiens iugulata. in Ant. 255. b
Reuuiscat M. Curius, &c. Parad. 123. b
Sed ne patri quidem meo, si reuuiscat, &c. Brutus Ciceroni, lib. 16. 9. a
Quid si reuuiscant Platonici illi, & deinceps illi qui auditores eorum fuerunt, & tecum ita loquatur. 4. de Finib. 98. a
Cum ex illorum metu mortis, quasi luce libertatis recreatus reuuisset. in Verr. 268. b
Si reuuiscent hi qui hæc penè deleuerunt. Postq. 204. b
De eius nece lata quaestio, qui si eadem lege reuuiscere possent, lata lex nunquam esset. pro Mil. 60. a
Reuuiscere, respirare à metu cædis, emergere à fluctibus seruitutis. de Arusp. resp. 44. a
Senatum dolēt ad authoritatis pristinae spem reuuiscere. 7. Philipp. 218. a
Cum autem sol illuxisset, tum vt reuuisse sibi viderentur. de Nat. 45. b
Is vbi galli cantū audiuit, aui suū reuuisse putat. in Pis. 53. a
Reuuiscentis.
Vt speciem aliquā viderer videre quasi reuuiscentis Reip. Sulp. lib. 4. 4. 10. a
Templa, in quibus reuuiscente iam libertate, deinde rursus oppressa, Senatus nihil consulitur. ad Octau. 2. a
Reuoco.
Animum incitatum ad vlciscendam orationem tuam reuoco ipse. pro Syl. 175. b
Quod enim nondum Senatus censuit, nec Pop. Romanus iussit, id arroganter non præiudico, neque reuoco ad arbitrium meum. ad Brutum, 4. 2. a
Vnde tu mea, inquit, ex iure confertum vocasti, inde ibi ego te reuoco. pro Mur. 23. a
Reuoco me ipse. 13. ad Att. 1
Quòd me igitur, aut ad quæ exempla reuocas? 5. Verr. 180. a
Et me ex hoc (vt ita dicam) campo æquitatis, ad istas verborum angustias, & ad omnes literarū angulos reuocas. pro Cecin. 61. a
Reuocat ad deum cupiditatem. de Nat. deo. 1. 22
Reuocant in consuetudinem pristinam. 9. fam. 1
Reuocant se rursus ad mœstitiam. 3. Tuscul. 108. a
Dubitant, hæsitant, reuocant se interdum, hisque, quæ videtur, imbecillius assentiuntur. 4. Acad. 96. a
Iudicium animos ad Quinti Captonis odium, à quo erant ipsi propter iudicia abalienati, renouabam atque reuocabam. de Or. 127. b
Nonnulli autem illam rem ad illam rationem, coniecturamque reuocabant. pro Domo sua, 12. a
Equitatum reuocauit. Ep. 150. b
Nam vestris primùm literis recreatus, me ad pristina studia reuocauit. de Clar. Orat. 6. a
Studium philosophiæ nunquam intermissum, à primaque adolescentia cultum & semper auctum, hoc rursus summo auctore & doctore reuocauit. de Cl. 194. b
Retuli me ad ea studia, quæ retenta animo, remissa temporibus, longo interuallo intermissa reuocauit. Tuscul. lib. 1. 1. a
Vos qui maximè me repetistis atque reuocastis. pro Domo, 242. b
Deiotarum necessarium nostrum ex itinere Aquila reuocauit. 2. de Diuin. 29. a
Eam non filii dolor, non filix mœror à cupiditate reuocauit. pro Cl. 9. a
Simulatque se ipse commouit, ad seque reuocauit. Academicarum quæst. 13. b
Non auaritia ab instituto ad prædam aliquam reuocauit. pro Lege Manil. 28. a
 Sceleris condemnare. 14. fam. 22
 Sceleris furor. pro Sest. 11
 Sceleris pœna tristis, & præter eos euentus qui sequuntur, per se ipsa maxima est. 2. de Leg. 42
 Neque ad scelus perficiendum cæsis hostiis posse placari, pro Cluentio. 153. a
 Scelus anhelare. in Catil. 25
 Edere scelus in aliquem. pro Sestio, 49. a
 Nonne caueam, ne scelus faciam? Acad. q. ed. 1. lib. 2. 124
 Qui partim omnino motus negat in animis villos esse debere, &c. scelus eos nefarium facere. 1. de Orat. 112. a. pro Roscio Amer. 15. & 3. in Verr. 86. & pro Domo, 229

Quodnam ob scelus incidit mihi iter, &c. 8. fam. 44. in epistola Cælii.

Suscipere scelus. 6. Verr. 70

Scelere ardere. 10. ad Att. 7

Astringi scelere. pro Sextio, 94. a

In scelere esse. pro Sylla, 28

Scelere liberatus. 12. ad Attic. 56

Quæ prætermitti sine nefario scelere nõ possunt. epi. 1. 9. 3. a

Conscientia scelerum & fraudum suarum. in Piso. 89. b

In infinita sunt scelera quæ ab illo in patriam sunt ædita. de Arusp. resp. 357. b

Intelligitur, Iudices, id quod iam antè dixi, imprudente L.

Sylla scelera hæc & flagitia fieri. pro Rosc. Amer. 15. a

Sceleribus cooperatus. 3. in Verr. 6

Scelustus.

Ciuis scelustus. in Salust. 4. a

Res scelestæ, atrox, nefaria. pro Rosc. Amer. 38. a

Facinus scelestum ac nefarium. pro Rosc. Amer. 21. a

Sceleste.

Illud de gestu histrionis tu scelestæ suspicaris, ego ad p. 18. a scripsi. ad Att. lib. 6. 111. 18. a

Sceleratus.

Sceleratus & nefarius fueris si, &c. pro Mur. 139. b

Brogigarus impurus homo & sceleratus. de Arusp. 250. b

Vox inhumana & scelerata. 3. de Fin. 99. a

Ego autem illum malè sanum semper putavi, nunc etiam impurum & sceleratum puto. ad Att. lib. 9. 188. 7. a

Quem mente scelerata & nefaria cupierunt. in Cat. 108. b

Idem sexto & tricesimo anno post à sceleratiore hasta non recessit. 2. Offic. 40. a

Scelerate.

Quare peccavi, scelerateque feci. Q. frat. lib. 1. 3. 3. a

In quo beator ille qui huic nefariæ voci paruit, quàm is qui tam sceleratè imperavit. 5. Tusc. q. 79. a

Sed quid ego plura de illorum aut in me maledictis, aut in vos scelerate loquar factis: pro Syll. 178. b

In aliquos loqui sceleratè. Antequam. 9. a

Bellum sceleratè susceptum. 1. in Catil. 19. a

Sed postea mihi nullo meo merito, nisi quod bonis placere cupiebam, omnes est infidias sceleratissimè machinatus. pro Sextio, 116. a

Scena.

Maxima quasi oratori scena videatur concio. de Orat. 139. b

Nec verò scena solum referta est iis sceleribus, sed multò vita communis penè maioribus. 3. de Nat. d. 49

Scena rei totius hæc, Pompeius tanquam Casarem, &c. 8. fam. 35. in epist. Cælii.

Ludorum elegantia & scenæ magnificentia. pro Mur. 133. b

Nunc populo & scenæ (vt dicitur) seruiendum est. ad Brutum, 19. Prouerbiū.

Omne seruitium permissu magistratus liberatum, in alteram scenam immisum. de Arusp. 246. b

In scena, in concione, in qua rebus fictis & adumbratis loci plurimum est. de Amic. 79. a

Miror eorum impudentiam, qui agunt in scena gestum inspectante Roscio. 2. de Orat. 129. a

Idque tum in vita, tum in scena intelligi potest ex his fratribus qui in Adelphis sunt. de Sen. 60. a

Etenim quum artifex eiusmodi sit, vt solus dignus videatur esse qui in scena spectetur, tum, &c. pro Quint. 52. a

Omitto illa, quæ si minus in scena sunt, at quum sint prola, laudantur. pro Planc. 265. b

Roscium esse in scena. de Claris, 162. b

Scenicus.

Gestus scenicus verba exprimens. de Orat. 163. b

Venustas scenica. 3. de Orat. 170. a

Artifices scenici. pro Arch. 7. a

Scenici non optimas, sed sibi accommodatissimas fabulas eligunt. Offic. 1. 159

Suum igitur quisque noscat ingenium, &c. ne scenici plus, quàm nos videantur habere prudentiæ. 1. Offic. 159. a

Scenicæ personæ, vt mimi histriones. pro Planc. 265. b

De scenicorum corollariis nummos corrogare. 5. Ver. 158

Vt enim Romam rediit extremo scenicorum ludorum die, vehementer commotus ea oratione, quæ ferebatur habita esse in concione à Philippo. 3. de Orat. 1

Scenicorum mos tantam habuit vetere disciplina verecundiam, vt in scenam sine subligaculo prodierit nemo. Officior. 1. 179

Quod dicitur Atina: factum à iuvene, vetere quodam in scenicis iure, maximè que oppidano. pro Planc. 25. a

His ego tamè diebus, ludis scenicis, ne fortè videar tibi non modò beatus, sed liber omnino fuisse. 7. fam. 4

Scepheus.

Metrodorus Scepheus magna memoria fuit. Tusc. q. lib. 1. 48

Scepheus Metrodorus artificiosa memoria vtēbatur. 2. de Oratore, 196

Sceptrum.

Rex sedes cum purpura & sceptro & insignibus illis regiis. pro Sext. 48. 2. de Ptolemæo.

Scheda.

Nunc, si amas me, si te à me amari scis, enitere per amicos, cliētes, hospites, liberos denique ac seruos tuos, vt scheda nequa depereat: &c. ad Att. lib. 1. 72

Schedula.

Hæc te tertia iam epistola antè oppressit, quàm tu schedulam aut literam. ad Cassium, lib. 15. 43

Schema.

Lumina quæ Græci quasi aliquos gestus orationis σχήματα appellant. Orat. 204. b

Sententiarum orationisque formis quæ appellatur σχήματα. de Claris, 34. a

Ornamenta verborum, sententiarumque, quæ appellantur σχήματα. in Topic. 17

Verborum & sententiarum illa lumina, quæ Græci vocant σχήματα, quibus tanquam insignibus in ornatu distinguitur omnis oratio. de Claris, 105

σχήματα enim quæ vocant Græci, ea maximè ornant oratorē, eaque non tam in verbis pingēdis habent pondus, quàm in illuminandis sententiis. de Clar. 72

Schœnobaticus.

Ego, qui scirem Q. Pompeium Baulis schœnobaticam facere, & vsque eò, vt ego misererem eius esurici. ad Cicero-nem, lib. 8. 1. 11. a

Schola.

Vertes te ad alteram scholâ, differes de triumpho. in Pis. 47

Primum, inquam, deprecor, ne me tanquam philosophum putetis scholam vobis aliquam explicaturum, &c. 2. de Fin. 1. Id est, vniuersam alicuius sectæ & scholæ doctrinâ.

Habes scholam Stoicam. epist. 141. b

Audire hominem de schola. 2. de Orat. 16. a

Ex eadem Platonis schola Ponticus Heraclides. de Natura deo. 1. 26

Homo ad persuadendū concinnus, perfectus, politus è schola. in Piso. 47. a

Quum in schola assedissent, iuberent, &c. de Orat. 93. b

Nec ego solus, sed tu etiâ Chrysippus in foro, domi, in schola desinis. a

Sed toto hoc de genere, de quærenda, de collocanda pecunia, &c. quàm ab vllis philosophis vlla in schola, disputatur. 2. Offic. 131

Nunquam audiui in Epicuri schola Lycurgum, Solonem, Milciadem, Themistoclem, Epaminondam nominari, qui in ore sunt cæterorum omnium philosophorum. 2. de Finibus, 56

Separatim autem certæ scholæ sunt de exilio, de interitu patriæ, &c. Tusc. q. lib. 3. 69

Clamabant credo omnia gymnasia, atque omnes philosophorum scholæ, sua hæc esse omnia propria. de Ora. 89. b

In quam exercitationem ita nos studiose operam dedimus, vt iam etiâ scholas Græcorum more habere auderemus. Tusc. q. lib. 1. 6

Itaque dierum quinque scholas (vt Græci appellant) in totidem libros contuli. 1. Tusc. q. 7. hoc est disputationes.

Hæc Græci in singulas scholas & singulos libros disperserunt. Tusc. q. lib. 3. 69

E philosophorum scholis tales ferè euadunt. in Orat. 51. a

Qui non Græci alicuius loquacitatē sine vsu, neque ex scholis cantilenam requirunt. de Orat. 93. & Acad. q. 10. b

Multa istiusmodi dicuntur in scholis. 2. de Diuin. 46. a

Scholium.

Quid iam opus est σχολίω. Att. 256. b

Velim σχολίω aliquod elimes ad me. ad Att. 256. b

Hic autem iam languescit, & ait tibi illum iure iratum: sed vtar tuo consilio. σχολία enim tibi video placere. 13. ad Atticum, 52

Sciens, Scienter, Scientia, vide Scio.

Scilicet.

Ab adiuctis posui exemplum, multa scilicet adiungi, quæ, &c. Topic. 224. b

Scilicet tibi grauiorem dolorem patri tui mors attulit, quàm C. Graccho fratris: pro Rab. perd. reo, 9. a

Hunc postea quam salutauit, rogare cœpit, blandè & concinnè scilicet, Mentire mea causa, &c. pro Rosc. Com. 28. a

Cognosceret etiam rerum gestarum ordinem maximè scilicet nostræ ciuitatis. Orat. 207. b

Me in summo dolore, què ex tuis rebus capio, maximè scilicet consolatur spes, quod, &c. epist. 5. b

Quid enim faceret huic cõclusioni, si lucet, lucet: lucet autem, lucet igitur: crederet scilicet. 4. Acad. q. 171. a

Corrideres hæc tu scilicet postea. pro Quint. 15. b

Quid alios putas: clamoribus scilicet maximis iudices corripuerunt. epist. 112. b

Id populus curat scilicet. ad Att. lib. 13. 288. 5. a

Scilicetque latronem ac sicarium abiecti homines & perditii describebant. pro Mil. 36. a

Tu quemadmodum scribis, quod, etiam si nõ scriberes, &c. facies scilicet, vt mea mandata digeras, persequare, conficias. ad Q. fra. lib. 2. 15. 7. a

Democritus luminib⁹ amissis, alba scilicet & atra discernere non poterat, &c. Tusc. 250. b

At verò nos, docti scilicet è Græcia legimus, &c. Tusculan. quæst. 180. b

Lectæ epistola tua de Atticæ febricula scilicet valde dolui. Att. 186. b

Et quanquam te ipsum scilicet maximè, tamen etiam literas tuas antè expecto. Q. frat. 311. b

Suspensio animo expecto primùm te scilicet, deinde Marionem. Tironi, lib. 16. 3. 2. a

A te literas expectabam nondum scilicet: nam, &c. ad Atticum, 204. b

Scilicet expectemus legitimum illud quinqueniū. 4. Verri. 99. a

Non facies fidem scilicet, quum hæc disputabis. in Pis. 92. b

Te rogo ne quid perscribas contra Flauium & Flauii causa, & scilicet Pompeii facies omnia. ad Q. frat. lib. 1. 2. 18. a

De Lentulo scilicet sic fero vt debeo. ad Att. lib. 4. 75. 1. a

Tu interea Rom. scilicet amicis præsto fuisti. pro Mur. 134. b

Scilicet id agitur, vtum hac petitione, an proxima Prætor fias: &c. ad C. Furnium, lib. 10. 26. 6. a

Sunt clariora iudicia naturæ, maximè scilicet in homine. de Finibus, 138. b

Scilicet in respondendo. 11. ad Att. 14

Me quidem, &c. quænam essent ipsa hæc loca requirentis, species quædam commouit, inanis scilicet, sed cõmouit tamen. 5. de Finibus, 5. a

Negant enim id esse maiestatis deorum, scilicet causas omnium introspicere, vt videant quid cuique conducat. de Diuin. 130. b

Scilicet ista quidem summa, ne ego, &c. epist. 106. b

Quis tu ipse scilicet laudator & factorum & scriptorum meorum. ad Att. lib. 7. 121. 8. a

Ad necem scilicet legati. pro Cælio, 48. b

Illæ scilicet literæ forenses & oratoriæ. Offic. 33. b

Si hoc perficies, scilicet mirabile quiddam assequeris. Quin. frat. 305. b

Tu cogitas vt domi tuæ sis, scilicet ne cum periculo stultus sis. epist. 160. b

Quid tu in eo potes: nihil scilicet. ad Att. lib. 11. 215. 4. a

Hæc vesperi apud me Hirtius fuit: qua mente esset Antonius, demonstrauit, pessima scilicet, & infidelissima. 11. familiar. 1

Peto igitur à te, tanto scilicet studio, quanto intelligis debere me petere pro homine tam mihi necessario & tam familiari. Sulpitio, lib. 13. 27. 3. a

Sed annulum quem haberet, se sua manu confecisse, scilicet nimis hic quidem progressus est, sed, &c. de Orat. 154. b

Quid ad hæc Næuius: ridet scilicet nostram amentiam. pro Quintio, 32. a

Scilicet si ista Iupiter significaret, tam multa frustra fulmina emitteret. 2. de Diuin. 65. a

Scilicet is sum, qui, &c. pro Sylla, 179. b

Si taceo oppressus & captus, quo dolore esse debeo: quosum scilicet. ad Att. lib. 4. 75. 2. a

Est scilicet vtriusque rei modus, sicut reliquarum. Att. 282. b

Stomacho est scilicet Pompeius ita languenti. epist. 112. b

Hæc scilicet fundamenta nota sunt omnibus. de Orat. 114. b

Peto à te tanto scilicet studio, quanto intelligis debere me petere. epist. 214. b

Similiter nunc de oratore loquor, summo scilicet. de Oratore, 150. b

Senes semper agunt aliquid & moluntur tale scilicet, quale cuiusque studium in superiore vita fuit. de Senect. 82. b

Quis tu ipse scilicet. Att. 99. b

Tuli scilicet molestè, vt debui. 9. fam. 55

Isti alio tempore respondebo, tunc scilicet, quum tibi. de Finibus, 120. b

Scilicet hæc Panfa non vidit. in Ant. 228. b

Vnus scilicet ille fructus, qui in te videndo est, percipi literis non potest. epist. 251. b

Quibus hoc præcipiendum videtur vnum scilicet & idem quod cæteris omnibus, vt, &c. 2. in Catil. 39. a

Scindo.

Nolo commemorare quibus rebus sim spoliatus, non solum quia nõ ignoras, sed etiam ne scindam ipse dolorem meum. ad Attic. lib. 3. 21

Venit enim ad me, & quidem id temporis, vt retinendus esset: sed ego ita egi, vt non scinderem penulam. ad Attic. lib. 13. 288. 2. a

Non licet scindere sententiam suam: sed, &c. ad Atticum, lib. 13. 277. 3. a

Hanc epistolam cur non scindi velim, causa nulla est. ad Rufum, lib. 5. 61

Scindens.

Scindens dolore identidem intonsam comam. 3. Tusc. q. 52

Scintilla.

Et quoniam animaduertisti illam conspirationem conflam ita esse restinctam, vt nulla scintilla compareat incendi, vos quoque Tribunitiam sedate temeritatem. Antequam iret in exil. 9. a

In illam igitur curam incumbe mi Plance, vt nequa scintilla terririmi belli relinquantur. 10. fam. 30

Isti autem quos tu probas, tantis offusis tenebris, ne scintillam quidem vllam nobis ad aspiciendum reliquerunt. 4. Academ. q. 112. a

Scintillula.

Nõ sine causa eas, quas dixi, in pueris virtutum quasi scintillulas videmus, è quibus accèdi philosophi ratio debet. 5. de Finibus, 78. a

Scio.

Quem haud scio an rectè dixerim. 5. de Finibus, 12. a

De quo ipso si quid scis, velim scire. de Orat. 89. b

Scis illi minimè credere. 11. ad Att. 1. Id est, didicisti non credere illi, cautior factus.

Scis Appium Censorem hîc ostenta facere de signis & tabulis. 8. fam. 42. in epist. Cælii. Id est scito.

Ille tenet & scit vt hostium copiæ: tu vt aquæ pluuiæ arceantur. pro Mur. 19. a

Omnes qui Latine sciunt. 2. de Finibus, 30. a

Sciebant omnes non modò homines, verum etiam pecudes. 1. ad Attic. 40

Nam de cæteris certè sciebat. pro Sylla, 29. a

Scito quidem illa sermone & Attico. de Nat. deo. 1.65. & 12. fam. 18. in epist. Cassii.

Apud Segestanos repertum esse Iudices scitote neminem, neque liberum, & c. qui illud signum auderet attingere. 6. Verr. 68. a

Sed Timarchidem fugituum omnibus in oppidis per trientium scitote regnasse. 4. Verr. 94. a

Quum scies, facies ut sciamus. 8. ad Att. 55

Quum Græcè, ut videor, luculenter sciam. 2. de Fin. 24. a

Sed non venerat quod sciam. Attic. 252. b

Magnum est quoddam opus, atque haud sciam an de humanis operibus longè maximum. 2. de Orat. 40. a

Disertè id ipsum posse, de quo sciat dicere. de Orat. 90. b

Socrates dicere solebat omnes in eo quod scirent, satis esse eloquentes. de Orat. 90. b

Quis qui de omnibus scierit, de Sylla se scire negarit. pro Sylla. 29. a

Volo enim te scire, mi Pæte. Pæto, lib. 10. 24. 3. a

Primum igitur illud te scire volo, Sampficeramum, & c. ad Att. lib. 2. 38. 1. a

Sed scire certum velim. ad Att. lib. 12. 241. 8. a

De quo aliquid scire ipse atque existimare potuisset. pro Syl. 9. a

Non solum scire aliquid, artis est, sed quædam est ars etiam docendi. 2. de Leg. 45

Non enim tam præclarum est scire Latine, quam turpe nescire. de Claris, 72. a

Scire pleraque homines antequam nati sint. Cat. 72

Scire literas. de Fin. lib. 2. 10

Magis opinari, quam scire possimus. 9. ad Attic. 28. in epist. Balbi & Oppii.

Scire quid deceat, prudentiæ est: posse quod deceat facere, artis & naturæ. 3. de Orat. 117

Scire enim vis, quo vno animus alitur. 12. ad Att. 9

Velim scire utrum isto sollicito animo an soluto legas. Cassius Ciceroni, lib. 15. 19. 8. a

Ars enim earum rerum est, quæ sciuntur: oratoris autem omnis actio opinionibus, non scientiâ continetur. 2. de Or. 17. a

An verò ut quibusdam visum, nihil certum sciri, nihil planè cognosci & percipi possit. 1. de Orat. 113. a

Scire potest de aliquo. ad Attic. lib. 12. 242. 7. a

Id adeo sciri facillimè potest ex literis publicis. 5. Ver. 100. a

Nondum lucebat, quum hoc Ameriæ scitum est. pro Sex. Roscio, 34. b

Sciens.

Etiam atque etiam Cicero cogita, & c. ne te sciens prudentiæ eò demittas, vnde exitum vides nullum esse. Cælius Cic. lib. 8. 16. 10. a

Deinde ita teneri, si sciens falleret, quod inscientia multa verfareretur in vita. 4. Acad. 262. a

Sciens prudens feci. epist. 125. b

Qui nihil alteri sciens incommodat. pro Quint. 9. b

Plancius offendit sciens neminem. pro Planc. 267. b

Certè nihil sciens prætermisi. 7. Verr. 20. a

Quum enim aliquid habeat quod possit criminose & suspiciose dicere, apertè ludificari & calumniari sciens non videtur. pro Rosc. Amer. 33. a

Vtrum inscientem vultis contra fœdera fecisse, an scientem? pro Corn. 9

Habebit igitur te sciente & vidente curia malum Senatorè. pro Cluent. 44

Nullum à me sciente facinus occultatur. pro Syll. 65. a

Et quum in mala scientes ruunt. de Finib. lib. 5. 25

An se scientes scelere contaminent. Offic. 3. 47

Tu maximam & pulcherrimam mensam citream à Q. Lutatid Diodoro, & c. omnibus scientibus Lilybæi abstulisti. 6. Verr. 32. a

Quis igitur hoc homine scientior vnquam aut fuit, aut esse debuit? pro leg. Manil. 19. a

Tu scientior eris præceptorum artificio, nos alacriores ad reliquum persequendum. ad Heren. 16. b

M. verò Scaurus, quem non longè ruri apud se esse audio, ut regedæ Reip. scientissimus. 1. de Orat. 108. a

Nam nauis optimè cursu conficit, ea quæ scientissimo gubernatore vitur. 1. de Inuen. 74. a

Scientia.

Si præterea ex altera parte, vires, pecunia, consilium, scientia, apparatus, & c. 2. ad Heren. 38

Scientia est in animi notionibus atque rationibus. Acad. q. edit. 2. lib. 1. 23

Scientia remota ab iustitia, calliditas potius, quam sapientia est appellanda. Offic. 1. 91

Scientia, comprehensio rerum, stabilis atque immutabilis. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 24

Scientia, principium philosophiæ. de Nat. d. 1. 1

Quum hæc omnia audirentur ab iis quibus non scientia esset tradenda, sed exigui temporis aut falsa, aut certè obscura opinio. de Orat. 92. b

Tua scientia excellens & singularis. epist. 48. b

Scientia auguratus. de Diu. 87. b

Sanctitas autem est scientia colendorum deorum. 1. de Nat. deor. 160. a

Dialecticorum scientia. Orat. 207. b

Scientia disciplinarum, philosophia est, tractatio, oratoris. 1. de Orat. 28

Quæ scientia iuris augurandi? Cat. 11

Iuris civilis scientia. 1. de Leg. 26. a. Contrariū, Ignoratio iuris. Certa scientia maleficii, non suspicio. ad Heren. 36. b

Futurorum malorum ignoratio vtilior est, quam scientia. 2. de Diuin. 35. a

Scientia philosophandi. Offic. lib. 1. 3

Regionum terrestrium aut maritimarum scientia. 1. de Oratore, 31. a

Aut ipsa cognitio rei, scientiæque perquiritur, 3. de Or. 62. a

Rei militaris scientia. pro leg. Manil. 19. a

Sic fit ut modestia hæc, quæ ita interpretatur, ut dixi, scientia sit opportunitatis idoneorum ad agendum temporum. 1. Offic. 199. a

Scientia diuinarum humanarumque rerum. de Fini. lib. 2. 33

Prudentia est, rerum expetendarum, fugiendarumque scientia. 1. Offic. 214. a

Rerum maiorum scientia. de Orat. 89. b

Seruii Sulpitii in legibus interpretandis scientia. in Ant. 223. b

Scientia tibicinis. de Nat. d. 2. 17

Scientia veritatis futuræ. Diuin. lib. 1. 89

Tātus est igitur innatus in nobis cognitionis amor & scientiæ, ut nemo dubitare possit, & c. 5. de Finib. 87. a

Scientiæ nemo compos, iuxta Zenonem, nisi sapiens. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 134

Omnes enim trahimur & ducimur ad cognitionis & scientiæ cupiditatem. 1. Offic. 28. a

Omnis cogitatio, & c. aut in studiis scientiæ cognitionisque versabitur. Offic. 5. b

Hominibus nihil est iucundius suauitate scientiæ. 3. de Oratore, 32. a

Si dii futura significant, aliquas vias dant nobis ad significationis scientiam. de Diu. 98. b

Res quæ mēdacio nixa sit, quæ ad scientiam non sæpe perueniat. de Orat. 111. b

Ad rerum igitur scientiam vitæque constantiam aptissima quum sit mens hominis, amplectitur maximè cognitionem. 4. Acad. q. 31

Consequi omnium magnarum rerum atque artium scientiam. 1. de Orat. 11. a

Pertractandorum animorum scientiam, si quis volet magnam quædam artem dicere, non repugnabo. de Or. 111. b

Scientiam rerum futurarum esse inutilem. Diuin. lib. 2. 16

Chaldæi diuturna obseruatione syderum scientiam putantur effecisse, ut, & c. 1. de Diuin. 4. a

Vt magno argumento esse debeat causam, id est principium philosophiæ, esse scientiam. de Nat. 2. b

In prouidendis rebus esse augurandi scientiam. de Diu. 123. b

Miror in homine Romano esse tantam scientiam. de Natura deor. 19. b

Cuius scientiam de omnibus constat fuisse, eius ignorantia de aliquo, purgatio debet videri. pro Syll. 29. a

Quo me teste cōuincas: an chirographo, in quo habes scientiam quæstuosam? 2. Phil. 35. a

Si dii ea nobis obiciunt, quorū neque scientiam, neque explanatorem habeamus, tanquam si Pœni, & c. 2. de Diuinatione, 196. a

Habere scientiam magnarum artium. Mario, lib. 7. 3. 13. a

Scientiam nominauit Zeno id, quod sensu ita est comprehensum, ut conuelli ratione non possit. Academ. quæst. edit. 2. lib. 1. 29

Nec quisquam rex Persarum potest esse, qui non antè Magorum disciplinam, scientiamque perceperit. 1. de Diuinatione, 150. a

Ars quæ faciendorum verborum scientiam profiteatur. de Orat. lib. 2. 20. a

Scientiam intelligentiamque nostram in deorum numero refert Democritus. de Nat. d. 1. 22

Scientiam loquendi mihi reseruaui, vsum populo concessi. Orat. 91. b

Herillus sensit nihil esse bonum præter scientiam. de Finibus, 129. b

Musæ scribendi, legendi, cæterarum artium scientiam somniantibus non dabunt. 2. de Diu. 184. a

Certam sumere scientiam. ad Heren. lib. 4. 215. a

Qui in alienis morbis profitentur tenere se medicinæ scientiam, ipsi se curare non possunt. Seruius Ciceroni, libro 4. 5. 17. a

Auguratus tentare scientiam. 1. de Diu. 60. a

Comprehendere aliquid scientia. Domitio, lib. 6. 22. 6. a

Res ab opinionis arbitrio seiunctæ, scientiæque comprehensæ. de Orat. 94. b

Oratoris omnis actio opinionibus, non scientia continetur. de Orat. 111. b

Promere aliquid ex aliqua obscuriore scientia. de Ora. 90. b

Omnes artes in aliqua scientia versantur. de Finib. 138. b

Artem sine scientia esse non posse. Acad. q. 36. b

Scienter.

Iis, quibuscum congregamur, uti moderatè & scienter. Offic. lib. 2. 25. a

Iis, quæ habeas, modicè & scienter uti. de Orat. 96. b

Scienter ac peritè dicere. de Orat. 109. b

Quæ quidem omnia quum peritè & scienter, tum ita breuiter & pressè & satis ornatè, & pereleganter diceret. de clar. Orat. 101. a

Scienter interpretari aliquid. de Diuin. 99. b

Non satis scienter virum bonum notauit. Diu. lib. 1. 29

Vt enim ex neruorum sono in fidibus quam scienter it pulsi sint, intelligi solet: & c. de Claris, a

Scienter versari in aliqua re. de Orat. 214. b

Nam neminè in eo genere scientius versatum Isocrate confitendum est. in Orat. 101. a

Hetruria autem cælo tacta scientissimè animaduertit, & c. 1. de Diuin. 151. a

Perge porro: sequentur enim quæ tu scientissimè complexus es. 4. de Finib. 36. a

Scitus.

Scito sermone & Attico loqui. de Nat. d. 19. b

Scitum est enim causam cōferre in tempus, quum, & c. 3. de Oratore, 126. a

Scitum est enim quod Carneades noster dicere solebat, Clitomachus, & c. in Orat. a

Vetus autem illud Catonis admodum scitum est, qui mirari se aiebat, & c. 2. de Diuin. 72. a

Ego autem siquid est quod mihi scitum esse videatur, & homine ingenuo dignum atque docto, non aspernor. pro Plancio, 29. a

Scitè.

Scitè & literatè perscriptæ literæ. in Pis. 48. a

Rationes perscriptæ scitè & literatè. in Pis. 92. de Leg. 163. b

Satis scitè hoc quidem. Att. 250. b

Satis scitè & commodè tempus ad te cœpit adeundi. ad Brutum, lib. 11. 16. 3. a

Scitè dicere aliquid. Att. 235. b

Etiam quod penè præteriti, capella quædā: ea quidem mirè,

ut etiam nos, qui rudes harum rerum sumus, intelligere possumus, scitè facta & venuste. 4. Verr. 60. a

Scisco.

Populus quæ iure sciuit. 1. Phil. 19. a

Plancus primus legem sciuit de publicanis. pro Planc. 29. a

Durius etiam Athenienses qui sciuerunt ut Eginetis qui clausè valebant, pollices præciderentur. Offic. 3. 60. a

Quum sciscitur suffragia populi, libera sunt. 3. de Legibus, 10

Quæ scisceret plebs, aut quæ populus iuberet sumnota cōtione, distributis partibus, & c. pro Flac. 12. a

Vt si Gaditani sciuerint nominatim de aliquo ciue Romano, ut sit ciuis Gaditanus. pro Corn. 60. b

Simul ostendit etiam se sciscere legem, quam esse legem neget. de prouinc. Conf. 29. a. & pro Planc. 29

Hanc cognitionem se Sedulus negat sciuisse. pro Domo sua, 229. b

Quid quod multa perniciosè, multa pestiferè sciscuntur in populis, quæ, & c. 2. de Leg. 21. a

Scitor.

Sentiebam non te id scitari, qualem, & c. sed quærere, & c. Orat. 201. b

Sciscitor.

Ab vtraque autem sciscitor, cur, & c. de Nat. d. b

Cunus sciscitantur sententiam. de Orat. 93. b

Epicuri ex Velleio sciscitabar sententiam. 1. de Nat. 26. a

De Domitio ut facis, sciscitare vbi sit. Att. 151. b

Quod quidem ego Brute ex tuis literis sentiebam, non te id sciscitari, qualè ego in inueniendo & in collocando summum esse oratorem vellem: & c. in Orat. 29. a

Sciscitari de victoria. Diuin. lib. 1. 67

Scitum.

De hoc igitur Cresiphon scitum fecit, nullis ab ipso rationibus relatis, ut corona aurea donaretur. de Opt. genere Orat. 151. a

Quæ lex esset Athenis, ne quis populi scitū faceret, ut quicumque corona donaretur, & c. de Opt. gen. Orat. 51. a

Potuit magis fundus populus Gaditanus fieri, & c. si tum sit fundus, quum scita ac iussa nostra sua sententia comprobata, quam quum hospitium fecit: pro Corn. Balb. 33. a

Si tuus scriptor vacuo animo tibi ista non scita, sed portenta conscriberet. pro Domo, 239. b

Scipio.

Scipio fœdè periit. 9. fam. 44

Scipio, Norbanus, c. o s. pro Quint. 12

Scipio & Figulus, quod augures iudicassent eos vitio creatos esse, magistratu se abdicauerunt. Diu. lib. 2. 58

Scipio maior Africanus anno ante Catonem cœforem mortuus est, nouem annis post eius consulatum, quum consul iterum Catone consule creatus esset. Cat. 17

Scipio per paucis ante mortem diebus, triduum differuit de Repub. Læli. 13

Scipio optimam Reipub. rationem docuit libris sex Ciceronis de Repub. 1. de Leg. 15

Scipio P. Rutilium consulem fecit. Lælius, 63

Scipio tuus legis Cassiæ culpam sustinet, quo auctore lata esse dicitur. 3. de Leg. 33

L. Scipio fluctibus Reip. expulsus. pro Sest. 4

L. Scipionis statua in Capitolio chlamydata & crepidata. pro Rab. Posth. 16

P. Scipio Pont. maximus Tib. Gracchum priuatus interfecit. in Catil. 1

P. Scipio vir optimus à Senatu iudicatus. de Arusp. 24

P. Scipio superior, Panætii præceptis non est factus asperior. pro Mur. 60

P. Scipio, Q. Metelli Censorii pronepos. pro Domo, 94

P. Scipio ad interitum Carthagini natus. de Arusp. 5. Vnus Carthaginem Numantiæque deleuit. pro leg. Manil. 41

P. Scipio Pergami mortuus. pro Flac. 59

Q. Scipio Pontif. de Arusp. resp. 10

Scipio Africanus superior non infans fuit. Brut. 38. Eius filius aduersa valetudine vsus, Græcam historiam scripsit. Ibidem.

Scipio Africanus, filium habuit illum qui minorem Scipionem à Paulo adoptauit: & c. in Bruto, a
Scipio & Lælius ad Caietam & Laurentum conchas legere solebant. 2. de Orat. 13
Scipio, is qui Gracchum interfecit, vehemens & acer in dicendo. Brut. 55
Scipio, M. Bruti collega, L. Craffi nepos, Q. Metelli, P. Scipionis & Q. Scæuolæ pronepos, P. Scipionis Corculi & C. Lælii abnepos. Brut. 111
Scipio minor à Scipionis superioris filio adoptatus. Bru. 38
Scipionis Naficæ, P. M. L. Craffi generi proauit sapientia. 3. de Oratore, 73
Scipionis horti. de Nat. d. 2. 8
P. Scipione, C. Figulo c o s s. res ipsa probauit disciplinam augurum & aruspicum. de Nat. d. 2. 8
Scipiones duo iter Pœnis corporibus suis obstruxerunt. Cato, 68
C. & P. Scipiones Carthaginensium aduentum corporibus suis intercludendum putauerunt. Parad. 13
Scipiones duo, imperii Rom. fulmina. pro Corn. Balbo, 26
Scipionum Africanorum laus. in Cat. 92
Scipiones duos fortissimos & optimos viros in Hispania Pœnus oppressit. 3. de Nat. d. 59
Scipiones vno bello pro patria cadentes Hispania vidit. Tusc. q. lib. 1. 74
Sciscitor, Scisco, Scitor, Scitum, vide Scio.
Scola.
Pecuniam sumpsit mutuam à Sex. Scola iudice hoc nostro primario viro. pro Flac. 36
Scopa, siue Scopæ, arum.
Vt eam factam à scopa diceret. Diu. lib. 1. 25
Esti humilium dictum est, tamen simile est, scopas (vt ita dicam) mihi videntur dissoluere. Ora. 139
L. Cæfarem vidi Minturnis ad v i i. Caléd. Feb. mane cum absurdissimis mandatis, non hominem, sed scopas solutas: vt id ipsum mihi ille videatur irridendi causa fecisse, & c. ad Att. lib. 7. 46
Scopas.
Dicunt enim, quum cœnaret Cranone in Thessalia Simondes apud Scopam fortunatum hominem, & nobilem, cecinissetque id carmen quod in eum scripsisset, & c. 2. de Orat. 191
Scopus.
hoc est enim huic nostro nihil præbere. ad Atticum, lib. 15. 49
Hodie potest: sed neutri hoc est ille, vt nos beati simus, vterque regnare vult. ad Att. lib. 8. 27
Scopulus.
Scopulus libidinis. 2. de Orat. 84
Syrtim patrimonii, scopulum libentius dixerim. 3. de Oratore, 89
Vbi scopulum offendis eiusmodi, vt non modò ab hoc crimen resiliere videas, verum omnem suspicionem in vosmetipsos recidere intelligas pro Rosc. Amer. 48. a
Nec tuas vnquam rationes ad eos scopulos appulisses, ad quos Sex. Titii afflictam nauem, & in quibus C. Deciani naufragium fortunaru videres. pro Rab. perd. reo, 19. a
Quum neque Musarum scopulos quisquam superaret. de Claris, 170. b
Scopulosus.
Oratores autem in inferum hoc Tuscū & Barbarum, scopulosum atque infestum laborentur, in quo etiam ipse Vlyses errasset. 3. de Orat. 40. a
Intelligo quam scopuloso, difficilique loco verser. 1. Verrin. 20. a
Scorpio, & Scorpius.
Scorpius infesta præportans flebile acumen. in Arat. b
Vt sese emergens ostendit scorpius altè. de Nat. d. 48. b
Scortum.
Primò vulgare scortum, certa flagitii merces. in Ant. 169. b
Mihi erat res cum scurrarum locupletū scorto. pro Sest. 11. b
Clodius semper secum scorta, semper exoletos, semper lupas ducebat. pro Mil. 11. b

Quòd si in vino & alea comestiones solùm & scorta querent, essent illi quidem desperandi, sed tamen essent ferendi. 2. in Cat. 32. a
Quis vnquam nepos tam liberè est cum scortis, quàm hic cum sororibus volutatus: de Arusp. 258. b
Scortator.
O bellum magnopere pertimescendum, quum hanc sit habiturus Catilina scortatorum cohortem Prætoriam. 2. in Catil. 43. a
Scribo.
Scribo hæc ex opinione hominum & fama. 12. fam. 8
Scribis mihi. ad Brut. 51. in epist. Bruti. pro. ad me.
Scripsi hæc, seu dictaui. 14. ad Att. 48
Scripsi hæc ad te, apposita secunda mensa. 14. ad Att. 8
Liber què de rebus rusticis scripsi, inquit Cato. de Sene. 88. b
Scripsi etiam versibus tres libros de temporibus meis. epist. lib. 1. 9. 97. a
Scripsi tres libros in disputatione & dialogo. epist. 16. b
Hæc eò pluribus scripsi, quòd non nihil significabant tuæ literæ subdubitare qua esset erga illum voluntate. ad Cælium, lib. 2. 12. 6. a
Sed proximè scripsi de optimo genere dicendi, in quo, & c. Cornif. lib. 12. 17. 3. a
Ad ea quæ scripsisti, commodius possem de singulis ad te rebus scribere, si M. Tullius scriba meus adesset. epist. 74. b
Furius defensionem suæ causæ scripsit. in Verr. 258. b
Nam ad me P. Valerius homo officiosus scripsit, & c. quem admodum à Vesta ad tabulam Valeriam ducta esses. ad Terentiam, lib. 14. 2. 4. a
Scripsit peritè & diligenter. 3. de Leg. 4
Scripserunt de se multi & clari viri. 5. fam. 35
Scripseram sià σκηλεύω. 13. ad Att. 43
Pridie scripseram eas literas, quas, & c. Att. 518. b
Scripseram iam: delere nolui. 15. ad Att. 11
Scripsere alii rem versibus, & luculentè quidem scripserunt. de Claris, 171. b
Scribam ad omnia. 15. ad Attic. 46
Scribes ei salutem, aut nuntiabis. 12. ad Att. 1
In eius sermone ego vtrunque soleo admirari, & te de suburbano emendo quum ad illum scribas, non modò ad me non scribere, sed etiam aliam in sententiam de suburbano scribere: & c. ad Q. frat. lib. 3. 17. 28. a
Scribas ad me velim, vel potius scriptites. 7. ad Att. 41
Sin nihil erit, scribas id ipsum. 11. ad Att. 51
Scribo quod in buccam venerit, si rem nullam habebis. 1. ad Attic. 13
Nulla res erat de qua scriberem. Att. 95. b
Scripsissem hæc infima, quæ sunt mea manu. 3. ad Q. frat. 13
Quum scripsisset eisdem de rebus ad L. Censorinum eum, qui Consul cum M. Manilio fuit. 4. Acad. 184. a
Quum literam scripsisset nullam. pro Arch. 289. b
Quòd rogas vt mea tibi scripta mittam, quæ post discessum tuum scripserim, sunt orationes quædam, & c. epist. 16. b
Eius porrò ciuitatis sapientissimum Solonem dicunt fuisse eum, qui leges, quibus hodie quoque vtuntur, scripserit. pro Rosc. Amer. 42. a
Ad te scribere instituissem, calamumque sumpsissem. 6. ad Atticum, 46
Plura faciam, quàm scribere audeo. 4. fam. 42
Caput autem quamplurimum scribere, stylus optimus dicendi magister. de Orat. 97. b
Scribere coloniam aut deletum ciuium. pro Milo. 18
Scribere de se, quale sit. 5. fam. 34
Di cam alicui scribere. 4. Verr. 25
Scribere sià σχολῆς. 2. ad Att. 18
Scribere hæredes. Offic. 3. 96
Instituere ciuitates, scribere leges de Orat. 92. b
Scribere lineam. Tusc. q. 250. b
Orationes scribere. de claris Oratorib. 23. a. & Tusc. quæst. lib. 4. 44
Scribere supplementum legionibus. 3. fam. 5
Asperius de aliquo scribere vel loqui. Att. 151. b
Scribere libet vt quicque succurrit. 14. ad Attic. 1

Scribere distinctè, distributè, eleganter, ornatè. Tusc. quæst. lib. 2. 5
Scribere σπουδαιωτέρως. 2. ad Q. frat. 36
Quæ facilius perspicere potui, quàm scribere. 6. fam. 47
Quæ filium ad me acerbissimè scripsisse, iam antè ad te scripsi. 11. ad Att. 36
His de causis credo Scaptiū iniquius de me aliquid ad Brutum scripsisse. Att. 85. b
Gratissimæ mihi tuæ literæ fuerunt, quas ex Furnii sermone te scripsisse animaduerti. Plancus ad Cic. lib. 10. 4. 1. a
Eadem hæc auis scribitur còchis se folere complere. de Natura deo. 51. b
Neque cum literis, quibus scita scribuntur, aut oritur, aut occidit: id est, lex naturæ. de Leg. 17. b
De qua muliere versus plurimi supra Tribunal & supra Prætoris caput scribebantur. 5. Verr. 65. a
Censebant enim omnes ferè vt in Italia supplementū meis & Bibuli legionibus scriberetur. ad Appium, lib. 3. 3. 2. a
Qui autem alia malunt scribi à nobis. lib. 1. de Finib. 9
Tantum abest, vt contra nos scribi nolimus, vt id etiam maxime optemus. Tusc. q. lib. 2. 3
Scribendi consuetudo quanta còmoda adferat. 1. de Orat. 73
Scribendi intercapedinem facere. 16. famil. 26. ex epist. Ciceronis filii.
Homo ad scribendi licentiam liber magis, quàm facetus. de Nat. deo. 1. 86
Scribendi ordo. lib. 1. de Fin. 5
Ad scribendum poni. 9. famil. 33
A scribendo retardare. 5. famil. 47
Quum omnes iidem scribendo adessent. de Arusp. respons. 246. b
Caput, & c. ne quis pedibus iret, ne scribendo adesset. Post red. in Senat. 6. 3. de Orat. 4
Quòd scribendo affuisti. epist. 248. b
In scribendo peccare mihi apud te licet. 13. fam. 34
Scriptum est.
Responsum Aruspicum in quo cum aliis multis scriptum etiam illud est, loca sacra, & c. de Aru. 245. b
Scriptum est item, cum Critonis sui familiaris oculum alligatum vidisset, & c. 1. de Diu. 199. a
Scriptum est in eisdem literis εὐχρηστικῶν. in Ver. 266. b
Scriptum est item Socratem, & c. de Diu. 105. b
Legimus, erat scriptum ipsius manu. 3. in Catil. 55. a
Tabellæ quibus id scriptum sit quo decipiare. de Orat. 99. b
De eisdem, de quibus & ab alio scriptum sit, & ab antiquis, ad arbitrium suum scribere. lib. 1. de Finib. 5
Scriptum non esse ambiguè, quum intelligatur, vtra sententia vera sit. 2. ad Heren. 49
Legi scriptum esse, auem quandam, & c. de Nat. 50. b
Hoc in Originibus scriptum reliquit Cato. de Clar. 171. b
Nonne vt C. Gracchus filius eius scriptum reliquit, duobus anguibus domi comprehensis aruspices conuocauit. 1. de Diuin. 66. a
Multi Græci de valuarum harum pulchritudine scriptum reliquerunt. in Verr. 229. b
Cuius, vt scriptum video, princeps Xenophanes, & c. 4. Acad. quæst. 233. a
Scriptus.
Cyrus ille à Xenophontè nò ad historiæ fidem scriptus, sed ad effigiem iusti imperii. ad Q. frat. lib. 1. 1. 33. a
Scriptus hæres digitorum percussione. Offic. 3. 99
Nec si regnante Sexto Tarquinio nulla erat Romæ scripta lex de stupris, idcirco, & c. 2. de Leg. 17. a
Num etiam hanc legem populus Romanus accepit: quid promulgata fuit: quid: nonne antè lata, quàm scripta? 5. Philip. 168. a
Scripti iuris species. Part. 71
Obsignaram iam epistolam meam, quæputo te modò perlegisse scriptam mea manu. ad Att. lib. 5. 107. 1. a
Incidere in inculta quædam & horrida de malis Græcis Latinè scripta deterius. 1. de Fin. 13. a
De hac re in vtranque partem & dicta sunt, & scripta multa. 4. Acad. q. 193. a

Scriptum.

Ex scripti interpretatione controuersia. 1. de Orat. 68
Craffus multa, contra scriptum, pro bono & æquo dixit. de Claris, 177. b
A scripto dicere. 2. de Inuent. 227
A scripto dicentibus quid agendum. 2. ad Heren. 45
Oratio quæ propter eius magnitudinè dicta de scripto est. pro Planc. 61
s. c. ita perscriptum, vt à me de scripto dicta sententia est. 10. famil. 28
De scripto legis recitare aliquid. contra Rul. 75. b
Ex scripto & sententia, controuersia quomodo tractanda. 2. de Inuent. 212
In scripto crebrior. 1. ad Attic. 60
In scripto quæ controuersiam faciant. Top. 51
In legendo scripto. epist. 68. b
Scripto meo laudauit. 3. ad Q. fra. 35
Pro scripto, vel contra, loci communes. Part. 73
Quæ commentatus sis, ea, sine scripto, verbis iisdem reddere. Orat. 116. b
Scripta multa sunt à nobis, sic vt plura nemini è nostris: & scribentur fortasse plura, si vita suppetet. lib. 1. de Fin. 9
Scripta polita. de Fin. lib. 5. 12
Scriptorum subtilitas atque elegantia. epist. 48. b
Deinde ipsis scriptis non ea, quæ nunc, sed actiones nostras mandaremus. Offic. 2. 4
Scripta dari foras. 13. ad Attic. 27
In scripta alicuius peruenire. 5. fam. 33
Quòd rogas vt mea tibi scripta mittam, quæ post discessum tuum scripserim. epist. 16. b
Artis alicuius scripta ac monumenta volutare. de Diuinatione, 84. b
Maximè verò omnium flagrasse amore Rhegynum Ibicum apparet ex scriptis. epist. 225. b
Ardeo cupiditate incredibili, nomen vt nostrum scriptis illustretur & celebretur tuis. epist. 67. b
Id quod à Platone in scriptis relictum esse dicunt. de Oratore, 216. b
Scriptito.
Et hæc, & siquid aliud, ad me scribas, vel potius scriptites. ad Att. lib. 7. 131. 6. a
Neque ea quisquam, nisi diu, multumque scriptitarit, etiam si, & c. 1. de Orat. 73. a
Sed ne te quidem Antoni multum scriptitasse arbitror. de Orat. 117. b. Att. 110. de Claris, 189. b
Scriptio.
Scriptio & literæ me non leniunt, sed obturbant. 12. ad Atticum, 18
Nulla res tam ad dicendum proficit, quàm scriptio. Brutus, 47
Genus hoc scriptionis, nondum est satis Latinis literis illustratum. de Claris, 188. b
Controuersia ex scriptionis genere nata. de Inu. 43. b
Illud autem est huius institutæ scriptionis ac temporis. de Orat. 109. b
Crebrò refricat lippitudo, non illa quidem perodiosa, sed tamen quæ impediatur scriptionem meam. 10. ad Att. 53
Oratiunculam pro Deiotaro tibi misi, quam velim sic legas, vt causam tenuem & in opem, nec scriptione magnopere dignam. 9. fam. 21
Ex scriptione quæ in literis est. de Inu. 55. b
A Bruto impulsus sumus ad philosophicas scriptiones. Tusc. q. lib. 251. b
Quàm multas nobis imagines, verumetiam ad imitandum fortissimorum virorum expressas scriptiones & Græci & Latini reliquerunt, quas, & c. pro Archia poeta, a
Scriba.
Ad ea quæ scripsisti, commodius equidem possem de singulis ad te rebus scribere, si M. Tullius scriba meus adesset, à quo mihi exploratum est. 5. fam. 54
Scriba qui rationes ad ærarium retulit, & c. in Pis. 92. b
Gratiosi scribæ sint in dando & cedendo loco. de claris Oratorib. 192. b

Tibi familiari meo prius etiam edituri fuerunt iudicium scribæ mei, si voluisses, quàm in codicem referrent. pro Sylla, 175. b
Secum duos frugalissimos homines scribas habere. 5. Ver- rin. 157. a
Deinde ornatu, apparitorib⁹, scribis, librariis, præconibus, &c. contra Rull. 72. b
De scribis & ordine eorum multa. in Verr. 89. b

Scriptor.

Si tuus ille scriptor, vacuo animo, tibi ista non scita, sed por- tenta conscriberet. pro Domo, 239. b
Scriptor luculentus. 7. ad Attic. 53
Ut qui tulit legum scriptor peritus, velitis, iubeatis, vt, &c. pro Domo, 222. b
Solon legum scriptor solus ex septem. ad Brutum, 15. 4. a
Scriptor subtilis atque elegans. de Clar. 17
Vetustissimus ille scriptor & politissimus Lysias. Orat. 15
Licinius Attilius, ferreus scriptor appellatur. 1. de Fin. 4
Neminem scriptorem artis, ne mediocriter quidem doctum fuisse. de Orat. 92. b
Hoc tu scriptore, hoc consiliario, &c. pro Domo, 222. b
Neque precibus vnquam, nec insidiando, nec speculando as- sequi potui, vt, &c. ex eius scriptore & lectore Diphilo su- spicari liceret. 1. de Orat. 67. a
Scriptores & nuntii domesticarum rerum tuarum. 2. fam. 5
Omnium bonarum artium scriptores ac doctores & legen- di & peruolandi. 1. de Orat. 76. a
Quàm multos scriptores rerum suarum Magnus ille Ale- xander secum habuisse dicitur. pro Archia, 18. a
Profecto illam consecrabo omni genere monimètorum ab omnium ingenis scriptorum & Græcorum & Latinorum. 12. ad Att. 19
Scriptorum Græcorum arrogantia. 1. ad Her. 1
A scriptoribus legum sapientissimis non sunt hæc neglecta. 2. de Leg. 58

Scriptura.

Scriptura contraria. Top. 219. b
Si subitam orationem commetatio vincit, hanc ipsam pro- fecto assidua & diligens scriptura superabit. de Ora. 97. b
Genus autem hoc scripturæ non modò liberum, sed incita- tum atque latum esse debere quis ignorat? 6. fam. 27. in e- pistola A. Cecinnæ.
Quum mendum scripturæ litura tollitur. 6. fam. 26. in epis- tola A. Cecinnæ.
Sequi sententiam legis, sequi scripturam. de Inuen. 8. b
Si principio vti nolemus, à lege, à scriptura, aut ab aliquo fir- missimo nostræ causæ adiumento principium capere o- portebit. 1. ad Her. 6. a
Ex scriptura aliquid ad suam causam cõuertere. de Inu. 8. b
C. Furnio Legato, viro forti atque strenuo, plura etiam ver- bõ, quàm scriptura mandata dedimus. 10. fam. 17
Quum verò ea quæ scriptura persecutus es, sine summo a- more cogitare non potueris. 15. fam. 52

Scriptura, ratio, mancipium.

Mirandū verò est, homines eos, quibus odio sunt nostræ se- cures, nomen acerbitati: scriptura, decumæ, portorium, morti: libenter arripere facultatem lædendi. pro Flac. 14. a
Magister scripturæ & portus quidam Lucius Carpinatius. ad Attic. a
Mist in Siciliam literas ad Carpinatium, quum esset magi- ster scripturæ & sex Publicanorum. 5. in Verr. 142
Tu autem sæpe dare literas tabellariis Publicanorum per magistrum scripturæ, & portus, & nostrarum diocessum. Attic. 76. b
Præterea cum sociis scripturæ mihi summa necessitudo est. 13. fam. 38

Nam quum hostium copiæ non longè absint, etiamsi irru- pto nulla facta sit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deseritur, mercatorum nauigatio cõquiescit. Itaque ne- que ex portu, neque ex decumis, neque ex scriptura ve- tigi- gal cõseruari potest. In Ver. a. 3. & pro Pomp. b. Videtur hic scriptura sumi pro eo ve- ticali, quod è publicis pa- scuis aut pecoribus percipitur.

P. Terentius meus necessarius, magnas operas in portu & scriptura Asia pro magistro dedit. 11. ad Att. 12
Cum P. Terentio Hispone, qui operas in scriptura pro ma- gistro dat, mihi summa familiaritas consuetudoque est. 13. famil. 87
In scriptura Sicilia pro magistro est quidam L. Carpinatius. 4. Verr. 122
Portum autem & scripturas eadem societas habebat. a

Scrupi.

Pila bene, & duodecim scrupis ludere. 1. de Orat. 109. a. Scru- pi, testera lapidez.

Scrupulus.

Scrupulus odiosus. 10. ad Att. 46
Hic tum iniectus est hominibus scrupulus & quædam du- bitatio, quidnam esset actum. pro Clu. 60. a
Nūmi potius reddantur, quàm vllus sit scrupulus. 2. ad At- tic. 14. Id est molestia.
Sin scrupulus tenuissimus residere aliquis videbitur, non modò, &c. de Arusp. 145. b
Etiam illud iam cognitum est, neque argenti scrupulum ef- se vllam in illa insula, neque vllam spem prædæ, nisi ex mancipiis. ad Att. lib. 4. 86. 4. a
Scrupulum inquam abeunt. de Fin. 114. b
Hunc sibi ex animo scrupulum qui se dies noctesque stimu- lat ac pungit, vt euellatis postulat. pro Rosc. Amer. 4. a
Deinde exhauri mea mandata: exime quæso quoad potes, de illo domestico scrupulum, quem non ignoras. ad Att. lib. 5. 106. 4. a
At domesticarum quidem sollicitudinum aculeos omnes & scrupulos occultabo. ad Att. lib. 1. 13. a

Scrupulosus.

E quibus tãquam è scrupulosis cotibus enauigauit oratio. Tusc. 216. b

Scrutor.

Venio ad augures, quorum libros, si qui sunt reconditi, non scrutor. pro Dom. 221. b
Non excutio te siquid fortè ferri habuisti: non scrutor, nihil ad me arbitror pertinere. pro Rosc. Amer. 59. a
Qui inferiores scrutantur & reconditas literas. de Natura deor. 67. b
Qui locis omnibus dispositi scrutantur tabellarios. epi. 163. b
Imò verò scrutabimur & quæremus. Part. 230. b
Quum omnium domos furacissimè scrutarere. in Verr. 31. b
Desinamus ea scrutari quæ sunt inania, quæramus vbi ma- leficium est. pro Sex. Rosc. 32. b
Scrutari locos ex quibus argumenta eruuntur. de Ora. 12. b
Scrutari plagas cæli. de Diuin. 114. b
Neque enim mihi sanè placet, præsertim quum ii mores tantum iam ad nimiam lenitatem & ambitionem incu- buerint, scrutari te omnes sordes, excutere vnumquèque eorum. ad Q. frat. lib. 1. 1. 16. a
Scrutari vetera. Tusc. q. lib. 1. 24
Scrutatus sum quæ potui, & quæsiui omnia. in Verr. 145. b
L. Crassus spiculis propè scrutatus est Alpes. in Pis. 93. b

Sculptus.

Non enim est è saxo sculptus aut è robore dolatus. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 92. pro homine qui nullis affectibus aut rebus visis mouetur. Quidam codices habent sculptus.

Scurra.

Facetus scurra. pro Quint. 2. b
Scurra, exhausto pudore, quæ se putarit nihil habere, quod de existimatione perderet. ad Her. 27. b
Quoniam frequentissimè vsus est iocis, & nocentissimos sæ- pe hoc dicendi genere tutatus est, scurra ab inimicis suis est dictus. pro Quint. 32. a
Cognouimus Cn. Carbonem & eius fratrem scurram. 9. e- pistol. 50
Dupliciter deletatus sum tuis literis, &c. me autem à te, vt scurram velitem malis oneratum esse, non molestè tuli. ad Papirium, lib. 9. 20. 1. a
Albam habeo iudicem, eum hominem, qui se ipse scurram improbissimum existimari vult, qui à scurris potius sem- per gladiator, quàm scurra appellatus sit. 5. Verr. 124. a

Scurram Atticum fuisse dicebat Zeno, Socratem philoso- phiæ parentem. de Nat. d. 1. 66
Raritas dictorum distinguet oratorè à scurra. de Orat. 131. b
Memini, vetus est de scurra, multò facilius diuitem, quàm patrem familiàs fieri posse. pro Quintio, 32

Scurrilis.

In quo nõ modò illud præcipitur, nequid insulset, sed etiam si quid perridiculè possis, vitandum est oratori vtrunque, ne aut scurrilis iocus sit, aut mimicus. 2. de Orat. 132. a

Scutum.

Marianum scutum Cymbrium. de Orat. 133. b
Scutum de aliquo abiicere. 15. ad Att. 48
Nam scutum, gladium, galeam in onere nostri milites non- pus numerant, quàm humeros, lacertos, manus. Tusc. quæst. lib. 2. 32
Abiecto vel reiecto scuto fugere. de Orat. 139. b. & 10. epi. 64
Ignauus miles ac timidus simulac viderit hostè, abiecto scu- to fugiat quantum possit. 2. Tusc. q. 32. a
Et si non solum impulsu scutorum, neque conflictu corpo- rum. pro Cecin. 32. a
Quasi verò quicquam intersit, mures scuta an cribra corro- serint. de Diuin. 110. b
Ne familiares si scuta ipsi ferrent, laborarent. in Ant. 197. b
Cum scutis homines eductis gladiis. 4. ad Att. 14
Qui scutis telisque parati ornatique sunt. pro Cec. 296. b

Scutatus.

Agmine quadrato cum gladiis sequuntur scutati milites, si- cas portari videmus. 2. Philip. 105. a. Id est, qui scuta gerūt vt hastati, qui hastis vtuntur.

Scutum.

Cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo, cum calceolis repandis. 1. de Nat. d. 111. a

Scutella.

Quomodo &c. demus scutellã dulciculæ potionis, aliquid prouideamus & cibi. 3. Tusc. q. 79. a

Scylla.

Nõ enim Charybdim tam infestam, neque Scyllam nautis, quàm istum in eodem freto fuisse arbitror. 7. Verr. 114. a
Quis vnquã poeta fingendo exprimere potuit tam eminen- tibus canib⁹ Scyllã, tamque ieiunis, quibus istum vide- tis, Geliis, Clodiis, rostra ipsa mudentem? de Arusp. 258. b
Scyllæ & Chimææ imagines quæ nunquam omnino fue- runt, neque esse potuerunt. de Nat. d. 1. 76

Scyllæus.

Scyllæum fretum æris alieni. pro Sestio, 13

Scylax.

Scylax Halicarnassæus, familiaris Panætii, excellens in astro- logia, idemque in regenda sua ciuitate princeps. Diu. lib. 2. 70. Totum Chaldaicum prædicendi genus repudia- uit. ibidem.

Scyphus.

Hinc illa Verrea nata sunt, hinc in conuiuium Sextum Co- minium protrahi iussit, in quem scyphum de manu iace- re conatus est. 6. Verr. 20. a
Iubet me scyphos sigillatos ad Prætorè afferre. in Ver. 106. b
Inter scyphos illuseras heri. 7. fam. 39

Scyron.

Scyron omnia meminit Epicuri dogmata. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 97
Scyros, insula. Attic. 74. b

Scytale, les.

Habes σκυτάλιον λαγωνικόν. 10. ad Att. 35. Prouerb. de Scytale, id est, epistola Laconica.

Scythia.

Te quoque à Curtio impediri volo. Etsi, vt opinor, habes Scythia ὄνοσ: vitam miserã, maiusque malum, tandiu time- re, quàm est illud ipsum, quod timetur. 10. ad Att. 45

Scythia.

Scythiæ barbaries. 2. de Nat. d. 63
Quis hoc fecit vlla in Scythia tyrannus: in Pison. 83. b. & de Nat. deo. 43

Scythicus.

Anacharsis Hannoni s. Mihi amictus est Scythicū tegmen,

calciamentum solorū callum, cubile terra, pulpamentum, fames: lacte, caseo, carne vescor. 5. Tusc. q. 66

Scythes.

An Scythes Anacharsis potuit pecuniam pro nihilo ducere, nostrates philosophi facere nõ potuerunt. 5. Tusc. q. 129. a

Se, vide radicem Sui.

Sebusiani.

O nuntium volucrè! administri & satellites Sex. Neuii Ro- ma trans Alpeis in Sebusianos biduo veniūt. O hominem fortunatum, qui eiusmodi nuntios, seu potius pegasos ha- beat. pro Quint. 54

Secedo.

Quare p. c. secedant improbi, secernant se à bonis, vnum in locum congregentur. 1. in Catil. 27. a

Secessio.

Secessionem subscriptorum animaduertere. pro Mur. 46. a
Secessionem tu illam existimauisti Cæsar initio, nõ bellum? pro Ligario, a

Secerno.

Hos ego excipio, & secerno libenter. in Catil. 12. b
Belluæ sensu secernunt pestifera à salutaribus. de Nat. 50. b
Illud tertium genus à præceptis nostris secreuerã. de Or. 140. b
Nec enim secerni à fratre poterit. in Ant. 297. b
Abs te quæro, cur me à cæteris principibus ciuitatis in hoc officio atque in defensionis iure secernas? pro Syll. 167. b
Quod mihi acciderit optatius, si in hac sententia fueris, vt à continētibus tuis scriptis, &c. secernas, hæc quasi fabulam rerum euentorumque nostrorum. ad Luceiū, lib. 5. 12. 20. a
Quippe qui ne reprehensionem quidam vulgi reformidans,
in ipsa curia soleret legere, dum Senatus cogerebatur. 3. de
Finib. 11. a. de Catone.

Senatus sæpius pro dignitate tua appellaretur, si absentibus
Consulibus vnquam, nisi ad rem nouam cogerebatur. Cor-
nificio, lib. 12. 27. 3. a

Si quos s. r. q. r. tuæ fidei commisit. Qu. frat. 195. b

Senatus est continuò cõuocatus, frequensque conuenit pro-
pter famam atque expectationem tuarum literarum. Plan-
co, lib. 10. 12. 7. a

Quodcumque Senatus creuerit, agunto magistratus. lib. 3. de
Legib. 6

Quum creuerit Senatus, populufve iusserit, imperia, potes-
tates, legationes ex vrbe exeunto. 3. de Legib. 9

Senatus quor Prætores creuerit, populufq; iusserit, tot fun-
to. 3. de Legib. 7

Et die nō fuit Senatus, neque postero. Cornificio, li. 12. 25. 1. a

Senatus fuit frequentior, quam putabamus esse posse mense
Decembri sub dies festos. ad Q. fr. lib. 2. 5. 1. a

Senatus è magistratibus esto. 3. de Legib. 10

Senatus si dominus sit publici consilii, quodque is creuerit,
defendant omnes, & si ordines reliqui ordinis principis
consilio Remp. gubernari velint, poterit ex temperatione
iuris, quum potestas in populo, auctoritas in Senatu sit,
teneri ille moderatus, & concors ciuitatis status. 3. de Legi-
bus, 26, & 27

Et die Senatus erat futurus. ad Lentulum, lib. 1. 2. 10. a

Nam ira se res habet, Senatus dominus publici consilii, & c.
3. de Legib. 41. a

Senatus haberi ante Calend. Febr. per legem Puppiam, id quod
scis, non potest. Lentulo, lib. 1. 4. 3. a

Consequuti sunt dies comitiales, per quos Senatus haberi
non poterat. ad Q. fr. lib. 2. 6. 4. a

Sed quum Senatus habitus esset ad Apollinis ad x. i. Calend.
Sext. & referretur de stipendio Cn. Pompeii, & c. Cælius ad
Ciceronem, lib. 8. 4. 10. a

Si Senatus iusserit, ad Etruscos & Aruspices, bella, portenta,
prodigia deferunt. 2. de Legib. 18

Senatus vocatus in curiam. 2. ad Q. fr. 8

Senatus dignitatis patrimonium. 3. de Orat. 2

Senatus verus auctoritas de Bacchanalibus, & consulum
exercitu adhibito quæstio, animaduersioque, declarat se-
ueritatem maiorum in eo genere. 2. de Legib. 36

Intraisset habendi Senatus causa. de Nat. d. 2. 9

Senatus clamore propè concionalis. 2. ad Q. fr. 22

Senatus decreta rata sunt. Ast ni par potestas, maiorve pro-
hibessit. 3. de Legib. 10

Tuum in ipsum discessum Senatus incidisse credo meas li-
teras. a

Senatus vno versiculo, puncto temporis sublata leges Scia,
Apuleia, Liuia. 2. de Legib. 12

Senatus munus & potestas, quæ. in Vatin. 28

Senatus ordo quum frequens est, auctoritatem res habet. 3.
de Legib. 35

Senatus ordo, vitio vacato, cæteris specimè esto. 3. de Leg. 10

Senatus voluntas pro autoritate haberi debet, quum au-
thoritas impeditur metu. 11. famil. 13

Senatus omnes oportere dicto audientes esse. 8. famil. 11. id
epist. Cælii.

Ad Senatū minaces & acerbas literas miserat Cæsar. 16. fa. 13

Cum Diogenes & Carneades ad Senatum in Capitolio sta-
rent. Acad. quæst. 36. b

Monere, ne antè in Senatum accederem, quam rem confe-
cissim. ad Att. lib. 7. 124. 2. a

Hoc autem tempore eum Cæsar in Senatum legit: & c. Va-
lerio, lib. 13. 5. 4. a

Pari felicitate vnà legatus venit Nicomedes, qui neque in
Senatum vlla conditione peruenire potuit, & furti, & pro
focio damnatus est. pro Flac. 33. a

Hic tamen viuit: viuit: imò in Senatum venit publici consi-
lii particeps. 1. in Catil. 1. a

Tenni vsque ad illam ætatem in Senatum venire non po-
tuit. pro Flacco, 33. a

Atque ipse ad te antea scripsisse, te frustra in Senatum, siue
potius in conuentum Senatorum esse venturum. Sulpitio,
lib. 4. 1. 4. a

Senatum in castris habere. ad Octau. 45
 Scaptius inclusum in curia Senatum Salamine obsederat. ad Atticum, 85. b
 Senatumque iam languentem & defessum ad pristinam virtutem consuetudinemque reuocauit. Trebonio, li. 10. 28. 4. a
 Senatum vetare. pro Domo sua, 49
 Senatum in aedem Iouis Statoris vocauit. in Catil. 107. b
 Nam quum Senatum ad x i i i. Calend. Ian. Tribunipl. vocauissent, deque alia re referrent, totam Rempublicam complexus, &c. Trebonio, lib. 10. 28. 3. a
 Nec enim excursione, nec saltu, nec eminus hastis, aut comminus gladiis vteretur, sed consilio, ratione, sententia: quæ nisi essent in senibus, non summum consilium maiores nostri appellarent Senatum. de Senect. 18. a
 Recordare cetera, quam cito Senatum illo die facta sortitione coegerim. Metello, lib. 5. 2. 10. a
 Senatum infrequentem coegisset. 2. ad Q. fr. 26
 Cum in Capitolium nos Senatum conuocassemus. pro Syll. 179. b
 Antonius Senatum, id est orbis terrarum consilium, delere gestit. in Ant. 194. b
 Dimittere Senatum. Epist. 3. b
 Marcellus idem illud de prouinciis vrget: neque adhuc frequentem Senatum efficere potuit. Cælius ad Ciceronem, hb. 8. 5. 7. a
 Quum Senatum dimisso domum reductus ad vesperum est à Patribus Conscriptis. de Amic. 11. a
 Senatu frequenti causam tuam egi. 12. fam. 53
 Extincto enim Senatu, deletisque iudiciis, quid est quod dignum nobis aut in curia aut in foro agere possimus? Officiorum, 3. a
 Sed fecit humaniter Licinius, quod ad me, misso Senatu, vesperi venit: vt, &c. ad Q. fr. lib. 2. 5. 1. a
 Quum haberent inter se controversias de Senatu cooptando, leges à Senatu nostro petierunt. 4. Verr. 84. a
 Eicere aliquem de Senatu. de Senect. 85. b
 Atqui C. Atinius patrum memoria, bona Q. Metelli, qui eum ex Senatu censor reiecerat, aui tui Q. Metelle, &c. pro Domo sua, 94. a
 Potestas in populo, autoritas in Senatu est. de Legib. 190. b
 In Senatu probrum Censores ne relinquunt. 3. de Legib. 7
Senatusconsultum.
 Senatusconsultum frequentissimo theatro, incredibili clamore & plausu comprobatum. Diuin. lib. 1. 55
 Senatusconsultum Iudic. 32. 4. 15. ad Att. 43
 Senatusconsultum surreptum. 10. ad Att. 13
 s. c. vt neve Salaminis, neve qui eis dedisset, fraudi esset. ad Atticum, 83. b
 Senatusconsultum nullum extat, quo reductio regis tibi adempta sit. Epist. 6. b
 Formula Senatusconsulti de D. Bruto. in Ant. 201. & 203. b
 Effugere festinans, Senatusconsultum de supplicatione per discessionem fecit, quum id factum esset antea nunquam. 3. Philipp. 140. a
 Cæsar vult s. c. facere. Att. 151. b
 Senatusconsultum quam honorificentissimum literis meis recitatis faciendum cures. 15. fam. 30
 Ad Apollinis s. c. factum est, ea quæ facta essent ad v i i. Idum Febr. contra Rempublicam esse facta. Q. fr. 308. b
 s. c. factum est de ambitu in Afranii sententiam. ad Quint. frat. 312. b
 Nam illud mihi ipsi celeriter nuntiatum est, vt audiuissem in monumento Marii de tuo reditu magnificentissimum illud Senatusconsultum esse factum. 1. de Diuin. 106. a
 Ita enim s. c. est perscriptum, vt à me de scripto dicta sententia est. Epist. 151. b
 Consul edicit, vt Senatus Senatusconsulto ne obtemperet. in Pison. 83. b
 Senatusconsulta falsa deferebantur. 12. fam. 61
 Senatusconsulta facta in illius sententiam. 9. ad Att. 70
 Senatusconsulta perscripta seruanto. 3. de Legib. 10
 Senatusconsulta hæc ab amicissimis eius, cuius de honore agitur, scribi solere. 15. fam. 28
 Quæ verò s. c. video? Att. 124. b

Ducentis confixum Senatusconsultis, quæ sunt omnia contra illum pro religionibus facta. de Arusp. resp. 7. a
Senecta, Senectus, Senesco, Vide Senex.
 Senense prælium à Liuiio Salinatore confectum. Brut. 36. A. lias, Senonense.
Senex.
 Senex credulus, dissolutus, obliuiosus. Cato, 32
 Imbecillus senex. pro Sest. 7. a
 Nemo est tam senex, qui se annum non putet posse viuere. Cato, 22
 Huic tristi ac decrepito seni responderet Cælius. pro Cæl. 29. a
 Nec enim vnquam sum assensus illi veteri, laudatoque pro uerbo, quod monet maturè fieri senem, si diu velis esse senex. de Senect. 29. a
 Senes, sic enim Lacedæmonii consilium publicum appellant. de Senect. 82. b
 Senes moderati, & nec difficiles, nec inhumani, tolerabilem agunt senectutem. Cat. 7
 Senes sic moriuntur, vt sua sponte, nulla adhibita vi, consumptus ignis extinguitur. Cat. 65
 Senum leuitas, libido iuuentutis. 1. ad Att. 35
 Vt de me aliquid more senum glorior. de Senect. 94. b
 Quæ vis non modò senior est, quam ætas populorum, sed æqualis dei. de Legib. lib. 2. 8
Senecta.
 Tum etiam in senecta hoc reputo miserrimum, sentire eam ætate esse odiosum se alteri. de Senect. 82. b. ex Cæcilio.
Senectus.
 Senectus, est occasus vitæ. in Top. 16. a
 Senectus, peractio ætatis est, tanquam fabulæ. Cat. 78
 Senectus honorata. Cat. 57
 Senectus iners, ignaua, somniculosa. Cat. 32
 Senectus est natura loquacior. Cat. 50
 Nonne modò pueros, modò adolescentes in cursu à tergo insequens, nec opinantes assecuta est senectus? Tusculan. quæst. lib. 1. 78
 Senectus ita honesta est, si seipsa defendit, si ius suum retinet, si nemini mancipata est, si vsque ad vltimum spiritum dominatur in suos. Cat. 33
 Senectus in summa inopia ne sapienti quidem leuis esse potest, nec insipienti etiã in summa copia, non grauis. Cat. 8
 Senectus quatuor ob causas misera videtur. Cat. 14
 Senectus stipata studiis iuuentutis. Cat. 26
 Senectus, vt cetera auferat, affert certè prudētiam, qua nihil homini dulcius. Tusc. q. lib. 1. 78
 Quo in genere in primis est senectus, quam vt adipiscantur, omnes optant, eandem accusant adempti. de Senect. 4. a
 Et ita esse eum vndique aptum, vt nulla vis tãtos queat motus mutationemque moliri, nulla senectus diuturnitate temporum existere, vt hic ornatus vnquam dilapsus occidat. 4. Acad. 215. a
 Senectus me facit amariorem. stomacho omnia. Att. 14. 48
 Habet autem vt in ætatibus autoritatem senectus, sic in exemplis antiquitas. in Orat. 96. a
 Senectus à solitudine pecuniæ, magnitudine vindicatur. de Orat. lib. 1. 132
 Senectutis apex, est autoritas. Cat. 57
 Plena literata senectutis oratio. de Claris Orat. 44. a
 Hoc enim onere (quod mihi tecum commune est) aut iam vrgentis, aut certè aduentantis senectutis, & te & me ipsum leuari volo. de Senect. 2. a
 Senectutis fructus est antepartorum bonorum memoria & copia. Cat. 64
 Senectutis non inertis grato atque honesto munere fungere, & more patrio sedens in folio consulentibus responderem. 1. de Legib. 9
 Senectutis ornamentum, iurisprudētia. 1. de Orat. 98
 Parumne foeda est ipsius senectutis persona? 15. ad Att. 3
 Temeritas est videlicet florentis ætatis, prudētia senectutis. de Senect. 81. b
 Senectuti nihil magis cauendum est, quam ne languori se desidiaque dedat. Offic. 1. 173
 Senectuti otium, bellissimum subsidium est. 1. de Orat. 134

Senectutem quietam agere. 14. ad Att. 23. in epist. Antonii.
 Quumque oratio iam nostra canesceret, haberetque suam quandam maturitatem & quasi senectutem. de Clar. Oratorib. 4. a
 M. Fabius vixit ad summam senectutem. de Clar. Orat. 93. a
 Contra senectutem sic pugnandum est, tanquam contra morbum. Cat. 32
 Homo confectus senectute. 5. de Finib. 55. a
 Populus Atheniensis propè iam desipiens senectute. Epist. lib. 1. 9. 65. a
 Quum esset summa senectute & perdita valetudine. 8. Philipp. 254. a

Senium.

Vt vnum opus totum atque perfectum absolueretur, quod omni morbo, seniove careret. de Vniuers. 197. b
 Lugēt Senatus, mæret Equester ordo, tota ciuitas confecta senio est, squalent municipia, afflictantur colonie. pro Milone, 15. a

Senesco.

Sensim & sine sensu senescit ætas. de Orat. 85. b
 Atque oratorum quidem laus ita ducta ab humili venit ad summum, vt iam quod natura fert, in omnibus ferè rebus senescat. Tusc. q. 176. b
 Senescere dicitur arbor vetula. de Finib. lib. 5. 36

Senescens.

Crescens & senescens luna. 2. de Nat. d. 70
 Senescens ciuitas. 2. ad Q. fr. 35
 Senescens morbi remissio. 7. fam. 47
 Et ea duo tempora, quorum alterum hyemi senescenti adiunctum est, alterum ætati. 2. de Nat. d. 72. a
 Vel mehercule etiam vt laudem eorum iam propè senescerem, quantum possem ab obliuione hominum, atque à silentio vindicarem. 2. de Orat. 5. a
 Arbores simul cum luna senescentes tempesteuè cædi. Diuinat. lib. 2. 25

Senilis.

Declamatio senilis. 1. Tusculan. 12. a
 Senilis statua. 4. Verr. 50. a
 Senilis stultitia quæ deliratio appellari solet. de Senect. 84. b
 Senile corpus. pro Sest. 14. b
 Is autem Tages, vt in libris Hetruscorum, puerili specie dicitur visus, sed senili fuisse prudentia. 2. de Diuin. 75. a
 Te fororis filium Posthumium, adolefcēs grauis, senili iudicio notauit, quum in magno, &c. pro Sest. 97. a
 Nullæne igitur res seniles sunt, quæ, &c. Cat. 14

Seni, Vide Sex.**Senium, Vide Senex.****Sensim, Senfus, Vide Sentio.****Sentina.**

Nisi fortè in ea te castra reieceris, quò omnis sentina Reipublicæ confluxerat. in Sallust. 274. b
 Sin exieris, exhaustur ex vrbe comitum tuorum magna & perniciofa sentina Reipublicæ. in Catil. 99. b
 O fortunatam Rempublicam, si quidem hanc sentinam huius vrbis eiecerit. 2. in Catil. 29. a
 Cum alii per foros cursent, alii sentinam exhauriant. de Senectute, 8. b
 Qua constituta diligēter, & sentinam vrbis exhauriri, & Italia solitudinem frequentari posse arbitrabar. ad Atticum, lib. 1. 14. 6. a
 Hoc enim verbo est vsus, quasi de aliqua sentina, ac non de optimorum ciuium genere loqueretur. de Leg. Agr. 72. a
 Sedebamus enim in puppi, & clauum tenebamus: nunc autem vix est in sentina locus. ad Papirium Pætum, lib. 9. 15. 10. a

Sentio.

Sentio facile. de Nat. deor. 1. 7
 Sed hoc primum sentio, nisi in bonis, amicitiam esse non posse. de Amic. 16. a
 Nec cum iis sentio qui, &c. b
 Sentis pro tua prudentia. 11. ad Att. 9
 Hæc ipsa qui non sentit vim deorum habere, nihil omnino sensurus videtur. de Nat. deor. 37. b

Hoc cum sentit Satorius esse apertum, repugnare contra veritatem non audet. pro Q. Rosc. 25. b
 De diis immortalibus sine villo metu vera sentit. lib. 1. de Finibus, 94. a
 Quod te ad omnia summum atque excellens armavit ingenium, nos sentimus. 6. Epist. 28. Id est, experimur.
 Nam neque cum iis sentimus qui ciuilem scientiam eloquentia non putant indigere. 1. de Inuent. 9. a
 Non enim sentitis, quam multa vobis suscipienda sint, si, &c. de Nat. deor. 1. 67
 Mæ aures & curta sentiunt, nec amant redundantia. Orator, 213. b
 Qui omnia de Republ. præclare atque egregia sentiunt. in Catil. 121. b
 De amicitia omnes ad vnum idem sentiunt. de Amic. 72. a
 Quidam morbo aliquo & sensus stupore suauitatem cibi non sentiunt. in Ant. 182. b
 Hic quod cum ceteris animo sentiebat, id magis quam ceteri vultu promptum habuit & lingua. pro Planc. 266. b
 Multis sensu mirabile videri. de Nat. d. 1. 5
 Quis non fortissimè, quis non constantissimè sensit de communi salute? pro Syll. 62. Id est, suam sententiam ostendit.
 Sentiet quos lacefferit. 12. fam. 47
 De quibus habeo ipse quid sentiam. pro Dom. 214. b
 Fieri enim potest vt rectè quis sentiat, & id quod sentit, potest eloqui non possit. Tusc. q. 149. b
 Nescio cur non animo quoque sentiant. Att. 223. b
 Hactenus mihi videor de amicitia quod sentirem, potuisse dicere. de Amic. 24. a
 Ego illum ne minima quidem re offendi, quod quidem senserim. de Amic. 115. b
 Nam de ceteris rebus quid senserim, quidque censuerim, audisse te arbitror. Att. 284. b
 Fateor insanisse, qui cum illis senserim, tametsi inermis senserim. pro S. Rosc. 42. b
 Senseris aliquid de illo. 1. ad Q. fr. 11
 Animos hominum post mortem sentire & vigere. pro Sest. 13. b
 Aristoteles ait Pæane vti omnes, sed ipsos non sentire. Orator, 216. b
 Nisi verò siquis est qui Catilinæ similes cum Catilina sentire non putet. 2. in Catil. 29. a
 Sentire commodè de aliquo. 11. fam. 38. in epist. D. Bruti.
 Bene sentire de Republ. Offic. 1. 207
 Sentire cum optimatibus de Rep. contrarium, Popularem esse. de Pet. Conf. 3
 Sentire pro aliquo. pro Mil. 3. & pro Rab. Posth. 10
 Sentire acutè. Diuin. lib. 1. 59
 Sentire humiliter, demissèque. Tusc. q. lib. 5. 19
 In Senatu sentire liberè. pro Syll. 18. b. Id est, sententiã dicere.
 Sentire desiderando. 16. fam. 9
 Alia sentire, alia loqui. de Finib. lib. 2. 19
 Aliud sentire & loqui. 8. fam. 2. in epist. Cælii.
 Te videre & sentire eandem fidem esse hominum in tua dignitate, quam ego in mea salute sum expertus, ex tuis literis intellexi. ad Lentulum, lib. 1. 5. 2. a
 Falsum sentire, sapientis grauitate indignum. lib. 1. de Natura deor. 1
 Gustatus, qui sentire corum, quibus vescimur, genera debet, in ore est. de Nat. deor. 54. b
 Nam corpore nihil nisi præsens, & quod adest, sentire possumus: animo autem & præterita & futura. 1. de Fin. 84. a
 Nihil sentire melius est, quam praua sentire. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 116. & Tusc. q. lib. 1. 25
 Et sentire potuit sermones iniquorum in suum potissimum nomen erumpere. 1. ad Q. fr. 36. Id est, animaduertere.
 Sentire vera de diis immortalibus. de Finib. 61. b
 Quæ aspectu sentiuntur. Offic. 3. b
 Nulla videri miseria debet quæ non sentiat. Epist. 72. b
 Non vt dictum est intelligitur, sed vt sensum est. de Oratore, 158. b
 Dices quid tu igitur sensurus es? Att. 102. b
 Vt hæc qui non sentiat, is nihil omnino sensurus esse videatur. de Nat. deor. 1. 41

Sentiens.

Nihil neque sentiens, neque coniunctum in infinitate esse potest. de Nat. deor. 1. 21
 Non sentientis nihil est vllam in partem quod interfuit. Tusc. q. 1. 21
 Ad hostiam deligendam ducem esse vim quandam sentientem atque diuinam. de Diuin. 1. 15. b
 Bene de Repub. sentientes ac bene meritos, aut merentes, aliquo honore aut imperio affectos obseruare & colere debemus. 1. Offic. 2. 7. a
Sensus.
 Sensus, fenestram animi. Tusc. q. 1. 39
 Sensus meus me quanta vis fraterni sit amoris admonet. 5. fam. 9
 Pariter enim cum vita sensus amittitur. Tusc. q. 1. 21
 Huic sensus extinguitur. Tusc. q. 1. 80
 Sed eum dolorem hic tulit paulò apertius, cum nimius ille sensus in aliis fortasse latuit. pro Planc. 2. 66. b
 Si non vna cum corpore sensus omnis vno atque eodem consumptus est igni. Octau. 47
 Sensus & vita tam diu remanet, quoad motus in nobis remanet. de Nat. deor. 2. 17
 Sensus in corpore nullus. Tusc. q. 1. 34
 Idem est ei sensus, & eadem acerbitas ex interitu, & c. 6. fam. 1
 Tanta eius humanitas, is sensus, ea in me est beneuolentia. Att. 9. 65. in ep. Cæsaris. Vbi sensus pro prudentia accipitur.
 De qua ostendam paulò post qui sit sensus meus. Epist. 10. b
 Quis est iste tuus sensus? quæ cogitatio? in Ant. 225. b
 Si quis est sensus in morte. in Ant. 223. b
 Nos enim ne nunc quidem oculis cernimus ea quæ videmus, neque enim est vllus sensus in corpore, sed vix quasi quædam sunt ad oculos, ad aures, ad nares à sede animi perforatæ. Tusc. q. 1. 58. b
 Sensus ille diuinus in celeritate tanta conseruari quomodo potest? de Nat. deor. 1. 25
 Non est vllus hebetior sensus in hominibus, quam auditus. in Somn. Scip. 19
 Deinde cum similis sensus extitit amoris, si, & c. de Am. 101. b
 Quis sensus erat amorum tuorum? pro Lig. 138. b
 Sensus audiendi hebes. de Somn. 129. b
 Vnus ferè sensus fuit bonorum omnium. ad Lentulum, lib. 1. 9. 41. a
 Nihil tam flexibile, quam voluntas erga nos, sensusque ciuium. pro Mil. 109. b
 Valde mihi placebat sensus eius de Repub. Att. 2. 41. b
 Omnisque sensus hominum multo antecellit sensibus bestiarum. 2. de Nat. deor. 2. 18. a
 Sensus humanitatis. 3. Verr. 32. a
 Qui sit hoc tempore aut mentis meæ sensus, aut omnino vitæ status. Att. 55. b
 Populi sensus maxime in theatro & spectaculis perspectus est. 2. ad Attic. 46
 Sensus præsentis miserix. Att. 45. b
 Iam sensus moriendi, si aliquis esse potest, is ad exiguum tempus durat. de Senect. 92. b
 Sensus communis nature. pro Domo sua, 75
 Oculorum sensus acerrimus. de Finib. 75
 Sensus oculorum fallacissimus. Diuin. lib. 2. 72
 Ad alieni sensus coniecturam, non ad suum iudicium scribantur. 6. fam. 128. in epist. A. Cecinnæ.
 In dicendo vitium à vulgari genere orationis atque à consuetudine communis sensus abhorrebat. de Orat. 86. b
 Sensus moderatissimi atque humanissimi fuit. 10. fam. 53. in epist. Planci.
 Nec tam sum densens, tamque vestri sensus ignarus atque expertus, & c. pro Mil. 53. i. vestri sententiæ aut voluntatis.
 Sensus interpretes ac nuntii rerum, in capite, tanquam in arce mirificè ad vsus necessarios & facti & collocati sunt. de Nat. deor. 54. b. & Tusc. q. 1. 39
 Stupor sensus. in Ant. 182. b
 Caius mei sensus testis est hic idem, qui, & c. Postquam. 2. 12
 Neque sensui coniunctum & continentem motum in infinito vllum esse posse. de Nat. d. 1. 20

Ad sensum meum & ad illud syncerum ac subtile iudicium. 15. fam. 17
 Sed quem accepi ipse oculis animoque sensum, hunc verè apud vos, & vt potero, planissime exponam. 5. Verr. 37. a
 Oratio ad vulgarem popularèque sensum accommodata. de Orat. 94. b
 Vti cum spiritu sensum quoque adimant iucunditatis. Antequam. 193. b
 Quum verò in hunc sensum & alliciar beneficiis hominum, & compellar iniuriis, & c. 1. Epist. 50
 Hoc autem tempore sensum malorum amisit. Tusc. q. 1. 69
 Assiduitate malorum sensum omnem humanitatis ex animo amisimus. pro S. Rosc. 44. b
 Præcipuum illum & proprium sensum doloris mei à dicenda sententia amouebo. de Prouinc. Consul. 69. b
 Sensus appellabat Zeno id, quod erat sensu comprehensum. Acad. quæst. edit. 2. lib. 1. 29
 Moriendi sensum celeritas abstulit. de Amic. 97. b
 Quod in cernendi sensum caderet. de Vniuers. 169. b. Acad. quæst. edit. 2. lib. 1. 22
 Sub sensum cadentia continenter labuntur & fluunt omnia. Acad. quæst. ed. 2. lib. 1. 23
 Si voluptatis sensum capit, doloris etiam capit. de N. d. 66. b
 Sensus gloriæ capere. 5. Philipp. 199
 Cuius & frons, & vultus, & sermo, ad eorum, quos conuenit, sensum & voluntatè commutandus est. de Pet. 221. b
 In quibus natura sensum dedit. contra Rull. 67. b
 Sensus & appetitum beluis natura cur dederit. 2. de N. d. 90
 Difficile est sensum, in Repub. præsertim, rectum & confirmatum deponere. Epist. lib. 1. 25
 Sensus omnem oculorum effugit animus. de Vniuers. 63
 In morte sensum esse censuerunt præsci. Tusc. q. 1. 23
 Sensus necesse erat existere vnum, comunemque omnium vehementiore motu excitato coniunctoque nature. de Vniuers. 55
 Sensus expone quem oculis, animoque; accepit. in Verr. 157. b
 Pars animi quæ sensum, quæ motum, quæ appetitum habet. de Diuin. 195. b
 Is habet sensum oculorum vera cernentium. de Diuin. 130. b
 Si vnumquodque membrum sensum hunc haberet. Offic. 3. 27. Id est, hanc sententiam.
 Fieri autem non posset, vt appeteret aliquid, nisi sensum haberent sui. de Finib. 92. b
 Habere sensum alicuius rei. Tusc. q. 1. 68. b
 Sciebat istum in his rebus aliquem sensum habere. in Verr. 207. b
 Vultus sensum animi plerumque indicat. de Amic. 108. b
 Tum definitio & in sensum & in mentem iudicis intrare non potest. de Orat. 118. b
 Oratio popularis ad sensum vulgi moueri debet. de Claris Orat. 181. b
 Penetrare ad sensum opinionemque iudicis. Partit. 241. b
 Qui quoniam id ætatis est, sensum iam percipere potest ex mœnore patrio. pro Flacc. 166. b
 Sensus eius omnem perspexi. 15. ad Att. 2
 Qui sensum veræ gloriæ reperit. in Ant. 204. b
 An ego poteram insidari me esse hominem, & communem nature sensum repudiare? pro Dom. 232. b
 Cum iam cæteris ex partibus oppressa mēs esset, extremum sensum ad memoriam Reipub. reseruauit. pro Cæl. 50. b
 Sensus aeterno & mente diuina completa & referta omnia. de Diuin. lib. 1. 94
 Quo sensu beati esse possint, intelligi non potest. de N. d. 1. 25
 Sensus præsentis miserix & recordatione præteritæ vitæ. ad Atticum, lib. 3. 21
 Sensus moderante, diuinaque prouidentia. 2. de Nat. d. 62
 Sensus quodam & ratione dicendi. de Orat. 125. b
 Siue hæc à meo sensu post mortem ab futura sunt, siue, & c. pro Arch. 22
 Vt eum vis quædam abstraxisse à sensu mentis videretur. de Diuinat. 97. b
 A sensu certo & vero iudicas de nobis. 11. fam. 16. in epist. D. Brutii.

Ea animis effinguntur nostris, quæ sunt à sensu tradita atque impressa. de Orat. 141. b
 Quod longissime sit ab imperitorum intelligentia, sensuque distinctum. de Orat. 86. b
 Gaditani ab omni studio sensuque Pœnorum mentes suas ad nostrum imperium nomenque flexerunt. pro Corn. Balbo, 31
 A natura mihi videtur orta amicitia, applicatione animi cum quodam sensu amandi. de Amic. 27
 Ne cum sensu doloris aliquo spiritus auferatur. in Verr. 239. b
 Hoc maximam habet vim, si est suauiter, & cum sensu tractatum. de Orat. 125. b
 Ego enim de meo sensu iudico. in Catil. 120. b
 Potuissim tibi aliquid de meo sensu prescribere. Brut. 56. in epist. Brutii.
 Ex sensu partium studia apparuerunt. 8. fam. 40. in epist. Cælii.
 Vereor ne cui vestrum ex Stoicorum hominum disputationibus, non ex meo sensu deprompta hæc videatur oratio. Parad. 116. b
 Quare inest nescio quid, & latet in animo ac sensu meo, quod, & c. de Leg. 169. b
 Quæ versantur in consuetudine vitæ, in communi hominum sensu. de Orat. 114. b
 Hæc ego pro meipso & animi mei sensu ac dolore pronuntio. pro S. Rosc. 40. b
 Sensum & sine sensu ætas senescit. de Senec. 85. b
 Ignis vitalis omnia cõseruat, sensuque afficit. de Nat. d. 2. 29
 An vos quoque hic acerbissimus innocentium cruciatus & mœror pari sensu doloris afficit? 7. Verr. 95. a
 Sensus omnino carent qui mortui sunt. 6. fam. 10, 13. pro Rab. 96. b
 Etsi non ero, sensu omni carebo. pro Rab. 80. b
 Etiamne, si sensu carebit oculorum? si aurium? Tusc. 249. b
 Ne idipsum carere omni sensu doloris, sit miserius, quam dolere. Att. 278. b
 Sensus audiendi carens. de Somn. 129. b
 Quod autem erat sensu comprehensum, id ipsum sensum appellabat. 1. Acad. 53. a
 Sensus auditus etiam dormientes egemus, à quo cum sonus est acceptus, etiam è somno excitamur. de Nat. 55. b
 Sidera animalia sensu acerrimo esse. de Nat. 34. b
 Si ipsi hæc neque attingere, neque sensu nostro gustare possemus. pro Arch. 189. b
 Tacito quodam sensu iudicare aliquid. de Orat. 161. b
 Sunt qui negent satis esse, quid bonum sit, aut quid malum sensu iudicari, sed animo etiam ac ratione intelligi posse. lib. 1. de Fin. 24
 Speciem dei cogitatione percipi, non sensu. de Nat. d. 1. 74
 Quod neque oculis, neque auribus, neque vlllo sensu percipi potest. Orat. 197. b
 Vultus quo significant ingenuè, quo sensu quodque pronuntiant. Orat. 104. b
 Ad quæ metum si deorum monitis non duceremur, tamen ipsi nostro sensu cõiecturæ raperemur. de Arusp. 256. b
 Nec denique hoc ipso huius gentis ac terræ domestico, nationoque sensu, Italos ipsos ac Latinos superauimus. de Arusp. 248. b
 Sensus acerrimi integerrimique. Tusc. q. 1. 53
 Sensus angusti. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 32
 Sensus integri incorruptique. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 20. & ed. 2. lib. 1. 14
 Sensus è quadam quasi impulsione oblata extrinsecus iuncti iuxta Stoicos. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 28
 Sensus obscuri ac tenebricosi, secundum Chium Metrodorum. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 67
 Sensus reconditi. pro Sest. 17
 Sensus sani & integri. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 20. & 72
 Sensus superiores. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 28
 Sensus valentes. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 20
 Sensus veraces, secundum Epicurum. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 72
 Nostri enim sensus vt in pace semper, sic in bello congruebant. pro Marc. 133. b
 Neque sensuum fidem sine ratione, neque rationes sine sen-

sibus exquiramus. de Finib. 108. b
 Sensus fons est mens. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 30
 Sensus iudicia clara & certa. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 20
 Sensus externorum cuius suspensionem conflare potest? 2. ad Heren. 39
 Sensus etiam fidem tribuebat Zeno. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 30
 Oratio ad animorum sensus exprimendos reperta. Or. 215. b
 Ad sensus capiendos & perfruendos multæ artes repertæ sunt. de Nat. deor. 55. b
 Qui humanos sensus amiserit, diuinos affectus sit. de Diuinat. 131. b
 Sensus omnes hebetes & tardos esse arbitrabantur Academici, nec percipere vlllo modo res eas quæ subiectæ sensibus viderentur, & c. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 22
 Natura homini sensus tanquam satellites attribuit ac nuntios. de Legib. 161. b
 Sensus consequitur appetitio, & hanc sequitur actio, secundum Stoicos. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 99
 Sensus nostros deprauat, inficit, & vt vult, flectit ea, quæ penitus in ipsis implicata insidet imitatrix boni voluptas, malorum mater omnium: cuius blanditiis corrupti, quæ natura bona sunt, quia dulcedine hac & scabie carèt, non cernuntur satis. 1. de Legib. 35. & 36
 Epicurus omnes sensus veri nuntios dixit esse. 1. de Natura deor. 49
 Fouere hominum sensus, delinire animos, adhibere voluptates. pro Mur. 67
 Omnes illius sensus cognitos habeo. in Ant. 204. b
 Omne animal sensus habet, sentit enim calida & frigida, & dulcia & amara, nec potest vlllo sensu iucunda accipere & non accipere contraria. de Nat. d. 65. b
 Sensus exiguum habere vim ad percipiendum rati sunt Academici, duplici culpa rerum illis subiectarum: aut enim ita minuta & exiles sunt, vt sensus effugiant: aut ita mobiles & concitata, vt nihil sit cõstans, quod certo comprehendendi possit. Acad. quæst. ed. 2. lib. 1. 22
 Implorarem sensus vestros, & vniuscuiusque indulgentiam testarer in suos. pro Syll. 179. b
 Sensus suos incitare. in Pison. 54
 Tum vt sensus ad res percipiendas intenderemus. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 30
 Sensus mouëtia quæ sunt, eadem in opinione confidunt. de Vniuers. 5
 Sensus aperte præferre. 10. fam. 6. in epist. Planci.
 Sententiæ sæpe acuta non acutorum hominum sensus præteruolant. de Orat. 164. b
 Dicendo sensus hominum pertractare. de Orat. 104. b
 Animos hominum, sensusque morte non restingui. pro Sest. 13. b
 Denique etiam sermonis ansas dabat, quibus reconditos eius sensus tenere possemus. pro Sest. 7. b
 Integra mente, cæterisque sensibus. de Senect. 92. b
 Quasi detractis de homine sensibus. lib. 1. de Finib. 21
 Nemo mihi in sensibus cõsentientibus in terris est. Att. 4. 46
 Sed hæc erat spinosa & exilis oratio, longèque à nostris sensibus abhorrebat. de Orat. 91. b
 Eius sensibus non principia solum, sed latiores quædam ad rationem inueniendam vix reperiuntur. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 30
 In sensibus non esse iudicium veritatis. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 22
 In sensibus non inesse quicquam tale, quale non etiam falsum nihil ab eo differens esse possit. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 91
 Epicurus iudicia rerum in sensibus ponit, quibus si semel aliquid falsi pro vero probatum sit, sublatum esse omne iudicium veri & falsi putat. lib. 1. de Finib. 17
 In sensibus maxima veritas, si & sani sint, & bene valentes, & omnia remouentur, quæ obstant & impediunt. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 20. & 21
 In sensibus magna vis est, si ad eos sanos ac valentes exercitatio & ars adhibeantur, vt ad sensum oculorum, pictura, ad aurium musica, & c. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 21
 Ea sunt in communibus infixæ sensibus. de Orat. 161. b
 Quod in communibus hominum sensibus, & in ipsa natura positum atque infixum est. pro Cluent. 21. b
 Intimis sensibus angusti. 5. ad Att. 17

Sensibus aliquid comprehendere, seu comprehensum tenere. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 22
Si me rectis sensibus euntem dii adiuuerint. in Ant. 256. b
Omne odium inclusum nefariis sensibus impiorum in me profudistis. in Pis. 11
Sensibus moueri. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 92
Orbare sensibus. 4. Acad. 132. a
Quæ sensibus percipiuntur, quæ sensu accipiuntur, quæ sentiuntur. de Diuin. 120. b. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 29
Quin ipse in commouendis iudicibus iis ipsis sensibus, ad quos illos adducere vellem, permoueret. 2. de Orat. 102
Sensum.
Hoc enim vno præstatum vel maxime feris, quod colloquimur inter nos, & quod exprimere dicendo sensa possumus. 1. de Orat. 17. a
Sicut hæc vis quæ sententiam complexa rerum, sensa mentis & consilia sic verbis explicat, &c. 3. de Orat. 31. a
Sensim.
Oratio sensim ac leniter accendit animos. pro Cæl. 42. b
Quibus rebus non sensim, atque moderatè ad istius amicitiam arreperat, sed breui tempore totum hominem, totamque eius Præturam possederat. 5. Verr. 135. a
Consuetudo sensim eò deducta est, vt, &c. Offic. 34. b
Ille sensim dicebat quod causæ prodesset, tu cursim dicis aliena. 2. Philipp. 60
Magis decere censent sapientes sensim dissiuere, quàm repente præciderent. 1. Offic. 179. a
Græci qui vocem cubantes sententiam excitent. de Orat. 107. b
Sim minus, sensim erit pedetentim; mutatio facièda. Of. 24. b
Post sensim incedens vidit, &c. Orat. 199. b
Sensim hæc consuetudo & disciplina minui cœpit. Off. 38. b
Sensim obscurari & euanescere. de Orat. 117. b
Sensim & pedetentim progredi. 3. Tusc. 47. & 5. de Fin. 42. a
Progredientibus atatibus sensim, tardè vt potius, quasi nosmet ipsos cognoscimus. de Finib. 134. b
Ita sensim sine sensu ætas senescit. Cat. 35
Sententia.
Sententia est oratio sumpta de vita, quæ aut quid sit, aut quid esse oporteat, in vita breuiter ostendit. ad Heren. lib. 4. 169
Cum his velis equisque (vt dicitur) si honestatem tueri ac retinere sententia est, decertandum est. 3. Offic. 159
Pluribus verbis ad eam te hortari non est sententia. ad Her. 23. b
In ipso nomine legis interpretando inest vis ac sententia iusti & iuris colendi. de Legib. 171. b
Sententia manet, vel mutata est. 8. ad Att. 53
Argumentum & sententia epistolæ. Att. 17. b
Sententia certa & stabilis. de Finib. lib. 1. 43
Sententia omnium populorum & gentium consensu comprobata. de Diuin. lib. 1. 20
Sententia commutata. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 65
Scripto legis amisso, scriptoris sententia consideranda est. de Inuent. 55. b
Sententia curta. de Finib. lib. 4. 30
Cum vero iurato dicenda sententia sit. Offic. 60. b
Sententia dicta est à me de scripto. 10. famil. 28
Sententia eneruata, muliebrisque. Tusc. q. lib. 2. 12
Sententia errans & vaga (cui opponuntur) stabilis & certa. de Nat. deor. 2. 1
Huius est in dando consilio de maximis rebus cum dignitate explicata sententia. de Orat. 111. b
Sententia nulla illustri sine luce verborum. 3. de Orat. 14
Sententia scribendi noua. 8. ad Att. 51
Sententia perfecta atque plena. de Finib. lib. 4. 30
Pyrrhi quidem de captiuis reddendis præclara sententia est. Offic. 9. b
Regalis sanè & digna Æacidarum genere sententia. Off. 9. b
Verborum sonitus inanis nulla subiecta nec sententia, nec scientia. de Orat. 83. b
Lata sententia. ad Heren. 9. b
Cuius præcepti tanta vis, tanta sententia est, vt non homini cuiquam, sed Delphico deo tribuatur. de Legib. 168. b
Si villa sententia cuiusquam esse potest nihil approbantis. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 30

Sententia vera, honesta, & digna sapiente. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 70
Quoniam sententiæ & opinionis meæ voluistis esse participes, nihil occultabo. de Orat. 99. b
Sententiæ suæ rationem reddere. Tusc. quæst. lib. 1. 32
Multa disputas huic sententiæ conuenientia. Att. 146. b
Octauius veteranos perduxit ad suam sententiam. Att. 16. 24
Commemoratio tua paternæ necessitudinis, carerarumque rerum, quæ ad eam sententiam pertinebāt, magnam mihi lætitiā attulerunt. Epist. 146. b
Nihil aliud affirmare possum, nisi sententiam atque opinionem meam. de Orat. 122. b
Non quò aperiret sententiam suam: hic enim est mos Academicæ, sed, &c. de Orat. 91. b
Sententiam suam celare. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 56
Colligere sententiam verbis. Orat. 213. b
Sententiam argumenti conclusisti. de Nat. deor. 1. 62
Sententiam fluctuantem confirmassem. 1. ad Att. 69
Quæ lex hanc sententiam continet, vt omnes leges tollat, quæ postea latae sunt. 3. de Legib. 34
In hac rogatione non iudicium sententiam, sed legis vitium corriperebat. pro Syll. 176. b
Sententiam aliquam defendere. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 57
Eamque sententiam, quam adamauerunt, pugnacissimè defendere. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 9
In libris sententiam dicebamus. de Diuin. 106. b
Cato sententiam dixit. Offic. 65. b
Me cum illo sententiam dicere, & quidem illum rogari prius. 10. ad Attic. 21
Dicere sententiam de aliqua re. Epist. 156. & Postquam. 205. b
Sententiam de Repub. ibi dicere, vbi me propius audiant armati, quàm senatores. 10. famil. 3
Prætorio loco sententiam dicere. 12. ad Att. 25
Dicere sententiam secundum aliquem. pro Flac. 157. b
Sententiam diuidere. 1. famil. 5
Qui totam de diuinatione duobus libris explicauit sententiam. de Diuin. 81. b
Iudices cum de te sententiam ferrent. in Verr. 224. b
Tum tu ipse de te sententiam tulisti. in Pis. 100. b
Sententiam de aliquo per tabellam ferre. in Verr. 224. b
Palam ferre sententiam. pro Cluent. 32. b
Frangere sententiam alicuius de aliqua re. 1. famil. 8. pro, re-fellere, labefacere.
Incipit loqui Diodorus, cuius oratio hanc habet sententiam, senatum, &c. in Verr. 232. b
Quod à Stoicis dicitur conuenièter naturæ viuere, id habet hanc, vt opinor, sententiam, cum virtute congruere. Officiorum, 54. b
Curionis sermo eandem ferè sententiam habuit. Att. 158. b
Vt vestitum, sic sententiam habeas aliam domesticam, aliam forensam. de Finib. lib. 2. 64
Habere stabilè & firmam sententiam de aliqua re. de N. d. 26. b
In eam sententiam multa dixit. Att. 37. b
Multa dici possunt in hanc sententiam, sed non est neesse. Epist. 98. b
Conferre causas, & quid in quaque sententiam dici possit, expromere. de Diuin. 139. b
Plura in eam sententiam ab eisdem cõtra verecundiam disputantur. Offic. 26. b
In sententiam discessionem facere. 14. Philipp. 398
In sententiam alicuius factum s. c. 9. fam. 33
In sententiam meam factò S. Consulto. 1. famil. 34
In sententiam ire. 1. famil. 5
In sententiam eam itur. 2. ad Q. frat. 3
Sed etiam aliam in sententiā de suburbio scribis. Q. fr. 321. b
Scribere plura in eandem sententiam. Epist. 19. b
Omnia scripta quæ sunt in eam sententiam. Att. 193. b
Hoc idem significat Græcus ille in hanc sententiam versus. de Diuin. 113. b
Sententiam mutare. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 58
Mutare sententiam, & decedere de sententia. pro Mur. 139. b
Apertè vel odisse magis ingenuum est, quàm fronte occultare sententiam. de Amic. 108. b

Sententiam alicuius persequi. 2. ad Q. fr. 22
Quamcunque verò sententiam probauerit. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 109
Iudices sententiam pronuntiant. Epist. 3. b
Non reperio scribendi vllam sententiam. Att. 131. b
Postea Racilius de priuatis me primùm sententiā rogauit. Qu. frat. 306. b. 5. Philipp. 166
Hanc ego quum teneam sententiam, quid est cur verear, ne ad eam nō possim accommodare Torquatos nostros? lib. 1. de Finib. 27
Licet enim immutare, vt fati nomen non adiungas, & eandem tamen sententiam teneas. de Fato, 146. b
Sed aliquando sententiam terminemus. Att. 154. b
A sententia sic dicemus: primùm laudabimus scriptoris commoditatem atque breuitatem, quod tantum scripserit quod neesse fuerit: illud quod sine scripto intelligi poterit, non necessario scribendum putarit. 2. ad Her. 46
Sed factum tuum à sententia legis discrepat. pro Plac. 267. b
Capere consilium de sententia alicuius. Att. 40. b
cos s. de consiliis sententia decreuerunt secundum Buthrotios. Attic. lib. 16. 343. 3. a
Quænam ratio eum de sententia deduxisset? Tuscul. quæst. lib. 2. 52. & de Clar. Orat. 175. b
Et me pudet tam citò de sententia esse deiectum. Tusc. quæstion. lib. 2. 11
Deterreri de sententia. de Diuin. 125. b
De sententia mea me detruserunt. 14. famil. 23
Facere aliquid de sententia atque autoritate alicuius. pro Cælio, 52. b
C. Mæmius, cuius de sententiā tota res gesta est. pro Syl. 177. b
Consules, re audita, amplius de concilii sententia pronuntiant. de Clar. Orat. 172. b
De sententia alicuius scribere aliquid. Epist. 6. b
Sententia desistere. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 58
Ex animi sui sententia vxorem habere. de Orat. 133. b
Quod ex animi tui sententia iuraueris, &c. Offic. 73. b
Itinere ex sententia confecto. Att. 62. b
Quod verò actoris esse iubeo fraudè, id totum dixi ex Crassi sapientissimi hominis sententia. 3. de Legib. 61. a
Ex sententia omnia essent, si, &c. 3. ad Att. 33
Quoniam sanè feliciter & ex mea sententia Rempub. gessimus. Epist. 21. b. & 7. b
Te ex sententia nauigasse gaudeo. Att. 80. b
Quid enim conscendens nauem sapiens, num comprehensum animo habet atque perceptum, se ex sententia nauigaturum? 4. Acad. 179. a
Nonnunquam summis oratoribus non satis ex sententia euentum dicendi procedere. 1. de Orat. 61
Omnia ex sententiā succedunt. Att. 278. b
Omnia sunt ex sententia. Att. 49. b
In sententia, breuitas magna, laus est, non modò Senatoris, sed etiam oratoris. 3. de Legib. 35
Constare in sententia. Epist. 13. b
Vti verbo vno, pluribus in ea sententiā, in qua is, qui dicet, accipiendum esse demonstrabit. de Inuent. 77. b
Manere in sententia. Att. 135. b
In sententia permanere, & Consilium mutare, contraria. 2. fam. 31. & Tusc. quæst. lib. 2. 11. & Acad. quæst. ed. 2. lib. 1. 11
Permanere in pristina sententia. Att. 135. b
In sententia perpetua permansio nunquam in præstantibus viris laudata. 1. famil. 50
Perstare in sententia. pro Qu. Rosc. 54. b
Continenter vnum verbum non in eadem sententia ponere. de Orat. 209. b
Recitatae sunt tabellæ in eadem ferè sententia. in Catil. 113. b
Quæ sequuntur, in eadem sententia sunt. Tuscul. q. 199. b
In hac sum sententia, vt, &c. Epist. 46. b
Nam ego in ista sum sententia, qua te fuisse semper scio. 3. de Legib. 49. a
Est vitiosum in sententia, si quid absurdum aut alienum, aut non acutum, aut subinsultum sit. de Opt. 243. b
Sed totum hoc iudices, in ea fuit positum semper ratione atque sententia, vt, &c. pro Corn. 58. b

Vt facillè intelligi possit, eos qui aliquid sibi videri dicant, non ipsos in ea sententia esse, sed audire velle contraria. 2. de Finib. 4. a
Deiotarus de Domitio dixit versum Græcum eadem sententia, qua etiam nos habemus latium, &c. pro Deio. 148. b
Postremo iudices, id quod ad rem mea sententia maxime pertinet, vtrum inimicus potius, an filius? pro Roscio Amerino, 53. a
Demetrius omnium istorum mea sententia politissimus. de Orat. 117. b
Cum ei perscriptum esset, ne quid sine Sestii sententia ageret. Attic. 253. b
Acute crebræque sententiæ. de Orat. 111. b
Sententiæ non eadem ab iisdem semper defendendæ. pro Planc. 76
Sententiæ discrepantes & variæ. de Nat. d. 1. 1
Sententiæ in reos duplices Athenis. 1. de Orat. 118
Sententiæ breuiter enuntiatæ. de Finib. lib. 2. 18
Sententiæ futiles & commentitiæ. de Nat. d. 1. 14
Sententiæ grauissimæ. de Finib. lib. 3. 22
Sententiæ libidinosa. Tusc. q. lib. 3. 40
Sententiæ meæ peruenerint ad eum exitum. 12. Philip. 334
Omnes mihi Epicuri sententiæ satis notæ sunt. lib. 1. de Finibus, 13
Sententiæ Epicuri selectæ ac breues. de Nat. d. 1. 60
Ei tres sententiæ teterrimæ in consilio defuerunt. 2. ad Q. fratrem, 20
Quot homines, tot sententiæ. 1. de Finib. 12
Sententiæ vberes. Tusc. q. lib. 1. 51
Vt nostræ mentes & sententiæ cum Pop. Rom. voluntate suffragiisque consentiant. pro Mur. 124. b
Sententiæ lucem authoris fortasse desiderant. de Nat. d. 1. 9
Hominum interitu sententiæ quoque non occidunt. de Natura deorum, 1. 9
In oratore autem acumen dialecticorum, sententiæ philosophorum, verba propè poetarum, memoria iurisperitorum, vox tragædorum, gestus penè summorum actorum est requirendus. 1. de Orat. 63
Sententiarum totidem genera sunt, quot diximus esse laudum. de Opt. gen. 43
Sententiarum ornamenta quæ sint. Orat. 75, 76, & 77
Sententiarum ferendarum ratio. 1. in Verr. 13
Sententiarum subtilitas. de Nat. d. 2. 1
Cum verbum potest in duas pluresve sententias accipi. ad Heren. 41. b
Stoici acutissimè sententias suas, prudentissimèque defendunt. de Diuin. 139. b
Sententias breuiter dicere. 1. famil. 4
De quibus tres video ferri sententias, quarum nullam probō. de Amic. 106. b
Et quæ similes sententias habebunt. ad Heren. 18. b
Cuius disputationis sententiæ memoriæ mandauit. de Amicitia, 96. b
Qui certis quibusdam destinatisque sententiis quasi additi & consecrati sunt. Tusc. q. lib. 2. 4
Eas literas dum recito, dumque de singulis sententiis breuiter disputo, quæso attendite. in Ant. 250. b
Vt nescias vtrum res oratione, an verba sententiis illustrentur. Orat. 113. 135. b
Sestius omnibus sententiis absolutus est. ad Quintum frat. lib. 2. 8. 1. a
Lepidus tuus affinis, meus familiaris, prid. Calend. Quintil. sententiis omnibus hostis à Senatu iudicatus est. 12. fam. 15
Socrates dānatus est non modò primis sententiis, sed etiam illis, quas, &c. de Orat. 105. b
Sapientissimis sententiis, grauibusque verbis ornata oratio & perpolitata. de Orat. 87. b
Sententiola.
At in rebus tristissimis quantos excitat risus? sententiolas edicti cuiusdam memoriæ mandauit, quas videtur ille peracutas putare. 3. Philip. 138
Sententiosus.
Genera autem Asiaticæ dictionis duo sunt: vnum sententiosum. TT. iiii.

sum & argutum, sententiis non tam grauibus & feueris, quam concinnis & venustis. de Clar. Orat. 158. a

Sententioſe.

Res autem se sic habet (vt breuissimè dicam quod sentio) compositè & aptè, sine sententiis dicere, insania est: sententioſe autem, sine verborum & ordine & modo, insantia. in Orat. 139

Sape etiam sententioſe ridicula dicuntur. Orat. 135. b

Oratio grauius & sententioſe habita. de Inuent. 61. b

Sententioſe loqui. 4. ad Heren. 235

Sentius.

C. Sentius, homo vetere innocentia magnam ex Macedonia pecuniam deportauit. 5. in Verr. 186

Seorsum.

Hoc vehementius laboro nunc, quod seorsum à Collega pu- to mihi omnia paranda. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 9. 7. a

Seorsum hoc ab illo tractandum est. ad Heren. 17. b

Separo.

Qui omnes à perpetuis suis historiis ea quæ dixi bella sepa- rauerunt. Epist. 67. b

Separare prouinciam cum Collega. 1. fam. 55

Quoniam vera à falsis nullo discrimine separatur. 4. Acad. 255. a

Cum illa duo maria pertenui discrimine separentur. contra Rull. 83. b

Quod cogitatione magis à virtute potest, quam re separari. Offic. 19. b

Separatus.

Quædo igitur virtus est affectio animi, &c. & ipsa per se sua sponte, separata etiã utilitate laudabilis, &c. 4. Tusc. 51. a

Nam vtraque altera separata minus erit firma. ad Heren. 22. b

Vitia hæc sunt certissima exordiorum, quæ summopere vi- tare oportebit, vulgare, commune, comutabile, longum, separatum, translatum, contra præcepta. Separatum est, quod non ex ipsa causa ductum est, nec sicut aliquod membrum annexum orationi. 1. de Inuent. 38

Separatum quiddam est extra assumptionem approbatio. 1. de Inuent. 79. a

Exordium vitiosum est, quod nimium apparatus verbis cõ- positum est, aut nimium longum est, & quod non ex ipsa causa natum videtur, quod separatũ vocatur. 1. ad Heren- nium, 12

Ista verò quæ tu contexi vis, aliud quoddam separatum vo- lumen expectant. ad Att. lib. 14. 314. 8. a

Separate.

Quædam separatius ad finem, quod referri omnem oratio- nem oportet, adiunguntur. 2. de Inuent. 234. a

Separabilis.

Nec animam à corpore separabilem esse. Tusc. q. 152. b

Separatim.

Nihil ei separatim à reliquis ciuibus accidit. 2. famil. 32. Id est, nihil quod non cum reliquis ciuibus sit ei commune.

Tamen de illo separatim cognoscite. pro Cluent. 31. b

Alia epistola communitè tibi commendauit legatos Arpi- natium, vt potui diligentissimè, ac separatim Q. Fufidiũ, &c. ad Brutum, lib. 13. 12. 1. a

Separatim de his dicamus. de Vniuers. 63

Videor mihi quum separatim de probitate eius & moribus dicturus fuisset, si, &c. ad Brutum, lib. 13. 11. 7. a

Qui non aliqua in re vna separatim elaborauerunt, sed, &c. de Orat. 185. b

Etsi hoc nunquam separatim facere didicisset. de Clar. 182. b

Ipsum Pompeium separatim ad concordiam hortabor. ad Att. 102. b

Hoc seungi potest, separatimque perferri. in Ant. 158. b

Neque tamen si vtrunque sit æstimatione dignum, pluris sit cõiunctũ, quam sapere ipsum separatim. 3. de Fin. 68. a

Separatim semel, iterum cum vniuersis. pro Domo, 240. b

Sepelio.

Surge & sepeli natum. Tusc. q. 171. b

Hominem mortuum, inquit lex in x i i. in vrbe ne sepelito, neve vrito, &c. 1. de Leg. 90. a

Vt in quo vellemus gymnasio eum sepeliremus, nobis per-

miserunt. Seruius Ciceroni, lib. 4. 11. 9. a

Qui vos in complexu coniugum vestrarum trucidatos in- cendio patriæ sepelire conatus est. pro Flacc. 164. b

Non qui vritur, sepelitur, sed qui humatur. 2. de Leg. 53

Amittenda igitur fortitudo est, aut sepeliendus dolor. 2. Tusc. 56. a

Sepultus.

Quod bellũ expectatione Pompeii attenuatum atque im- minutum est, aduentu sublaturum ac sepultum. pro lege Manil. 21. a

Cerno animo sepultam patriam, miseros atque insepultos aceruos ciuium. de Leg. 181. b. & in C. 120. b

Sepulti qui sunt in vrbe post duodecim tabulas, clari viri fuerunt, aut quibus hoc ante eam legem virtutis causa tri- butum est, vt Publicolæ aut Tuberto, quod eorum poste- ri iure tenuerunt, aut qui hoc virtutis causa soluti legibus consecuti sunt. 2. de Leg. 53, & 54

Hæc sunt ò carnifex in gremio sepulta Consulatus tui. in Pis. 7. a

In sepultos priusquam iniecta gleba est, locus ille vbi cre- matum est corpus, nihil habet religionis. 2. de Leg. 52

Sepultura.

Sepultura insepulta. 1. Philip. 3

Dico mercedem funeris ac sepulturæ constitui nefas fuisse. in Verr. 263. b

At mihi quidem sepulturæ genus antiquissimum fuisse vi- detur, quo apud Xenophontẽ Cyrus vritur: redditur enim terræ corpus, & ita locatum ac situm, quasi operimento matris obducitur. 2. de Leg. 51

Cuius interitum ne crudelissimus quidẽ hostis honore se- pulturæ carere passus est. de Senect. 92. b

Ab Atheniensibus, locum sepulturæ intra urbem, vt darẽt, impetrare non potui: quod religione impediri se dicerẽt, neque tamen id antea cuiquam concesserant. 4. Fam. 37

Ad sepulturam corpus vitrici sui negat à me datum. in Ant. 163. b

Ab eo quem sepultura affecerat. de Diuin. 92. b

Sepultura & iustis exequiis caruerunt. 2. de Leg. 42

Ique nec inhumati sunt, nec dispersis bustis humili sepul- tura cremati. in Ant. 264. b

Cuius hoc dicto admoneor, vt aliquid de humatione & se- pultura dicendum existimem. 1. Tusc. 164. a

De sepultura quid senserit Socrates, apparet in eo libro, in quo moritur (in Phædone). Tusc. q. lib. 1. 92

Nisi in sepulturis publicis de laude mortui, nec ab alio, nisi qui publicè ad eam rem constitutus esset, dici licebat. 2. de Leg. 60

Sepulchrum.

Sepulchrum, portus corporis: ex Ennio. Tusc. q. lib. 1. 96

Sepulchrum quo tempore incipiat, & religione teneatur. 2. de Leg. 51

Sepulchrum Archimedis, ab Syracusanis ignoratum, à me Quæstore indagatum. Tusc. q. lib. 5. 47

Sepulchrum eorum qui conditi sunt, antè non est, quàm iusta facta, & corpus incensum est. 2. de Leg. 52

Sepulchrum septum vndique, & vestitum vepribus & du- metis. Tusc. q. lib. 5. 47

Sepulchri vestibulum, bustumve, quod lex vsucapi vetat, tuetur ius sepulchrorum. 2. de Leg. 57

Cui de tãto patrimonio ne iter quidem ad sepulchrum pa- trium relictum est. pro Sext. Rosc. 22. b

 Ita tamen discedit, vt id lib. Septemb. P. Quintium sisti Sex. Alphenus promitteret. pro Quint. 15, & 12. b
 Vas factus est alter sistedi eius: vt si ille non reuertisset, moriendum esset ipsi. 3. Offic. 59. a
Stator.
 Præsto mihi fuit stator eius cum literis, quibus ne venirem, denuntiabat. Plancus Cicer. lib. 10. 21. 4. a
 Literas à te mihi stator tuus reddidit Tharsi. Caninio, lib. 2. 16. 1. a
 Vt ad te statores meos & lictores cum literis mitterem. Tullius M. F. Cælio, lib. 2. 18. 5. a
Stator Iupiter.
 Iupiter stator antiquissimus, custos huius vrbs. in Cat. 7
 Iupiter stator, quem verè huius imperii statorè maiores nostri nominauerunt, cuius templum à Romulo victis Sabinis in palatii radice cum victoria est collocatum. Antequam, 15. a
 Statoris Iouis ædes. 2. Philipp. 75
 Senatum in ædem Iouis statoris vocauit. 2. in Cat. 34. a
 Iouem quum Optimum & Maximum dicimus, quumque eundem salutarem, hospitem, statorem dicimus, hoc intelligi volumus, salutem hominum in eius esse tutela. 3. de Finibus, 101. a
 Tum tu Iupiter qui isidem, quibus hæc vrbs, auspiciis à Romulo es cõstitutus, quem statorem huius vrbs atque imperii verè nominamus, &c. in Catil. 24
Sisyphus.
 Sisyphus versat saxum. Tusc. lib. 1. 8
Sitella.
 Neque maius est legere codicem, quum intercedatur, quàm sitellam ipsam cum ipso intercessore deferre. pro Cornelia Balbo, a
 Vt igitur T. Gracchum quum videor concionantem in Capitolio videre de M. Octauiio deferentem sitellam, tum eum motum animi dico esse inanem. 1. de Nat. d. 147. a
Sitis.
 Quum cibo potioneque fames sitisque depulsa est. 1. de Finibus, 58. a
 Neque enim vnquã expletur nec satiatur cupiditatis sitis. in Paradox. 7. a
 Sitis restineta. de Finib. lib. 2. 7
 Græcas literas senex didici, quas quidem sic auide arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens. de Sen. 24. a
 Quærere sitim. 5. Philip. 177. a
 Enectus sitit Tantalus. 1. Tusc. 16. a
Sitio.
 Nec sitio honores, nec desydero gloriam. ad Quint. frat. lib. 3. 21. 4. a
 Gemmant vites, sitiunt agri. in Orat. 45. a
 Ipsi fontes iam sitiunt. ad Q. frat. lib. 3. 17. 17. a
 Etenim aderat L. Frater gladiator Asiaticus, qui Myrmillo Trallibus depugnarat: sanguinem nostrum sitiebat: &c. 5. Philip. 178. a
Sitiens.
 Ipse cum hominibus quindecim malè vestitis ad portã Cælimontanam sitiens peruenerim. in Pis. 48. a
 Ego eò grauius ardentiusque sitiens voluptates. Tusc. q. lib. 5. 13. Id est, expetens & desyderans.
 Deinde sitientem me virtutis tuæ deservisti ac dereliquisti. pro Plancio, 10. a
 Quoque affluẽtius voluptates vndique hauriat, eò grauius ardentiusque sitientem, nõne rectè miserimum dixeris? 5. Tusc. q. 25. a
 Proinde ita fac venias ad sitientes aures. ad Att. lib. 2. 29. 1. a
Sitienter.
 Nec sitienter quid appetens. 4. Tusc. 56. a
Sittybæ.
 Bibliothecam mihi tu pinxerunt constructione & sittybis. Attic. lib. 4. 21

Situs.

Qui lituus situs est in curia Saliorum. de Diuin. 86. b
 Qui locus, quod in media est insula situs, vmbilicus Siciliae nominatur. 6. Verr. 95. a
 Aut ei sensus adimendus est, aut ea quae est in nostra potestate sita, reddenda assensio. 4. Acad. 72. a
 Eo loco, vbi nunc fortunae sita aedes est. de Diu. 126. b
 Si causa appetitus non est sita in nobis, ne ipse quidem appetitus est in nostra potestate. de Fat. 148. b
 In officio colendo sita vitae est honestas omnis. Offic. 2. b
 Vel quod excelso & illustri loco sita laus tua sit. epist. 19. b
 In eorum potestate sita salus nostra est. Antequam. 194. b
 Quanquam huius rei potestas omnis in vobis sita est Iudices, totam Rempublicam vos in hac causa tenetis, vos gubernatis. pro Mur. 75. a
 Spes otii & concordiae in meo reditu sita videbatur. pro Domo sua. 216. b
 Quid sit in eo sitam vitam beatam putas? Tusc. q. 235. b
 Vim diuinam in natura sitam esse. de Nat. d. 9. b
 Summam eruditionem Graeci sita censabant in neruorum vocumque cantibus. Tusc. q. 148. b
 Est autem situm in nobis, vt & aduersa quasi perpetua oblivione obruamus, & secunda iucunde ac suauiter meminimus. 1. de Fin. 86. a
 Huic profecto ipsi quantum est situm in nobis, opem feremus. pro Arch. 185. b
 Vbi virtus, si nihil situm est in ipsis nobis? Acad. q. 11. b
 Si pugnandum est, quo tempore in casu, quo consilio in tempore situm est. Att. 108. b
 Haec enim sita sunt ante oculos. de Orat. 114. b
 Obscenas voluptates faciles, communes in medio sitas esse. Tusc. q. 246. b
 Situm ac locatum corpus terrae redditur in sepultura. 2. de Legib. 51
 Siti dicantur ii qui conditi sunt, nec tamen eorum ante sepulchrum est, quam facta iusta, & corpus incensum est. 2. de Legibus, 87. a
 C. Marii sitas apud Anienem reliquias dissipari iussit Sylla. de Legib. 81. b

Situs, us.

Eius loci, quem incolebant, situs. Acad. 2. 57
 Figura situsque membrorum. Tusc. lib. 1. 65. a
 Situs mundi. Tusc. q. lib. 1. 38
 Oppidorum situs. de Diuin. 137. b
 Situs partium corporis. Acad. q. lib. 2. 113
 Et situs earum rerum, quas intuemur, & interualla aut contrahimus aut diducimus. Acad. 6. b
 Syracusarum hic situs, atque haec natura esse loci caelique dicitur. in Verr. 240. b
 Terrae situs, forma, circumscripção. Tusc. q. 158. b
 Plus terrarum situs, quam lunae tractus ad nascendum valere. de Diuin. 128. b
 Nam ipsa Messana, quae situ, moenibus, portuque ornata sit, ab his rebus, quibus iste delectatur, sanè vacua atque nuda est. 6. Verr. 3
 Vrbs & natura, & situ, & descriptione aedificiorum, & pulchritudine in primis nobilis. contra Rul. 74. b
 De Syracusis, nam & situ est communito, tum praclaro ad aspectum. in Verr. 227. b
 Quos tu situs, quas naturas rerum & locorum, quem verò ipsum imperatorem habes? Q. frat. lib. 2. 40

Situs, illuuias, sordes, squalor.

Situ nidoris, barba praedore horrida. Tusc. q. 196. b

Siue.

Siue tua natura paulo acrior, siue quaedam dulcedo iracundiae, siue dicendi sal, &c. Q. frat. 300. b
 Nihil perturbatis hoc ab vrbe discessu, siue turpissima fuga. Att. 120. b
 Siue sic est, siue illo modo. de Diu. 133. b
 Nam illo loco vti libenter soleo, siue quid mecum ipse cogito, siue aliquid scribo aut lego. de Leg. 169. b
 Venio ad comitia siue magistratuus, siue legum placet. de Senect. 24. b

Quapropter hoc te primum rogo: &c. contraque erigas ac resistas, siue etiam vltra occurras negotiis. ad Quin. frat. lib. 1. 1. 6. a

Quamobrem siue tu probabilem visionem, siue improbabilem, & quae non impediatur, vt Carneades volebat, siue aliud quid proferes, &c. 4. Acad. 65. a

Smyrna.

Cur non Pergami Smyrnae Trallibus? pro Flac. 161. b

Smyrnaeus, a, um. pro Arch. 189. b

Soboles.

Sequuntur connubia & affinitates, ex quibus etiam plures propinqui. Quae propagatio & soboles, origo est Rerum. publ. 1. Offic. 80. a

Robur & soboles militum interiit. Pollio Cic. lib. 10. 33. 3. a

Propaganda soboles. pro Marc. 134. b

Neque enim illud fugerim dicere, &c. nec prolem, aut sobolem, aut effari, aut nuncupari, &c. 3. de Orat. 84

Cesores, populi auitates, soboles, familias, pecuniasque censento. 3. de Leg. 9. a

Sobrinus.

Sequuntur fratrum coniunctiones, post consobrinorum sobrinorumque: qui cum vna domo iam capi non possint, in alias domos tanquam in colonias exeunt. Off. lib. 1. 80. a

Sobrius.

Sobrius orator. de Orat. 121. b

Sobrius vir. pro Cael. 52. b

Ne vinolenti quidem quae faciunt, eadem approbatione faciunt, qua sobrii. 4. Acad. quae st. 96. a

Habuit enim in tua potestate, ex quo vel ex sobrio, vel ex ebrio certè scire posses. 9. fam. 41

Homines satis planè frugi ac sobrii. in Verr. 162. b

Furere apud sanos, & quasi inter sobrios bacchari vinolentus videtur. in Orat. 54. a

Sobrie.

Intelligemus quam sit turpe diffuere luxuria, & delicate ac molliter viuere: quamque honestum, parcè, continentèr, seuerè, sobrie. 1. Offic. 149. a

Soccus.

Sed annulum quem haberet, pallium quo amictus, soccos quibus indutus esset, se sua manu confecisse. 3. de Or. 70. a

Consularis homo soccos habuit & pallium. pro Rab. Posthumo, 18. a

Socer.

Ego dum Appium orno, subito factus sum accusatoris eius socer. de Orat. 154. b

Ademit Albino soceri nomen mors filiae. pro Sest. 4. b

Nostro quidem more cum parentibus puberes filii, cum soceris generi non lauantur. 1. Offic. 180. a

Socius.

Socius, quod à communi debitore petit sibi, non socio petit. pro Rosc. Com. 32

T. Augustus & comes fuit illo miserrimo tempore, & omnium itinerum, navigationum, laborum, periculorum meorum socius. ad Seruil. lib. 13. 72. 2. a

Socius ad epulas. 5. Philp. 174

Socius sanguinis. pro Domo, 21

Socium qui metuit, ius officii laedit. pro Rosc. Amer. 68

Quum dolor meus socium sibi adiungit dolorem tuum. 11. ad Attic. 9

Socium me adscribat laudibus tuis. 9. fam. 26

Socium te meorum commodorum semper esse volui. 16. fam. 17. ex epist. Ciceronis filii.

Socium edere. pro Quintio, 51

Ita praeter Laelium, neminem habeo culpa socium: ad Atticum, lib. 11. 222. 2. a

Et eo minus, quod huius consilii iam ne socium quidem habeo quenquam. ad Att. lib. 11. 224. 3. a

Socium comitemque me rerum omnium habebis. 1. fam. 52

Quid si caetera scribam? sunt enim innumerabilia generis eiusdem, quae quidem ego non ferrem, nisi me in philosophiae portum corulissem, & nisi haberem socium studiorum meorum Atticum nostrum. 7. fam. 53

Socium gloriae vitare. 10. fam. 42. in epist. Planci.

Nicomedes qui & furti, & pro socio damnatus est. pro Flacco, 155. b

Arbitrum pro socio condemnari. pro Quint. 2. b

Socii praedae ac rapinarum. 4. Verr. 33. a

Nam socii putandi sunt, quos inter res communicata est. 5. Verr. 40

Socii scripturae. 13. fam. 88

Non enim vt eriperent nobis socii ciuitatem, sed vt in eam reciperentur, petebant. 12. Phil. 338

Sociorum reuocata ad studium imperii nostri voluntatem. 15. fam. 25. in epist. M. Catonis.

Porro autem populi Romani conditione sociis, fortuna seruus, voluntate supplicibus. 3. Verr. 57

Socius, adiectiuum.

Titanum soboles socia nostri sanguinis. 2. Tusc. q. 40. a

Te omnium Siculorum patronum vna Mamertina ciuitas socia furtorum ac flagitiorum tuorum publice laudat. 4. Verrin. 79. a

Quum tamen tu nocte socia, hortante libidine, cogente mercede per tegulas demittere. 2. Phil. 62

Semper mea consilia pacis & otii socia, non belli & armorum fuerunt. pro Marcel. 8

Sociorum regum auxilia voluntaria comparauissem. 15. familiar. 13

Socialis.

Haec lex socialis est. in Verr. 57. b

Cuius sanguine non solum Aesculanorum manus, à qua interfectus est, sed totum illud sociale bellum macula sceleris imbutum est. pro Fonteio, 26. a

Primum si ita esset: tamen vos in quaestione de pecuniis repetundis quae sociorum causa constituta est, lege iudicioque sociali sociorum querimonias audiri oporteret. 4. Verinarum, 10

Societas.

Societas est, latissime quidem quae pateat, omnium inter omnes, interior eorum qui eiusdem gentis sunt, propior eorum qui eiusdem ciuitatis. Offic. 3. 90

Ne diutius vos teneam Iudices, societas coitur. pro Roscio Amerin. 12

Etenim si veritate amicitia, fide societas, pietate propinquitas colitur, &c. pro Quint. 13

Nec societas tibi quicquam debet, nec priuatim Quintius debuit. pro Quintio, 3. b

Video enim permulta esse crimina, quorum tibi societas cum Verre eiusmodi est, vt ea in accusando attingere non audeas. 1. Verrin. 17. a

Quae si quos inter societas est, aut fuit, aut futura est, eorum est habendus optimus beatissimisque comitatus. de Amicitia, 111. b

Quum annos iam plures societas esset, & quum saepe suspectus Quintio Nauius esset, &c. pro Quint. 7. a

Societas inter homines à diis immortalibus constituta. Officior. 3. 35

Nulla societas optimis ciuibus cum importunissimo hoste foedere nullo confirmari potest. in Ant. 177. b

Prima societas in ipso coniugio est, proxima in liberis: deinde vna domus, communia omnia. Offic. 1. 79

Societas quae cum Repub. est vnicuique nostrum. Offic. 12. b

Societas penè aegritudinis. 4. fam. 21

Societas bonarum artium Crassi tempore sublata. 3. de Oratore, 75

Societas coniunctionis humanae. de Fin. lib. 5. 60

Quorum societas & sceleratae consensionis fides. 10. ad Att. 7

Societas communitasque generis humani. Tusc. q. lib. 1. 52

Societas grauitatis cum humanitate in oratione difficillima. 3. de Leg. 1

Societas, haereditatis simillima est. pro Rosc. Com. 32

Ratio, qua societas hominum inter ipsos, & vitae quasi communitas continetur. Offic. 5. b

Societas hominum coniunctioque optimè seruabitur, si vt quisque erit coniunctissimus, ita in eum benignitatis plurimum conferetur. Offic. 1. 25, & 75

Haec nostra coniunctio, haec conspiratio in Repub. bene ge-

renda, haec iucundissima vitae atque officiorum omnium societas. pro Domo, 218. b

Societas orationis & vitae. Offic. 1. 19

Prima homini cum deo rationis societas. de Leg. 160. b

Societas studiorum atque artium nostrarum. 15. fam. 24

Societas vectigalium. pro Sestio, 9. b

Societas vitae. Tusc. q. lib. 1. 50. & lib. 5. 4

Societas & communicatio utilitatum. de Fin. lib. 5. 60

Societatis hominum propior gradus est eiusdem gentis, nationis, linguae, qua maximè homines coniunguntur. Offic. 1. 77

Societatis iudicium summæ existimationis est, & penè capit. pro Rosc. Com. 9

Sancta religio societatis. in Verr. 178. b

Societatis generis humani vinculum est ratio, & oratio. 11. Officior. 75

Societatis inter homines arctissimum vinculum est, magis arbitrari esse contra naturam, hominem homini, sui commodi causa, detrudere, quam omnia incommoda subire vel externa, vel corporis, vel etiam ipsius animi. Off. 3. 35

Ad coeundam societatem vel periculi, vel laboris. 5. fam. 53

Ad societatem ciuilem natus homo. 1. de Legib. 47

Nati sumus ad societatem communitatemque generis humani. de Finib. lib. 4. 3

Cum eo tu voluntariam societatem coibas, qui te in haereditaria societate fraudat. &c. pro Quintio, 51

Nullam societatem neque sceleris, neque praemii cum vlllo coiuui. epist. 74. b. & pro Sex. Rosc. 34. b

Vtinam Cn. Pompeii cum C. Casare societatem aut nunquam coisses, aut nunquam diremisses. 2. Philipp. 46. a

Societatem charitatis cum suis coire. 1. de Leg. 46

An cum Mario, Scauro, Catulo, Metello, Scauola, cum bonis denique omnibus coire non modo salutis, veruetiam periculi societatem? pro Rab. perduel. reo, 16. a

Societatem generis humani natura ipsa conciliauit. de Amicitia, 18

Defendere hominum inter homines societatem. Officior. 5. & 31. b

Deferunt enim vitae societatem, qui nihil conferunt in eam studii, nihil operae, nihil facultatum. Offic. 1. 43

Tum artibus, tum opera, tum facultatibus deuincire hominum inter homines societatem. 1. Offic. 34. a

Hanc iucundissimam vitam atque officiorum omnium societatem, certi homines fictis sermonibus & falsis criminibus diremerunt. pro Domo, 13. a

Quintius fecit societatem earum rerum quae in Gallia commparabantur. pro Quintio, 7. a

Qui societatem cum Sex. Nauiio fecerit. pro Quint. 6. a

Qua in re diligens erat, quasi ii qui magna fide societatem gererent, &c. pro Quintio, 7. a

Cum hoc genere philosophiae, quod nos sequimur, magnam habet orator societatem. de Fat. 140. b

Quum praesertim ex tua oratione, quodcuque tibi peteres, huic peteres: quodcuque tibi exigeres, id in societatem recideret. pro Rosc. Com. 31. a

In societatem belli venire. pro Ligar. 15

Pinna cum squilla quasi societatem inuit comparandi cibi. de Nat. deor. 51. b

Societatem defendenda libertatis iniremus. 10. fam. 16. in epist. Planci.

Inire societatem omnium rerum cum aliquo. in Ant. 255. b

Societatem scelerum cum aliquo inire. 12. fam. 37. in epist. Lentuli.

Parumque videtur omnium facinorum sibi cum Dolabella societatem inuitam confiteri. 13. Philp. 374

In societatem laudum alicuius venire. 9. fam. 128

Societatem sanctam seruare. Offic. 1. 39

Homo coniunctus hominibus humana quadam societate. 1. Acad. q. 32. a

In societate ea est magister. 13. fam. 19

Mistos facio mathematicos, musicos, &c. quorum artibus ista vestra dicendi vis, ne minima quidem societate coniungitur. de Orat. 88. b

Latrones scelerum fodere inter se ac nefaria societate con-
iuncti. in Catil. 10.4. b
Societate publici muneris nulla grauior coniunctio . 1. in
Verrem, 33
Vir egregius coniunctissimus mecum cōsiliorum omnium
societate. de Clar. 165. b
Societate victoriæ tecum copulatos fore. 11. fam. 14
Quam difficiles plerisque videtur calamitatum societates.
Lælius, 57
Omnes societates, omnes ordines . pro Domo, 2. 42. b
Quid si omnes societates venerunt, quarū ex numero mul-
ti hic sedent iudices: pro Mur. 65
P. Crassus maximarum societatum author, plurimarum ma-
gister. pro Planc. 165. b
Omnium societatum nulla præstantior est, nulla firmior,
quam quum viri boni moribus similes familiaritate con-
iuncti sunt. Offic. 1. 81
Primum eam quum posita esset apud eas societates vnde e-
rat attributa, binis centesimis fœneratus est. 5. Verr. 141. a
Clodius nefarias cum multis scelerū pactiones societatesq;
conflauit. de Arusp. 253. b
SOCIO.
Quum vel periculum vitæ tuæ mecum sociare voluisses,
pro Plancio, 60
Sapientiam cum eloquentia sociare. de Orat. 154. b
Sociatus.
Omne genus humanum inter se sociatum est. de Leg. 162. b
Quid si testium studium cum accusatore sociatum est: pro
Flacco, 16
Cœtus hominum iure sociati. de Somn. 127. b
SOCORS.
Nam eius æqualem M. Glabrimonem bene institutum aui Scæ-
vola diligentia, focors ipsius natura, negligensque tarda-
uerat. de clar. Orat. 129. a
Homines non socordes. de Nat. deo. 2. b
Contra quos Carneades ita multa differuit, vt excitaret ho-
mines non socordes ad veri inuestigandi cupiditatem. de
Natura deor. 1. 4
Socordia.
Philosophia vitanda est, affert enim socordiam atque desi-
diam. ad Heren. 13. b
SOCRATES.
Socrates apud Xenophontem formam dei quæri non opor-
tere, eundemque & solem & animum esse ait, & modò
vnum, tum plures deos. de Nat. deo. 1. 24
Esse diuinum quoddam, quod Socrates dæmoniū appellat,
cui semper ipse paruerit, nunquam impellenti, sæpe reuo-
canti. de Diuinit. lib. 1. 103
Socrates Archelaum, Anaxagoræ discipulum audiuit. Tuf-
quæst. lib. 5. 8
Socrates primus philosophiam deuocauit è cælo, & in vr-
bibus collocauit, & in domos etiam introduxit, & coegit
de vita & moribus, rebusque bonis & malis quærere. Tuf.
quæst. lib. 5. 8
Socrates hanc viam ad gloriam proximam & quasi cōpen-
diariam dicebat, si quis id ageret, vt qualis haberi vellet,
talis esset. Offic. 2. 60
Socrates quum apud Delium malè pugnatum esset, Lachete
Prætor, fugeretque cū ipso Lachete, vt ventum est in tri-
uium, eadem qua ceteri, fugere noluit: quibus quærenti-
bus, cur non eadem via pergeret, deterreri se à deo dixit:
tum quidem ii, qui alia via fugerant, in hostiū equitatum
inciderunt. de Diuinit. lib. 1. 104
Socrates cum impiis sententiis damnatus esset, æquissimo
animo se dixit mori. Diuinit. lib. 1. 104
Socrates ab Apolline omnium sapientissimus dictus, ob id,
quòd nihil se scire affirmaret. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 11
Demonstrabantur mihi præterea quæ Socrates supremo vi-
tæ die de immortalitate animorū differuisset, is qui esset
sapientissimus oraculo Apollinis iudicatus. de Senect. 71
Socrates apud Platonem & Xenophontē ita disputat, vt ni-
hil affirmet ipse, refellat alios. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 11
Socrates primus philosophiæ moralis author fuit, rerum-

que naturalium, in quibus omnes ante eum philosophi
occupati fuerunt, inquisitionem obscuram, & ad bene vi-
uendum non necessarium omisit. Acad. quæst. edit. 2.
lib. 1. 11
Socrates, quum ei visum esset nihil sciri posse, excepit vnum
tantum, scire se, nihil se scire: nihil amplius. Acad. quæst.
ed. 1. lib. 2. 68
Socrates pedem porta non extulit, quum triginta tyranni
essent. 8. ad Attic. 7
Nec enim vllum hoc frigidius flumen attingi, quum ad mul-
ta accesserim, vt vix pede tentare id possim, quod in Phæ-
dro Platonis facit Socrates. 2. de Leg. 6
Quando enim Socrates (qui parens philosophiæ iure dici
potest) quicquam tale fecit: 2. de Fin. 1
Socrates Xenophonti consulenti, sequereturne Cyrum, Et
nostrum, inquit, humanum est consilium: sed de rebus &
obscuris & incertis ad Apollinem cenfeo esse referendum.
Diuinit. lib. 1. 103
Socrates quum interrogaretur, cuiatem se esse diceret, Mun-
danum, inquit: totius enim mundi se incolam & ciuem ar-
bitratur. Tusc. q. lib. 5. 78
Socrates in pompa, quum magna vis auri argentique ferre-
tur, Quam multa non desidero, inquit. Tusculan. quæst.
lib. 5. 66
Est enim quasi in extrema pagina Phædri his ipsis verbis lo-
quens Socrates, Adolescens etiam nunc ô Phædre! Socrate
est: sed quid de illo augurer, lubet dicere. Quid tan-
dem, inquit ille: Maiore mihi ingenio videtur esse, quam
vt cum orationibus Lysiæ comparatur: præterea ad vir-
tutem maior indoles: vt minime mirum futurum sit, si
cum ætate procefferit, & c. reliquis præstet omnibus, qui
vnquam orationes attigerunt: aut si contentus his non
fuerit, diuino aliquo animi motu maiora concupiscat.
Orat. 23
Socrates quū penè iam in manu mortiferum illud teneret
poculum, locutus ita est, vt non ad mortem trudi, verum
in cælum videretur ascendere. Tusc. quæst. lib. 1. 59
Socrates voluptatem nullo loco numerat. de Fin. lib. 2. 75
Quum Socrates Alcibiadi persuasisset, eum nihil hominis
esse, nec quicquā inter Alcibiadem summo loco natum,
& quemuis baiulum interesse, & c. Tusc. q. lib. 3. 66
Socrates in ironia, dissimulantiæque longè omnibus lepore
atque humanitate præstitit. 2. de Orat. 150
Socrates rebus omnibus, omnium iudicio, quacunque se in
partem dedisset, facile princeps. 3. de Orat. 34
Socrates ad iudicium capitis, nec patronū qua siuit, nec iu-
dicibus supplex fuit: adhibuitque liberam contumaciam
à magnitudine animi inductam, non à superbia. Et supre-
mo vitæ die, de immortalitate animæ multa differuit: &
paucis quum facile posset educi, è custodia noluit. Tusc.
quæst. lib. 1. 58
Socrates quum Critonis oculum alligatum vidisset, quæsi-
uit quid esset: quum autem ille respondisset, in agro am-
bulanti ramulum adductum, vt remissus esset, in oculum
recidisse. non enim paruisti mihi, inquit, reuocanti, quum
vterer, qua soleo, præsigitione diuina. Diu. lib. 1. 104
Est apud Platonem Socrates, quum esset in custodia publica
dicens Critoni suo familiari, sibi post tertium diem esse mo-
riendum, vidisse se in somniis pulchritudine eximia fœ-
minam, quæ se nomine appellans, diceret Homericum
quendam eiusmodi versum,
Tertia te Phthiæ tēpestas lata locabit. Quod vt dictum
est, sic scribitur contigisse. de Diu. lib. 1. 48
Socrates, disputandi quadam subtilitate sophistarum insti-
tuta refellebat. Brut. 15
Socrates cuius ingenium variòsque sermones immortalit-
ati scriptis suis Plato tradidit, literam nullam reliquit. 3.
de Oratore, 34
Erat Athenis reo damnato, si fraus capitalis non esset, quasi
pœnæ æstimatio: ex sententia, quum iudicibus daretur,
interrogabatur reus, quam quasi æstimationem comme-
ruisse se maxime confiteretur: quod quum interrogatus
Socrates esset, respondit sese meruisse, vt amplissimis ho-

noribus & præmiis decoraretur, & vt ei victus quodia-
nus in Prytaneo publicè præberetur, qui honos apud Græ-
cos maximus haberetur. Cuius responso iudices sic exar-
serunt, vt capitis hominem innocentissimum cōdemna-
rent: qui quidem si absolutus esset, & c. 1. de Orat. 119
Socrates, Lysiæ orationē pro se scriptam respuit. 1. de Or. 118
Socrates sapienter sentiendi, & ornatè dicendi scientiam se-
parauit. 3. de Orat. 34
Socrates percontando atque interrogando elicere solebat e-
orum opiniones, quibuscum differebat, vt ad ea quæ ii re-
spondissent, si quid videretur, diceret. de Fin. lib. 2. 1. & 2
Socrates execrari eum solebat, qui primus vtilitatem à na-
tura se iunxisset. Id enim caput esse exitiorum omnium. 1.
de Legib. 25
Socrates vti solitus est ea dissimulatione, quæ Græci ἐπιπέλας
vocat, quando se nihil scire affirmavit. Acad. q. ed. 1.
lib. 2. 16
Socrates de se ipso detrahēs in disputatione, plus tribuebat
iis, quos volebat refellere. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 16
Socrates inductione plurimum est vsus, propterea quòd ni-
hil ipse afferre ad persuadendum volebat, sed ex eo quod
sibi ille dederat: qui cū disputabat, aliquid conficere ma-
lebat. 1. de Inuent. 69. Top. 21
Socrates & Plato tollendi ex eorum numero, qui negarunt
quicquam sciri aut percipi posse. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 16
Socrates & Theraenes præstantes viri virtutis & sapien-
tiæ gloria. Tusc. q. lib. 1. 90
Socratis omnis oratio tum in virtute laudanda, & in homi-
nibus omnibus ad virtutis studium cohortandis confu-
mebatur. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 11
Socratis multiplex ratio disputandi, rerumque varietas, &
ingenii magnitudo Platonis memoria & literis consecra-
ta, plura genera effecit dissentientium philosophorum.
Tusc. q. lib. 5. 8
De Græcis autem dulcem & facetum, festiuūque sermonis,
atque in omni ratione simulatorē, quem ἐπιπρωα Græci no-
minarunt, Socratem accepimus. Off. lib. 1. 151
Socratem ipsum parentem philosophiæ, Zeno, Latino ver-
bo vtens, scurram Atticum fuisse dicebat. de Nat. d. 1. 66
Zopyrus physiognomon, qui se profitebatur hominū mo-
res, naturalisque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernosce-
re, stupidum esse Socratem dixit & bardum, quòd iugula
concaua non haberet. de Fat. 8
Socratem ferunt, cū vsque ad vesperum contentius am-
bularet, quæsitumque esset ex eo, quare id faceret, respon-
diffe, se, quo melius cœnaret, obsonare ambulando famē.
Tusc. q. lib. 5. 70
Imitatus est homo Romanus & consularis veterem illum
Socratem, qui, cū omnium sapientissimus esset, sanctis-
simeque vixisset, ita in iudicio capitis pro se ipse dixit, vt
non supplex aut reus, sed vt magister, aut dominus vide-
retur esse iudicium: quinetiam quum ei scriptam oratio-
nem discretissimus orator Lysias attulisset, quam, si ei vi-
deretur, edisceret, vt ea pro se in iudicio vteretur, non in-
uitus legit, & commodè scriptam esse dixit: sed, inquit, vt
si mihi calceos Sicyonios attulisses, non vterer, quanuis
essent habiles & apti ad pedē, quia non essent viriles: sic
illam orationem disertam sibi & oratoriam videri, for-
tem & virilem non videri. 1. de Orat. 118
O Socrates, ô Socratici viri, nunquam vobis gratiam referā.
14. ad Att. 11
A Socrate omnis quæ est de vita & de moribus philoso-
phia manauit. Tusc. q. lib. 3. 13. a
Plures ferè orti à Socrate, quòd ex illius variis & diuersis, &
in omnem partem diffusis disputationibus, alius aliud ap-
prehenderat, profeminatæ sunt quasi familiæ, dissentien-
tes inter se, & multum difiūctæ & dispares, quum tamen
omnes se philosophi Socraticos & dici vellent, & esse ar-
bitrarentur. 3. de Orat. 35
Quid dicam de Socrate: cuius morti illachrymari soleo Pla-
tonem legens. 3. de Nat. 61
Ironia illa quam dicunt in Socrate fuisse. de Claris, 192. & de
Orat. 104. b

Vrgerent præterea philosophorum greges, iam ab illo fon-
te & capite Socrate, nihil te de bonis rebus in vita, nihil
de malis, nihil de animi permotionibus, nihil de homi-
num moribus, nihil de ratione vitæ didicisse, nihil omni-
no quæsiuisse. 1. de Orat. 22
SOCRATICUS.
Aristippus ille Socraticus nō erubuit, quum esset obiectum
habere eum Laida. 9. fam. 61
Xenophon Socraticus, qui Socratis somnia scribit, quorum
exitus mirabiles extiterunt. 1. de Diu. 49
Esti quem tuorum affectum mœrore videris, huic acipen-
ferem potius, quam aliquem Socraticum libellum dabis:
Tusc. quæst. 199. b
Antisthenes patientiam & duritiam in Socratico sermone ma-
ximè adamarat. 3. de Orat. 35
Philosophi Socratici. Off. 21. b
Socratici in vtranque quidem partem disputare, sed tamen
ad extremum τὴν ἀπέρωτον sententiam pronuntiare so-
liti. 2. ad Att. 12
Fuerunt etiam alia genera philosophorū, qui se omnes
ferè Socraticos esse dicebant, Eretricorū, Herilliorum, Me-
garicorum, Pyrrhoneorum: & c. 3. de Orat. 36
SOCRUS.
Dinea, quæ tum mulieri focrus erat. pro Cluent. 24. b
Nubit genero focrus, nullis auspiciis, nullis aut horibus, fu-
neftis omnibus omnium. pro Cluent. 10. a
Literæ Capuam allatæ ab Clodia focru. Att. 138. b
Nihil de focru tua audisti: in Verr. 113. b
SODALIS.
Ego qui & sodalis, & familiarissimus Dolabellæ eram:
epistol. 191. b
Nam ille quoque sodalis istius erat in hoc morbo & cupi-
ditate. 3. Verr. 64. a. Id est, eodem animi vitio tenebatur.
Cur sodalis meus interfectus domi suæ Drusus: 3. de Na-
tura deo. 115. a
At hoc Anaximandro populari & sodali suo non persuasit.
4. Acad. q. 210. a
Ego pro meo sodali, qui mihi in liberū loco more maio-
rum esse debet, decerno. de Orat. 127. b
Primum habui semper sodales, & c. de Senect. 86. b
Plancus in petitione habuit multos cupidos sui, & gratio-
sos: quos si tu sodales vocas, officiosam amicitiam nomi-
ne inquinans criminoso. pro Planc. 268. b. de Nat. de. 76. b;
& in Verr. 95. b
Epulabar igitur cum sodalibus omnino modicè. de Se-
nectute, 86. b
SODALITAS.
Hoc igitur sensum cuiuscūque tribus largitor esset: & per-
conlenfionem magistratum, quæ honestè sodalitas no-
minaretur, & c. pro Planc. 30. a
Fera quædam sodalitas, & planè pastoritia atque agrestis
Germanorū Lupercorum, quorum coitio syluestris antè
est instituta, quam humanitas atque leges. pro Cæl. 42. b
Honestas sodalitas. pro Planc. 266. b
Officia sodalitates ab aliquo flagitare. in Verr. 98. b
Sodalitates autem me Quæstore cōstitutæ sunt, sacris Idæis
magnæ matris acceptis. de Senect. 41. a
Sodalitates ciuium. de Pet. Conf. 14
s. c. factum est, vt sodalitates decuriatque discederent. ad
Heren. 2. b
SODALITIUM.
Venit in ædes quasdam, in quibus sodalitiū erat eodem
die futurum. ad Heren. 40. b
Non ita est, sed abiit in sodalitiū sacrilegii Nigidiani. in Sa-
lustium, 9. a
Lex Licinia, quæ est de sodalitis. pro Planc. 266. b
SODES.
Libenter etiam copulando verba iungebant, vt sodes, pro si
audes: sis, pro si vis. in Orat. 86. a
Tartesium istum tuum mihi exeunti iube sodes nummos
curare. ad Att. lib. 7. 123. 16. a
SOL.
Sol dictus est, vel quia solus ex omnibus syderib⁹ est tātus:

vel quia quum exortus est, obscuratis cæteris syderibus solus apparet. de Diu. 90. b. & de Nat. d. lib. 2. 50. & lib. 3. 38
Sol multis partibus maior atque amplior, quam terra vniuersa. 2. de Nat. d. 68. & Acad. q. ed. 1. lib. 2. 107
Sol, moderator & dux omnium. Tusc. q. lib. 1. 55
Sol assus vel vnctus. 12. ad Att. 9
Sol oriens, contrarium, obiens. Somn. Scip. 23
Sol, duabus vnus orbis vltimis partibus definiens motum, cursus annuos conficit. de Nat. d. 1. 61
Sol est Apollo: luna autem Diana. 3. de Nat. d. 36
Sol v. diebus, & l. x. & c. c. quarta ferè diei parte addita conuersionem facit annuam. de Nat. d. 35. b
Sol qui astrorum obtinet principatum. de Nat. d. 35. b
Deinde subter mediam ferè regionè sol obtinet, dux & princeps & moderator luminum reliquorum, mès mundi, & temperatio, tanta magnitudine, vt cuncta sua luce lustret atque compleat. de Somn. 15
Sol igneus, Oceani alitur humoribus. de Nat. d. 2. 29
Sol qui tanta incitatione fertur, vt celeritas eius quanta sit, ne cogitari quidem possit, nobis tamen stare videtur. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 74
Sol Democrito magnus videtur, quippe homini erudito, in Geometriâque perfecto. lib. 1. de Fin. 16
His de rebus sol me ille admonuit, vt breuior effem, qui ipse iam præcipitans, me quoque hæc præcipitem penè euoluere coëgit. de Orat. 162. b
Vbi sol suum totum confecit & peragrauit orbem, sit annus. de Vniu. 41
Sol geminatus, P. Africani mortem prænuntiauit. de Natura deor. 2. 11
Sol quum Phaetontè filium in currù transtulit. 3. de Nat. 57
Videmus sol vt circumferatur, vt accedat ad brumale signum, & inde sensim accendit in diuersam partem. de Orat. 159. b
Sol cur se referat, nec longius progrediatur solstitiali orbe, itémque brumali. 3. de Nat. d. 25
Sol maiorne quam terra sit, an verò tantus quantus videatur. de Diu. 110. b
Multa cõmemorarem nefaria in socios, si hoc vno sol quicquam vidisset indignus. Offic. lib. 2. 39
Sol excidisse mihi è mundo videtur. 9. ad Att. 37. Genus dicendi, quo exprimitur summa admiratio hominis quasi obstupescit.
Sol geminatus, quo anno P. Africanus sol alter extintus est. de Nat. deo. lib. 2. 11
Sol nocte visus Romæ. Diuin. lib. 1. 82
Solis accessus discessusque, solstitialis, brumalisque, cognoscitur. de Nat. deor. 2. 15
Solis candor illustrior est, quam vllus ignis. de Nat. d. 2. 29
Solis & lunæ circuitus, reliquorumque siderum. 2. de Natura deor. 117
Solis circunuectio proxima lunæ. de Vniuer. 37
Solis magnitudo, pulchritudoque, & efficiètia. 2. de Nat. 70
Solis motus, cursus ac circuitus vniuersa consideratio. de Nat. deo. 2. 36
Rota feruida solis. in Arat. b
Solis tactus non tepescit solùm, sed etiam sæpe comburit. de Nat. deo. 2. 29
Solis luce clarius. Diuin. lib. 1. 6
Solis & Perseidos filia, Circe & Pasiphae. 3. de Nat. d. 34
Quum ætas tua septenos octies solis anfractus reditusque conuerterit. de Somn. 127. b
Solis radiis incensa luna, & c. de Nat. d. 1. 61
Soli & lunæ, reliquisque sideribus, animoque præterea diuinitatem dedit Crotoniates Alcmaeo. de Nat. d. 1. 20
Apud solem in delubro deposuisse pecuniam in Sicilia Alexander dicitur. 2. de Leg. 40
Solem quasi lumen accendit deus ad secundum supra terram ambitum, vt quàm maximè cælum omnibus colluceret, animantesque, quibus ius esset doceri, ab eiusdem motu, & ab eo, quod simile esset, numerorum naturam, vimque cognoscerent. de Vniuers. 39
Solem Mathematici amplius duodeviginti partibus confir-

mant maiorem esse quàm terram. Acad. lib. 2. 74
Solem vt comites cõsequuntur Veneris & Mercurii cursus. Som. Scip. 16
Non modò in solem & puluerè ex vmbraculis eruditorum, & otio, sed in ipsum discrimè & aciem doctrinam perduxit. 3. de Leg. 16
Qui solem, vt aiunt, nec occidentem vnquam viderint, nec orientem. de Finib. lib. 2. 20, & 21
Nullus vnquam dies tam magna turbulentaque tempestate fuit, quin aliquo tempore solem eius diei homines viderint. in Verr. 240. b
Solem, lunam, reliqua astra ali aquis, alia dulcibus, alia marinis. 3. de Nat. d. 25
Solem dominari, & rerum potiri putauit Cleanthes. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 117
Solem esse calidum & igneum. de Nat. deo. 33. 44, & 46. b
Solem Epicurus tantum esse censet, quantus videtur. lib. 1. de Fin. 16. & 2. de Diuin. 74. Id est, bipedalem fortasse, vel paulò aut maiorem, aut minorem.
Sicut solem intueri nequis aduersum, eiusque radiis acies vestra sensusque vincitur. de Somn. 129. b
In solem procedere. Brut. 18
Solem è mundo tollere videntur, qui amicitiam è vita tollunt. Læl. 43
Ago tibi grates summe Sol, vobisque reliquis cælites. de Somn. Scip. 126. b
Occidente sole. Tusc. q. 168. b
De sole & luna, eorumque motu. de Nat. d. 18. b
Si ea quæ dixi, sole ipso illustriora & clariora sunt. de Finibus, 63. b
In illo sole tuo Lucretino applicationè tecum vnã malim, quàm, & c. 7. ad Att. 38
Simul cum sole experrectus effem. 13. ad Att. 50
A sole ex agris tepescit & ex aquis excitantur vapores. 2. de Nat. deo. 88
A sole collucere. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 96
Quum duo visi soles essent, & quum tres lunæ, & quum factes, & quum sol nocte visus esset, & c. de Diu. lib. 1. 82
Soles multi à theologis proferuntur. de Nat. d. lib. 3. 38
Solarium.
Aut quum solarium vel descriptum, aut ex aqua contèplere, intelligere declarari horas arte, non casu. 2. de Nat. d. 63
Vt ne ad solarium quidem idoneus sis. ad Her. lib. 4. 155
Non ad solarium, non in campo, non in conuiuio versatus est. pro Quint. a. Id est, in foro Rom. vbi erat solarium.
Solstitium.
In his locis post solstitium canicula exoritur, apud Troglodytas ante solstitium. de Diu. 127. b
In lunæ cursu est bruma quædam, & solstitii similitudo. de Nat. deo. 36. b
Possète vno tempore florere, dein vicissim horrere terra, aut tot rebus ipsis se immutantibus, solis accessus, discessusque solstitialis brumisque cognoscitur. de Nat. d. 29. a
Solstitialis.
Solstitialis dies. 1. Tusc. q. 151. a
Cur sol se referat, nec longius progrediatur solstitiali orbe, itémque brumali. de Nat. d. lib. 3. 48. a
Astra per cælum penetrantia solstitiali se & brumali reuocatione conuertunt. de Vniu. 43
Solamen, vide Solor.
Solarium, vide Sol.
Solatium, vide Solor.
Solea.
Quidam iudicatus est patrem occidisse: ei statim, quòd effugiendi potestas non fuit, igneæ soleæ in pedes inducæ sunt. 2. de Inuen. 232. a
P. Clodius à crocota, à mitra, à muliebribus, soleis, purpureolisque fasciis, à strophio. de Arusp. 40. a
Soleatus.
Stetit soleatus Prætor populi Rom. cù pallio purpureo, tunicaque talari, muliercula nixus, in litore. 7. Ver. 69. a
Quò ad te quinta ferè hora cù Pifone venissem, nescio quò è gurgustio te prodire inuoluto capite soleatu: in Pif. 9. a

Solennis.

Illà solennis comitiorum precatio. pro Mur. 124. b
Interim quò sciret Clodius (neque enim erat difficile scire) iter solenne, legitimum, necessarium, ante diem Calend. Februarii, Miloni esse Lanuuium ad Flaminem prodendum, & c. pro Mil. 19. a
Nullum est officium tam sanctum atque solenne, quod non, & c. pro Quintio, 13
Solenne sacrificium & publicum. de Leg. 177. b
Solenne & statutum sacrificium. 1. Tusc. q. 183. a. aliàs, statum. Nec institutas ceremonias persequi, nec vllum verbum solenne potuit effari. pro Domo, 242. b
Tantum igitur nostrum illud solenne seruemus, vt ne quem istuc euntem sine lteris dimittamus. ad Att. lib. 7. 126. 1. a
Lentulus de solenni religione retulit. Postquam. 200. b
Qui dies quasi deorum immortalium festi atque solennes sunt aduentu meo celebrati. in Pison. 90. b
Epulæ solennes. de Orat. 161. b
Sacrificia solennia. de Nat. 40. b
Omnia solennia ac iusta ludorum summa cum ceremonia sunt seruata. de Arusp. 248. b
Solennium ludorum curatores ædiles. 3. de Leg. 6
Omnèsque dii, qui solennes cætus ludorum initis, vehiculis thenfarum. in Verr. 274. b
Expiare solenes religiones supplicio alicuius. pro Mil. 115. b
Status solennèque ceremonias pontificatu contineri. de Arusp. resp. 247. b
Nec vlla vitiorum sacra solennia obeunto. de Leg. 173. b
Si Trib. pleb. verbis præcis & solennibus bona ciuis cuiuspiam consecrarit. pro Domo. 238. b
Solentini.
Solentini, Siciliae populi. 5. in Verr. 84
Soleo.
Quum quædam in colibus (vt solet) cõtrouersia pastorum esset orta. pro Cluent. 130. a
Qui mentiri solet, peierare consuevit. Q. frat. 52. b
Vt in conditionibus scribi solet. 1. de Orat. 50. a
Quæ rere à nobis Balbe soletis. de Nat. d. 1. 37
Solebam enim antea delectari oleis. epist. 136. b
Irrisit ille quidem, vt solebat, philosophiam. de Orat. 91. b
Quando tu secundum CEnomaum Accii, non vt olim solebat Attellanum, sed vt nunc sit, Mimium introduxisti. epistolarum, 136. b
Quò quædam, vt soleat, cõtrouersia esset orta. pro Cluent. 52. b
Ratio consuetudinis meæ, qua quondam solitus sum vti. de Orat. 96. & 161. b
Antipater ille Sidonius, & c. solitus est versus hexametros, aliisque variis modis atque numeris fundere ex tempore. in Orat. 107. a
In Pompeium authorem (vt prædicare est solitus) consiliorum suorum inuehi cœpit. de Arusp. 255. b
Sed etiam hilarioribus oculis, quàm solitus eras, intuete. in Pisonem, 81. b
Si prius quid Scipio reprehendere solitus sit, edixero. de Inuent. 42. b. & de Amic. 107. b
Et maximè si aliquando alio domino solita est frequentari. Offic. 28. b
Quod optimo cuique Athenis accidere solitum est. 2. de Oratore, 31. a
Illud è Tarètino Archita, vt opinor, dici solitum. de Ami. 112. b
Ita bona vaneant, vt solitum suum cuique soluatur. pro Rabinio Posth. 130. b
Solers.
Solers, subtilisque descriptio partium, quàmque admirabilis fabrica membrorum. 2. de Nat. d. 180. a
Prouida solersque natura. 2. de Nat. d. 93. a
M. Pisonis acumen in reprehendis verbis versutum & solers. de Clar. 186. b
Iam quò quisque est solentior & ingeniosior, hoc docet iracundius & laboriosius. pro Rosc. Com. 18. a
Quid hoc homine solentius. de Nat. d. 74. b
Nec consuetiones modò delectant, sed etiam insitiones: quibus nihil inuenit agricultura solentius. de Senect. 50. a

Solertes.

Artes verò innumerabiles repertæ sunt docente natura, quæ imitata ratio, res ad vitam necessarias solertes consequuta est. 1. de Leg. 38. a
Præsertim cum multis partibus sint illa perfecta, quàm hæc simulata solertius. 2. de Nat. d. 127. a
Tu illius æris temperationem, tu operum liniamenta solertissimè perspicias. 6. Verr. 88. a
Solertia.
Solertia diuina. de Nat. d. 1. 38. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 111
Quocirca in omni re fugienda est talis solertia. 1. Offic. 50. a
Data est quibusdam etiam machinatio quædam atque solertia, vt in araneolis. 2. de Nat. d. 183. a. De bestis.
Solertiam naturæ, nulla ars imitari potest. de Nat. d. 1. 65
Sic homines, ac multò etiam magis, natura congregati adhibent agendi congregandique solertiam. 1. Offic. 219. a
Tum eum dixisse, mirari se non modo diligentiam, sed etiam solertiam eius, à quo essent illa dimensia & descripta. de Senectute, 55. a
Quis tantam solertiam persequi potuisset in sensibus: de Natura deo. 54. b
Ex hominum solertia mens aliqua est, & ea quidem acrior & diuina. de Nat. deor. 2. 14
Chaldæi in Syria, cognitione astrorum, & solertia ingeniorum antecellunt. de Diu. 99. b
Aliquem inscium faciendi, cum aliqua solertia iudicandi, adhiberi ad probandum quippiam. de Opt. gen. 244. b
Negatis hoc tam politè, tamque subtiliter effici potuisse sine aliqua solertia. 4. Acad. q. 216. a. & de Nat. d. 11. b
Solicitude.
Solicitude, est ægritudo cum cogitatione. Tusc. q. lib. 4. 15
Solicitude & studium, diuersa sunt. pro Planc. 18
Solicitude animi & timor. pro Cluent. 27. b
Solicitude in qua illis temporibus fuistis. contra Rul. 68. b
Ex te duplex nos afficit solitudine, quòd & ipse Rep. cares, & illa te. de Clar. 186. a
Nulla cura, nulla solitudine reliqua est. Tusc. q. 169. b
Solicitude conscientie vexat impios. de Leg. 164. b
Nulla reliqua cura, nulla solitudine futura. 4. Tusc. q. 92. a
Solicitudinis aliquid mihi suo nuntio attulisset. 9. fam. 34
Quequid hoc tempore habeat solitudinis ac negotii, id omne à matre esse conflatum. pro Cluent. 135. a
Sed dices me ipsum mihi solitudinem struere. ad Atticum, lib. 5. 109. 4. a
In solitudinem adduci ab aliquo. 12. fam. 14
Non minore nunc sunt solitudine, quàm erant studio. 2
Solicitudine prouincie tamen vel maximè vrgebamur. ad Attic. lib. 6. 116. 4. a
A solitudine animum abducere. 4. fam. 9
Stoici omnia cum superstitiosa solitudine & miseria credunt. de Diuin. lib. 2. 68
Tibi autem de me cum solitudine cogitanti subito sum visus emerfus ex flumine. de Diuin. 137. b
Nunc scitote me esse in summa solitudine. Att. 129. b
Præ solitudine ac stomacho multa scribere non possum. Attic. 181. b
Sine solitudine esse. ad Brut. 91. b
Angores, solitudines diurni & nocturni metus. 3. Of. 111. a
Solicitudines inanes. Tusc. q. lib. 2. 8
Solicitudinum aculei & scrupuli. 1. ad Attic. 56
Perfugium videtur omnium laborum & solitudinum esse somnus. 2. de Diuin. 222. a
Omnes molestias & solitudines, quibus miserrimam habui, deposui. epist. 236. b
Solicitudines perferre. 6. fam. 55
Easque ipsas solitudines, quibus eorum animi noctes diefque exedunt, à diis immortalibus supplicii causa importari putant. 1. de Fin. 79. a
Solicitus.
Amor sollicitus atque anxius. ad Att. lib. 2. 39. 1. a
Animus sollicitus. epist. 254. b
Mirificè sum sollicitus quidnam de prouinciis decernatur. ad Cæl. lib. 2. 10. 1. a

Quam sum sollicitus quidnam futurum sit? ad Att. lib. 8. 150. 2. a
 Magis sum sollicitus expectatione ea, quam metu. Q. frat. 317. b
 Sum sollicitus de te, &c. Att. 173. b
 Sollicitus equidem eram de rebus vrbanis. Caelio, lib. 2. 11. 1. a
 Antea sollicitus eram, & angebar sicut res scilicet ipsa cogebat, quum consilio explicare nihil possem. ad Att. li. 9. 173. 10. a
 Sollicita suae rei cuiusque custodia. 2. Offic. 116. a
 Sollicitum autem te habebat cogitatio, quum officii, tum etiam periculi mei. Mario, lib. 7. 3. 2. a
 Epistola tua sollicitum me de Q. fratre valde leuauit. Att. 59. b
 Quae non meum animum magis sollicitum haberent, quam tuum. Caelio, lib. 2. 15. 2. a
 Te tamen hoc scire volo, vehementer populum sollicitum fuisse de P. Scyllae morte, antequam certum scierit. ad Dolabellam, lib. 9. 10. 6. a
 Sollicitam mihi ciuitatem suspitione, suspensam metu, perturbatam vestris legibus & concionibus & seditionibus tradidistis. 1. de lege Agrar. 14. a
 Quarta restat causa quae maximè angere, atque sollicitam habere nostram aetatem videtur. de Senect. 61. a
 Suspenso animo & sollicito scire aures quid esset noui. ad Att. lib. 2. 33. 1. a
 Num igitur eum postea censes anxio animo aut sollicito fuisse? 2. de Fin. 90. a
 Suspenso ac sollicita tota ciuitate, &c. pro Domo, 73. a
 Quae autem pater & filius Butroti solliciti eramus de tua ualitudine mirum in modum. ad Tironem, lib. 16. 2. 1. a
 Omnia semper suspecta atque sollicita sunt, nullus locus est amicitiae. de Amic. 48. a
 Suspenso atque sollicita semper omnia in vita tyrannorum. de Amicitia, a
 Sollicitiore certe hominem non suis contractis, neminem puto fuisse. Plancus Cic. lib. 10. 18. 9. a

Sollicito.

Ea cura me uoluntatissimè sollicitat. epist. 27. b
 Sed tamen nihil me magis sollicitat, quam in illis molestis non me ridere tecum. epist. 24. b
 Sollicitat me patria. 10. fam. 1. Id est, maxima cura mihi est de patria.
 Sollicitat me ista terra & mare. 3. ad Q. frat. 20
 Sollicitat me tua ualitudo. 16. fam. 25
 Quemadmodum temeritas & libido & ignauia semper animum excruciant, & semper sollicitant, turbulentaque sunt. 1. de Finib. 77. a
 T. Plancus, ceteri pares, sollicitant homines imperitos. in Anton. 119. b
 Multi sunt, qui me sollicitant, anguntque. Att. 16. b
 Non rursus decurabit impios, non agrarios sollicitabit. in Anton. 112. b
 Nec praeterea est res vlla quae sua natura aut sollicitare possit, aut angere. 1. de Fin. 65. a
 Hoc me sollicitare summè solet. de Ora. 136. b
 Sollicitare animum. de Fin. lib. 1. 40
 Cuius seruorum Diogenem Fabritius ad uenenum Habito dandum spe & pretio sollicitare coepit. pro Cluen. 35. a
 Sollicitare exercitum. epist. 169. b
 Seruorum sollicitare uerbis, spe, praemiis corrumpere. pro Deiotaro, 149. b
 Sollicitare seruorum alicuius ad aliquem necandum. pro Cael. 48. b
 Sollicitabar rebus maximis uno atque eo perexiguo tempore. 2. Verr. 15. Id est, angebar & sollicitus eram.
 Sollicitari noctes dieque. Cat. 1
 Quamquam certo scio, non ut Flaminium sollicitari te Attice. de Senect. 77. b
 Quare si quem uestrum forte commouet hoc, &c. pretio sperantem sollicitari posse animos egentium atque imperitorum, est id quidem coeptum atque tetatum. 4. in Cat. 89. a

Sollicitatus.

Sollicitatus exercitus magnis praemiis. 10. fam. 15. in epistola Planci.
 Sollicitatum se esse ut regnare uellet. 15. fam. 8
 Legio est ab eo sollicitata. pro Cluen. 37. b
 Sollicitatis exercitibus. 11. fam. 6. in epist. M. Bruti & Cassii.

Sollicitatio.

Allobrogum sollicitatio. in Cat. 66. a
 Et de sollicitatione Diogenis recenti re secum Cleophatum locutum esse dicebat. pro Cluen. 41. a
 Ab omni omnium sollicitatione auersos. 10. fam. 51. in epist. Planci.

Solidus.

Paries directus, solidus, uel fornicatus. Top. 221. b
 Solida laus & uera dignitas. in Vat. 30. b
 Vera, grauis, & solida gloria. in Ant. 204. b. & ad Brut. 6
 Res solida & expressa, non adumbrata. Tusc. q. 190. b
 Terra solida & globosa. de Nat. d. 45. b
 An ille tempus aut in poetis euoluendis consumeret, in quibus nulla solida utilitas, omnisque puerilis est delectatio. 1. de Finib. 108. a
 Quum columnam auream, quae esset in fano Iunonis Lacinae, auferre uellet, dubitaretque utrum ea solida esset, an extrinsecus inaurata. 1. de Diuin. 87. a
 Solidum genus orationis. de Claris, 192. b
 At enim solidum id est, ut me Siculi maximè uelint: alterum illud, credo obscurum est, &c. in Verr. 58. b
 Species deorum, quae nihil coeuti habeat, nihil solidi, nihil expressi, nihil eminentis. de Nat. d. 16. b
 Sed nos ueri iuris, germanaque iustitiae solidam & expressam effigiem nullam tenemus, umbra & imaginibus uimur. 3. Offic. 91. a
 Non enim tribum Tarentinum, sed solidam & robustam & assiduam frequentiam praebuerunt. pro Plancio. 17
 Solidam ueramque laudem quaerere. pro Sestio, 22. b
 Ut orator suauitatem habeat austeram & solidam, non dulcem atque decoctam. de Orat. 152. b
 Quibus ex rebus nihil est quod solidum tenere possis. in Pisonem. 92. b
 Illi enim negant bonum quicquam esse, nisi nescio quam illam umbram, quod appellant honestum, non tam solido, quam splendido nomine. 1. de Finib. 92. a
 Nihil tangi potest, quod careat solido: solidum autem nihil est, quod terrae sit expers. de Vniu. 15
 Pompeius forte cauet uisuram, nec ea solida contentus est. Attic. 85. b
 Illa indiuidua & solida corpora. de Finib. 52. b
 Solida omnia uno medio nunquam, duobus semper copulantur. de Vniu. 19
 Haec sunt indicia solida & expressa, haec signa probitatis. pro Plancio, 263. b
 A corporibus solidis fluere imagines. pro Plancio, 236. b
 Duae formae praestantes sunt, ex solidis globus, ex planis circulus aut orbis. de Nat. d. lib. 2. 34
 Ita bona uaneant, ut solidum suum cuique soluatur: nihil iam aliud nisi fidem curat. pro Rab. Posth. 28. a

Soliditas.

Soliditas corporis indiuidui. de Fin. 52. b
 Sed quum soliditas mundo quaereretur, solida autem omnia uno medio, nunquam duobus semper copulantur, &c. de Vniu. 19. a
 Nec esse in ea specie ullam soliditatem. de Nat. d. 1. 74. paulo post, Nec ullam habet soliditatem nec eminentiam.
 Ille atomos, quas appellat, id est corpora indiuidua, propter soliditatem censet in infinito inani. 1. de Fin. 26. a
 Ut manu doceat eam esse vim & naturam deorum, ut primum non sensu, sed mente cernatur: nec soliditate quadam, nec ad numerum. 1. de Nat. d. 36. a

Solistimum.

Quod autem scriptum habetis, aut tripudium fieri, si ex ea quid in solidum ceciderit, hoc quoque quod dixi coactum tripudium solistimum dicitis. 1. de Diuin. 53. a

Solitaris, Soliuagus, uide Solus.

Solium.

Dicit te cum aedes venderes, ne in rutis quidem & caesis solium paternum recepisse. de Orat. 129. b
 Graeci stipati in lectulis, ipse solus bibiturus, quae eodem de folio ministrantur. in Pisonem. 84. b
 Sedere in folio, ornatu regali de Finib. 79. b

Ut more patrio sedens in folio consulentibus responderem. de Leg. lib. 1. 8

In folio sedens domi. de Leg. 155. b

Solœcum.

Lucullus de suis historiis dixerat, se, quo facilius illas probaret, Romani hominis esse, idcirco barbara quaedam, & nonnulla dispersisse. Att. 19. b. & 14. 7

Solœcismus.

Solœcismus est, quum pluribus uerbis, consequens uerbum superiori non accommodatur. 4. ad Heren. 159

Solon.

Solon popularis tuus, qui capite sanxit, si quis in seditione non alterutrius partis esset. Att. lib. 10. 2

Solon & Pisistratus, Seruio Tullo regnante, uiguerunt. Brut. 19

Solon, Pisistrato paulo senior, multum ut suis temporibus dicendo ualuit. Brut. 14

Solon Areopagitas constituit. Off. 1. 105

Solon quo & tutior uita eius esset, & plus aliquantulum Reip. prodesset, furere se simulauit. Off. 1. 151

Solon, Pisistrato tyranno quaerenti, qua tandem spe fretus sibi tam audacter obstitisset, respondisse dicitur, Senectute. Cat. 65

Solon, se quotidie aliquid addiscentem, senem fieri dicebat. Cat. 23, & 46

Ut Solonis dictum uisurpem, qui & sapientissimus fuit ex septem, & legum scriptor solus ex septem. Is Remp. duabus rebus contineri dixit, praemio & poena. ad Brut. 34

Ante Solonis aetate de nullo ut deserto memoriae proditum est. Brut. 19

Solonis quidem sapientis eloquiū est, quo se negat uelle suam mortem dolore amicorum lamētisque vacare, uult se charum, credo, suis esse. de Senect. 66

Posteaquam, ut scribit Phalereus, sumptuosa fieri funera & lamentabilia coepissent, Solonis lege sublata sunt. 2. de Legibus, 59

Solonis lex lugubrem euolationem in funere uetat. 2. de Leg. 55

E Solonis legibus translata uerba in XI. tabulis. 2. de Leg. 54

Apud Solonem de sepulchris nihil est amplius, quam ne quis ea deleat, neue alienum inferat: poenaeque est, si quis bustum aut monumentum, aut columnam uoluerit, deiecerit, frangerit. 2. de Leg. 59

Prudentissima ciuitas Atheniensium, dum ea rerum potita est, fuisse traditur. eius porro ciuitatis sapientissimum Solonem dicunt fuisse eum, qui leges, quibus hodie quoque utuntur, scripserit. is quum interrogaretur, cur nullum supplicium constituisset in eum, qui parentem necasset: respondit se id neminem facturum putasse. pro Rosc. Amer. 42

Dicant uel Graeci Lycurgum aut Solonem (quamquam illos quidem censemus in numero eloquentium reponendos) 2. de Orat. 30

Solonium.

Quum educaretur in Solonio, qui est campus agri Lanuuii. Att. 24, & 28. b. & de Diu. 97. b

Solor.

C. Antonius hac uia re miseriam suam solatur. in Vat. 34. b

Solatium.

Veatigal, &c. solatium annonae. contra Rul. 82. b

Vacare culpa, magnum est solatium. Mario, lib. 7. 3. 13. a

Illud uel solatium manebat, quod ereptum est. 4. fam. 21

Quae quidem tamen aliquid habebant solatii antequam, quam eorum uenisti a Pompeio. ad Att. lib. 3. 49. 3. a

Haec studia adolescentiam alunt, senectute oblectant, secundas res ornant, aduersis perfugium ac solatium praebent. pro Archia, 12. a

Solatium dare. 4. ad Attic. 46

Solatium unum quare facilius pati possim. 7. fam. 21

Non ex litibus aestimatis tuis pecuniam, domum, sed ex tua calamitate cineri atque ossibus filii tui solatium uult reportare. 7. Verr. 100. a

Sed non ego medicina: me ipse color, & maximè illo solatio, quod, &c. de Amic. 9. a

In maximo meo dolore hoc solatio uitor, quod, &c. Brutus Ciceroni, lib. 11. 26. 1. a

Nosque malo solatio, sed non multo tamen consolamur, quod ipsius uicè minimè dolemus, &c. ad Att. li. 4. 75. 1. a

Sed fruatur sanè hoc solatio. de Prouin. 72. b

Luatum alicuius nullo solatio leuare posse. 9. Phil. 265. a

Haec sunt solatia, haec fomenta summorum dolorum. Tusc. quaest. lib. 2. 51

Vos uerò, inquam, Attice, & praesentem tuae cura leuatis, & absentem magna solatia dedistis. de Clar. 6. a

Multa mihi dant solatia. ad Att. lib. 4. 85. 14. a

Ut illi, &c. haberent haec oblectamenta & solatia seruitutis. 6. Verr. 118. a

Qui & domesticis & forensibus solatiis ornamentisque priuati, &c. Tusc. q. lib. 1. 68

Solamen.

Et si illis planè orbatum essem, magnum tamen afferret mihi aetas ipsa solamen. de Amic. 86. a. Vetus exemplar habet solatium.

Solstitium, uide Sol.

Solum.

Solum ambitus aedium. Top. 221. b

Solum & quasi fundamentum orationis est locutio emendata & Latina. de Clar. 188. b

Quod solum tam exile & macrum est, quod aratro perstringi non possit: contra Rul. 79. b

Patriae solum omnibus charum est. in Cat. 121. b

Quin ipse quoque sum ipse uillae amior factus, atque huic omni solo, in quo tu ortus & procreatus es. de Leg. 169. b

Solum habere uelle, summa dementia est. Tusc. q. lib. 4. 46

Ibi loquor quod in solum, ut dicitur. epist. lib. 9. 62

Abuteris ad omnia atomorum regno & licetia. hinc quodcunque in solum uenit (ut dicitur) effingis atque efficis. de Nat. d. lib. 1. 45

Nam qui uolunt poenam aliquam subterfugere, aut calamitatem, eò solum uertunt, hoc est sedem ac locum mutant. pro Cec. 72. a. & pro Domo sua, 61. Parad. 121. b

Solum uertere, exilii causa. 5. Philip. 174

Hanc antequam amittere non potuissent, quam huius solum ciuitatis imitatione uertissent. pro Corn. Balbo, a

Quod uertendi, hoc est, mutandi soli causa uenerant. pro Quint. 11. b

Seremus igitur aliquid tanquam in inculto & derelicto solo. de Claris, 166. b

Cleomenes nauem in solo fluctuantem reliquerat. in Ver. 254. b

Iupiter Opt. Max. cuius nutu sola terrarum gubernantur. Antequam, 196. b

Aurata tecta, & sola marmorea in uillis facere. Parad. 62

Vos muta regiones imploro, & sola terrarum ultimarum. pro Corn. 57. b

Mihi amicitiae est Scythicum tegmen, calceamentorum solorum callu, cubile terra. 5. Tusc. q. 130. 2. Solum, hoc est planum pedis imi, quae pars & planta dicitur.

Solum, aduerbium.

De re uia solum dissident, de ceteris mirifice congruunt. 2. de Legibus, 80. a

Recto casu solum Graecè loqui. Orat. 121. b

Nos nuntiationem solum habemus, Consules & reliqui magistratus etiam inspectionem. in Phil. a

Neque solum dicatione, &c. sed etiam postliminio potest ciuitatis fieri mutatio. pro Corn. Balb. 10. a

Non solum, sed, &c. epist. 60. b. & pro Milo. 113. b

Non solum, &c. sed etiam, &c. Attic. 118. b

Non solum oratione, sed multo etiam magis uis & dolore. 2. de Orat. 107. a

Non solum gratiae, uerumetiam suspicioni resistat. 1. ad Quint. frat. 15

Quasi uerò atra bili solum mens, ac non saepe uel iracundia grauiore, uel timore, uel dolore moueatur. Tusc. q. 3. 18. a

Quasi uerò, inquit, perpetua oratio rhetorum solum, non etiam philosophorum sit. 2. de Finib. 28. a

Soluo.

Nos eo die coenati soluimus, inde austro lenissimo in Italia peruenimus. epist. lib. 7. 3. a

Agamemnon soluere imperat auersa nauis. de Diu. 86. b

Si idem sciat complures mercatores Alexandria soluisse, na
 uesque in cursu frumento onustas petentes Rhodum vi-
 derit, dicturusne sit Rhodiis id, &c. 3. Offic. 66. a
 Quod si e portu soluentibus, si qui iam in portu ex alto in-
 uehantur, præcipere summo studio solent, &c. pro Mur. 3. a
SOLUO, aperio, libero.
 Delatus est ad me fasciculus, solus solui. Att. 176, & 240. b
 Soluere epistolam. 15. ad Att. 11
 Reuertor nunc ad Antonium, &c. ergastula soluendo. Bru-
 tus ad Cicer. lib. 11. 10. 5. a
 Quid ad hæc reperis: soluamus inquis. Att. 103. b
 Soluere anchoras. Att. 7. b
 Soluere aliquem legibus. ad Heren. 16. b
 Ut religione ciuitas soluat. pro Cec. 304. b
 Ego statim somno solutus sum. de Somn. 33
 Solui potest colligatum omne. de Vniu. 49
 Soluere captiosa argumenta. de Fin. 1. 17
 Soluere pœnas. 5. in Verr. 153
 Cui plus legatum sit, quam sine religione capere liceat, is per
 æs & libram, hæredem testamenti soluat, propterea quod
 eo loco res est ita soluta hæreditate, quasi ea pecunia solu-
 ta non esset. de Leg. lib. 2. 48, & 50
 Soluere vota. in Ant. 185. b
SOLUO, debitum numero.
 Cuius bona, quod is populo non soluebat, publicè vñie-
 runt. pro Flac. 155. b
 Emi, pecuniam solui, &c. in Verr. 209. b
 Verres ciuitatibus pro frumento nihil soluit omnino. in
 Verr. lib. 5. 145. a
 Is pecuniam præsentem, non debitam mulieri soluit. pro
 Cluen. 24. b. & pro Flac. 157. b
 Ego tibi Brute nõ soluam, nisi prius à te cauero. de Clar. 166. b
 Ne Terentiæ quidem adhuc quod soluam, expeditum est.
 Attic. 261. b
 Misimus qui pro vectura solueret. ad Att. lib. 1. 1. 13. a
 Ut pecuniam reliquã Buthrotii ad diem solueret. Att. 262. b
 Si habuerit vnde tibi soluat, quod ei per syngrapham credi-
 disti. de Arusp. 250. b
 Quum patriæ quod debes, solueris. pro Marc. 135. b
 Ego verò expectabo ea, quæ polliceris, neque ea exigam: sed
 tamen erunt mihi grata, si solueris. de Clar. 166. b
 Extrema illa persona est, ut is, qui ei qui mortuus sit, pecu-
 niam debuerit, neminiq; eam soluerit, perinde habeatur
 quasi eam pecuniam ceperit. 2. de Leg. 79. a
 Hunc miserum luctu perditum, qui nondum etiam pater-
 no funeri iusta soluisset, nudum eicit domo. pro Roscio
 Amer. 13. a
 Soluere beneficia alicui. epist. lib. 8. 36
 Soluere nummos adulterinos pro bonis alicui. Off. 7. b
 Soluere naturæ quod debetur. pro Marcel. 16
 Soluantur promissa optime meritis militibus. 12. fam. 63
 Decidis, statuisque tu propter necessitudinem quæ tibi cum
 Scapulis est, quid iis ad denariũ soluatur. pro Quint. 9. a
 Priusquam Fundanio debitum solutum esset. Q. frat. 301. b
 Pecunia enim solui potest. ad Brut. 289. b
 Ut procurator iudicatum solui satisfaret. pro Quint. 5. b
 Quod à Flauio abstuleram partem dimidiam, inde me solu-
 turum spondeo. pro Q. Roscio, 51. b
 Quum altera pensio soluenda esset. pro Q. Roscio, 53. b
 Nec tu soluendo eras, &c. 2. Phil. 31. a
 Pro quo quidem etiam sponfor factus. & nimirum id fuit,
 soluendo enim non erat. ad Att. lib. 13. 268. 4. a
 Quum soluendo ciuitates non essent. epist. 37. b
 Nam cui res erepta est, &c. & maxime in pecuniis creditis
 occultat suum gaudium, ne videatur non fuisse soluendo.
 2. Offic. 116. a
 Soluendi sunt nummi Cæsari. Att. 107. b
SOLUTUS.
 Lurco autem Trib. pleb. is qui magistratũ simul cum lege
 Ælia iniit, solutus est, & Ælia & Fusia, ut legẽ de ambitu
 ferret, &c. ad Att. lib. 1. 11. 21. a
 Culpa liberatus, & crimine nefario solutus. pro Roscio A-
 merino, 85. a

Solutus iureiurando, contrarium, Adstrictus iureiurando.
 Offic. 1. 61
 Quid tam singulare, quàm vt ex Senatusconsulto legibus
 solutus Cõsul antè fieret, quàm vllũ alium magistratum
 per leges capere licuisset: pro lege Manil. 43. a
 Solutus scelere. pro Milo. 7
 A natura ad dicendum fati solutus atque expeditus. de cla-
 ris Orat. 187. b
 Qua lege totus ordo solutus ac liber est. pro Rab. Post. 124. b
 Solutus & mollis in gestum. de Clar. 185. b
 Motus solutus ac vagus. de Fin. 138. b
 Solutus ad dignitatem retinendam. 1. ad Att. 25
 Solutus in explicandis sententiis. de Clar. 180. b
 Soluta fides. 10. fam. 43. in epist. Planci.
 Nam libero tempore, quum soluta nobis est optio eligendi,
 &c. omnis voluptas assumenda est, omnis dolor depellen-
 dus. 1. de Leg. 51. a
 Soluta oratio. de Orat. 160. b
 Ex qua pensio ipsa maior pars est ei soluta aliquãdo ante
 diem. Attic. 251. b
 Illorum ratio soluta ac libera est. Fat. 26
 Solutum & liberum, pro eodem. quibus opponitur, Impe-
 ditum. 6. fam. 27. in epist. A. Cecinnæ.
 Solutum sit quiddam ac vagũ tamen, vt ingredi liberè, non
 licenter errare videatur. Orat. 204. b
 Hominis soluti, & cura liberati. pro Domo, 234. b
 Solutum esse, & Lege teneri. contraria. 3. ad Att. 40
 Solutum iudicium Senatus. 5. Phil. 194
 Solutum existimatur esse, alteri maledicere. 6. fam. 27. in epi-
 stola A. Cecinnæ.
 Deinde egressus è castris, iureiurando se solutum putabat:
 &c. 1. Offic. 63. a
 Quum videas voluntatem ciuitatis solutam, virtutem alli-
 gatam. Attic. 33. b
 Sic igitur indicta & constituta probabilia, & eo quidem ex-
 pedito, soluto, libero, nulla re implicato, vides profecto,
 &c. 4. Acad. q. 188. a
 Animo soluto ac libero. 7. Verr. 65. a
 Hoc ego loco, soluto & quieto sum animo. pro Ros. Co. 25. a
 Solutum ac vacuo animo cogitare. 2. Verr. 16
 Solutum animo quid facere. 15. fam. 50
 Quæ soluto animo scribi solent, ea temporibus his exclu-
 duntur. Attic. lib. 9. 8
 Animi sine ratione & scientia, motu ipsi suo soluto & libe-
 ro incitantur. de Diu. 80. b
 Soluta hæreditate eo loco res est, quasi ea pecunia legata nõ
 esset. 2. de Leg. 48
 Soluti homines. pro Domo sua, 80
 Soluti legibus virtutis causa hoc consecuti, vt in vrbe sepe-
 lrentur. 2. de Leg. 54
 Soluti terroribus ab Epicuro. de Nat. d. 1. 40
 Omnes qui se incolumes volent, sequentur auctoritatem
 Consulis soluti à cupiditatibus, liberi à delictis. de lege
 Agraria, 17. a
 Sic animi hominum quum aut somno soluti vacant corpo-
 re, &c. cernunt ea quæ permixti cum corpore animi vi-
 dere non possunt. 1. de Diu. 210. a
 Verba non soluta, nec diffluentia, sed astricta numeris. de
 claris Orat. 190. b
 Nec verba alligata sint, quasi certa aliqua lege versus: nec cita
 soluta, vt vagentur. de Orat. 159. 8
 Aues passim ac liberè solutas opere volitare. de Or. 110. b
 Quod mea ratio facilius & solutior esse posset. ad Appium,
 lib. 3. 5. 5. a
 Hoc autem liberiores & solutiores sumus, quod integra nõ
 bis est iudicandi potestas. 4. Acad. q. 16. a
 Solutissimus & acutissimus in dicendo. b
 Si essent omnia mihi solutissima, tamen in Rep. nõ alius es-
 sem, atque nunc sum. ad Lent. lib. 1. 9. 87. a
SOLUTE.
 Tã solute egit, tam leniter, tam oscitanter. de Clar. 190. b
 Si aut furore diuino incitatus animus, aut somnõ relaxatus
 solute moueatur, ac liberè. 2. de Diu. 150. a

Solute & suauiter dicere. de Claris, 174. b
Facile soluteque verbis voluere sententias. de Clar. 190. b
Solutio.
 Si hæc solutio legatorum, & non merces abortionis appel-
 landa est. pro Cluent. 24. b
 Sustinenda est solutio nominis Valeriani, dum & de Metro-
 ne & de Faberio sciamus. Attic. lib. 12. 65
 Nec enim vlla res vehementius Remp. cõtinet, quàm fides:
 quæ esse nulla potest, nisi erit necessaria solutio rerum cre-
 ditarum. 2. Offic. 124. a
 Temporibus illis difficillimis solutionis. pro Cec. 187. b
 Romæ solutione impedita fidem concidisse. pro Pomp. 7. b
 Quod de Philotimo & solutione h. s. x. v. c. scribis, &c. ad
 Att. lib. 6. 111. 32. a
 Linguae solutio, vocis sonus. de Or. 94. b
SOLUS.
 Solus, cui domi nihil sit nec obsignatum, nec occlusum. 2.
 de Orat. 137
 Solus eum ames licebit, me æmulũ non habebis. 6. ad Att. 35
 Gracchus, &c. solus ex toto illo collegio, &c. de Prouin. 15. a
 Magis ero solus, quãuis multi sint, quàm si vnus esses. 12. ad
 Atticum, 64
 Solus tu ex omnibus. epist. 28. b
 Gorgias solus ex omnibus. 3. de Orat. 71. a
 Qui locus solus ex priuatis locis omnibus hoc præcipue
 ius habet, vt, &c. de Arusp. 246. b
 Actio sola per se magna est. de Orat. 86. b
 Sapientia sola per se. Top. 225. b
 Solius meum peccatum. 11. ad Att. 33
 Solum eum sine cohæredibus sacris alligari. 2. de Leg. 48
 Cui quum visum esset vtilius solum se, quàm cum altero re-
 gnare, fratrem interemit. 3. Offic. 154. a
 Stoicos autem, quos minimè improbo, &c. soli ex omnibus
 eloquentiam virtutem ac sapientiam esse dixerunt. 3. de
 Orat. 37. a
 Quod Scæuolæ cõrigit, qui solos nouem menses Asiæ præ-
 fuit. ad Att. lib. 5. 105. 4. a
 Minurius x. 11. sola curauit. Attic. 179. b
 Is mihi etiam queritur, quod à nobis nouẽ solis diebus pri-
 ma actio sui iudicii transacta sit. 3. Verr. 110. a
 Quum in locis solis mœstus errares. 1. de Diu. 105. a
SOLITARIUS.
 Solitarius homo, & in agro vitam agens. Offic. lib. 2. 55
 Omnem naturam quæ non solitaria sit, neque simplex. de
 Nat. deo. 2. 21
 Ut quoniam solitaria non potest virtus ad ea quæ summa
 sunt, peruenire, coniuncta & sociata cum altera perueni-
 ret. de Amic. 70. a
 Oportet autem animaduertere, ne quum aliter multa sunt
 iudicata, solitarium aliquod, aut rarum iudicatum afferat-
 tur. 1. de Inuen. 96. a
 Non solitarium neque simplex, sed cum alio coniunctum
 atque connexum. de Amic. 111. b. & de Nat. d. 31. b
 Natura solitariũ nihil amat, sempèrque ad aliquid tanquam
 adminiculum annitur. de Amic. 74
 Solitario homini, atque in agro vitam agenti. 2. Offic. 55. a
SOLIUA.
 Soliuaga cognitio & ieiuna. 1. Offic. 220. a
 Cælum soliuagũ & volubile, & in orbẽ incitatu. de Vniu. 25
 Alias volucres cælo frui libero, serpẽtis quasdam, quasdam
 esse gradientis: earum ipsarum partim soliuagas, partim
 congregatas: &c. 5. Tusc. q. 54. a
SOLITUDO.
 Inopia, solitudo, calamitas. ad Heren. 2. b
 A me tibi luctus meæ calamitatis, metus tuæ, desyderium,
 mœror, solitudo. 1. ad Q. fra. 49
 Sed mihi solitudo & recessus prouincia est. 12. ad Att. 33
 Solitudo & vita sine amicis, insidiarum & metus plena est.
 de Fin. lib. 1. 51
 Solitudo ab oratoribus. de Claris, 120. a
 Ampla domus dedecori domino sæpe fit, si est in ea solitu-
 do. Offic. 28. b
 Solitudo aufert fructum voluptatum. de Amic. 112. b

Tum erat ab oratoribus quædam in foro solitudo. de claris
 Oratorib. 185. b
 Quum autem venissemus in Academiæ non sine causa no-
 bilitata spatia, solitudo erat ea quam volueramus. 5. de Fi-
 nibus, 2. a
 Tibi solitudo erat pro frequentia. in Pis. 91. b
 Audistis quæ solitudo esset in agris, quæ vastitas, quæ fuga
 aratorum, quàm deserta, inculta, & relicta omnia. in Ver-
 rem, 227. b
 Si solitudo tanta sit, vt hominem videre non possis, excedas
 è vita. Offic. 31. b
 Solitudo communisque calamitas. 1. ad Q. fra. 59
 Desertissima solitudo. in Verr. 271. b
 Solitudo videatur facta Romæ, te profecto. 8. fam. 6. in epi-
 stola Cælii.
 Solitudo mera. 1. ad Attic. 55
 Inopia & solitudo alicuius. 1. ad Q. frat. 19
 Habemus enim liberos paruos: &c. consulere viui ac prospici-
 cere debemus, vt illorũ solitudo à pueritia quàm firmissi-
 mo præsidio munita sit. 3. Verr. 108. a
 Solitudo loci. de Inuen. 51. b
 Quod si tu Iudex nullo præsidio fuisse videbere cõtra vim
 & gratiam, solitudini atque inopiæ: si apud hoc cõsiliũ
 ex opibus, non ex veritate causa pendetur. pro Quintio, 3
 Solitudinem frequentari. 1. ad Att. 63
 Quum Crassus se de turba, & à subfelliis in otium solitudi-
 nemque contulerit. de Orat. 121. b
 Et à cœtu hominum frequentiaque interdum tanquam in
 portum se in solitudinem recipiebat. Offic. 3. 3
 Quum flumina & solitudinem sequeremur. 13. ad Att. 17
 Vt ista ab solitudine domum meam vindicarem. de Or. 1. 99
 Ebutius iste qui iandiu Cæsennia viduitate & solitudine a-
 litur. pro Cecin. 287. b
 Si quis nos deus ex hac hominum frequentia tolleret, & in
 solitudine vsquam collocaret. de Amic. 112. b
 Si scisset se in solitudine Ægyptiorum trucidatum iri, &c.
 de Diuin. 113. b
 Solitudines vastæ. Som. Scip. 21
 Vt discederem fortassè in aliquas solitudines. epist. 26. b
 hoc totum curabo, vt habeas pro volumine. 2. ad Att. 3
SOMNUS.
 Somnus, per fugium videtur omnium laborum & sollicitu-
 dinum. Diuin. lib. 2. 115
 Nihil morti tam simile, quàm somnus. Cat. 73
 Mortis imago & simulachrum est somnus. 1. Tusc. 76
 Deinde vt cubitum discessimus, &c. actior, quàm solebat,
 somnus complexus est. in Som. Scip. 4. a
 Somnus vrgebat. 12. ad Att. 12
 Somni nihil est. 13. ad Att. 34. Id est, non dormio.
 Somni plenus. 1. ad Att. 32
 Quum me ægritudo nos solum somno priuaret, verum ne
 vigilare quidem sine summo dolore pateretur. ad Attic.
 lib. 9. 181. 1. a
 Somnum adimere. 2. ad Att. 36
 Somnum mihi attulerunt tuæ literæ. 9. ad Att. 22
 Ego si somnum capere possem, tam longis te epistolis non
 obtunderem. 8. ad Att. 3
 Nemo enim putabat quenquam esse, qui quum omnia di-
 uina atque humana iura scelere nefario polluisset, somnũ
 statim capere potuisset. pro Rosc. Amer. 39. a
 Animus per somnum curis vacuus. de Diu. 114. b
 Somnum in isto loco vix tenebamus. de Clar. 190. b
 Fuit enim mirifica vigilantia, qui somnum non viderit suo
 toto Consulatu. 7. fam. 52
 Somno sempiterno confopiri. Tusc. q. lib. 1. 106
 E somno suscitari. Tusc. q. lib. 4. 34
 Quæso, inquit, ne me è somno excitetis. in Som. Scip. 8. a. &
 pro Syl. 171. b
 Ex somno plurimæ curæ metusque nascuntur. Diuination-
 um lib. 2. 115
 Somno oppressus. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 50
 Deinde quum somno repetito simul cum sole experrectus
 essem, &c. ad Att. lib. 13. 50

Pōst epulatos cum matre adolescentes somno se dedisse. 1. Tusc. q. 184. a

Ludo autem & ioco vtilicer, sed sicut somno & quietibus cæteris. Offic. 21. b

In somnis, in somniis, per somnū, in quiete, secundum quietem. de Diu. 89, & 90. b

Is vera & certa cernit in somnis. de Diu. 105. b

In somnis videre aliquid. de Nat. d. 17. b

Quia mater grauida parere se ardentem facem

Visa est in somnis Hecuba. 1. de Diu. 76. a

Cursor visus est in somnis curru quadrigarum vehi. de Natura deor. 5. b

Annibalem, quum cepisset Saguntum, visum esse in somnis à Ioue in deorum concilium vocari. 1. de Diu. 88. a

Nisi iucundissimis nos somnis vsuros putemus, Endymionis somnum nobis nolumus dari. de Fin. 138. b

Somnium.

Somnium de Simonide, & c. de Diu. 136. b

Somnium illustre ac certum. de Diu. lib. 2. 108

Cumque Senatui somnium narrauisset, pedibus suis saluus reuertit. 1. de Diu. 98

Illud autem naturale aut concitatio mentis edi, & quasi fundi videbatur, aut animo per somnium sensibus & curis vacuo prouideri. Diuin. 2. 40. a

Quo facto somnio, pater, & c. de Diu. 198. b

Et dic vnde tu repente tãquam somnio beatus, hortos pretiosissimos paraueris. in Salust. 175. b

Somnia Antiphontis interpretatione explicata. de Diu. 88. b

Somnia grauiora, si quæ ad Remp. pertinere visa sunt, Romæ à summo consilio non fuerunt neglecta. Diu. lib. 1. 4

Aliquot somnia vera, inquit Ennius. de Diu. lib. 2. 98

Somnia minantia. Diu. lib. 2. 67

Somnia obscura minimè consentanea sunt maiestate deorum. Diu. lib. 2. 104

Vera esse aruspicum auspicia, oracula, somnia, vaticinationes. 4. Acad. q. 192. a

Non philosophorum iudicia, sed delirantium somnia. de Nat. d. 1. 31

Coniecto somniorum. 2. de Diu. 184. a

Somniorum Stoicorum Chrysippus vaferrimus interpretis habetur. de Nat. d. 1. 29

Eadem ratio est somniorum. 4. Acad. q. 94. a

Animus cum languore corporis, nec membris, nec sensibus vti potest, incidit in varia visa, & incerta, ex reliquiis, vt ait Aristoteles, inhærentibus earum rerum, quas vigilas gesserit aut cogitarit, quarum perturbatione mirabiles interdum existunt species somniorum. de Diu. 136. b

Somnia censet hæc esse Democriti non docentis, sed optantis. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 112

Somnia non esse diuina. Diu. lib. 2. 98

Hæc per deos immortales, vtrum esse vobis consilia siccorum, an vinolentorum somnia, & c. 1. de leg. Agrar. 1. a

Explicare interpretatione somnia. 1. de Diu. 71. a

E somniis augurari. 6. fam. 21

Eadem in somniis admonitione fuisse tertia. 1. de Diu. 98. a

Eadem est in somniis species. Acad. q. 14. b

Qui aram in litore deserto somniis stimulat, aut religione aliqua consecraret. pro Domo, 241. b

Vti somniis iucundissimis. 5. de Fin. 100

Somnio.

At quum somniauit, ita narrauit, & c. Acad. 13. b

Mater somniauit se peperisse satyriscum. de Diu. 88. b

Troianum somniaueram. Att. 149. b

Si ita natura paratum esset, vt ea dormientes agerent quæ somniarent, alligandi omnes essent qui cubitum irent. 2. de Diuin. 182. a

Nec mihi magis vsquam videor, quàm quum in curia Senatuum video somniare. de Diuin. 137. b

Mortuum esse somniare. 4. Acad. q. 95. a

Nihil tam præposterè, tam inconditè, tam monstrosè cogitari potest, quod non possimus somniare. Diu. lib. 2. 112

Sine Senatu, sine magistratu, ne somniare quidem poterit quicquam *πῶπιός*. ad Att. lib. 7. 132. 2. a

Defert ad coniectorem quidam, somniasse se, ouis pēdere ex fascia lecti sui cubicularis. de Diu. 136. b

Hanc credo causam somniandi de illo fuisse. de Diu. 137. b

Somnians.

Hæc somnians est diuinitio. 1. de Diu. 188. a

Somnians nihil magnum est. Diu. lib. 2. 108

Miracula non differentium philosophorum, sed somniantium. de Nat. deo. 5. b

Somniantium visa, in sanorum visis multo perturbatiora. Diuin. lib. 2. 95

Somniculosus.

Quæ vitia sunt non senectutis, sed inertis, ignauæ, somniculosæ senectutis. de Senect. 32. a

Sons.

Quum fontes ferro depugnabant, auribus fortasse multæ, oculis quidem nulla poterat esse fortior contra dolorem & mortem disciplina. Tusc. q. lib. 2. 37

Comprehensio fontium mea, animaduersio Senatus fuit. in Anton. 164. b

Vincula fontium seruanto, capitalia vindicanto. 3. de Leg. 5

Idque est viri magnanimitatis, rebus agitatis punire fontes, multitudinem conseruare. 1. Offic. 115

Aut etiam fontibus opitulari poteram. 4. fam. 40

Sonus.

Verbum, vox, sonus. Orat. 212. b

Sonus acutus & excitatus. Som. Scip. 17

Quis qui complet aures meas, tantus & tam dulcis sonus: in Somn. Scip. 17. a. & 1. Off. 185

Hic est, inquit ille, sonus, qui interuallis coniunctus imparibus, sed tamen pro rata portione distinctis, impulsu & motu ipsorum orbium efficitur: qui acuta cum grauibus temperans, varios æquabiliter cōcentus efficit. de Som. 17

Sonus pronuntiandi. 1. de Orat. 92. a

Vox ad miserabilem sonum inflexa. de Orat. 126. b

Paululum se erexit, & addidit historiæ maiorem sonum vocis vir optimus Crassi familiaris Antipater. 2. de Ora. 29. a

Ac mihi videtur dignissimū rebus his, de quibus loquitur, sonum fundere. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 67

Aures quum sonum recipere debeant, qui natura in sublimē fertur, rectè in alta corporum parte collocatæ sunt. de Nat. deo. 2. 106

Vt extrema referant eundem in cadendo sonum. Ora. 100. b

Græci vocem sedentes ab acutissimo sono vsque ad grauissimum sonum recipiunt. de Orat. 107. b

De numeris mox, nunc de sono quærimus. Orat. 93

Qui sono quodam vocum, & Phrygiis cātibus incitantur. 1. de Diu. 185. a

Sonorum varia compositio harmonias efficit plures. Tusc. quæst. lib. 1. 34

Sic viuendum est in vita, ne fortè quid discrepet, vel multo etiam magis, quo maior & melior actionum, quàm sonorum concentus est. Offic. 29. b

Nihil tam facile in animos teneros atque molles influere, quàm varios canendi sonos. de Leg. 177. b

Sonorum temperata varietas. Tusc. q. lib. 1. 50

Varietas sonorum, interualla, distinctio, & vocis genera per multa. de Nat. d. 55. b

Itaque ad pingendum, fingendum, ad scalpendum, ad neruorum eliciendos sonos, ad tibiarum, apta manus est. 2. de Nat. d. 224. a

In ore sita lingua est finita dentibus, & c. quæ sonos vocis distinctos & pressos efficit, quum, & c. 2. de Nat. 223. a

Dicatur nos in vocibus occupatos, iuvenes sonos fundere. 5. Tusc. q. 104, & 167. a

Cursor vocis per omnes sonos. de Orat. 164. b

Aut qui sonos vocis, qui infiniti videbantur, paucis literarum notis terminauit. Tusc. q. lib. 1. 50

Omnium lōgitudinum & breuitatum in sonis, sicut acutarum grauiumque vocum iudicium natura in auribus nostris collocauit. Orat. 213. b

Sono.

Ipse aer nobiscum videt, nobiscum audit, nobiscum sonat. de Nat. deo. 42. b

Cotta sonabat cōtrarium Catulo, subagreste quiddam, planèque subrusticum. de Clar. 187. b

At Lacedæmonis in Herculis fano arma sonuerunt. de Diuinat. 122, & 96. b

Epicurum, qui crebro dicat, diligenter oportere exprimi quæ vis subiecta sit vocibus: non intelligere interdū quid sonet hæc vox voluptatis: & c. 2. de Finib. 9. a. id est, quæ res huic voci subiiciatur.

Natura fert, vt extrema ex altera parte grauius, ex altera acutè sonent. de Som. 129. b

In qua nihil sonare aut olere peregrinum possit, quo magis antiquitatem, si ita sonet, sermo eorū retinere videatur. Orat. 246. b

Eos ait inani voce sonare. de Finib. lib. 2. 41

Honestate igitur dirigenda vtilitas est, & quidem sic, vt hæc duo verba inter se discrepare, re vnū sonare videantur. 3. Offic. 112. a

Sonans.

Verba in quibus plenum quiddam, & sonans esse videatur. de Orat. 156. b

Tibiæ modulatè canentes, fidiculæ numerosè sonantes. de Nat. deor. 2. 17

Verba bene sonantia. Orat. 212. b

Idem sunt numeri non modò loquentium, sed etiam sonantium, quæ metiri auribus possumus. Orat. 219. b

Qui præsertim vsque eò de suis rebus scribi cuperet, vt etiã Cordubæ natis poetus pingue quiddam sonantibus atque peregrinum, tamen auras suas dedere. pro Archia, 19. a

Sonitus.

Cogitate genus sonitus, eius quem Latinenses nuntiarunt. de Arusp. 258. b

Verborum sonitus inanis. de Orat. 89. b

Sonitus totius mundi in citatissima conuersione tantus est, vt eum aures hominum capere nō possint. Som. Scip. 19

Sonitus tubæ. ad Heren. 28. b

Sonitum Æschines in oratione habuit. 3. de Orat. 16

Hoc sonitu completæ aures obfurduerunt. de Orat. 129. b

Eloquentia quæ cursu magno sonituque feratur. Ora. 205. b

Sonitu minore quàm putaram. 2. ad Att. 26

Quo sonitu reddito, ridens inquit, & c. Tusc. 169. b

Nostrum iam in hac materia sonitus nostros. 1. ad Attic. 30. id est, plausus & clamores.

Sonipes.

Aut à breuibis deinceps tribus extrema producta atque lōga: sicut illa sunt, domuerunt, sonipedes. 3. de Orat. 101. a

Soniuius.

Nec ex tripudiis solistimis, aut soniuiis tibi auguror: sed habeo alia signa quæ obseruam. ad Cecinn. lib. 6. 6. 16. a

Sopater.

Sopater quidam fuit Haliciensis homo domi suæ cum primis locuples atque honestus. is ab inimicis suis apud C. Sacerdotem Prætorem rei capitalis cum accusatus esset, facile eo iudicio est liberatus. 4. Verr. 47, & 48

Sophia.

Oblitusne es igitur fungorum illorum quos apud Niciam? & ingentium culinarū cum Sophia Septimæ? 9. Fam. 19

Princepsque omnium virtutum est illa sapientia, quam Græci vocant. 1. Offic. 214. a

Sophos.

Lælius Sophos ille, & c. de Finib. 69. b

Itaque & illos septem, qui à Græcis *ἑπτά*, sapientes à nostris & habebantur & nominabantur. 5. Tusc. 10. a

Sophi motum inanem vocant, vos autem aduentum in animos, & introitum imaginum dicitis. de Nat. deo. 1. 75

Sophistes.

At quis est nunc hic sophistes? Sic enim appellantur hi qui ostentationis aut quæstus causa philosophantur. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 66

Abderites quidem Protagoras, cuius à te modò mentio facta est, sophistes temporibus illis vel maximus. 1. de Nat. deorum, 86. a

Eorum erat iste mos qui tunc sophistæ nominabantur. de Finib. lib. 2. 1. & Orat. 200. b

Sophistarum, de quibus supra dixi, magis distinguenda similitudo videtur, qui omnes eosdem volunt flores, quos adhibet orator in causis, persequi. Orat. 35

Sed & Gorgiam & cæteros sophistas lufos videmus à Socrate. de Finib. 64. b

Sophisma.

Atqui habebā molestos vobis, sed minutos, Stilbonē, Diodorū, Alexinum, quorum sunt contorta & aculeata quædam sophismata. Sic enim appellantur fallaces conclusionicula. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 68

Sophocles.

Multa Sophocles Agrigentinus apud Cn. Pompeiū eos. nu per homo disertissimus, & omni doctrina & virtute ornatus, pro tota Sicilia de aratorum miseris grauius ac copiosè dixisse ac deplorasse dicitur. 5. Verr. 176

Nunc verò, cum cogar exire de nauis, non abiectis, sed receptis gubernaculis, cupio istorū naufragia ex terra intueri: cupio, vt ait tuus amicus Sophocles, *ἔπειτα σὺν*. 2. ad Att. 23

Sophocles, cum ex eo quidam iam confecto atate quæret, vt reuertirne rebus Veneris, Dii meliora, inquit: libenter verò isthinc tãquam à domino agresti ac furioso profugi. Cat. 43

Me ipsum huc modò venientè conuertebat ad se Coloneus ille locus, cuius incolæ Sophocles ob oculos versabatur, quem scis quàm admirer, quàm que eo delecter. 5. de Fin. 2

Sophocles ad summam senectutem tragœdias fecit: quod propter studium, quum rem familiarè negligere videretur, à filiis in iudicium vocatus est, vt quemadmodum nostro more, malè rem gerentibus patribus bonis interdicti solet: sic illum, quasi desipientem, à re familiaris remouerent iudices. Tum senex dicitur eam fabulam, quam in manibus habebat, & proximè scripserat, Cædipum Coloneum recitasse iudicibus, quæsiissetque num illud carmen desipientis videretur: quo recitato, sententiis iudicum est liberatus. Cato 20

Adiungamus philosophi doctissimum hominem, poetam quidem diuinum Sophoclem, qui, cum ex æde Herculis patera aurea grauis subrepta esset, in somnis vidit ipsum deum dicentem, qui id fecisset. Diuin. lib. 1. 50

Sophocleus.

Sed tu nullòsne tecum libelles? an pangis aliquid Sophocleum? fac opus appareat. 16. Fam. 25

Verisimile etiam illud est, qui sit temperas, quem Græci *σωφρονες* appellant: eamque virtutem *σωφροσύνη* vocant, quam, & c. Tusc. q. lib. 3. 14

Sopor.

Quum iam quieti corpus nocturno impetu Dedi, sopore placans artus languidos. 1. de Diuin. 79. a

Sopitus.

Cum dormientibus ea pars animi, & c. sopita langueat. Diuinat. lib. 1. 56

Sopito corpore animus vigilat. de Diuin. 93, & 104. b

Noli nobis languorem & soporè exprobrare. in Salu. 274. b

Blādimenta quibus sopita virtus conuieret. pro Cæl. 46. b

Soranus. pro Planc. 263. b

Sorbeo.

Sed me ab eo ita obseruari scio, vt eius ista odia non sorbeā solūm, sed etiam concoquam. ad Q. Frat. lib. 3. 24. 12. a

Quem gurgitem, quam voraginē, quid non sorbere animo, quid non haurire cogitatione, cuius sanguinem non bibere censetis? 11. Philip. 296. a

Sordes.

Apud bonos iidē sumos quos reliquisti: apud forderem vrbis & facem, multo melius nūc quàm reliquisti. ad At. li. 1. 43

Nullam in re familiari forderem posse proferri. pro Flac. 6

Filiæ meæ stetus assiduus, forderesque lugubres. pro Dom. 225. b

Sordes hominis. 7. Fam. 6

Iudicium sordes. Att. 65. b

Alicuius quotidianæ lachrymæ, forderesque lugubres. Post red. in Senatu, 199. b

Spectaculum sordium atque luctus, & tanti squaloris alicuius. pro Cluent. 58. b

Putas enim, vt scribis, propter hominis sordes, minus me YY. iiii.

magnam illam lætitiā putare. ad Mariū, lib. 7. 2. 3. a
 O lutum, & fordes. in Pis. 93. b. & de Clar. 185. b
 Has à nostro Quint. Ticinio fordes accepimus. Att. 81. b
 Populus Rom. nō amat profundas epulas, fordes, & inhuma-
 nitatem multo minus. pro Mur. 142. b
 Aspice ludices squalorem, sordisque sociorū. in Verr. 261. b
 Nam fordes eluere vult. Epist. lib. 8. 42
 Non enim procacitate linguæ, vitæ fordes eluuntur. in Sa-
 lust. 272. b
 Neque enim mihi sanè placet, &c. scrutari te omnes fordes,
 excutere vnūquenque eorū. ad Q. Frat. lib. 1. 1. 16. a. id est,
 omnia in quibus sordidè & auarè te gesserint.
 Mater squalore filii, & sordibus lætatur. pro Cluent. 21. b
 Virtus splendet ipsa per se semper, nec alienis vnquam sor-
 dibus obsolecit. pro Sest. 16. b
 Is ex summis & fortunæ & vitæ sordibus Consul factus est.
 de Clar. 185. b
 Prouisum est etiam, vt si qua minima bestiola conaretur ir-
 rumpere, in sordibus aurium tanquam in visco adhære-
 sceret. de Nat. deo. lib. 2. 216. a
 Iacere in lachrymis & sordibus. Epist. 233. b
 Satius erat illum in infamiæ relinqui sordibus, quàm infir-
 mo iudicio committi. 1. ad Att. 36

Sordidus.

Homo egens ac sordidus. pro Flac. 157. de Leg. 191. b
 Tuscanus homo furiosus & sordidus. Q. Frat. 293. b
 Squalore sordidus. pro Mur. 144. b
 Villula sordida & valde pusilla. Att. 195. b
 Id quū periculosum ipsi est, tum etiam sordidum ad famā,
 committere vt accusator nominè. 2. Offic. 71. a
 De pecunia ratiocinari sordidum est. de Inuent. 76. b
 Illiberales autè & sordidi quæstus mercenariorū, omnium-
 que, quorū operæ, nō quorum artes emuntur. 1. Off. 208. a
 Sordidum quicquam pati. 10. Fam. 15. in epist. Planci. id est,
 alienum à dignitate.
 Sæpe est etiam sub palliolo sordido sapientia. 3. Tusc. 94. a
 Sordidi etiam putantur qui mercātur à mercatoribus quod
 statim vendant. 1. Offic. 109. a
 Quis nō odit sordidos, varios, leues, futiles? 3. de Fin. 59. a
 Quūque propter quosdam sordidos homines qui Cæsari
 beneficia vdebant, tabulam, in qua nomina ciuitate dona-
 torum incisa essent, iussisset reuelli, &c. ad Acilium, libro
 13. 37. 2. a
 Res sordidas atque deformes deorum honore afficere quid
 absurdus? de Nat. deo. 1. 29
 Quos & quātos viros homo omnium infimus & sordidif-
 simus Trib. plebis, P. Curatius in vincula coniecit. 3. de
 Legibus. 30. a
 Gabinus absolutus est: omnino nihil accusatore Lentulo,
 subscriptoribusque eius infantius: nihil illo consilio sor-
 didius. ad Q. Frat. lib. 3. 20. 1. a
 Sordidissimus & infimus homo. 3. de Legib. 20
 Iste omnium turpissimus & sordidissimus idem est, qui in
 Repub. fuit. Att. 143. b
 Vt enim quisque sordidissimus videbitur, ita libèrissimè fe-
 ueritate iudicandi fordes suas eluet. in Ant. 156. b
 Quæ sordidissima quidem est ratio & inquinatissima. Offi-
 ciorum, 37. b

Sordide.

Lucium Antonium cōcionatum esse cognoui tuis literis &
 aliis, sordidè: sed id quale fuerit, nescio. ad Att. li. 15. 322. 2. a
 Si asperè, si arrogatè, si turpiter, si sordidè, si quoquo animi
 vitio dictum esse aliquid videatur. 2. de Orat. 184. a

Sordeo.

Cui sordebat Macedonia provincia, quam victor sibi sum-
 perat Cæsar. ad Octauium, 6. a

Sordeo.

Nā sordeat verè vultu, & venas sibi omnes & viscera ape-
 rit. Cæl. ad Cic. li. 8. 14. 11. a. Vetus codex legit, Nam fordes
 eluere vult.

Sordidatus.

Mœstus ac sordidatus senex. de Orat. 126. b
 Diodorus Romæ sordidatus circum patronos atque hospiti-

tes cursare, rem omnibus narrare. 6. Verr. 36. a
 Quum innumerabilis multitudo honorū de Capitolio sup-
 plex ad eum sordidata venisset. Post red. in Senat. 9. a
 Nec minus lætabor, quum te semper sordidum, quàm si pau-
 lisper sordidatum viderem. in Pis. 80. a
 Serui sordidati ministrant. in Pis. 80
 Et Heraclius ille Syracusanus, & hic Bidinus Epicrates ex-
 pulsi bonis omnibus Romæ venerunt sordidati, maxima
 barba & capillo, Romæ bienniu propè fuerūt. 4. Ver. 43. a
 Argentea vasa collisa, sordidata mancipia. 2. Phil. 8. a. id est,
 ob inopiā vel auaritiā obsoleta veste, vel detrita induta.

Sorites.

Quemadmodum Soriti resistas: quem, si necesse sit, Latino
 verbo liceat acerualè appellare: sed nihil opus est. vt enim
 ipsa philosophia & multa verba Græcorum, sic Sorites sa-
 tis Latino sermone tritus est. de Diuin. lib. 2. 9
 Captiosissimū genus interrogationis, quod genus minimè
 in Philosophia probari solet, cum aliquid minutatim &
 gradatim additur aut demitur. Soritas hos vocant, quia
 ceruum efficiunt vno addito grano. Acad. lib. 2. 46
 Sorita vitiosi. Acad. q. edi. 1. lib. 2. 84

Soror.

Soror germana. de Diuinat. 89. b
 Sororis tuæ filius. 13. ad Att. 50
 Ita C. Cato duorū hominum clarissimorū nepos, L. Pauli &
 M. Catonis, & P. Africani sororis filius. 6. Verr. 19. a
 Sororis mei liberi. ad Brut. 29. in epist. Bruti.
 Qui enim in eiusmodi vita nerui esse potuerunt, hominis
 fraternis flagitiis, sororis stupris, omni inaudita libidine
 infamis: pro Sest. 12. a
 Frequentissimo Senatu Calend. Ian. sedente patruo, hanc tibi
 esse cum Dolabella odii causam ausus es dicere, quod ab
 eo sorori & vxori tuæ stuprum oblatū esse comperisses.
 2. Philipp. 99. Vbi soror pro patruo filia accipi videtur.
 Filiam eius sororem tuam eiecisti. in Ant. 179. b
 Tu sororem tuam virginem esse non siuisti. pro Dom. 29. b
 Non sum tā ineruditus, qui Mineruam Iouis sororem meā
 esse sororem dicam. pro Dom. 71. a
 Eum quem cum sorore germana nefarium stuprum fecisse
 L. Lucilius iuratus se quæstionibus habitis dicit compe-
 ruisse. pro Milone, 84. a. de Clodio.

Sororius.

Sororius adulter. in Pifo. 22
 Sororicida.
 Quid de me, quod tulisse te dicis, patricida, fratricida, sorori-
 cida, nōne extra ordinem tulisti? pro Dom. sua, 21. a

Sors.

Sors diuina. in Ant. 188. b
 Sors ducitur, quam obrem? nemo erat voluntarius laudator
 Præturæ tuæ. in Verr. 233. b
 Quid enim est sors: idem propemodum quod micare, quod
 talos iacere, quod tesseras, &c. de Diuin. 120. b
 Telum quod cuique sors afferebat, arripuit. 6. Verr. 85. a
 Sors illa ædita est à Cræso. de Diuin. 132. b
 Tuberonis sors coniecta est s. c. cum ipse non adesset. pro
 Ligar. 140. b
 Quæstorem habes nō tuo iudicio delectum, sed eum, quem
 sors dedit. Q. frat. lib. 1. 8
 Accusauim eum quicum Quæstor fueram, quicum me sors,
 consuetudōque maiorū, quicum me deorum, hominum-
 que iudiciumque coniunxerat. 1. Verr. 36. a
 Africa quò Senatus eum, sorsque miserat. pro Ligar. 140. b
 Qui sūt igitur reliqui, quos sors diuina delectet? 3. Phil. 142. a
 Quæ cui sors ducatur. de Diuin. 116. b
 Volne velit, an me regnare hera, quidve ferat sors. Off. 9. b
 Quod sors obtulerit, id æcturū videtur. Att. lib. 2. 56
 Cum de Consularibus mea prima sors exisset. Att. lib. 1. 61
 Quod si te sors Afris aut Hispanis, aut Gallis præfecisset, ta-
 men, &c. Q. Frat. 295. b
 Si fortis, nullum crimen est in casu. pro Planc. 266. b
 Sortis necessitudo magna apud Romanos. 3. in Verr. 26
 Sortis religio. in Verr. 61. b
 Paucas tribus nō certa conditione iuris, sed fortis beneficio

ad vsurpandam libertatem vocare. contra Rull. 69. b
 Quæstura vtriusque propemodū pari momento fortis fuit.
 pro Mur. 128. b
 Simia vnā euerit, sortem dissipauit. 2. de Diuin. 104. a
 Quūque suffragiis tres ex tribus generibus creati sunt, res
 reuocatur ad sortem. 4. Verr. 88. a
 Sortiri & renuntiare extra sortem. 4. Verr. 88. a
 Conicere aliquem in sortem. Cæl. Ciceroni, lib. 8. 8. 17. a
 Sorte caret: vsura, nec ea solida, contentus est. 6. ad Att. 3
 Verri sorte Prouincia Sicilia obuenerit. in Ver. 112. b
 Sorte in prouincias proficiscerentur. 8. Fam. 24. in ep. Cælii.
 Cum tibi aquaria Prouincia sorte obtigisset. in Vat. 31. b
 Assignare aliquid alicui æqualiter aut sorte. Plancus Cice-
 roni, lib. 11. 20. 8. a
 Sorte agros legionibus assignari puto oportere. 11. Famil. 33.
 in epist. D. Bruti.
 Prouincias extra ordinē sine sorte nominatim dedisti Rei-
 pub. pestibus. pro Dom. 219. b
 Sortes, quibus ego credo. 3. de Nat. deo. 10
 Sortes educæ, in rē aptæ, capere possunt diuinitus. de Di-
 uinatione, 87. b
 Auspicia restant, & sortes quæ dicuntur, non illæ quæ vati-
 cinatione funduntur, quæ, &c. de Diuin. 123. b
 Sortes, quæ fortunæ monitu, pueri manu miscuntur ac du-
 cuntur. de Diuin. 126. b
 Vt hæc sunt sortes, quas ex terra æditas accepimus. de Di-
 uinat. 87. b
 Quò se vertant tantæ sortes somniorum? de Diuin. 89. b
 Numerius Suffutius, sortium inuentor. Diuinat. lib. 2. 67
 Quis cornicis cantum notauit: quis sortes? de Nat. deo. 62. b
 Cum Spartiæ oraculum ab Ioue Dodonæo peterent, lega-
 trique illud, in quo inerant sortes, collocauissent, simia &
 sortes ipsas & cætera quæ erant ad sortem parata, dissipauit.
 de Diuin. 95. b
 Oracula quæ æquatis sortibus ducuntur. de Diuin. lib. 1. 33
 Dicendum igitur putas de sortibus: Quid enim fors est? Idè
 propemodū quod micare, quod talos iacere, quod tesseras:
 &c. 2. de Diuin. 127. a

Sortior.

An Atomi sortiuntur inter se, quæ declinent, quæ non? de
 Fato, 35
 Tu illam, cui, cum quæstores sortiuntur, etiam acclamari so-
 let, hostiensē prouinciam habuisti. pro Mur. 128. b
 Est enim patronus triginta quinque tribuum, quarum sua
 lege, qua cum C. Cæsare magistratum sortitus est, suffra-
 gium sustulit. 7. Philip. 227. a
 Prætores nondum sortiti sunt prouincias. Att. 8. b
 Sortietur tribus idem Rullus, educet quas volet tribus. con-
 tra Rull. 70. b
 Paucos ex multis ad ignominiam sortiēre. pro Cluent. 44. b
 Cum Prætores designati sortientur, M. Metello obtigit, vt is
 de pecuniis repetundis quæreret. in Verr. 70. b
 Is, &c. sententiam dixit, vt ipse iudices per Prætores vrbā-
 num sortiretur. ad Q. Frat. lib. 2. 2
 Senatus decreuit vt Consules Galliam sortirentur. Att. 17. b
 Sortietur an non? Nam & non sortiri absurdum est, & quod
 sortitus sis, non habere. de Prou. Conf. 30. Vbi sortiri sor-
 te, consequi significat.
 Sortiri ad pœnam, atque hominum delictum fortunæ iudicio
 committere, minimè Cenforium est. pro Clu. 102. a
 Ei venit in mentem ex lege Rupilia sortiri dicas oportere,
 educit ex vrbā tres. 4. in Verr. 25
 Hoc est non consyderare, sed quasi sortiri quid loquere. de
 Nat. deor. 1. 70
 Si licitum esset legem Curiatam ferre, sortiturum esse cum
 Collega prouinciam. ad Lent. lib. 1. 9. 104. a
 Sortiendorum iudicium consuetudo Romæ. 2. Verr. 11
 Senatores, qui C. Verre sortiēte exirent in eum reum, quem
 incognita causa condemnarent. in Verr. 73. b
 Qui tribus quas voluit vocauit, nullo custode sortitus. cō-
 tra Rull. 70. b
 Senatus decreuit, vt tacitum iudicium ante comitia fieret,
 ab iis consiliis quæ erant omnibus sortita in singulos cā-

didatos, magnus timor candidatorum. ad Att. li. 4. 85. 8.

Sortitio.

Ecce tibi eiusmodi sortitio, vt in primis Bulbo & Staleno,
 & Gutta esset iudicandum. pro Clu. 60. a
 Religiosa sortitio. 3. Philip. 141. a
 Prærogatiuæ sortitio. 2. Philip. 87. a
 Sortitio prouinciarum. 3. Philip. 141. a. ad Att. lib. 1. 12. 2. a
 Nunquam maiores nostri sortitionem ædilitiam, nisi vide-
 ret accidere posse, vt competitores pares suffragiis essent:
 pro Planc. 270. b
 Iudicare sortitionem. 3. Philip. 141. a
 Statuerunt enim ita maiores nostri, vt si à multis esset flagi-
 tium rei militaris admissum, sortitione in quosdam ani-
 maduerteretur: &c. pro Clu. 101. a
 Sortitione facta senatum coegerim. 5. Fam. 4
 Iudicium sortitione facta comitia haberi. Q. Fr. lib. 2. 5. 4. a
 Diuina verò opportunitas, vt in sortitione prouinciarum,
 quæ cuique apta esset, ea cuique obueneret. in Ant. 188. b

Sortitus.

Quid si etiam pluribus de rebus vno sortitu retulisti? pro
 Domo sua, 40. a

Sortito.

Siquando taceant omnes, tunc sortitō coguntur dicere. 6.
 Verrin. 125. a
 Quum verò ne de vnalibus quidè homines electos, sed ex
 ergastulis emptos nominibus gladiatoris ornari, & sorti-
 to alios Santes, alios prouocatores fecerit. pro Sest. 117. a
 Syracusis lex est de religione quæ in annos singulos Iouis
 sacerdotem sortitō capi iubeat. 4. Verr. 87. a
 Cum imperio in prouincias pro Prætores mitti oporteret,
 eos sortitō in prouincias mitti placere, si, &c. Cælius ad
 Ciceronem, lib. 8. 8. 25. a

Sortilegus.

Hæc habui de diuinatione quæ dicerem, nunc illa testabor
 non me sortilegos, nec eos qui quæstus causa ariolentur,
 agnoscere. 1. de Diuin. 214. a

Sositenus.

Sositenus est Entellinus homo cum primis ciuitatis prudēs
 & domi nobilis, cuius verba audistis, qui ad hoc iudiciū
 legatus publicè cum Arthemone & Menisco primariis vi-
 ris missus est. 5. Verr. 173

Sosithus.

Nam puer festiuus anagnostes noster Sosithus decesserat,
 mēque plus, quàm serui mors debere videbatur, commo-
 uerat. 1. ad Att. 23

Sospita.

Nolite à sacris patriis Iunonis sospitæ, cui omnes Consules
 facere necesse est. pro Mur. 81. a
 Tam hercle, quàm tibi illam vestrā sospitam, quam tu nū-
 quam ne in somnis quidem vides nisi cum pelle caprina?
 1. de Nat. deo. 111. a

Sostratus.

Sostratus, Siculus arator. 5. in Verr. 46
 Sother.
 Itaque eum non solum patronum istius insula, sed etiam
 Sothera inscriptum vidi Syracusis. 4. Verr. 109. a

Spargo.

Qui tractant ista, qui tergunt, qui vngunt, qui verrunt, qui
 spargunt. Part. 123. b
 Quod Zeno in suis commentariis, quasi semina quædam
 sparsisset. de Diuin. 81. b
 Qui nūmos populo de rostris spargere solebat. in An. 186. b
 Ego verò omnia quæ gerebam, iam tum in gerèdo spargere
 me ac disseminare arbitrabar in orbis terræ memoriam
 sempiternam. pro Archia, 22
 Hi pueri tam lepidi ac delicati, non solum amare & amari,
 neque cantare & psallere, sed etiam ficas vibrare, & spar-
 gere venena didicerunt. 2. in Catil. 42. a
 Sed credo deos immortales sparsisse animos in corpora,
 &c. Cat. 70

Spargens.

Spargens alios in terra, alios in luna, alios in reliquis mun-
 di partes quasi serebat. de Vniuers. 57

Euficeratus latere pendens, saxa spargens tabo,
Sanie & sanguine atro. Tusc. lib. 1.96. ex Ennio.
Etenim qui præesse agro colendo flagitium putes, profecto
illum Atilium, quæ sua manu spargentem semen, & c. ho-
minem turpissimum atque inhonestissimum iudicares. pro
Ros. Amer. 19. a. id est, seminantem.

Sparfus.

Graues de te rumores sparfi sunt, pro Deiot. 148. b
Stellæ sparfæ, fufæque videntur, in Arat. b
Purè loquuntur cum humanitatis sparfæ sale, tum insignes
amoris notis. ad Att. lib. 1.8. 1. a

Res sparfas & vagè difiectas eligere, ad Heren. 2.4. b

Sparta.

Quid duces & principes nominem, quum legiones scribat
Cato sæpe alacris in eum locum profectas, vnde reditu-
ras se nõ arbitrarentur. Pari animo Lacedæmonii in Ther-
mopylis occiderunt, in quo Simonides,
Dic hospes Sparta, nos te hic vidisse iacentes,
Dum sanctis patriæ legibus obsequimur. 1. Tusc. 90
Apollo Pythius oraculum ædidi, Spartam nulla re alia, nisi
auaritia perituram. Offic. 46. b

Eam quam mihi dicis obtigisse, non modò nõquam
deseram, sed etiam si ego ab illa deseram, tamen in mea pri-
stina sententia permancebo. 2. ad Att. 69

O virum Sparta dignum: vt mihi quidè, qui tam magno
animo fuerit, innocens damnatus esse videatur. 1. Tusc. 90

Spartacus.

Athenius & Spartacus duces belli seruilis, in Ant. 194. b

Spartaci exemplo ludos facere, de Arusp. respon. 13

Spartata.

Spartatae fortes & duri, Tusc. q. lib. 1.92

Pueri Spartatae, de Diuin. 96. b

Itaque illi qui Græciæ formam rerum publicarum dederunt,
corpora iuuenum firmari labore voluerunt. Quod Sparta-
tatae etiam in fœminas transfulerunt, quæ cæteris in vr-
bibus mollissimo cultu parietum vmbris occultantur. 2.
Tusc. q. 31

Spartatarum militia procedit ad modum, ad tibiam, nec
adhibetur vlla sine anapæstis pedibus exhortatio. Tusc.
quæst. lib. 2. 32

Sparus.

Sparorum pilorumque multitudo, pro Mil. 113. b

Spatium.

Spatium, & quid in eo considerandum, 2. ad Heren. 37

Diurnum & nocturnum spatium, 1. de Inuent. 55. a

Spatium immensum, de Nat. deo. 1. 16

Spatium menstruum lunæ, de Nat. deo. 1. 61

Considerandi spatium non datur, Tusc. lib. 3. 45

Si quibus regionibus vitæ spatium circumscriptionem est, & c.
pro Archia, 21. a

De quo mihi, quoniam liberum est spatium, etiam atque etiam
considerandum puto, in Ant. 245. b

Et erat spatium dierum ferè triginta ante Cal. Decemb. 4.
Verrin. 67. a

Quum erit spatium, vtrunque dabo, ad Att. a. & de Or. 97. b

Deinde habere cepit subito, præter opinionem omnium,
vt, ne si cogitasset quidem quispiam largiri, daretur spa-
tium comparandi, pro Planc. 39. a

Quæ quanta sit, nisi tempus & spatium datum sit, intelligi
non potest, pro Quint. 2. a

Mihi si spatium fuerit, in Tusculanum ante Nonas veniendi,
istic te videbo. Varroni, lib. 9. 5. 4. a

Quatum in hac acie quotidiani muneris spatii nobis datur.
1. de Orat. 131. a

Spatii aliquid furripendum putavi, 5. ad Att. 29. & de Or. 76. b

Huic spatio ductu simili latus extat vtrumque, in Arat. 1. a

Spatium etiam deliberandi habuerunt, quem, & c. 1. Of. 166. a

Aut spatium sumamus ad cogitandum, 4. de Finib. 1. a

Potesque quos fecerã, interrumpi: vt spatium ad colligendum
se homines haberent. Plancus ad Cic. lib. 10. 23. 8. a

Etiam si spatium ad dicendum nostro commodo, vacuosque
dies habuissimus, tamen oratione longa nihil opus fuisse.
1. Verrin. 34. a

Spatium alicui ad se colligendum dare, Epist. 253. b

Quoad longissimè potest mea mens respicere spatium præ-
teriti temporis, pro Archia, a

Deflexit enim iam aliquantulum de spatio curriculoque con-
suetudo maiorum, de Amic. 38. a

O fallacem hominum spem, fragilemque fortunam, & ina-
Prætor interdixit, vt vnde deiecesset, restitueret: restituere se dicit, sponsio facta est: hac de sponsione vobis iudicandum est. pro Cecin. 289. b

Aliquem in angustissimam formulam sponsionis includere. pro Quint. Rosc. 46. b

Fimbriam Consularem audiebam, & c. quum is sponsionem fecisset, nisi vir bonus esset. 3. Offic. 101. a

Vt statim testificati discederent, optimè sponsionem facere possent, ni aduersus edictum Prætoris vis facta esset. pro Cecin. 293. b

Cogere eum cepit, sponsionem facere cum licetore, ni furis quæstum faceret. in Verr. 264. b

Satis formulæ & sponsioni fecisse videor. pro Quint. 16

Sponsionem facere. Offic. 3. 101

Sponsionem acceptam facere. 5. in Verr. 118

Vincere sponsionem. pro Cecin. 302. b

Quid, quum palam Syracusis te audiente maximo conuentu P. Rubrius Q. Apronium sponsione laceffiuit, ni, & c. 5. Verr. 113. a

Sed etiam insuper ipse grandi sponsione vincus est. ad Herennium, 31. b

Sponsalia.

Ad v i i i. Iduum April. sponsalia Crassipedi dedi, cui conuiuio Quintus tuus defuit. Quint. frat. 309. b

Præbere alicui sponsalia. Quint. frat. lib. 2. 8. 4. a

Certos homines ad mulieres miseram, factis sponsalibus. Attic. lib. 6. 42

Spondeus.

Ne spondeus quidem funditus est repudiandus, & si quod est è longis duabus, hebetior videtur & tardior. Orat. 125

Spongia.

In pulmonibus inest raritas quædam, & affimilis spongiis mollitudo. de Nat. d. 53. b

E foro spongiis effundi sanguinem. pro Sest. 20. b
Sponsa, Sponsio, Sponsum, Sponsus,
 Vide Spondeo.
Spondeo.

Sponde bene firmi, & autoritate tua inflamati. 5. ad At. 47
 Sponde mea. pro Sylla, 30. & 2. Philippic. 96. Id est, sine alterius auxilio.

Et si mea sponte antea faciebam. Att. 5. b
 Gaudeo id te mihi suadere, quod ego mea sponte pridie feceram. Att. lib. 15. 46

Quæ ad te pertinere arbitrabor, ea mea sponte faciã. 6. fam. 32
 Ego hæc à Chryfogono mea sponte remoto Sext. Roscio, quæro, & c. pro Rosc. Amer. 77. a

Sua sponte, per se, à se. de Clar. Ora. 177. b. de Fin. 133, & 82. b
 Qui sua sponte & voluntate aliquid faciunt. de Inuent. 42. b. & Partit. 241. b

Senes autem, sicut sua sponte, nulla adhibita vi, cõsumptus ignis extinguitur. de Senect. 65. a

Ista sua sponte, & per se, esse iocunda. lib. 1. de Finib. 20
 Ignis per se ipse & sua sponte mouetur. de Nat. d. 31. b

Etenim Pompeium, qui mecum sæpissimè non solum à me prouocatus, sed etiam sua sponte de te communicare solet, scis temporibus illis non sæpe in Senatu fuisse. ad Lent. lib. 1. 7. 8. a

Vera & falsa sua sponte non aliena iudicantur. de Leg. 165. b
 Solet sua sponte dicere. 6. Verr. 64, & 125. a

Gallia ipsa sua sponte, suo iudicio excitata. in Ant. 192. b
 Sponte sua ius & honestum omne est expetendum. 1. de Legibus, 36

Si sua sponte quod impellimus, inclinant. de Orat. 152. b
 Sua sponte Mallius nuntiat: quæso eius intererat: pro Rosc. Amer. 58. a

Et quis Volcatio, si sua sponte venisset, libellam vnam dedisset: in Verr. 113. b

Sportella.

Dediscendæ tibi sunt sportellæ & artolagani tui. ad Papium Prætorum, lib. 9. 20. 5. a

σποδῆον οὐδὲν in sermone, *φιλόλογα* multa. 13. ad Att. 67
σποδῆον ὄστρεον quid in literis. 5. ad Att. 6
σποδῆ mea nimia. 16. fam. 29. ex epist. Cic. filii.
σποδῆ nostra non est probata. 13. ad Att. 35

Spuma.

Venus spuma procreata, & c. de Nat. d. 71. b
 Cum spumas ageret in ore, arderet oculi, clamare cœpi, & c. in Verr. 130

Spumans.

Iste spumans ex ore scelus, & anhelans crudelitatem. ad Herennium, 41. b

Spumatus.

Saxæque cana falis niueo spumata liquore
 Tristificas certant Neptuno reddere voces. 1. de Diu. 21. a

Spurcus.

Samnis spurcus homo, vita illa dignus locoque. 2. Tusc. 71. a
 Æternus non spurcus homo, sed doctus & acer. de Oratore, 244. b

Spurcissimus helluo, præguftator libidinum. pro Domo sua, 20. a

Iactati tempestate spurcissima. a
 Spurcissima capita. 11. Philip. 288

Spurce.

In odium ducentur, siquid eorum spurcè, superbè, crudeliter, malitiosè factum proferetur. 1. de Inuent. 32. a

An bene cõueniat, inquit, Carneades, spurcè: sed tamen prudentius, quàm Lucius & Patron. ad Att. lib. 7. 122. 5. a

An crudelior qui in illam miseram tam spurcè, tam impiè dixeris: 2. Philip. 99. a

Deinde perferibit spurcissimè quas ob causas fecerit. ad Atticum, lib. 11. 221. 3. a

Spurina.

Spurina, aruspex. 9. fam. 57

Spurius.

Sp. Albinus lege Manilia à Gracchanis iudicibus damnatus. Brut. 66

Fuerunt etiam in oratorum numero mediocrium L. & Sp. Mummii fratres, quorum extant amborum orationes: simplex quidem Lucius fuit & antiquus, Spurius autem nihil ille quidem ornatior, sed tamen astrictior: fuit autem doctus ex disciplina Stoicorum. Multæ sunt Sp. Albini orationes. Brut. 48

Sp. Caruilius ex vulnere ob Rempub. accepto claudus. 2. de Orat. 138

Sp. Torius agrum publicum vitiosa & inutili lege leuauit. Brut. 70

Occidi, occidi, non Sp. Melium, qui annona leuanda, iacturisque rei familiaris, quia nimis amplecti plebem putabatur, in suspitionem incidit regni appetendi. pro Mil. 54

Sp. Posthumius, T. Veturius Coiff. Caudino prælio à Samnitibus superati sunt. Cat. 37

Sputaticus.

Et ille fuit accusator, inquit, vetus, quo accusante Chirtillium, Sifenna defendens dixit quædam eius sputaticæ esse crimina. de Clar. Orat. 141. a

Sputum.

Sputa quid sit scio, tilica nescio. de Clar. Orat. 188. b

Squaleo.

Tota ciuitas confecta senio est, squalèt municipia, afflicta-tur colonia. pro Mil. 15. a

Erat igitur in luctu Senatus, squalibat ciuitas publico consilio veste mutata. pro Sest. 25. a

Squalidus.

Primum enim ipsa illa quæ subtiliter differenda erant, politè, aptèque dixerunt, quum definites, tum partientes, vt vestri etiam, sed vos squalidus. 4. de Finibus, 9. a. Subauditur, dicitis.

Squalidior.

Sed quia sua sponte squalidiora sunt, adhibendus erit in his explicandis quidam orationis nitor. in Orat. 62. a

Squalor.

Squalor & lachrymæ Siciliæ. 5. Verr. 61. a
 Nã mihi ante oculos dies noctesque versatur squalor vester & mæror, & c. ad Terentiam, lib. 14. 3. 4. a

Decumanus squaloris plenus ac pulueris. 5. Verr. 25. a

Spectaculum fordium atque luctus, & tanti squaloris alticuius. pro Cluent. 58. b

Aspicite ludices squalorem sordisque sociorum. in Verr. lib. 7. 100. a

Ne illius luctum, squaloremque aspicerem. Att. 43. b
 Mater squalore filii & sordibus lætatur. pro Cluent. 21. b

Squalore sordidus. pro Mur. 144. b

Itaque in luctu & squalore sum, & c. Metellus ad Ciceronem, lib. 5. 1. 3. a

Squama.

Animantium pluma alias, alias squama videmus obductas: de Nat. d. lib. 2. 9

Squamosus.

Hanc Aries tegit, & squamoso corpore Pisces. 2. de Naturæ deorum, 168. a

Squamifer.

Squamiferi pisces. de Arat. b

Squilla.

Pinna verò (sic enim Græcè dicitur) duabus grandibus partula conchis, cum parua squilla quasi societate coit comparandi cibi. 2. de Nat. d. 92

St.

St, tacete, quid hoc clamoris est: quibus nec pater nec mater sit, Tanta confidentia estis: auferte istam enim superbiam. 2. de Orat. 143

Stabianum.

Stabianum tibi ex cubiculo perforasti, & patefecisti Scianum. 7. fam. 1

Stabilimen, Stabilio, Stabilis, Stabilitas.

Vide Sto.

Stabulum.

Huius in sedibus pro cubiculo stabula, pro tricliniis popinæ sunt. 2. Philip. 78. a

Cum Catilinæ Italiæ caulas, & pastorum stabula præclara cepissent. pro Sest. 5. b

Stadium.

Qui stadium currit, eniti & contendere debet, quàm maximè possit, vt vincat. Offic. 60. b

Sic vt in stadiu artis rhetoricæ prodire non audeant. ad Herennium. 2. 4. b

Olympiæ per stadium ingressus esse dicitur Milo, cum humeris bouem sustineret vinum. de Senect. 83. b

Vt in stadio cursores exclamant quammaximè possunt. Tusc. q. lib. 2. 49

Is locus est citra Leucadem stadia c x x. epist. 257. b

Inde vario sermone sex illa à Dypilo stadia confecimus. de Finib. 12. 4. b

Quum à Leucopetra profectus, &c. stadia circiter trecenta processissem, &c. ad Att. lib. 16. 334. 1. a

Stagirites.

Stagirites Aristoteles, à Stagira patria. Acad. q. 42. b

Stagnum.

Lacus stagna, &c. contra Rul. 88. b

Absurdoque sono fontes & stagna cietis. 1. de Diuin. 25. a

Stalenus.

Quem mihi tu Bulbum, quem Stalenum: quod vnquam hu iusmodi monstrum, aut prodigium audiuius, aut vidimus: qui cum reo transigat, post cum accusatore decidat. 4. Verr. 56

Stalerius.

Multi etiam in res odiosas imprudentes inciderunt: vt Stalerio nuper accidit, qui ea locutus est bonis viris subauctantibus, pariete interposito, quibus patefactis, in iudiciuque prolatis, rei capitalis iure damnatus est. Topi- corum. 40. Vetus codex legit Staterio.

Stans, Statarius, Vide Sto.

Staseas.

Staseas Neapolitanus, nobilis Peripateticus, Pisonis doctor. de Finib. lib. 5. 68

Peripateticus Staseas, homo nobis sanè familiaris, & vt inter homines peritos constare video, in illo suo genere omnium princeps. 1. de Orat. 52

Quem tu, inquit mihi Mutius, Staseam, quem Peripateticu narra: 1. de Orat. 52

Stataffo.

Quod si fingenda nomina vice poetæ, & potius vincendi atque potiundi, stataffandique cognomina, statoris & inuicti Iouis. 2. de Legib. 29

Statera.

Hæc enim nostra oratio multitudinis est auribus accõmodanda, ad oblectandos animos, ad impellendos, ad ea probanda quæ non aurificis statera, sed quadam populari trutina examinantur. 2. de Orat. 87. a

Statilius.

P. Statilius coniurationem in Senatu confessus. in Catil. 55

Nihil ab hoc prauum & peruersum produci posse arbitrabantur. si veniret ab Statilio, tamen si artificio Roscium su peraret, aspicere nemo posset. pro Rosc. Com. 18

Statillenses.

Ex castris, finibus Statillensium. epist. 173. b

Statim.

Itaque hoc sum aggressus statim Catone absoluto. in Orat. a Mæque ab eo diligenti statim ceptum esse, vt simultatem deposuimus. epist. 24. b

Haud potest grauioribus à me verbis vulnerari, quàm est statim in factu ipso à grauissimo viro P. Seruilio confectus ac trucidatus. de Arusp. resp. 1. a

Statim ad Messanam literas dedit. in Verr. a

Cur tria prædia, tantæ pecuniæ statim Capitori dantur: pro Rosc. Amer. 64. a

Antè enim circumscribitur mente sententia, confestimque verba concurrunt, quæ mēs eadem, quæ nihil est celerius, statim dimittit, vt, &c. in Orat. 116. a

Statim tuis literis lectis. 5. fam. 26

Sed tibi omnem illius sermonem statim mittam. in Antonium, 191, & 192. b. & Att. 151. b

Statim suspicione offensi, ad ea ipsa nomina oculos, animuque transfulimus. 4. Verr. 135. a

Philippus vt me salutauit, statim Romam profectus est. ad Attic. lib. 12. 241. 11. a

Literas scripsi hora decima Cercalibus, statim vt tuas legeram, &c. ad Att. lib. 2. 31

Statim, vel paulò post, videre. 15. fam. 1

Malè enim se res habet, quæ non statim vt dici cepta est, non melior fieri videtur. 2. de Orat. 172. a

De Vatino autem primùm reditus intercesserat in gratiam per Pompeium, statim vt ille Prætor est factus. Lentulo, lib. 1. 9. 69. a

Quæsiuit à te statim vt Romam rediit Quintius. pro Quintio, 39. a

Statio, Statua, Statuius, Vide Sto.

Statius.

Statius Albius Oppianicus, homo singulari scelere & audacia. pro Cluent. 16

Statius, Q. Ciceronis libertus, apud patronu gratior, quàm eius existimationi conueniret. 1. ad Quint. frat. 37

Itaque mihi libet exclamare, vt Statius in Synephebis, Pro deum, popularium omnium adolescentium

Clamo, postulo, obsecro, oro, ploro, atque imploro fidem. non leuissima de re, vt quæritur ille fieri in ciuitate facinora capitalia,

Ab amico amante argentum accipere meretrix non vult: sed vt adsint, cognoscant, animaduertant quid de religione, pietate, sanctitate, cerimonis, fide, iureiurando, quid de templis, delubris, sacrificiisque solennibus, quid de ipsis auspiciis, quibus nos præsumus, existimandum sit. 1. de Nat. d. 11

Si enim mihi Statii fidelitas est tantæ voluptati, quanti esse in isto hæc eadem bona debent, &c. 16. famil. 22

Senatui placere, C. Cassium Proconsulem prouinciam Syriam obtinere, vt qui eam optimo iure prouinciam obtinuerit: eumque à Q. Martio Crispo Proconsule, L. Statio Murco Proconsule, A. Alieno Legato exercitus accipere, eosque ei tradere: cumque his copiis etsi quas præterea parauerit, bello P. Dolabellam terra marique persequi. 11. Philipp. 312

Stator, Vide Sisto.

Statua, Vide Statuo.

Statuo.

Cum ille esset, vt ego mihi statuo, talis, qualem te esse video. pro Mur. 131. b

Quem ego deum ac parentem statuo fortunæ ac nominis mei. pro Sest. 28. b

Quam quidem laudem sapientiæ statuo esse maximam. epistol. 69. b

Ego in isto reo legem hanc Iudices, mihi statuo: &c. 5. Verrinarum, 4. a

Tamen in ea licentiã statuo maiorem esse, &c. de Or. 203. b

Craffo nihil statuo fieri potuisse perfectius. de Cl. Or. 177. b

Sine vlla dubitatione sic statuo & iudico, neminem, &c. 2. de Orat. 67. a

Sed ego sic statuo, nihil esse, &c. Orat. 192. b

Nimum magnam mercedem statuis. ad Brut. 16. 13. a

Ad summam arbitrum me statuebam non modò huius rei, sed totius consulatus sui. Att. 237. b

Qui in te satis consilii statuebam esse. Att. 3. b

Statuebat enim ignem esse ipsam naturam, quæ quicque gigneret, & mentem atque sensus. 1. Acad. q. 56. a

Si causa cum causa contenderet, nos nostram perfacile cuius probaturus statuebamus. pro Quint. 17. b

Statui nostræ necessitudinis esse, &c. epist. 71. b

Statuit Senatus hoc, ne illi quidem esse licitum, cui concesserat omnia, &c. 5. Verr. 69. a

Statuit ius non dicere, & in eo perseueravit. de Prouin. 71. b

Plato è Titanum genere statuit eos, qui, &c. de Leg. 185. b

M. quidem Lepidus (nam fuimus vnà) eum finem statuit. ad Att. lib. 7. 134. 4. a

Qui summum bonum statuit, non dolere. 2. de Finib. 33. a

Clodius statuit vexare Rempublicam. pro Mil. 106. b

Syracusani statuam postea statuerunt. in Verr. 118. b

Thebani in finibus æneum trophæum statuerunt. de Inuentione, 71. b

Statueram enim rectà Appia Romam. Att. 258. b

Iste certe statuerat ac deliberauerat non adesse. 3. Verr. 1. a

Causam sibi dicendam esse statuerat iam antè, quàm hoc vsu venerit. 7. Verr. 80. a

Mulier de amicorum sententiã statuerat, satis esse quæsitum. pro Cluent. 56. b

Ex illius sermone statuam, quid mihi agendum sit. At. 152. b

Quod ego eruditissimorum hominum artibus eloquentiam contineri statuam. de Orat. 85. b

Quamobrem tu quantum tuo iudicio tribuendum esse nobis putes, statues ipse, & vt spero, statues ex nostra dignitate. ad Licinium, lib. 5. 8. 11. a

Quod ius statues communi diuidendo, quum, &c. ad Trebatium, lib. 7. 12. 3. a

Ius igitur statuetis esse vnus cuiusque vestrum, deos penates subiectos esse potestati tribunitiæ: pro Domo, 234. b

Præcide, inquit, statuam aliquando quid libet. 4. Acad. 241. a

Statue contra aliquem confectum tantis animi corporisque doloribus, &c. 1. de Finib. 64. a

Statuite quanti hoc putetis, & quàm multo redemisse. 7. Verrinarum, 19. a

Sin laboramus, quis est qui alienæ modum statuam industris: 1. de Finib. 6. a

Diem ex die expectabam, vt statuerè quid esset faciendum. Attic. 117. b

In posterum documentum statuarem, nequis talem mentiam vellet imitari. ad Brut. 15. 16. a

Cum statuarem nihil huc nisi elaboratum industria afferri oportere. pro Pomp. 4. b

Consulibus permiffum erat, vt de Cæsaris actis cognoscerent, statuerent, iudicarent. Att. 263. b

Sed quum consilii tui bene fortiterque suscepti, eum tibi finem statuere. ad Domitium, lib. 6. 22. 4. a

Præsertim quum statuiffes, vt ais, causam tibi esse dicendam. 7. Verr. 62. a. & 5. famil. 2

Nisi hoc ita statuiffes, in re tam manifesta quicquid dixiffes, te deterius esse facturum. in Verr. 178. b

Lex earum rerum, res quas Cæsar statuiffet, decreuiffet, egisset, &c. ad Att. lib. 16. 343. 3. a

At in Lepido reprehendimur, cui quum statuam in Rostris statuiffemus, iidem illam euertimus. ad Brut. 15. 13. a

Tot homines tam ingeniosos per tot annos etiam nunc statuere non potuiffes, rem an litem dici oporteret. pro Muræna, 130. b

Statuere aliquem hostem vel inimicum. 11. Philip. 290

Statuere ante oculos. 1. de Orat. 127. a

Ex alicuius sermone statuere. ad Att. lib. 9. 190. 2. a

Statuere exemplum in aliquem. 5. in Verr. 180

Exemplum statuere in homine. 4. Verr. 77. a

Æquabile ius in omnibus statuere. ad Heren. lib. 3. 95. a

Vel tenuiffimarum rerum iura statuere. pro Cecin. 291. b

Statuere modum diuturnitati imperii. pro Pomp. 9. b

Statuere pœnam improbis. Læl. 40

Vt vlla in re statuere possimus quatenus. Academic. quæst. edit. 1. lib. 2. 84

Statuere quid sit sapiens, vel maximè videtur esse sapientis. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 9

Neque tamen possum statuere, vtrum magis mirer, te, &c. 3. de Orat. 47. a

Statuere & collocare aliquam statuam. in Cat. 115. b

Te enim existimo tibi statuiffe, quid faciendum putares, & satis idoneum officii iudicem posuiffe. pro Syl. 176. b

Ne aut spoliare fama probatum hominem, si contra iudicasset, aut statuiffe videretur bonum virum aliquem esse. Offic. 67. b

Quid de captiuo statuendum ac sentiendum sit. de Or. 153. b

Mentes eorum, qui cum aliqua statuendi potestate audiat, mouere posse. de Orat. 115. b

In rebus statuendis & decernendis. Q. frat. lib. 1. 128. a

Statuitur Lollius in illo conuiuio. in Salust. 160. b

Statuiturque ne post M. Brutum Proconsulem sit Creta prouincia. 2. Philip. 97. a

Quæ regio terrarum erat, in qua non regnum aliquod statueretur: pro Sest. 18. b

Illud verò nonne ita præsens est, vt, &c. & eorum iudices in ædem Concordiæ ducerentur, eo ipso tempore signum statueretur, quo collocato, atque, &c. 3. in Catil. 65. a

Non dubito quin si, &c. aliquando statuam huius ob Remp. interfecto in foro statueretur. pro Sest. 71. a

In quos aliquid exempli Pop. Romanus statui putat oportere, ab iis tu defensionis exempla quæris: 5. Verr. 181. a

Super terræ tumulum nolui quid statui, nisi columellam, &c. de Legib. 183. b

Equidem neque de genere dubito, placet enim mihi Cluati: neque de re, statutum est enim: de loco nonnunquam ad Att. lib. 12. 241. 9. a

Statutum est atque decretum, omnia perpeti. Anteq. 169. b

Statuens.

Fortis verò, dolorem summum malum iudicans, aut temperans, voluptatem summum bonum statuens, esse certè nullo modo potest. 1. Offic. 9. a

Statutus.

Solenne & statutum sacrificium. 2. Tusc. q. 183. a

Qui sacrificia gentilitia illo ipso in sacello statuto loco annuaria facerant. de Arusp. resp. 29. a

Dictatoris Lanuuii statuta sacrificia nosse negotii nihil erat. pro Mil. 110. b

Iam habeo statutum quid mihi agendum sit. ad Sulpitium, lib. 4. 29. a

Sic habuisti statutum cum animo, ac deliberatum, omnes qui habitarent in Sicilia, aut qui Siciliam te Prætor attigissent, iudices reicere: 5. Verr. 79. a

Ita statutum habeas. 6. fam. 6. Id est, hoc tibi persuadeas.

Statutum.

Neque enim statuti quid in tanta perturbatione habere potuisti. Cornificio, lib. 12. 25. 11. a

Statua.

Statua ænea pedestris. in Ant. 223. b

Statua Cæsaris in Rostris posita. 12. famil. 6

Statua est in Ceramico Chryssipi. de Finib. 57. b

Statua Scipionis, quæ ad Opis per te posita in excelso est. de Nat. d. 88. b

Statua ornatu militari. Offic. 1. 89

Statuæ amictus, status, annulus. 6. ad Att. 15

Ad statuam intendit dextram. 16. ad Att. 39

Illi statuam istius permissilem, quam stare celeberrimo in loco voluerat, ne suauissimi hominis memoria moreretur, deturbant. in Pis. 99. b

Vtique c o s s. eam basim, statuamque faciendam, & in Rostris statuendam locent. in Ant. 224. b

Ad Telluris quidem etiam tuam statuam locaui. Quin. frat. lib. 3. 10

Qui tibi statuam in meis ædibus posuit. pro Dom. 219. b. & pro Sest. 21. b

Lepido statuam in Rostris statuimus. Att. 283. b

Statuam statuerunt. in Ant. 212. b

Statuam alicui statuere & euertere. ad Brut. 39

Statuere statuam alicui in foro. pro Sest. 21. b

Eique statuam equestrem inauratam in Rostris, aut in quo alio loco in foro vellet, ex huius ordinis sententia statuam placere. in Philip. 2

Statua inaurata equestres. 6. ad Att. 15

Omnibus vicis statuæ factæ sunt, ad eas thus & cerei. 3. Officiorum, 106. a

Statuarum coronæ. 15. ad Att. 47

Maiores quidem nostri statuas multis decreuerunt, sepulchra paucis: sed statuæ intereunt tempestate, vi, vetustate: &c. 9. Philip. 266. a

Qui statuis faciendis præfesset. in Verr. 137. b

Charas à Lysippo statuas facere non isto modo didicit, vt Lysippus caput ostenderet Mironis, brachia Praxitelis, pectus Polycleti, sed, &c. ad Heren. 25. b

An quum statuas & imagines non animorum simulachra,

sed corporum, studiose multi summi reliquerunt, &c. pro Archia, 11. a

Statura.

Parua statura. ad Heren. 34. b

Corporis igitur nostri partes, totaque figura & forma & statura quam apta ad naturam sit, apparet. 5. de Finib. 61. a

Forma, & species, & statura apposta ad dignitatem. ad Herennium, lib. 4. 216. a

Non enim præcipit, vt membra nostra, aut staturam figuramve noscamus: Tusc. q. lib. 2. 82. a

Velim mihi dicas, nisi molestum est, L. Tursecius qua facie fuerit, qua statura, quo municipio, qua tribu. 2. Philippicarum, 59. a

Stella.

Stella illustris & perlucida. Diuinat. lib. 1. 109

Iouis stella. de Orat. 36. b

Stella Iouis aut Veneris coniuncta cum Luna, ad ortus puerorum salutaris. Diuinat. lib. 1. 75

Lunæ stella. de Som. Scip. 128. b

Stella Martis, *μυρτίς*, de Nat. d. 2. 38. eiusque cursus.

Stella sancta Mercurii. de Vniuers. 37

Stella Saturni, *φρηνω* Græcis. de Nat. d. 2. 38

Stella Saturni, Martisque coniuncta cum Luna, ad ortus puerorum noxia. Diuinat. lib. 1. 75

Stella Veneris, *φροσφόρος*, & Lucifer. de Nat. d. 2. 39

Ita te nec terræ fremitus, &c. nec traiectio stellæ, nec faces visæ terrebunt. 2. de Diuinat. 89. a

Stellæ quædam beluarum nomine appellantur, vt capra, vt lupa. 3. de Nat. d. 28

Vt stellæ in radio solis, sic bona corporis in virtutum splendore ne cernuntur quidem, &c. de Finib. 141. b

Stellæ immutabilibus spatiis ab ortu ad occasum cōmeant. 2. de Nat. d. 70. a

Stellæ Saturni, Iouis, Martis, Veneris & Mercurii, eisdem cursus constantissimè seruant, disparibus inter se moribus. Tusc. q. lib. 1. 55

Stellæ, quas Græci Cometas, nostri Crinitas vocant. de Nat. deorum, 2. 11

Stellæ aureæ, insignia deorum, Castoris & Pollucis, quæ Delphis erant a Lacedæmonis positæ, paulò ante Leucticam pugnam deciderunt. Diuin. lib. 1. 67

Quinque stellæ errantes, aliæ propius à terris, aliæ remotius disparibus temporibus eadem spatia efficiunt. de Nat. d. 1. 61. & Tusc. q. lib. 1. 50

Stellæ flammæ sunt: quocirca terræ, maris, aquarum vaporibus aluntur. 2. de Nat. d. 88

Stellæ inerrantes suam spheram habent. de Nat. d. 2. 40

Stellæ inerrantes ex notarum figurarum similitudine nomi na inueniunt. 2. de Nat. d. 75

Vapores, quibus altæ renouatæque stellæ, & omnis æther, refundunt eisdem. de Nat. d. 49. b

Stellarum rotundi ambitus. de Nat. d. 2. 36

Stellarum earum, quæ errare dicuntur, quantus concentus. 2. de Nat. d. 89

Orbis extimus, in quo infixi sunt illi qui voluntur, stellarum cursus sempiterni. de Som. Scip. 14

Qui errantium stellarum cursus, progressiones, institutionesque notauit. Tusc. q. 161. b

Facile vincunt magnitudinè terræ stellarum globi. in Som. Scipion. 13

Stellarum earum motus, quæ falso dicuntur errantes. de Nat. deorum, 2. 37

Stellarum motus cursusque vagantes. de Diuinat. 83. b

Stellarum inerrantium maxima multitudo. 2. de Nat. deorum, 75

Stellarum vagarum motus tum incitantur, tum retardantur, sæpe etiam insunt. 2. de Nat. d. 75

Heraclides errantibus stellis diuinitatem tribuit. 1. de Natura deorum, 26

Stellas quasdam rerum inanimatarum nomine appellamus: vt Argon, vt aram, vt coronam. 3. de Nat. d. 28

Dinumerare stellas. 1. Offic. 216. a

Hisque animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quæ

nos sidera stellisque vocamus, quæ globosæ & rotundæ diuinitatis animatæ mentibus circulos suos orbisque conficiunt celeritate mirabili. de Som. Scip. 11

Stellans.

Luna stellanti nocte perempta est. de Diuin. lib. 1. 33

Nam pater altitonans stellanti nixus Olympo. 1. de Diuinatione, 37. a

Ager stellatis. contra Rul. 83, & 64. b

Stellatus.

Nec verò Atlas sustinere cælum, nec Prometheus affixus Caucaaso, nec stellatus Cepheus cum vxore, genero, filia traderetur, nisi cælestium diuina cognitio nomen eorum ad errorem fabulæ traduxisset. 5. Tusc. q. 5

Stellifer.

Summus ille cæli stelliferi cursus, &c. acuto & excitato mouetur sono. in Som. Scip. 17

Stelliger.

Stelliger orbis. in Arat. 189

Stephane.

Stephanem appellat Parmenides continentem ardore lucis orbem, qui cingit cælum, quem appellat deum. de Natura deorum, 1. 21

Stercus.

Nolo sterces curiæ dici Glauciam. 3. de Orat. 89

Se interfectum in plaustrum à caupone esse coniectum, & supra sterces iniectum. de Diuin. lib. 1. 102. a

Stercoro.

Quid de vtilitate loquar stercoreandi? Cato, 49

At Homerus, &c. Laertem lenientem desiderium quod capiebat è filio, colentem agrum, & cum stercoreantem facit. de Senect. 50. a

στέρωια propter firmitatem appellat Epicurus. de Natura deorum, 1. 36

Sterilis.

Videt enim hoc genere dicendi, si vtar in cæteris, Februarium sterilem futurum. 2. ad Quint. frat. 26

Sterilitas.

Sterilitas agrorum, inopia frugum. de Aruspicum responsis, 251. b

Quæ sit vel sterilitas agrorum, vel fertilitas futura. Diuinat. lib. 1. 110

Ager propter sterilitatem incultus, propter pestilentiam vastus atque desertus. 2. de Lege Agr. 71

Multa peperit, foetus extitit in sterilitate naturæ. de Diuinatione, lib. 1. 34

Sterno.

Tubero rogatus est à Maximo, vt triclinium sterneret, atque ille homo eruditissimus ac Stoicus stravit pelliculis hordinis lectulos Punicanos, & exposuit vasa Samia. pro Muræna, 68. a

Tum vero illa egregia ac præclara mater palam exultare letitia, ac triumphare gaudio cepit, victrix filia, non libidinis. Itaque diutius suspitionibus obscuris lædi famam suam noluit, lectum illum genialem, quem biennio antè filia suæ nubenti strauerat, in eadem domo sibi ornari & sterni, expulsa atque exturbata filia, iubet. Nubit genero focus, nullis auspiciis, nullis authoribus, funestis omnibus omnium. O mulieris scelus incredibile, & præter hanc vnam, in omni vita inauditum! O libidinem effrænatam & indomitam! O audaciam singularem: non timuisse, si minus vim deorum, hominumque famam, at illam ipsam noctem, faceretque illas nuptiales! &c. pro Cluentio, 10

Apronius triclinium in foro strauerat. in Verr. 169. b

Vt domi lectuli sternantur. ad Heren. 39. b

Credoque, quod erat factitatum, vt vni plura fierent, lectique plures sternerentur. 2. de Leg. 96. a

Imperauit vt in foro sibi medio lecti sternerentur. in Verrem, 170. b

Publicè sibi conuiuia parari, sterni triclinia etiam in foro iubebat. 2. Verr. 53. a

Dolabella columnam sustulit, locum illum sternendum locauit. Att. 230. b

Stratus.

Afflictus & stratus. Tusc. q. 206. b

Non Prætozem modò, &c. sed ne amicos quidem Sext. Neuii, quorum sæpe & diu ad pedes iacuit stratus obsecrans, &c. pro Quint. 64. a

Stratum triclinium. ad Heren. 40. b

Stratum textile. Tusc. q. lib. 5. 45

Quem singuli stratum atque abiectum subleuastis? in Antonium, 196. b

Hoc est altius, quàm vt id nos humi strati suspicere possimus. de Orat. 144. b

Alter is qui nos sibi quondam ad pedes stratos ne subleuat quidem. ad Att. lib. 10. 195. 3. a

Conchyliatis peristromatis sermonum in cellis lectos stratos videres. in Ant. 173. b

Sternutamentum.

Quæ si suscipiamus, pedis offensio nobis, & abruptio corrigiæ, & sternutamenta erunt obseruanda. 2. de Diu. 126. a

Sterto.

Marcellus candidatus ita stertebat, vt ego vicinus audirem. 4. ad Att. 16

Per me vel stertas licet, inquit Carneades, non modò quiescas. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 84

Stertens.

Et quum stertetem aliquem viderint, obiicere his visa quædam tortuosa & obscura, quæ illi exterriti somnio ad cōiectorem mane deferant. 2. de Diuinat. 193. a

Sthenius.

Sthenius postulat, vt secum sui ciues agant de literis publicis corruptis, eiusque rei legibus Thermitanorum actio sit: &c. 4. Verr. 63

Itaque hortari homines cepit, vt aliquid Sthenio periculi crearent, criminisque confingerent. 4. Verr. 63

Itaque iste vehementer Sthenio insensus, hospitium ei renuntiat, domo eius emigrat, atque adeò exit: nam iam antè migrarat. 4. Verr. 62. 58. 59. 60

Iste homo certus & diligens ad horam octauam præsto est: Sthenium citari iubet: quem posteaquam videt non adesse, dolore ardere, atque iracundia furere cepit: Venerios in domum Stheni mittere: equites circum agros eius, villasque dimittere. itaque cum expectat quidnam sibi certi afferatur, ante horam tertiam noctis de foro non discessit. 4. Verr. 64

Non erat obscurum, quid homo improbus ac nefarius cogitaret: neque enim ipse satis occultarat, nec mulier tacere poterat. Intellectum est id istum agere, vt cum Sthenium sine vilo argumento, ac sine teste damnasset, tum homo nefarius de homine nobili, atque id ætatis, suoque hospite, virgis supplicium crudelissimè fumeret. quod cum esset perspicuum, de amicorum hospitiumque suorum sententia, Theremis Sthenius Romam profugit: hyemi, fluctibusque sese committere maluit, quàm non istam communitatem Siculorum tempestatem, calamitatemque vitare. 4. Verrin. 63

Ita illi non procrastinant: Sthenium statim educunt, aiunt ab eo literas publicas esse corruptas. 4. Verr. 63

Hoc dico, non his qui Sthenium norunt, hoc est nemini eorum qui in Sicilia fuerunt: nemo enim ignorat, quo hic in ciuitate sua splendore, qua apud omnes Siculos dignitate atque existimatione sit. sed vt illi quoque, qui in ea prouincia non fuerunt, intelligere possint, in quo homine tu statueris exemplum eiusmodi, quod tum propter iniquitatem rei, tum etiam propter hominis dignitatè acerbum omnibus, atque intolerandum videretur. 4. Verr. 76

Nihil enim minus libenter de Sthenio commemoro: nihil aliud in eo, quod reprehendi possit, inuenio, nisi quòd homo frugalissimus, atque integerrimus te hominè plenum stupri, flagitii, sceleris, domum suam inuitauit: nisi quòd qui C. Marii, &c. cæterorumque fortissimorum hospes fuisset. 4. Verr. 76

Stigmaticus.

O miserum qui fideliorè & barbarum & stigmaticum putaret, quàm coniugem: nec eum sefellit opinio: ab ea est

enim ipse propter pellicatus suspicionem interfectus. 2. Officiorum, 34

Stilbon.

Infra autem hanc stella Mercurii est, ea Stilbon appellatur à Græcis, quæ anno ferè vertente, signiferum lustrat orbem: neque à sole longius vnquam vnus signi interuallo discedit, tum anteuertens, tum subsequens. 2. de N. d. 76. a

Stilla.

Et vt interit magnitudine maris Ægæi stilla muria. de Finibus, lib. 3. 36

Stillicidium.

Parietum, luminum, stillicidiorum, testamentorum ruptorum, aut ratorum, cæterarumque rerum innumerabilium iura versentur. 1. de Orat. 84. a

Quamobrem quòd me vocas, aut quid hortaris? vt libello conficiam de stillicidiorum ac de parietum iure? 1. de Leg. 21. a

Quàm enim indecorum est, de stillicidiis quum apud vnum iudicem dicas, amplissimis verbis & locis vti communibus, &c. in Orat. 39. a

Stillans.

Ille qui stillantem præ se pugionem tulit, is à te honoris causa nominatur. 2. Philip. 50. a

Stilpo.

Stilpo & ebriosus & mulierosus fuit. Fat. 8

Stilponè Megaricum philosophum, acutum sanè hominem, & probatum temporibus illis accepimus. de Fato, 8

Stimulus.

Defendèdi Vatini fuit etià ille stimulus, de quo, &c. ep. 14. b

Erant apud illum illecebræ libidinum multæ, erant etiam industriæ quidam stimuli & laboris. pro Cæl. 39. b

Stimulos admouet, ignes adhibent. Tusc. 198. b. & pro Sest. 9

Nam si omnia fugienda turpitudinis, adipiscendæque honestatis causa faciamus, non modò stimulos doloris, sed etiam fulmina fortunæ contemniamus licebit. 2. Tusc. 57

Nunc insidet quædã in optimo quoque virtus, quæ noctes & dies animum gloriæ stimulis concitat. pro Arch. 191. b

Num expectas, dum te stimulis fodiam? hæc te lacerat, hæc cruentat oratio. in Ant. 176. b

Stimulo.

Me cōgressus Cæsaris stimulat, & primas eius actiones horreo. 9. ad Att. 60

Hunc sibi ex animo scrupulum, qui se dies noctesque stimulat ac pungit, vt euellatis postulat. pro Rosc. Amer. 4. a

Te conscientia stimulat maleficiorum tuorum. Parad. 21

Nam vt vetus nostra similitas antea stimulat me, &c. si curam mihi affert, &c. epist. 45. b

Fames stimulat homines. pro Domo sua, 215. b

Nec vides istorum ipsorum charitate ad huius salutem defendendã maximè stimulari me, atque excitari. pro Planicio, 273. b

Stimulatus.

Qui aram in litore deserto fomniis stimulat, aut religione aliqua consecrasset. pro Domo sua, 241. b

Stimulator.

Sin in causa fuit annona, seditionis quidem stimulator & concitator tu fuisti. pro Domo sua, 9. a

Stinguo.

Vt quum Luna means Hyperionis officit orbi, Stinguuntur radii cæca caligine tecti. in Prognost. a

Stinguens.

Quem neque tempestas perimet, nec longa vetustas Interimet, stinguens præclara insignia cæli. in Arat. b

Stipatio, Stipator, Stipatus, Vide Stipodium.

Stipendium.

Stipendium Cæsari decretum est. epist. 8. b

Stipendium militibus vsque ad Idus Quint. perfolutum. At. 75. b

Quid stipendium militibus per omnes annos à ciuitatibus mensis palam propositis esse numeratum? in Pis. 69. a

Decernere triumphum ac stipendium alicui, & cum omnibus decretis ornare. Att. 287. b

Idem in angustiis ararii victorem exercitum stipendio affecit. pro Corn. Balb. 49. a

Relatum est ad nos de stipendio exercitus. de Prouinc. 74. b

Quum Afellus omnes provincias stipendia merentem se paragraffe gloriaretur, Agas Afellum, &c. 2. de Orat. 143. a
Merere stipendia in bello. pro Mur. 126. b. & pro Cael. 7. a
Partem militum, qui iam stipendiis confectis erant, dimisit. pro Lege Manil. 17. a
Animum taquam emeritis stipendiis libidinis, ambitionis, contentionis, inimicitiarum, cupiditatum omnium secum esse, &c. de Senect. 45. a

Stipendiarius.

Veſtigal, quod stipendiarium dicitur. 5. Verr. 10
Socii, stipendiarii que Pop. Romani afflicti, miseri. 1. Verri-
narum, 5. a
Quos stipendiarios habeat Respubl. nosse debet Senator. 3. de Legib. 36
Veſtigales multos ac stipendiarios liberauit. de Prouinc. Conf. 71. b
Iis præmiis exclusos esse socios, quæ pateant stipendiariis, pateant hostibus. pro Corn. Balb. 17. a

Stipes.

Sed qui taquam truncus atque stipes, si steterit modò, posset sustinere tamen titulum Consulatus. in Pis. 14. a
Stipes ille, qui quorum hominum esset, nesciremus, nisi se Ligurem ipse esse diceret. de Arusp. resp. 244. b
Cum hoc homine, aut cum stipite Æthiopo, si in foro constitisses, nihil crederes interesse. post redit. in Senat. 12
Hæc medium ostendit radiato stipite malum. de Arat. b

Stipo.

Antonius Senatam stipauit armis. 3. Philip. 145

Stipatus.

Qui stipatus semper ficiarius, septus armis, munitus iudicibus fuit. pro Sest. 23. b
Catilinam interea alacrem atque lætum, stipatum choro iuuentutis, vallatum iudicibus atque ficiariis. pro Mur. 46. a
Illum spoliatum stipatumque licetoribus videres. in Verrem, 220. b
Aliquem multis telis stipatum esse. 5. Philip. 176
Quid enim est iucundius senectute, stipata studiis iuuentutis? Cat. 26
Græci stipati, quin in lectulis sæpe plures. in Pis. 94. b
Non vilitata frequentia stipati sumus. pro Mil. 1. a
Quum ad forum stipati gregibus amicorum descendimus. &c. ad Att. lib. 1. 13. 3. a

Stipatio.

Eius aspectus, concursatio, stipatio, greges hominum perditorum, metum nobis seditionesque afferebant. pro Syl. 49

Stipator.

Sergius armiger Catilinæ, stipator tui corporis. pro Domo sua, 11
Ianitores ex equestri loco ducentos in annos singulos, stipatores corporis constituit, eosdem ministros & satellites potestatis. de Lege Agr. 43. a
Apronius stipatores Venerios secum habebat, ducebat eos circum ciuitates. 5. Verr. 53. a
Præmittebatque de stipatoribus suis, qui scrutarentur arcu-
las muliebres, &c. 2. Offic. 34. a

Stips.

Præter Idææ matris famulos, eosque iustis diebus, nequis stipem cogito. 2. de Leg. 24
Stipem sustulimus, nisi eam, quam ad paucos dies propriam Idææ matris excepimus: implet enim superstitione animos, & exhaurit domos. 2. de Leg. 39

Stipulator.

Stipulator es: ubi quo die? quo tempore? quo præsentem? quis spondidisse me dicit? nemo. pro Rosc. Com. 7. a
Si is, cui legatum est, stipulator est id ipsum quod legatum est, ut ea pecunia ex stipulatione debeatur. 2. de Leg. 30
Hæc pecunia necesse aut data, aut expensa lata, aut stipulata. pro Quint. Rosc. 47. b
Reliquum est ut stipulator se esse dicat. pro Quinto Roscio, 47. b

Stipulator.

Literæ P. Quintii, testes tot, quibus omnibus causa iustifi-

ma est, cur scire potuerint: nulla cur mentiantur, quum a stipulatore tuo comparabuntur. pro Quint. 40. a

Stipulatio.

Stipulatione aliquem alligare. pro Quint. Rosc. 51. b
Ut ea pecunia ex stipulatione debeatur. de Leg. 181. b
Pacta, conuenta, stipulationes. de Orat. 118. b
Aut stipulationes, aut pacti, aut conuenti formula. pro Cicerina, 294. b
Quamobrem quomodo me vocas, aut quid hortaris? &c. aut stipulationum & iudiciorum formulas componam, &c. 1. de Legib. 21. a
Etsi nondum stipulationes legeram (nec enim Eros venerat) tamen re pridie Iduum velum conficias. ad At. li. 16. 336. 9. a

Stipulatiuncula.

Tu mihi, quum in circulo decipiari aduersarii stipulatiuncula, &c. ego tibi vllam causam maiorem committendam putem. 1. de Orat. 85. a

Stirps.

Stirps, origo, progressio, radix. Tusc. 192. 208. & 235. b
Nullius agricolæ cultu, stirps tam diuturna, quam poetæ versu seminari potest. de Leg. lib. 1. 11
Differo eam partem quæ quasi stirps est huius quæstionis. 4. de Finib. 7. a
Naturale quoddam stirpis bonum degenerauit vitio deprauatæ voluntatis. de Clar. Orat. 176. b
Non enim iam stirpis bonum quæreret, sed animalis. de Finib. 134. b
Qui aliquandiu propter ignorantiam stirpis & generis in famulatu fuerunt. de Amic. 109. b
Qua in familia laus aliqua fortè floruerit, hæc ferè qui sunt eius stirpis, cupidissime persequuntur. pro Rabirio Posthumo, 122. b

Regiam contaminari stirpem. de Nat. d. 37. b
O generosam stirpem! de Diuinat. 84. b
Repetam stirpem iuris à natura. de Leg. lib. 1. 15
Non ingenerantur hominibus mores, tam à stirpe generis ac feminis, quam, &c. contra Rul. 87. b
Hic enim orti stirpe antiquissima fumus. de Leg. lib. 2. 2
Marcelli ab liberti filio stirpe, Claudii patricii eiusdem hominis hereditatem gente ad se redisse dicerent. 1. de Orat. 86
Qua ex stirpe orientur omnia. de Finib. 110. b
Baccæ, quæ ex quaque stirpe funduntur. de Natura d. orum, 51. b

Scipionis genus est ex ipsius sapientiæ stirpe generatum. de Clar. Orat. 183. b

Hic nunc primum florens firmata iam stirpe virtutis. pro Cael. 54. b

Omnium magnarum artium sicut arborum altitudo nos delectat, radices stirpesque non item, sed esse illa sine his non potest. Orat. 210. b

Altæ stirpes stultitiæ. 3. Tusc. q. 22. a

Sic superstitionis stirpes omnes eiciendæ sunt. de Diuinatione, lib. 2. 114

Multæ & pecudes, & stirpes sunt, quæ, &c. de Nat. d. 51. b

Stirpes ac semen malorum omnium. in Catil. 103. b

Stirpes terræ inhaerent, animantes à respiratione aeris sustententur. de Nat. d. 42. b

Quorum stirpes tellus amplexaprehendit. de Arat. b

Stirpes ex terra succum trahunt, quo alantur ea quæ radicibus continentur. 2. de Nat. d. 90

Stirpes arte naturæ viuunt & vigent. de Nat. d. 42. b

In feminibus causa est arborum & stirpium. in Ant. 171. b

Stirpium asperitate vastari terram non patiuntur homines. 2. de Nat. d. 73

Persecutus est Aristoteles animantium omnium ortus, victus, figuras: Theophrastus autem stirpium naturas, omniumque ferè rerum quæ à terra gignerentur, causas atque rationes. de Finib. 126. b

Quarundam stirpium & herbarum utilitates longo vsu percipimus. de Nat. d. 58. b

Stirpibus in fixa femina terra continet. de Nat. d. 219

Ego naues inanes fuisse dico: remiges, nauasque dimissos: reliquos stirpibus vixisse palmarum. 7. Ver. 107. a

Stirpitus.

Hunc errorem, quasi radicem omnium malorum, stirpitus philosophia se extra curam pollicetur. Tusc. q. lib. 4. 69

Stiua.

Ab ipsa stiua mecum homines loquebantur. pro M. Scauro, autore Seruio in Georgicis. b

Sto.

Tuo potius sto iudicio, quam meo. ad Att. lib. 8. 148. 1. a

Si stas, ingredi. 2. ad Att. 60

Qui stat. Tusc. 186. b

Ara vetus stat in palatio Febris. de Legib. 175. b

Stat Asia Luculli institutis seruandis. 4. Acad. 6. a

Stat res sine consilio. 7. ad Att. 43

Huius fornix in foro est, in quo filius tuus stat. in Ver. 140. b

Si in eo quod ostenderat, non stat, mihi maximè placet ea quæ malè empta sunt reddi, si voluntate Pomponiæ fieri poterit. &c. ad Att. lib. 2. 19. 1. a

Tu mi Cicero, quod adhuc fecisti, idem præsta, ut vigilanter neruoseque nos qui stamus in acie, subornes. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 23. 13. a

Stamus animis: & quia consiliis, ut videmur, bonis vtimur, speramus. 5. ad Att. 106. 3. a

Qui hoc ipso tempore stant cum gladiis in conspectu Senatus. in Ant. 162. b

Stant aduersis vestigiis contra nostra vestigia Antipodes. 4. Acad. q. 220. a

Itaque parietes vrbs modò stant & manent, iique ipsi iam extrema scelera metuentes. Offic. 38. b

Hinc si aliquid à comitis audierimus, nos in Asiam conuertemus: neque adhuc stabat quod potissimum, sed scies. ad Attic. lib. 3. 54. 3. a. Id est, neque adhuc erat constitutum & deliberatum quod irem.

In curia statua tua stabat, & nuda in ea filii. in Verr. 233. b

Lylandri statua, quæ Delphis stabat, in capite corona subitò extitit. de Diuinat. 96. b

Eos qui circum iudicium stabat, audire nolebat. pro Syl. 127. b

Nemo contra perditos à Senatu, & à bonorum causa stetit constantius. pro Cluent. 190. b

Salustius bis ad iudicis subsellia attractus, extrema fortuna stetit. in Salust. 274. b

Is in comitio stetit cum telo. in Cat. 100. b

Ac, si fides Saturnino data est, quod abs te sapissime dicitur, non eam C. Rabirius, sed C. Marius dedit: idemque violauit, si in fide non stetit. pro Rab. perd. reo, 21. a

Nec L. Iulii iudicio stetit Lentulus, neque Lentuli existimatione contentus fuit Gellius, & uterque censor censoris opinione standum non putauit. pro Cluent. 45. b

Non enim Regulus suo iudicio stetit, sed suscepit causam, ut esset iudicium Senatus. 3. Offic. 145. & 12. ad Att. 27

Paulisper stetimus in ganeorum tuarum nidore atque fumo. in Piso. 82. b

Ne hæc quidè duo signa pulcherrima, quæ nunc ad impluuium tuum stant, quæ multos annos ad valuas lunonis Samiæ steterunt, habes quomodo emeris. 3. Verr. 41. a

Equites Romani qui frequentissimi in gradibus Concordiæ steterunt. in Ant. 213. b

Quorum statua in Rostris steterunt vsque ad nostram memoriam. in Ant. 221. b

Tamet si si qui acutores in concione steterant, suspicabantur, &c. contra Rul. 68. b

Sed hæc tu melius: modò stet nobis illud, vna viuiere in studiis nostris, à quibus antea delectationem modò petebamus, nunc verò etiam salutem. Varroni, lib. 9. 2. 12. a. Id est, fixum in animo habeamus.

Animaduertis quam sine consilio res stet. Attic. 110. b

Cum in hac cella Concordiæ cum gladiis homines collocati stent. in Ant. 164. b

Quiddam quo stare, mihi instillarunt literæ tuæ. 9. ad At. 17

Contra hoc nulla staret eorum ratio. ad Heren. 25. b

Quemadmodum ei dicebamus, qui à scripto diceret, hoc fore vtilissimum, siquid de æquitate ea, quæ cum aduersario staret, derogasset: &c. 2. de Inuent. 227. a

At quanto meliore loco Resp. staret, si tu par ac similis sce-

lestorum ciuium, vna cum illis adnumeratus esses: in Sal. 4. a

Cum virgo staret, Cæcilia federet. de Diuinat. 101. b

Ad x v. Calend. Februarias, quum in Senatu pulcherrimè staretis, quod, &c. ad Lent. lib. 1. a

Atque vti nam Resp. stetit, quo cooperat statu. Offic. 2. 4

Quam partem in Rep. causamque defenderim, per quos homines ordinemque steterim, quibusque munitus fuerim, non ignoras. ad Plancum, lib. 13. 30. 16. a. Id est, incolumis fuerim.

Abiecto scuto fugiat quantum possit, ob eamque causam pereat nonnunquam, etiam integro corpore, quum ei, qui steterit, nihil tale euenerit. 2. Tusc. q. 93. a

Qui si steterit idem, mihi que paruerit, &c. ad Brut. 10. 7. a

Talis Tribu. pleb. fuit, ut nemo contra ciuium perditorum populare turbulètamque demerentiam à Senatu, & à bonorum causa steterit constantius. de Clar. Orat. 148. a

Probare rationem aliquam, quod ab ea steterint viri probatissimi. ad Heren. 24. b

Quum is contra populi studium stetit. de Clar. Or. 66. a

Homines, qui tum consultò propè in occulto stetit. pro Cluent. 33. b

Omnes cupiebant Cæsarem abductis præfidiis stare conditionibus his quas tulisset. ad Atticum, lib. 7. 134. 2. a. & 6: familiarium, 16

Qui domi stare non poterant. pro Flac. 149. b

Multaque alia aliis locis diutius commemoracione manet, quam natura stare potuerunt. 1. de Leg. 3. a

Vt ea breuiter, quæ post tuum discessum acta sunt, colligam, iam exclames necesse est, res Romanas diutius stare non posse. ad Att. a

Egere, foris esse Gabinium: sine prouincia stare non posse: &c. in Pis. 8. a. Id est, incolumem esse.

Is videbat istius causam stare nullo modo posse. in Verr. 136. b

Vides eorum partim obliquos, partim auersos, partim aduersos stare nobis. de Som. Scip. 129. b

Facere promissa, stare conuentis, reddere deposita, commutata vtilitate sunt inhonestas. 3. Offic. 129. a

Meo iudicio stare malo, quam omnium reliquorum. Att. 193. b

Stare iudicio multitudinis. 2. Tusc. q. 107. a

Stare suo vel alieno iudicio. pro Syl. 15. pro Flac. 52. & in Pisonem, 60

Stare suis iudiciis, & stare in iudicio sapientium. Tusc. lib. 5. 60

Quibus in controuersis quum sæpe à mendacio contra verum homines stare consueverent, dicendi assiduitas aluit audaciam. 1. de Inuent. 6. a

Ergo horum vnumquodque in reprehensione, aut non esse signum, aut parum magnum esse, aut à se potius, quam ab aduersariis stare, &c. 1. de Inuent. 94. a

Hos, quos video volitare in foro, quos stare ad curiam, quos, &c. 2. in Catil. 28. a

Iuuenes stare ad ianuam duos quosdam, qui aliquem euocent. de Orat. 141. b

Stare ad Senatum in Capitolio. 4. Acad. 248. a

Stare cum aliquo dicitur æquitas. 2. de Inuent. 227

Cum aduersario stare. de Finib. 116. b. & de Inuent. 80. b

Stare in concione. Academicarum quæst. edit. 1. lib. 2. 133. & Tusc. q. lib. 3. 42

Nec enim satis est iudicare quid faciendum, non faciendum vestit: sed stare etiam oportet in eo quod sit iudicatum. 1. de Finib. 72. a

Stare pulcherrimè in Senatu. 1. famil. 8. pro, causam suam obtinere.

Stare intra carcerem. ad Heren. 24. b

Stare occultè post aliquem. de Orat. 164. b

Stetisse enim te frustra scribis. Att. 246. b

Testificantur isti P. Quintium non stetit, & se stetit. pro Quint. 6. b

Extra quam si ita negotium gestum est, ut eo stari non oporteat. Att. 87. b

M. Gratidius legatus, &c. re iudicata stari ostendit placere, pro Flac. 39

Si statuimus vestro nobis iudicio standum esse de nobis, pro Flac. 160. b

Et si vterque Censor, Censoris opinione standum putauit, quid est, &c. pro Cluent. 105. a
 Iam illis promissis standum non esse quis non videt, quæ coactus quis metu, quæ deceptus dolo promiserit. Officiorum, 48. a
 Qui his rebus iudicatis standum putat. pro Cluent. 37. b
Stans.
 Stans & immobilis orbis. de Vniuers. 47
 Stans ac vestitus Vulcanus. de Nat. d. 1. 58
 Aliud stas, aliud sedes, de Repub. sentis. Salust. in Cic. 271. b
 Mihi autem æquius videbatur, Zenonem cum Polemone disceptantem, &c. non stantem cum his, qui ne dicerent quidē sua summa bona à natura profecta. 4. de Fin. 74. a
 Ad stantem iudicem dicere. Brut. 160
 Quod incolumes ciues, quod stantem urbem reliquit, quanto tandem illum moerore afflictum esse & profligatum putatis. in Catil. 26. a
 Pro me stante. epist. 13. b
 Quocum stante si me Cn. Pompeii autoritas in gratiam non reduxisset, nunc iam ipsius fortuna reduceret. pro Rab. Posth. 12. Id est, quocum incolume.
 Quam me ex Repub. expulissent ii, qui illam cadere posse stante me non putauerunt, memini me, &c. Cecinnæ, libro 6. 6. 4. a
 Stante me stare non poterant. 7. fam. 7
 Stante Pompeio, vel etiam sedente: valeat modo. 6. ad At. 32
 Ut stante Repub. facere solebamus. Offic. 1. 4
 Iisdem verbis stante sententia. Orat. 220. b
 Summum bonum puer vtra voluptate diiudicabit? stante an mouente: de Finib. 71. b
 Qui ausi aliquando sunt stantes loqui. de Clar. Orat. 189. b
 Stantibus Hierosolymis. pro Flac. 160. b
Status, a, um.
 Indicant x i. tab. aut status dies cum hoste. 1. Offic. 57. a
 Status locus. de Arusp. resp. 29
 Solenne & statum sacrificium. 1. Tusc. 183. a
 Stas solennisque ceremonias pontificatu contineri. de Arusp. resp. 16
Status, us.
 Refutatio accusationis, in qua est depulsio criminis, Græcè *στασις* dicitur, Latine status appellatur: &c. in Topic. 50. a
 Status, incessus, sessio. Offic. lib. 1. a
 Motu sic vtetur, vt nihil super sit in gestu. Status erectus, & celsus, ratus incessus, nec ita longus. in Bruto, a
 Per se vt quidam habitus oris & vultus, vt status & motus, in quibus sunt præponenda quædam & reicienda. 3. de Finib. 85. a
 Status, & quasi conflictio cum aduersario. de Orat. 259. b
 Tibi declaravi, aduentus noster qualis fuisset, & quis esset status, atque omnes res nostræ quemadmodum essent. Attic. 54. b
 Status meus in Rep. pro mea parte capeffenda. 1. fam. 49
 Status animi quietus & placatus. Tusc. q. lib. 5. 13
 Status causarum tres. Partit. 55
 Status moderatus & concors ciuitatis. 2. de Leg. 27
 Optimus ciuitatis status. in Ant. 210. b
 Status, & initium eorum vobis à me traditur. de Vniuers. 53
 Iste non dolendi status. de Finib. 70. b
 Hic status est huius totius mundi atque naturæ, rotundum vt cælum, terræque media sit. de Orat. 159. b
 Fixus & fundatus Reip. status. ad Att. lib. 1. 11. 11. a
 Status Reip. maximè iudicatis rebus continetur. pro Sylla, 179. b
 Status consiliūque totius vitæ. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 60
 Status vitæ quietæ. de Finib. lib. 1. 38
 Nihil mihi oberat præter conuersionem status & inclinationem communium temporum. pro Domo sua, 222. b
 Quam statuam esse eiusdem status, amictus, annulus, imago ipsa declarat. ad Att. lib. 6. 111. 30. a
 Totum statum ciuitatis in hoc vno iudicio positum esse & defixum. pro Flac. 146. b
 Tua nobis autoritate opus est ad collocandum aliquem Reip. statum. ad Brut. 15, & 18. a

Non enim tanquam dignitatem, quos honores, quem vitæ statum amiserim, cogito: &c. Att. 156. b
 Statum aliquem ciuitatis collocare. ad Brut. 40
 Reipub. statum conuellere. in Pis. 2. a
 Statum orbis terræ liberaui. pro Syl. 173. b
 Statum vitæ vsque ad senectutē obtinere. pro Corn. Bal. 13. a
 Quorum artificis effectum est, vt Resp. in huc statum perueniret. ad Att. lib. 9. 177. 3. a
 Prouinciam iste per triennium ita vexauit ac perdidit, vt ea restitui in antiquum statum nullo modo possit. 2. Ver. 8. a
 Hunc statum qui nunc est, qualiscunque est, nulla alia re nisi concordia retinere possumus. de Arusp. resp. 56. a
 Retinere pristinum statum. epist. 46. b
 Et si cum magna molestia tuos tuæque desideras: tamen illa quidem quæ requiris, suum statum tenet. ad Torquatum, lib. 6. 1. 4. a
 Tenere statum & famam dignitatis suæ. Marcel. lib. 4. 9. 12. a
 Ego me non putem tueri meum statum sic posse, vt, &c. Pato, lib. 9. 16. 18. a
 Eo erant vultu, oratione, omni reliquo motu & statu, vt eos Argiuos diceret. Tusc. q. 202. b
 Quia nihil semper suo statu maneat. de Nat. d. 1. 22
 Iis qui eodem statu cæli & stellarum nati sunt, eadem accedere. de Diuinat. 127. b
 Deteriore statu vt siuius, vnus est inferior gradus. de Arusp. resp. 28. b
 Atque vti nam Resp. stetit, quo steterat statu. Offic. 33. b
 Vt in causis non semper vtimur eodem statu, sic enim appellamus controuersiarum genera, &c. Tusc. q. lib. 3. 68
 Res acerbas ita ferre, vt nihil à naturæ statu discedas. Officiorum, 14. b
 A statu cum est motum. Tusc. q. lib. 3. 13
 Liber de optimo statu ciuitatis. Quint. frat. 325. b
 Per fortunas confer te ad eam curam, vt de omni statu meo cogites. Att. 95. b
 Ex eodem de toto statu rerum omnium cognosces. epist. 8. b
 De totius municipii statu, dignitate, commodis omnibus sententia fertur. pro Cluent. 59. b
 Secutæ sunt epistolæ duæ, quæ me conuellerunt de pristino statu. Att. lib. 8. 55
 Neque enim dubito, quin ii tales viri suspitione aliqua percussis repentina, de statu suo declinarent. pro Cluent. 85. a
 Quanquam excipere fortunam, subire vim atque iniuriam malui, quam aut à vestris sanctissimis mentibus disfidere, aut de meo statu declinare. de Prouinc. Conf. 34. a
 Fecerunt etiam, vt me, cuius fidem, continentiamque cognouerant, propè de vitæ meæ statu, dolore ac lachrymis suis deducerent: &c. 4. Verr. 70. a
 Sæpe aduersarios de statu omni deiecimur. in Orat. 71. a
 De statu demigrare. 4. ad Att. 46
 Homines me de statu meo nullis contumeliis deterrere possunt. Brutus ad Cic. lib. 11. 11. 4. a
 Non ea sola vis est, &c. sed etiam multo maior ea quæ, &c. & certo de statu dimouet. pro Cecin. 31. a
 Atqui si voluptas, &c. in rebus bonis habeda non est, eaque quod est maior, eo magis mentem ex sua sede & statu dimouet. in Parad. 17. a
 Nam neque de statu nostræ dignitatis nobis est recedendum. Attic. 19. b
 Equis vnquam ex tam amplo statu, in tam bona causa, &c. tantis præfidiis bonorum omnium concidit? ad At. 50. 2. a
 Fortuna collocavit eum in amplissimo statu. ad He. li. 4. 167. a
 Si in medio statu sermonis ac prædicationis res essent tuæ, nihil abs te eximium postularetur. Quint. frat. lib. 1. 31
 Atque is quidem constanter in suo statu manebat. de Vn. 59
 Omnia quæ sunt in imperio & in statu ciuitatis, ab iis defendi putantur. pro Mur. 129. b
 Quo in statu sim, vides. Att. 178. b
 Quo in statu simus, cognoscite. 11. fam. 1. in epist. D. Bruti. Regum status Decemuiris donabantur. contra Rul. 61. b
 Agnationibus familiarium status distinguuntur. de Leg. 160. b
Statio.
 Athenis statio mea nunc placet. Att. lib. 6. 50

Vrbs, portus, statio quæ extra urbem est. 12. famil. 33. in epistola Lentuli.
Statiuus.
 Hæc vigilia, hæc custodia, hoc præsidium statiuum. 12. Philippicarum, 335. a
 Iste nouo quodam ex genere imperator, pulcherrimo Syracusarum loco statiuia sibi castra faciebat. 7. Verr. 24. a
Statiua.
 Nunquid causæ est quin omnes agros, vrbes, statiuia, portus, totam denique Bithyniam Decemuiri vedituri sunt: de Lege Agr. 49. a
Statarius.
 C. Piso statarius, & sermonis plenus orator. de Clar. 186. b
 Volo enim vt in scena, sic etiā in foro, non eos modò laudari, qui celeri motu & difficili vtantur, sed eos etiam, quos statarios appellant, quorum sit illa simplex in agendo veritas non molesta. de Clar. Orat. 60
Stabilis.
 Stabilis & firmus & magnus animus. 3. de Finib. 44. a
 Stabilis quidam & non expers dignitatis gradus. Orat. 218. b
 Fortitudo robusta & stabilis. 4. Tusc. 78. a
 Nulla domus tam stabilis, nulla ciuitas tam firma est, quæ non odiis atque diffidiis possit eueri. de Amic. 100. b
 Stabilis opinio permanet, confirmatur diuturnitate temporis, & vnà cum seculis ætatibusque hominum inueterascit, ficta atque vana diuturnitate extabescit. de Nat. d. 2. 4
 Vultus semper idem, vox, oratio stabilis, ac non mutuata. pro Mil. 119. b
 Stabilis atque immutabilis rerum comprehensio. Academ. quæst. edit. 1. lib. 2. 24
 Res stabilis & immutabilis. de Vniuers. 9
 Amicitiarum sua cuique permanet stabilis & certa possessio. de Amic. 160. b
 Stabilis, certaque sententia. 2. de Nat. d. 3. a
 Vita præcept & lubrica, plana & stabilis. pro Flac. 81. a
 Incertum & stabile. in Topic. 36. a
 Bonum permanens, fixum & stabile. 5. Tusc. 57. a
 Decretum non modò non falsum, sed etiam stabile, fixum, ratumque esse debet. Acad. q. 8. b
 Matrimonium stabile & certum. 2. Philip. 61. a
 Nihil stabile, quod insidum est. Læl. 58
 Nihil est enim tam insigne, nec tam ad diuturnitatem methorix stabile, quam id in quo aliquid offenderis. 1. de Orat. 64. a
 En cur ceteri reges stabilem esse suam fortunam arbitrentur. pro Sest. 16. b
 Quam nos non comprehensionem modò rerum, sed etiam stabile quoque & immutabile esse censemus. 4. Acad. 47. a
 Qui sedem stabilem, & domicilium certum non habet. pro Murena, 135. b
 Habere domicilium certum & stabile. pro Marcel. 17. a
 Stabili, firmaque ratione contemnere. 1. Offic. 96. a
 Nec in te, vt scribis, animo fui mobili, sed ita stabili, vt in mea erga te voluntate etiam desertus ab officiis tuis permanerem. 5. epist. 8
 Curio te in matrimonio stabili ac certo locauit. in An. 169. b
 Aliter enim amicitia stabiles permanere possunt. de Amicitia, 110. b
 Nulla officii præcepta firma, stabilia, naturæ coniuncta tradi possunt, nisi aut ab iis, qui, &c. Offic. 2. b
Stabilitas.
 Motus & stabilitas. 2. de Finib. 26. a. contraria.
 Quo loco videtur quibusdam stabilitas amicitia vacillare. 1. de Finib. 101. a. & de Amic. 69. a
 Hæ sunt sententia, quæ stabilitatis aliquid habeant. Tusc. quæst. lib. 5. 62
 Quod idem in artibus non sit, & quod virtus stabilitatem, firmitatem, constantiam totius vitæ cõpletatur, nec hæc eadem in artibus esse videamus. 3. de Finib. 101
 Stirpes stabilitatem dat iis quæ sustinet. de N. d. lib. 2. 179. a
 Nam restincta sitis stabilitatē voluptatis habet. de Fin. 66. b
 Qui enim poterit aut corporis firmitate, aut fortunæ stabilitate confidere? 5. Tusc. q. 57. a

Benevolentiam non adolescentulorum more, ardore quodam amoris, sed stabilitate potius & constantia iudicemus. de Amic. 108. b
Stabilio.
 Semita nulla pedem stabilibat. de Diuin. 89. b
 Qui hanc Remp. stabilierunt. pro Sest. 27. b
 Brutus, qui libertatem ciuibus stabilierat. pro Sest. 25. b
 Stabilire leges. de Legib. 168. b
 Nisi fortè, quum alter stabilire Remp. studuerit, alter euertere. 4. de Finib. 107. a. contraria.
Stabilitus.
 Maximis fundatum laboribus imperium, plurima virtutē stabilita libertas. in Cat. 122. b
 Sed nisi hæc vrbs stabilita tuis consiliis & institutis erit, vāgabitur modò nomen tuum, &c. pro Marc. 135. b
 Hoc igitur probè stabilito & fixo, excutiendum est vt sciantur quid sit carere, ne relinquatur aliquid erroris in verbo. 1. Tusc. q. 139. a
Stabilimen.
 Addo (inquit) huc quod mihi portento cælestium pater Prodigium misit, regni stabilimen mei. 3. de Nat. d. 95. a
Stoici.
 Stoici, Chrysippus, Diogenes, Antipater, Mnesarchus, Panætius, Posidonius. lib. 1. de Finib. 5
 Ab Antisthene, qui patiētiam & duritiam in Socratico sermone maximè adamauit, Cynici primum, deinde Stoici. de Orat. 148. b
 Stoici dialecticam & physicam virtutum nomine appellat, & quare. de Finib. lib. 3. 56
 Balbus mihi confirmauit te diuitem futurum, id vtrum Romano more locutus sit, bene nummatum te futurum: an quomodo Stoici dicunt, omnes esse diuites, qui cælo & terra frui possunt, postea videro. 7. fam. 30
 Stoici censent sapientibus etiam ignotis esse amicos. de Nat. d. 1. 85
 Stoici nihil dictu turpe vel obscœnum credebant. 9. fam. 51
 Stoici omnia ferè diuinationis genera defenderunt. Diuin. lib. 1. 5
 Stoici & sapientem amaturū esse dicunt: & amorem ipsum, conatum amicitia faciendæ ex pulchritudinis specie definiunt. Tusc. q. lib. 4. 60
 Stoici fatalem necessitatem *εὐδαιμονίαν* dicunt. de Nat. d. 1. 39
 Stoici omnia fieri fato dicunt. de Fat. 25
 Stoici præcipua vel producta dicunt, quæ Peripatetici bona. Tusc. q. lib. 5. 35
 Stoici dicunt sensus ipsos assensus esse, quos quoniam appetitio consequatur, actionem sequi: tolli autem omnia, si vifa tollantur. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 98
 Stoici soli eloquentiam, virtutem, ac sapientiam esse dixerunt. 3. de Orat. 37
 Stoici hunc mundum sapientem esse dixerunt, habere mentem, quæ & se & ipsum fabricata sit, & omnia moderetur, moueat, regat. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 110
 Stoici à Peripateticis & Academicis verbis magis, quam sententiis disenserunt. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 16
 Stoici honesta à commodis, non nomine, sed genere toto disiungunt. de Nat. d. 1. 13
 Stoici in altera tantum differendi parte elaborarunt. Top. 4
 Stoici existimarunt fore aliquando, vt omnis hic mundus ardore deflagret. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 110
 Stoici studiose exquirunt vnde verba sint ducta. Offic. 1. 35
 Stoici vsuram nobis largiuntur tanquam cornicibus: diu manufros aiunt animos, semper negant. Tusc. q. lib. 1. 63
 Stoici bonis corporis & fortunæ vitam beatam compleri negant. Tusc. q. lib. 5. 35
 Stoici negant fieri posse, vt quisquam nulli rei assentiat. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 98
 Stoici negant quenquam, nisi sapientem, diuinum esse posse. Diuinat. lib. 2. 100
 Stoici negant quicquam esse bonum, nisi quod honestum sit. de Finib. lib. 2. 56
 Stoici negat sine deo posse quicquam. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 111

Stoici negant quicquam posse percipi, nisi tale verum, quale falsum esse non possit. de Finib. lib. 5. 69
Stoici negabant fugere, sapientis. ad Brut. 36
Stoici omnino irasci nesciunt, atque hanc ab iis habeo gratiam, quod soli ex omnibus eloquentiam, virtutem ac sapientiam esse dixerunt. 3. de Orat. 37
Stoici ex omnibus philosophis plurima nominauerunt. de Finib. lib. 3. 3
 Fuit enim quidam summo ingenio vir Zeno, cuius inuentorum æmuli Stoici nominantur. pro Mur. 56. a
Stoici, principes disciplinæ diuinandi. Diuin. lib. 1. 6
Stoici in differendo prudētissimi, in dicēdo inopes. Brut. 61
Stoici rectissimè putat vrbānitatem esse virtutem. 3. fam. 19
Stoici, quod æstimatione omnino aliqua dignum sit, completi beatam vitam putant. de Finib. lib. 3. 34
Stoici putarunt solem, lunam, stellas omnes, terram, mare, deos esse, quod quædam animalis intelligentia per omnia ea permeet & transeat. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 110
Stoici cum à Peripateticis & Academicis omnia transfulissent, nominibus aliis easdē res secuti sunt. de Fin. lib. 5. 19
Stoici, qui breuiter astringere solent argumenta. Tusc. 193. b
Stoici disputationum suarum atque interrogationum laqueis te irretitum tenerent. de Orat. 88. b
Stoici de inuentione nihil tradiderunt. 2. de Orat. 86
Stoici cum Peripateticis re consentire videntur, verbis discrepare, inquit Antiochus. de Nat. d. 1. 13
Stoici contortulis quibusdam ac minutis conclusiunculis, nec ad sensus permanantibus, effici volunt non esse malum dolorem. Tusc. q. lib. 2. 37
Stoicorum anus fatidica *κακοσμία*. de Nat. d. 1. 14
Stoicorum in dialecticis omnis cura cōsumitur. de Clar. 175. b
Stoicorum dumeta. Acad. q. 28. b
Stoicorum disserendi genus subtile, vel spinosum potius. de Finib. lib. 3. 2
Stoicorum somniorum Chrysiippus, interpres vaferrimus. de Nat. d. 1. 29
 Tanquam leuia quædam vina nihil valent in aqua, sic Stoicorum ista magis gustata, quam potata delectant. Tusc. quæst. lib. 5. 11
 Vt iam à laqueis Stoicorum recedamus. Tusc. q. 143. b
 Pleraque Stoicorum mirabilia, quæ *κακοσμία* nominantur, sunt Socratica. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 126
 Et primò Stoicorum more agamus, qui breuiter astringere solent argumenta. Tusc. q. lib. 3. 12
Stoicorum de natura deorum oratio quàm sit leuis. 3. de Nat. deor. 71
Stoicorum princeps Panætius. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 98
 Zeno, qui inuentor & princeps Stoicorum fuit. Acad. 33. b
Stoicorum sententia de diuinatione nimis superstitiosa. Diuinat. lib. 2. 78
Stoicorum sententiæ & præcepta sunt eiusmodi: Sapiētem gratia nunquam moueri, nunquam cuiusquam delicto ignoscere. Neminem misericordem esse, nisi stultū & leuem. Viri non esse, neque exorari, neque placari. Solos sapientes esse, si distortissimi sint, formosos: si medicissimi, diuites: si seruitutē seruiant, reges: nos autem, qui sapientes non sumus, fugitiuos, exules, hosteis, insanos denique esse dicunt. Omnia peccata esse paria: omne delictum scelus esse nefarium: nec minus delinquere eum, qui gallum gallinæcum, cum opus nō fuerit: quàm eum, qui patrem suffocauerit. Sapientem nihil opinari, nullius rei pœnitere, nulla in re falli, sententiam mutare nunquā. pro Mu. 56
Stoicis non placet, singulis iecorum fassis, aut auium cantibus interesse deum. Diuin. lib. 1. 100
Stoicis placet, quæ in terris gignuntur, ad vsum hominum omnia creari: homines autem hominum causa esse generatos, vt ipsi inter se aliis alit prodesse possint. Offic. 1. 33
 Alia enim & bona & mala videntur Stoicis, & cæteris ciuibus, vel potius gēribus: alia vis honoris, ignominia, præmii, supplicii. 3. de Orat. 38
 Ad Stoicos se inclinare. 3. de Finib. 15. a
Stoicos nihil de diis explicare. 3. de Nat. d. 30. Id est, incertā relinquere de diis quæstionem.

Nunquid igitur est causæ, quin amicos nostros Stoicos dimittamus: eos dico qui aiunt animos manere, è corpore quum excefferint, sed non semper. Tusc. q. lib. 1. 63
Stoicos rusticos regeram, vt Catium Athenis natum esse dicat. 15. fam. 48. in epist. Cassii.
Stoicos solos ex philosophis vim virtutis tenuisse. 9. familiarium, 37
 Hæc dicuntur à Stoicis, concludunturque cōtortius. Tusc. quæst. 195. b
 Qu. Lucillius Balbus, qui magnos progressus habebat in Stoicis. de Nat. d. 1. 12
Stoicè.
 At enim agit mecum austerè & Stoicè Cato. pro Mur. 67. a
 Tu quidem inquam, Stoicè Stoicorum sententiam defendisti. de Diuinat. 110. b
 De diis immortalibus, de charitate patriæ, Stoicè solet, nullis oratoriis ornamentis adhibitis, dicere. in Parad. 4. a. De Catone.
Stola.
 Sumpstisti virilem togam, quam statim muliebrem stolam reddidisti. 2. Philip. 61
 Dianæ erat admodum amplum signum cum stola. in Verrem, 217. b
Stolidus.
 Quanquam semper fuit, vt apud Ennium est, stolidum Æacidarum. de Diuinat. 132. b
 Quietum, nihil agens, & quodāmodo stolidum. Top. 225. b
Stomachus, gula, seu guttur.
 Linguam ad radices eius hæret excipit stomachus, quo primum illabuntur ea, quæ accepta sunt ore: is vtraque ex parte tonsillas attingens, palato extremo atque intimo terminatur. 2. de Nat. d. 102
 Ius enim dandum non fuit, quum *κακοσμία* esses. Tironi, lib. 16. 6. 3. a
 Plataleam conchis se solere complere, easque cum stomachi calore concoxerit, euomere, atque ita eligere ex iis quæ sunt esculenta. de Nat. d. lib. 2. 93
 Stomacho callum obducere. 9. fam. 4
 Accipere vulnus in stomacho. Seruius Cic. lib. 4. 12. 4. a
Stomachus, pro animo.
 Locus ille animi nostri, stomachus vbi habitabat olim, cōcaluit. 4. ad At. 46
 Nostri enim non modò stomachi mei, cuius tu similitudinem habebas, sed etiam oculorum in hominum insolentium indignitate fastidium. ad Cælium, lib. 2. 15. 5. a
Stomachus, æquitas animi.
 Nec tam animum me, quàm stomachum non habere arbitrantur. 15. ad Att. 31
Stomachus, pro re quæ oblectat.
 Omnino, si quæris, ludi apparatusissimi, sed non tui stomachi: coniecturam enim facio de meo. ad Marium, lib. 7. 1. 5. a
Stomachus, pro ira, odio, fastidio, & molestia.
 Eò plus stomachi & molestia est, quò latiora sunt. 16. ad Atticum, 5
 Stomachi & querelarum plena epistola. 3. ad Quint. frat. 32
 Seruius hic nobiscum hanc vrbānam militiam respondendi, scribendi, cauendi, plenam sollicitudinis ac stomachi secutus est. pro Mur. 16
 Ita mihi videtur non minus stomachi nostro Cæsari fecisse. Attic. 73. b
 Tracta definitionem fortitudinis, intelliges eam stomacho non egere. 4. Tusc. 42. Id est, ira, cuius quasi sedem in stomacho collocarunt.
 Et multa prætereo, quæ tum mihi maiori stomacho fuerunt, quàm ipsi Quinto. ad Att. lib. 5. 2
 Ne in me stomachum erumpant, cum sint tibi irati. 16. ad Atticum, 7
 Non illi quidem vt mihi stomachum facerent, quem ego funditus perdi: sed certè vt facere se arbitrentur. ad Lentulum, lib. 1. 9. 30. a
 Itaque si mihi homini vehementer occupato stomachum moueritis, triduo me iuriconsultum esse profitebor. pro Murena, 25

In quo tamen ille mihi risum magis, quàm stomachum mouere solet. ad Att. lib. 6. 36
 Cum stomacho nullo odisse improbos. 2. ad Att. 10
 Homo exarsit iracundia & stomacho. in Verr. 118. b
 Hoc aspersi, vt scires me tamen in stomacho solere ridere. ad Cælium, lib. 1. 15. 19. a. Id est, in indignatione.
 Scribere multa ad te neque possum præ sollicitudine ac stomacho, neque debeo. ad Brut. 13. 3. a
 Puto enim te existimaturum à mellos libros non sine aliquo meo stomacho esse relictos. 3. ad Q. frat. 18
 Ludi non tui stomachi. 7. famil. 2
Stomachor.
 Amariorem enim me senectus facit, stomachor omnia, sed mihi quidem, &c. ad Att. lib. 14. 48
 Dolet mihi, quòd tu nunc stomacharis amantissimus tum tuorum omnium, tum Ciceronis. ad Brut. 17. 10. a
 Stomachabatur senex, siquid asperius dixeram. lib. 1. de Natura deor. 128. a
 Iucundissimis tuis literis stomachatus sum in extremo. Furnio, lib. 10. 57
 Non dubito quin mirere, atque etiam stomachere, quòd tecum de eadem re agam sæpius. ad Att. lib. 16. 346. 1. a
 Scipio cum stomacharetur cum C. Metello, dixisse dicitur, &c. de Orat. 133. b
 Si enim stomachabere, & molestè feres, plura dicemus. ad Cassium, lib. 15. 16. 5. a
 Et homo natura lentissimus, &c. stomachari tamen cœpit. 4. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 12
 An verò vir fortis, nisi stomachari cœperit, non potest fortis esse? Tusc. quæst. lib. 4. 37
 Ille verò: sed stomachari desinamus. ad Att. a
Stomachans.
 Dum in campum properaret & ridens & stomachans Scæuola. de Orat. 98. b
 Huic ego stomachans fastidiosè, inquam, &c. pro Plac. 273. b
 Sæpe videbam cum ridentem, tum etiam irascentem & stomachantem Philippum. de Clar. 183
 Quid aliud noui? & tamen absoluto Gabinio stomachantes alii iudices. ad Att. lib. 4. 85. 16. a
Stomachosus.
 Habuit à natura quoddam genus acuminis, quod etiam arte limaauerat, quod erat in reprehendis verbis versutum & solers, sed sæpe stomachosum, nonnunquam frigidum, interdum etiam facetum. de Clar. Orat. 127. a
 Me quidem hercule valde illa mouent stomachosa, & quasi submorosa ridicula, non cum à moroso dicuntur: tū enim non est sal, sed natura ridetur. In quo vt mihi videtur, per falsum illud est apud Næuium,
 Quid ploras pater: mirum ni cantem, condemnatus sum. 2. de Orat. 154
 Stomachosiores meas literas quas dicas esse non intelligo, bis ad te scripsi, me purgans diligenter, te leuiter accusans in eo, quod de me citò credidisses. 3. famil. 48
Stomachosius.
 Stomachosius ei rescripsi, cū ioco tamen familiari. Att. 10. 16
Strabo.
 Redeo ad deos: ecquos si non tam strabones, at petulos esse arbitramur? 1. de Nat. d. 56
Strages.
 Stragem horribilem, eademque vereri. 1. de Diuin. 40. a
 Qua strage nonnulli permoti magistratus partim metu mortis, partim desperatione Reipu. paululum à mea causa recesserunt. Post redit. in Senat. 5. a
 Quas ego pugnas & quantas strages edidi? ad Att. lib. 1. 11. 2. a. & 3. de Legib. 32. a
 Ille autem ex Myrmillone dux, ex gladiatore Imperator, quas fecit strages, vbicunque posuit vestigia? 3. Phil. 146. a
Stragula.
 Argenti, vestisque stragula, quod fuerit, curasse auferendum. 3. Verr. 19. a
 Per triennium quæ isti plena domo telarum stragulam vestem confecit, nihil nisi conchylio tinctum. in Verr. 213. b
 Dico te maximum pondus auri, & argenti, eboris, purpuræ,

plurimam vestem Melitensem, plurimam stragulam, &c. vim mellis maximam Syracusis exportasse. 4. Verr. 127. a
 Dicebant scyphorum paria compluria, hydrias argenteas, pretiosam vestē, stragulam, multa mancipia, pretiosa Verri data esse. 4. Verr. 33. a
Stragulum.
 Collocari iussit hominē in aureo lecto strato pulcherrimè, textili stragulo, magnificis operibus picto. 5. Tusc. q. 45. Plautus belluata tapetia vocat.
Strangulo.
 Bellienus, verna Demetrii, &c. Domitium quendam nobilem illic Cæsaris hospitem à contraria factione nummis acceptis cōprehendit & strangulauit. Cælius ad Cic. lib. 8. 15. 6. a
 Nos autem ridiculè si dicimus, Ille patrem strangulauit: honorem non præfatur. ad Pætum, lib. 9. 22. 12. a
Stranguria.
 Quauis idem forticulum se in torminibus & in stranguria sua præbeat. 2. Tusc. q. 40. Id est, difficultate vrinæ.
Stratagema.
 Consilium illud imperatorum fuit, quod Græci *στρατημα* appellant, &c. 3. de Nat. d. 10
 Quum interim Rufio noster, quòd se à Vestorio obseruari videbat, stratagemate hominem percussit. ad Att. lib. 5. 4
Strato.
 Strato, Theophrasti auditor, vir acri ingenio, totum se ad inuestigationem naturæ contulit: in ea ipsa plurimum discedit à suis. Acad. q. edit. 2. lib. 1. 24
 Strato physicus, omnem vim diuinam in natura sitam esse censet. de Nat. deo. 1. 26
 Strato censuit nullam rem in mūdo moueri præter terram. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 114
 Strato quicquid aut sit, aut fiat, naturalibus fieri, aut factum esse docet ponderibus & motibus. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 112
 Strato Lampfacenus quæcunque sint, docet omnia effecta esse natura. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 112. Negat, opera deorum se vi ad fabricandum mundum. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 112
Stratonicus.
 Stratonicus Metrodorus bene Carneadem nosse putabatur. 4. Academic. quæst. 33. a
 Leonaticum est delubrum Athenis, quod Leocorion nominatur. Alabandenses quidem sanctius Alabandum colunt, à quo est vrbs illa condita, quàm quenquam nobilium deorum: apud quos non inurbanè Stratonicus, vt multa, quum quidam molestius Alabandum deum esse confirmaret, Herculem negaret, Ergo, inquit, mihi Alabandus, tibi Hercules sit iratus. 3. de Nat. d. 35
 Stratonienfis Menippus orator. b
Stratocles.
 Vt enim tu nunc de Coriolano, sic Clitarchus, sic Stratocles de Themistocle finxit. Brut. 20
Stratus, Vide Sterno.
Strenuus.
 Vt cognosceret te, si minus fortem, attamen strenuum. 2. Philipp. 85. a
 Putare aliquem strenuum. ad Att. lib. 15. 315. 1. a
 Noli me tam strenuum putare, vt ante Nonas recurram. in Anton. 241. b
Strenuè.
 Sanè strenuè accipi tuas literas. Terentiæ, lib. 14. 5. 2. a
 Domus vtriusque nostrum ædificatur strenuè. 2. ad Q. fr. 13
 Is tamen egit sanè strenuè & agit. ad Heren. 20. b
 Pro illis strenuè arma caperem. pro Rab. 96. b
 Puer satis strenuè & concinna omnia cōparat. 4. ad Her. 233
 Ego adhuc (perueni enim Vibonem ad Siccam) magis commodè, quàm strenuè nauigauit. ad Att. lib. 16. 15
Strepro.
 Cūm Achiui cœpissent inter se strepere, apertèq; artem obterere, &c. 1. de Diuin. 55. a
Streptitus.
 Streptitus, fremitus, clamor, tonitruum. 8. famil. 4. in epist. Cælii.
 In agro Latiniensi auditus est streptitus cum fremitu. de Arusp. respons. 248. b

Concurfus hominum forique strepitus. de Claris Oratoribus, 176. a

Fulminum strepitus. 1. de Legib. 31. a

Pedum crepitus, & strepitus hominum. Top. 25

Audire strepitum cum fremitu in aliquo loco. de Arusp. responf. 18. a

Heri nescio quid in strepitu videor exaudisse, quum diceres te in Tusculanum venturum. ad Att. lib. 13. 61

Ingenti strepitu. de Nat. d. 43. b

Tum verò non strepitu, sed maximo clamore suam populus Romanus significauit voluntatem. 2. Verr. 28. a

Stridor.

Aut densus stridor quum celfo è vertice montis

Ortus adaugefcit scopulorum saepe repulfus. lib. 1. de Diuinat. 21. a

Horriser Aquilonis stridor. 1. Tuscul. 107. a

At vocem citharæ di non audiunt, ne stridorè quidem ferrarum, quum acuitur, aut, &c. 5. Tuscul. 83

Veri ac fortis Tribuni pleb. stridorem vnum perferre non possit. contra Rull. 80. b

Strigilis.

Si ad illà vitam, quæ cum virtute degatur, ampulla aut strigilis accedat, &c. 4. de Finib. 50. a

Strigofus.

Habet enim certos sui studiosos, qui, &c. verum est certè genere toto strigofus, sed habet tamen suos laudatores, &c. de Claris Orat. 32. a

Stringo.

Nullum vinculum ad stringendam fidem iureiurando maiores arctius esse voluerunt. 3. Offic. 151. a

Strictus.

Quidnam homines putarent, si tum occifus esset, quum tu illum in foro spectante pop. Romano, gladio stricto infectus es? 2. Philipp. 44. a

Strictè.

Strictè obseruare ne plus reddas, quam acceperis. de Amic. 52. a. Vetus exemplar legit restrictè.

Strictim.

Quem tu Corcyra, vt mihi aliis literis significas, strictim attingisti. ad Att. lib. 2. 16. 3. a. Id est, cursim. de libro loquens.

Quibus de quæstionibus tu quidem strictim, nostri autem multa solent dicere. 3. de Nat. d. 25. a

Auditis quum ea quæ copiosissimè dici possunt, breuiter à me, strictimque dicuntur. pro Cluent. 21. a

Posuisti enim, atque id tamen titubanter & strictim, coniurationis hunc propter amicitiam Catilinæ participem fuisse. pro Cæl. 10. a

Videamus nunc strictim, sicut cætera, quæ post mortè Sexti Roscii abs te T. Rosci facta sunt. pro Rosc. Amer. 57. a

Strophium.

P. Clodius à crocota, à mitra, à muliebribus soleis, purpureisque fasciis, à strophio, à psaltrio, à flagitio, à stupro est factus repente popularis. de Arusp. resp. 40. a

Structor, Structura, Structus, Strues, Vide Struo. Struma.

Proinde isti licet faciant quos volent Consules, Trib. pleb. denique etiam Vatinii strumam sacerdotii *δὲ ἀφ' ἑσθίας* vestiāt. ad Attic. lib. 2. 24. 4. a

Il medentur Reipub. qui exsecant pestem aliquam tanquam strumam ciuitatis. pro Sest. 119. a

Struo.

A quib⁹ exercitum abducis, & aduersus quos aciem struis? ad Octauium, 9. a

Quemadmodum igitur scalarum gradus si alios tollas, &c. ruinæ periculum struas, non ascensum pares. Cecinna ad Ciceronem, lib. 6. 7. 8. a

Vt velle atque optare aliquid calamitatis filio potius, quam id struere & moliri videretur. pro Cluent. 142. a

Struere controuersiam de nomine. ad Heren. 14. b

Atque iisdè his ex locis & odium in alios struere discemus, & à nobis ac nostris dimouere. 2. de Orat. 114. a

Sed dices, me ipsum mihi sollicitudinem struere: &c. ad Atticum, lib. 5. 109. 4. a

Collocationis est cõponere & struere verba sic, vt nève asperorum concursus, nève hiuleus sit. 3. de Orat. 94. a

Reliqua ad iacturam struuntur. ad Q. fr. lib. 3. 24. 2. a. Aliàs, referuntur.

Ego, si Pompeius manet in Italia, nec res ad pacationem venit, longius bellum puto fore: sin Italiam relinquit, ad posterum bellum *ἀπορροή* strui existimo. Att. lib. 9. 181. 10. a

Structus.

Eloquentia collocata & quasi structa & nexa verbis. in Oratore, 77. a

Compositi oratoris bene structam collocationem dissoluere permutatione verborum. in Orat. 136. a

Fundit frugem spicæ ordine structam. de Senec. 47. a

Per speluncas faxis structas asperis. 1. Tuscul. 57. a

Structor.

Ecce autem structores nostri ad frumentum profecti, quum inanes redissent, rumorem afferunt magnum, Romæ domum ad Antonium frumentum omne portari. ad Attic. lib. 14. 301. 1. a

A puero vt discessi, in aream tuã veni: res agebatur multis structoribus. ad Q. frat. lib. 2. 8. 5. a

Structura.

Videamus quale sit, quod vel maxime desyderat diligentiam (est enim quasi structura quædam) nec id tamen fiet opere. in Orat. 83. a

Sed verborum est structura quædam duas res efficiens, numerum & lenitatem, &c. de Opt. gen. Orat. 143. a

Strues.

Strues salinarum. ad Att. lib. 5. 99. 3. a

Studium.

Studium autem est animi assidua & vehemens ad aliquam rem applicata magna cum voluntate occupatio, vt philosophiæ, poetriæ, geometriæ, literarum. 1. de Inuent. 53. a

Voluntas, studium, cupiditas. Att. 19. 4. b. & 1. fam. 18

Studium & sollicitudo. pro Planc. 18

Flagrans studium. 3. de Orat. 127. a

Studium tuum curaque de salute mea. Att. 284. b

Magnum studium optimarum artium. Academic. quæstion. edit. 1. lib. 2. 1

Studium concertationis. Diuin. lib. 1. 57

Studium doctrinæ atque humanitatis. pro Cæl. 41. b

Declaratur autem studiū bellicæ gloriæ, quod, &c. 1. Off. 33

Studium partium. pro Quint. 12. b

Patris studium in filiis erudiendis. de Orat. 108. b

Studium sapientiæ, philosophiæ. Tusc. q. lib. 1. 1

Studium suffragationis. de Petit. Consul. 15

Studium virtutis. Acad. quæst. edit. 2. lib. 1. 12

Studium certandi. Academicarum quæst. edit. 1. lib. 2. 59. *ἡ ἀπορία* Græcè dicitur.

Studium colendi agri à patribus familiæ maxime laudatur. pro Sext. Rosc. 26. b

Cupiditas & studium defendendæ veritatis. in Verr. 83. b

Nobis studium illud dicendi acerrimum defuit. de Oratore, 91. b

Studium exquirendi. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 8

Quorum studio legendi meum scribèdi studium vehementer in dies incitatur. de Diuin. 109. b

Studium vincendi. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 31

Studium erga salutem aut dignitatem alicuius. 15. fam. 30

Studium in causa languidius. pro Lig. 17

Studium in aliquem. 5. in Verr. 120

Studium illius in salutem nostram. 3. ad Q. fr. 8

Studium tuum agitur. pro Planc. 64

Studium, quod ad agrum colèdum attinet. pro S. Rosc. 26. b

Comitiis ædilitiis studiū est pop. non iudicium. pro Pl. 261. b

Sed meos amicos, in quibus est studium, in Græciam mitto, &c. 1. Acad. 12. a. Id est, qui philosophiæ studio tenentur.

Studium erectum retinetur. 5. fam. 31

Studium librorum me tenet. 1. ad Att. 21

Studium semper ad sit, cunctatio absit. de Amic. 104. b

Quantum meum studium extiterit dignitatis tuæ vel tuendæ, vel etiam augendæ, non dubito quin ad te omnes tui scripserint. ad Licinium, lib. 5. 81. a

Summum studium literarum in aliquo esse. 1. de Finib. 11

Non studii & delectationis causa, sed Reipub. leges ciuitatibus suis scripserunt Zaleucus & Charondas. 2. de Leg. 12

Torius huius vel studii vel artificii vel facultatis disputatio. de Orat. 95. b

Possit etiam studii sui quærebant aliquem ducem. pro Ligar. 2. Id est, cupiditatis alicuius partis iuuandæ gratia.

In eo studii operam, curamque consumpsimus. 1. de Nat. d. 5

Adhibere multum studii ad dicendum, & ad omnes bonarum rerum disciplinas. de Claris Orat. 77. a

Si verò habet aliquid tanquam pabulum studii atque doctrinæ, nihil est otiosa senectute iucundius. de Senec. 87. b

Cui in doctrina, cui in virtute atque humanitate percipièda plurimum à pueritia studii fuisset & temporis. Q. fr. 1. 22

Ego autem iuris ciuili studio multum operæ dabam Qu. Scæuolæ. de Clar. Orat. 193. b

Alicuius studio & cupiditatis morem gerere. pro Quint. 5. a

Quod ego non superbia feci, neque quo tuo studio rectissimo atque optimo non obsequi vellem. de Orat. 93. b

Me ambitio quædam ad horum studium duxit. Att. 140. b

Vterque nostrum ad suum studium libros euolebat. Top. 221. b

Tibi polliceor eximium & singulare meum studium. epist. lib. 5. 8. 11. a

Pompeius significat studium erga me non mediocre. Att. b

Literis tuis studiū illius in salutem nostram facile perspexi. ad Q. frat. lib. 3. 17. 14. a

Ad hanc scribendi operam omne studium curamque conuertimus. Offic. 3. 6

Qui in his artibus cognoscendis atque tractandis studium suum omne posuerunt. de Orat. 90. b

Studium tuum erga se erit consequutus. 13. fam. 26

Quare pergitte adolescentes, & in studium, in quo estis, incumbite. de Orat. 87. b. & 1. de Inuent. 18

Qui omne suum studium in doctrina & sapientia collocassent. ad Qu. frat. 295. b

Ad studium & ad genus dicendi adhærescere. 3. de Orat. 21

Studium alicuius ab aliquo alienare. in Pis. 60

Cohortari aliquem ad studium philosophiæ. de Diu. 108. b

Concitari cohortatione alicuius, ad studium cognoscendæ virtutis. 1. de Orat. 102. a

Studium suum in honorem alicuius consumere. pro Pl. 60

Studium suum consumere in re aliqua. 6. fam. 42

Studium suum artibus dare. 4. fam. 9. & 2. 10

Qui oratores euadere non possent, ad iuris studiū deuenire. pro Mur. 130. b

Illud debes putare, comitiis, præsertim Ædilitiis, studium esse populi, non iudicium, eblådita illa, non enucleata esse suffragia. pro Planc. 8. a

Studium exequi. 3. ad Att. 23

Vellem Bruto tuum studium nauare potuisses. de Orat. 240. b. & 15. ad Attic. 11. & 15. fam. 34

Tibi omnes nauare operam & studium volunt. ad Br. 8. 1. a

Meum tibi debitum studium perspicere posses. 15. fam. 35

Studium suum apud aliquem ponere. 13. fam. 77

Magnum studium, multamque operam in aliqua re ponere. lib. 1. de Finib. 1

Studium alicui præstare. 2. fam. 38

Studium aliquod sibi sumere. Acad. quæst. edit. 2. lib. 1. 5

Studium tribuere. 1. Philipp. 27

Hiscè ego cohortationibus Crasse ad studium & ad laborem incitandos iuuenes vehementer assentior: cætera quæ collegisti ex variis & diuersis studiis & artibus, ab oratoris proprio officio atque munere seicuncta esse arbitror. de Oratore, 108. b

Remoto illo studio contètionis, quem *ἀγωνία* vos appellatis. 1. ad Attic. 41

Plurimo doctrinæ studio. epist. 83. b

Studio sapientiæ, quæ philosophi dicitur. 1. Tuscul. 2. a

Studio & literis nostris digni. 5. fam. 53

Pro meo studio quod in vos habui semper. de Inuent. 75. b

Te hortor pro tuo singulari perpetuoque studio in Remp. vt, &c. ad Attic. 126. b

Gaditani ab omni studio sensuque Pœnorum mentes suas ad nostrum imperium nomènque flexerunt. pro Cornel. Balbo. 63. b

Neque enim de meo erga te studio debilitare debes, neque, &c. ad Appium, lib. 3. 10. 16. a

Lacæne virgines, quibus magnis palæstra, Eurotās, sol, puluis, labor, militia in studio est, quam fertilitas barbararum Tuscul. quæst. lib. 2. 32

Qui in aliquo maiori studio & arte versantur. Tusc. quæst. lib. 1. 48

Me in eo studio esse confiteor. pro S. Rosc. 41. b

Euigilare in studio. Att. 282. b

In omni recto studio atque humanitate versari. de Or. 107. b

Versari in studio literarum. de Arusp. resp. 247. b

Equidem efforor studio, patres vestros (quos colui & dilexi) videndi. de Senec. 75. a

Is vitia quæ ab natura habet, etiã studio atque artificio quodam malitiæ conducit. pro Cluent. 32. b

Suo enim quisque studio maxime ducitur. 5. de Finib. 4

Cicero noster summo studio est Pæonii sui rhetoris, &c. ad Quint. frat. lib. 3. 22

Ego qui ab ineunte ætate incensus sum studio vtriusque verum, &c. de Orat. 93. b

Quoniam in eo studio ætatem consumpsi. Offic. 1. b

Archefilas sibi omne certamen instituit, non pertinacia aut studio vincendi, &c. sed earum rerum obscuritate, &c. 1. Academic. 63. a

Tanto studio requisit. 2. Verr. 27. a

Cum tanto studio C. Rabirius totius Apuliæ, singulari vobilitate Campaniæ vicinitatis ornetur. pro Rab. 92. b

Cum classis studio inflammato ad Italiam raperetur. pro Pomp. 13. a

Quasi verò id cupiditate defendendæ nobilitatis, aut studio partium fecerit, &c. 3. Verr. 24

Nam vt quas tribus tu tulisti, si iam ex te requiram, posses, quorum studio tuleris, explicare. pro Planc. 38. Id est, quorum gratia & fauore.

Sed in animo esse leuiter transire, &c. vt omnes intelligant, me nõ studio accusare, sed officio defendere. pro R. A. 55. a

Studio historiæ ardeo. 16. ad Att. 34

Cum cernerem te ardere studio. Att. 260. b. & Top. 221. b

Studio veri reperendi ardere. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 60

Ardenti studio facere aliquid. de Finib. 77. b

Eam autem tui vnus studio me assequi posse confido. ad Curionem, lib. 2. 5. 16. a

Magno studio audire aliquem. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 11

Efferri studio in aliqua re. Att. 5. b

Esse studio incitato ad inuestigandam veritatem. Tusculan. quæst. lib. 5. 50

Studio alicuius rei teneri. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 3

Studio vti. 7. fam. 40

Homo à iuris studio non abhorrens. de Orat. 99. b

Græci otio studioque abundantes. de Orat. 86. b

Studio adductum accusare. 5. in Verr. 52

Admirabili quodam ad philosophandum studio cõcitus. de Claris Orat. 163. b

Studio elatus, vereor ne longior fuerim. de Nat. d. 1. 40

Incensus studio discendi. 2. de Orat. 1. a

Studio & viribus productus. 4. ad Heren. 225

Te semper amaui, primum tuo studio, post etiam beneficio prouocatus. 14. ad Att. 24

Studia & exercitationes. 1. fam. 54

Diuerfa Catilinæ studia in dissimili ratione. in Catil. 106. b

Studia humana. Tusc. quæst. lib. 4. 29

Studia ingenua. de Finib. lib. 5. 45

Studia priuata. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 6

Studia pugnantia & contraria. de Finib. lib. 1. 46

Studia ambitionis. pro Mur. 51

Studia amicitia. 6. fam. 33

Studia amicorum. de Petit. Consul. 11

Studia delectationis, vt ludus, iocus, conuiuuiū. pro Cæl. 45. b

Studia dissensionis. pro Domo sua, 100

Studia doctrinæ. Tusc. q. lib.

Studia doctrinæ pariter cum ætate crescunt. de Senect. 87. b
 Atque hæc quidē studia sunt doctrinæ, quæ, &c. de Sen. 46. a
 Studia generis & familiæ. pro Lig. 7
 Studia optimarum rerum, sedata tamen & trāquilla esse debent. Tuscul. quæst. lib. 4. 44
 Studia scientiæ, cognitionisque. Offic. 1. 31
 Studia perueniendi aliquo. de Orat. 67
 Tua erga me studia plena tui suauissimi studii. Att. 113. b
 Studia summa in aliquem. 1. fam. 15
 Sunt pueritiæ certa studia. de Senect. 92. b
 Sunt extrema quædam studia senectutis. de Senect. 93. b
 In quibus eadem studia sunt, eadem voluntates, in his fit vt æquè quisque altero delectetur ac seipso, efficiturque id quod Pythagoras vult in amicitia, vt vnus fiat ex pluribus. Offic. 1. 81
 Hominum studia ad amplificationem nostrarum rerum prompta & parata, virorum præstantium sapientia & virtute excitantur. Offic. 2. 24
 Mihi videntur cuncta studia recta atque honesta per otium concelebata, ab optimis enituisse. 1. de Inuent. 7. 2
 Cæterarum artium studia ferè reconditis è fontibus hauriuntur. de Orat. 86. b
 Studia quæ reconditis in artibus, & in quadam varietate literarum versantur. de Orat. 85. b
 Studia ex partium sensu apparuerunt. 8. fa. 40. in epist. Cælii.
 Extra Græciam magna dicendi studia fuerunt. de Clar. 169. b
 Vt studia cupiditatēque horum, ambitionēque ex omnibus ciuitatibus tollerentur. de Nat. d. 3. b
 Vt aliquid suorum studiorum philosophiæ quoque imperiat. de Finib. 115. b
 Id in quo est omnis vis amicitia, voluntatum, studiorum, sententiarum summa consensus. de Amic. 14. a
 Studiorum dissimilitudo dissociat amicitias. Læl. 64
 Studiorum fructum capere. 6. fam. 36
 Cùm studiorum suorum oblectationem sustulissent. pro Font. 179. b
 Studiorum similitudo, vinculum quo libētissime astringor. 3. fam. 41
 Studiorum atque artium nostrarum societas. 15. fam. 24
 Hircius hic studiis, in quib⁹ nos à pueritia viximus, deditus. de Fat. 140. b
 Studiis optimis deditus. 12. fam. 38. in epist. C. Trebonii.
 Viri literati, ac studiis doctrinisque dediti. pro Cornel. 55. b
 Studiis ac literis nostris sim dedecori. 8. ad Att. 26
 Tuusque optimis studiis obsequemur. Tuscul. q. lib. 2. 57
 Neque enim ad ludum & iocum facti esse videmur, sed ad feueritatem potius & ad quædam studia grauiora atque maiora. Offic. 21. b
 Omnia in te ipsum summa & singularia studia debeo. ep. 10. b
 In maximis occupationibus nunquam intermittis studia doctrinæ. Orat. 200. b
 Hæc amicorum studia debilitant. pro Mur. 41. a
 Amici studia deponunt. pro Mur. 134. b
 Qui in rerū contemplatione studia ponebant. Tuscul. q. 229. b
 Retuli me ad literas & studia nostra. Att. 65. b
 Hic habuit studia suorum ardentia. pro Planc. 263. b
 Studia multorum commouere. de Nat. deor. 1. 7
 Studia conferre in aliquem. 13. fam. 72. & 2. ad Q. fr. 33
 Studia debere. 1. fam. 31
 Et videas esse studia, quæ tibi aduersentur. de Petit. Conf. 11
 Exercere studia literarum. epist. lib. 9. 15
 Studia innumerabilia habere. 3. fam. 36
 Studia hominum mouere & retinere. lib. 1. de Finib. 2
 Studia omnia ab aliquo petere. 13. fam. 36
 Studia sua cuiquam profiteri. ad Brut. 35
 Referre se ad studia literarum. epist. 9. b
 Tum pristinis orbat muneribus, hæc studia renouare cœpimus. de Diuin. 109. b
 Studia spero me summa habiturum omnium ordinum. 2. ad Atticum, 55
 In studia incitari. 11. fa. 39. in ep. C. Trebonii. pro ad studia.
 A studiis nunc nō delectationem solum, sed etiam salutem petimus. 9. fam. 5

Vellem ne deterruisset alios à studiis. lib. 1. de Finib. 20
 Ratio aliqua ab optimarum artium studiis & disciplina profecta. pro Arch. 185. b
 Nam quid ego de studiis dicam cognoscēdi semper aliquid, aut discendi. de Amic. 85. a
 Aliqui ex ciuilibus studiis atque oblectatione domestica inimici. pro Font. 179. b
 Ex omnibus, mi Dolabella, studiis in me & officiis, quæ summa sunt, hoc scito mihi, &c. de Orat. 245. b
 In studiis ac literis nostris cōsumo omne tempus. Att. 124. b
 Et tum in studiis vestris tanta declarata est voluntas, vt, &c. Postquam. 198. b
 In studiis nostris conquiescimus. 9. fam. 11
 Qui in artium studiis liberalissimis sunt doctrinisque versati. Orat. 85. b
 In studiis cognoscendi semper aliquid atque dicēdi, remoti ab oculis populi, omne otium tempusque contriuimus. de Amic. 115. b
 In studiis humanitatis ac literarum versari. pro Arch. 186. b
 Pro meis in vos singularibus studiis. in Catil. 123. b
 Profectō nihil à me dicitur, quod nō dignum vestris studiis atque auribus esse videatur. pro Cluent. 52. 55. 56. 57. Id est, vestra attentione, expectatione, vel desiderio.
 Demetrius & doctrinæ studiis & regenda ciuitate princeps est. de Legib. 187. b
 Studiis quibus vterque nostrum deuinctus est. 3. fam. 52
 Iuuenes magna spectare, & ea rectis studiis debent contendere. Offic. 42. b
 Nos ea quæ consecuti sumus, his studiis & artibus esse adeptos, quæ sunt nobis à Græcia tradita. ad Q. frat. 395. b
 Ciuitates totas malis studiis, malisque doctrinis repente everti. de Legib. 177. b
 Vacare studiis. de Orat. 146. b
 Studiis vt iisdem. pro Lig. 13
 Vir eruditissimis hominibus & liberalissimis studiis affluens. pro Arch. 186. b
 Cato recentibus præceptorū studiis flagrans. pro Mur. 139. b
 Et studiis iisdem, & vetustate amicitia cum aliquo coniunctus. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 1
 Vir optimarum artium studiis eruditus. Qu. frat. 294. b
 Adolescens rectissimis studiis atque optimis artibus præditus. pro Cæl. 42. b
 An ille vir illa humanitate præditus, illis studiis, artibus, atque doctrina potuisset? &c. pro Cæl. 49. b
 Studiosus.
 Homo & acutus vt Pœnus, & valde studiosus ac diligens. 4. Academic. quæst. 176. a
 Studiosus ac fautor. Att. 12. b
 Studiosus in aliquo colendo. 5. fam. 52
 Studiosus alicuius, vel cupidus, pro eodem. 16. ad Att. 42
 Studiosus ingenuarum artium. de Finib. lib. 5. 67
 Vir dicendi studiosus. de Orat. 107. b
 Doctrinarum studiosus. Sulpitio, lib. 4. 3. 12. a
 Studiosus laudis. Tuscul. quæst. lib. 5. 58
 Semper enim, vt scitis, studiosus nobilitatis fuit. Academic. quæst. 4. 224. a
 Studiosus otii atque rerum tranquillarum. de Pet. Conf. 34
 Studiosus studiorum meorum. 2. fam. 23
 Studiosus venandi. Læl. 63
 Studiosum aliquem habere. 14. fam. 2
 Alii studiosi optimi cuiusque, &c. Offic. 1. 121. Hoc est, ἀριστοκρατικοί, optimatum statum fouentes.
 Viri sunt optimi, & tui similibus studiosi, & mei necessarii. Cecinna, a
 Vt ex animo, atque ex illa summa voluntate tui studiosi sint. de Petit. Consul. 13
 Nec erat vnde studiosi scire possent. Acad. quæst. edit. 2. lib. 1. 6. pro, discere seu petere.
 Nec si qui incunte ætate venandi aut pilæ studiosi fuerint, eos habere necessarios oportet, &c. de Amic. 63. a
 Suscepi laborem vtilem studiosis. de Opt. gen. Orat. 148. a
 Ego mei studiosos habeo Dyrrhachinos. Att. 50. b
 Habet enim certos sui studiosos, qui, &c. de Claris Orat. 32. a

Itaque industrios homines illi studiosos, vel potius amantes doloris appellat, nos commodius laboriosos. 2. Tuscul. 60. a
 Vel teneas studiosos, quos habes. de Petit. Consul. 4
 Studiosis ac fautoribus illis victoria. 1. ad Att. 41
 Ille restituēdi mihi, quam retinendi studiosior. ad Atticum, lib. 8. 147. 4. a
 Ipsi puto aliquid dandum esse, quo sit studiosior. 16. fam. 6.
 Id est, diligentior.
 Studiosissimus mutandi. 7. fam. 20
 Studiosissimus philosophia. 4. de Finib. 99. a
 Hominis studiosissimi nobilitatis mæceps sit Chrysofonus. pro Rosc. Amer. 12. a
 Quem in prouincia existimationis meæ studiosissimum, cupidissimumque cognoui. 4. Verr. 81. a
 Videte quid potuerit, qui quatuor in prouincia quæstos, studiosissimos defensores, propugnatoresque habuerit. 4. Verrinarum, 8. a
 Studiose.
 Quare studiose attendo te. de Finib. 98. b
 Studiose audire aliquem. Academic. quæstion. ed. 1. lib. 2. 12. & de Clar. Orat. 173. b
 Libenter studioseque audire. in Verr. 60. b
 Colere studiose prædia. pro Rosc. Amer. 29. a
 Studiose omnia conquirere. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 78
 Studiose eorum sepulchra contemtor. 2. de Legib. 3
 Studiose diligentēque curare aliquid. ad Att. lib. 16. 341. 7. a
 Cuius quidem sententiam Carneades ita studiose defendebat, vt eam probare etiam videretur. 4. Acad. 252. a
 Id significes te studiose ac libenter esse facturum. de Petit. 29
 Facturos esse, siquid imperasset, studiose pollicerentur. 4. Verrinarum, 124. a
 Multas ad res perutiles Xenophontis libri sunt, quos legite quæso studiose. de Senect. 54. a
 Ludere studiose pila. 2. de Orat. 140. a
 Studiose Reipub. subuenire. 3. de Legib. 37
 Et eò studiosius hoc negotium suscepimus, quod te non sine causa velle cognoscere Rhetoricam intelligebamus. 1. ad Heren. 1. Id est, libentius.
 Multo studiosius philosophia fontes aperiemus. 1. Tuscul. 5
 Studeo.
 Studeo mi pater, Latine ex te audire ea quæ mihi tu de ratione dicendi Græcè tradidisti. in Partit. 1. a
 Gradus tuos, & quasi processus dicendi studeo cognoscere. de Claris Orat. 186. b
 Studeo facere aliquid. pro Sext. Rosc. 42. b
 Ego verò, inquit, istis obsequi studeo. de Orat. 93. b
 Scire igitur studeo quid egeris. Att. 210. b
 Quos ego nō tam vlscisci studeo, quam sanare. in Cat. 108. b
 In hoc orationum genere, cui nunc studes. Orat. 200. b
 Cui rei, cui gloria, cui virtuti studes? patrimoniōne augēdo? 2. de Orat. 124. a
 At hic noster ad hoc vnum est natus, huic generi studet vni. Orat. 205. b
 Pompeius Scauro studet, vtrum fronte, an mente dubitatur. ad Atticum, 62. b
 Studet enim meus audire Cicero, quænam sit istius veteris quam commemoras, Academia, de finibus bonorum, Peripateticorumque sententia. 5. de Finib. 13. a
 Vt id ipsum, quod studet, facere possit ornatus. de Fin. 125. b
 Vnum sentitis omnes, vnum studetis, M. Antonii furorem extinguere. 6. Philipp. 216. a
 Tūmque vel maximè laudi student. de Diuin. 94. b
 Si partes, quibus illi student, lædantur. ad Heren. 14. b
 Demosthenes eius ipsius artis, cui studebat, primam literam non poterat dicere. de Orat. 108. b
 Sed quia studebat laudi & dignitati, multum in virtute processerat. 4. de Finib. 107. a. & 1. de Diuin. 58
 Nostri imperatores ex hac vna re maxima laudem capere studebant. Offic. b
 Dissensionem nascentem extingui summè studui. ep. 179. b
 Studui iudicia intercedere. 15. fam. 22
 Facile cognoui ex tuis literis, quod semper studui, &c. epistolarum, 109. b

Sed idem Ælius Stoicus esse voluit, orator autem ac studuit vnquam, nec fuit. de Clar. 183. b
 Studuit Catilinæ, quum iam aliquot annos esset in foro Cælius. pro Cæl. 8. a
 Ego semper otio studui. 8. Philipp. 241. a
 Cælius studuit praturæ. pro Cæl. 42. b
 Non tantum literæ, quibus semper studui, &c. ad Torquat. lib. 6. 4. 12. a
 Lentulum eximia spe, summæ virtutis adolescentem, cūm cæteris artibus quibus studuisti semper ipse, tum in primis imitatione tui fac erudias. ad Lentulum, lib. 1. 7. 37. a
 Quantum quisque Reipub. studuit, tantum mihi fuit aut amicus aut inimicus. in Sallust. 273. b
 Nos Lepidū honore studuimus à furore reuocare. Att. 283. b
 Multi boni adolecētes illi homini nequam atque improbo studuerunt. pro Cæl. 39. b
 Stude verum inuenire. ad Heren. lib. 4. 194. a
 Hoc caue te ponto studeas committere mense. de Arat. b
 Ars demonstrat, vbi sit illud, quod studeas inuenire. de Oratore, 122. b
 Qui si nihil aliud studeat, nisi id quod agit. 6. fam. 6. a
 Parentem habere auarum, illepidum in liberos, difficilem, qui te nec amet, nec studeat tui. 3. de Nat. d. 102. a
 Cur quenquam vt studeat tibi vt te adiuuet, rogas? pro Murena, 142. b
 In quo si te multum natura adiuuaret, si optimis à pueritia disciplinis atque artibus studuisset, &c. 1. Verr. 21. a
 Si ab adolescentia tui ciuili minus studuerimus. de Or. 107. & de Legib. 158. b
 Studere alicui. pro Mur. 70. Id est, fauere.
 Studere artibus. 1. fam. 24. & 1. Verr. 21. & 4. fam. 9
 Studere literis, quibus fons eloquentiæ continetur. de Clar. Orat. 179. a. & 6. fam. 13. post red. in Senat. 12. a
 Studere pecuniæ, imperiis, opibus, gloria. 1. de Finib. 47
 Rebus nouis studere. 1. in Catil. 2. a
 Nemo ferè studuisse ei scientiæ vehementius videtur, quum quod voluerit, consecutus sit. de Orat. 85. b
 Nunc quibus studendum rebus esset, accepimus. Orat. 102. b
 Studens.
 Hisce ego auxiliis studētib⁹ atque incitatis vt me Laterensis potuisse confiteor. pro Planc. 71. a
 Stultus.
 Stultus auditor & credulus. pro Font. 11. a
 Senex stultus, credulus, obliuiosus, dissolutus. de Sen. 32. a
 Stultus & puerilis sermo. 3. fam. 38
 Stultus es periculo Cornelii. 7. fam. 18
 Ego nunc tam sim stultus, vt hunc ipsum facilem hominem putem mihi esse amicum, cūm tandiu sedens meum commodum expectet. 14. ad Att. 3
 Stulto sapientis orationem affingere. Orat. 203. b
 Vt hominē stultum magis etiam infatuet mercede publica. 3. Philipp. 139. a
 Consilium stultum capere. 7. Verr. 80. a
 Omnes stulti, sine dubio miserrimi, maximè q̄ stulti sunt. lib. 1. de Nat. deor. 17
 Omnes stulti serui. Parad. 40
 Stulti, nec vitare venientia possunt incommoda, nec ferre præsentia. de Nat. d. 1. 17
 Stultorum nemo beatus. de Finib. 1. 47
 Stultorum plena sunt omnia. 9. fam. 54
 O stultos Camillos! in Pis. 92. b
 Omnes stultos insanire, vt malè olere omne cœnum: at non semper commoue, senties. Parad. 32. Tuscul. q. lib. 4. 43
 Quanquam me non ratio solum cōsolatur, quæ plurimum debet valere, sed etiam dies quæ stultis quoque mederi solet. ad Curionem, lib. 7. 50
 Hæc est in fabulis stultissima persona credulorum atque improuidorum senum. de Amic. 114. b
 Stulte.
 Stulte & incautè omnia agi video. ad Att. lib. 7. 129. 2. a
 Quid est enim verius, q̄ neminem esse oportere tam stulte arroganem, vt in se rationem & mentem putet inesse, in cælo mundoque non putet? 2. de Legib. 26. a

Habet nonnunquam aliquid etiam apud nos loci, ut vel non stultus quasi stultè cū sale dicat aliquid, &c. 2. de Or. 152. a
Itemque illa quæ in corpore excelleret, stultè antiquos dixisse, &c. 4. de Finib. 34. a

Hæc & dicitur & creduntur stultissime, &c. 2. de N. d. 102. a

Stultitia.

Si stultitia cōsensu philosophorum maius est malum, quàm si omnia mala & fortunæ & corporis ex altera parte ponantur: sapientiam autem nemo assequitur: in summis malis omnes fumus, quibus vos optimè consultum à diis immortalibus dicitis. 3. de Nat. d. 58

Stultitia est, à quibus bona precamur, ab iis porrigentibus & dantibus nolle sumere. 3. de Nat. d. 121. a

Etenim ut stultitia etiam adepta est quod concupivit, nunquam se tamen satis consecutam putat: sic sapientia semper eo contenta est, quod adest, neque eam unquam sui pœnitent. Tusc. quæst. lib. 5. 39

Non enim omnis error stultitia dicenda. de Diuin. 127. b

Stultitia senilis, quæ deliratio appellari solet, senum leuium est, non omnium. Cat. 33

Stultitia singularis. 12. ad Att. 6

Summa stultitia, frustra cōfici mœrore, cum intelligas nihil posse profici. Tusc. q. lib. 3. 66

Ita sunt altæ stirpes stultitiæ. 3. Tusc. 22. a

Oratoris peccatum, stultitiæ peccatum videtur, stultitia autem excusationem non habet. 1. de Orat. 62

Est enim proprium stultitiæ, aliorum vitia cernere, obliuisci suorum. 3. Tusc. 63

Stultitiæ suæ quamplurimos testes domestico præconio colligere. 2. de Orat. 48

Stultitiam enim censuerunt inconstantiam, id est sanitate vacantem. Tusc. q. 192. b

Sed huius istius facti stultitiam maior iam superior stultitia defendit. pro Rab. Posth. 15. a

Malo indifertam prudentiam, quàm stultitiam loquacem. 3. de Orat. 79. a

Non modò stultitiam meam, sed etiam mores & naturam condemnandam puto. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 59, & 60

Sua stultitia occidisse, cum salui esse potuissent tua prudentia. 4. famil. 7

Neque tamen cum se in media stultitia, qua nihil est peius, hæere intelligant, ægritudine premuntur. Tusc. quæstion. lib. 3. 59

Miserius stultitia nihil potest dici. de Nat. d. 6. b

Non stultitia obcæcatus, sed verecundia deterritus. 15. fam. 3

Stultitiæ hominum oratori deuorandæ. Brut. 127

Stupeo.

Hæc quum loqueris, nos Barones stupemus, tu videlicet tecum ipse rides. 2. de Finib. 122. a

Cn. noster quid cōsiliū cepit, capiâte, nescio: adhuc in oppidis coarctatus, sed stupent omnes. ad Att. lib. 7. 129. 2. a

Confirmat ipsi se, quum is etiam tum semisomnis stuperet. 7. Verrin. 75. a

Stupens.

Quæ cum intueret stupens. de Somn. Scip. 128. b

Stupefacio.

In quo igitur homines exhorrescunt: quem stupefacti dicentem intuentur? 3. de Orat. 30. a

Stupesco.

Incidat, aspiciat, admiretur, stupefacat. 3. de Orat. 57. a

Stupidus.

Zopyrus physiognomon stupidum esse Socratem dixit & bardum, quod iugula concaua non haberet. de Fat. 8

Ateon's tabula te stupidum detinet. Partit. 43

Omnes stupidi timore obmutuerunt. ad Heren. lib. 4. 23. 4. a

Stupiditas.

In quo primùm incredibilem stupiditatem hominis cognoscite. 2. Philipp. 86. a

Stupor.

Esto, sit in verbis tuis hic stupor: quanto in rebus sententiisque maior? 2. Philipp. 50. b

Immanitas in animo, stupor in corpore. 3. Tusc. 21. a

Quis te tantus stupor oppressit, ut non scias, &c. 2. Phil. 75. a

Sinautem id non videt, periculum est, ne se stuporis excusatione defendat. de Arusp. resp. 4. a

Pauci ista tua lutulenta vitia noueramus, pauci tarditatem ingenii, stuporem, debilitatèque linguæ. in Pis. 1. a

Tum verò neque illud meum factum laudabile, &c. eamque animi duritiam, sicut corporis, quod quum vitur, non sentit, stuporè potius, quàm virtutem putarem. pro Dom. 75. a

Qui propter hæsitatiã linguæ, stuporèque cordis, cognomen ex contumelia traxerit. 3. Philipp. 135. a. De Bambalione loquitur.

Sed stuporè hominis, vel dicā pecudis, attendite. 2. Phil. 50. a

Qui morbo aliquo & sensus stupore, suauitatem cibi non sentiunt. 2. Philipp. 120. a

Stuprum.

Quod nefarium stuprum non per illum: in Catil. 10. 6. b

Consul processit, somni, vini, stupri plenus. Post redit. in Senatu, 11

Clodius cum sorore germana nefarium stuprum fecit. pro Milone, 54

Qui non sat habuit coniugem illexisse in stuprum. 3. de Natura deor. 93. a

Quamcumque in domum stuprum intulerint. Parad. 28

Gyges pastor, opportunitate annuli vsus, reginæ stuprum intulit. 3. Offic. 49

Cum stuprum Bonæ deæ puluinaribus intulisset. in Pis. 76. a

Lucretia per vim oblatum stuprum voluntaria morte luit. de Legib. 140. b. de Finib. lib. 5. 59

Audiet Brutus eum populum, &c. pro turpi stupro datū in seruitutem. ad Octauium, 16. a

Qui non solum aspectu, sed etiam incesto flagitio & stupro polluit ceremonias. pro Domo sua, 81. a

Stupra dico, & corruptelas, & adulteria, incesta denique. 4. Tusc. 122. a

Repetere luxuries ac supra alicuius ab aliquo. Antequam iret in exil. 12. a

Stupro.

Hominem vnum omnium crudelissimum, qui tot ingenuas matrefamilias stuprauit. Vatinius ad Ciceronem, lib. 5. 10. 3. a

Puluinar quod stupraras. de Arusp. 29. Id est, stupro contaminaueras.

Virginium interfecit filiam ne stupraretur. 5. de Finib. 114

Qui religiones omnes pollueris aut ementiendo aut stuprando. pro Dom. 96

Stuprata per vim Lucretia à Regis filio, testata ciues seipsa interemit. 2. de Finib. 106. a

Stylpo, Vide Stilpo.

Stylus.

Etiam artifex, ut ita dicam, stylus. de Clar. 273. b

Censorius stylus. pro Cluent. 97. a

Stylus optimus & præstantissimus dicendi effector ac magister. 1. de Orat. 71. a

Sed tamen stylus exercitatus efficiet faciliè hanc viam componendi. in Orat. 83. a

Vnus enim sonus est totius orationis, & idem stylus. de Cl. Orat. 51. a

Si meus stylus ille fuisset, ut dicitur: mihi crede non solum vnum actum, sed totam fabulam confecissem. 2. Phil. 54

Stylus dicendi opifex. 7. famil. 46

Stylus perfectior dicendi ac magister. 1. de Orat. 134. a

Cum præsertim adhuc styli pœnas dem. 6. fam. 26. in epist. A. Cecinnæ.

Sub acumen styli subeant & succedant necesse est. 1. de Oratore, 73. a

Stylum alicuius perfequi. 6. famil. 28. in epist. A. Cecinnæ.

Dein quum otiosus stylum prehenderat, &c. flaccescebat oratio. de Claris Orat. 47. a

Vertit stylum in vabulis suis, quo facto causam omnem euertit suam. 4. Verr. 70

Orationes Attico stylo scriptæ. de Clar. Orat. 86. a

Hanc ad legem cum exercitatione, tum stylo, qui & alia & hoc maximè ornat & limat, formanda nobis oratio est. 3. de Orat. 105

In summa hubertate inest luxuries quædam, quæ stylo depascenda est. 2. de Orat. 54

Cum cætera scelera stylo illo impuro Sext. Clodius conscripisset. de Arusp. 9

Styx.

Et illi qui fluere apud inferos dicuntur, Acheron, Cocytus, Styx, Phlegeton. de Nat. 68. b

Suada.

Suadæ medulla, M. Cornelius Cethegus. Brut. 29

M. Cethegus quem rectè Suadæ medullam dixit Ennius. de Sen. 46

Suadeo.

Quod suades, ut petam, &c. Att. 139. b

De obuiam itione ita faciam, ut suades. Att. 180. b

Nam postea me, ut sibi effem legatus, non solum suasis, verum etiam rogauit. de Prou. Consul. 34. a

Hæc quæ supra scripta sunt, eò spectant, ut te hortet & suadeam: reliqua sunt quæ pertinent ad rogandum. Valerio, lib. 13. 4. 7. a

Nisi mihi ab adolescètia suasissem, nihil esse in vita, &c. pro Arch. 188. b

Legem Voconia magna voce & bonis lateribus suasissem. de Senect. 14. a

Duo tempora tamen inciderunt, quibus aliquid cõtra Cæsarem Pompeio suaserim. 2. Phil. 46. a

Memini quid mihi tum suaseris per Theophanem, per Culeonem. ad Att. lib. 8. 160. 5. a

Tu autè quod ipse tibi suaseris, idem mihi persuasum putato. ad Att. lib. 13. 290. 4. a

Suadere aliquid aut dissuadere, grauissimæ personæ est. 2. de Orat. 181

An C. Trebonio persuasi, cui ne suadere quidè ausus essem? 2. Phil. 48. a

Primùm cœpi suadere pacem. Mario, lib. 7. 3. 6. a

Suadere rogationem. Off. 3. 148

Nemo est qui sapientius tibi suadere possit teipso. epist. 21. b

Gaudeo te mihi suadere, quod ego mea sponte pridie feceram. Att. 249. b

In suadendo nihil est optabilius, quàm dignitas. de Oratore, 139. b

Quo in suadendo plus autoritatis haberem. Att. 123. b

Suadens.

M. Cato legem suadens, in Galbam multa dixit. de Clar. Oratoribus, 45. a

Suasor.

Atq; huius deditiois ipse Posthumius qui dedebatur, suasor & author fuit. 3. Offic. 148

Esti quavis nõ fueris suasor & impulsor profectiois meæ, approbator certè fuisti. ad Att. lib. 16. 19

Quamquam hæc epistola non suasoris est, sed rogatoris. ad Att. lib. 16. 46

Suasori simplex ratio proponitur. Partit. 45

Quid enim interest inter suasorem facti & probatorem? 2. Philippic. 50. a

Suasio.

Suasio legis Seruiliæ. de Clar. Orat. 164. a

In suasio quid sibi proponat orator. Partit. 7

Sed quoniam plura sunt orationum genera, eaque diuersa, neque in vnam formam cadunt omnia, laudationum, scriptio- num, & historiarum, & talium suasionum, qualem Ifo- crates fecit Panegyricum, multique alii qui sunt nomina- ti Sophistæ, &c. in Orat. 20. a

Præcepta quæ de suasio tradenda sunt. 2. de Orat. 181. a

Suapte & Suopte.

Cicero Q. filius suapte, piè sanè, me quidem certè multum hortante, sed currentem animum patris sui, forori tuæ reconciliauit. ad Atticum, lib. 6. 118. 1. a. Vetus codex non habet suapte.

Crassius suapte interfectus manu. de Orat. 143. b

Vt terrena & humida suopte nutu & suo pondere ad pares angulos in terram & in mare feruntur. 1. Tusculan. quæ- stionum, 63. a

Suopte pondere ferrentur atomi. 1. de Nat. deo. 48

Suauius.

Nam & honorificus in me Consul fuit, & suauius amicus. ad Cælium, lib. 2. 12. 3. a

Tum pro familiari cõsuetudine sæpe ex me audierat, quàm suauius esset inter nos, & quanta coniunctio. ad Sulpitium, lib. 13. 27. 3. a

Suauius narratio quomodo fiat. Partit. 19

Suauius poeta Simonides. de Nat. d. 1. 42

Theophrastus autem, vir & oratione suauius, & ita moratus, ut præ se probitatem quãdam & ingenuitatem ferat. Acad. q. edit. 2. lib. 1. 24

Hic suauius videri maluit, quàm grauis. de Clar. 168. b

Suaue dicendi genus quomodo fiat. Partit. 12

Comes, benigni, faciles, suaues homines esse dicuntur. pro Corn. Balbo, 29. a

Suauiusimus Lepta. 6. Fam. 51

Suauitas.

Suauitas decocta. 3. de Orat. 57

Mira quædam in cognoscendo suauitas. de Orat. 101. b

Vide quanta in te sit suauitas. ad Tironem, lib. 16. 1. 1. a

Quæ tua est suauitas, quique in me amor. 5. Fam. 60

Suauitas cibi. in Ant. 182. b

Suauitas coloris. Tusc. q. lib. 4. 24

Suauitas humanitatis. pro Cæl. 41. b

Suauitas in verbis efferendis, ut apud Græcos Atticorum, sic apud Latinos Romanorum propria. 3. de Orat. 24

Suauitas Ifocratis. 3. de Orat. 16

Suauitas pronuntiationis, & vocis conseruatio, ex eadem re oriuntur. 3. ad Heren. 114

Suauitas sermonum atque morum. de Amic. 59

Suauitatis multa præcepta, orationem obscurā, aut minus probabilem reddunt. Partit. 13

Miram in eo pietatem, suauitatem, humanitatèque perspexi. ad Att. lib. 6. 114. 13. a

Voluptas quæ suauiate aliqua naturam ipsam mouet. de Finibus, 56. b

Mirifica suauiate villam habeo. Q. Frat. 318. b

Ipsa suauiate nocuerunt, quæ fusa (de diis) vocibus poetarum. de Nat. d. 1. 31

Quem omnes amare pro eius eximia suauiate debemus. de Orat. 105. b

Responsum est singulari illum suauiate oris fore. de Diuinatione, 97. b

Suauitates odorum qui afflantur è floribus. de Senect. 89. b

Conquirere suauitates vndique. Offic. 75. b

Sic enim tibi persuade, charissimum te mihi esse quum propter multas suauitates ingenii, officii, humanitatis tuæ, tum quod ex literis tuis, & ex multorum sermonibus intello, &c. ad Appium Pulchrum, lib. 3. 1

Suauius.

Veritamen video quàm suauius voluptas sensibus nostris blandiatur. 4. Acad. 251. a

Solutè & suauius dicere. de Clar. 174. b

Suauius loqui. de Orat. 146. b

Et secunda iucundè ac suauius meminimus. 1. de Finibus, 87. a

Nunc ad epistolam venio, cui copiosè & suauius scriptæ nihil est quod multa respondeam. ad Trebonium, lib. 15. 21. 10. a

Suauius loquens.

Addit Orator Cornelius suauius loquens Ore Cethegus, &c. de Clar. Orat. 28. a

Suauius loquentia.

Et oratorem appellat, & suauius loquentiam tribuit. de Clar. Oratoribus, 29. a

Suauius.

Atticæ quoniam (quod optimum in pueris est) hilarula est, meis verbis suauius des. ad Att. lib. 16. 31

Suauius.

Atticam nostram cupio suauiari: ita mihi dulcis salus visa est, per te missa ab illa. ad Att. lib. 16. 10

L. Brutus qui de matre suauianda ex oraculo Apollinis tam acutè coniecit. de Clar. 169. b

Suauitudo.

Suauitudo pronuntiationis. ad Heren. 20. b

Sub.

Sub posteaquam literas communes cum Oppio ad te dedi, ab Cæsare epistolam accepti, cuius exemplum tibi misi, &c. ad Att. lib. 9. 178. 1. a. id est, statim ut dedi.

Subicere aliquam rem sub aspectu omnium. ad Herenium. 39. b

Cælum sub aspectum & tactum cadit. de Vniuers. 19

Sub intelligentiam cadens. de Vniuers. 199. b

Prima illa, &c. sub iudicium sapientis & delectum cadunt. de Finib. 102. b

Sub sensus cadere. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 96

Res subiecta sub sensus. Acad. 19. b

Et natos geminos inuises sub caput Arcti. de Nat. deo. 47. b

Sub grande cubiculum. Q. Frat. 318. b

Sub dies festos. Q. Frat. 306. b

Sub eas literas statim recitatae sunt tuae, non sine magnis quidem clamoribus. Planco, lib. 10. 16. 2. a

Pompeius se legionem adducturum, sed non statim sub mentionem & conuiuium obiectatorum. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 4. 11. a

Nisi se sub scalas tabernae librariae coniecisset. in Ant. 64. b

Quod sub ea causa subiectum est. Top. 225. b

Statim ex his rebus, quas tunc vendebat, iubere ei praemium tribui sub ea conditione, nequid postea scriberet. pro Archia; 19. a

Vocontii sub manu ut essent, per quorum loca fideliter mihi pateret iter. Planc. Ciceroni, lib. 10. 23. 5. a

Caprius sub nodis distortus. de Orat. 133. b

Sub nomine pacis bellum latet. in Ant. 242. b

Sub oculis esse. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 73

Nullo posito sub oculis simulachro. de Vniuers. 201. b

Sed ille sub Gnatonis persona. de Amic. 132. b

Ut Cyprius rex sub pracone subiiceretur. pro Deio. 223. b

Quod non sub dubia utilitatis ratione effici solet. de Fin. 81. b

Rempub. sub alieno scelere deiecit. Postq. 204. b

Homines sub terra habitantes. de Nat. d. 45. b

Non paruum sub hoc furto latet. contra Rull. 89. b

Subabsurdus.

Subabsurdum tempus discessus. 16. ad Att. 8

Sunt etiam illa subabsurda, sed eo ipso nomine saepe ridicula, non solum mimis perapposita, sed etiam quodammodo nobis. 2. de Orat. 152. a

Subabsurde.

Valde haec ridentur, & hercule omnia, &c. subabsurdeque falsaeque dicuntur. 2. de Orat. 152. a

Subaccuso.

Sed sunt haec leuiores, illa vero grauiora atque magna, quod meum discessum, quem saepe deferas, nunc quasi reprehendere & subaccusare voluisti. pro Planc. 69. a

Subaccusa quaeso Vestorium. ad Att. lib. 13. 294. 3. a

Addebant etiam me defyderari, subaccusari. ad Atticum, lib. 16. 334. 2. a

Subactus, Subactio, vide Subigo.

Subagrestis.

Subagreste quiddam, planaeque rusticum. de Clar. Or. 140. a

Subamarus.

Nam ut cibi fatietas & fastidium, aut subamara aliqua re releuatur, aut dulci mitigatur: sic animus, &c. 1. de Inventione. 37. a

At enim quoniam in naturis hominum dissimilitudines sunt, ut alios dulcia, alios subamara delectent. de Fato. 13. a

Subarroganter.

Vereor ne subarroganter facias, si dixeris tuam. 4. Academ. quaestionum, 204. a

Subausculto.

Omnes enim κρυφαίον videntur subauscultare quae loquor. ad Att. lib. 10. 208. 4. a

Subauscultando tamen excipere voces eorum, & procul quid narrarent, attendere. 2. de Orat. 84. a

Qui ea locutus est bonis viris subauscultantibus, pariete interposito, quibus, &c. in Topic. 40. a

Subcisiuus, vide Succido.

Subcontumeliose.

Hercule, verum ut loquamur, subcontumeliose tractatur noster Publius: &c. ad Att. lib. 2. 22. 3. a

Subcrippus.

Videtur illum subcrippo capillo, nigrum, qui ex vultu nos intuetur. 4. Verr. 74. a

Subdebilitatus.

Quod etiam mea spore videbam, te subdebilitatum, nouas rationes tuendi mei quaerere. 11. ad Att. 7

Subdifficilis.

Existit autem hoc loco quaestio quaedam subdifficilis. de Amicitia, 59. a

Subdiffido.

Ego quo die audiui illum tyrannum in concione clarissimum virum appellari, subdiffidere coepi. 15. ad Att. 37

Subdo.

Quis in meum locum iudicem subdidit? pro Dom. 66. a

Te rogo in Hircii locum subdas. Epist. 156. b

Subditus.

Subditus in locum alterius. in Verr. 78. b

Videat quid de illis respondeat, quos in eorum locum subditos domi suae referuauit. 3. Verr. 7. a

In iis aquis quae efferuescunt subditis ignibus. de Natura deorum, 2. 20

Subdititius.

Quod eodem ceteros piratas contrudi imperarat, intellexit, si hunc subdititium archipiratum in eandem custodia dedisset, fore, &c. 7. Verr. 55. a

Subdoceo.

Ciceronesque nostros meo potius labore subdoceri, quam me aliumuis magistrum quaerere. ad Att. lib. 8. 148. 2. a

Subdole.

Nihil acute inueniri potuit in eis causis, quas scripsit, nihil (ut itam dicam) subdole, nihil versute, quod ille non viderit. de Clar. Orat. 17. a

Subdubito.

Iam enim dico meum, antea (crede mihi) subdubitabam. ad Att. lib. 14. 313. 1. a

Haec eod pluribus scripsi, quod non nihil significabant tuae literae subdubitare, qua essem erga illum voluntate. Caelio, libr. 2. 12. 5. a

Subduco.

Quid opus est, inquam? rationes conferatis. Adfidunt: subducunt ad nummum: conuenit. ad Att. lib. 5. 110. 15. a

De circulo se subduxit. ad Q. Frat. lib. 3. 20. 2. a

Subduc cibum vnum diem athletae, Iouem Olympium, eum ipsum cui se exercebit, implorabit, ferre non posse clamabit. 2. Tusc. 69. a

Collaudani homines. Recte, inquit Scaptius, sed subducamus summam. ad Att. lib. 5. 110. 12. a

Quem tu in eo non pro illius dignitate produxeras, sed pro tuo scelere subduxeras. pro Dom. sua, 17. a

Neque intelligunt se rerum illarum pulchrarum atque admirabilium fundamenta subducere. de Fin. lib. 4. 35

Subducere id quo nititur aduersariorum causa. de Inuet. 80. b

Subductus.

Classem Lacedaemoniorum quae subducta esset ad Gytheum, &c. Offic. 61. b

Medea modus & Atreus commemorabantur a nobis herouca personae inita subductaque ratione, nefaria scelera meditantes. 3. de Nat. d. 101. a

Quod non subducta utilitatis ratione effici solet. de Fi. li. 2. 65

Subductum habes, si tuos digitos noui. 5. ad Att. 54

Quid fortes viri? voluptatumne calculis subductis praesidium incunt, sanguinem pro patria profundunt? 2. de Fin. 97. a

Rationibusque subductis, summum feci cogitationum mearum. Lent. lib. 1. 9. 32. a

Subductio.

Quo perspecto, statim occurrit naturali quadam prudentia, non his subductionibus, quas isti docent, quid faciat causam, id est, quo sublato controuersia stare non possit.

2. de Orat. 72. a

Subdurus.

Verum probabile est, illud alterum subdurus tibi homini Platonico suadere, &c. de Petit. Conf. 30

Subseo.

Denique ipsius inimici vultum superbissimum subiit, &c. pro Quint. 64. a

Ciuitates etiam nefarias, libidinum contumelias, turpitudinesque subierunt. in Pis. 68. 3. in Verr. 97. & 14. Phil. 390

Si pupilli calamitas, propinquorum lachryma, D. Brutii, cuius praedia subierunt periculum, &c. 3. Verr. 103. a

Quoniam quidem semel suscepi, licet hercules vndique omnes terrores, minae, periculaque impendeant omnia, succurram atque subibo. pro Rosc. Amer. 18

Eundem, ut quemcumque fors tulerit casum, subeam potius cum iis qui dicuntur esse boni, quam videar a bonis disferire. ad Att. lib. 8. 145. 4. a

Quamquam quid mea interfit, ut eorum odium subeam non intelligo. ad Att. lib. 11. 215. 4. a

Omnia sub acumen styli subeant. de Orat. 97. b

Eadem calamitatem subirent liberi bonis publicatis: quamquam quod tua mater & soror deprecatur pro pueris, &c. Bruto, 12. 4. a

Ne autem nimium multi poenam capitis subirent, idcirco illa sortitio comparata est. pro Clu. 101. a

Minus sermonis subissem, minus accepissem doloris, ipsum hoc me non angeret. ad Att. lib. 11. 214. 3. a

Istos labores, quos nunc in suffragiis suscipis, non subissem. ad Att. lib. 3. 55. 14. a

Subieris inuidiam, pericula, omnes meas tepestates. 15. fam. 20

Qui retinendi officii causa cruciatum subierit voluntarium? 3. Offic. 143. a

Subire quamuis carnificinam prius, quam, &c. Tusc. q. libr. 5. 58. id est, quamuis tormenta, seu quemuis cruciatum.

Subire dimicationem. 1. ad Q. Frat. 52

Subire dolorem. Tusc. q. libr. 2. 11

Subire facinus alterius. 11. Philip. 295

Famam temeritatis subire. ad Brutum, 18. 5. a

Subire fortunam. 14. Famil. 14

Omnia incommoda subire vel externa, vel corporis, vel etiam ipsius animi, quae vacent iustitia. 3. Offic. 35. a

Infamiam sempiternam subire. Q. Frat. lib. 3. 20. 5. a

Subire periculosas inimicitias. Q. Frat. 314. b

Inuidiam orationis subire. 1. Verr. 15. a

Subire iras deorum. de Arusp. respon. 35

Subire iudicium. Partit. 54

Subire malum. 7. ad Att. 34

Exulis nomen subire. pro Dom. sua, 57. a

Nonne inutile est, vitiorum subire nomina? Offic. 3. 74

Subire sempiternas foedissimae turpitudinis notas. in Pisonem, 32. a

Curio omnia potius subire constituit, quam id pati. Caelius Ciceroni, lib. 8. 11. 9. a

Poterisne orationem eius subire? de Diuin. a

Subire periculum pro amico. Partit. 135. b

Dupli poenam subire. 3. Offic. 84. a

Subire potentiam aut victoriam. 6. Fam. 5

Subire sermonem. 11. ad Att. 10

Supplicia subire. Bruto, 12. 3. a

Pro ciuitate tela ac pericula subire. pro Corn. Balbo, 41. a

Tempestatem inuidiae subire. 2. in Catil. 36. a

Subire tempestatem pro Republica. pro Sestio, 122. & pro Muren. 124. b

Subire tristitiam temporum. 8. ad Att. 41

Vim subire, atque iniuriam malui, quam aut a vestris sanctissimis mentibus dissidere, aut de meo statu declinare. de Prouinc. Conf. 34

Qui si in ciuitate legis vim subire vellent, non prius ciuitatem, quam vitam amitterent. pro Cecin. 72. a

Subire vim & iracundiam populi incitati. pro Dom. 67

Postremo se libenter vituperationem subire, quod amaret etiam mortuum Cæsarem. ad Att. lib. 14. 317. 3. a

Vnum pro vniuersis subire atque excipere tela. de Prouinc. Consul. 73. b

Subire vultum superbissimum inimicitia. ad Brut. 289. b

Ne quid inuidiae subeat aut criminis. de Natura deorum, 60. b

Inimicitiae sunt? subeantur: labores? suscipiantur. 7. Verinarum, 142. a

Quae ut effugias, quis est non modo non recusandus, sed vitro appetendus, subeundus, excipiendus dolor? 2. Tusc. q. 21. a

Subeundus vsus omnium. de Orat. 76

Sin remissiores esse voluerimus, summa nobis crudelitatis in patriae ciuiumque pernicie fama subeunda est. in Catilinam, 85. a

Quando subeunda fortuna est? ad Terent. lib. 14. 5. 4. a

Existimabam L. Flacco multitudinis potius imperitiae, nullo tamen cum periculo, quam sapientissimorum & lectissimorum virorum iudicium esse subeundum. pro Flacco, 1. a

Quae omnia mihi subeunda sunt. Anteq. 196. b

Summa supplicia subeunda nobis sunt. Att. 280. b

Subitus.

Subitus discessus. Att. 145. b

Subita atque improuisa formido. de Prouinc. 78. b

Subita laetitia. ad Heren. 3. b

Nam propter opera instituta multa multorum, subitum est ei remigrare. Memmio, lib. 13. 2. 2. a

Subitam & fortuitam orationem commendatio & cogitatio facile vincit. de Orat. 97. b

Subitae dictiones. de Orat. 97. b

Subitae res & angustae. 10. Fam. 33

Omnia subita videntur maiora, & quidem ob duas causas: primum, quod, quanta sint quae accidunt, considerandi spatium non datur: deinde, cum videtur praecaueri potuisse, si prouisum esset: quasi culpa contractum malum aegritudine acriorem facit. quod ita esse dies declarat: quae procedens ita mitigat, ut iisdem malis manentibus non modo leniatur aegritudo, sed in plerisque tollatur. Tusc. quaest. lib. 3. 45

Néve in rebus tam subitis, tamque angustis, a Senatu consilium petendum putes. Planco, lib. 10. 16. 4. a

Subito.

Cum subito ecce idem, &c. pro Cael. 200. b

Alia autem subito ex tempore coniectura explicantur. de Diuinat. 95. b

Subito praeter opinionem omnium. pro Planc. 269. b

Ego dum in prouincia omnibus rebus Appium orno, subito factus sum accusatoris eius socer. Att. 95. b

Subito capi consilium ut exirem. Att. 108. b

Properanti tabellario literas subito dedi. Epist. 116. b

Tu auspicio patris subito extitisti. pro Dom. 221. b

Subito iam prostratam Remp. extulisti. Octauio, 330. b

Quum tot bella aut a nobis necessario suscipiantur, aut subito atque improuiso nascantur. pro Font. 27. a

Subito quum mihi dixisset Caelius Quaestor puerum se Romam mittere, haec scripsi raptim. ad Att. lib. 2. 24. 1. a

Vnde philosophandi mihi subito studium extitisset. de Natura deor. 3. b

Vtile est subito saepe dicere. de Orat. 97. b

Subito disputare. L. 1. 16

Nam mihi & scriptum & nuntiatum est te in febrim subito incidisse. Terent. lib. 14. 8. 1. a

Vita subito fingi non potest. pro Syll. 182. b

Vox & gestus subito sumi, & alicunde arripi non potest. de Orat. 107. b

Subesse, vide Subsum.

Subgrandis.

Subgrande cubiculum autem, & hybernium altum valde probauit, quod, &c. Q. Frat. lib. 3. 17. 4. a

Subhorridus.

Quia tristem semper, quia taciturnum, quia subhorridum atque incultum videbant. pro Sest. 16. a

Subigo.

Quos vici ac subegi. in Catil. 117. b

Hostes subegit. pro Font. 276. b

Hanc tu, &c. ut quod his, quos Gaditanis adiutoribus armis subegimus, atque in ditionem nostram redegitimus, liceat, &c. pro Corn. Balbo, 18. a
 P. Africanus qui suo cognomine declarat tertiam partem orbis terrarum se subegisse. pro S. Rosc. 35. b
 Quibus quum terra subigerentur fissionem glebarum ab illo aureo genere, &c. 2. de Nat. deo. 237. a
 Atque illi miseri nati in illis agris & educati, glebis subigendis exercitati, quod se subito conferant, non habebunt. de Leg. Agr. 83. a

Subactus.

Subactus oppressusque. pro S. Rosc. 41. a
 Humus subacta atque pura. de Senect. 89. b
 Quae cum gremio mollito ac subacto sparsum semen excepit, &c. de Senect. 47. a
 Subacto mihi ingenio opus est, ut agro non semel arato, sed nouato & iterato, quo meliores fetus possit & grandiores edere. 2. de Orat. 71. a
 Galli à nostris imperatoribus subacti. pro Föt. 276, & 281. b

Subactio.

Subactio autem est usus. de Orat. 120. b

Subiicicio.

Iam verò quod subiicit illos, &c. pro Syl. 178. b
 Et quidem cur sic opinetur, rationem subiicit: &c. 2. de Diuinat. 156. a
 Huic verbo, omnes qui vbique sunt, qui Latine sciunt, duas res subiiciunt, lætitiā in animo, commotionem suauem iucunditatis in corpore. 2. de Fin. 20. a. De voluptate.
 Atque etiam subiiciunt se homines imperio alterius & potestati pluribus de causis. 2. Offic. 30. a
 Interiecti nota testamenta credo subiiciunt, aut eiiciunt vicinos, aut adolescentulos circumscribunt. 14. Philipp. 389. a
 Tum iste, &c. ceruicēque suas ei subiecit securi, qua multi in minoribus peccatis occiderunt. 2. Philipp. 66. a
 Has mihi spes subiecit fortuna populi Romani. 8. Philippicarum, 243. a
 Sæpe rem dicendo subiicit oculis Orat. 200. b
 Ea tute tibi subiice, quæ aliis tute præcipere soles. 4. Fam. 18. in epist. Ser. Sulpitii.
 Ne ipsi quæ cōtraria sunt, taciti cogitationi vestra subiiciatis, sed, &c. pro Cluent. 3. a
 Subiicere bona ciuui voci præconis. Officiorum, 2. 122. & 2. Philipp. 75
 Quem ne maiorum quidem more supplicio affecisti, quum miser ille securibus hospitis sui ceruices subicere gestiret. in Piso. 66. a
 Subiicere exempla sub singulos artis locos. ad Heren. 24. b
 Fortunas innocentium ficto sermone subiicere. pro Plan. 46
 Tum qui scelus, fraudēque nocentis possit dicendo subiicere odio ciuium, supplicioque constringere. 1. de Oratore, 100
 Omnes ad eam domum, in qua iste diuersabatur, profecti sunt, &c. ignem subiicere cōperunt. 3. Verr. 48. a
 Subiicere libellum. pro Archia, 19
 Subiicere aliquam materiam arti. de Inuent. 43. b
 Subiicere & supponere rationem. de Inuent. 71. b
 Subiicere rationes omnibus partibus. ad Heren. 36. b
 Subiicere aliquam rem sub aspectu omnium. ad Herennium, 39. b
 Subiicere se imperio & potestati alterius. Off. 2. 30
 Subiicere se sub potestatem alicuius. ad Her. 15. b
 Mutata, in quibus pro verbo proprio subiicitur aliud, quod idem significet. Orat. 105. b
 Formæ cuique generi subiiciuntur. Top. 22. 3. b
 Quæ subiiciuntur sub vocabulo recti. ad Her. 17. b
 Quin hoc tempore ipso quum omnes à suis inimicis faces inuidiæ meæ subiiciantur, tamen, &c. pro Mil. 74. a
 De hortis Scapulanis hoc videtur effici posse, aliud tua gratia, aliud nostra, ut præconi subiiciantur. ad Atticum, lib. 12. 255. 3. a
 At quæ causa tum subiiciebatur ab ipso Iudices, huius tam nefariæ crudelitatis? 7. Verr. 114. a
 Subiiceret eisdē præliis, ut mea persona semper ad impro-

borum ciuium impetus, aliquid videretur habere popolare. 8. ad Att. 38
 Cupio mihi ab illo subiici, si quid prætereo. in Verr. 240. b
 Tamen huic ordini ignem nouum subiici non sinisti. pro Rab. Posthu. 120. b
 Subiici sub præcone. pro Dom. sua, 42
 Subiici tutelæ alicuius. 4. de Finib. 64. a
 Neque vident sub hac voce honestatus, quæ sit subiicienda sententia. de Finib. 74. b
 Terræ cultum seignorem suspicor fore, si ad eam tuendam, ferroque subiiciendam, superstitionis aliquid accesserit. 2. de Legib. 44

Subiiciens.

Hic mihi quasi ministrator aderat, subiiciens quid in suos ciues dicerem. pro Flacc. 157. b

Subiectus.

Subiectus ignis. in Catil. 49. a
 Hic autem alter subiectus Aquiloni. de Somn. 129. b
 Subiectus omnibus custodiis. 5. in Verr. 15
 Subiectus miseris. 3. Tusc. 115. a
 Nulli naturæ est obediens aut subiectus Deus. 2. de Natura deorum, 111. a
 Subiectus sub præcone. pro Quint. 9. b
 Estque illa subiecta quasi materia Sapientiæ. de Finib. 103. b
 Quæ autem pars subiecta generi est, eam sic definiunt, ut, &c. Offic. 14. b
 Et ad propositum subiecta ratio. de Orat. 162. b
 Res subiecta sub sensus. Acad. 19. b
 Verborum sonitus inanis, nulla subiecta sententia. 1. de Oratore, 27. a
 Virtus subiecta sub varios incertōsque casus famula fortuna est, &c. 5. Tusc. 3. a
 Eumque qui crebro dicat, diligenter oportere exprimi quæ vis subiecta sit vocibus, &c. 2. de Fin. 9. a
 Sed inuidiosum nomen est, & infamiæ subiectum. 2. de Finibus, 18. a
 Mare est ventis subiectum. 4. Tusc. 91. a
 Quod sub ea causa subiectum est. de Opt. 225. b
 Orbis extimus cui subiecti sunt septem, qui, &c. de Somn. Scip. 128. b
 Omnes legibus subiecti esse debemus. Partit. 122. b
 Omnes res subiectæ sunt naturæ sentienti. 2. de Natura deorum, 108. a
 In his rebus quæ subiectæ sunt sensibus. de Fini. 133. b. & 1. Academ. 9. 45
 Hæc tanquam aliqua materies oratoribus subiecta esse debent. de Orat. 101. b
 Omniumque rerum quæ sunt ei subiectæ. 1. Academicarum quæstionum, 43. a
 His omnibus partibus subiecta sunt quædam argumenta propria. de Orat. 96. b
 Sub metum subiecta sunt pigritia, pudor, terror, timor, &c. 4. Tuscul. 26. a
 Omnia subiecta esse libidini alicuius. pro Dom. sua, 82. a
 Ossa quæ subiecta corpori sunt. de Nat. deo. 54. b
 Qui illam Syllani temporis messē recorderetur, qui testamenta subiecta, qui sublato tot homines. in Parad. 59. a
 Et ingenuis sub hostilem libidinem subiectis. ad Her. 27. b
 Tot sibi populis repente subiectis. a

Subiectio.

Rerumque, quasi gerentur, sub aspectum penè subiectio, quæ, &c. 3. de Orat. 112. a

Subiectio quæ est exornatio quædam verborum. ad Herennium, lib. 4. 181

Genus confirmatur subiectione rationis. ad Herennium, libro 4. 170. a

Subiector.

Quis testamentorum subiector, quis circumscriptor? 2. in Catilin. 30. a

Subimpudens.

Interdum timidus in labore militari, sæpe autem etiam (quod à te alienissimum est) subimpudens videbare. Trebatio, lib. 7. 17. 2. a

Subinanis.

Quinetiā, quod est subinane in nobis, & nō ἀφίλοδξον, &c. afficitur quadam delectatione. ad Att. lib. 2. 32. 2. a

Subinfulsus.

Est enim vitiosum in sententia, siquid absurdum, aut alienum, aut non acutum, aut subinfulsum est. de Opt. genere Oratorum, 144. a

Subinuido.

Subinuido tibi vltro te etiam accersitum ab eo, &c. Trebatio, lib. 7. 10. 2. a

Subinuifus.

Subinuifus nomen apud maleuolos. pro Rab. Posth. 24. a

Subinuito.

Hæc ad te pluribus verbis scripsi, quàm soleo, non otii abundantia, sed amoris summi erga te, quod me quadam epistola subinuitaras. ad Marium, lib. 7. 1. 19. a

Subirascor.

In Epærum quod me non inuitas comitem, non molestum: subirascor, sed vale. ad Att. lib. 9. 175. 9. a

Subirascor breuitati literarum. 11. Fam. 38

Esti satis clemens sum in disputando, tamen interdum soleo subirasci. 2. de Finib. 18. a

Sed ut solebat C. Lucilius sæpe dicere homo tibi subiratus, &c. 1. de Orat. 126. a

Subitus, Subito, vide Subeo.

Subiungo.

Aristoteles translationi hæc ipsa subiungit. de Orat. 205. b

Quid de L. Mummiō, qui urbem, &c. Βοροιαξ; multas sub imperii pop. Romani ditionēmq; subiunxit? 3. Verr. 37. a

Ut sub vestri ius, iurisdictionem, potestatem, &c. terrarum denique orbem subiungeretis. 2. de Leg. Agr. 95. a. id est, imperio vestro subiceretis.

Oratori omnes artes subiungere. 1. de Orat. 110. a

Video in Aruspicio responsis hæc esse subiuncta. de Aruspicio. respon. 32. a

Sublate, Sublatio, Sublatus, vide Tollo.

Subleuo.

Pater inquam illius adolescentis, quem, &c. is hunc suo testimonio subleuat. pro Cluent. 134. a

Etenim non minus nos stultitia illius subleuat, quàm lædit improbitas. pro Cecinna, 17. a

Alter is qui nos sibi quondam ad pedes stratos ne subleuat quidem. ad Att. lib. 10. 195. 3. a. aliās, subleuabat.

Cum negat se scire Cassius, vtrum subleuat Syllam. pro Sylla, 174. b

Qui vicinos suos facultatibus suis subleuauit. in Ant. 213. b

Quem singuli stratum & abiectum subleuastis. Anteq. iret in exil. 196, & 197. b

Sed eadem ista æstimatione alter subleuarat aratores, alter euerterat. 5. Verr. 185. a

Nominis nouitatem dicendi gloria subleuabis. de Petitione, 205. b

Hoc omne assignatum iri aut pertinaciæ meæ, aut timori videbam, si aut hominem offensus mihi, aut coniectum cum Repub. non subleuassent. Plancus Cic. lib. 10. 18. 6. a

Subleuare aliquem suis sceleratis concionibus. pro Domo sua, 44. a

Subleuare calamitates hominū indignorum. Tusc. q. li. 4. 35

Causam inimici sui subleuare. 1. Verr. 7. a

Defendere & subleuare homines. 1. Verr. 4. a

Sinistra mentum subleuare. ad Heren. lib. 4. 230. a

Subleuare miseris. in Verr. 196. b

Subleuare odia aliorum. 8. Fam. 7. in epist. Cælii.

Quæ familiæ nostræ dignitas debebat subleuare. Epist. 59. b

Res aduersas alicuius subleuare. pro Syl. 56. a

Vicinos suos facultatibus suis subleuare. 7. Philip. 232. a

Hic status vna omnium voce gemitur, neque verbo cuiusquam subleuatur. Att. 33. b

Hoc tamen in miseris adiumento & solatio subleuatur. pro Quintio, 28. a

Quum multa, &c. ab ipso autem Socrate subleuatus est, quum, &c. 4. Tusc. 131. a

Vna illa subleuanda offensio est. Læl. 74

Suum laborem hominum periculis subleuandis impartire. pro Murena, 125. b

Subligaculum.

Scenicorum quidem mos tantam habet vetere disciplina verecundiam, ut in scenam sine subligaculo prodeat nemo. 1. Offic. 180. a

Sublimis.

Sonus natura in sublime fertur. Tusc. 156. b

Ex sublimi vertice saxi. 2. Tusc. 29. a

Sublime.

Extenuatus aer sublimē fertur. 2. de Nat. deor. 145. a. aliās, in sublime.

Perspicuum debet esse animos, quum è corpore excesserint, siue illi sint animales, id est spirabiles, siue ignei, sublimē ferri. 1. Tusc. 64. a

Eaque scuta quæ fuerunt sublimē fixa, sunt humi inuenta. 2. de Diuinat. 102. a

Quid? Cyrenæum Theodorum, Philosophum non ignobilem, nonne miramur? cui cum Lyfimachus Rex crucem minaretur, istis quæso, inquit, ista horribilia minare purpuratis tuis, Theodori quidem nihil interest, humine an sublimē putrescat. 1. Tusc. 92

Sublucco.

Hunc retinens aries subluccet corpore totus. in Arato, 33. a

Submergo.

Propter quæ Centaurus cedit equi partis properas submergere Chelis. 2. de Nat. deorum, 170. a

Submersus.

Submersus equus voraginibus non extitit. 1. de Diuini. 65

Quot genera, quàmque disparia partim submersarum, partim fluitantium, & innantium belluarum, partim ad saxa natiuis testis in hærentium? 2. de Nat. d. 145. a

Subministro.

Et quoniam tabellarios subministras, hodierni diei res gestas Lupercalibus habebis. ad Q. Frat. lib. 2. 15. 5. a

Aristoteles autem, qui huic arti plurima adiumenta atque ornamenta subministravit, &c. 1. de Inuent. 11. a

Quo tum erga te Rex animo fuit, qui auctionatus sit, seseque & filium suum expoliare maluerit, quàm tibi pecuniam non subministrare? pro Deiot. 16. a

Palam in eum tela iaciuntur, clam subministratur. pro Cælio, 15. a

Submitto, vel Summitto.

Iste tamen si singulari est audacia, tamen ad pupillæ matrem submittebat. 3. in Verr. 73

Submittebat iste Timarchidem, qui moneret eos, si saperet, ut transigerent. 5. Verr. 57. a

Appellauit populum, tribus submissi me, & supplicauit. pro Plancio, 19

Huic vos non submittetis? huic vos diutius manere patientini? de Prouinc. Conf. 7

Quum enim in maximis causis versatus esses, & quum tibi ætas nostra iam cederet, facereque submitteret: &c. de Claris Orat. 11

Omniaque ut integra seruem, dabo operam, quoad exercitus huc summittatis, parique felicitate Remp. hinc vindicetis. Plancus ad Cic. lib. 3. 44

Submittere animum nostrum periculo vlli. 11. Famil. 6. in epist. M. Bruti & Cassii.

Aliquantum remittere ex eo quod facere possis, & multum summittere. in Verr. 62. b. de Orat. 152. b

Ut in actoribus Græcis fieri videmus, &c. quum possit aliquanto clarius dicere, quàm ipse primarum, multum submittere, ut ille princeps quàm maximè excellat. 1. Verr. 26. a

Quamobrem ut ii qui superiores sunt, submittere se debent in amicitia, sic quodam modo inferiores extollere. de Amicitia, 63. a

Neque id actores prius viderunt, quàm, &c. à quibus vtrisque submittitur aliquid, &c. 3. de Orat. 57. a

Submitto, vel Summissus.

Oratio placida, summissa, lenis. de Orat. 128. b

Nihil non submissum atque populare. ad Att. lib. 1. 15. 5. a

BBB. iii.

Priuatim oportet æquo & pari cum ciuibus iure uiuere, neque submissum & abiectum, neque se efferentem, &c. 1. Offic. 174. a

Videndum est in utrisque nequid humile, submissum, molle, effeminatum, fractum, abiectumque faciamus. 4. Tusc. quæst. 104. a

Submissio.

Submissio orationis alienæ. in Orat. 46. a

Contentio & submissio vocis. 1. Offic. 103

Parium autem comparatione nec elationem habet, nec submissionem: est enim æqualis. in Top. 37. a

Submisit, vel Summisit.

Quare qui aut breuiter, aut submisit dicitur, docere iudicem possunt: &c. 2. de Orat. 118. a

Meum beneficium potius ad eum detuli, qui à me contenderat, quam ad eum qui mihi non nimis submisit supplicat. pro Plancio, 9

Summisit à primo dicere. Orat. 199. b

Aliàs contentius, aliàs summisit dicere. de Orat. 182. b

Vt quanto superiores simus, tanto nos geramus submissius. 1. Offic. 128. a

Submolestus.

Illud est mihi submolestum, quod parum Brutus properare videtur. ad Att. lib. 16. 333. 11. a

Submolestus.

Te in Epærum saluum venisse, &c. non esse Romæ meo tempore pernecessario, submolestus fero. ad Atticum, lib. 5. 109. 1. a

Submorosus.

Me quidem hercule valde illa mouent stomachosa, & quasi submorosa ridicula: &c. 2. de Orat. 154. a

Submoueo, vel Summoueo.

Vt quos natura ipsa retinere in officio non potuisset, ii magnitudine pœnæ maleficio submouerentur: pro Roscio Amer. 42. a

Et interea nostros aduocatos iubet acerrimè summoueri. pro Quint. 5. b

Academiam placere cupio, summoueri non audeo. de Legibus, 163. b

Magnitudine pœnæ maleficio improbos summoueri. pro Sestio, 30. b

Submotus.

Quæ scisceret plebs, aut quæ populus iuberet submota cōcione, distributis partibus, &c. pro Flacco, 12. a

Subnego.

Veruntamen quod præsentis tibi propè subnegarem, &c. Trebatio, lib. 7. 20. 1. a

Subnixus.

Hæc quam sit facilis, illi viderint qui eius artis arrogantia, quasi difficilissima sit, ita subnixi ambulant. 1. de Ora. 134. a

E quibus duos maxime inter se diuersos, & cæli verticibus ipsi ex utraque parte subnixos, obriguisse pruina vides. in Som. Scip. 21. a

Subobscœnus.

Illud admonemus tamen, ridiculo sic vsurum oratorem, vt nec nimis frequenti, ne scurrile sit: nec subobscœno, ne mimicum. in Orat. 48. a

Subobscurus.

Grandes erant verbis, crebri sententiis, compressione rerum breues, & ob eam ipsam causam interdum subobscuri, de Clar. Orat. 14. a

Subodiosus.

Non mihi graue duxi scribere ad te de illius querimoniis, quum eas audire (quod erat subodiosum) leue putassem. ad Att. lib. 1. 3. 4. a

Suboffendo.

Nam apud perditissimam illam infimam fæcem populi, propter Milonem suboffendit: &c. ad Q. Frat. lib. 2. 10. 6. a

Subornatio.

Atque etiam, vt nobis renuntietur, hominem multorum hospitem, &c. subornatis, qui, &c. pro Cluent. 131. a

Falsum subornauit testem Roscius Cluuium, cur tam sero? pro Rosc. Comœ. 29. a

Apuleiana pecunia Brutum subornastis. 13. Philip. 370. a

Hac suspitione sum percussus: medicum iudicem subornabit, finget videlicet aliquod crimen veneni. pro Deio. 11. a

Tu Cicero, quod adhuc fecisti, idem præsta, vt vigilanter, neruoseque nos, qui stamus in acie, subornes. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 23. 13. a

Cimbrum subornare oportet. ad Heren. 22. b

Fictus testis subornari solet, & imponi falsæ tabulæ. pro Cecinna, 52. a

Subornatus.

Confessus es à te accusatores esse instructos & subornatos. in Vatinius, 2. a

Et cum se ipse perspexerit, totumque tentarit, intelliget quemadmodum à natura subornatus in vitam venerit. 1. de Legibus, 89. a

Subpudet, vide Suppudet.

Subrancidus.

Extracta mensa non conchylis aut piscibus, sed multa carne subrancida. in Pis. 53. a

Subraucus.

Omnisque motus cum verbis sententiisque consentiens, vox permanens, verum subrauca natura. de Clar. Orat. 73. a

Subrepro.

Quum veniret, immergebat subitò, quum sub tabulas subreperat. pro Sestio, 109. a

Subrideo.

Qua de causa? subridet Satorius veterator, vt sibi videtur. pro Rosc. Comœdo, 13. a

Subridicule.

Quid hoc Næuio ignauius? seuerè Scipio. At in malè olentem, Video me à te circunueniri. Subridiculè Philippus. 1. de Orat. 138. a

Subringor.

Subringentur ii qui villam me molestè ferunt habere. 4. ad Atticum, 20

Subripio, Subreptus, vide Surripio.

Subrogo.

Subrogare collegam Consul dicebatur, qui alterum in demortui Consulis locum sufficiebat. ad Brut. 14

Subrostrarius.

Te ad 1. x. Calend. Iunii, subrostrarii (quod illorum capiti sit) dissipant perisse. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 3. Quiddam codices habent Subrostrani.

Subrusticus.

Subaggreffe quiddam, planèque subrusticum. de Clar. 140. a

Quod iam subrusticum videtur, olim autem politius. in Oratore, 91. a

Tum etiam ipso sono quasi subrustico prosequatur atque imitabatur antiquitatem. de Clar. Orat. 70. a

Subscribo.

Cæsar mihi literas misit, quarum exemplum subscripsi. Attic. lib. 9. 186. 1. a

Subscripsi tibi infra. 12. Fam. 40. in epist. Trebonii.

Gellius in P. Popilium subscripsit, quod, &c. pro Cluent. 45. b

Statuæ, quibus subscripsit, &c. pro Cluent. 38. b

Literas tibi à L. Domitio ad x. 111. Caléd. Martii allatas esse, earumque exemplum subscripseras. ad Att. lib. 8. 159. 3. a

Lucullum, à quo solitum esse ad se mitti C. Fannium illum qui in P. Clodium subscripserat, &c. Att. lib. 2. 39. 6. a

Video igitur Iudices, animaduertisse Censores in iudices quosdam illius consilii Iuniani, quum ista ipsam causam subscriberent. pro Cluent. 94. a

Nam hæc quidem, quæ de iudicio corrupto subscripserint, quis est, qui, &c. pro Cluent. 100. a

Numerus aratorum quotannis apud magistratus subscribitur. 5. Verr. 100. a

Quia parricidii causa subscripta esset. de Inuent. lib. 2. 163. a

Ei qui istius Quæstor fuisse, &c. non modò deferendi nominis, sed ne subscribendi quidem, cum id postulare, facerent potestatem. 3. Verr. 10. a

Subscribente priuigno Memmio. Q. Frat. 32. b

Subscriptio.

In Serapionis subscriptione Africani imago. 6. ad Att. 15

Ne subscriptio censoria non minus calamitatis ciuibus, quam proscriptio acerbissima possit afferre. pro Clu. 97. a

Iugurum subscriptio ac proscriptio non est plus x x x. 5. Verrinar. 93. a

Quantum, quem sit habiturus, non video: nisi quem forte ex illo grege oratorum qui subscriptionem sibi postularunt, cuiunque vos delationem dedissetis. 1. Verr. 17. a

Subscriptiones Censorum. pro Cluent. 41. b

Quare quicquid de subscriptionibus eorum mihi dicendum erit, eo dicam animo, vt, &c. pro Cluent. 93. a

Subscriptor.

Vænalis ascriptor & subscriptor alicuius. pro Domo, 39. a

Respondebo non esse hos tales viros commissuros, vt ad causam tantam à me susceptam, mihi creditam, quisquam subscriptor me inuito aspirare possit. 1. Verr. 28. a

Subscriptorem addere. 1. Verr. 27

Verutamen L. Apuleium esse video proximum subscriptorem, hominem non atate, sed, &c. 1. Verr. 26. a

M. Fabium subscriptorem eius rogabimus, vt Allobrogum animos mitiget. pro Fonteio, 22. a

Itaque sine vlllo subscriptore descendit. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 8. 3. a

T. Nero cum bonis subscriptoribus. ad Q. fra. lib. 3. 17. 20. a

At venit paratus cum subscriptoribus exercitatis & paratis. 1. Verr. 25. a

Omnino nihil accusatore Lentulo subscriptoribusque eius infantius. ad Q. frat. lib. 3. 20. 1. a

Subsellium, vide Subsideo.

Subsequor.

Ipse cum legionibus subsequor. Plancus Cic. lib. 10. 15. 8. a

Hanc sententiam subsequitur modus & forma verborum. de Orat. 159. b

Minorem Septentrionem Cepheus subsequitur. de Natura deor. 48. b

Talibus nuntiis patebat ab Oriente via, nec vlli veri subsequerentur. pro Deiot. 145. b

Mirificè ipse suo sermone subsequutus est humanitatè tuarum literarum. ad Appium, lib. 3. 1. 6. a

Aliud ilico subsequatur, aut atomos vllas, è quibus quicquid efficiatur, illarum sit dissimillimum. 4. Acad. 224. a

Subsequatur vitium arrogantia. 6. famil. 17. in epist. A. Cecinna.

Vt Senatum funditus deleas, reliqui boni & locupletes omnes suum ordinem subsequantur. in Ant. 251. b

Omnes hos motus subsequi debet gestus. 3. de Orat. 122. a

Totidem subsequuti libri Tusculanarum quæstionum. de Diuinat. 108. b

Subsequens.

Speusippus Platonem auunculum subsequens. de Nat. d. 8. b

Stella tu anteuertens Solem, tum subsequens. de Nat. d. 36. b

Manus minus arguta digitis, subsequens verba, non exprimens. de Orat. 163. b

Subsideo.

Itaque subsedi in ipsa via, dum, &c. ad Att. lib. 5. 104. 1. a

Cur neque antè occurrit, ne in villa resideret: nec eo in loco subsedit, quo noctu venturus esset: pro Milo. 38. a

Quicquid impudicorum Cilonum, &c. fuit in vrbe, sicut in fretis subsederant. in Sall. 11. a

Subsellium.

Longi subselli iudicatio & mora. ep. lib. 3. 32

Grandiorem & plentorem vocem desiderant subsellia. de claris Orat. 160. a

Quid, quod aduentu tuo ista subsellia vacua facta sunt. in Catil. 12. a

Accusabat Trib. pleb. idem in concionibus, idem ad subsellia. pro Cluent. 74. a

Sallustius bis ad iudicis subsellia attractus, extrema fortuna stetit. in Sallust. 274. b

Ad subsellia rei inuocatus accorro. 8. fam. 18. in epist. Cælii.

Dicere ad subsellia. pro Rab. Post. 128. b

Quum inter subsellia nostra versarentur armati. in Antonium, 164. b

Subsellia dissipare. in Vatinius, 26. a

Alienus à subsellis. in Verr. 62. b

Nam hercule, inquit Q. Minutius, me quoque Petilius, vt sibi in consilio adesset, rogauit, & simul à subsellis abire coepit. 4. Verr. 51. a

Quum se à subsellis in otium contulerit. de Orat. 121. b

A subsellis Sestii surrexit. 2. ad Q. frat. 13

Is, &c. rem ab subsellis in Rostra detulit. pro Clu. 89. a

Testes ex accusatorum subsellis surgunt. pro Flacco, 150. b

Is qui habitaret in subsellis. de Orat. lib. 1. 138

Occupare locum in subsellis. de Clar. 160. a

Sedere in accusatorum subsellis. pro Rosc. Amer. 10. a

Verfatus in utrisque subsellis optima & fide & fama. epist. lib. 13. 11. 6. a

Subsidium.

Miserum & innocens subsidium. pro Font. 29. a

Subsidium salutis. ad Brut. 13

Subsidium senectutis nostræ. ad Att. lib. 15. 327. 4. a

Nam quo minus ingenio possum, subsidio mihi diligentiam comparavi. pro Quintio, 2

Hoc mihi subsidium iam inde ab adolescentia comparavi. de Orat. 101. b

Ego omnes meas vindemiolas eò referuo, vt illud subsidium senectuti parem. Ad Att. lib. 1. 6. 5. a

Subsidium bellissimum esse existimo senectuti otium. de Orat. lib. 1. 134

Subsidio bestia seruatus est. Q. fra. lib. 2. 7. 10. a

Domitium liberare cupio, neque subsidio ire possum. ad Attic. lib. 8. 43

Cæsar Gallia prouincia cum exercitu subsidio profectus est. in Ant. 203. b

Venit huic subsidio misero atque innocenti Massiliensium cuncta ciuitas. pro Fonteio, 29. a. & 8. ad Att. 19

Bibulus ad me scripsit vt subsidio venire. Att. 95. b. & 254. b

Fruentaria subsidia Reip. pro Pomp. 10. b

Industria, subsidia, atque instrumenta virtutis in libidine, audaciaque consumerentur. 2. in Cat. 31. a

Subsidia valetudinum. Tusc. q. lib. 5. 81

Magna subsidia Respub. habet expedita. 10. fam. 52. in epist. Planci.

Agitur certissima populi Rom. vestigalia & maxima, quibus amissis, & pacis ornamenta & subsidia belli requirentis. pro lege Manil. 3. a

His ego subsidiis ea sum consecutus, quæ nullis legionibus consequi potuissem. ad Catonem, lib. 15. 4. 44. a

Subsidiis temporum victus. 2. de Leg. 44

Subsido.

Quid sim tibi author, in Siciliæ subsidias, an vt ad reliquias Asiaticæ negotiationis proficiscere? ad Cecinam, lib. 6. 8. 4. a

Subsigno.

Illud quæro, suntne ista prædia censui cêsendo: habeant ius ciuile: sint necne: sint mancipi: subsignari apud ærarium, apud Censorem possint: pro Flacco, 62. a

Subsisto.

Sic Miloni quum insidiator esset, &c. subsistendum atque expectandum fuit. pro Milone, 37. a

Subfortior.

Cur ea quandiu alium Prætorem, cum iis iudicibus, quos in horum locum subiortitus es, de te in consilium iturum putasti, tandiu domi fuerunt? 3. Verr. 34. a

Si ex lege subfortitus non erat Iunius, &c. pro Clu. 73. a

Subfortiemur in M. Metelli locum. in Verr. 71. b

Ab illo enim siue quod in legem non iurasset, siue quod ex lege subfortitus iudicem non esset, multa petita esse dicitur. pro Cluent. 78. a

Subfortitio.

Et quod C. Verres Prætor vrbano, homo sanctus & diligens subfortitionem eius in eo codice nō haberet, qui tum interitus proferebatur. pro Clu. 73. a

Nam de subfortitione illa Iuniana iudicium nihil dico. 3. Verrin. 111. a

Substerno.

Iam gallia, &c. cubilia sibi nidōsque construnt, eosque BBB. iiii.

quàm possunt, mollissimè subternunt, vt quàm facillimè oua feruntur. 2. de Nat. d. 194. a

Animum igitur quum ille procreator mundi deus ex sua mente & voluntate genuisset, tum denique omne quod erat cōcretum atque corporeum, subternebat animo, interiusque faciebat. de Vniu. 34. a

Substituto.

Nunc pro te Verrem substituiti alterum ciuitati. 5. Verr. 137

Necessarios suos in hoc munere substituant. de Petit. 210. b

Tum iste homo nefarius in eorum locum, quos domum suam de piratis abduxerat, substituere & supponere cœpit ciues Romanos, quos in carcerem antea coniecerat. 7. Verr. 57. a

Itaque nunc Siculorum Marcelli non sunt patroni: Verres in eorum locum substitutus est. 6. Verr. 80. a

In libris enim sententiam dicebamus, concionabamur, philosophiam nobis pro Reip. procuracione substitutam putabamus. 2. de Diuin. 10. a

Subtrahere, vide Subtraho.

Substructio.

Ante fundū Clodii, quo in fundo propter insanas illas substructiones facilè hominum mille versabatur valentium aduersari. pro Milo. 39. a

Substructionum insanis molibus oppresserat. pro Mil. 65. a

Subsum.

Sed non possum non exhorrescere, siquid intra cutem subest vulneris. Plancus ad Cic. lib. 10. 18. 8. a

Etiam si nihil subest. 12. ad Attic. 2. pro, etiamsi est de rebus nihili.

Nec firmamentum exquiritur, quoniam non subest ratio. ad Heren. 6. b

Oratio, quæ nisi subest res ab oratore percepta & cognita, inanis est. de Orat. 86. b

Nulla spes salutis nostræ subest. Att. 52. b

In qua re nulla subest suspicio. Pro Cluent. 26. b

Sin autem, iam suberit simulas, &c. Pro Cælio, 48. a

Non temerè fama nasci solet, quin aliquid subest. ad Her. 8. b

Præsertim cum dies comitorum subesset. Pro Mil. 109. b

Si his vitis non ratio subesset. de Nat. 74. b

Neque enim, &c. si vlla spes salutis nostræ subesset, tu pro tuo amore in me, hoc tempore discessisses. ad Attic. lib. 3. 67. 1. a

At ea fuit legatio Octauii, in qua periculi suspicio non subesset. 9. Philip. 259. a

Quoniam subesse aliquid putas, quod cauendum sit. Pro Marc. 136. b

Intelligatur aliquam subesse eiusmodi causam. 5. de Finib. 51. a

Nullam video grauem subesse causam. de Finib. 13. b

Quum verò de imperio decertatur, belloque gloria quaeritur, causas omnino subesse tamen oportet easdem, quas dixi paulò antè, &c. 1. Offic. 58. a

Subesse nescio quid opinionis incommodæ. 1. ad Att. 47

Nequa subesse possit aliena aut ipsius officio, aut huius existimatione suspicio. pro Quintio, 45. a

Subesse propinquis locis. 10. famil. 42. in epist. Planci.

Subter.

Qui omnis hæc quæ supra & subter, vni esse, & vna vi atque vna consensione naturæ constricta esse dixerunt. 3. de Orat. 12. a

Torvus Draco serpit subter supraque reuoluens sese. de Nat. 47. b

Spintiferam subter caudam pistricis adhaesit. In Arat. b

Plato iram in pectore, cupiditatem subter præcordia locauit. Tusc. 151. b

Deinde subter mediam ferè regionè sol obtinet dux & princeps & moderator luminū reliquorum, &c. in Somn. Sci. 15. a

Virtus omnia quæ cadere in hominem possunt, subter se habet. Tusc. 118. b

Subterfugio.

Syllani temporis acerbitatem deorum immortalium beneficio subterfugi. epist. 203. b

Tantum quisque habet in Sicilia, quantum hominis avarissimi & libidinosisissimi aut imprudentiam subterfugit, aut satietati superfuit. 2. Verr. 8. a

Extraordinaria pecunia crimen subterfugere. 3. Verr. 71. a

Nam si viuus ista subterfugere non potero, vnà cum istis vitam simul fugere decreui. ad Octau. 48

Vlysses simulatione infantiæ militiam subterfugere voluit. Offic. lib. 3. 131. a

Hæc ita multa quasi fato impedere amicitias: vt omnia subterfugere, non modò sapietiæ, sed etiam sollicitatis diceret sibi videri. de Amicit. 34. a

Subterfugere periculum. ad Senat. lib. 15. 12. a

Subterfugere pœnam & calamitatem. Pro Cecin. 72. a

Vt quoniam criminum vim subterfugere nullo modo poterat, procellam temporis deuitaret. 2. Verr. 5. a

Subterraneus.

Subterranei specus. 15. ad Att. 44

Subterfeco. in Arato, b

Subtilis.

Lysias subtilis scriptor. de Cla. 176. b

In docendo, edifferendoque subtilis. de Cla. 170. b

Vir oratione maximè limatus & subtilis. de Orat. 9. b

Definitio subtilis. 1. de Orat. 54. a

Solers, subtilisque descriptio partium. de Nat. 50. b

Subtilis oratio. de Cla. 204. b

Subtile dicendi genus quo modo tractandū. Orat. 42, & 43

Subtile genus dicendi numeris solutum est. Orat. 42

Stoicorum autem non ignoras quàm sit subtile, vel spinosum potius differendi genus. 3. de Finib. 4. a

Syncerum ac subtile iudicium. ad Catonem, lib. 15. 6. 4. a

Si minus illa subtili definitione, at hac vulgari opinione ars videtur. de Orat. 94. b

Subtilius explicare. de Nat. deo. 2. 18

C. Serenus subtilissimus homo: fuit enim & animi satis magni & consilii. pro Plancio, 10. a

Acutissimum & subtilissimum dicendi genus. de Or. 117. b

Subtilitas.

Apud nostros enim non ignoras quæ sit & quanta subtilitas. 1. Acad. 10. a

Subtilitas disputandi. Tusc. quæst. lib. 3. 48

Subtilitas differendi. Tusc. q. lib. 5. 50

Subtilitas Lysia. 3. de Orat. 16

Scriptorum tuorum subtilitas. epist. 48. b

Orationis subtilitas. Orat. 204. b

Ea subtilitas quam Atticam appellant. de Cla. 170. b

Alia est illa, quum veritas ipsa limatur in disputatione, subtilitas. 2. Offic. 49. a

Facilè cedo tuorum scriptorum subtilitati & elegantia. ad Sulpitium, lib. 4. 4. 3. a

Est etiam in tanta arte huic minutæ subtilitati locus. de Cla. 192. b

Hanc ego subtilitatem philosophia quidem dignissimam iudico. 4. Acad. 41

Subtilitate orationis nihil, experienti, minus imitabile. Orat. 42

Subtilitate sententiarum non conturbor, si orationis est sinceritas. de Nat. deo. 2. 1

Subtiliter.

Sed poterat subtiliter concludere. Tusc. quæst. lib. 1. 45

Versute & subtiliter dicere. in Orat. 12. a

Subtiliter contra aliquem dicere. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 58

Si verò aut numerus quidam sit animus, quod subtiliter magis, quàm dilucide dicitur, &c. 1. Tusc. 64. a

Sed id poterat subtiliter disputari. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 30

Sed Zeno quum Archesilam anteiret ætate, valdeque subtiliter differeret, & peracutè moueretur, corrigere conatus est disciplinam. 1. Acad. 50. a

Differere de aliqua re subtiliter & copiose. pro Flacco, 33. a

Quod iste eruditus homo & Græculus, qui hæc subtiliter iudicat, qui solus intelligit, si vnâ literam Græcam scisset, certè non sustulisset. 6. Verr. 113. a

Subtiliter prosequi. 1. de Orat. 49

Subtiliter scribere. 2. ad Att. 52, hoc est, singula enumerare.

A quo hæc quæ ego nunc percurro, subtilissimè sunt omnia perpolita. pro Corn. Balbo, 40. a

Subtimeo.

Nunquid subtimes, ne ad te hoc crimè pertinere videatur? 2. Philip. 55. 2

Subtraho.

Quo ego me libentius à curia & ab omni parte Reip. subtraho. ad Quint. fr. lib. 2. 10. 7. a

Nonne id agendum nobis fuit, vt materiem subtraheremus furori tuo? pro Dom. 9. a

Neque herba sedem habere possunt, si rem subtraxeris. 3. de Orat. 12. a

Subtrahere de commodis alterius. Off. 58. b

Nolite mihi subtrahere vicarium meæ diligentiæ &c. pro Muræna, 73. a

Cum autem hæc subtrahita sunt, tum, &c. de Diuin. 137. b

Subturpis.

Exprimenda enim sunt, &c. & quæ sint, quod ridiculi proprium est, subturpia. 2. de Orat. 147. a

Subturpicula.

Quid etiam, &c. subturpicula mihi videbatur esse. pro Dom. ad Att. lib. 4. 74. 1. a

Subuenio.

Circunuenior inquit, iudices, nisi subuenitis. de Cla. 188. b

Subueni igitur per deos. Att. 281. b

Grauedini quæso omni ratione subueni. ad Atticum, lib. 16. 334. 4. a

A te peto vt subuenias huic meæ sollicitudini. epistol. lib. 2. 5. 12. a

Vt Domitio non subueniat. Att. 122. b

Cumque eo animo venissem, vt vtrique provinciæ, si ita tempus ferret, subuenirem. ad Catonem, lib. 15. 4. 22. a

Alter visus est illum alterum orare vt subueniret. de Diuinatione, 92. b

His temporibus difficillimis Reipub. quicquid subueneris, id erit totum & proprium tuum. ad Planc. lib. 10. 5. 7. a

Te cta verò vnde aut initia generi humano dari potuissent, aut postea subuenire, si cecidissent? Offic. 35. b

Subuenire alicui in aliqua re. pro Cluent. 18. b

Nam qui voluit subuenire erroribus Epicurus, is, &c. 4. Acad. 84. a

Homini iam perditò, & collum in laqueum inferenti subuenire. 6. Verr. 32. a

Subuenire & opitulari patriæ. Off. 31. b. & epist. 149. b

Subuenire tempestati. Off. 1. 117

Idemque earum templum inflammavit dearum, quarum ope etiam aliis incendiis subuenitur. de Arusp. resp. 54. a

Huic quoque rei subuentum est maximè à nobis. ad Attic. lib. 1. 12. 13. a

D. Bruti opera, reip. difficillimo tempore subuentum est. In Ant. 201. b

Non dubitavi quin Pompeius Domitio subuenturus esset. Attic. 128. b

Acrioribus salutis suæ remediis subueniendum putauit. pro Cluent. 52. a

Subuereri.

Venit enim mihi in mentem subuereri interdum, ne te delectet tarda decessio. ad Marcellum, lib. 4. 10. 2. a

Subuolo.

Hæ partes sursum rectis lineis in caelestem locum subuolent. 1. Tusc. 63. a

Suburbia.

Hiscè ego me viis committam, qui Terminalibus nuper in suburbium, vt eodem die reuerterer, ire nõ ausus sum. 12. Philip. 335. a

Suburbanum.

Suburbanum si quod inuenisset, nõ dubitaturum esse emere. Quint. fr. 321. b

De suburbano cura vt sciam. Quint. fr. 322. b

Malò enim esse in Tusculano, aut vsipiam in suburbano. Attic. 160. b

Cras igitur in Sicilia suburbano. Att. 197, & 198. b

In suburbana amicorum deportasses. in Verr. lib. 3. 37. a

Suburbanus.

Suburbana præfectura. pro Plan. 15. id est, vrbi propinqua.

Suburbanum artificium simulationis. pro Plan. 17

Gymnasium suburbanum. 1. de Orat. 49. a

Suburbani fundi instar munus expectare. 3. ad Q. fra. 7

Ita aqua Albana deducta ad vtilitatem agri suburbani, non ad arcem vrbemque retinendam. 2. de Diuin. 105. a

Habet animi causa rus amœnum & suburbanum. pro Sext. Rosc. 79. a

Deliciarum causa & voluptatis quosdam in hortis aut suburbanis suis cum mitrella videmus. pro Rab. Posth. 16. a

Suburbanitas.

Pop. Romano iucunda suburbanitas est huiusce provinciæ. 4. Verr. 5. a

Succedo.

Etenim ei succedo orationi, quæ, &c. pro Cor. 55. b

Nihil semper floret, ætas succedit ætati. 11. Philip. 318. a

Omnia ex sententia succedunt. Att. 278. b

Horum ætati successit Isocrates. Orat. 200. b

Frater meus qui Lucio Flacco successit. pro Flac. 153. b

Antonius in Cn. Pōpeii locum hæres successit. in Ant. 172. b

Succedam ego vicarius tuo muneri, suscipiam partes, quas alienas esse arbitrabar. 6. Verr. 73. a

Si quado minus succedet, magnum tamen periculum non adibit. in Orat. 53. a

Quid ergo hic non noceat, qui quodam quasi veneno perficiat, vt veros hæres moueat, in eorum locum ipse succedat? 3. Offic. 100. a

Omnia sub acumen styli subeant & succedant necesse est. 1. de Orat. 73. a

Nos te, tuumque exercitum expectamus, sine quo, vt reliqua ex sententia succedant, vix satis liberi videmur fore. ad Brutum, 9. 4. a

Dolabella valde vituperabatur ab hominibus non insulsis, quod tibi tam citò succederet. ad Cassium, lib. 12. 4. 5. a

Posuit scilicet Statonem illum hominem sua virtute egentem: vt is, qui in Marfis vbi natus est, te ctm, quod imbris vitandi causa succederet, nullum haberet, &c. pro Domo sua, 89. a

Si proinde, vt ipse mereor, mihi successerit. Plancus Cicero- ni, lib. 10. 4. 9. a. Alias, perinde.

Nisi in voluptatis locum dolor fortè successerit. de Finibus, 1. 44

Si ex sententia successerit, bene erit opera posita. Quint. fra. lib. 2. 15. 6. a

Quinquaginta aratores ita video deiectos, vt his ne vicarii quidem successerint. in Verr. 174. b

Alicui succedere. de Cl. Orat. 43. a

Succedere alicui in patris locum. Att. 280. b

Magnis succedere, & æquales habere. in Orat. 56. a

Orationi succedere. pro Corn. Balbo, 2. a

Sororis meæ liberos obliuiscaris esse Lepidi filios, meq; his in patris locum succedisse existimes. ad Brutum, 13. 1. a

Quum tu non solùm, quod tibi succederetur, sed quod Sabini non succederetur, exanguis & mortuus concidisti. in Pis. 70. a

Qui quum fortè Quæstor Macedoniam obtineret, neque ei successum esset, &c. ad Plancum, lib. 13. 30. 6. a

Antea quàm tibi successum esset, te decessurum fuisse. 3. fam. 13

Successus, a, um.

Nam quum omnia mea causa velles mihi successa, tum etiã tua, &c. ad Tironem, lib. 16. 21. 6. a

Successor.

Quum successor aliquid immutat de institutis priorum. pro Flacco, 26. a

Nisi ego successor essem, &c. epist. 34. b

Et Sulpitii successor nos de meliore nota cōmenda. 7. Fam. 51. in epist. Curii.

Præfinit enim successor diem. de Prouinc. Consul. 30. a

Successorem habes perblandum. ad Quint. fr. lib. 1. 2. 13. a

Marium quidem successorem tardè video esse veturum. ad Caninium, lib. 2. 16. 9. a

Successio.

Successio prouinciarum. Cælius ad Cic. lib. 8. 1. 7. a
 Quid hoc mihi prodest, si merces Antonii oppressi poscitur, in Antonii locum successio? ad Brutum, 17. 3. a
 In omni re doloris amotio successione efficit voluptatis. 1. de Finib. 58. a
 Placitum est, ut quum primum ad urbem reuerteretur Cn. Pompeius, ut coram eo de successione prouinciarum ageretur. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 4. 12. a

Succensus.

Sapientem in Phalaridis tauro succensus ignibus torreret. in Pis. 33. a

Succenseo.

Cur mihi magis succenseas, qui ista non aspernor, quam eis qui quum audiunt, desipere nos arbitramur? 4. Academic. 221. a
 Marcellum, cui maximè succensebat, restituit. epist. 84. b
 Cui (quid enim negem) succensui. pro Arch. 139. b
 Mihi quod defendissem, leuiter succensui. ad Atticum, lib. 2. 16. 16. a
 Vbi ego diutius essem moratus, nisi Atheniensibus succensuissem. de Orat. 149. b
 Nec verò iis, à quibus accusatus sum, habeo quod succenseam. Tuscul. 170. b
 Non enim iam metuo, ne tu illi succenseas. pro Deiot. 150. b
 Quis mihi iure succenseat? pro Arch. 188. b
 Dii hominibus irasci & succensere solent. pro Q. Rosc. 252. b
 Ei te vehementer succensuisse audiui. epist. 230. b

Succidia.

Iam ortum ipsi agricolæ succidiam alteram appellant. de Senect. 51. a

Succisuius, vel Subcisuius.

Subcisuiua quædam tempora incurrunt, quæ ego perire non patior. 1. de Legib. 7
 An se nescire, quæ ego serò, quæ cursim arripui, quæ succisuius operis, ut aiunt: & c. 2. de Orat. 198
 Omni genere monumentorum meorum perfecisse operis succisuius, ut meæ vigilia, meæque literæ & iuuentuti utilitatis, & nomini Romano laudis aliquid afferrent. 2. Philipp. 44. a

Succingo.

Hoc etiam iste infestior, quod multo se pluribus & maioribus canibus succinxerat. 7. Verr. 114. a

Succinctus.

Gladio succinctus. ad Her. 40. b
 Delata Carthago est, quod cum hominum copiis, tum ipsa natura ac loco succincta portibus, armata muris, & c. de Leg. Agr. 85. a
 Ser. Galbam eodem pugione succinctum in castris videtis. 13. Philip. 371. a

Succlamor.

Succlamatum est & frequenter à militibus. Brutus Ciceroni, 11. 22

Succresco.

Non enim ille mediocris orator vestra quasi succrescit ætati, sed & ingenio peracri & studio flagranti. 3. de Oratore, 127

Succumbo.

Cur succumbis, ceditque fortunæ? 3. Tuscul. 63. a. epist. 131. b
 Intentum enim animum tanquam arcum habebat, nec languescens succumbebat senectuti. de Senect. 33
 Gorgia patrono philosopho succubuit orator. de Ora. 154. b
 Succubuissem enim potius ipse. pro Domo sua, 13. a
 Ita succumbam Laterensis orationi tuæ in eo ipso, & c. pro Planc. 276. b
 Deiotarus nunquam succumbat inimicis, ne fortunæ quidem. pro Deiot. 150. b
 Pugiles verò etiam quum feriunt aduersarium, in iactandis cæstibus ingemiscunt, non quod doleant, animòve succumbant: sed, & c. 2. Tuscul. 96. a
 Potius ergo illa dicantur, turpe esse viro debilitari, dolere, frangi, succumbere. 2. de Finib. 153. a
 Succumbere animo. Tuscul. q. lib. 1. 49

Succumbere doloribus. de Finib. lib. 1. 38

Succumbere fortunæ. Tuscul. q. lib. 3. 32
 Nulli neque homini, neque perturbationi, neque fortunæ succumbere. Offic. 13. b

Succumbens.

Huic succumbenti & iam oppresso Syllanis oneribus subuenire vult. 2. de Leg. Ag. 7. a
 Succumbentibus non succumbam. ad Brutum, 50. in epistol. Bruti.

Succurro.

Vt quidque succurrat, libet scribere. ad Att. lib. 14. 1
 Cogitanti autem hæc ferè succurrebant. ad Att. lib. 2. 37
 Deinde illud etiam mihi succurrebat, graue esse, me de iudicio patris iudicare. Cic. filius ad Tironem, lib. 16. 21. 13. a
 Neque enim mihi succurrebant verba, quæ ante discessum à Dolabella audieramus. a
 Quoniam quidè semel suscepi, licet hercules vndique omnes terrores, minæ, periculæ impendeant omnia, succurram atque subibo. pro Rosc. Amer. 18
 Huic qui succurrat, non satis est paratus. pro Pomp. 4. b
 Hæc vbi filio nuntiata sunt, statim exanimatus ad ædes contendit, ut & vitæ patris, & pudicitia fororis succurreret. 3. Verr. 46. a
 Succurrere alicui. pro L. Manil. 2. id est succedere.
 Serui domino succurrere prohibebantur. pro Mil. 107. b
 Expectationi aliorum quàm celerrimè succurrere. 2. de Orat. 172. a
 Infamiam communi succurrere. 2. Verr. 2. a
 Succurrere laborantibus. 1. de Orat. 82. a
 Ferre opem patriæ, succurrere salutis, fortunisque communibus. pro Rab. perduel. reo, 2. a

Succus.

Succus ille & sanguis incorruptus. de Claris Orat. 18. a
 Amifimus mi Pomponi, non omnem modò succum ac sanguinem, sed etiam colorem & speciem pristinam ciuitatis. ad Att. lib. 4. 45
 Naribus humiferum duxere ex aëre succum. 1. de Diu. 26. a
 Et si enim non plurimi sanguinis est, habeat tamen succum aliquem oportet, ut, & c. in Orat. 42. a
 Omnes tum retinebant illum Periclis succum, sed, & c. de Orat. 117. b
 Principio eorum, quæ gignuntur è terra, stirpes & stabilitatem dant iis quæ sustinent, & ex terra succu trahunt, quo alantur ea quæ radicibus continentur, & c. 2. de Nat. d. 90
 Vna & succo terræ, & calore solis augetur. de Senect. 49. a
 Ornatur oratio genere primum, & quasi colore quodam & succo suo. 3. de Orat. 53. a

Succussus.

Pedetentim, inquit, ite, & sedato nisu, ne succussu arripiat maior dolor. 2. Tuscul. 85. a

Sucronensis.

Sucronense prælium in Hispania sub Pompeio. pro Cornel. Balbo, 3

Sucula.

Eius caput stellis conspersum est frequentibus, & c. *Uen* enim est pluere: nostri imperitè Suculas, quasi à suis essent, non ab imbribus nominatæ. 2. de Nat. d. 161. a

Sudo.

Quid cum Cumis Apollo sudauit? de Diuin. 100. b
 Cum ille diceret se sine causa sudare. 2. de Orat. 122
 Sanguinem pluisse senatui nuntiatum est, atratum fluuium fluxisse sanguine, deorum sudasse simul. *Chra*: num censes iis nuntiis Thalem, aut Anaxagoram, aut quenquam physicum crediturum fuisse? 2. de Diuin. 44
 Sudadum est his pro communibus comodis. pro Sest. 121. a

Sudor.

Nec enim sanguis, nec sudor nisi è corpore est. 2. de Diuinatione, 44
 Strylus ille tuus, multi sudoris est. 1. de Orat. 135. a
 Multum sudorem consequutum esse audiebam. 3. de Or. 4. a
 Qui cum ipso M. Fonteio ferru ac manus contulerunt: multoque eius sudore ac labore sub pop. Rom. imperium ditionemque ceciderunt. pro Fonteio, 2. de Gallis.

Herculis simulachrum multo sudore manauit. 1. de Diuinatione, 127. a

Sudum.

Horologium mittam & libros, si erit sudum. ad Tironem, lib. 16. 24

Sueo.

Has Græci stellas Hyadas vocitare sauerunt. 2. de Nat. 161. a. ex Lucretio.

Suesco.

A te id quod suesti, peto in maiorem modum, ut me absentem diligas atque defendas. Marcello, lib. 15. 9. 3. a
 Qui mihi, cum suesceret libenter polliceri, responderunt. epist. 86. b

Suetus.

Ciuitates suis legibus & iudiciis suetæ. ad Att. lib. 6. 113. 7. a
 Suesca, oppidum. in Ant. 185, & 192. b
 Suesitanus. ad Brut. 277. b

Suetius.

L. Suetius à C. Verre duci iussus. 4. in Verr. 21

Sueui.

Redeo ad te: Bassos, Sueuos, Frácones, hos tu existimas cõfidere se illa habituros stantibus nobis, in quibus plus virtutis putarunt, quàm experti sunt: pacis isti scilicet amatores, & non latrocinii authores. 14. ad Att. 13. Alii legunt Scæuas & Scænas, fortassis corruptè.

Suffero.

Plus oneris sustuli, quàm ferre possum. pro Rosc. Amer. 6. a
 Quod ego sic administrabo Quirites, ut si vilo modo fieri poterit, ne improbus quidem quisquam in hac vrbe poenam sui sceleris sufferat. 2. in Catil. 47. a
 Malui inimicorum cupiditati, quàm reipub. & legitimæ auctoritati poenas sufferre. Antequam. 197. b
 Nimia pietatis & summi amoris in patriam vicissim nos poenas, si ita diis placet, sufferamus. pro Flacco, 74
 Nisi hoc peius sit hæc sufferre & perpeti. epist. 50. b
 Quam multam si sufferre voluissent, tamen manere in ciuitate potuissent. pro Cecinna, 71

Sufficio.

Posteaquam immentæ gulæ impudicissimi corporis quæstus sufficere non potuit. in Salust. 8. a
 Paucorum cupiditati tum quum obfistere non poterant, tamen sufficere aliquo modo poterant. 7. Verr. 99. a
 Quâquam nec scribæ sufficere, nec tabulæ nomina illorum capere poterunt. 2. Philip. 41. a
 Vnus erit Consul, & is non in administrando bello, sed in sufficiendo collega occupatus. pro Mur. 77. a
 Nam ne sufficiatur Consul, non timent. pro Mur. 74. a
 Si Appii os haberè, in cuius locum suffectus sum. epi. 66. b

Suffigo.

An ego, si te & Gabianum cruci suffixos viderem, maiore afficerer lætitia ex corporis vestri laceratione, quàm afficior ex infamia? in Pis. 32. a

Suffimentum.

Nam & in iis sine illius suffimentis expiati sumus. 1. de Legibus, 57. a

Sufflatus.

Nam graui figuræ, quæ laudanda est, propinqua est ea, quæ fugienda est, quæ rectè videbitur appellari, si sufflata nominabitur. ad Herenniu, lib. 4. 156

Suffoco.

Qui gallum gallinaceum suffocauerit. pro Mur. 57. a
 Consilium primum est, suffocare urbem & Italiam fame: deinde agros vastare, vrere, pecuniis locupletum nõ abstinere. ad Att. lib. 9. 175. 5. a

Suffossus.

A Sex. Serrano sanctissima facella suffossa, incensa, inædicata, oppressa. de Arusp. resp. 29. a

Suffragor.

Cui legi quum vestra dignitas vehementer aduersaretur, istius spes falsa & insignis impudentia maximè suffragatur. 7. Verr. 140. a
 Hortensius tibi suffragatur. in Verr. 58. b
 Si nihil erit præter suffragium, tenue est: si ut suffragan-

tur, nihil valent gratia. pro Murena, 65. a
 Vide ne hæc ipsa quæ despicias, huic suffragata sint. pro Plancio, 14. a

Qui eius cupiditati suffragari videbantur. Att. 279. b
 Suffragari dignitati. pro Domo sua, 22
 Ei meorum temporum memoriam suffragari videbam. pro Planc. 259. b

Laudibus cuiuspiam suffragari. Lentulus Ciceroni, lib. 12. 14. 10. a

Mihi enim videris fratrem laudando suffragari tibi. 1. de Leg. 2. a

Suffragandi nimia libido in non bonis causis eripièda fuit potentibus, non latebra dàda populo, in qua bonis ignorantibus quid quisque sentiret, tabella vitiosum occultaret suffragium. 3. de Leg. 31

Suffragante fortuna videris res maximas consequutus. ad Plancum, lib. 10. 5. 6. a

Nemo ab ignotis hominibus, nullis suffragantibus meritis, honore afficitur. de Pet. Consul. 19. a

Quæ quum vulgò viferetur, suffragata domino nouo homini ad Consulatum putabatur. 1. Offic. 193. a

Suffragatio.

Suffragatio militaris. pro Mur. 36. a

Vrbana suffragatio. pro Mur. 37. a

Facilis suffragatio pro salute. pro Domo sua, 36. a

Nostram suffragationem si minus potentem, at probatam tamen, & iustam & debitam, & propterea fortasse etiam gratiosam. 2. Fam. 10

Perdere alicuius officii suffragationem. pro Milone, 26. a

Accedere ad dignitatem alterius suffragatione sua. Plancus Ciceroni, lib. 10. 9. 4. a

Suffragator.

Ex cõmunibus proprii, ex fucosis firmi suffragatores eua-

dunt. de Pet. Conf. 23
 Tua verò nobilitas Serui Sulpiti, tametsi summa est, tamen hominibus literatis & historicis est notior, populo verò & suffragatoribus obscurior. pro Mur. 13. a

Suffragatorius.

Modo intelligat te magni æstimare ex animo agere, bene se ponere, fore ex eo non breuem & suffragatoriam, sed firmam & perpetuam amicitiam. de Pet. Consul. 18. a

Suffragium.

Corruptum suffragium. 3. de Leg. 57. a

Vitiosum suffragium. 3. de Leg. 50. a

Suffragii tabellam seu quasi vindicem libertatis habeat populus, dummodo hæc optimo cuique & grauiissimo ciui ostendatur, vltroque offeratur, uti sit ipsa libertas, in qua populo potestas honestè bonis gratificandi datur. 3. de Leg. 34

Tu verò adhibes magistrum suffragio tuo, & compotorum tuorum Rhetorem. in Ant. 168. b

Vnusquisque studio & suffragio suo viâ sibi ad beneficium impetrandum munire possit. 2. de Leg. Agr. 31. a

Ferre suffragium de capite alicuius. pro Domo sua, 37. a

Iisdè operis suffragiū ferentibus. Postquã. 208. & 11. Fam. 44
 Quis est, qui, cum contra me ferebatur, iniisse se suffragium confiteatur. Offic. 37. b

Tegere suffragium. 3. de Leg. 55. a

Suffragia largitione corrupta. 3. de Leg. 35

Suffragia eblandita vel enucleata. pro Planc. 8

Occulta de honore suffragia. 2. Offic. 33. a

Suffragia per tabellam fieri solita. pro Planc. 262. b

Suffragia populi cum sciscitentur, optimatibus nota, plebi libera sunt. 3. de Leg. 10

Confusionem suffragiorum flagitasti. pro Mur. 45. a

Suffragiorum renuntiatio. pro Planc. 11

Sed tamen magnificentius atque ornatius esse illo nihil potest, quod meis comitiis non tabellam indicem tacitæ libertatis, sed vocem viuam præ vobis indicem vestrarum erga me volutatam ac studiorum tulistis. itaque me non extrema tribus suffragiorum, sed primi illi vestri concursus: neque singulæ voces præconū, sed vna voce vniuersus pop. Romanus Consulè declarauit. contra Rull. 20

Suffragia in magistratu mandado, aut de reo iudicando, lege aut rogatione, clam an palam ferre melius esset, multum & sepe quaesitum. 3. de Leg. 30
 Cum suffragiis tres ex tribus generibus creati sunt, res reuocatur ad sortem. In Verr. 134. b
 In suffragiis fecit lex Maria, ne essent ambitus. 3. de Leg. 34
 In suffragiis si quando ambitus fileat, quaeritur quid optimi viri sentiant. 3. de Leg. 35
 Nihil est in suffragiis voce melius. 3. de Leg. 49. a
 Videtur in suffragiis multum posse Galba. ad Attic. lib. 1. 3. Alias, Gallia.
 Quos cunctis suffragiis adepti sumus. Offic. 2. 87
 Fieri consulem cunctis suffragiis. Paulo, lib. 15. 12. 1. a
 Priuare populum suffragiis. 2. de Leg. Agr. 31. a
 Si haec suffragiis, aut scitis multitudinis probarentur. 1. de Leg. 64. a

Suffringo.

Quod si luce quoque canes latrent, quum deos salutatum aliqui uenerint, opinor iis crura suffringatur, quod acres sunt etiam, tum quum suspicio nulla sit. pro Rosc. Amer. 34. a

Suffultus.

Nam graui figuræ, quæ laudanda est, propinqua est ea, quæ fugienda est, quæ rectè videtur appellari, si suffulta nominabitur. 4. ad Heren. 156. Quidam codices legunt sufflata.

Suffusus.

Nā tenuis ac perlucens & æquali calore suffusus æther, non fatis aptus ad stellas cõtinentas videtur. 2. de Nat. d. 79. a
 Empedocles autem animum esse censet cordi suffusum sanguinem. 1. Tusc. 30. a
 Noui animum cum mihi amicissimum, tum nulla in cæteros maleuolentia suffusum. Lentulo, lib. 1. 9. 61. a

Suggesto.

Cur tu his rebus sumptus suggeris? de Inu. 48. b
 Atque huic incredibili sententiæ ratiunculas suggerit. 3. de Nat. deo. 102. a

Atque isti quidem qui docent, quum causas in plura genera secuerunt, singulis generibus argumentorum copiam suggerunt. 2. de Orat. 64. a

Vbi si memoria fortè defecerit, tuum est vt suggeras. 2. de Finib. 74. a

Suggerebatur etiam sepe damna aleatoria. 2. Philip. 77. a

Ambiguum explicatur, quum ea verba, quæ defunt, suggesta sunt. 2. de Orat. 61. a

Si nihil fiet, aut Druso ludus est suggerendus, aut vtendum Tusculano. ad Att. lib. 12. 257. 4. a

Suggestum.

Neque illud suggestum, in quo causam dixerat, ascendenti signum sibi vllum, quod cõsuesset, à deo quasi mali alicuius impendentis datum. 1. de Diuin. 105

Idemque quum in cõmunibus suggestis cõsistere non audeat, concionari ex turri alta solebat. 5. Tusc. q. 84. a

Sugo.

Animalia alia sugunt, alia vorant, alia mādunt. de Nat. 50. b

Nunc autē simul atque editi in lucē, & suscepti sumus, in omni cõtino prauitate, & in summa opinionum peruersitate versamur, vt penè cum lacte nutricis errorem fuxisse videamur. 3. Tuscul. 4. a

Sui.

Offensio aduersarii, commendatio sui. in Orat. 68. a

Hõsne viros tum cupidos sui perire voluit? pro Syl. 56. a

Vterque pro sui dignitate & pro rerum magnitudine, &c. in Catil. 119. b

Imitantes genitorem & effectorem sui. de Vni. 54. a

Natura quasi sui lena. de Nat. lib. 1. 104. a

Vt & sui & Metrodori memoria colatur. 2. de Fin. 161. a

Nicias te (vt debet) amat, vehementerque tua sui memoria delectatur. 13. ad Att. 2

Ita se ipse consumptione & senio alebat sui. de Vniu. 198. b

Nihil malo, quàm & me mei simile esse, & illos sui. ad Att. lib. 9. 189. 2. a

Quia viam demonstrauisset interimendi sui. Tusc. 240. b

Dionysius instituit, vt filix barbam sibi & capillum adurerent. Tusc. 239. b

Nō solum sibi ipsos, sed etiā reip. cõdonaueris. pro Lig. 22. a

Bellum nobis redintegrare possit Antonio sibi coniuncto. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 9. 3. a

Cum sibi negotium daret Antonius, vt eum dictatorē efficeret. 15. ad Att. 329. 15. a. id est se.

Ipse sibi displicet. de Nat. deo. 1. 59

Id monstrum sibi ipsum est. de Arusp. 246. b

Qui charissimam vestram procreationem sibi esse duxit. Anteq. 192. b

Sibi captum fuisse tabernaculum in hortos Scipionis. 2. de Nat. deo. 8

Meamque commendationem vsui magno sibi fuisse. 13. fa. 38

Præsertim cum ille Qu. Scauola sibi prætulisset. de Cl. 173. b

Suo sibi vicitant succo. a

Bonus pater intelligit omnes æquē filios se attingere. de Finibus, 130. b

Mors tum æquissimo animo oppetitur, quum suis se laudibus vita occidens consolari potest. 1. Tusc. 98

Sin erit ille gemitus flebilis ei qui se dedit, vix eum virum dixerint. Tusc. 187. b

Ne ipse quidē mihi persuasisset vt se dimitterē. Orat. 206. b

Tamen quotiescunque vellet quis hoc in genere se rem iudicatam referre, posse voluerunt. pro Mil. 115. b

L. Cæsar vt veniam ad se rogat in nemus. Att. 240. b

Quod inter se omnes partes quodam lepore consentiunt. 3. Offic. 139. a

Damonem & Pythiam Pythagoræos ferunt hoc animo inter se fuisse. 3. Offic. 58. a

Cum ad illū scribas nihil te recordari de se. Att. 321. b

Atque hæc propterea de me dixi, vt mihi Tubero, cum de se eadem dicerem, ignosceret. pro Lig. 138. b

Sulcus.

Tages quidam dicitur in agro Tarquinienfi, quum terra araretur, & sulcus altius esset impressus, extitisse repete, & cum affatus esse qui arabat. 2. de Diuin. 74. a

Sulla, Vide Sylla.

Sullanus.

Non fuisset & illa nox tam acerba Africano sapientissimo viro, non tam dirus ille dies Sullanus callidissimo viro C. Mario, si nihil vtrunque eorū fefellisset. At. lib. 10. 197. 11. a

Sulmo.

Sulmone C. Attium Pelignum aperuisse Antonio portas, cum essent cohortes quinque: Q. Lucretium inde effugisse scis, &c. 8. ad Att. 15

Sulpitius.

Sulpitius C. Norbanum accusauit, defendete Antonio. 2. de Orat. 50

Sulpitius nihil leniter agebat. Orat. 57

Sulpitius autē fortissimo quodā animi impetu, plenissima & maxima voce, summa cõtentione corporis, & dignitate motus, verborū quoq; ea grauitate & copia est, vt vn⁹ ad dicendū instructissimus à natura esse videatur. 3. de Or. 18

Fuit enim Sulpitius vel maximè omniū, quos quidem ego audiuerim, grandis, & vt ita dicam, tragicus orator. vox cum magna, tum suavis & splēdida, gestus & motus corporis ita venustus, vt tamen ad forum, non ad scenam institutus videretur. incitata & volubilis, nec ea redundans tamen, nec circumfluens oratio. Brut. 106

Sulpitius intercesserat ne exules, quibus causam dicere non licuisset, reducerentur: Idem posterius immutata voluntate, quum eandem legem ferret, aliā sese ferre dicebat propter nominum commutationem: Nam non exules, sed vi eiectos se reducere aiebat: perinde quasi id fuisset in cõtroversia, quo illi nomine appellaretur à populo Ro. aut perinde quasi non omnes quibus aqua & igni interdictū est, exules appellerentur. 2. ad Heren. 83

Sulpitius autem, qui in eadem inuidiæ flamma fuisset, quibuscum priuatus cõtinentissime vixerat, hos in tribunatu spoliare instituit omni dignitate, cui quidē ad summā gloriā eloquentiæ florescētī, ferro erepta vita est, & pœna temeritatis nō sine magno reip. malo cõstituta. 3. de Orat. 7

Sulpitius iotam literam tollebat, & e plenissimum dicebat. 3. de Orat. 26

Sulpitii orationes quæ feruntur, eas post mortē eius scripsit se P. Canutius putabatur æqualis meus, homo extra nostrum ordinem meo iudicio disertissimus. Ipsi Sulpitii nulla oratio est, sæpèque ex eo audiui, quū se scribere neque consueuisse, neque posse diceret. Brut. 107

Sulpitio, cui paulo antè omnia concedebant, cum breui spatium non modo viuere, sed etiam sepeliri prohibuerunt. 4. ad Heren. 180

Sulpitium ab optima causa profectum, Caio Tuscio consulatum contra leges petenti resistentem, longius quàm voluit, popularis aura prouexit. de Arusp. 40

Contentionem Sylla cum Sulpitio faciebat de iure legum, quas per vim latas Sylla dicebat. 8. Philip. 38

C. Sulpitius Olympius fuit. is mortu⁹ est C. Sacerdote Prætorē: nescio an antequam Verres præturam petere cõperit. fecit hæredem M. Octauium Ligurem. 3. Verr. 88

Atque interea statim admonitu Allobrogum, C. Sulpitium Prætorē fortem virū misit, qui ex ædibus Cethegi siquid telorum esset, efferret, ex quibus ille maximum sicarum numerum & gladiatorum extulit. 3. in Catil. 53

P. Sulpitius iudex tristis & integer. 2. in Verr. 19

Sed quum Ser. Sulpitius ætate illis anteiret, sapientia omnibus, subito ereptus, totā legationē orbā & debilitatam reliquit. Quod si cuiquam iustus honos habitus est in morte Legato, in nullo iustior, quàm in Seruio Sulpitio reperitur. 9. Philip. 257

Nam reliqua Ser. Sulpitii vita multis erit præclarisque monumentis ad omnem memoriam commendata: semper illius grauitatem, constantiam, fidem, præstantiam in Reputanda, curam atque prudentiam, omnium mortalium fama celebrabit. 9. Phil. 263

Sum, consto, existo, valeo, viuo, & ad pretiū translatū. Sum adhuc. ad Brut. 36. Id est, viuo.

Et quicquid es, ex hoc es. de Pet. Conf. 2

Quod si vt es, cessabis, lacessam. Cornif. lib. 12. 20. 2. a

Omne quod est, vnum est. Diuin. lib. 2. 24

Ager nunc multo pluris est, quàm tūc fuit. pro Q. Rosc. 50. b

Vt quisque quod plurimi est, possidet, ita ditissimus habendus est. Parad. 125. b

Omnia sunt, sed tempore absunt. Diuin. lib. 1. 108

Bona patris huic Sex. Roscii quæ sūt sexages, quæ duobus millibus nummūm sese dicit emisse pro Rosc. Am. 3. a

In nullo loco frumentum tanti fuit, quanti ista æstimauit. in Verr. 192. b

Quanti erat in Sicilia triticum. in Verr. 187, & 191. b

Quod quum in Sicilia festert. duobus tritici modis esset. 5. Verr. 163. a

Vt cõmodius putarent numerari sibi quod tanti esset, quàm suum recuperare. 2. Offic. 121. a

Verum enimvero quum esset festert. binis aut etiam trinis, quibusuis in locis prouinciar. in Verr. 1. a

Emerere denario, quod sit mille denariūm. 3. Offic. 123. a

Scio quanti Reip. sit. ad Att. 121. b

Dum ero. 6. fam. 10. id est, dum viuam.

Lōgūmque illud tempus, quum non ero, magis me mouet, quàm hoc exiguum, quod mihi tamen nimium longum videtur. ad Att. lib. 12. 141. 10. a

Audio Treuiros capitales esse: mallet auro, argento, ære essent. ep. 102. b

Esse nūquam verè potest id quod gignitur, & interit, quod affert opinionem per sensus, rationis experts, quod totum est opinabile. de Vniu. 3

Qui omnia non tam esse, quàm videri volunt. Acad. q. 2. 42

Esse, pro versari, manere, vel habitare.

Multum mecum sunt. ep. 57. b

Eram cum Stoico Diodoro. de Clar. 19. b

Neque domi imperaram, & hic, apud quem eram futurus, sine mea sententia tam facillè promisit. 2. de Orat. 17. a

Tamen erat nemo, quicum libētius essem, q̄ tecum. ep. 77. b

Cum Athenis decem ipsos fuisset dies. epist. 22. b

Si in isto essem. 2. ad Q. fr. 22

Vt esses in Sicilia, quoad velles. ep. 86. b

Siessetis, verfareminique nobiscum. de Arusp. resp. 22. a

Tu quidem & prudenter & amice suades, vt in his locis potissimum sim, quoad, &c. ad Att. lib. 16. 339. 7. a

Vos oro vt hic sitis hodie. 2. de Orat. 16. a

Qui Athenis solet esse multum. Quint. fr. 302. b

Esse cum aliquo. Att. 124. b

Esse domi alienæ. Tusc. q. lib. 1. 42

Nōne maus sine periculo tuæ domi esse, quàm cum periculo alienæ? Marcello, lib. 4. 7. 12. a

Esse multum domi. 13. fam. 31

In publico esse non audeat. in Verr. 254. b

Qui minus autem ego istic rectè esse possim, quàm est Marcellus? ad Att. lib. 16. 339. 10. a

Non licet mihi esse Romæ. 4. Verr. 70. a

Qui in ea voluptate velit esse. lib. 1. de Fin. 26

Esse meam gratiam voluit. 2. Philip. 36

Esse, pro accidere, vel negotium habere.

Esse mihi amicitia cum eo. 13. fam. 32

Ille est ita mihi secundum te, vt sit penè par. 3. ad Q. fra. 13

Esse mihi hospitium cum eo. 13. fam. 35

Mihi ante ædilitatē nihil erat cum Cornificio. Att. 190. b

Cum Vatini legationibus quid erat Antonio? in Ant. 228. b

Quæsiuit à Gallis quid sibi esset cum his. in Verr. 113. b

Si mihi minus esset tecum. 15. fam. 31

Quum ita solutus est animus, vt ei planè nihil sit cum corpore. de Diu. 103. b

Mihi cum illa posthac nihil erit. in Ant. 175. b

Esse aliquid personæ & dignitatis. lib. 1. de Fin. 2

Alicui cū aliquo familiaritatē vel societatem esse. pro Q. 4. b

Esse, pro conuenire, congruum esse.

Signa quàm commodissimè poteris, velim imponas, & c. & maximè quæ tibi palæstræ & gymnasiū videbuntur esse. ad Attic. a

Velim vt signa, & cætera quæ eius loci & nostri studii, & tuæ elegantia esse videbuntur, quamplurima, quamprimūque mittas. a

Esse, cum genitio.

Hic iam Iudices, vestri consilii res est, nostræ sapientiæ, quod deceat, & c. pro Rab. Posth. 12. 4. b

Magnæ est deliberationis, quæ ratio sit incunda nobis quiescendi. epist. 52. b

Meus discessus desperationis est, non legationis. Att. 247. b

Est eius qui aliis præsit, eorum quibus, & c. Q. frat. 194. b

Fortis ægroti est accipere medicinam. ad Att. 193. b

Non est iam grauitatis ac sapientiæ tuæ. epist. 72. b

Est & tuæ & nostri imperii, dignitatis, & c. epist. 7. b

Homini ingenui est, bene velle, & c. 3. de Finib. 87. a

Clamare contra quàm deceat, hominis est impudentis. de Orat. 116. b

Non est nostri ingenii, vestri auxilii est Iudices, huic subuenire. pro Clu. 2. a

Boni iudicis est facere coniecturam. 6. Verr. 29. a

Libidinem laudare cuius est libidinis? Tusc. q. 221. b

Ægritudinem laudare, & c. quorum est tadem Philosophorum? Tusc. 221. b

Nam tibi (quod mihi plurimi est) facillè me satisfacturum arbitrabar. ad Brut. 12. 2. a

Tota potestas eius rei tua est. ad Att. lib. 15. 345. 2. a

Quis Carthaginensium: pluris fuit Hannibale, consilio, virtute, rebus gestis? pro Sestio, 125. a

Cuius penes quos laus adhuc fuit, nō fuit rationis aut scientiæ, sed quasi bonæ consuetudinis. de Clar. 188. b

M. Antonius vir sapientis consilii fuit. Off. 329. b

Erat enim, si cuiusquam, certè tuum. de Finib. 93. b

Hæc non erant eius, qui, & c. 2. de Fin. 163. a

Siquidem vt quisque quod plurimi sit, possideat, ita diuitissimus habendus sit. in Parad. 62. a

Eric igitur humanitatis vestræ, magnum eorum ciuium numerum calamitate prohibere. pro leg. Manil. 11. a

Magni erunt mihi tuæ literæ. ad Cass. lib. 15. 15. 11. a

Esse alicuius ciuitatis. pro Sest. 39

Quorum alterū diuinitatis mihi esse cuiusdam videtur, alterum humanitatis. de Orat. 116. b

Suscipere tantā rē vix arbitrabar esse eius, qui, & c. Or. 197. b

Nihil mihi minus hominis videtur esse, quam, &c. Att. 275. b
Magni iudicii & summæ facultatis esse. Orat. 103. b
Esse magni apud aliquem. 13. fam. 96
Miram esse expectationem mei. 7. ad Att. 27
Quicquam esse minoris his Consulibus. 7. ad Att. 59
Statui nostræ necessitudinis esse. epist. 71. b
Muticam philosophi non esse. Orat. 103. b
Iam me Pompeii totum esse scis. Cælio, lib. 2. 12. 4. a
Esse, cum dativo.
Amicum eum Reip. cognosse videor, libenterque ei sum testimonio, & omnibus ero qui bene merentur. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 17. 7. a
Est mihi odium in illum. 12. Phil. 331
Est tibi semper in ore. 1. de Leg. 5
Quæ signo sunt omnia non mediocri quodam consilio naturam mundi administrari. 1. de Inuen. 75. a
Accusant ii, quibus occidi patrem Sex. Roscii bono fuit. pro Rosc. Amer. 8. a
Hoc aliis quoque bono fuit. ad Heren. 7. b. pro Mil. 23. a
Postrema tua pagina mihi magnæ molestiæ fuit. ad Attic. lib. 6. 113. 1. a
Sicilia tibi prædæ & quæstui fuit. in Verr. 166. b
Hæc res P. Africano vituperationi fuit. de Clar. 273. b
Iam tum erat honos eloquentiæ. de Clar. 168. b
Ni mihi tecum minus esset, quam est cum tuis omnibus, al legarē ad te illos, a quibus intelligis me præcipue diligi. Marcel. lib. 15. 10. 3. a
Aliiter ampla domus de decori domino sæpe fit. Off. 28. b
Sed tibi & gratulor, & vt sempiternæ laudi tibi sit iste Tribunatus, exopto. Curioni, lib. 2. 6. 1. a
Hæc res erit tibi crimini vel inuidiæ. in Verr. 239. b
Spero enim homines intellecturos quāto sit omnibus odio crudelitas, & quanto amori probitas & clementia. Cassius ad Ciceronem, lib. 15. 19. 3. a
Hæc pecuniæ tibi fraudi & damnationi esse debent. 5. in Verrem, 77
Esse acerbitati. 6. in Verr. 60
Esse adiumento. pro Quint. 2
Esse charum & iucundum alicui. de Pet. Conf. 12
Esse delectationi. 4. fam. 8
Esse detrimento, maculæ, inuidiæ, &c. 5. in Verr. 122
Esse emolumento. 1. de Orat. 18
Esse fraudi. pro Rosc. Amer. 29
Esse alicui honori & dignitati. Læli. 61
Esse leuationi. 6. fam. 14
Esse malo. Parad. 8
Esse molestiæ. 6. ad Att. 21. pro, molestiam afferre.
Esse morti. 9. Phil. 258. hoc est, mortis causam adferre.
Esse municipio. 3. Philipp. 134
Esse præsidio. pro Quintio, 3
Esse probro vel crimini. pro Rosc. Amer. 28
Esse alicui salutis. de Pet. Conf. 15
Esse testimonio innocentæ alicuius. pro Font. 5
Spero ex tuis literis tibi melius esse, cupio certe. Tironi, lib. 16. 22. 1. a
Esse voluptati. de Finib. lib. 1. 19
Clementiam Cæsari malo fuisse. Att. 236. b
Et illam ficiariorum multitudinē, in qua ipsi duces ac principes erant, huic crimini putabant fore. pro Roscio Amerino, 44. a
Tuamque à me alienationem ad ciues impios tibi gloriæ fore putauisti. 2. Phil. 29. a
Esse, cum ablatiuo, absque præpositione.
Mira sum alacritate ad litigandum. ad Att. lib. 2. 22. 2. a
Sum magno dolore. epist. 81. b
Qua in re singulari sum fero. epist. 85. b
Incredibili sum sollicitudine de tuavaletudine. ad Tironem, lib. 16. 12. 2. a
Quum spesum maxima, tum etiam maiore animo. Quinto frat. 302. b
Oraculum illud nunc minore gloria est. de Diuin. 88. de Orat. 115. b
Hic capite & supercilis semper est rasis. pro Q. Rosc. 48. b

Est Senatori necessariū nosse Resp. &c. quos socios Resp. habeat, quos amicos, quos stipendiarios, qua quisque sit lege, conditione, fœdere. 3. de Legib. 60. a
Trochæus eodem spatio est quo choræus. Orat. 216. b
Tu qui coniunctissima fuisti mecum & sententia & voluntate. epist. 93. b
Sed est, & fuit tota in Grætia summo honore propter ingenium, & nomine. 4. Verr. 60. a. De statua Stefichori.
Esse eodem amore. 3. ad Attic. 4
Esse animo altiore. de Finib. lib. 5. 52
Esse animo altissimo & gloriæ cupido. Offic. 1. 93
Esse beneuolo animo in aliquem. de Pet. Conf. 27
Esse bono animo. Diu. lib. 1. 55
Esse bono animo inter se. epist. 34. b
Esse elato animo. Tusc. q. lib. 1. 79
Esse animo excelso & alto, & virtutibus exaggerato. Para. 52
Esse animo magno atque forti. de Finib. lib. 3. 23
Esse animo quieto & libero. Diu. lib. 2. 66
Esse tranquillo animo. Cat. 67
Esse auaritia ardentis. de Fin. lib. 3. 30
Esse magno alicuius beneficio. 7. fam. 53
Esse operto capite. Cat. 30
Esse effrænatis cupiditatibus. de Finib. lib. 3. 30
Esse amplissima dignitate. 10. fam. 58
Esse incolumi dignitate. pro Ligar. 11
Quo dolore esse debeo. 4. ad Att. 22
Esse admirabili gloria. 2. ad Att. 54
Esse multa gloria. pro Sestio, 125
Esse aliquo gradu. 6. Philip. 216
Qua nos indulgentia in liberos nostros esse debemus. de Oratore, 114. b
Esse ingenio diuino. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 108
Esse magna inuidia. 3. ad Q. frat. 20
Esse multis luminibus ingenii. 2. ad Q. fra. 26
Esse optima natura. Tusc. q. lib. 1. 29
Esse aliquo numero. 2. Phil. 80
Esse bonis parentibus. Tusc. q. lib. 5. 42
Esse magna perturbatione. 6. ad Att. 12
Esse binis festiuitis. 5. in Verr. 170
Esse confectis stipendiis. pro lege Manil. 18
Pisonem nostrum mirifico esse studio in nos & officio, & ergo perspicio, & omnes prædicant. Terent. lib. 14. 8
Esse magno timore. 5. ad Att. 26
Esse veste mutata. pro Sestio, 21, & 45. & Post red. in Sen. 18
Esse maximis viribus corporis. Offic. 2. 129
Esse vultu hilari atque læto. Tusc. q. lib. 1. 90
Esse, cum ablatiuo, & præpositione I N.
Magna in molestia sum. in Ant. 167. b
In eadem sum voluntate. Attic. 178. b
Nullā omnino arbitror de ea hæreditate cōtrouersiam eum habiturum, & est hodie in bonis. ad Att. lib. 13. 31. 2. a
Quod est in vno te quæ sunt in fortuna. epist. 88. b
Itaque publicanis in oculis sumus gratis, inquis, viris. sensimus. ad Att. lib. 6. 113. 8. a
Propterea quod omnes, &c. sapius illud cogitant quid possit is cuius in ditione ac potestate sunt, quam quid debeat facere. pro Quint. 4. a
In eadem opinione fui, qua ceteri omnes, te, &c. Att. 127. b. pro Domo sua, 9
Mihi autē erat in animo iam, vt antea ad te scripsi, ire in Eperum, & ibi omnem casum potissimum expectare. ad Attic. lib. 3. 62. 1. a
Erat in magno nomine & gloria. de Diu. 87. b
Quum diutius in eo negotio, curaque fueram. In Verr. 231. b & 1. de Orat. 1
Si hic esset in eodem scelere. pro Sylla, 174. b
Vt opprimerentur ii qui ex Cilicum gente in armis essent. ad Senat. lib. 15. 1. 9. a. & pro Lig. 6
Absens non in obliuione iacuisset, sed in assidua commemoratione omnibus fuisse. 3. Verr. 71. a
Sed tamen quandiu vos eritis in spe, nō deficiam. ad Terentiam, lib. 14. 3. 5. a
Esse in actis. 1. Philip. 12

Esse in ægritudine. Tusc. q. lib. 3. 25
Esse in ære alicuius. 15. fam. 37
Nō modō ipsum in ære alieno nullo, sed in suis numis multos esse, semperque fuisse. 6. in Verr. 10
Esse te in ære meo. 13. fam. 83
In amore atque deliciis alicui esse. 6. Verr. 2. a
Esse alicui in amoribus. 7. fam. 56
Esse in casu. 6. fam. 37
Esse in aliqua causa & fortuna. pro Marcel. 1. & pro Sest. 48
Esse in bona causa. Offic. 3. 136
Esse in compedibus corporis. Tusc. q. lib. 1. 61
Esse in complexu. 14. fam. 11
Esse in conuiuio comiter & iucundē. pro Deiotaro, 12
Esse in crimine. 6. in Verr. 89
Esse in culpa. de Fin. lib. 1. 26
Esse in decurionibus. 6. fam. 49
Esse in desiderio, in ore, in sermone alicuius. 10. Philip. 279. & 2. fam. 22
Diutius in hoc desiderio esse non possum. de Amic. 86. a
Esse in discrimine. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 123
Esse in dolore vel mœrore. 11. Philip. 288. & de Finib. lib. 1. 30. & 2. 14. & 6. ad Att. 35
Esse in expectatione. 9. fam. 9. & 2. 4. & 8. ad Att. 34
Esse in familiaribus. 7. fam. 17
Esse in famulatu. Lælius, 61
Esse in fide alicuius. 13. fam. 88
Esse in vestitus fœditate. 12. Phil. 327
Esse in alia fortuna. 14. fam. 19
Esse in fuga. 7. ad Att. 65. & 9. 52
Esse in gratia cum aliquo. 4. ad Att. 42. & 1. fam. 31
Esse in magna gloria. Diuin. lib. 1. 36
Esse in maxima gratia & gloria. Offic. 3. 114
Esse in summo honore. Tusculan. quæst. lib. 1. 4. & de Natura deo. 1. 12
Esse in summo imperio. de Fin. lib. 2. 55
Non talem videri fuisse in imperio, quales eius maiores fuissent. lib. 1. de Fin. 18
Esse in incommodis. 6. fam. 44
Esse in summa infamia perfidiæ & sceleris. Att. lib. 2. 56
Esse in integro. 3. de Orat. 8
Peto igitur abs te, vt eum siue aderit, siue non venerit in Sicilia, in meis intimis, maximèque necessariis scias esse. 13. famil. 56
Esse in inuidia vel odio. 7. in Verr. 142
Non enim poterimus vlla esse in inuidia spoliati opibus, & illa Senatoria potentia. ad Att. lib. 2. 24. 3. a
Esse in laude, vitio. Tusc. q. lib. 4. 14
Esse in lecto. 9. fam. 55. Id est, decumbere ægrotum.
Esse in libidine. de Fin. lib. 2. 26
Esse in lubrico. Tusc. q. lib. 4. 33
Esse in lectu. 9. famil. 9. & pro Sestio, 25. & Tusculan. quæst. lib. 3. 54
Esse in maximis luctibus. Offic. 3. 127
Esse in malo. Tusc. quæst. lib. 2. 15
Esse in memoria. pro Syll. 28
Esse in metu. de Finib. 2. 44
Esse in mœstitia. 2. Philip. 56
Esse in morbo. Tusc. q. lib. 3. 7
Esse in motu. de Fin. lib. 2. 8
Esse in magno nomine & gloria. Diu. lib. 1. 31
Esse alicui in oculis. 6. ad Att. 25
Esse in oculis ciuium. 4. ad Att. 11
Esse in odio alicui. 10. ad Attic. 42. & 11. 20. & 2. 32. & lib. 1. Philip. 25
Esse in officio. 14. fam. 8. & 5. ad Att. 43
Esse in optatis. 2. fam. 23
Esse in ornamentis templi. 1. ad Q. frat. 20. pro, impendi & infumi in ornamenta templi.
Esse in parte aliqua. pro Ligar. 1. & pro Deiot. 25
Esse in periculo. 3. ad Att. 18
Esse in pœna. pro Ligar. 8
Esse in potestate alicuius. pro leg. Manil. 23. & 12. Philip. 321
Esse in principibus. de Fin. lib. 3. 7

In publico esse non audet. 7. Verr. 73. a
Esse in quæstu. 5. ad Att. 49
Esse in sagis. 8. Philip. 254
Esse in scelere. pro Sylla, 28. & 2. Phil. 42
Esse in suis fordibus. 2. Philip. 74. pro, suarum fordium.
Est in spe aliquid. 3. ad Attic. 30. & 8. 30, 38. & 4. fam. 8. hoc est, speratur.
Esse in optima spe. de Pet. Conf. 21
Esse in studio dicitur res aliqua, cui quis studet. Tusc. q. lib. 2. 32. & 1. de Orat. 18
Esse in timore. pro Sestio, 122
Esse in triente cum duobus cohæredibus. 7. ad Att. 31
Esse in tumore dicitur manus, vel quoduis aliud mēbrum, quum inflatur & intumescit. Tusc. q. lib. 3. 16
Esse in viriditate. Læli. 11
Qui quum ex eo quæreret, cur tandiu vellet esse in vita, Nihil habeo, inquit, quod accusem senectutem. de Senec. 13. de Gorgia Leontino.
Esse in vitio. Tusc. quæst. lib. 3. 16
Esse in voluntate. pro Ligar. 4
Esse in aliqua voluptate. de Fin. lib. 1. 26
Esse in summa voluptate. de Fin. lib. 2. 8
Si quidem in voluptate sint omnia. de Fin. lib. 2. 91
Esse, cum aliis quibusdam præpositionibus.
Est omnium cursus ad vos. 12. fam. 11
Apud matrem recte est. ad Att. lib. 1. 4. 3. a
Apud herum recte erat. ad Q. frat. lib. 3. 17. 2. a
Quamquam hæc quidem res non solum ex domestica est ratione, attingit enim & bellicum, &c. Offic. 16. b
Cenfer enim etiam ex iis qui cum imperio sunt. ad Lentulū, lib. 1. 1. 8. a
Iudicia partim nihil contra Habitum valent, partim etiam pro eo sunt. pro Cluent. 71. a
Sed vide ne hoc Scæuola torum sit à me. 1. de Orat. 29. a
Etenim quantum coniectura auguramur, si erit nebulo iste cum his Dynastis in gratia. ad Att. lib. 2. 24. 2. a
Esse liberos vel fore liberos ab eo. ad Brut. 46. pro, affectu-ros libertatem ab eo.
Trebatius quidem scripsit, se ab illo x. Calend. Febr. rogatum esse, vt scriberet ad me, vt essem ad urbem. ad Attic. lib. 7. 135. 6. a
Esse ad perfectum. 3. ad Q. frat. 20
Esse ad perpendicularum. 3. in Verr. 94
Rem verò publicam nostri maiores certè melioribus temperauerunt & institutis & legibus. 1. Tusc. 3. a
Oculorù & hilaritatis, & vicissim tristitiæ modum res ipsæ, de quibus agetur, temperabunt. Orat. 202. b
Temperanto cæli ratis regionibus fulgura augures. lib. 2. de Legib. 18
Temperauissem mihi in eo. 10. famil. 15. in epist. Planci.

Nostras inimicitias ipsi inter nos geramus, amicis nostrorù inimicorum temperemus. pro Corn. 48
Vt qui ante dictum testimonium sibi temperarit, quum tamen aliquid assequi possit, &c. pro Planc. 32. a
Si cuiquam denique vlla in re vnquam temperauerit, vt vos quoque temperetis. 4. Verr. 11. a
Temperare acuta cum grauibus. Somn. Scip. 17
Æqualiter temperare. in Somn. Scip. 17. a
Moderatius aliquid temperare. in Orat. 102. a
Temperare ciuitates. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 3
Temperare Remp. bonis & institutis & legibus. 1. Tusc. 2
Temperare sibi in aliqua re. epist. 147. b
Temperare victoriam. pro Marcel. 4
Verrem nemini vlla in re temperasse. in Verr. 112. b
Te putet quisquam, quum ab Italia freto disiunctus esses, socijs temperasse, qui adem Castoris testè furtorum tuorum esse volueris, &c. 3. Verr. 110. a
Cui mirum videbitur istum à maleficio non temperasse? ad Heren. 11. b
Ortus & occasus siderum, quorum vi cælum modò hoc, modò illo modo temperatur. de Diuin. 127. b
Etesiarum flatu nimii temperantur calores. de Nat. d. 51. b
Temperari posse ea prudentia illius. 2. famil. 26
Cuius immanitas naturæ, ne vino quidem permixta, temperari solet. in Ant. 244. b
Nam ea quæ speras, Tullia meæ prudentia temperari posse scio, &c. epist. 26. b
Quod simplex esse debet, ex dissimilibus rebus misceri & temperari non potest. Offic. 76. b
In perpetua oratione hi sunt inter se miscendi & temperandi pedes. Orat. 216. b
At hæc interdum temperanda & varianda sunt. Orat. 206. b
In eodem tanta prudentia fuit in constituendis, temperandisque ciuitatibus, &c. 4. Acad. 6. a
Eum sibi in concionibus credis à mendacio temperaturum. ad Heren. 29. b

Temperans.

Temperans, voluptatem summū bonum statuens, esse nullo modo potest. Offic. 1. 9
Sonus qui acuta cum grauibus temperans, æqualiter contentus efficit. de Somn. Scip. 129. b
Vir frugi, & in omnibus vitæ partibus moderatus ac temperans. pro Font. 282. b
Temperans in ea animum vniuersæ naturæ permiscebat. de Vniuers. 53
Temperantem, Græci τῆρποννα appellat. Tusc. q. lib. 3. 14
Frugi igitur hominem iudices, frugi inquam, & in omnibus vitæ partibus moderatū ac temperatè, &c. pro Font. 25. a
An temperantem eum dices qui se in aliqua libidine continuerit, in aliqua effuderit? in Parad. 25. a
Quum hominem temperatè, summum medicum, tantum improviso morbus oppresserit. ad Att. lib. 15. 1
Temperantius.
Nam quod ais, si hic temperantius egerit, consyderantius consiliu te daturum, qui hic potest se gerere non perditè? ad Atticum, lib. 9. 6
Ad Ciceronem ita scripsisti, vt neque seuerius, neque temperantius scribi potuerit: &c. 13. ad Att. 1

Temperantia.

Temperantia, est rationis in libidinem, atque in alios non rectos impetus animi firma & moderata dominatio. 2. de Inuent. 243
Temperantia est enim quæ in rebus aut expetendis aut fugiendis, vt rationem sequamur, monet. 1. de Fin. 37
Temperantia, σωφροσύνη, moderatio, modestia, frugalitas. Tusc. 1. quæst. lib. 3. 14
Modestia vel temperantia, quæ moderatio est cupiditatum, rationi obediens. 2. de Finib. 50
Aderit temperantia, quæ est eadem moderatio: à me quidem paulò antè appellata frugalitas. Tusc. q. lib. 3. 32
Temperantia pacem animis affert, & eos quasi concordia quadam placat ac lenit. 1. de Finib. 72. a

Dicacitatis moderatio & temperantia. de Orat. 131. b
Vt in eo moderatio & temperantia appareat cum specie quadam liberali. Offic. 19. b
Temperantia in pratermittendis voluptatibus cernitur. 5. de Finib. 119. a. & de Nat. deor. 3. 26
Temperantia difficilis in eo, quod semel admissum, coerceri reprimique non potest. 1. de Finib. 2
Quæ tua prudentia & temperantia est. Att. 97. b
Omnium quæ sunt, quæque dicitur, ordo & modus in quo inest modestia & temperantia. Offic. 4. b
Quid ad hanc fortitudinem, de qua loquimur, temperantia adiuncta, quæ sit moderatrix omnium commotionum? Tusc. 1. quæst. lib. 5. 32
Temperantia, libidinum est inimica. Offic. 3. 162
Quemadmodum temperantia sedat appetitiones, & efficit, vt hæc rectæ rationi pareant, conseruatque considerata iudicia mentis: sic huic inimica intemperantia omnem animi statum inflamat, conturbat, incitat. Tusc. q. lib. 4. 17
An temperantia sinet te immoderatè facere quicquam? Tusc. 1. quæst. lib. 2. 28
Summa fuit eius in victu temperantia. 5. Tusc. 80
Sed haud scio an rectè ea virtus (nempe temperantia) frugalitas vocetur. Tusc. q. lib. 3. 14
Temperantia & moderatio naturæ tuæ. 1. famil. 51
Altera in cõformatione & moderatione continentia & temperantia cernitur. Offic. 71. b
Temperantia diuisio, & quibus in rebus cernatur. Partit. 40
Temperantia existimatione. 8. famil. 30. in epist. Cælij.
Quæ verò moderandis cupiditatibus, regèdisque animi moribus laudatur, eius est munus in agendo, cui temperantia nomen est. Partit. 236. b
Temperantiam imitatur immanitas in voluptatibus aspernandis. Partit. 43
Restat quarta pars quæ decore, moderatione, modestia, continentia, temperantia continetur. Offic. 75. b
Noui enim temperantia & moderationè naturæ tuæ. 1. fa. 51
Qui autem, si hoc maximè placeat, moderatius tamen id volunt fieri, difficilem quandam temperantiam postulant, in eo quod, &c. de Finib. 49. b

Temperatus.

Perinde vt temperatus sit aer, ita pueros orientes formari. de Diuinat. 127. b
Temperatus homo. 9. ad Att. 46
Orator medius, modicus, temperatus, mediocris. in Or. 53. a
Vir iustus, temperatus, sapiens. 3. de Nat. d. 126. a
Temperatus humanitate. 4. ad Att. 21
Moderatione paulominus temperatus. ad Att. lib. 11. 227. 3. a
Oratio permixta & temperata numeris. in Orat. 113. a
Sed ita temperata tota ratio est, vt Reipu. constantiam præstem. ad Attic. 18. b
Æquabile & temperatum orationis genus. 1. Offic. a
Hominè in summa magnitudine animi, multa humanitate temperatum perdidimus. ad Att. lib. 4. 75. 1. a
Temperato calamo & atramento. 2. ad Qu. frat. 35
Auribus magna oblectatio parta est, inuenta & temperata varietate & natura sonorum. 1. Tusc. 97. a
Temperati moderatique mores. ad Cornificium, lib. 12. 58
Vt vtamur quasi equis temperatis, sic amicitijs, &c. Læl. 108. b
Si modò temperatis escis modicisque potationibus est affectus. 1. de Diuin. 188. a
Temperatior nullus Cæsare in victoria. 8. fa. 43. in ep. Cælij.
Neque est vlla temperatior oratio, quàm illa, &c. 2. de Orat. 117. a
Homo sanctissimus ac temperatissimus. pro Font. 23. a
Verres temperatissimè, sanctissimique viri monumentum Dianæ simulachrū virginis in ea domo collocabit, in qua semper meretricum lenonumque flagitia versantur. 6. Verinarum, 75. a

Temperate.

Agas, vt scribis, temperatè. ad Att. lib. 12. 249. 2. a

Temperatio.

Sol, mens mundi & temperatio. in Somn. Scip. 15. a
Temperatio hæc est Reipub. quæ effici non potuit, nisi tali descriptione magistratum. 3. de Legib. 14

Temperatio modica & sapiens iuri consulum superbiori & violentiori accessit creatione tribunorum. 3. de Leg. 18
Cæli temperatio, fecunditas terrarum. 1. de Nat. d. 10
Temperatio ciuitatis. Tusc. q. lib. 4. 1
Temperatio corporis dicitur, quum ea congruunt inter se, & quibus constamus. Tusc. q. lib. 4. 23. & lib. 1. 55
Temperatio iuris, quum potestas in populo sit: auctoritas, in Senatu. 3. de Legib. 26
Hoc temperatio lunæ, cæliq; moderatio efficit. de Diu. 128. b
Temperatio mensium. 2. de Legib. 13
Temperatio huius vitii præsto est. 3. de Legib. 26
Commutationes temporum quadripartitæ, ad temperationem corporis aptæ. Tusc. q. 162. b
Deinde ad temperationem superiorem reuertit, in qua omnem animum vniuersæ naturæ temperans permiscebat. de Vniuers. 202. b
Tuilius aris temperationem, tu operum lineamenta solus perspicis: 6. in Verr. 87
Probare temperationem Reipub. 3. de Legib. 18. a
Temperatione trium partium proportionem compacta. de Vniuers. 35
Dic mihi, Lysippus eodem ære, eadem temperatione, &c. 4. Acad. 150. a. Temperatio dicitur in opificiis mechanicis, qua fabri æs, ferrum, vel aliã quancunque materiam temperant, & ad operandum, idoneam reddunt.
Semina temperatione caloris oriri & auferre. lib. 2. de Natura deor. 19
Nec sit quicquam, nisi corpus vnum & simplex, ita figuratum, vt temperatione naturæ vigeat & sentiat. Tusc. q. lib. 1. 119

Temperator.

Magni igitur iudicii, summæ etiam facultatis esse debet moderator ille, & quasi temperator huius tripertitæ varietatis. in Orat. 38. a

Temperamentum.

Inuentum est temperamentum, quo tenuiores cum principibus æquari putarint. 3. de Legib. 23

Temperius.

Memini te mihi Phæmæ cœnam narrare: temperius fiat: cætera eodem modo. 9. fam. 39

Tempestas, Tempestiuus, Vide Tempus.

Templum.

In Rostris, in illo inquam augurato templo ac loco. in Vatinium, 18. a

Deus is, cuius hoc templum est omne quod conspicias. de Somn. Scip. 10

Curia, est sedes ac templum publici consilii. pro Dom. 100. a

Curia, est templum sanctitatis. pro Mil. 69. a

Templa deorum esse mundum hunc omnem Perfarum Magi censuerunt. 2. de Legib. 27

Herculis templum est apud Agrigentinos non longè à foro, sanè sanctum apud illos & religiosum. 6. Verr. 84. a

Templum Virtutis & Honoris à Q. Maximo dedicatum bello Ligustico, ac multo post à M. Marcello renouatum. de Natura deor. lib. 2. 44

De templo deducere. 2. de Inuent. 157

Acherontia templa alta. Tusc. q. lib. 1. 40

Ad cæli cæcula templa. de Diuin. 89. b

Templa efflata & liberata augures habento. 2. de Legib. 18

Templa publicè vota & dedicata. 3. de Nat. d. 30

Templa Cupidinis & Voluptatis. 2. de Nat. d. 45

Templa Mentis & Fidei ab Attilio Calatino, in Capitolio consecrata, & à M. Emilio Scauro dedicata. 2. de Nat. deo. 44. & 2. de Legib. 29

Templa Opis, Salutis, Concordiæ, Libertatis. 2. de Nat. d. 45

Nonne aspicias, quæ in templa veneris? Somn. Scip. 14

Ad templa omnia deorum tuo nomine gratulationem fecimus. 11. famil. 30

Tempus, capitis pars.

At iste Graccho percussit tempus. ad Heren. 41. b

Tempus.

Tempus autem est id quo nunc vtimur (nam ipsum quidem generaliter definire difficile est) pars quædam æternitatis

cum alicuius anni mensuri, diurni nocturnive spatii certa significatione. de Inuent. lib. 1. 55. a
Syderum errores, id ipsum est quod ritè dicitur tempus. de Vniuers. 42. a
Breue tempus ætatis satis est longum ad bene honesteque viuendum. Cat. 64
Tempus breue imparatis longum. 3. Philipp. 124
Tempus diuturnum in aliqua re consumere. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 2
Tempus emeritum. 6. ad Attic. 40
Tempus ereptum è summis occupationibus. 1. ad Att. 28
Tempus graue. Diuin. lib. 2. 63
Tempus hyemale. Diuin. lib. 2. 25
Tempus idoneum ad agendum. Offic. 1. 199
Tempus anni idoneum. epist. 34. b
Infinutum tempus ætatis. de Finib. lib. 2. 72
Tempus præteritum, instans, consequens. 2. ad Heren. 38. a
Tempus, interuallum, spatium in pede. Orat. 2. 16. b
Tépus liberum, quum soluta nobis est eligendi optio, quumque nihil impedit, quo minus id, quod maxime placeat, facere possimus. lib. 1. de Finib. 26
Opportunum tempus. Cælio, lib. 2. 18. 5. a
Tempus postmeridianum. Tusc. q. lib. 3. 6
Tempus ratum. Diuin. lib. 2. 33
Reptinum tempus. pro Dom. 23
Suspiciosissimum tempus. pro Cluent. 75. a
Tempus vernum. Cat. 64
Vltimum tempus ætatis. de Finib. lib. 2. 72
Anni autem tempus libertatem maiorem mihi dat. Pollio ad Ciceronem, lib. 10. 33. 16. a
Tempus ciuitatis. 5. Philipp. 192
Tempusque discessus absurdum. ad Att. lib. 16. 333. 4. a
Ferendum id Scipio potius, quam inimicitiarum tempus cogitandum putabit. Læl. 54
Abiit illud tempus, mutata ratio est. pro Mur. 6. a
Tempus Reipub. 3. Philipp. 123. & 5. in Verr. 34
Tempus omne corpori datur. 9. famil. 47
Datum Lepido tempus est, in quo eius leuitatem experiremur. Att. 278. b
Diligentia quanta sit, nisi tempus & spatium datum sit, intelligi non potest. pro Quint. 2. a
Tempus nihil noui efficit, & primum quidque replicat. de Diuinat. lib. 1. 107
Tempus sine mundi conuersione effici non potest. de Nat. deor. 6. b
Tempus est actionis opportunum, iuxta Stoicos. Off. 1. 199
De qua alienum tempus est mihi tecum exostulandi: purgandi autem mei necessarium. ad Appium, lib. 5. 10. 17. a
Nullum tempus est, quod iustitia vacare debeat. Offic. 1. 93
Quod enim tempus fuit aut nostra, aut patrum nostrorum memoria, quo hæc ambitio non fuerit: pro Mur. 66. a
Quandiu tempus turbulentum fuit. pro Dom. 214. b
Fuit tempus illud, cum putarem, &c. de Orat. 1. 2. a
Erit, erit illud profecto tempus, & illucescet aliquando ille dies, &c. pro Mil. 52. a
Si commodius anni tempus esset. ad Att. lib. 9. 7
Nam si ego omnem vim oratoris in argumētis & in re ipsa per se comprobanda posuissem, tempus esset iam de ordine argumentorum, & de collocatione aliquid dicere. 2. de Orat. 97. a
Sed extitit tempus optatum mihi magis, quam speratum, vt, &c. Licinio, lib. 5. 8. 4. a
Si tempus feret. pro Cecin. 299. b
Hoc nostrum tempus ætatis forēsi labore iactatur. 3. ad Qu. frat. 29. pro, ætas hæc nostra.
Tempus quomodo inspiciatur. 2. ad Heren. 37
Tempus, vt sacrificiorum libamēta seruentur, foetusque pecorum, diligenter habenda ratio intercalandi est. lib. 2. de Legibus, 30
Tempus illud lōgum, cum non ero, magis me mouet, quam hoc exiguum. 12. ad Att. 19
Quod mihi tempus Romæ præsertim vt iste me rogat, manenti vacuum ostenditur: ad Qu. frat. a

Quum tempus necessitasque postulat. Offic. 1. 113
Cuius rei nõ modò non præterit tempus, sed ne maturum quidem etiam nunc fuit. epist. 149. b
Præterit tempus legitimum non legis, sed libidinis tuæ. 7. ad Attic. 35
A me nullum tempus prætermittitur de tuis rebus & agendi & cogitandi. epist. 5. b
Tibi quum omnia mea commendatissima esse cupio, tum nihil magis, quam ne tempus nobis prouinciæ prorogetur. Cælio, lib. 2. 7. 7. a
Antè commentemur inter nos, qua ratione nobis tradendum sit hoc tempus. Sulpit. lib. 4. 6. 13. a
Veniet tempus, quum, &c. epist. 181. b
Quum tempus mortis venisset. Tusc. q. lib. 1. 41
Temporis aliquid impertias huic quoque cogitationi. 9. ad Attic. 49
Si quem fortè tui cognouisti amantiorem, quam temporis. Qu. frat. lib. 1. 12. Id est, fortunæ.
Edidi quæ potui, non vt volui, sed vt me temporis angustia coegerunt. 3. de Orat. a. & 16. fam. 29
Temporis atrocitas. pro Sest. 8
Temporis beneficium aliquando potius, quam iam suum. 6. famil. 22
Temporis breuitate ab aliquid faciendo excludi. Acade. q. edit. 1. lib. 2. 50
Eò factum est, vt epistolæ tuæ rescriberem aliquid, breuitate temporis tam pauca cogere scribere. ad Att. lib. 1. 6. 3. a
Qui simulatione amicitia coluntur temporis causa. de Amicitia, 101. b
Nec dico temporis causa, sed ita planè probo. Acad. q. 28. b. pro Flac. 28. b
Temporis causa fingere. pro Planc. 274. b
Temporis causa inferuire. 6. fam. 40
Temporis causa irasci licet. pro Mur. 139. b
Sed si mihi ante hæc durissima tēpora Reip. nihil aliud vquam obiectum est, nisi crudelitas illius temporis, quum a patria perniciem depulsi: &c. pro Domo sua, a
Temporis decursus. 3. fam. 4
Vester honos ad mei temporis diem petitus. cōtra Rul. 66. b
Temporis flamma. pro Domo sua, 54
Vtriusque tēporis fructum tuli maximum. pro Domo sua, 76. Id est, vtriusque facti.
Deinde profectus est id temporis, quum iam Clodius, &c. redire potuisset. pro Milone, 20. a
Quos ego iam multis ac summis viris ad me id temporis venturos esse prædixeram. 1. in Cat. 7. a
A temporis iniuria abesse. 16. fam. 9
Temporis longinquitas me mitigauit. 6. fam. 13
Temporis medicina. 5. fam. 47
Ne patiæ quicquam mihi ad hæc prouincialem molestiam temporis prorogari. Curioni, lib. 2. 6. 9. a
Temporis moris cōsignandus è cursu siderum. de Vniu. 27
Multum tempus in ista vna disputatione consumpsimus. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 13
Cuius in percipienda doctrina multum studii fuisse & temporis. Qu. frat. 395. b
Quum philosophiæ multum adolescens temporis tribuissem. Offic. lib. 2. 5
Nam quum vacui temporis nihil haberem, &c. hæc dictaui ambulans. ad Att. lib. 2. 38. 1. a
Cui temporis plurimum fuit in virtute percipienda. 1. ad Quint. frat. 22
Temporis procella. 2. in Verr. 5
Propagatio miserimi temporis. Luceio, lib. 5. 15. 7. a
Iste nullum temporis punctum vacuum peccato præterire passus est. in Verr. 97. b. epist. 82. b
Nullo puncto temporis intermisso. de Nat. d. 1. 37
Eos puncto temporis viuere non oportere puto. in Catilinam, 119. b
Illud pugna & enitere, nequid nobis temporis prorogetur. ad Appium, lib. 3. 10. 11. a
Quod cuique temporis ad viuendum datur, eo debet contentus esse. Cat. 63

Afferit enim & temporis reliqui recuperandi rationem & præsentis tuendi. 8. ad Att. 23
Ad temporis spatiorum significationem mundi partes notæ constitutæ. de Vniu. 57
Temporis tempestas. 7. Philip. 221
Longinqui temporis vsu & periclitatione aliquid percipere. 2. de Nat. d. 111
Nunc nihil prætermittere videre vsitati & quasi legitimi temporis ad petendum. 10. fam. 56
Temporis vsuram sarcire. 3. fam. 11
Difficilia factu longi temporis indigent. 1. de Inuen. 99. a
Sunt huius temporis. 12. ad Att. 53. Id est, apta huic temporis. Primum tempori cedere, id est necessitati parere, semper sapientis est habitum. Marcel. lib. 4. 9. 5. a
Tempori obedire. Brut. 131
Sed stomachari definamus, tempori pareamus. ad Atticum, lib. 7. 136. 3. a
Tempori seruire, & non amittere tempus, quum sit datum. 8. ad Attic. 12
Officiis quæ illi tempori tribui potuerunt. 4. fam. 20
Ad tempus accommodare se alicui. pro Cæl. 40. b
Accurrunt tamen ad tempus tutores. in Verr. 104. b
Capere consilium ad tempus. epist. 149. b
Dicere aliquid ad tempus aptè. Partit. 232. b
Non quo me ad tempus occursum putarè, sed ne tardius, quam cuperem, Reip. gratularer. 1. Phil. 6
Ad tempus redire. Attic. 219. b
Sæpe ii qui debent, non respondent ad tempus. Att. 251. b
Vsq; ad vltimum tempus senectutis. Cat. 56
In aliud tempus. 1. ad Att. 54. sub. differenda.
Considera ne in alienissimum tempus cadat aduentus tuus. Cælio, lib. 15. 14. 9. a
Consilia differs in tempus, quum sciemus, &c. Att. 151. b
Vereor ne in breue tempus dilata sit abs te perniciēs. Brutus Ciceroni, 16. 6. a
Quod in id Reip. tempus non incidetis, sed veneris. Curioni, lib. 2. 6. 3. a
Nisi id verbum in omne tempus perdidissem. Tusc. quæst. 168. b. & 5. fam. 41
Eiusmodi sunt ii versus, vt ab inimico Pompeii in tempus scripti esse videantur. Att. lib. 2. 47
Nostra consilia in sempiternum tempus spectare debent. 1. de Orat. 91. a
Si sibi illa res, atque ea faciendi causa per idem tempus accidisset. 2. de Inuent. 180. a
Qui per id tempus Quæstor vrbanus erat. ad Her. 4. b
Duo fuerunt per idem tempus dissimiles inter se. de claris Oratorib. 157. a
Castra per anni tempus facere non possum. Att. 130. b
Quum per anni tempus nauigare poteris, ad nos veni. 16. famil. 2
Post tempus in aliena re facere, quod ille in sua re, quum tempus erat, non fecit. pro Quint. 9. b
Accommodare se alicui ad tempus. pro Cæl. 12. a
Tempus minimum non amisi tuendæ salutis. 12. fam. 52
Neque ætatis magis idoneum tempus, hoc si amiseris, vltimum vquam es reperiturus. ep. lib. 10. 10. Id est occasionem.
Sed ad proparationem meam quiddam interest, non te expectare, dum ad locum venias, ac statim causam illam totam & tempus arripere. Luceio, lib. 5. 12. 8. a
Tempus satis scitè & commodè cepit ad te adeundi. 11. fam. 27. Id est, temporis opportunitatem.
Nisi fortè eam pecuniam in Reip. magnum aliquod tempus contulerit. Offic. 3. 126
Tempus omne consumo, considerans. 8. ad Attic. 26. pro, in considerando.
Consumere omne tempus in literis. Luceio, lib. 5. 15. 8. a
Omne tempus quod mihi ab amicorum negotiis datur, in his studiis consumo. in Verr. 61. b
Liberum mihi tempus ad eos deferendos existimabam dari: &c. Ruffo, lib. 5. 20. 22. a
Tempus differre. 8. Philip. 249
Tempus cuiusquam lege finire. 15. fam. 29. Id est præscribere.

Omne tempus vna fuiffemus. epist. 71. b
 Tempus habes tale, quale nemo habuit vnquam. 7. Phil. 13. 4.
 Id est, occasionem habes talem.
 Vix tempus habuerim huic tantulæ epistolæ. 1. ad Att. 28. Id est otium.
 Nostrumque hoc tempus ætatis, quod in illa autoritate Senatoria florere debet, aut forensi labore iactari, aut domesticis literis sustentari. ad Q. frat. lib. 3. 21. 6. a
 Nactusque tempus hoc magis idoneum, quam antea, &c. epist. 3. b
 Obseruare tempus faciendi aliquid. epist. lib. 11. 17
 Tempus perdere. de Orat. 156. b
 Tempus nascendi nihil ad agendam vitam pertinere, sed vim & naturam gignentium. Diu. lib. 2. 75
 Ponere tempus in aliquo magno officio. epist. 242. b. vel in loco. Att. 7. b
 Neque ille tot suspicionibus certorum hominum & scelere exulceratus, quæ meum tempus postularer, satis prolixè mihi polliceretur. pro Domo, 23. & 6. fam. 46
 Tempus ad hanc rem fume. 1. de Leg. 14
 Omne meum tempus amicorum temporibus transmittendum putavi. pro lege Manil. a
 Ipse conficior venisse tempus, quum iam nec fortiter, nec prudenter quicquam facere possim. 10. ad Att. 55
 Tempore & die memoriam beneficii definire. post reditum ad Quirites, 18
 Hic qui Romam venisset, satisque feliciter anni iam aduerso tempore nauigasset, &c. rem ad amicos detulit. 4. Verrinar. 66. a
 Alienissimo tempore locare incipit. in Verr. 109. b
 Hortensius alienissimo Reipub. tempore extinctus est, & cessit è vita suo magis, quam ciuium suorum tempore. de Claris, 165. b
 Ea dicam vobis audientibus amisso iam tempore, quæ ipsi foli re integra sæpe dixi. pro Mur. 134. b
 Breui tempore sum visurus. epist. 131. b. & Top. 221. b. Id est, breui spatio temporis.
 Tempore deteriore aliquid facere. pro Quint. 11
 Extremo tempore. Cat. 27
 Quid tam nouum, quam adolescentulum priuatum, exercitum difficili Reip. tempore conficere: pro leg. Manil. 42. a
 Itaque apud patres nostros atroci ac difficili Reipub. tempore, quum Tib. Graccho occiso magnorum, &c. 6. Verr. 97. a. & pro Pomp. 15. b
 Hoc tempore, & vno tempore. epist. 50. b
 Obseruata sunt hæc tempore immenso. Diu. lib. 1. 10
 Tempore ipso. 1. ad Q. frat. 42
 Ego tam misero tempore nihil noui consilii cepissem. Planco, lib. 4. 14. 7. a
 Flores omni tempore anni. in Verr. 225. b
 Tempore meo perneccessario. 5. ad Att. 45
 Quodam tempore Metapontum veni tecum. de Fin. 125. b
 Tempore reliquo. 10. fa. 81. in epist. Lepidi. Id est, in posterum.
 Id non humano consilio, sed propè diuinitus datum atque oblatum vobis summo Reip. tempore videtur. 2. Verr. 1. a
 Scandilius rem se totam relicturum dicit, & suo tempore esse redditurum. in Verr. a
 Tuorumque tristissimo meo tempore meritorum erga me memoriam conseruabo. Figulo, lib. 4. 13. 19. a
 Quererer tecum atque expostularem, ni, vt supra scripsi, purgare me tibi hoc tuto tempore, quam accusare te malle. 3. fam. 39
 Multas vno tempore accepi epistolas tuas. ad Att. a
 Concurrunt iussu meo plures vno tempore librarii, descriptam legem ad me afferunt. 2. de leg. Agr. 28. a
 Si tantulum offensum, titubatūque sit, vt ea quæ singularem ac diu collecta sunt, vno tempore diuersa perdamus. 1. Verr. 40. a
 Quod me de verbis faciendis rogas, incredibile est mi frater, quam egeam tempore. ad Q. frat. lib. 3. 21. 5. a
 A nullus me vnquam tempore aut commodum, aut otium meum abstraxit. pro Arch. 188. b
 Vnum alterum mensum, propè annum denique domi tuæ

piratæ, à quo tempore capti sunt, quoad per me licitū est, fuerunt. 7. Verr. 61. a
 Ab, vel ex æterno tempore. 5. Tusc. 100. a. & de Fin. 52. b
 Ab initio fecisse vel ex tempore aliquo. in Verr. 88. b
 Neque nobis cum illa tum peste certamen fuit, sed cum grauissimo Reip. tempore, &c. 3. de Leg. 37. a
 De tempore alicui commodare. 13. fam. 99
 Ex tempore admoneri. in Verr. 155. b. Id est, vt res fert.
 Ex tempore consilium capere. Offic. 2. 47
 Ex tempore dicere. pro Arch. 13
 Ex tempore futura, & Quæ iam parantur & cogitantur, contraria. 10. ad Att. 2
 Ex eo tempore quo primum ex Africa nuntius venit. a
 Sequitur omnes agros extra Italiam infinito ex tempore. de lege Agr. 60. a. & 1. de Finib. 96. a
 Nam cum te ipsum, ex quo tempore tu me diligere coepisti, quotidie plaris feci: &c. ad Appium, lib. 3. 4. 4. a
 Quo quidem ex tempore memoria teneo, neque meam tibi obseruantiam, neque mihi tuam summam beneuolentiam ac liberalitatem defuisse. Licinio, lib. 5. 8. 8. a
 Istius ille fundus est, quem sine vlla controuersia quadriennium, hoc est, ex quo tempore fundus vœniit, quoad vixit, possedit Cæsennia. pro Cecin. 14. a
 In tempore quid considerandum. 2. de Inuent. 148
 Nihil moliris quod mihi latere valeat in tempore. in Catil. 100. b
 In illo tempore. in Ant. 200. b
 Tempora communia. 1. de Orat. 2
 Dubia formidolosaque tempora. 7. Verr. 1. a
 Dubia Reipub. tempora. pro Font. 27. a
 Tempora erudita. 12. ad Att. 19
 Tempora Heroica. Diuin. lib. 1. 1
 Priora tempora & posteriora. Sestio, lib. 5. 17. 1. a
 Tempora priora in ruinis reipub. iacuerunt. 5. fam. 47
 Tempora tria quibus principio vti non possumus. 1. ad Herennium, 8
 Eiusmodi tempora post tuam profectioem consequuta sunt, vt, &c. ep. 4. b
 Tempora autem Reipub. qualia futura sint, quis scit: mihi quidem turbulenta videntur fore. Thermo, lib. 2. 17. 5. a
 Tempora vim maximam habent. Partit. 47
 Nonnunquam eiusmodi incidunt tempora. lib. 1. de Fin. 15. & Off. 7. b
 Tempora quædam subcisiua incurrunt, quæ ego perire non patior. 1. de Leg. 7
 Tempora valent in Repub. plurimum. 12. fam. 2
 Temporum casus. 1. de Orat. 2
 Nulla temporum circumscripcio metitur spatio æternitatē. de Nat. d. 1. 16
 Fuit hoc siue meum, siue Reipublicæ fatū, vt in me omnis illa inclinatio communium temporum incumberet. pro Corn. Balb. 47. & pro Mil. 76. Id est, vt omnis illa Reip. fortuna.
 Motus temporum venientis anni. 3. ad Q. fr. 37
 Hæc perturbatio temporum perditorum. Titio, lib. 5. 16. 6. a
 Temporum ratio atque inclinatio permagni momenti in Rep. 7. in Verr. 139
 Temporum tristitiam subire. 8. ad Att. 41
 Temporum nostrorum magna varietate. 6. fam. 19
 Temporibus assentiendum. ad Lentulum, lib. 1. 9. 85. a
 Paruit & temporibus & fortunæ meæ. 13. fam. 52
 Necessè est enim in tanta concursatione perturbationum, rerum temporibus potius parere, quam moribus. 11. Phil. 310. a
 Temporibus parere præcipiunt omnes politici. 12. ad Att. 64
 Temporibus nimis seruire. 10. fam. 5
 Omne meum tempus amicorum temporibus transmittendum putavi. pro Leg. Manil. 1. Id est, negotiis amicorum vel periculis.
 Tempora adipisci. 1. fam. 21
 Conseruare & notare tempora. in Orat. 65. a
 Matutina tempora lectiunculis consumere. Mario, lib. 7. 1. 3. a

Heratini me ad sua tempora duxerunt, vt agerem causam. Attic. 62. b
 Sed casu nescio quo in ea tempora nostra ætas incidit, vt, &c. Luceio, lib. 5. 15. 5. a
 Per hæc tempora. epist. 76. b
 Temporibus amissis quæ plurimum valent, præsertim in bellis ciuilibus. 15. fam. 41
 Temporibus Clodianis. 11. fam. 27
 His temporibus difficillimis Reipub. quicquid subueneris, id erit totum & proprium tuum. Plan. lib. 10. 5. 7. a. & pro Cec. 287. b. & pro Sest. 3. b
 Diuersis temporibus. epist. 103. b
 Duris quondam temporibus, &c. pro Corn. 61. b
 Etsi Reip. causa maximè gaudere debeo, tantum ei te præstidui, tantum opis attulisse extremis penè temporibus. Planco, lib. 10. 12. 1. a
 Et quoniam in grauissimis temporibus ciuitatis, atque, &c. pro Sestio, 3. a
 Hisce temporibus. epist. 50. b
 Temporibus illis. de Amic. 4. a
 Sophistes temporibus illis vel maximus. de Nat. d. 1. 44
 Quis Thebanum oratorem scit fuisse temporibus illis: de Claris, 169. b
 Fuit (vt temporibus illis) turis valde peritus. de Claris, a
 Erat cum literis Latinis, tum etiam Græcis (vt temporibus illis) satis eruditus. de Claris, 55. a
 Est autem boni auguris, maximis Reip. temporibus præsto esse debere. 3. de Leg. a
 Temporibus his miseris & extremis. 11. ad Att. 1
 Optimis hercle temporibus, tum quum homines se non iactatione populari, sed dignitate atque innocentia tuebantur. pro Clu. 77. a. & pro Sest. 4. b
 Quibus temporibus: Acad. q. ed. 1. lib. 2. 1. pro, quando: Vel defensus tristibus temporibus, vel ornatus secundis. Marcello, lib. 15. 8. 2. a
 Vespertinis temporibus delitescere. 2. de Nat. d. 75. a
 Meis temporibus accidit. epist. 12. b
 Temporibus regentur quæ sunt in fortuna. 6. fam. 37
 Remissa temporibus, longo interuallo intermissa reuocauit. Tusc. q. lib. 1. 1. scilicet Reip. intelligit enim tempora turbulenta bellorum ciuiliū.
 A primis temporibus. epist. 48. b
 In temporibus quæ cernenda. Partit. 21
 Summa vtilitate, ac maximo sæpe præsidio in periculis atque asperis temporibus cendum erit. pro Cor. Bal. 17. a
 Tempus, commodum temporarium.
 Et illa oratio potius temporis mei, quam iudicii & auctoritatis fuit. pro Clu. 100. a
 Omnes illæ orationes causarum & temporum sunt, non hominum ipsorum ac patronorum. pro Cluent. a
 Tempus, autoritas & potentia.
 Is omnibus exemplo debet esse, quantum in hac vrbe polleat multorum obedire tempori, &c. de claris Oratoribus, 131. a
 Qui tot annos ita viuo Iudices, vt ab illis nullo vnquam me tempore aut commodum, aut otium meum abstraxerit, aut voluptas auocarit. pro Arch. 9. a
 Sed ego hoc meis ponderibus examinabo, non solum quid cuique debeam, sed etiam quid intersit, & quid à me cuiusque tempus poscat. pro Planc. 64. a
 Tempore, pro tempori.
 Ego enim renouabo commendationem, sed tempore. 7. epist. 33. Id est, quum se tempus dabit & occasio.
 Satis putabat se ad comitia tempore venturum, si pridie venisset. 4. Verr. 89. & 11. ad Att. 10. Id est, mature.
 Ad coenam tempore venit Cannius. Offic. 3. 76
 Satis tempore ad eos accedemus, ac valebunt. epist. 168. b
 Tempestas.
 Tempestas temporis. 7. Phil. 221
 Eaque ipsa tempestate euerfa est Resp. quam ego x i i i i. annis antè prospexi. 10. ad Attic. 9
 Eadem tempestate. de Diuin. 96. b
 Tempestates ac temporum varietates. de Nat. d. 1. 4

Qua tempestate Pœnus in Italiam venit. de Orat. lib. 3. 4. Id est, quo tempore.
 Qua tempestate Paris Helenam, &c. Orat. 212. b
 Virtus nec tempestatum, nec temporum permutatione mutatur. Part. 126. b
 Tempestas bona, vel mala.
 Tempestas cæli, id est serena, vel nebulosa. de Diu. 127. b
 Perfrigida tempestas. 6. Verr. 77. a
 Si segetibus aut vinetis cuiuspiam tempestas venerit. de Natura deor. 59. b
 Procella, tempestas, naufragium, ruina, incendium. 2. Officior. 26. a
 Tempestas egregia, qua ego illum vsū puto. 9. ad Att. 53
 Primam nauigationem (dummodo idonea tempestas sit) ne omiseris. ad Attic. lib. 2. 8. 6. a
 Ventus vehemens, immoderata tempestas. pro Sexto Roscio, 40. b
 Quum magna in alto tempestas esset. de Inuen. 74. b
 Tempestas maris subita, quam antè prouisa, terret nauigan-tes vehementius. Tusc. q. lib. 3. 45
 Turbida tempestas. de Inuen. 42. b
 Alia Roma, alia Tusculani euenit sæpe tempestas. de Diuination. 128. b
 Quum homines tempestatum causa opere prohiberentur. de Orat. 148. b
 Tempestatum nos traderemus, è portu sine gubernaculis egressi. 7. ad Att. 44
 Tempestatum obsequi. 1. fam. 50
 Ibi propter tempestatem ad v. 1. Id. morati sumus. ep. 259. b
 In tranquillo tempestatem optare, demeritis est: subuenire: autem tempestatum quauis ratione, sapientis. Offic. 1. 115
 Quas ego expectassem Brundisii, si esset licitum per nauis, qui tempestatem prætermittere noluerunt. ad Terent. lib. 14. 4. 11. a
 Tempestatem futuram prospexi multò antè tanquam ex aliqua specula. 4. fam. 6
 Tu si ita expedit, velim quamprimum bona & certa tempestate conscendas, ad meque venias. ad Q. frat. lib. 2. 6. 5. a
 Sedatis fluctibus & tempestate iam commutata. de Inuentione, 81. b
 Quum tonuit læuum bene tempestate serena. de Diuination. 125. b
 Nullus dies tam magna ac turbulenta tempestate fuit, quin, &c. in Verr. lib. 7. 21. a
 Tempestate abreptus est vnus. pro Lig. 142. b
 Quasi tempestate delati. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 9
 Nauas aduersa tempestate in alto iactari. de Inuen. 74. b
 Iactatus magna tempestate. Tusc. q. 228. b
 Vt si quis ex alto tempestate subito reiectus optaret, &c. pro Cecin. 302. b
 Tempestates, ac temporum varietates, cælique mutationes. de Nat. deor. 1. b
 Imbres, nimbi, procellæ, turbines, reliquæque tempestates. 3. de Nat. d. 70. a
 Ad lætas captandas tempestates non sunt idoneæ. ad Atticum, 26. b
 Turbulentissimæ tempestates extiterunt. de Orat. 85. b
 Tempestates sæpe certo aliquo cæli signo commouentur, sæpe obscura aliqua ex causa concitantur. pro Mure. 35. a
 Tempestatum vis & concursus calamitatum. 5. fam. 36
 Summi gubernatores in magnis tempestatibus nonnunquam à vectoribus admoneri solent. in Ant. 214. b
 His tempestatibus es propè solus in portu. epist. 129. b
 Tum subito magnis tempestatibus commotus fluuius Euerotas. 2. de Inuen. 193. a
 Tempestatibus multos menses retentus est. 11. ad Attic. 36. & 16. fam. 10
 Tempestas, per translationem.
 Commutata tempestas. 2. de Inuen. 236. a
 Quos repentina aliqua vis & tempestas percudit popularis. pro Sestio, 123. a
 Tempestas comestationis. 3. de Orat. 89
 Quanta tempestas inuidiæ nobis impendat. in Cat. 16. a
 FFF. ii.

Tu procella patriæ, turbo & tempestas pacis. pro Domo sua, 105. a

Tempestas periculi. pro Sestio, 24. b

Huius magnitudini animi, grauitati, sapientiæ, tempestas est oblata formidolosissimi temporis. 7. Phil. 221. a

Non fuit illud iudicium, &c. sed vis (vt sæpe dixi) ruina atque tempestas. pro Cluent. 37. b

Nemo fuit qui nõ me pro suis opibus in illa tempestate defenderet. pro Domo, 83. a

Qui hac populi tempestate iactamur & fluctibus. pro Plac. 8

Maximæ & turbulentissimæ molestarum tempestates. 1. de Orat. 2. a

Tempestates populi Rom. ritibus consecratae sunt. 3. de Natura deor. 36

Tempestates meas omnes subieris. 15. fam. 20

Et quidem cæteras tempestates & procellas in illis duntaxat fluctibus concionum semper putavi Miloni esse subeundas. pro Milo. 3. Id est, illa pericula.

Naui Reip. fluitans in alto tempestatibus seditionum & discordiarum. pro Sest. 37. a

Tempestiuus.

Tempestiuu cõiuuii, amœni loci, multarum deliciarum comes & extrema saltatio. pro Mur. 127. b. & pro Arch. 9. a

Sardiniam cum classe venit, nondum tempestiuo ad nauigandum mari. pro leg. Man. 24. a

Sed tamen necesse fuit aliquod esse extremum, & tanquam in arborum baccis terræque frugibus maturitate tempestiua, quasi vietum & caducum, quod ferendum est moliter sapienti. de Senect. 5. a

Multa mihi ipsi ad mortem tempestiua fuerunt, quæ vtinam potuiffem obire. 1. Tusc. q. 176. a

Quantum temporis alii tribuunt tempestiuus cõiuuii. pro Arch. 188. b. Att. 188. b. in Verr. 160. b

Aut tempestiuos fructus ex his capere possemus. Of. 2. 19

Natura quàm tempestiuos dedit, quàm salutare omnibus animantibus ac stirpibus ventos Etesias: de Na. d. 52. b

Quas eos enim cœnas & facere & obire scripsit ad me Sextus: quàm lautas: quàm tempestiuas: 9. ad Att. 56

Ego verò propter sermonis delectationem tempestiuus quoque coniuuii delector. de Senect. 42. a

Tempestiue.

Neque enim ferendi, neque colendi, nec tempestiue demetendi, percipiendique fructus, neque condendi ac reponendi vlla pecudum scientia est. de Nat. d. 2. 233. a

Tempestiuitas.

Sua cuique parti ætatis tempestiuitas est data. de Sen. 30. a

Tendo.

Tendere insidias alicui. pro Q. Rosc. 52. de Leg. 165. b

Suntne igitur insidias, tendere plagas, etiã si excitaturus non sis, nec agiturus: 3. Offic. 89. a

Tendere fugam. 8. ad Att. 55

Non intelligunt se populo Rom. non metum belli, sed spem triumphi tendere. pro Font. 281. b

Ex perfidia & malitia, per quam insidias tenduntur alicui, dii immortales hominibus irasci & succensere consuerunt. pro Rosc. Com. 27. a

Animis omnes tenduntur insidias vel ab iis, quos modò enumeravi, qui teneros & rudes quum acceperunt, inficiunt. 1. de Leg. 69. a

Tendere, conari & pergere.

Quid tendit, quum efficere non possit, vt cuiquam, &c. de Fin. lib. 2. 13

Animum autem vt in eius medio collocavit, ita per totum tetendit. de Vniuer. 26. a

Ad reliqua acri tendamus animo, sic parati, vt, &c. 2. de Diuinat. 6. a

Atqui eò tendit, id agit, ad eum exitum properat vir optimus, vt fit illi Octauius propitius. ad Brut. 17. 7. a

Itaque dubito an Venusiam tendam, & ibi expectem. ad Attic. lib. 16. 333. 16. a

Tendere, offerre.

Græcia tendit dextram Italiae, suumque ei præsidium pollicetur. 10. Phil. 175

Obsessa facibus & telis impiæ coniurationis, vobis supplex manus tendit patria communis. in Cat. 90. a

Tendebamque manus ad cæli cærulea templa. de Inuen. 81. b

Tedet ad vos virgo Vestalis manus supplices easdem, quas pro vobis diis immortalibus tendere consuevit. pro Fontio, 31. a

Imperator dextram tendens, &c. de Prouin. 71. b

Cunctis ciuibus lucem ingenii & consilii sui porrigens atque tendens. 1. de Orat. 91. a

Tendiculæ.

Tum aucupia verborum & literarum tendiculas in inuidiam vocant. pro Cecin. 48. a

Tene.

Tene autem & Aliphera, & Tritia *ἠδὲ καὶ τριτία* ei videbantur: idque *τῆς ἠδὲ τριτίας κατὰ λόγον* confirmabat, vbi mentio non fit istorum. 6. ad Att. 23

Tenebræ.

Crausæ tenebræ. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 112

Quatæ tenebræ eruptione ignium Ætneorum, finitimas regiones obscurauerint. 2. de Nat. d. 70

Quæso quid hoc est: aut quid agitur: mihi enim tenebræ sunt. ad Att. lib. 7. 130. 1. a

Siquid tenebrarum offudit exilium. Tusc. q. lib. 3. 70

In tenebras easdem recidisse. ad Brut. 47. in epist. Bruti. Homines solitudinem & tenebras nati. de Fin. 98. b

Obducere tenebras reb' clarissimis. 4. Academicarum quaestio, 132. a

Offundere tenebras vel caliginem alicui rei. 4. Academicar. quaest. 111. a

Tenebris obstita loca. Tusc. q. lib. 1. 41

Lateat ista omnia crassius occultata & circumfusa tenebris. Acad. q. lib. 2. 22

Nunc tetris tenebris & caligine Alexandriam se peruenturos putant. contra Rull. 74. b

Primum luce, non tenebris intelligitur redisse. in Ant. 175. b

Familiam abiectam & obscuram è tenebris in lucem vocare. pro Deiot. 20. a. Alias, reuocare.

Ex superioris anni caligine & tenebris lucè in Rep. Calend. Ianuar. despiciere coepistis. Postquam. 4. a

Quæ tu in illis Reip. tenebris cæcisque nubibus & procellis constituisti. pro Domo, 19. a. & 13. fam. 3. a

In tenebris tanquam in gurgustio habitauerat. de Natura deor. 1. 17

Quæ iacerent in tenebris omnia, nisi literarum lumen accederet. pro Arch. 10. a

In tenebris non latere, neque esse abditam. 1. ad Quintum fratrem, 6. cui opponitur, In luce positum esse.

Qui tanquam si offusa Reip. sempiterna nox esset, ita ruabant in tenebris, omniaque miscebant. pro Roscio Amerino, 55. a

Tenebrosus.

Tempus tenebrosissimum. in Vatin. 8. a

Tenebricus.

Hæc à Tartarea tenebrica abstractum plaga, Tricipitem eduxit hydra generatum canem. 2. Tusculan. quaest. 38. a

Tenebricosus.

Illud tenebricosum tempus ætatis tuæ patiar latere. in Vatinium, 31. b

Tu ex tenebricosa popina Consul extractus. in Pis. 13. a

Lateant libidines eius illæ tenebricosæ. de Prou. 7. a

Ille verum esse planè negat, esse sensus quidem non obscuros dicit, nec tenebricosos. 4. Acad. 131. a

Tenedos.

Tenedo (prætereo pecuniam quam eripuit) Tenem ipsum qui apud Tenedios sanctissimus deus habetur: urbem illam dicitur condidisse, cuius ex nomine Tenedos nominatur: hunc ipsum inquam Tenem pulcherrimè factum, quem quondam in comitio vidistis, abstulit magno cum gemitu ciuitatis. 3. Verr. 34. a

Tenedi.

Iam verò in Græcia multos habent ex hominibus deos, Alabandum Alabandi, Tenedi Tenem: &c. 3. de Nat. d. 51. a

Tenedius.

Tenediorum igitur libertas, securi Tenedia præcisa est, &c. Q. frat. lib. 2. 13. 1. a

Teneo.

Si rectè concluderit, teneo: sin vitiosè, minam Diogenes red det. 4. Acad. q. 174. a

Hic te, inquit, teneo: non est illud pati, neque iudicio defendere, quum, &c. pro Quintio, 43. a

Teneo quam optabam occasionem, neque omittam. de Leg. 7. a. & 3. Philip. 148

Quorum epistolas, spem victoriæ declarantes, in manu teneo. 12. Philip. 32. 4. a

Teneo in mediis vestigalibus populi Romani, in ipsis fructibus prouinciæ Siciliæ furem, manifestò auertentè rem frumentariam omnem, pecuniam maximam, &c. 5. Verrin. 116. a

Ego tamen teneo ab accusando vix me hercule: &c. Q. frat. lib. 3. 18. 4. a

Teneo facillè meum: nihil est enim eo tractabilius. 10. ad Atticum, 38

Tulliam adhuc mecum teneo. Terentia, lib. 14. 15. 2. a

Hic te, inquit, teneo. pro Quintio, 11. b

Probè teneo. de Inuen. 56. b

Quibus rebus capiatur Cæsar, non tenes. epist. 86. b

Causam Reip. non tenes. pro Syl. 173. b. Id est, non intelligis. Tenes equitum centurias. 11. fam. 28

Tenes te domesticis finibus. 7. ad Att. 42

Tenet aliquem furor. in Vatin. 10

Italiam vniuersam memoria mei, misericordia, desideriumque tenet. ad Quirit. post red. in Sen. 1. a

Quia virtus, vt omnes fatemur, altissimum locum in homine, & maximè excellentem tenet. 4. de Fin. 30

Tenet me auiditas. 1. ad Q. frat. 34

Me mirum desiderium tenet vrbs, incredibile meorum, atque in primis fatietas actæ prouinciæ. epist. 24. b

Me etiam nunc istorum beneficiorum & literarum expectatio, vt tibi placet, Theſſalonica tenet. ad Att. lib. 3. 49. 5. a

Me tantum odium vrbs tenet, vt foras euolare cupiam. in Verrem, 80. b

Magna me, inquit, spes tenet Iudices, bene mihi enenire, quòd mittar ad mortem. 1. Tusc. q. 155. a

Quamobrem magna me spes tenet, si ea quæ sunt in causa, explicare, atque omnia dicendo consequi potuero, &c. pro Clu. 4. a

Summum me eorum studium tenet, sicut odium iam cæterarum rerum. ad Att. lib. 1. 7. 4. a

Sed mihi crede, etiã is qui omnia tenet, fauet ingenii. Marcello, lib. 4. 8. 5. a

Nunc verò ea pars tibi Reip. commissa est, in qua aut nullâ, aut perexiguam partem fortuna tenet. Q. frat. lib. 1. 4

Cæsar splendidam quandam dicendi rationem tenet. de Claris Orat. 89. b

Pompeius se oppido tenet: nos ad portas castra habemus. ad Att. lib. 7. 187. 1. a. & 11. fam. 45

Et si ob eam rem moraris, accipio causam: si te id non tenet, aduola. Tironi, lib. 16. 19. 2. a

Animo iam hæc tenemus comprehensa, non sensib'. 4. Acad. q. 43. a. & Orat. 203. b

Quòd Cæsar, quòd Pompeii gratiam tenemus, hæc me, vt confidam, faciunt. Q. fra. lib. 2. 36

Itaque tum graues sumus, tum subtiles, tum medium quiddam tenemus. 3. de Orat. 97. a

Alter Cæsar Vopiscus, &c. soluat legibus, quâquam leges eum non tenent. 11. Philip. 297. a

Quod idem Peripatetici non tenent. de Fin. 99. b

Illud rectè tenent, accurateque defendunt, voluptatem esse summum bonum, &c. in Parad. 15. a

Quid multa tenent omnia: idque ita omnes intelligere volunt. Q. frat. lib. 2. 11. 2. a. & 2. ad Att. 58

Amici regis duo tresve perdiuites sunt, sed ii suum tam diligenter tenent, quàm ego aut tu. ad Att. lib. 6. 111. 8. a

Reliquæ partes suam vim & dignitatem tenent. de claris Orator. 183. b

πληρωσ in manib' tenebam, & hercule magnum aceruum

Dicæarchi mihi ante pedes extruxeram. 2. ad Attic. 17. 1. a

Tenebam memoria nobis Consulibus ea fundamenta iacta confirmandi Senatus, vt, &c. epist. 12. b

Tenebam enim quosdam fenariolos, &c. Tusc. q. 241. b

Archias totam domum Hortensiorum deuinctam consuetudine tenebat: pro Arch. 186. b

Tenebat non modò authoritatem, sed etiam imperium in suos. de Senect. 33

Multæ etiam vt in homine Romano literæ, omnia memoria tenebat, non domestica solum, sed etiam externa bella. de Senect. 11. a

Me & incommoda valetudo, qua iam emerferâ, &c. tenebat iam duodecimum iam diem Brundusii. ad Att. lib. 5. 95. 1. a

Pompius imperator tenebat prouinciam, in cuius exercitu Catonis filius tyro militabat. 1. Offic. 55. a

Præter Bononiam, Regium Lepidi, Parmam, totam Galliam tenebamus studiosissimam Reipublicæ. ad Cassium, lib. 12. 5. 6. a

Itaque tantum abfuit vt inflammares nostros animos, somnum isto loco vix tenebamus. de Clar. 152. a

Illi autem, quibus erat in deliciis, vix risum tenebant. in Vatin. 15. a. & 1. de Nat. d. 49

Ego tuis cõsiliis vsus sum, maximeque quòd grauitatem in congressu nostro tenui quam debu. ad Atticum, lib. 8. 194. 5. a. & 9. 71

His propositis tenuit prorsus cõsequentia. de Fin. lib. 4. 44

Non tenuit omnino colloquium illud fidem: à vi tamen, periculòque abfuit. 12. Philip. 339. a

Num tanta difficultas eum rei nummarie tenuit: tanta egestas, tanta vis oppressit: in Verr. 202. b

Tenuit permagnam Sextilium hæreditatem. 2. de Fin. 90. a

Tenuit hoc institutum in thuribus omnibus quæcunque in Sicilia fuerunt. 6. Verr. 40. a. & 16. fam. 8

Nam miles qui locum non tenuit, qui, &c. pro Clu. 101. a

Et tenuit cum hoc locum quendam etiam Ser. Fuluius, & vnâ Ser. Fabius pictor, &c. de Clar. 40. a

Itaque M. Scæurus, qui Cn. Dolabellam accusauit, istum in sua potestate ac ditione tenuit. 3. Verr. 68. a

De triumpho nulla me cupiditas vnquam tenuit, &c. ad Attic. lib. 7. 10

Dii immortales, quàm me conturbatum tenuit epistolæ tuæ prior pagina. ad Att. lib. 15. 325. 8. a

Tenuit me Romæ Tulliae meæ partus. 6. fam. 51

Qui nos ibidem Nonis tenuit. ad Attic. lib. 5. 99. 1. a. Id est ventus.

Tenuit se, neque attulit in iudicium quicquam ad lædendū. pro Flac. 9. a. & pro Deiot. 7. & 5. Phil. 199

Nec se tenuit, quin contra suum doctorem librū etiam ederet, qui Sotus inscribitur. 4. Acad. q. 24. a

Quæ te tanta tenuit amentia, vt putares, &c. in Verr. 35. b

Tenuit te dolor, quò minus ad ludos venires. 7. fam. 1

Nunc quidem nisi quid te tenuit, suspicor te esse in suburba no. ad Attic. lib. 12. 252. 8. a

Qui in mea salute principem semper locum tenuistis. pro Domo sua, 243. b

Ab ea hasta ægrè me tenui. At. 258. b. Id est, abstinui, cõtinui. Et si me facillè omni tuo sermone tenuisti: tamen, &c. de claris Orat. 12. 4. a

Tenuerunt hoc eorum posteri iure. 2. de Leg. 54

Nunquam hunc occupatum impeditumque tenuerunt. pro Cælio, 35. a

Verræ Prætor Siculi neque suas leges, neque communia iura tenuerunt. 2. in Verr. 8

Hunc igitur finem illi tenuerunt, &c. 4. de Fin. 43. a

Quintiam ipsum diem memoria tenebo. epist. 96. b

Interea hoc teneo. 1. de Finib. 28. Id est disputabo. Nec si vllam partem libertatis tenebo, proficiet. ad Quint. frat. lib. 3. 17. 21. a

Non tenebo te pluribus. Bruto, lib. 11. 16. 7. a

Oppressos vos, inquit, tenebo exercitu Cæsar. Att. 2. 31. 5. a

Tenebimus hanc consuetudinem à Socrate traditam, &c. 2. de Diuin. 23. a

Nos nō tenebimus iudicia diutius. 2. Ver. 13. a. & 13. ad Att. 22.
 Vt varietate criminum vos attentos tenerem. 7. Verr. 12. 4. a
 Iſque quum ſecundiſſimo vento curſum teneret, ridens, Vi-
 detiſue, inquit, & c. 3. de Nat. d. 119. a. & Tuſc. q. 4. 26
 Nemo qui memoriā rerum Romanarum teneret, ex qua,
 & c. de Clar. 179. a
 Et quum penē in manu iam mortiferum illud teneret pocu-
 lum, loquutus ita eſt, & c. 1. Tuſc. q. 113. a
 Draco quum radicula ore teneret, locutus eſt. de Diu. 137. b
 Aut etiam vt ius ſuum & libertatem tenerent, vulnera exce-
 perunt fortiter. 2. Tuſc. q. 109. a. & 3. 17. & pro Cec. 23
 Tenerent religiones quæ eſſent in more maiorum. 2. de Le-
 gibus. 39
 Quod multos annos tenuiſſet. Academ. q. ed. 1. lib. 2. 65
 Attamen ſi conſilium exquiris meum, neque ego ceſſiſſem,
 & me ipſa ſuo complexu patria tenuiſſet, & c. in Piſ. 14. a
 Quem morem quum Carneades acutiſſimē copioſiſſimēq;
 tenuiſſet, fecimus, & c. 5. Tuſc. q. 17. a
 Ne diutius teneam, pecunia attributa numerata eſt. 3. Ver-
 rinar. 23. a
 Hanc puto me habere aſtione, vt per interdictum meum
 ius teneam, & c. pro Cecin. 23. a
 Ita me delectant, quia Latina ſunt, vt multa ex iis memoria
 teneam. 2. de Nat. d. 149. a
 Hanc ego quum teneam ſententiam, quid eſt cur, & c. lib. 1.
 de Finib. 27
 Ne diutius vos teneam Iudices, ſocietas coitur. pro Roſc. A-
 mer. 12. a. & 10. ad Attic. 45
 Neſcio vtrum teneas aliquid, an planē ſis ſpoliata. 14. fa. 11
 Qui Ciliciam Cyprumque teneas. epiſt. 7. b
 Teneat oportet cælum complexu ſuo omnia animalia. de
 Vniuerſ. 51
 Quod ſi quem aut natura ſua, & c. deficiet, & c. teneat tamen
 eum curſum quem poterit. in Orat. 3. a
 Exiſtimat enim qui mare teneat, eum neceſſe rerum potiri.
 ad Att. lib. 10. 197. 5. a
 Homines ſcitote eſſe quosdam, quos tantū odium veſtri or-
 dinis teneat, vt hoc palam dicent, & c. 3. Verr. 15. a
 Teneat ſe Apennino. 11. famil. 17. in epiſtol. D. Bruti. Id eſt,
 contineat.
 Vos quæſo memoria teneatis, non mihi hoc eſſe propoſi-
 tum, & c. pro Cluen. 22. a
 Agri colendi ſtudia teneamus vſque ad vltimū tempus ſe-
 necutiſ. de Senect. 56. a
 Quare omnes iſtos me authore deridete atque contemnite,
 qui ſe horum, qui, & c. neque adhuc quam perſonam te-
 neant, aut quid profiteantur, intelligere potuerunt. 3. de
 Orat. 30. a
 Si conſuetudinē meam, quam ſemper in Rep. habui, tenue-
 ro. 1. Philip. 20
 Tenere ædes. de Aruſp. 17
 Aliena tenere, ſua amittere. 2. Offic. 121. a
 Tenere aliquem. 6. Phil. 207. Id eſt, habere obſtrictū aut de-
 ditum ſibi.
 Tenere aliquem ad præſidium. 11. fam. 24
 Tenere aliquem deuinctum. de Pet. Conf. 15
 Interrogationū laqueis aliquē irretitū tenere. 1. de Orat. 23. a
 Tenere aliquem omnibus horis in oculis, in auribus, com-
 plexu, & c. 3. Philip. 136
 Tenere aliquem incluſum in curia. Att. 91. b
 Tenere aliquem ſecum. epiſt. 238. b
 Aliquid firmum tenere. in Orat. 140. a
 Tenere aliquid mordicus. de Fin. lib. 4. 74. Academ. quæſt.
 edi. 1. lib. 2. 48
 Tenere animum attentum ad decori conſeruationem. Of-
 ficior. 1. 183
 Animis ac memoria tenere. pro Corn. Balb. 12. a
 Tenere annum. 5. ad Att. 15
 Tenere auguria. Diuin. lib. 1. 77
 Tenere campum. 4. ad Att. 16
 Tenere caſtra, regna, res bellicas. 12. Philip. 335
 Tenere cauſam. pro Cecin. 49. pro, obtinere.
 Tenere cauſas & rationes rerum. Tuſc. q. lib. 1. 24

Ciuitatem oppreſſam ſeruitute tenere. pro Domo ſua, 101. &
 Tuſc. q. lib. 5. 42
 Tenere clauum. Cat. 16
 Tenere conciones. de Pet. Conf. 33
 Tenere conſtantiam. Offic. 1. 167
 Tenere conſuetudinē decernendi debet ſenator. 3. de Leg. 36
 Nauigare & curſum tenere. de Nat. d. 76. b
 Tenere eum curſum, quem à prima ætate ſuſceperis. pro
 Planc. 24. & 76
 Tunc inopes relictī à duce præfectoque claſſis, eundem ne-
 ceſſario curſum tenere cœperunt. 7. Verr. 71. a
 Modus autem eſt optimus, decus ipſum tenere. 1. Off. 197. a
 Decorum tenere. 1. Offic. 179. a
 Tenere dignitatem. 8. Phil. 252. & 12. fam. 54
 Diſciplinam tenere. 2. de Leg. 74. a
 Tenere dolorem. 12. ad Att. 49
 Tenere exercitum. 5. Philip. 196
 Tenere facultatem rei alicuius agenda. 10. fam. 28
 Tenere faſces. pro Ligar. 5. pro, retinere.
 Tenere fiduciam. pro Flac. 40
 Redeoque ad illam Platonis, de qua dixeram, rei formam &
 ſpeciem, quam etſi non cernimus, tamen animo tenere
 poſſumus. in Orat. 34. a
 Tenere compreſſum frumentum. pro Domo, 12
 Tenere Conſularis dignitatis gradum. Offic. 3. 134
 Tenere ſummum gradum. pro Planc. 26
 Tenere *γαμυλο* in re aliqua. 4. ad Att. 27
 Gubernacula Reip. tenere. Diuin. lib. 2. 2
 Veretur autem ne non liceat tenere hæreditatē. 13. ad Att. 62
 Plerique autem, quod tenere atque ſeruare id, quod ſtatue-
 runt, non poſſunt. de Finib. lib. 1. 37
 Tenere & deponere ſummum imperium. de Nat. d. 2. 9
 Tenere iracundiam. Parad. 41
 Iucunditatem perpetuam vitæ tenere. 1. de Fin. 53
 Tenere ius auſpiorum. de Nat. d. 2. 8
 Tenere iura ciuium. in Catil. 20
 Lachrymas interdum vix tenere. 6. Verr. 35. a
 Tenere legem. in Piſon. 6
 Sed aliter leges, aliter philoſophi tollūt aſtutias: Leges, qua-
 tenus manu tenere poſſunt: philoſophi, quatenus ratione
 & intelligentia. 3. Offic. 89. a
 Tenere locum. pro Seſt. 99. Id eſt, dignitatem aſſequi.
 Tenere locum agminis. 5. Philipp. 176
 Tenere locum oratoris in ciuitate. de Clar. 177. b
 Honeſtiſſimum locum ſeruitutis tenere. in Para. 46. a
 Hoc ipſum etiam poſuiſſe pro argumento, & c. quum indi-
 cia mortis ſe comperiſſe maniſeſtō, & manu tenere dice-
 ret, & c. de Claris, 152. a
 Tenere manibus. 2. ad Attic. 10
 Tenere matrimonium alicuius. pro Cæl. 25
 Tenere mediocritatem, quæ eſt inter nimium & parum. Of-
 ficio. 1. 115
 Tenere memoriā alicuius. 6. fam. 6. & Cat. 72. Orat. 109. b.
 de Fin. lib. 3. 7
 Diutius memoriā aliquorum tenere. de Senect. 72. a
 Tenere modum voluptatis fruenda. Offic. 21. b
 Tacere & tenere in ſua poteſtate motum animi & dolorem.
 ad Q. frat. lib. 1. 59. a
 Tenere ſuum munus. Tuſc. q. lib. 5. 29
 Legum nomen tenere. 2. de Leg. 18. a
 Tenere omnia quæ futura ſint, nemo, niſi deus, poteſt. Di-
 uin. lib. 1. 107
 Tenere opes & dignitatem. 4. fam. 31
 Tenere ordinem. 5. Phil. 189
 Tenere illas partes. 2. ad Att. 2. pro, illac iter facere.
 Populum concionibus tenere. Offic. 1. 169
 Tenere portum. 1. fam. 50
 Præcepta & comprehenſa tenere. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 23
 Tenere præterita. Tuſc. q. lib. 1. 53
 Aliis pars quædam cerebri viſa eſt animi principatum te-
 nere. 1. Tuſc. q. 30. a. & 12. Phil. 325
 Sententiæ principatum tenere. de Senect. 59
 Iuris æquabilem tenere rationem. 1. ad Q. frat. 24

Rationem numerorum in oratione tenere. 3. de Orat. 112. a
 Tenere rem familiarem. 11. Philip. 291
 Tenere Rempubicam. pro Mure. 75. pro Seſt. 36. & 2. Philip.
 56. & 1. de Orat. 20
 Tenere ſtabilem ſcientiam rerum. de Finib. 1. 49
 Tenere ſe Alpibus. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 10. 7. a
 Tenere ſe domi. pro Domo ſua, 4
 Tenere ſe domo. poſt redi. in Sen. 26
 Se domesticis ſinibus tenere. ad Att. lib. 7. 131. 6. a
 Se ſuis ſinibus tenere. de Fin. lib. 3. 1
 Hoc loco tenere ſe Triarius non potuit, Obſecro, inquit, & c.
 2. de Finib. 18
 Se vno loco tenere. Plancus Ciceroni, lib. 10. 18. 9. a
 Tenere ſe cœpit claſſo portu. 12. famil. 23. in Epiſt. Caſſii.
 Tenere ſenatum. 2. ad Q. fratrem, 2. pro, retinere.
 Tenere ſtatum & famam dignitatis ſuæ. 4. fam. 32. & 1. 6
 Tenere ſuffragia diſtricta. de aruſp. reſpon. 56
 Tenere templum armatis hominibus. in Vati. 3
 Tenere terram. de aruſp. reſpon. 20
 Tenere viam, quam quis inſtituerit. de Petit. Conf. 36
 Tenere diutius victoriā. 9. ad Att. 24. in Epiſt. Caſaris.
 Tenere viam præſidio vel comitatu. 1. ad Attic. 70
 Tenere vim & numen deorum. poſt redi. ad Quiri. 20
 Tenere voluntatem alicuius. 2. ad Att. 54
 Meo iuſtiſſimo honeſtiſſimoque conuitio te tuam dignita-
 tem ſumma tua virtute tenuiſſe, & c. Cornificio, libro 12.
 25. 6. a
 Et hoc loco Scæuolam dixiſti cauſam apud Centumuiros
 non tenuiſſe. pro Cecinna, 49. a
 Qui ſinus quosdam obſediſſe, aut aliqua promontoria te-
 nuſſe dicuntur. in Verr. 265. b
 Teneor vix quin accurrā. 16. fam. 34
 Cūm is qui audit ab oratore, iam obſeſſus eſt ac tenetur.
 Orat. 217. b
 Si Deus nulla gratia, nulla hominum charitate tenetur, va-
 leat. de Nat. lib. 1. 87
 Extrahitur domo latitās Oppianicus à Manlio, iudex Ai-
 lius ex altera parte coram tenetur. pro Cluen. 29. a
 In Nauſiphane Democriteo tenetur. de Nat. deo. 1. 51
 Tenetur igitur iam Iudices, & maniſeſtō tenetur auaritia,
 cupiditas hominis, ſcelus, improbitas, audacia. 5. Verrina.
 128. a
 Hoc interdicto Ebutius non tenetur. pro Cecinna, 30. a
 Ciuitas, quæ legibus tenetur. pro Cluen. 84. b
 Tenetur res manibus. pro Seſt. 58
 Res non coniectura, ſed oculis ac manibus tenetur. pro
 Cluent. 14. a
 Terra tenetur natura & viget. 2. de Natu. deo. 60
 Italia tota armis præſidiſque tenetur. Att. 136. b
 Quod non licet, id hoc vno tenetur, ſi arguitur non licere.
 Parad. 119. b
 Tenemur vndique. 2. ad Att. 42
 Tenentur aſtricti. Acad. quæ. ed. 1. lib. 2. 8
 Non his modō cauſis, quæ ſpeciem habent magnæ coniun-
 ctionis, ſed iis etiam quæ familiaritate & cōſuetudine te-
 nentur. Planc. lib. 13. 30. 2. a
 Hoc etiam tenentur Romæ homines & alliciuntur. de Pet.
 Conſul. 36. a
 Neque integra re mihi ad conſulendū capeſſerēme Remp-
 tenebar implicatus. 1. fam. 45
 Nemo ita in maniſeſto peccato tenebatur, vt quum, & c. 4.
 Verr. 139. a
 Neque ſolūm argumentis, ſed etiam certis teſtibus iſtius au-
 dacia tenebatur. 7. Verr. 79. a
 Sed nunc fatemur, poſteaquam vnum, quo tenebamur, ami-
 ſimus. ad Att. lib. 12. 243. 1. a
 Septimum ianſdem Corcyræ tenebamur. Tironi, libro 16.
 2. 1. a
 Quum vos, quanquam fœdere obſtricti tenebamini, tamen
 cupere non diceretis, ſed lege impediri. in Piſ. 22. a
 Lege enim collegii ſui non tenebantur, quo maior eſt ſuſpi-
 cio malitiæ alicuius. ad Att. lib. 3. 65. 5. a
 Propterea quod tam lōgo ſpatio multa hæreditatibus, mul-

ta emptionibus, multa dotibus tenebantur. 2. Offic. 120. a
 Nummum ob ſepulturā datum nemini: quæ ſi dices, tene-
 bere. 7. Verr. 105. a
 Dum hæc de Oppinaco conſtabunt, nec villo argumento
 Cluentianæ pecuniæ crimen tenebitur: & c. pro Clu. 99. a
 Moderatio modō virium adſit, & c. ne ille quidem magno
 deſyderio tenebitur virium. de Senect. 29. a
 O te cta miſera quā diſpari domino, & c. ſed tamen quā
 à diſpari domino tenebatur. in Ant. 180. b
 Cūm circunſideretur à ſe, & iam tenetur. 14. ad Att. 11
 Quæ niſi tanta eſſet, & iis anguſtiis, quibus plerique putāt,
 teneretur, nunquam eſſet L. Piſonis nomen tantopere lau-
 datum. 3. Tuſc. 29. a
 Simul & illud Aſia cogitet, nullam, & c. calamitatem abſu-
 turam fuiſſe, ſi hoc imperio non teneretur. Q. fr. libro 1.
 1. 51. a
 Vt qui non diſceſſiſſent, ea pœna quæ eſt de vi, tenerentur,
 ad Q. fr. lib. 2. 7. 9. a
 Quum autem dominatu vnus omnia tenerentur, & c. 2. Of-
 fic. 3. a
 Nam ſi negaſſent vim hominibus armatis eſſe factam, fa-
 cilē honeſtiſſimis teſtibus in re perſpicua tenerentur. pro
 Cecin. 3. a
 Itaque, & c. teneatur modō illud, non ineſſe in his quicquam
 tale, quale non etiam falſum nihil ab eo differens, eſſe poſ-
 ſit. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 91
 Vno quod præuideat animus ipſe per ſeſe, quippe qui deo-
 rum cognatione tenetur. 1. de Diuin. 113. a
 Tamen ne diutius oratione mea ſuſpenſa expectatio veſtra
 teneatur, aggrediar ad crimen. pro Cluen. 5. a
 Ne hoc quidem ſibi reliqui fecit, vt in rebus turpiſſimis,
 quum maniſeſtō teneatur, ſi reticeat & abſit: & c. 3. Ver. 1. a
 Quo tempore incipit ſepulchrum eſſe, & religione tenea-
 tur. 2. de Leg. 87. a
 Nam quum tribus rebus animantium vita teneatur, cibo,
 potione, ſpiritu, & c. 2. de Nat. d. 201. a
 Homines deorum agnatione & gente teneantur. 1. de Legi-
 bus, 35. a
 Quum homines & beſtiæ hoc calore teneantur, & propterea
 moueantur & ſentiant. de Nat. deo. 2. 14
 Adhibita verō exercitatione & arte, vt oculi pictura tenean-
 tur, & c. 4. Acad. 41. a
 Vt multi ſpe tui præſidii teneantur. de Petit. Conf. 32
 Vt pompa, ludis, atque eiſmodi ſpectaculis teneantur, & c.
 5. de Finib. 45
 Teneri & allici aliqua re. de Pet. Conf. 36
 A quo teneri ſolent aduenæ. 7. fam. 37
 Teneri anguſtiis. Tuſc. quæſt. lib. 3. 14
 Teneri cognatione deorum dicitur animus. Diuin. lib. 1. 59
 Dolum malum Aquilius tum teneri putat, cūm aliud ſimū
 latum ſit, aliud actum. de Nat. 75. b
 Teneri hoc facillimē poteſt. 1. ad Q. fra. 13. id eſt, obſeruari.
 Teneri in foro. pro Ligar. 18
 Teneri in maniſeſto furto. in Ver. 79. b
 Maniſeſtis in rebus hominē iam teneri videbitis. 4. Ver. 131. a
 Neque ira, neque gratia teneri. 1. de Nat. d. 65. a
 Iunctiōne aliqua teneri. 1. Tuſc. 58
 Iureiurando hoſtium teneri. 3. Offic. 135
 Teneri lege de vi. de Aruſp. 247. b
 Teneri legibus. in Verr. 139. b
 Teneri loco vel vrbe aliqua. 5. ad Att. 40
 Teneri nō potui, quin tibi apertius illud idem iis literis de-
 clararem. 15. ad Att. 29
 Tranſſerri nomen ab aliquo nō potuiſſe, ſed teneri prædes.
 5. fam. 56
 Summa religione teneri. 6. Verr. 66. a
 Teneri res aliter non poteſt. 1. fam. 2. pro, obtineri.
 Ego ſi ab improbis & perditis ciuibus Rempu. teneri vide-
 rem, ſicut & meis temporibus ſcimus, & c. Lentulo, libro
 1. 9. 31. a
 Teneri ſpe. de Pet. Conf. 15. & 5. fam. 37
 Studio rei alicuius teneri. 1. de leg. 74. a. & Acad. qu. ed. 2.
 libro 1. 3

Studiis iisdem teneri. Volumnio, lib. 7. 34. 5. a
Deinde ita teneri, si sciens fallat. Acad. 36. b
Sed iam quasi voto quodam & promisso me teneri puto. ad
Att. lib. 12. 241. 10. a
O hominem cauendum: quanquam mihi quidem, sed tenē-
dus dolor est. ad Att. lib. 12. 252. 8. a
An numerus in tota oratione tenendus sit. Orat. 217. b
Quod autem affirmatē quasi deo teste promiseris, id tenen-
dum est. 3. Offic. 141. a
In omni actione suscipienda tria sunt tenenda. Offic. 28. b
Nihil aptius est ad opes tuendas ac tenendas, quam diligi.
2. Offic. 30. a
Sine te autem non esse nobis illas partes tenendas propter
Antonium. ad Att. lib. 3. 42. 1. a

Tenax.

Illum filium familias patre parco ac tenaci habere tuis co-
pitiis deuinctum non potes. pro Cælio, 28. a
Eisdem, quum iam essent experti quid valerent, restrictos
& tenaces fuisse pro Plancio, 44. a

Tenacitas.

Cibumque partim oris hiatu & dētibus ipsis capeffunt, par-
tium vnguium tenacitate arripiunt, partim aduncitate ro-
strorum. 2. de Nat. d. 91

Tenor.

Hq; vno tenore, vt aiunt, in dicēdo fluit, nihil afferens præ-
ter facilitatem & æquabilitatem. in Orat. 11. a

Tener.

Tener puer. 3. de Finib. 14. a
Oratio mollis & tenera, & ita flexibilis, vt sequatur quocū-
que torqueas. Orat. 201. b
Procera & tenera palma. 1. de Leg. 3. a
Virtus quidem est tum multis in rebus, tum in amicitia te-
nera atque tractabilis. de Amic. 34. a
Tenerum, flexibile, quod facillē sequatur quocunq; ducas.
de Orat. 159. b
Nihil tam tenerum, nihil tam flexibile, nihil quod magis ip-
sius arbitrio fingeretur. de Clar. 190. b
Nihil enim est tam molle, tam tenerum, tam aut fragile, aut
flexibile, quam voluntas erga nos sensusque ciuium. pro
Mil. 32. Id est, nihil tam incertum & mutabile.
Sed naturale in animis tenerum quiddam atque molle.
Tusc. 192. b
Tenerum eius animū his opinionibus imbuas. 14. ad Att. 25
Hic primus inflexit orationem, & eam mollem teneramq;
reddidit. de Clar. 168. b
Tenero animo eius persuadere, non esse tradendas posteris
inimicitias. Att. lib. 14. 23
Quid tandem isti mali in tam tenera insula non fecissent?
6. ad Att. 27
Qui teneros & rudes quum acceperūt, inficiunt, & flectunt
vt volunt. 1. de Leg. 70. a
Equis vetulis teneros antepone re solemus. de Amic. 59. a
Cum tuis teneris saltatoribus. in Pis. 70. a
Verum enim dicam, teneriore animo mihi videbare. Epist.
libro 5. 64

Teneritas.

In primo enim ortu inest & teneritas & mollities quædam,
vt nec res videre optimas, nec agere possint. 5. de Fi. 105. a

Tenes, siue Tenis.

Tenedo (prætereo pecuniam quam eripuit) Tenem ipsum,
qui apud Tenedios sanctissimus Deus habetur: qui vrbē
illam dicitur condidisse, cuius ex nomine Tenedus nomi-
natur: hunc ipsum inquam Tenem, pulcherrimē factum,
quem quondam iu comitio vidistis, abstulit magno cum
gemitu ciuitatis. 3. Ver. 33. a

Iam verò in Græcia multos habent ex hominibus deos, Ala-
bandum Alabandi, Tenedi Tenem, &c. 3. de Nat. 27

Tennum.

Tenni vsque ad illam ætatem in Senatum venire non po-
tuit, &c. pro Flacco, 34. a

Tennites.

Heracles ille Tennites, homo ingratus & loquax, &c. pro
Flacco, 33

Tenor, Vide Teneo.

Tento.

Tento enim te quo animo accipias. 15. familiar. 44
Tentaui quid in eo genere possem. 1. Tusc. 12. a
Nullus, qui tentauit (vt opinor) patientiam vestram. contra
Rul. 69. b
Experiarque & tentabo omnia, neque desistam abstrahere à
seruicio ciuitatem nostram. ad Brutum, 16. 16. a
Cuius quum tentaret scientiam auguratus, dixit ei, &c. 1. de
Diuin. 60. a
Homo quum se ipse perspexerit, totumque tentarit, intelli-
get, &c. 2. de Leg. 88. a
Cum & per me ipsum egissem, & per Drusum sæpe tenta-
sem. de Orat. 93. b
Tentare volui, an ita dici possent. in Parad. a
Aliquem leuiter tentare quo animo ferat aliquid. 2. de Leg.
Agr. 30. a
Insidiis tentare aliquem. ad Cornificium, lib. 12. 25. 9. a
Verbo nefario aures alicuius tentare. de Arusp. resp. 52. a
Tentare exercitus. de Arusp. resp. 55
Homines in præliis belli fortunam tentare ac periclitari so-
lent. in Verr. lib. 7. 103. a
Hoc flumen ita frigidum est, vt vix pede tentare id possim.
de Leg. lib. 2. 6
Lacessere bello & tentare nationes aliquas. pro Lege Ma-
nil. 16. a
Patientiam alicuius tentare. 2. de Leg. Agr. 32. a
Prudentiam cuiuspiam tentare. 1. Tusc. 157. a
Vt exul potius tentare, quam Consul vexare Rempub. pos-
ses. in Catil. 102. b
Comperi eum tentasse collegium. 8. famil. 36. in epist. Cælii.
Nihil aliud hoc iudicio tentatur, nisi vt, &c. pro Sexto
Rosco. 20. b
Vtrum affueratur in hoc, an tentatur? mihi enim res noua
est. in Verr. 113. b
Malè enim se res habet, cum quod virtute effici debet, id tē-
tatur pecunia. Offic. 37. b
Summa Reip. in huius periculo tentatur. pro Sestio, 43. b
Hæc eadem nunc ab illis defensionis via ratioque tentatur.
in Verr. 136. b
Video quanta quæstio tentetur ab accusatoribus. pro Cluen-
tio, 51. b
Armis & castris tētata res est ab omni genere hominum &
ordine. 2. Offic. 124. a
Idcirco in his rebus euertendis, vnus hominis senectus, in-
firmitas, solitudoque tētata est. pro Rab. perd. reo. 1. a
Iudicium pecunia est tentatum non à Cluentio, sed contra
Cluentium. pro Cluen. 34. & 19. b
Nullus modus est, &c. qui à me non tentatus sit. Orat. 209. b
Quum essent animi seruorum & spe & metu tētati, vt, &c.
pro Cluen. 140. a
Etsi putabam te certiore factum non esse, modò valeres:
scripseras enim te quodam valetudinis genere tentari. ad
Att. lib. 11. 229. 1. a
Vt res propè manu tentari possit. ad Heren. 39. b
Illud animorum, corporumq; dissimile est, quod animi va-
lentes morbo tentari non possunt, corpora possunt. 4.
Tusc. 48. a
Nationes, quas nunquam pop. Rom. neque lacessendas bel-
lo, neque tentandas putauit. pro Pomp. 8 b

Tentans.

Tu, quem ego omni ratione tentans, ad disputandum elicere
nunquam potui. de Orat. 109. b

Tentatus.

Vtrum admonitus an tentatus fecerit, nescio. in Verr. libro
3. 73. a
Domus illa, quæ tētata scelere isto nefario dicitur, plena est
integritatis. pro Cæl. 49. b
Mementote P. C. verbo illo nefario tentatas aures vestras, &
perniciosam viam audiendi consuetudine esse munitam.
de Arusp. 257. b
Habeo enim nihil (tentatis rebus omnibus) in quo acquie-
scam. ad Att. lib. 12. 241. 11. a

Tentatio.

Valetudinem tuam iam confirmatam esse à veteri morbo,
& à nouis tentationibus, gaudeo. ad Att. lib. 10. 208. 2. a

Tenuis.

Aer purus & tenuis, Crassus & concretus, contraria. 2. de
Nat. d. 60. a
Tenuis L. Virginius, vnusque de multis. de Fin. 78. b
Testis obscurus & tenuis. in Partit. 64. a
Multi diuitias despiciunt, quos paruo contentos tenuis vi-
ctus cultusque delectat. de Amic. 72. a
Autoritas tenuis, persona lenis. 2. de Leg. Agr. 52. a
Tenuis causa & inops. 9. fam. 21
Distinctio tenuis & acuta. 4. Acad. 80. a
Ratio ad tenue eliminata. Acad. 17. b
Suspicio tenuis. pro Cecin. 31. a
Athenis tenue calum, ex quo etiam acutiores putantur At-
tici: &c. de Fato, 11. a
Bidis, oppidum est, tenue sanè, non longè à Syracusis. 4.
Verrin. 37. a
Tenuem victum anteferre copioso. 3. Tusc. 84. a
Respondeo mihi dicendi aut nullam artem, aut pertenuem
videri. de Orat. 93. b
Disputare sermone tenui & exiguo. 1. de Orat. 30. a
In artificio & opera quam tenui & leui adhibere multā di-
ligentiam. de Orat. 95. b
Eundem non modò mediocri pecunia, sed etiam tenui per-
cipere possumus. in Hortensio, a
Recitabimus. erras. inani & tenui spe te cōsolaris. pro Rosc.
Comodo, 25. a
Tenuis causa priuata. 9. fam. 48
P. Quintius cui tenuis opes, nullæ facultates, exiguæ ami-
corum copia sunt. pro Quintio, 2. a
Commoti animi tenuium, exilium in ordinem nostrum.
pro Mur. 135. b
Vidi, si vicissem tenuis Reipu. reliquias, si victus essem, nul-
las futuras. pro Dom. 232. b
Spes mea semper fuit tenuior, quam literæ tuæ. ad Att. 48. b
Qui tenuioris ordinis essent. 3. de Leg. 28
Tenuiorum amicorum est ista assiduitas. pro Mur. 141. b
Inuentum est temperamentum quo tenuiores cum princi-
pibus æquari se putarint. 3. de Leg. 35. a
Qui prohiberent iniuria tenuiores æquitate constituenda.
Offic. 45. b
Tenuissimus, Locupletissimus, contraria. in Verr. 136. b
Æthereus locus tenuissimus est, & semper agitur & vi-
get. de Nat. deo. 2. 30
Tenuissima dubitatio. 4. Verr. 13. a
Tenuissima membrana. 2. de Nat. d. 13. a
Tenuissimum & plenissimum lumē lunæ. de Nat. deo. 2. 37
Verres tenuissimum quemque contempsit. in Verr. 101. b
Relinquere alicui tenuissimum patrimonium. ad Heren-
nium, lib. 4. 209. a
Tenuissimo cultu viuere. pro Flacco, 21. a
Negat enim tenuissimo victu, id est contemptissimis escis &
potionibus minorem voluptatem percipi, quam rebus
exquisitissimis ad epulandum. 2. de Finib. 143. a
Corpus nostrum tenuissima sæpe de causa conficitur. de
Arusp. 253. b
Nam locupletissimi cuiusque census extenuarant, tenuissi-
mi auxerant. 4. Verr. 96. a
Persequi tenuissima quæque. pro Cecin. 291. b
In minimis tenuissimisque rebus labi. 1. de Orat. 82. a

Tenuiculus.

Tenuiculo apparatu significas Balbum fuisse contentum.
Pato, lib. 9. 19. 1. a

Tenuitas.

Tenuitas pro paupertate. de Orat. 133. b
Ærari tenuitas. 2. Offic. 109. a
An tanta sit eius tenuitas, vt fugiat aciem? Tusc. quæst. lib.
1. 42. de anima loquens.
Hubertas & tenuitas frugum. 2. de Diuin. 45. a
Tenuitas earum rerum, quas terra procreat. Diuin. lib. 2. 23
Quosdam valetudo, modò bona sit, tenuitas ipsa delectat.

de Claris Orat. 32. a

Vt possum, ex meis angustiis, illius sustento tenuitatem. ad
Tironem, lib. 16. 21. 10. a

Et ista maximè propter limatam quandam & rerum & ver-
borum tenuitatem. de Fin. lib. 3. 32

Ne ars tanta propter tenuitatem hominum à religionis au-
thoritate abduceretur ad mercedem atque quæstum. 1. de
Diuin. 151. a

Tenuiter.

Iamdudum enim mihi nimium tenuiter Siculorum erga te
voluntatis argumenta colligere videor, vtrum, &c. 4. Ver-
rinarum, 113. a

Philosophorum mos tenuiter differendi. in Orat. 26. a
Sæpe ita tenuiter incidunt, vt, &c. ad Her. 19. b

Respondere tenuiter & nugatoriè. ad Heren. lib. 4. 205. a
Argumentationes tenuis & acutius & subtilius tractatur.
ad Heren. lib. 4. 205. a

Tenuissimè æstimare. 6. Verr. 30. a

Tenus.

Illi rumores de comitis Cumarum tenuis caluerunt. epistola
lib. 8. 2. in epist. Cælii.

Et Cepheus conditur ante,
Lumborum tenuis, &c. in Arat. b

Et loca conuist cauda tenuis infera piscis. in Arato, 39. a
Crateraque tenuis lucet mortalibus Hydra. in Arato, 42. a

Antiochus à Scipione deuictus, Tauro tenuis regnare iustus
est. pro Deiot. 25. a. Hoc est, vsque ad montem Taurum.

Nam veteres verbo tenuis acutè illi quidē, sed non ad hunc
vsum popularem atque ciuilem de Repub. differebant. 3.
de Leg. 15. a

Tepefacio.

Is eius taetus est, non vt tepefaciat solum, sed etiam sæpe
comburat. 2. de Nat. d. 56. a. De sole.

Frigoribus adiectis durescit humor, & idem vicissim molli-
tur tepefactus, & tabescit calore. 2. de Nat. deorum, 39. a.

aliàs, tepefcitque calore.

Terra semen tepefactum, vapore & complexu suo diffun-
dit. de Senect. 47. a

Alia semper virent, alia hyeme nudata verno tempore tepe-
facta frondefcunt. 5. Tusc. 53. a

Tepefco, Tepor.

Atque etiam maria agitata ventis ita tepefcunt, vt intelli-
gibile possit in tātis illis humoribus inclusum esse aerem.

Nec enim ille externus & aduentus habendus est tepor,
sed ex intimis maris partibus agitatione excitatus: quod
nostris quoque corporibus cōtingit, cum motu atque ex-
ercitatione recalescunt. 2. de Nat. 39. a

Vua maturata dulcescit, vestitque pampinis nec modico
tepe caret, & nimios solis defendit ardores. Cato 49. a

Ter.

Aptam & ratione dispositam se habere existimant, &c. vnde
vix ter in anno audire nuntium possunt. pro Rosc. Ame-
rino, 79. a

Cadūt de cælo ter quattuor corpora sancta. 1. de Diu. 177. a
Ter millia Laodiceæ. 6. ad Att. 1

Tercenti viri. in Ant. 185. b

Tergeminus.

Ecce tergeminum in scelere par, inuistatum, inauditum, fe-
rum, barbarum. 11. Philip. 289. a

Ternus.

Quum loquimur terni, nihil flagitii dicimus: at quum bini,
obscœnum est. ad Pætum, lib. 9. 22. 10. a

Terna autem sunt vtriusq; partes verborum. de Orat. 216. b
Terna aut bina, aut singula etiā verba diceret. de Orat. 161. b

Ternas epistolas in hora dare. 15. fam. 43
Hoc quoque propter tuos ternos denarios nunc primū po-
stulatur. 4. Verr. 104. a

Tertius.

Sed si res coget, est quiddam tertium. Lentulo, lib. 1. 5. 6. a
Nihil esse tertium. Pato, lib. 9. 22. 2. a. Id est, alterū è duobus.

Tertium aliquod requirunt ad coharendum omnia duo. de
Vniuers. 15

Tertio quoque dic. 2. Tusc. 42. a

Cum tertia parte summa sponso facta. pro Rosc. Com. 7
Modò vobis inspectantibus in iudicio Gabinii tertio quoque
verbo excitabatur. pro Rab. Posth. 21. a

Tertianus.

Vide quæso, &c. ne tertianas quidè febres & quartanas di-
uinas esse dicendum sit. 3. de Nat. d. 31. a

Tertio.

Ille iterum, ille tertio, auetionibus factis pecuniã dedit. pro
Deiot. 146. b

Tertium.

Quid est tam incertum, quàm talorum iactus: tamen nemo
est quin saepe iactans, Venereum iaciat aliquando, non-
nunquam etiam iterum ac tertium. 2. de Diuin. 182. a

Sed hoc teretè horribili vigilantia, celeritate, diligentia est.
8. ad Att. 25

Terentia.

Quid enim vos vxor mea misera (Terentia) violarat, quam
vexauistis, raptauistis, omni crudelitate lacerauistis: pro
Domo, 225. b

Terentia magnos articulorum dolores habet. 1. ad Att. 12
Extremum est, quod te orem, si putas rectum esse, & à te sus-
cipi posse, cum Camillo communices, vt Terentiam mo-
neatis de testamento. Tempora monent vt videat, vt sa-
tisfaciat quibus debeat. Auditū ex Philotimo est, eam sce-
leratè quædam facere. credibile vix est. sed certè si quid est
quod fieri possit, prouidendum est. 11. ad Att. 37

Quòd ad me mea Terentia scribis, te vicum vendituram:
quid, obsecro te (me miserum) quid futurum est: Et si nos
premet eadem fortuna, quid puero misero fiet: 14. Fam. 3

Terentius.

M. Terentius, C. Cassius, Consules. 3. in Verrem, 41
Q. Terentius vnus inter Pontifices minores. de Arusp. 10
Secutusque sum, non dico Cæciliū, Mane vt ex portu in Pi-
ræum (malus enim author Latinitatis est) sed Teretium,
cuius fabellæ propter elegantiam sermonis putabantur à
C. Lælio scribi, &c. 7. ad Att. 19

Frumentum emere debuit Verres in Sicilia ex Senatuscon-
sulto, & ex lege Terentia & Cassia frumentaria. 5. Verr. 139
Denique quum ex Senatusconsulto, itemque ex lege Teren-
tia & Cassia, frumentum æquabiliter emi ab omnibus Si-
ciliæ ciuitatibus oporteret, id quoque munus leue atque
commune Mamertinis remisisti. 7. Verr. 42

Terentina.

Terentina tribus. pro Plan. 17, & 31

Teres.

Plena & teres oratio. de Orat. 161. b

Oratio teres & tenuis & non sine neruis ac viribus. 3. de O-
rat. 110. a

Obstipum caput, & tereti ceruice reflexū. 2. de Nat. d. 154. a
Aures teretes & religiosæ Atticorum. in Orat. 15. a
Si teretes aures habent, intelligensq; iudicium, &c. de Opt.
gen. Orat. 147. a

Tereus.

Delectari mihi Tereo videbatur, & habere maiorem Accio,
quàm Antonio gratiã. 16. ad Att. 4. de Bruto loquens. erat
enim Tereus, Accii tragicodia.

Tuas iam literas Brutus expectabat, cui quidem ego nõ no-
uum attuleram de Tereo Accii. 16. ad Att. 12

Tergeminus, Vide Ter.

Terguerfor, Terguerfatio, Vide

Tergum.

Tergo, is.

Vt in familia qui tractant ista, qui tergunt, qui vngunt, qui
verrunt, qui spargunt, non honestissimum locum serui-
tutis tenent. in Parad. 46. a

Tergum.

Inambulare manibus ad tergum reiectis. Añ. Ciceroni,
libro 10. 31. 8. a

Nanq; ipsum ad tergū cynosuræ vertitur Arcti. de N. 48. b
Tuus autem deus non digito vno redundat, sed capite, col-
lo, ceruicibus, lateribus, aluo, tergo, poplitibus. 1. de Nat.
d. 137. a

Aliquem à tergo adoriri. pro Mil. 21. a

Tum deus illi præcipit, vt pergeret protinus: quid retro at-
que à tergo fieret, ne laboraret. de Diu. 90. b

Senectus in cursu à tergo insequens, nec opinantes assequi-
tur. Tusc. lib. 1. 78

Clodius à tergo hostem interclusum reliquit. epist. 261. b

A laterè, à tergo magnã partè vrbis relinquere. in Ver. 255. b
Antonius à tergo, à frôte, à lateribus tenetur. 3. Philip. 147. a
Grues in tergo præuolantium colla & capita reponunt. 2. de
Nat. d. 187. a

Boum terga non sunt ad onus accipiendum figurata. de Na-
tura d. 58. b

Terguerfor.

Quid taces: quid dissimulas: quid tergiuerfaris: &c. pro
Plancio, 38. a

Quid tergiuerfamur Epicure: nec fatemur, &c. 3. Tusc. 70. a

Atque in his tamen tribus generibus quoquo modo pos-
sunt, non incallidè tergiuerfantur: &c. 3. Offic. 162. a

An cuncter & tergiuerfer, & iis me dem qui tenent, qui po-
tuntur: Att. 109. b

Terguerfari nolui, ne mea nimia suspicionem ei ali-
quam importarem. 16. Fam. 29. in epistola Cicer. filii. Id
est, nolui rationem aliquam iussis eius opponere.

Itaque eum tergiuerfari non sinent, secumque rapiant. 5.
Tusc. 117. a

Non est locus ad tergiuerfandum contra Cæsarem. ad Att.
lib. 7. 121. 7. a

Terguerfans.

Brutus non valde moratur, non tergiuerfans, sed expectas.
Att. 254. b

Hunc æstuatem & tergiuerfantem iudicio ille persequitur.
pro Flacco, 38. a

Fannium inuitum, & huc atque illuc tergiuerfantem, testi-
monium contra se dicere cogo. pro Rosc. Com. 22. a

Terguerfatio.

Quid ergo erat moræ & tergiuerfationis: pro Mil. 40. a

Ego vero Apuliam & Sipontum, & tergiuerfationem istam
probo, &c. ad Att. lib. 10. 156. 2. a

Terminus.

Omnium ætatum certus est terminus: senectutis autem nul-
lus certus est terminus. de Senect. 65. a

Finis & terminus nostrarum contentionum. ad Domitiū,
lib. 6. 22. 4. a

Terminus orationis. 1. ad Heren. 4

Neque terminum malorum prius aspiciet. de Vniu. 57

Quæ de deorum natura præfati sumus, hunc habent termi-
num. de Vniu. 47

Quum nullum tot calamitatibus atque ærūnis terminū in-
ueniremus. a

Cui nulli possessionum termini erant. pro Mil. 115. b

Termini regni modici. pro Deiot. 25

Termini, quos pepigit Socrates, requirendi, iisque parendū.
1. de Leg. 43

Longius quàm vitæ termini postulant, cogitare. pro Rab.
perduel. reo, 21. a

Regiones aliquantò latius excitare, quàm ipsius vicinitatis
nomen ac termini postulabant. pro Rab. 92. b

Constituere sibi certos fines & terminos. pro Quintio, 19. a

Euellere terminos. in Ant. 277. b

Est enim inter eos non de terminis, sed de tota possessione
contentio. 4. Acad. 239. a

Nullis terminis circumscribere aut definire ius suum. 1. de
Orat. 36. a. Aliàs, finire ius.

Pompeii res gestæ iisdem quibus solis cursus regionibus ac
terminis continentur. in Catil. 173. b

Qui imperium pop. Rom. orbis terrarū terminis definiunt.
pro Seft. 18. b

Crassus mihi visus est oratoris facultatè non illius artis ter-
minis, sed ingenii sui finibus immensis describere. de O-
rat. 103. b

Terminalia.

Hisce ego me viis committā, qui terminalibus nuper in sub-
urbium, vt eodem die reuerterer, &c. 12. Philip. 335. a

Termino.

Nunquã terminat nec magnitudinis, nec diuturnitatis mo-
dum, &c. Tusc. q. lib. 2. 40

Ingrediens intra finem eius loci, quem oleæ terminabant.
pro Cec. 289. b

Illorum fines, sicut ipsi dixerāt, terminauit: &c. 1. Offic. 50. a

An Actii Nauii lituus ille, quo ad inuestigandum suam re-
giones vineæ terminauit, contemnendus est: de Natura
deorum, lib. 2. 7

At nos metiendi, ratiocinādique vtilitate, huius artis termi-
nauimus modum. 1. Tusc. 8. a

Terminemus aliquando sententiam. 9. ad Attic. 70

Si quibus regionibus vitæ spatium circumscriptum est, eis-
dem omnes cogitationes terminaret suas. pro Archia, 21. a

Quorum alter fines vestri imperii, non terræ, sed cæsi regio-
nibus terminaret. 3. in Catil. 70. a

Tamen non id spectandum est quid dicat, sed quid consen-
taneum sit ei dicere qui bona: voluptate terminauerit ma-
la, dolore. 3. Offic. 161. a

Clausulam longa syllaba terminare. 3. de Orat. 101. a

Rem infinitam terminare. 1. Tusc. 96. a

Spem possessionum terminare. pro Milone, 55. a

Non æstimatione census, sed cultu atque victu terminatur
diuitiarum modus. Part. 125. b

Stomachus vtraque ex parte consillas attingens, palato ex-
tremo atque intimo terminatur. 2. de Nat. d. 302. a

Pompeii gloriæ domicilium communis imperii finibus ter-
minatur. pro Corn. 57. b

Sed vnde est orsa, in eodem terminetur oratio. pro Mar. 19. a

Id est, finem accipiat.

Vt pariter extrema terminentur, eundemque referant in ca-
dendo sonum. de Orat. 200. b

Cadere numerose, terminarique sententiam. de Orat. 216. b

Omni autem priuatione doloris putat Epicurus terminari
summam voluptatem. 1. de Finib. 59. a

An censet, &c. si iisdem finibus gloriæ meam, quibus vi-
tam esse terminaturus: de Senect. 74. a

Terminatus.

In oratione vniuersa comprehensio clausa & terminata est.
Orat. 216. b

Oratio non conclusa, & Oratio terminata, contraria. Orat.
198. b

Terminato imperio annuo. 3. fam. 50

Ipsa natura diuitias, quibus contenta est, parables & termi-
natas habet. de Fin. lib. 1. 71. a

Terminatio.

Quorum descriptus ordo aliàs alia terminatione concludi-
tur. Orat. 216. b

Exposita igitur, inquit, rerum expetendarum terminatione,
cur, &c. 5. de Finib. 47. a

Versus inuentus est terminatione aurium. in Orat. 103. a

Ternus, Vide Ter.

Tero.

Rerum nomina nouarum, quæ nunc consuetudo diuturna
triuir. 3. de Finib. 22. a

Iam enim hoc verbum satis hesternò sermone triuimus. 4.
Acad. 38. a

Terere omnem ætatem in nugis discēdis. de Oratore libro
3. 68. a

Teretur interea tempus, belli apparatus refrigescet. 5. Phi-
lip. 186. a

Tritus.

Sic sorites satis Latino sermone tritus est. de Diu. 110. b

Res trita communis & peruagata. pro Fl. 160. b

Quid porro in Græco sermone tam tritum atque celebratū
est, quàm, &c. pro Flacco, 51. a

Quum Brūdusium, itèrque illud, quod tritum in Græciam
est, non sine causa vitauissem. 1. Philip. 4. a

Tritum sermone vel vetustate prouerbium. Offic. lib. 1. 49. a

Verbum vñtatam ac tritum. Acad. 44. b

Quum eum vehemèter hortarer, vt eam laudis viam rectis-
simam esse duceret, quam maiores eius ei tritam reliquif-
sent. de Claris Orat. 154. a

Tritæ nostrorum hominum aures & erudita ciuias. de Cla-
ris Orat. 175. b

Habere aures tritas notandis generibus poetarū. epist. 135. b

Tritas vias relinquere. de Claris, 191. b

Faciamus enim tractando vñtatius hoc verbum & tritius.
1. Acad. 40. a

Tritus, us.

Tritu ac conflictu lapidum, ignis elicitur. de Nat. d. 119

Terra.

Terra (inquit Plato) vt focus, domicilium sacrum omnium
deorū est. Quocirca ne quis idem consecrato. 2. de Leg. 43

Terra quæ mater est omnium. pro Cluent. 153. a

Terra enim profectò, quoniam pars mundi est, pars est etiã
dei. de Nat. d. 1. 18

Ille globus quem in hoc templo medio vides, quæ dicitur
terra. in Somn. Scip. 11. a

Terra fruges fert, & vt mater cibos suppeditat. 2. de Leg. 61

Terra ad vniuersi cæli complexum quasi puncti instar ob-
tinet. Tusc. q. lib. 1. 32

Terra in aquam se vertit. 3. de Nat. d. 21

Terra & aqua in medium mundi locum grauitate feruntur
& pondere. Tusc. q. lib. 1. 33

Quæ natura fluere atque manere, vt aqua & terra. de
Nat. 10. b

Terra quibusdam quasi cingulis redimita & circumdata.
Som. Scip. 21

Videamus terræne penitus defixa sit, & quasi radicibus suis
hæreat, an media pendeat. 4. Acad. 220. a

Terra hyme densior. de Nat. deo. 2. 19

Terra facta frugibus. 2. de Nat. deo. 117

Terra grauidata feminibus, omnia parit & fundit ex sese. 2.
de Nat. deo. 59

Terra cum cælo hilarata videatur. 2. de Nat. deo. 75

Terra est infima. de Nat. deo. 2. 13

Terra ipsa dea est, & ita habetur: quæ est enim alia Tellus. 3.
de Nat. d. 70. a

Vnde terra, & quibus librata ponderibus, quibus cauernis
maria sustineat. 5. Tusc. 99. a

Terra locata in media mundi sede solida & globosa, & v-
ndique in sese nitibus suis cõglobata, vestita floribus, &c.
2. de Nat. 142. a. Tusc. q. lib. 1. 32

Terræque vt media sit, eaque sua vi; nutuque teneatur. 3. de
Orat. 98. a

Terra nata. 7. fam. 47

Terra nona immobilis manens, ima sede semper hæret, com-
plexa medium mundi locum. Som. Scip. 18

Nam ea quæ est media & nona tellus, neque mouetur, &
infima est, & in eam feruntur omnia suo motu pondera.
de Som. 128. b

Omnis terra, parua quædam insula est, circumfusa illo mari,
quod Atlanticum, quod Magnum, quod Oceanum appel-
latur. Som. Scip. 22, & 23

Terra humatis in ea mortuis, obducta frugibus obsereba-
tur, vt sinus & gremiū quasi matris mortuo tribueretur,
solum autem frugibus expiatum, viuus redderetur. 2. de
Legib. 58

Terra sita in media parte mundi, circumfusa est aere. 2. de Na-
tur. d. 67

Terra vestita floribus, herbis, arboribus, frugibus. 2. de Na-
tur. d. 72

Terræ cauernis magna vis calor continentur. de Nat. deor.
2. 19. eaque hyme densior inquitum calorem continet
arctius.

Terræ cultum seigniorum suspicor fore, si ad eam tuendam,
ferroque subiiciendam, superstitionis aliquid accesserit. 2.
de Legib. 44

Terræ expers solidum nihil esse potest. de Vniuers. 15

Terræ expirationibus aer alitur & æther, & omnia fiderã.
2. de Nat. d. 60

Terræ faucibus patefactis. 2. de Nat. d. 70

Cn. Octavius est, an Cn. Cornelius quidem tuus familiaris
summo genere natus, Terræ filius, &c. ad Trebatium, li-
bro 7. 9. 3. a

Et huic terræ filio, nescio cui, committere epistolam tantis de rebus non audebam. ad Att. lib. 1. 3. 8. a
 Tum globum terræ eminentē à mari fixum in medio mundi vniuersi loco. Tusc. 162. b
 Huius gentis ac terræ domesticus natiuusque sensus. de Arusp. resp. 17. a
 Umbra terræ soli officiens, noctem efficit. de Nat. deo. 1. 36
 Terræ in sepultura corpus redditur, & ita locatum ac situm quasi operimento matris obducitur. 1. de Leg. 51
 Reddenda est terræ terra. Tusculan. quæst. lib. 3. 50
 Terram altricem nostram, quæ traiecto axe sustinetur, voluit deus esse diei, noctisque effectricem, eandemque custodem antiquissimā deorum omnium, qui intra cælum generantur. de Vniuers. 45
 Terram lunæ cursus proximè ambit, eique supra terrā proxima solis circunuectio est, lucifer deinde & sancta Mercurii stella cursum habent solis celeritati parem. de Vniuers. 37
 Mithridates non fuit eo contentus, quod ei præter spem acciderat, vt illam, posteaquam pulsus erat, terram nūquam attingeret. pro Pomp. 8. b
 Terram crassissimam circumfundit aer. de Nat. deo. 1. 13
 Terram eam sepeliendis corporibus compleri Plato voluit, quæ mortuorum corpora sine viuorum detrimento reciperet: quæ autem fruges ferre, & vt mater, cibos suppeditare possit, eam (inquit) ne quis minuatur neque viuus, neque mortuus. 2. de Leg. 61
 Terram deum esse dicit Plato in Timæo & in Legib. de Nat. deo. 1. 13
 Terram eam esse quæ Ceres diceretur, disputat Chrysippus. de Nat. deo. 1. 30
 Terram ab igni formari sensit Parmenides. Acad. qu. edit. 1. lib. 2. 109
 In terram cadere dicuntur corpora. Tusc. q. lib. 1. 29
 Ne quid excidat aut defluat in terram. de Amic. 207. b
 Terram primū, ignemque iungebat deus, terram efficere moliens. de Vniuers. 15
 Præter terram, rem vllam in mūdo moueri negauit Strato. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 114
 Terram & cælum refert in deos Heraclides Póticus. de Natura deo. 1. 26
 Terram calentem fumare videmus ex recenti fossione. de Natu. d. 2. 19
 Quod si è portu soluētibus, & c. quo tandem animo me esse oportet, propè iam ex magna iactatione terram vidētem, in hunc, cui video maximas Reipub. tempestates esse subeundas: pro Mur. 3. a
 A terra longissimè se efferre. Tusc. quæst. lib. 1. 33
 Vna pars est natura differendi, altera viuendi, tertia natura sic ab his inuestigata est, vt nulla pars cælo, mari, terra, vt poeticè loquar, prætermissa sit. 5. de Finib. 16. a
 Terra & mari bellum comparat. 10. ad Att. 8
 Conquirere aliquem terra marique. Vatinius Ciceroni, libro 5. 23
 Cur mortifera tam multa perniciofa terra marique disperferit? Acad. q. edit. 1. lib. 2. 111
 Quam multæ mihi à Verre insidiæ terra marique factæ sint. 2. Verr. 3. a
 Quantas ille res domi militiæque, terra, marique, quantaque felicitate gesserit. pro Lege Manil. 34. a
 Vt quum duobus in locis distiuctissimis, maximèque diuersis, vno consilio, ab vnus hostium copiis bellum terra marique gereretur, & c. pro Leg. Manil. 5. a
 Cuius tantæ res gestæ terra marique extiterunt. pro Clu. a
 Vt aliquando verè viderentur omnibus gentibus ac nationibus terra marique imperare. pro L. Manil. 39. a
 Cedamus igitur: & vt boni ciues simus, bellum Italiæ terra marique inferamus. ad Att. lib. 9. 170. 4. a
 Quæ aut terra aut mari persequar eum, qui vbi sit nescio: ad Att. lib. 7. 240. 2. a
 Qui saxa iacerent, quæ de terra ipsi tollerent. pro Cec. 296. b
 Ex terra succum trahunt stirpes. 2. de Nat. deo. 90
 Ex terra aqua oritur, & contra. 2. de Nat. deo. 69

Eorum qui in hac terra fuerunt, magnamque Græciam, & c. institutus & præceptis suis erudierunt. de Amic. 12. a
 Hostili in terra turpiter iacuit insepultus. 1. de Inuent. 119. a
 In terra deos spargens. de Vniuers. 57
 Iter à Vibone Brundisium terra petere contendi. pro Pl. 280. b
 Cælum, ignes, terræ, maria, naturæ omnes parent diuino numini. de Nat. deo. 1. 17
 Vt hæc terræ solent, in quibus bellum acerbum est. in Vatin. 157. b
 Terræ quidem mortiferæ: vt Ampsancti in Hirpinis, & in Asia Plutonia. Diuin. hb. 1. 71
 Mitylene, & c. quæ terræ nostræ factæ sunt. cont. Rull. 74. b
 Terrarum varia genera. Diuin. lib. 1. 71
 Terrarum situs, plus quàm lunæ tractus, ad nascendum valere. Diuin. lib. 2. 75
 Vbiunque terrarum & gentium. in Ver. 265. b
 Nesciebam vbi terrarum esses. Att. 73. b
 Si hic morari non potes, abi in aliquas terras. Salust. in Cicer. 101. b
 Qui terras incolunt, in quibus aer crassus est. de Nat. 3. b
 Omnes terras, omnia maria mouere. 8. ad Att. 27
 Subito non longè à Syracusis penetrauit sub terras. in Verr. 225. b
 Accersere aliquem ex vltimis terris. de Arusp. resp. 22. a
 Quid enim in terris commune tantum tantulumne consilium? pro Dom. 227. b
 Non ignoro quid sociis accidat in vltimis terris. Quint. Frat. 296. b
 In terris nemo est. 4. ad Att. 46
 Id enim amisisti, cui nihil in terris simile fuit. Bruto, 19. 3. a
 Pecunia tanta, quanta sit in terris. contra Rull. 78. b
Territorium.
 Vt florētis coloniæ territorium minueretur. 3. Philip. 101. a
Terrenus.
 Humor marinus & terrenus longo interuallo extenuatus. 2. de Nat. d. 61. a
 Terrena natura. de Nat. d. 2. 18
 Soliditas terrena. 2. de Nat. d. 27. a
 Corpus terrenum & concretum. 1. Tusc. 76. a
 Decoloratio quædam ex aliqua contagione terrena potest sanguini similis esse. de Diu. 120. b. & 2. de Nat. d. 86. a
 Corpora nostra terreno principiorum genere confecta, ardore animi concalescunt. 1. Tusc. 68. a
 Bestiarum autem terrenæ sunt aliæ, partim aquatiles, aliæ, & c. 1. de Nat. d. 143. a
 Terrena & humida suo pte nutu in terram feruntur. Tusc. 156. b
 Tamen terrenis concretisque corporibus sunt intersepta quodammodo. 1. Tusc. 76. a
Terrestris.
 Apronius terrestris archipirata. 7. Verr. 56. a
 Terrestre animal. de Vniuers. 43
 Domicilium terrestre. 6. Verr. 114. a
 Præsidium terrestre. 7. Verr. 70. a
 Res cælestes atque terrestres. de Na. 41. b
Terrigenus.
 Vt si quis medicus ægroto, imperet vt sumat Terrigenam, herbigradam, domiportam sanguine cassam, Potius, quàm hominum more cochleam dicere. 2. de Diuin. 101
Terræmotus.
 Terræmotus horribilis eodem tempore in agro Piceno factus. de Arusp. resp. 58. a
 Si te cta aut vi tempestatis, aut terræmotu, aut vetustate accidissent. 2. Offic. 18. a
 Cum ipse mundus, cum agri terræmotu quodam nouo contremiscunt. de Arusp. resp. 258. b
 Magnos terræmotus in Liguribus, totaque Italia factos esse, vt multa oppida corruerint, multis locis labes facta sit, terræque descenderint, fluminæque in contrarias partes fluxerint, atque omnes mare influxerint. de Diu. 96. b
 Quæ terræ sæpe fremitus, sæpe mugitus, sæpe motus prædixerint. de Diu. 87. b

Apulia maximis terræmotibus cōquassata est. de Diu. 158. a
Terripauium, Terripudium, vide Tripudium.
Terreo.
 Qui omnia cæde, incendiisque terret. de Arusp. 5. a
 Nec me ista terrent, quæ mihi ad timorem proponuntur. Cæl. lib. 2. 15. 12. a
 Sua quæque conscientia animi terrent. pro Sex. Rosc. 29. b
 Hunc tu hominem terreto, si quem eris nactus istiusmodi minus. Partit. 118. b
 Aduersarios minaciter terrere possumus. de Orat. 92. b
 Aliquem denuntiatione periculi terrere. pro Plan. 70. a
 Terrere animos vastitate, pestilentia, & terræmotibus. 2. de Nat. d. 20. a
 Non poena, neque metus, sed turpitudine terrere debet ab iniuriosa vita. de Leg. 164. b
 Homines impulsu deorum, terreri furiarum tædis ardentibus. in Piso. 89. b
 Terreri impetu fortunæ. Tusc. q. lib. 5. 23
 Territare. ad Heren. 30. b
Terribilis.
 Terribilis alicui. 2. Philip. 76
 Alter ò dii boni, quàm teter incedebat, quàm truculentus, quàm terribilis aspectu. pro Sextio, 14. a
 Mors terribilis est iis, quorum cum vita omnia extinguuntur. in Parad. 20. a
 Terribilis res. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 45
 Africa terribili tremuit horrida terra tumultu. in Orat. 50. a
 Pompeius, cuius virtute terribilior erat populus Rom. exteris gentibus. in Ant. 171. b
Terror.
 Terror, metus est concutiens, ex quo fit, vt pudorem rubor, terrorem pallor & tremor, & dentium crepitus consequatur. Tusc. quæst. lib. 4. 15
 Satisne videtur declarasse Dionysius, nihil esse ei beatum, cui semper aliquis terror impendat. Tusc. q. lib. 5. 46
 Terror iniectus Cæsari de eius actis. de Prouin. 35
 Terror sempiternus. Tusc. q. lib. 1. 40
 Causam huius tanti terroris occultas. 5. Verr. 56
 Terrorem inferre alicui regioni. 15. fam. 42
 Athenæ vim & terrorem Periclis timuerunt. de Clar. 168. b
 Iuravit hoc terrore coactus Pomponius. 3. Offic. 153
 Alicuius minis ac terrore commoueri. pro Font. 281. b
 Aliquem vagari erectum passim toto foro cum quibusdam minis & immani terrore verborum. pro Font. 280. b
 Qui sibi iniecto terrore mortis horrescunt. 5. de Fin. 53. a
 Terrore militari adiuncto incitata seruitia. 3. de Leg. 24
 Armis, viris, terrore, periculoque mortis repulit, fugauit, auertit, & c. pro Cec. 24
 Botonius autem miros terrores ad me attulit Cæsarianos. ad Att. lib. 6. 119. 1. a
 Terrores iacere & denuntiare. 2. ad Att. 60
 Nullius periculi terroribus ab officio desciscam. 11. fam. 48. in epist. Matii. Id est, nullis periculis deterrebor ab officio.
 His terroribus ab Epicuro soluti. de Nat. d. 1. 40
Tertulla.
 Tertulla, L. Cassii vxor. 15. ad Att. 20
Teruncius.
 Nos tamen, etsi hoc te ex aliis audire malo, sic in prouincia nos gerimus, & c. vt nullus teruncius insinuatur in quenquam. ad Att. lib. 5. 31
 Interit magnitudine maris Ægei stilla muriæ, & vt in diuitiis Croci teruncii accessio. 3. de Finib. 36
 De præda mea teruncium non attingit quisquam. 2. fam. 35
 Caue putes quicquā homines magis vnquam esse miratos, quàm nullum teruncium, me obtinente prouinciam, sumptus factum esse, nec in Rempub. nec in quenquam meorum. ad Att. lib. 5. 110. 3. a
 Atque etiam spero toto anno imperii nostri teruncium sumptus in prouincia nullum fore. 5. ad Att. 42
 Fecit palam te ex libella, me ex teruncia. 7. ad Att. 9. Id est, te omnium bonorum hæredem, me ex quarta parte.
Tessera.
 Pila, tessera, tali. de Orat. 148. b

Quid enim fors est idem propemodum quod micare, quod talos iacere, quod tesseras: quibus in rebus temeritas & casus, non ratio, nec consilium valet. 2. de Diu. 127
 Nobis sensibus ex lusionibus multis talos relinquūt & tesseras. de Senect. 54. a
Tesserula.
 Quam lepidè lexeis composita, vt tessera omnes. de Oratore, 128. b
Testa.
 Ipse à vicinis cum testa carbunculos corrogaret. ad Herennium, 25. b. & 41. b
Testæ.
 Testis natiuis ad saxa inhærentes beluæ. 2. de Nat. d. 73
 Etsi quum procefferimus, exploratiora videbuntur, & testis vt mur. 16. ad Att. 12. Est nauigii testis, aut constriati genus, vnde aliàs testis legitur.
Testamentum, vide Testor.
Testis.
 Testes, verbum honestissimum in iudicio: alio loco non nimis. 9. fam. 54
Testiculus.
 Medicus testiculos arietinos tenens. ad Heren. 22. b
Testis.
 Cupidus testis, iratus, coniuratus, ab religione alienus, & c. pro Font. 10. a
 Grauis & leuis testis. pro Quintio, 50. a
 Incorruptus atque integer testis. 1. de Finib. 107. a
 Vt quod locuples testis sanguinis sui non fuerit, idem sit grauis auctor iniuriæ publicæ. pro Flacc. 154. b. & 1. de Diuin. 36. & Offic. lib. 3. 12
 Locupletissimus & certissimus testis. 5. Verr. 116. a
 Pro iis rebus nullam mihi abs te relatam esse gratiam, tu es optimus testis. Anton. lib. 5. 5. 4. a
 Religiosus testis. in Vatin. 1. a
 Testis religiosissimus. de Fin. lib. 4. 50
 Testis verus. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 74
 Viuus & præsens testis. 2. de Orat. 6. a
 Testis & conscius alicuius rei. pro Font. 5. a
 Præterea quidem de Consularibus nemini possum aut studii erga te, aut officii, aut amici animi esse testis. epistol. lib. 1. 7. 7. a
 Cn. Pompeius idem mihi testis de voluntate Cæsaris, & sponfor est illi de mea. de Prouinc. 36. a
 Tu mihi testis esse potes, nullam esse artem salis. de Oratore, 128. b
 Cuius rei cuncta testis est Asia. pro Flac. 151. b
 Recitare suum codicem loco testis. pro Rosc. Comæd. 3. a
 Testis est, dicere quæ scierit, aut audierit. lib. 4. ad Herennium, 204
 Citeturque Salamis clarissimæ testis victoriæ. 1. Offic. 106. a
 Graui teste priuatus sum amoris summi erga te mei. ep. 18. b
 Te mearum ineptiarum testem & spectatorem fortuna constituit. de Orat. lib. 1. 56. a
 De qua credo satis idoneum, satis grauem testem Q. Minutium dicere audistis. in Verr. 214. b
 Quum verò iurato sententia dicenda sit, meminerit deum se habere testem, id est (vt arbitror) mentem suam, qua nihil homini dedit deus ipse diuinius. 3. Offic. 57. a
 Primum igitur in hanc rem testem totam Siciliam citabo: & c. 4. Verr. 103. a
 Teste ciuitate. 15. fam. 51
 Qui si negem, & c. quo me teste conuincet? an chirographo? in Ant. 163. b
 Vt à teste veritatem exigunt, non vt à poeta. 1. de Leg. 3
 Testes falsi fictique. Diuin. lib. 2. 21
 Testes integri atque incorrupti. de Fin. lib. 1. 55
 Obscuri testes aut tenues. Partit. 64
 Quorum commoda, vt vos optimi testes estis, semper oratione firmavi. in Ant. 245. b
 Sed etiam rerum mearum gestarum auctores, testes, laudatores fuerunt. Post. red. ad Quirit. 13. a
 Castor & Pollux arbitri & testes omnium rerum forensium. in Verr. 274. b

De quibus vos testes aliis esse debetis, de iis ipsi alios testes audietis: pro Flac. 147. b
 Duo præterea testes nihil de vi, sed de re ipsa atque emptio-
 ne fundi dixerunt, P. Cefennius auctor fundi, non tam au-
 thoritate graui, quam corpore, &c. pro Cecina. 20
 Deinde sunt testes viri clarissimi, &c. in Verr. 57. b
 Testium cupiditas arguenda. 2. ad Heren. 41
 Testium vita inspicienda in testimonio. 2. ad Heren. 41
 Vestra enim qui cum summa elegãtia & integritate vixistis,
 hoc maximè interest, non ex libidine aut simulate, aut le-
 uitate testium, causas honestorum hominum ponderari,
 sed in magnis disquisitionibus, repetitisque periculis vi-
 tam vniuscuiusque esse testem. pro Sylla, 59
 Sic à me satis testium est dictum. de Fin. 77. b
 Testibus suis confidere. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 72
 Testibus denuntiare. 4. in Verr. 8
 Id testibus me pollicitus sum planum facturum, qui, &c. pro
 Quintio, 59. a
 Colligere testes stultitiæ suæ quâ plurimos domestico præ-
 conio. 2. de Orat. 48. a
 Testes cum aliquo comparare. pro Quintio, 40
 Testes corrumpi posse vel pretio, vel gratia, vel metu, vel si-
 multate. 2. ad Her. 43
 Quum testes ex Sicilia dabo, quem volet eligat. 6. Verr. 42. a
 Dare testes in singulas res. 6. Verr. 33. a. pro Quintio, 50. & 2.
 Verrin. 33
 Testes deducere. 6. in Verr. 82
 Testes edere. 3. in Verr. 17
 Non suspicabatur id quod nunc sentiet, satis multos ex illa
 calamitate Ariminensium, testes nobis in hanc rem reli-
 quos esse. 3. Verr. 25. a
 Possunt excitare multos reductos testes liberalitatis tuæ. pro
 Rabir. Posth. 130. b
 Ab inferis locupletissimos testes excitare. de Clar. 195. b
 Excitare testes ex monumentis annalium. 2. de Fin. 107. a
 Apud vos loquor, quos habui innocentia & virtutis meæ
 testes. Antequam, 195. b
 Testes habemus omnes qui, &c. 11. fam. 52
 Producere testes ad iudices. in Verr. 78. b
 Etenim vos mihi optimi testes estis, quàm, &c. Decurioni-
 bus, lib. 13. 77. 2. a
 Testibus mercenariis à suis ciuitatibus notandis. 3. fam. 46
 Testibus præsentibus sexaginta duobus. 13. ad Att. 59
 A testibus dicemus, secundum auctoritatem & vitam tes-
 tium & constantiam testimoniorum. Contra testes, vitæ
 turpitudinem, testimoniorum inconstantiam, &c. 2. ad Her. 41
 Hoc ego philosophari non arbitror testibus uti, qui aut casu
 veri, aut malitia falsi fictique esse possunt. 2. de Diu. 41. a
 Faciam hoc non nouum, sed ab his qui nunc principes no-
 stræ ciuitatis sunt, antè factum, ut testibus vtar statim. Il-
 lud à me nouum iudices, cognoscetis, quod ita testes con-
 stituam, ut crimen totum explicem. 2. Verr. 33
Testimonium.
 Testimonium autem nunc dicimus omne quod ab aliqua
 re externa sumitur ad faciendam fidem. in Top. 38
 Testimonium & grauior quædam confirmatio. de Inu. 52. b
 Testimonium mutuum. pro Flac. 7
 Testimonium meum de eo iudicii, quod & ipse magni æ-
 stimabat, & ego apud te valere eram expertus, ei libenter
 dedi. ad Cæsarem, lib. 13. 17. 6. a
 Testimonium multitudinis non est grauiissimum. de Finib.
 lib. 2. 67
 Testimonium opinionis meæ. 13. fam. 31
 Is demum est mea quidem sententia iustus triumphus ac ve-
 rus, quum optimè de Repub. meritis testimonium à con-
 sensu ciuitatis datur. in Anton. 260. b
 Testimonium cum re debet conuenire. 4. ad Heren. 142
 Tuum testimonium quod in aliena re leue esset, id in tua,
 quoniam contra te est, grauiissimum debet esse. in Ver-
 rem, 141. b
 Testimonio sum ei. 10. fam. 35. in epist. Planci.
 Eius rei ipsa verba formulæ testimonio sunt. pro Quinto
 Roscio, 45. b

Cui rei testimonio sunt literæ, quas Buffenius ad me misit.
 ad Attic. lib. 8. 163. 2. a
 Testimonio esse virtuti alicuius. pro Font. 5
 Non occurrit vnicuique vestrum aliud alii in omni genere
 exemplum quod testimonio sit, &c. pro Cec. 38. a
 Hoc igitur interest inter exemplum & testimonium: exem-
 plo demonstratur id quod dicimus, cuiusmodi sit: testi-
 monio esse illud ita, ut nos dicimus, confirmatur. ad He-
 rennium, 24. b
 De tuo autem filio vereor, ne, si nihil ad te scripserim, debi-
 tum eius virtuti videar testimonium non cepisse. Sestio,
 lib. 5. 12. 9. a
 Testimonium composui, quod quum voles, obsignabo. 15.
 ad Atticum, 30
 Dabit enim nobis iam tacite vita acta in alterutram partem
 firmum & graue testimonium. pro Q. Roscio, 9. a. & ad
 Heren. 11. b
 Vnde illud est: Da mihi testimonium mutuum: totum illud
 Græcorum est. pro Flac. 148. b. & in Verr. 268. b
 Pompeius mihi conseruatæ Reip. dat testimonium. ad Att.
 lib. 2. 16. 12. a. & pro Domo, 240. b
 Quandoquidem tam præclarum mihi dedisti iudicii tui tes-
 timonium. 3. de Leg. 2. a
 Testimonium dare dignitati alicuius. pro Planc. 41
 Testimonium alicui apud alium dare. 8. ad Att. 14
 Testimonium denuntiare. 3. in Verr. 35
 Si asseueremus, vide ne religio nobis ita adhibenda sit, quàm
 si testimonium dicemus. de claris Orat. 192. b. & Acad. q.
 ed. 1. lib. 2. 135. & in Verr. 95. b
 Religiose dicere testimonium. pro Cæl. 49. b
 Non tu verum testem habere, sed eum non sine causa falsum
 testimonium dicere ostenderis. 4. Acad. q. 145. a
 Testimonium dicentem Xenocratem iurare prohibuerunt
 Athenienses. 1. ad Att. 38
 Testimonium secundum fidem & religionem grauiissimè di-
 cere. Q. frat. 324. b
 Testimonium contra deos dicere. 3. de Nat. deo. 61
 Qui ita semper testimonium de ambitu dicunt. pro Planc.
 45. a. & pro Sylla, 6. a
 Qui testimonium de cõiuratione dixi in alios. pro Syl. 32. a
 More maiorum comparatum est, ut in minimis rebus ho-
 mines amplissimi testimonium de sua re non dicerent. pro
 Sex. Roscio, 35. b
 Dicere testimonium in aliquem, & contra aliquem. 3. Verr.
 67. a. & 3. de Nat. d. 119. a
 Certè hoc maius testimonium habes amoris mei. 10. fa. 19. a
 Habere testimonium vocis alicuius. epist. 59. b
 Ut mihi non solum præconium tributum, sed etiã graue tes-
 timonium impartitum esse videatur. epist. lib. 5. 34
 Petere testimonium veritatis ab aliquo. de Nat. d. 17. b
 A C. Fannio ipso testimonium fumo, hæc pecuniam ei non
 deberi. pro Q. Roscio, 46. b
 Testimonium sumere in rem aliquam. pro Cec. 17
 Tribuere testimonium virtutis alicuius. 5. Phil. 201. a
 Dicere aliquid pro testimonio. in Verr. 78. b
 Lentulus Popilius in ambitus iudicio, pro testimonio dili-
 gentissimè laudauit. pro Cluen. 45. b
 Neque dixi quicquam pro testimonio, nisi quod erat ita no-
 tum atque testatum. ad Att. lib. 1. 11. 3. a
 Testimonio debito aliquem priuare. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 72
 Ridiculus sit, si quis in iudicio domestico pugnet, & sui ip-
 sius testimonio abutatur: ut enim testimonium, sic exem-
 plum rei confirmandæ causa sumitur. ad Her. 24. b
 Testimonia sententiæ dictæ. 15. fam. 26
 Testimonia voluntatum propria. Partit. 27
 Sunt in eam rem testimonia. pro Cecin. 68. a
 Testimoniorum constantia vel inconstantia. 2. ad Her. 41
 Testimoniorum ab exemplis differentia. 4. ad Her. 142
 Testimoniorum genera. Partit. 4
 Testimoniorum religionem & fidem nunquam ista natio
 caluit. pro Flac. 148. b
 Ille Iupiter, cuius nomine maiores nostri sanctam testimo-
 niorum fidem esse voluerunt. pro Font. 17. a

**Alia certiorra & clariora testimonia in causa haberem. pro
 Roscio. Com. 21. a**
 Testimonia singula, puto singulos eius versus. 16. fam. 9
 Legite testimonia testium vestrorum, dixit C. Cassinius, &c.
 pro Milon. 35. a
 In eas ipsas res, quàm improbiissimè fecit, testimonia sum-
 psit. pro Cec. 289. b
 Tot præclaris testimoniis, monumentis virtutis compara-
 tis. Antequam. 193. b
Testor, aris.
 Quapropter equidem testor, me putare, &c. pro Rab. 96. b
 Ego quod facio, &c. me omnium vestrum causa facere cla-
 mo atque testor. pro Mure. 71. a
 Sed testor omnes deos, me hac vna voce à morte esse reuo-
 catum. ad Q. frat. lib. 1. 3. 3. a
 Testor deos deasque immortales, vestrasque maximè men-
 tes. Antequam. 18. a
 Ego omnes homines, deosque testor. pro Cec. 301. b
 Vos dii patriæ & penates, &c. testor integro me animo ac li-
 bero, P. Syllæ causam defendere. pro Sylla, 65. a
 Atque hoc vos Iudices testor, mihi, &c. pro Syll. 26
 Preces & nefaria vota cognouimus, quibus illa deos immor-
 tales de suo scelere testatur. pro Cluent. 153. a
 Alphenus, ut omnes intelligere possent, &c. testatur isto au-
 diente. pro Quintio, 45. a
 Testantur & mortuos nostros imperatores, se hoc ius esse
 velle, ut sibi, &c. pro Corn. 63. b
 Vtræque autè crebræ, multæque toto corpore intextæ vim
 quandam incredibilem artificiosi operis diuinique testan-
 tur. 2. de Nat. deo. 209. a. De venis & arteriis.
 Ipsum meum fratrem testatus est, se egisse, &c. Lent. li. 1. 9. 26. a
 Me potissimum testatur est se æmulum mearum laudum exti-
 tisse. 2. Philip. 50. a
 Laus Bruti nondum auctoritate publica testata est. in Ant.
 225. b. Id est, nondum de eius laude s. c. factum est.
 Monebo, prædicabo, denuntiabo, & testabor semper deos ho-
 mineque quid sentiam. 7. Phil. 229. a
 Nunc illud testabor, non me fortilegos, &c. agnoscere. 1. de
 Diuin. 214. a
 Vociferarer, & quantum maximè possem, contenderem, tes-
 tarer publicanos, excitare negotiatores, &c. pro Flac. 29. a
 Implorarem sensus vestros, vniuscuiusque indulgentiam in
 suos testarer. pro Sylla, 48. a
 Nisi recenti memoria Senatus, auctoritatem huius iudicii
 monumentis publicis testatus essem. pro Syll. 30
 Possitne quisquam de filii pupillive testari. de Inuent. 20. b.
 Id est, testamentum facere.
 Testatum esse volo de pace quid senserim. Att. 123. b
 Sæpe enim hoc testandum est. Or. 219. b
 Est quædam calumnia, quam vnusquisque vestrum testante
 animo suo fert de eo, qui falsum crimen bonis obiecat.
 in Sallust. 272. b
Testatus.
 Stuprata per vim Lucretia à regis filio, testata ciues, se ipsa
 interemit. 2. de Fin. 105. a
 Clarissimis monumentis testata consignatæque antiquitas
 quem non mouet. de Diuin. 98. b
 Ut quasi testata esset populo Rom. nostra gratia. epist. 15. b
 Testata laus. 10. Phil. 273
 Ut res quàm maximè clara atque testata esse posset, in ius ad
 Metellum Carpinatium voco, &c. 4. Verr. 136. a
 Nihil dixi pro testimonio, nisi quod erat notum atque tes-
 tatum. Att. lib. 1. 36
 Nihil religione testatū, nihil veritate fundatum reperietur.
 pro Flacc. 20. a
 Abiicere rem testatam. pro Mur. 42. a
 Verum illuc refero tam claram, tamque testatam rem, tam-
 que iustam. ad Att. lib. 14. 308. 2. a
 Istam rationem meam dicam, ut aut te in meam sententiam
 adducam, aut certè testatam apud animum tuum relin-
 quam quid senserim. ad Curionem, lib. 2. 2. 4. a
 Quod quia vidisti plures scire, &c. rem nihilominus testa-
 tam futuram. 6. Verr. 25. a

Quæ quum ita essent, tantane amētia præditus atque auda-
 cia fuisti, ut in re tam clara, tam testata, &c. tabulas publi-
 cas corrumpere auderes? 4. Verr. 72. a
 Si testata dici videbatur. Part. 19. a. Id est, testimoniis firmata
 Testata sunt & illustria. 11. fam. 44. Id est, omnium testimonio
 confirmata.
 Postremo ego causam sic agam Iudices, eiusmodi res, ita no-
 tas, ita testatas, ita, &c. 2. Verr. 29. a
 Nam necesse est fuisse non paucos, ut & comprehendi Lici-
 nius facile posset, & res multorum oculis esset testator. pro
 Cæl. 51. a
Testamentum.
 Testamentum falsum. Offic. 3. 95
 Eius testamētum de Tortorio Ciceronū signis obsignatum.
 Attic. 100. b
 In publicis actis nihil est lege grauius, in priuatis firmissi-
 mum est testamentum. 2. Phil. 106
 Testamenti faciendi potestas capite damnatis nulla certa le-
 ge adimebatur. 2. de Inuent. 232
 Tabulæ quas is instituit, cui testamenti factio nulla esset.
 Topic. 25
 Qui factioem testamenti non habuerit. epist. lib. 7. 22. 23. a
 Testamenti filius. 2. Philip. 80
 Cui plus legatum est, quàm sine religione capere liceat, is per
 æs & libram hæredem testamenti soluat. de Leg. 180. b
 Quod scribis Terentiam de obsignatoribus mei testamenti
 loqui, &c. 12. ad Att. 21
 Ego testamentum composui, quod quum voles, obsignabis.
 Attic. 245. b
 Sic eiusdem testamentum non solum philosophi grauitate,
 sed etiã ab ipsius sententiã iudico discrepare. 2. de Fin. 160. a
 Facere testamentum in procinctu sine libra atque tabulis.
 de Orat. 104. b. & 99. b
 Irritum testamentum facere. 2. Phil. 106. a
 Testamentum palam fecerat, & illum & me hæredem scri-
 pserat. pro Mil. 110. b
 Mutare testamentum. pro Cluen. 23. a
 Vnã fui, testamētum simul obsignaui cū Clodio. pro Mil. 36. a
 Ad testamentum obsignandum aduocare. 12. ad Att. 21
 Constat agnascendo rumpi testamentum. de Ora. lib. 1. 144
 Cui filius agnatus sit, eius testamentum esse ruptum. pro
 Cecinna, 298. b
 Testamento datum ab inuito auferri non potest. Top. 9
 Dolabellam video Liuia testamento cum duobus cohære-
 dibus esse in triente. ad Att. lib. 7. 128. 3. a
 Testamento mulieris nomen mutare. 7. ad Att. 31
 Quū ei testamento sestertium millies relinquatur. 3. Off. 125. a
 Si in testamento deducta scripta non sint. 2. de Leg. 80. a
 Hinc falsa testamenta nascuntur. Offic. 3. 46
 Testamentorum ius. 13. fam. 3
 Testamentorum ruptorum aut ratorum iura. 1. de Orat. 84
 Subiecto testamentorum. 2. in Cat. 30. a. & Part. 125. b
 In qua provincia mortuorum testamenta conscripsit. de A-
 rul. resp. 39. a
 Si testamenta amicorum expectas, aut ne expectas quidem,
 at ipse supponis. in Parad. 55. a
 Multi testamenta eodem modo fecerunt. 3. Verr. 78. a
 Testamenta in procinctu perierunt. de Nat. d. 2. 4
 Subicere testamenta. 4. Philip. 389. a
 Supponere falsa testamenta. 1. de Leg. 64. a
 De testamentis centumviri cognoscebant. 1. de Orat. 84
Testamentarius.
 Cum venefico, cum testamentario, cum sicario, cum latro-
 ne. pro Sestio, 31
 Neque enim de sicariis, veneficiis, testamētariis, furibus, pe-
 culatoribus hoc loco differendum est. 3. Offic. 95. a. Id est,
 falsorum testamentorum subiectoibus.
 Lex testamentaria. in Verr. 98. b
Testificor.
 Testificor, denuntio, antè prædico, nihil eum facturum, &c.
 6. Phil. 207
 Nos autem, ut testificor sæpe, de sapiente querimus. 4. Tul-
 cul. quæst. 88. a

Atque hæc quidem ab iis philosophis, quos tu maxime diligis Catule, dicta sunt: quod eo sapius testificor, vt, &c. 3. de Orat. 104. a

Testificor me recufantem hoc fecisse. Orat. 200. b

Testificor me expertem belli fuisse. ad Att. lib. 8. 153. 2. a

Nam deos hominesque, amicitiam nostram testificor, me tibi prædixisse, neque temere monuisse. ad Att. li. 10. 201. 1. a

Testificor me à te rogatum. in Orat. 19. a

Quasi testificare laudari honestatem, &c. de Fin. 75. b

Brute, testificatur pater se tibi Priuernatem fundū reliquisse. de Orat. 124. b

Testificantur isti P. Quintium non stetisse, & se stetisse. pro Quintio, b

Sed vti in vrbe retinenda tunc, sic nunc in Italia non retinenda testificabar sententiam meam. Att. 117. b

In faciendo quod fas non fuit, testificatus est se supplicationes illas non probare. in Vat. 35. b

Abs te aliquando testificata tua voluntas fuit. ad Att. 15. b

Quippe qui testificetur, ne intelligere quid se posse vbi sit. 2. de Finib. 10. a

Hæc cum maxime summa hominum frequentia testificaretur, in vincula coniectus est. 7. Verr. 14. a

Testificari sententiam suam. 7. ad Att. 8

Non confirmandi, neque testificandi causa, sed demonstrandi. ad Heren. 24. b

Et hoc quicquid attingi, non feci inflammandi tui causa, sed testificandi amoris mei. epist. 19. b

Ad testificandam victoriam nostram. contra Rul. 72. b

Testificatus.

Illud inest tamen commodi, quod & mihi & cæteris amicis tuis nota fuit, & abs te aliquando testificata tua voluntas omittenda provincia. ad Attic. lib. 1. 12. 10. a

Vt statim testificati discederent. pro Cecin. 33. a

Testificatio.

His enim honoribus habitis Ser. Sulpitio repudiatur, reiectaque legationis ab Antonio, manebit testificatio sempiterna. 9. Phil. 266. a

Si eius rei testificatio tolleretur, cautumque esset, eos testimonium non esse dicturos. in Verr. 221. b

Sic egit causam tuam, &c. cum summa testificatione tuorum in se officiorum. ad Lentulum, lib. 1. 1. 5. a. Alias, meritorum.

Vt si quando opus esset, hac videlicet testificatione vteretur. in Verrem, 256. b

Testificationes, seductiones testium, secessionem subscriptorum animaduertebant. pro Murena, 46. a

Quinetiam memini, quum, &c. testificationes, indicia, quaestiones, manifestam rem deferre diceret. de Clar. 151. a

Testius.

Risus est commotus. nihil tantum Mancie simile visum est. vt cum Testio Penario mentum in dicendo intorquenti, tum vt diceret, si quid vellent, si nucè fregisset. 2. de Or. 148

Testudo.

Nunc hoc vel honestate testudinis, vel valde boni æstium locum obtinebit. ad Q. frat. lib. 3. 17. 3. a

Nam Pacuianus Amphion de testudine, &c. Quadrupes tardigrada, agrestis, humilis, aspera, capite breui, ceruice anguina, aspectu truci, euiscerata, inanima, cum animalis sono. de Diuin. 136. b

Quocirca & in fidibus testudine resonatur, aut cornu: &c. 2. de Nat. deo. 217. a

Vsque illum in quadam testudine cum seruis literatis commentatum fuisse. de Claris, 172. b

Est etiam admiratio nonnulla in bestiis aquatilibus, his quæ gignuntur in terra, veluti crocodili, fluuiatilesque testudines, &c. 2. de Nat. deo. 184. a

Testudines quum in terra partum ediderunt, obruunt oua, deinde discedunt. 2. de Nat. d. 98

Teter.

Cruciatu teter. 2. de Fin. 151. a

Homo teter & foedus. Q. frat. 214. b

Teter, truculentus, terribilis aspectu. pro Sest. 6. b

Tetrum enim spectaculum, oppressa ab impijs ciuitas optulandi potestate præcisa. ad Brut. 35

Quæ tetri aliquid essent habitura. de Nat. 54. b. & Att. 254. b

Ipsam ægritudinem, quam nos vt tetram & immanem bellum fugiendam esse diximus, non sine, &c. 4. Tusc. 68. a

Hæc tam tetram, tam horribilem, tam infestam pestem effugimus. in Catil. 99. b

Tenebræ tetræ. 2. de leg. Agrar. 51. a

Quis tetrus hostis huic ciuitati? pro Cæl. 40. b

Tetrus & foedior natus est. 3. de Leg. 20

At videte quanto hic tetrus tyrannus. Offic. 51. b. & in Verrem, 229. b

Tempestatibus nihil tetrus. 16. ad Att. 30

Nullum vitium est tetrus, quam auaritia. Offic. 49. b

Ille omnium perditorum ita similis, vt esset facile terribilissimus. 1. Tusc. 127. a. De Panatio.

Propino, inquit, hoc pulchro Criticæ, qui in eum fuerat tetrissimus. 1. Tusc. q. 79

Quamquam sis omni diritate atque immanitate terribilissimus. in Vat. 30. b

Terribilissimam mortem obire. pro Milo. 65

Vir clarissimus ab homine terribilissimo occisus est. epist. 56. b

Qui durissimis & frigidissimis locis terribilissima hyeme bellum ambulando confecerunt. 8. fam. 43. in epist. Cælii.

Ei tres sententiæ terribilissimæ in consilio defuerunt. Q. fra. li. 2. 10

Terribilissima capita. 11. Philip. 188

Tetre.

Multaque facere impure ac tetre cum temeritate & impudentia. 1. de Diuin. 108. a

Quibus nihil nec tetrus, nec foedius excogitari potest. Officior. 3. 46

Terribilissimè cadunt omnia. 10. ad Att. 40

Nam istum quidem, cuius *παλαισμοῦ* times, omnia terribilissimè facturum puto. ad Att. lib. 7. 40

Terribilissimè gerere se in prouincia. Att. 262. b

Quod seuerè de religione decerneret, impurissimè, terribilissimèque violasti. pro Domo, 81. a

Tetradrachma.

Nam iam ternis tetradrachmis triticum apud Dolabellam est, nisi quid, &c. Cassius ad Ciceronem, lib. 12. 24

Tetrarcha.

Idem si cæteri reges, tetrarchæ, dynastæque fecissent, s. p. Q. Rom. eorum officii non immemorem futurum. 11. Phil. 313. a

Qui regna, qui prædia tetrarchis, qui immanes pecunias paucis dederunt. ad Att. lib. 2. 24. 4. a. & pro Domo, 125. b

in Vat. 35. b. & pro Corn. 57. b

Tetrarchia.

Cuius quidem hoc præclarissimum est, quod posteaquam à Cæsare tetrarchiæ regno pecuniæque multatus, negat se tamen eorum auspicio, &c. p. n. 1. de Diu. 27

In eius tetrarchiam ex Græcis comitibus suis collocarat. 2. Philip. 95

Negat vnquam se à te in Deiotari tetrarchia pedem discessisse. pro Deiot. 29. a

Tettius.

P. Tettius hæc eadè se Lampfaci cognosse dixerit: vir omnibus rebus ornatissimus C. Varro, qui tum in Asia Tribunus militum fuit. 3. Verr. 49

Nisi verò illud dicit, quod in testimonio Tettii priore actione interpellauit Hortensius. 3. Verr. 49

Teucer.

Nec quisquam est eorum, qui, si iam sit edificandum aliquid, non Teucrum Pacuuii malit, quam Manlianas vanales vendendorum leges edificare. 1. de Orat. 127

Teucris.

Teucris illa lentum negotium: sed tamen est in spe. 1. ad Att. 28

Quid quaeris: num vt ad priuata redeam? T. *ἔξω* promissa patrauit. tu mandata effice, quæ recepisti. 2. ad Att. 33

Texo.

Vt in araneolis aliæ quasi rete texunt, aliæ ex inopinato obseruant. de Nat. 50. b

Sed tamen togam prætextam texi Oppio. ad Cælium, lib. 2. 15. 19. a

Paulus in medio foro basilicam iam penè texuit iisdem antiquis columnis. 4. ad Attic. 50

Vt quum plus vno verum esse non possit, &c. quas plagas ipsi contra se Stoici texuerunt. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 136

Epistolas verò quotidianis verbis texere solemus. ad Pætū, lib. 9. 48

Ego verò, inquit Cassius, &c. quanquam ea tela textitur, & ea incitatur in ciuitate ratio viuendi, &c. 3. de Orat. 125. a

Sanè texebatur opus luculenter, hominumque dignitas aliquantum orationi ponderis afferebat. ad Q. fra. lib. 3. 27

Textus.

Tegumenta corporum vel texta, vel suta. de Nat. d. lib. 2. 113

Textilis.

Textile in delubris communibus nec operosius, quam mulieris opus menstruum dedicato. 2. de Leg. 43

Nego vllam picturam neque in tabulis, neque textilem fuisse, quin quaesierit, inspexerit, &c. 6. Verr. 2. a

Color albus præcipue decorus Deo, tum in cæteris, tum maxime in textili. de Leg. 179. b

Ipsè illigatus peste interimor textili. 2. Tusc. q. 32. a

Collocari iussit hominè in aureo lecto strato pulcherrimo, textili stragulo, magnificis operibus picto. 5. Tusc. q. 86. a

Textor.

Si mancipium pro fabro aut pro textore emimus. pro Planicio, 51. a

Textrina.

Nulla domus in Sicilia locuples fuit, vbi iste non textrinam instituerit. 6. Verr. 52. a

Textrinum.

Quod tamen oppidum isti textrinum per triennium ad muliebrem vestem conficiendam fuit. 6. Verr. 92. a

Thales.

Thales ex aqua dixit constare omnia. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 108

Thales Milesius aquam dixit esse, initium rerum. de Nat. 1. 19

Thales Milesius primus defectionem solis, quæ Aftyage regnante facta est, prædixisse fertur. Diuin. lib. 1. 95

Thales Milesius, vt obiurgatores suos conuinceret, ostendèretque etiam philosophum, si ei commodum esset, pecuniam facere posse, omnè oleam, antequam florere cœpisset, in agro Mileσιο coemisse dicitur. Diu. lib. 1. 95

Thales Milesius, præuisa olearum vbertate, ostendit se, si vellet ditescere, potuisse. 2. de Diu. 182

Thales princeps Ionicæ philosophiæ. Acad. quaest. edit. 1. lib. 2. 108

Thales, qui sapientissimus inter septem sapientes fuit, dicebat homines existimare oportere deos omnia cernere, deorum esse omnia plena. 2. de Leg. 28

Thales vnus è septem sapientibus Græciæ. Acad. quaest. ed. 1. lib. 2. 108

Tharsus.

Quid, quod quum sustentare vix posses mœrorè tuum, doloremque decessionis, Samothraciam te primum, inde Tharsum cum tuis teneris saltatoribus, &c. contulisti: in Pisonem, 70

Thaumantis.

Est enim pulcher, & ob eam causam, quia speciem habeat admirabilem, Thaumante dicitur esse nata. lib. 3. de Natura deor. 36

Theanum.

Theanum, oppidum Campaniæ. in Rullum, 94

Theanum Apulum à Larino abest decè & octo millia passuum. pro Cluent. 19

Ego, vt proximè tibi placuerat, Capuam veni eo ipso die, quo tu Theano Sidicino es profectus. 8. ad Att. 31

Theatrum.

Theatrum celebritate refertissimum. 1. ad Q. frat. 31

Quum forum populi Romani, quod fuisse quasi theatrum illius ingenii. de Claris, 4. a

Nullum theatrum virtuti conscientia maius est. 2. Tuscula. quaest. 108. a

Magnum theatrum habet ista prouincia, non vt hæc nostra, &c. ad Silium, lib. 13. 86

Theatrum sanè bellum habuisti. 13. ad Att. 22

Tanquam è theatro exeamus. 1. de Fin. 77. a

Exeamus è theatro, veniamus in forum. 3. de Nat. d. 54

In theatro ac spectaculis. ad Att. lib. 2. 34. 4. a

Vt me, Quæsturamque meam quasi in aliquo orbis terræ theatro versari existimarem. 7. Verr. 29. a

Idque frequentissimo theatro, incredibili clamore & plausu comprobatum est. de Diu. 93. b

Familiaritas, quæ mihi cum Lamia est, magno theatro spectata est. 12. fam. 60

Gradus illi Aurelii tum noui, quasi pro theatro illi iudicio ædificati videbantur, quos accusator concitatis hominibus complerat. pro Cluent. 37. b

Theatra, porticus, noua templa, &c. 2. Offic. 88

At in his si paulum modò offensum est, &c. theatra tota reclamant. 3. de Orat. 108. a

Multas equidem C. Cæsaris virtutes, magnas incredibileque cognoui, sed sunt cætera maioribus quasi theatris proposita. pro Rab. Posth. 26. a

Theatralis.

Theatrales, gladiatorique cõfessus dicuntur omnino sole-re leuitate nonnullorum emptos plausus & exiles & raros excitare. pro Sestio, 100. a

Thebe.

Alexandrum, qui apud Phæreos in Thessalia tyrānidem occupat, vxor sua, cui Thebe nomen fuit, noctu, quum simul cubaret, occidit. 2. de Inuent. 29

Quid Alexandrum Phæreum, quo animo vixisse arbitramur: qui, vt scriptum legimus, quum vxorem Theben admodum diligeret, tamen ad eam ex epulis in cubiculum veniens, &c. præmittebat de stipatoribus suis, qui scrutarentur arculas muliebres, & ne quod in vestimentis telum occultaretur, exquirerent. 2. Offic. 33

Thebæ, arum.

Thebis calum crassum: itaque pingues Thebani & valentes. Fat. 6

Thebis paulò ante Leuocraticam pugnam in templo Herculis valuz clausæ repagulis subito se aperuerunt, armaque, quæ fixa in parietibus fuerant, ea humi sunt inuenta. Diuin. lib. 1. 66

Thebanus.

Omnia nocturna in media Græcia Diagondas Thebanus lege perpetua sustulit. 2. de Leg. 37

Thebanum Epaminondam Lyfias Pythagoreus cruduit, Syracusium Dionem Plato. 2. Offic. 110

Thebani pingues & valentes. Fat. 6

Thebanorum victoria prædictio. 2. de Diu. 83

Theca.

Quare in hoc thecam nummariam ne retexeris: in alijs eris cautior. ad Att. lib. 4. 24

Qui videret equum Troianum introductum, vrbem captam esse diceret, efferri sine thecis vasa, extorqueri alia de manibus mulierum. 6. Verr. 46. a

Thecula, 1. Att. 140. b

Thelxiope.

Thelxiope, Mneme, Aæde, Melete, musæ primæ quatuor. 3. de Nat. deor. 38

Themista.

Neque verò contempsisti, licet Themista sapientior, si es tuum ferreum Senatus conuitio verberari noluisse. in Pisonem, 50

Themistagoras.

Themistagoras & Theffalus à Verre apud C. Neronem accusati. 3. Verr. 58

Themistocles.

Noctu ambulabat in publico Themistocles, quod somnum capere non posset: quaerentibusque respondebat, Milciadis trophæis se è somno suscitari. Tusc. q. lib. 4. 34

Themistocles laudum suarum vocem libentissimè audiuit. pro Arch. 15

Themistocles, quod adiutorem cõtra patriam inueniret neminem, mortem sibi consciiuit. Lat. 40

Themistocles à Rep. sua bene gerenda, Milciadis calamitate non est deteritus. pro Sestio, 124

Themistocles post victoriã eius belli, quod cum Persis fuit, dixit in concione se habere consilium Reip. salutare, sed

id sciri opus non esse: postulavit ut aliquem populus daret quicum comunicaret, datus est Aristides. 3. Offic. 63
 Aristides dixit perutile esse consilium, quod Themistocles afferret, sed minimè honestum. 3. Off. 64
 Quale tibi consilium Pompeii videtur: (Hoc quæro, quòd vrbem reliquerit.) Fecit idem Themistocles. fluctu enim totius Barbariæ ferre vrbs vna nõ poterat. ad Att. li. 7. 38. 3. a
 Themistocles fuit regnante iam Græcia, nostra autem ciuitate non ita pridem dominatu regio liberata. Brut. 20
 Post hanc ætatem aliquot annis, ut ex Atticis monumentis potest perspicere, Themistocles fuit, quem constat quòd prudentia, tum etiam eloquentia præstitisse. Brut. 14
 Apud Græcos fertur incredibili quadam magnitudine consilii atque ingenii Atheniensis ille fuisse Themistocles, ad quem quidem doctus homo atque in primis eruditus accessisse dicitur, eique artem memoriæ, quæ tum primùm proferebatur, pollicitum esse se traditurum. quòd ille quæsisset, quidnam illa ars efficere posset, dixisse illum doctorem, ut omnia meminisset. & ei Themistoclem respõdisse, gratius sibi illum esse facturum, si se obliuisceret, quæ velle, quam si meminisset docuisset. 2. de Orat. 165. & de Fin. lib. 1. 86
 Themistocles in odio apud Lacedæmonios & apud suos ciues. 10. ad Attic. 24
 Quauis enim Themistocles iure laudetur, & sit eius nomen, quàm Solosis, illustrius, citeturque Salamis, clarissimæ testis victoriæ, quæ anteponatur consilio Solonis, ei quo primùm constituit Areopagitas: non minus præclarum hoc, quàm illud iudicandum est. Off. 1. 105
 Themistocles imperator bello Persico seruitute Græciam liberavit. Lælius, 40
 Themistocles mori maluit, quàm contra patriam amari. 9. ad Att. 36
 Themistocles propter inuidiam in exilium missus. Læli. 40
 Themistocles omnium ciuium nomina perceperat. Cat. 19
 Themistocles, populi ingrati pulsus iniuria, se ad hostes contulit, conatumque iracundiæ suæ morte sedauit. Brut. 20
 Themistocles quum consuleretur, vtrum bono viro pauperi, an minus probato diuiti filiam collocaret, Ego verò, inquit, malo vrbem qui pecunia egeat, quàm pecuniam quæ viro. Offic. 1. 104
 Themistocles quum in epulis recusasset lyram, habitus est indoctior. Tusc. q. lib. 1. 4
 Themistocles Seriphio cuidam in iurgio dicenti non eum sua, sed patriæ gloria splendorem affecturum, respondit, Nec hercle, si ego Seriphus essem, nobilis: nec tu, si Atheniensis esses, clarus vnquam fuisses. Cat. 8
 Themistocles non vidit quid Artaxerxi polliceretur. 10. ad Atticum, 24
 Cuius studium in legendo non erectum Themistocles fuga, redituque retinetur. 5. fam. 31
 In qua videtur illud esse crudele, quòd ad liberos, qui nihil meruerunt, pœna peruenit. sed id & antiquum est, & omnium ciuitatum: siquidem etiam Themistocles liberi egerunt. ad Brut. 40
 Themistocles prudentia ex verbis Thucydidis. ad Att. 10. 24
 Themistoclem à defendenda Repub. non deterruit nec Milciadis calamitas, nec Aristidis fuga. pro Sest. 154
 Sed quo plus in negotiis gerendis res, quàm verba profunt: hoc erat memoria illa præstantior, quam fuisse in Themistocle, quem facile Græciæ principem ponimus, singulariter ferunt. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 2
 Omnia fuisse in Themistocle paria & Coriolano, ut Coriolanus sit planè alter Themistocles. Brut. 21
 Themistocleus.
 Themistocleum à Pompeii consilium. lib. 10. ad Atticum, 21
 Themistocleus exilio mori. 10. ad Att. 24
 Themistocleus, oppidum. in Verr. 2. 44. b
 Themistocleus. in Verr. 2. 43. & 2. 44. b
 Themis.
 Si puer ille terram non tenuit, si thensam aut locum omisit. de Aruspic. 249. b
 Te appello Lentule, cuius sacerdotii sunt thensæ, curricula,

præcentio, ludi, libationes. de Aruspic. 19. a
 Omnes dii, qui vehiculis thensarum solennes coctus ludorum initis. in Verr. 2. 74. b
 Via thensarum & pompæ. 3. in Verr. 110
 Ex thensarum orbitis Verres ausus est prædari. 5. in Verr. 5
 Te idcirco in locos causam conicere noluisse, nè ego mea consuetudine aliquid de thensis misericordiæ causa dicerem, & c. pro Plancio, 67. a
 Theodectes.
 Non quæro quanta memoria Simonides fuisse dicatur, quanta Theodectes, quanta is qui à Pyrrho legatus ad Senatum est missus Cyneas. 1. Tusc. q. 48
 Theodectes in primis (ut Aristoteles sæpe significat) politus scriptor atque artifex. in Orat. 99. a
 Theodorus.
 Quid Diagoras Atheos qui dictus est, posteaque Theodorus, nonne apertè deorum naturam sustulerunt? 1. de Natura deor. 44
 Dubitare se Protagoras, nullos esse omnino deos. Diagoras Melius & Theodorus Cyrenæicus putauerunt. 1. de Nat. 2
 Quid Cyrenæum Theodorum philosophum non ignobilem, nonne miramur? cui quum Lysimachus rex crucem minaretur, istis, quæso, inquit, ista horribilia minitare purpuratis tuis. Theodori quidem nihil interest, humine an sublimè putrescat. 1. Tusc. q. 92
 Audistis Theodorum, & Numinium, & Nicasionem, legatos Ennèses publicè dicere, sese à suis ciuibus hæc habere mandata, ut ad Verrem adirent, & eum simulacrum Cereris & Victoriæ reposerent. 6. Verr. 100
 Theogonia.
 Quum verò Hesiodi Theogoniam, id est originem deorum interpretatur, tollit omnino vtitates perceptasque cognitiones deorum. 1. de Nat. d. 17. a
 Theologus.
 Principio Ioues tres numerantur, qui theologi nominantur. 3. de Nat. deo. 72. a
 Soles ipsi quam multi à theologis proferuntur. 3. de N. 74. a
 Theomnastus.
 Perfecerat iste imperio, ut pro suffragio Theomnastus familiaris suus, in tribus illis renuntiaretur in sorte, cui imperare non poterat: expectabát homines quidnam arcturus esset. Homo, id quod erat facillimè, primò vetat fortitrius bet extra sortem Theomnastum renuntiari. 4. Verr. 88
 Theomnastus Syracusanus in agrum Muticensem cur abs te immisus est: qui aratores ita vexauit, ut illi in alteras decumas, & c. triticum emere necessario propter inopiam cogentur. 5. Verr. 83
 Theomnastus quidam, homo ridiculè insanus, quem Syracusani Theoractum vocant. 6. Verr. 130
 Theomnasto familiari suo Verres sacerdotium contra leges dedit. 4. Verr. 88
 Theophanes.
 Odi improborum rursus in nos, quæ iam extincta erant, incendamus: & Luceii consilia, ac Theophani persequamur. 9. ad Att. 174. a
 Quid noster hic Magnus, qui cù virtute fortunam adæquauit: nonne Theophanem Mytilenæum scriptorem rerum suarum in concione militum ciuitate donauit? pro Arch. 18. de Pompeio loquens.
 Theophilus.
 Theophilus, M. Marcelli libertus. 4. fam. 29
 Theophrastus.
 Theophrastus author haud deterior Timæo, meliorem multum nominant. 2. de Leg. 12. & 13
 Theophrastus, homo doctissimus. Brut. 18
 Theophrastus institutus ab Aristotele, abudauit in eo genere rerum. 3. de Legib. 16
 Quid Theophrastus: mediocriterne delectat, quum tractat locos ab Aristotele antè tractatos. 11. de Finib. 5
 Theophrastus diuinitate loquendi nomen inuenit. Orat. 34
 Si item Aristoteles, si Theophrastus, si Carneades in reb. iis, de quibus disputauerunt, eloquentes, & in dicèdo suaues atque ornati fuerunt. 1. de Orat. 26

Theophrastus autem vir & oratione suauis, & ita moratus, ut præ se probitatem quandam & ingenuitatem ferat, vehementius etiam fregit quodammodo veteris disciplinæ autoritatem. Spoliavit enim virtutem suo decore, imbecillamque reddidit, quòd negauit in ea sola positum esse beatè viuere. 1. Acad. 24
 Persecutus est Aristoteles animantium omnium ortus, vitæ, figuras: Theophrastus autem stirpium naturas, omniumque ferè rerum, quæ è terra gignerentur, causas atque rationes. 5. de Fin. 9
 Hoc illud est quod Theophrastus sustinere nõ potuit. Nam quum statuisset verbera, tormenta, cruciatus, patriæ euerfiones, exilia, orbitates, magnam vim habere ad malè miserèque viuendum, non est ausus elatè & amplè loqui, quum humiliter demissèque sentiret. quàm bene, non quæretur: constanter quidem certè. Hic autem elegantissimus omnium philosophorum & eruditissimus non reprehenditur, quum tria genera dicit bonorū: vexatur autem ab omnibus. Primùm in eo libro, quem scripsit de vita beata, in quo multa disputat, quam obrem is qui torqueatur, qui crucietur, beatus esse non possit. 5. Tusc. 18
 Vexatur idem Theophrastus & libris & scholis omnium philosophorum, quòd in Callisthene suo laudari illam sententiam, Vitam regit fortuna, non sapientia. 5. Tusc. 19
 Theophrastus moriens accusasse naturam dicitur, quòd ceruis & cornicibus vitam diuturnam, quorum id nihil interesset: hominibus, quorum maxime interfuisset, tam exiguum vitam dedisset: quorū si ætas potuisset esse longinquior, futurum fuisse, ut omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominum vita erudiretur. 3. Tusc. 58
 Theophrasti discipulus Demetrius Phalereus. 1. Offic. 3
 Nec verò Theophrasti inconstantia ferenda est. Modò enim menti diuinum tribuit principatum, modò cælo, tum autem signis syderibusque cælestibus. 1. de Nat. deor. 26
 Quod maxime efficit Theophrasti de vita beata liber, in quo multum admodum fortunæ datur: quod ita si se habeat, non possit beatè præstare vitam sapientia. 5. de Fin. 11
 Primùm Theophrasti Strato physicum se voluit: in quo etsi est magnus, tamen noua pleraque, & perpauca de moribus. 5. de Fin. 12
 Scopædæon ad Theophrastum affecit, mihi de libris Q. Fratris. 2. ad Att. 13. aliis, ad Theophrastum.
 Quomodo Theophrasto placet verecūda tralatio. 16. fam. 23
 Ut ego iam non mirer illud Theophrasto accidisse, quod dicitur, quum percontaretur ex anicula quadam, quanti aliquid venderet: & respondisset illa atque addidisset, Hospes non pote minoris: tulisse eum molestè, se non effugere hospitis speciem, quum ætatem ageret Athenis, optimeque loqueretur. Brut. 89
 Theophrastum tamen adhibeamus ad pleraque, dummodo plus in virtute teneamus, quàm ille tenuit firmitatis & roboris. 5. de Fin. 11
 Meretricula etiam Leontium contra Theophrastum scribere ausa. 1. de Nat. 65
 Quis Aristotele neruosiore? Theophrasto dulciore? Brut. 62. a
 A Theophrasto leges etiam cognouimus. 5. de Fin. 9
 Sæpe ab Aristotele, à Theophrasto mirabiliter est laudata per seipsa rerum scientia. 5. de Finib. 66
 Sed huius loci de magistratibus sunt propria quædã, à Theophrasto primū, deinde à Dione Stoico quæsitã subtilius. 3. de Legib. 15
 Quoniam tanta controuersia est Dicæarcho familiari tuo, cum Theophrasto amico meo, ut ille tuus non exegit, nisi longè omnibus anteponat, hic autè non deophrastum. Att. 2. 39
 Theopompus.
 Theopompus ab Ilocrate magistro impulsus, ad historiam se contulit. 2. de Orat. 31
 Acerrimo ingenio Theopompus, lenissimo Ephorus fuit, unde Ilocratem dixisse traditum est alteri se calcaria adhibere, alteri frænus. Brut. 107
 Theopompus, elatione orationis suæ, & Philisto & Thucydidi offecit. Brut. 33

Theopompus reprehensus, quòd vocalium concursum vitauerit. Orat. 84
 Apud Herodotum patrem historiæ, & apud Theopompum sunt innumerabiles fabule. 1. de Leg. 4
 A Theopompo nõ sine causa Ephori Lacedæmonie regibus sunt oppositi. 3. de Leg. 17
 Ilocrates doctor singularis dicebat, se calcaribus in Ephoro, contra autem in Theopompo frænus vi solere: alterum enim exultantem verborum audacia reprimebat, alterum cunctantè & quasi verecundantè incitabat. 3. de Orat. 21
 Theopompinus.
 Itaque ad Ilocratem à nobis quæ tibi vni legamus, Theopompino genere aut etiã asperiore multo pangentur. 2. ad Att. 19
 Theopompus tenuis. 12. ad Att. 9
 Theopompus. in Verr. 2. 44. b
 Percepta appello quæ dicuntur deophrastum. de Fato, 17. a
 Theramenes.
 Suppares atati fuerunt, Alcibiades, Critias, Theramenes: quibus temporibus quod dicendi genus viguerit, ex Thucydidis scriptis, qui ipse tum fuit, intelligi maxime potest: grandes erant verbis, crebri sententis, compressione rerum breues, & ob eam ipsam causam interdum subobscuri. Brut. 14
 Quam me delectat Theramenes, quàmque elato animo est! qui quum coniectus in carcerem triginta iussu tyrannorum, venenum ut sitiens obbibisset, reliquum sic è poculo eiecit, ut id resonaret. quo sonitu reddito, arrides, Propino, inquit, hoc pulchro Critiæ, qui in eum fuerat teterimus. 1. Tusc. 79
 Theramenis oratio, qua facit eum Plato vsus apud iudices iam morte mulctatum. Tusc. q. lib. 1. 80
 Sed quid ego Socratem aut Theramenem, præstantes viros virtutis & sapientiæ gloria commemoro? 1. Tusc. 90
 Multa Lysia scripta sunt, nonnulla Critiæ, de Theramene audiui. 2. de Orat. 52
 Therma.
 Cogitate nunc, cum illa sit hæc insula, quæ vndique exitus maritimos habeat, quid ex cæteris locis exportatum putetis? quid Agrigeto: quid Lilybæo: quid Panormo: quid Thermis: quid Halesæ? & c. 4. in Ver. 134
 Thermopyla.
 Hinc Rhetorum campis de Marathonie, Salamine, Plateis, Thermopylis, Leuctris. 1. Offic. 89. a
 Thermus.
 Thermus cum Syllano contendere existimatur. ad Att. 12
 Innocens & bonus vir, & omnibus rebus ornatus A. Thermus, bis eodem anno me defendente absolutus. pro Fl. 76
 Thesaurus.
 Thesaurus rerum omnium memoria. 1. de Orat. 10. a
 Seruus domini patrimonium circumplexus, quasi thesaurum draco. 13. Philip. 351
 Respondit coniector thesaurum defossum esse sub lecto. 2. de Diuinat. 199. a
 Qui thesaurum inuicturum, aut hæreditatem venturam dicunt, quid sequuntur? de Diuin. 112. b
 Obruere thesaurum alicubi. de Senect. 19. a
 Qui illos locos tanquam thesauros aliquos argumentorum notatos habet. Part. 60
 Non si Varronis thesauros haberem, sustinere sumptum possem. Brutus Ciceroni, lib. 11. 10. 11. a
 Suppeditare alicui aliquid de thesauris suis. de Finib. 78. b
 Tibi de gloria excudã aliquid, quod lateat in thesauris tuis. Att. lib. 15. 330. 3. a
 Thefeus.
 Thefeus, Neptuni filius. 3. de Nat. deo. 31
 An etiam Thefeus Marathonii tauri cornua comprehendit iratus? Tusc. quæst. lib. 4. 40
 Quod Thefeus à docto viro se audiuisse dicit, id de seipso loquitur Euripides. 3. Tusc. 26
 Quid, quod Thefeus exegit promissum à Neptuno? cui cù tres optationes Neptunus dedisset, optauit interitum filii sui, quum is patri suspectus esset de nouerca. quo optato impetrato, Thefeus in maximis fuit lucubris. 3. Offic. 126
 G G G. iiii.

Theſeus Atticos demigrare ex agris, & in aſtu, quod appellatur, omnes ſe conferre iuſſit. 2. de Leg. 4
 Theſeus Hippolytum perdidit. 3. de Natura deo. 57
 Theſei dictum,
 Futuras necum commentabar miſerias. 3. Tuſc. 97

Theſis.

Orator à propriis perſonis & temporibus ſemper, ſi poteſt, auocat controuerſiam. Latius enim de genere, quàm de parte diſceptare licet, vt quod in vniuerſo ſit probatum, id in parte ſit probari neceſſe. hæc igitur quæſtio à propriis perſonis & temporibus ad vniuerſi generis ratione traducta, appellatur Theſis. in Orat. 26

Oratorum eſſe. de Orat. 152. b
 Philoſophorum eſſe, cum antea eſſent oratorum. de Orat. 132. b

Inſinitum, quod illi appellant, nos pro poſitum poſſumus nominare. in Topicis. 42

Sed tamen ne me totum ægritudine dedam, ſumpſi mihi quaſdam quæ & politicae ſunt, &c. ad Attic. lib. 9. 172. 4. a

Atque curſu meas commentari non deſino. ad Atticū, lib. 9. 180. 2. a

Theſmotes.

Signum Apollinis qui Theſmotes vocatur, pulcherrimum & maximum. 6. Ver. 106

Theſpiaz.

Theſpiaz olim propter cupidinis ſignum à Praxitele factum vſebantur. 6. in Ver. 3. & 4

Theſpienſes. in Ver. 231. b

Theſprotia.

Decedes, cum voles: niſi forte iam deceſſiſti, quem videbitur, præficias Theſprotiaz & Chaoniae. 6. ad Att. 31

Theſſalia.

Omnis erat tibi Achaia, Theſſalia, Athenæ, cuncta Græcia addicta. in Piſ. 18

Bœotia, Theſſalia, quibus locis nuper legatus L. Flaccus imperatore Metello præfuit. pro Flac. 49

Tribuni militum inimici: Ceturiones, & ſi qui ex tanto exercitu reliqui milites exiſtunt, non dimiſſi abs te, ſed diſſipati te oderunt, tibi peſtem exoptant, te execrantur: Achaia exhausta, Theſſalia vexata, lacerata Athenæ, Dirhachium & Apollonia exinanita, Ambracia direpta, &c. in Piſ. 76

Victor è Theſſalia Brunduſtum cum legionibus reuertitſi: ibi me non occidiſti. magnum beneficium: potuiſſe enim fateor. 2. Philip. 72

Ter depugnauit Caſar cum niuibus, in Theſſalia, Africa, Hiſpania. omnibus affuit his pugnis Dolabella. in Hiſpanicèſi etiam vulnus accepit. 2. Philip. 82

Equitatus qui in Syriam ducebatur bipartitò, alter eum, à quo ducebatur, reliquit in Theſſalia, ſeſeque ad Brutum contulit: alterum in Macedonia Cn. Domitius adoleſcens ſumma virtute & conſtantia ab Legato Syriaco abduxit. 10. Philip. 278

Theſſalonica.

Theſſalonica munitio, obſeſſio militaris viæ. in Piſ. 31

Dat. 1111. Cal. Mai. Theſſalonicae. 3. ad Att. 10

Equidem adhuc miſer in maximis meis ærumnis & luctibus, hoc metu adiecto, maneo Theſſalonicae ſuſpenſus: nec audeo quicquam. 3. ad Att. 43. 4. a

Itaque expecto Theſſalonicae a cta Cal. Sext. ex quibus ſtatuum in tuoſne agros confugiam, &c. 3. ad Att. 55. 11. a

Iacuiſti moerens aliquot dies: atque inde obſoletus Theſſalonica omnibus inſciētibus noctūque veniſti. in Piſ. 70

Theſſalonica m fide tua venire iuſſiſti. in Piſ. 66

Ego propter viæ celebritatem & quotidianam expectationem rerum nouarum, non commoui me adhuc Theſſalonica: ſed iam extrudimur, non à Plancio, verum ab ipſo loco minimè appoſito, ad tolerandam in tanto luctu calamitatem. 3. ad Att. 54. 2. a

Nec me Theſſalonica commoui, vbi eſſe ſtatueram, quoad aliquid ad me de eo ſcriberes, quod proximis literis ſcripſeras. 3. ad Att. 53. 1. a

Theſſalonicenſes.

Theſſalonicenſes poſiti in gremio imperii noſtri, relinquere oppidum & arcem munire coguntur. de Prou. 3
 Theſſalonicenſes, cum oppido deſperaffent, munire arcem coegerunt. in Piſ. 67

Theudas.

Theudas, C. Trebatii libertus. 6. fam. 34

Theutoni.

Idem cum Iugurtha, idem cum Cimbris, idem cum Theutonius bellum adminiſtraret. pro Leg. Man. 42. de Mario.

Tholoſanus.

Cognoſce alias quæſtiones, auri Tholoſani, coniurationis Iugurthinæ. 3. de Nat. 55

Thoria lex.

Cum ageretur in ſenatu de agris publicis, & de lege Thoria, & premeretur Lucullus ab iis qui à pecore eius depaſci agros publicos dicerent, Non eſt, inquit, Luculli pecus illud, erratis: &c. 2. de Orat. 156

Thoyth.

Quintus, quem colunt Pheneatae, qui Argum dicitur intermiſſe, ob eamque cauſam Ægypto præſuiſſe, atque Ægyptiis leges & literas tradidiſſe. Hunc Ægyptii Thoyth appellant: eodemque nomine anni primus menſis apud eos vocatur. 3. de Nat. 40. de Mercurio.

Thracius. Vide Thrax.

Thraſimenus. Vide Traſymenus.

Thraſo.

De ſacerdotio tuo cognoſces ex iis literis quas Thraſoni tuo liberto dedi. 2. fam. 3

Thraſybulus.

Thraſybulus armatus ad patriæ moria accēſſit. 8. ad Att. 12

Thraſymachus.

Sed princeps inueniendi fuit Thraſymachus, cuius omnia nimis etiam extant ſcripta numeroſe. in Orat. 101

Nam quum concisus ei Thraſymachus minutis numeris videretur, & Gorgias, qui tamen primi traditur arte quadam verba iunxiſſe. in Orat. 23

Quid de Prodicō Ceo, quid de Thraſymacho Chalcedonio, de Protagora Abderita loquar, quorum vnusquisque plurimum temporibus illis etiam de natura rerum & diſſeruit & ſcripſit. 3. de Orat. 70. & in Brut. 15

Tum Leōtinus Gorgias, Thraſymachus Chalcedonius, &c. de Cla. Orat. 15. a

Thrax.

Vt Rex Ariobarzanes Conſulem veſtrum ad eadem faciendam tanquam aliquem Thracem conduceret: de Prou. 8

O impudentiam incredibilem! tantumne ſibi ſumpſit, quia Trallibus Myrmillo Thracem iugulauit familiarē ſuum: 6. Philipp. 112

Arſinoam Thracum, Neopactum, vt modò tute indicaſti, nobiles vrbes atque plenas fateris ab hoſtibus eſſe captas. in Piſ. 72

Aut ſiquis Hiſpanorum aut Gallorum aut Thracum, mille aut duo millia occidiſſet, non eum hac conſuetudine quæ increbuit, Imperatorem appellaret ſenatus: 14. Phil. 392

Thracius.

Via illa noſtra quæ per Macedoniam eſt vſque ad Helleſpōtum militaris, non ſolum excursionibus Barbarorum ſit infeſta, ſed etiā caſtris Thraciis diſtincta ac notata. de Prouinc. Conſul. 3. a

Threſidicus.

Cum ornaffet Threſidicus, comitem & familiarem ſuum, illum miſerū fugientē iugulauit. in Ant. 212. b. id eſt armis.

Threicius.

Barbarum, & eum quidem, vt ſcriptum eſt, compunctum notis Threiciis, diſtincto gladio iubebat anteire. 2. Off. 34. a

Thucydides.

Thucydides, qui & Athenienſis erat, & ſummo loco natus, ſummusque vir. Brut. 21

Antiquiſſimi ferè ſunt, quorum quidem ſcripta conſtat, Pericles atque Alcibiades, & eadem ætate Thucydides, ſubtiles, acuti, breues, ſententiis magis, quàm verbis abundantes. 2. de Orat. 52

Thucydides, locuples author. Brut. 23
 Thucydides autem præfraſtor, nec fatiſ (vt ita dicā) rotundus. in Orat. 23

Siculus ille capitalis, creber, acutus, breuis, penè puſillus Thucydides. Q. fra. lib. 2. 15. 4. a

Post illum (Herodotum) Thucydides omnes dicendi artificio mea ſententia facilè vicit, qui ita creber eſt rerum frequentia, vt verborum propè numerum ſententiarum numero cōſequatur: ita porro verbis aptus & preſſus, vt neſcias vtrum res oratione, an verba ſententiis illuſtrentur. Atqui ne hunc quidem, quanquam eſt in Repu. verſatus, ex numero accepimus eorū, qui cauſas diſtitarunt: & hos libros tum ſcripſiſſe dicitur, quum à Rep. remotus, atque, id quod optimo cuique Athenis accidere ſolitum eſt, in exilium pulſus eſſet. 2. de Orat. 30. a

Thucydides autem res geſtas & bella narrat & prælia, grauior ſanè & probè, ſed nihil ab eo transferri poteſt ad forenſem vſum & publicum. Ipſæ illæ conciones ita multas habent obſcuras abdiſtaſque ſententiis, vix vt intelligātur: quod eſt in oratione ciuili vitium maximum. in Orat. 16
 Quo magis ſunt Herodotus, Thucydidesque mirabiles: quorum ætas cum in eorum tempora, quos nominaui, incidiffet, longiſſimè tamen ipſi à talibus deliciis, vel potius ineptiis abſuerunt. Alter enim ſine vllis falebris quaſi ſedatus amnis fluit: alter incitator fertur, & de bellicis rebus canit etiam quodāmodo bellicum: primisque ab his (vt ait Theophrastus) hiſtoria cōmota eſt, vt auderet vberius quàm ſuperiores, & ornatius dicere. in Orat. 22

Sed exorietur Thucydides: eius enim quidam eloquentiam admirantur: id quidem rectè, ſed nihil ad eum oratorem quem quærimus. de Opt. gen. Orat. 148

Sed hæc fuerit, vt ait Thucydides, ἀκόλῳ λόγῳ non inutilis. 7. ad Att. 5

Ego iſtis cenſuerim & nouam iſtam quaſi de muſto ac lacu feruidam orationem fugiendam, nec illam præclarā Thucydides nimis veterem, tanquā Anitanam notam perſequendam. Ipſe enim Thucydides ſi poſterius fuiſſet, multo maturior fuiſſet & mitior. Brut. 159

Huic ætati ſuppares Alcibiades, Critias, Theramenes: quibus temporibus quod dicendi genus viguerit, ex Thucydides ſcriptis, qui ipſe tum fuit, intelligi maximè poteſt. Brut. 14

Thucydides verba de Themiftocle. 10. ad Att. 24

Amatores huic deſunt, ſicuti multis iam antè ſeculis & Philoſto Syracuſio & ipſi Thucydidi. Brut. 33

Ante Periclem, cuius ſcripta quædam feruntur, & Thucydidem, qui non naſcentibus Athenis, ſed iam adultis fuerunt, litera nulla eſt, quæ quidem ornatū aliquem habeat, & oratoris eſſe videatur. Brut. 13

Thucydidem, inquit, imitamur. Optimè, ſi hiſtoriam ſcribere, non ſi cauſas dicere cogitatis. Thucydides enim rerum geſtarū pronuntiator ſyncerus & grandis etiam fuit: hoc forenſe concertatorium iudiciale non tractauit genus. Orationes autem quas interpoſuit (multæ enim ſunt) eas ego laudare ſoleo, imitari neque poſſum, ſi velim, nec velim fortāſſe, ſi poſſim. Brut. 158. a

Quis porro vnquam Græcorū rhetorum à Thucydide quicquam duxit: At laudatus eſt ab omnibus, fateor: ſed ita vt rerum explicator prudens, ſeuerus, grauis: non vt in iudiciis verſaret cauſas, ſed vt in hiſtoriis bella narraret. Itaque nunquam eſt numeratus orator. Nec verò ſi hiſtoriā non ſcripſiſſet, nomen eius extaret, quum præſertim fuiſſet honoratus & nobilis. Huius tamen nemo neque verborum, neque ſententiarum grauitatem imitatur. Sed quum mutila quædam & hiantia locuti ſunt, quæ vel ſine magiſtro facere potuerunt, germanos ſe putant eſſe Thucydides. Orat. 17

In Thucydide orbem modo orationis deſidero. in Orat. 138

Thucydidius.

Quare ſiquis erit qui Thucydidio genere cauſas in foro dicendum eſſe profiteatur, is abhorreat etiam à ſuſpicionē eius quæ verſatur in re ciuili & forenſi. de Optim. gene. Orat. 149. a

Ecce autem aliqui ſe Thucydidios profitentur, nouū quoddam imperitorum & inauditum genus. in Orat. 16. a
 Thuri. Att. 154. b

Thus.

Omnibus vicis ſtatuz factæ ſunt, ad eas thus & cerei. Officior. 68. b

Thura & odores incendere. in Ver. 218. b

Thuribulum.

Num etiam de L. Papirio viro primario, locuplete, honeſtoque equite Romano thuribulum emiſti: 6. Verr. 40. a

Thuſculanus Thuſculanenſis, Vide Tuſculanus.

Thuſceniſ.

Niſi forte Pacionii neſcio cuius hominis, ne Græci quidem, at Myſi, aut Phrygiis potius, querelis moueri putas: aut Thuſceni hominis fuioſi ac ſordidi vocibus, cuius tu ex impuriſſimis faucibus inhoneſtiſſimam cupiditatem eripuiſti ſumma cum æquitate. 1. ad Q. frat. 15

Thuſculum.

Primum generis antiquitas, quam Thuſculo & clariffimo municipio profeſtam, in monimētis rerum geſtarum incifam ac notatam videmus. pro Font. 25

Thuſcus.

An vos Thuſci & Barbari auſpicioſum pop. Rom. ius teneatis: de Nat. deor. 2. 8

Marc inferum Thuſcum. de Orat. 149. b
 Cur enim Thuſcis potius, quàm Latinis darent: de Diuin. 130. b

Thyamis, fluuius. Att. 100. b

Thyeſtes.

Agnum inter pecudes aurea clara coma, Quondam Thyeſtem clepere auſum eſſe è regia: Qua in re adiutricem coniugem cepit ſibi. 3. de Natura deor. 49

Nam hoc Prætorē ludos Apollini faciente, cum Thyeſtem fabulam docuiſſet, Q. Martio, Cn. Seruilio Coſſ. mortem obiit Ennius. Brut. 38

Thyeſteus.

Thyeſtea iſta execratio eſt, poetæ vulgi animos, non ſapientum moueat. in Piſonem, 34. a

Thyone.

Dionyſios multos habemus. Primum è Ioue & Proſerpina natum. Secundum Nilo qui Nyſam dicitur interemiſſe. Tertium Caprio patre, &c. Quartum Ioue & Luna, &c. Quintum Niſo natum & Thyone, &c. 3. de Nat. 41

Thyreum, oppidum. epiſt. 226. b

Tibarini.

His erant ſinitimi pari ſcelere & audacia Tibarini: ab his Pin deniſſo capto obſides accepi, exercitum in hyberna dimiſi. 15. fam. 19

Tiberius.

T. Gracchus, P. filius, bis Coſ. & Cenſor grauis & eloquens, cuius oratio Græca apud Rhodios. Brut. 39

Quid: Tiber. Gracchus, P. F. qui bis Conſul & Cenſor fuit, idemque & ſummus augur, & vir ſapiens, ciuiſque præſtans, nonne vt C. Gracchus filius eius ſcriptum reliquit, duobus anguibz domi comprehenſis aruſpices conuocauit: de Diuin. 34

Tibe. Gracchus regnum occupare conatus eſt, vel regnauit is quidem paucos menſes. de Amic. 38

Tib. Gracchus conſul iterum, creauit P. Scipionem & C. Figulum Coſſ. primus rogatorum, vt eos retulit, ibidem eſt repente mortuus. de Nat. 2. 8

T. Gracchus diligentiſſima Corneliæ matris à puero doctus, & Græcis literis eruditus fuit. Nam habuit ſemper exquiſitos è Græcia magiſtros. Brut. 53

Tiber. Gracchus quum tabernaculum vitio cepiſſet imprudens, quod inauſpicato pomœrium tranſgreſſus eſſet, comitia Coſſ. rogandis habuit. Diuin. lib. 1. 32

Quum L. Torquatus primùm ipse his fundamentis adolescentiæ iactis, ea spe propostā amplissimæ dignitatis, deinde L. Torquati fortissimi Consulis, constantissimi Sena-

toris, semper optimi ciuis filius, interdum efferatur immoderatione verborum: qui cum suppressa voce de scelere P. Lentuli, de audacia coniatorum omnium dixisset, tantummodo vt vos qui ea probatis, exaudire possitis, de supplicio P. Lentuli, de carcere magna & queribunda voce dicebat. pro Syll. 21

Nōne ad te L. Lætulus, qui tum erat Prætor, non Q. Sanga, non L. Torquatus pater, nō M. Lucullus venit: qui omnes ad eum (Pompeium), multique mortales oratum in Albanum obsecratumque venerat, ne meas fortunæ desereret cum Reipub. salute coniunctas. in Pis. 60

Torqueo.

Verbi cōtrouersia tam diu torquet Græculos homines, &c. de Orat. 99. b

Quum & præteriti doloris memoria recens est, & futuri atque impendentis torquet timor. 2. de Finib. 152. a

Opinionum vanitas torquet ac flectit imbecillitatem animorum quocunque cœpit. de Legib. 161. b

Tuæ libidines te torquent. in Parad. 21. a

Deinde in orbem torfit, vt & ipse secum, & inter se ex commissura, quæ ex regione esset, iungerentur. de Vniuers. 32

Mitto aurū coronarium quod te diutissimè torfit, cum modò velles, modò nolles. in Pis. 99. b

Acriter nos tuæ supplicationes torferunt. Cælius Ciceroni, lib. 8. 11. 1. a

Oratio ita flexibilis, vt sequatur quocunque torqueas. in Orat. 29. a

Terra quum circum axem se summa celeritate conuertat & torqueat. 4. Acad. 221. a

Ceruices oculosque pariter cum modorum flexionibus torqueant. 2. de Legib. 63. a

Itaque Timagoras Epicureus negat sibi vnquam, quum oculum torfisset, duas ex lucerna flammulas esse visas. 4. Acad. 141. a

Torquere hastas amentatas. 1. de Orat. 125

Verfare suam naturam, & regere ad tempus, atque huc & illic torquere & fletere. pro Cal. 9. a

Torquere vocem à sermone serio ad liberalem iocum. ad Heren. 20. b

Equidem noctes diesque torqueor. ad Att. lib. 7. 12. 13. a

Torqueor mirificè, sine dolore tamen. 15. ad Att. 41

Qui in dolore est, torquetur. 2. de Finib. 27. a

Mundus vna conuersione, atque eadem ipse circum se torquetur & vertitur. de Vniuers. 25

Apud Rhodios liberi ciuēsque torquentur. Att. 10. b

Quæ quum fiunt, anhelitus mouētur, vultus mutantur, ora torquentur: &c. 1. Offic. 182. a

Sulti autem malorū memoria torquentur, &c. 1. de Fin. 44

Vita P. Syllæ torqueatur, ex ea quærat, &c. pro Syll. 182. b

Torqueri grauissimis animi doloribus. de Fin. lib. 1. 34

Eculeo torqueri. 3. de Finib. 66. a

Expectatione torqueri. ad Att. lib. 8. 166. 3. a

Iuris retinere sententiam, & æquitatē plurimum valere oportere, verbo ac litera ius omne torqueri: &c. pro Cecin. 56. a

Tortus.

Nam & verberibus torti, & igni fatigati, quæ dicunt, ea veritas videtur ipsa dicere. in Topic. 39. a

Tortuosus, us.

Vidimus immani specie, tortuque draconem Terribilem, Iouis vt pulsu penetrabat ab ara, Qui platani in ramo foliorum tegmine septos Corripuit pullos: &c. de Diuin. lib. 2. 49

Hæc interemit tortu multiplicabili draconem. Tuscul. q. 179. b

Tortuosus.

Aluus multiplex & tortuosus. 2. de Nat. d. 204. a

Serrula adunca ex omni parte dentium, vt tortuosus. pro Cluentio, 143

Sed vt omnes istos aculeos & totum tortuosum genus disputandi relinquamus, ostendamusque qui simus. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 89

Ingenium multiplex & tortuosum. de Amic. 58. a
Et cum stertetes viderint obicere his quædam visa tortuosa & obscura. 2. de Diuin. 193

Soni ex tortuosis locis & inclusis referuntur ampliores. 2. de Nat. deor. 117. a

Tortor.

Quum iam tortor, atque essent tormenta ipsa defessa, neque tamen illa finem facere vellet: quidam ex aduocatis, &c. pro Cluent. 141. a

Si sapiens ad tortoris equuleum ire cogatur. 4. de Fin. 51. a
 Quid igitur, &c. quum constantia, grauitas, fortitudo, sapientia, reliquæque virtutes rapiatur ad tortorem, nullumque nec reculent supplicium, nec dolorem? 5. Tuscul. 120. a
 Ponite ante oculos os illud infame, vincula, verbera, equuleum, carnificem, tortoremque Samarium. 11. Philipp. 1293
 Quid opus est tortore? pro Mil. 112. b

Torques.

Sed ita prorsus existimo, neque eum Torquatum qui hoc primus cognomen inuenit, aut torquem illum hosti detraxisse, vt, &c. 1. de Finib. 128

T. Manlius is est qui ad Anienē Gallo, quē ab eo prouocatus occiderat, torque detracto, cognomē inuenit. 3. Off. 154. a
 Q. Rubrium, excellenti virtute, autoritate, &c. phaleris & torque donasti. 5. Verr. 160. a

Torro.

Medium autem illum & maximum solis, ardore torreri. de Somn. Scip. 22. a
 Sapientem in Phalaridis tauro inclusum succensis ignibus torreri. in Pis. 88. b

Torrens.

Quum enim fertur quasi torrens oratio, quauis multa cuiusque modi rapiat, &c. 2. de Finib. 5. a

Tostus.

Fana flamma deflagrata, tosti alii stant parietes Deformati, atque abiete crispa. 3. Tuscul. 76. a

Torridus.

Quem hominem vt grādi macie torridum Romæ, contemptum, abiectum videbamus, &c. de Lege Agr. 91. a

Tortor, Tortuosus, Tortus, Vide Torqueo.

Torus.

O pectora, ô terga, ô lacertorum tori. Tuscul. q. lib. 1. 37. a
 Aut addit aliquos vt in corona toros. Orat. 11

Toruus.

Toruus draco serpit subter superaque reuoluens sese. 2. de Nat. deor. 153. a

Tot.

Tot viri ac tales. pro Cæl. 54. a

Quot homines, tot causæ. 2. de Orat. 76. a

Tot & tantæ & tam graues ciuitates. 4. Verr. 9. a

Tot tantæque difficultates. pro Quint. 2. b

An timebant, ne tot vnum superare possent? pro Cæl. 51. b

Animus Reguli tot virtutum præsidio munitus, tantoque comitatu virtutis sepius. Parad. 118. b

Accessit his tot doctrina paulò asperior. pro Mur. 138. b

Qui tot annos, quot habet, desig. c. o s. fuit. Att. 59. b

Tot & tantas res, &c. quot & quantas, &c. pro L. Manil. 24. a

Nego vllò de corpore publico, de monumento, de templo tot Senatus extare consulta, quot de mea domo. de Aruf. respons. 13. a

In his tot & tantis, quæ accidere possunt. Tuscul. q. 234. b

Tot vestigiis impressa, vt in his errari non posset. 5. famil. 58

Totidem.

Quot, &c. totidem, &c. Orat. 201. b

Patroclus & Euristhenes, Lacedæmoniorū reges, gemini fratres fuerunt: at hi nec totidem annos vixerunt: anno enim Patrocli vita breuior fuit, &c. de Diuinat. lib. 2. 135. a. Aliàs, Proclus.

Totidem punctis nonnullas tribus tulerunt. pro Planc. 43

Totidem verbis, quot Stoiici. 4. Acad. 75. a

Sed vt epistolam laudandam arbitror, quam modò totidem ferè verbis interpretatus sum. 2. de Finib. 159. a

Totidem quot dixit, vt aiunt, scripta verbis oratio. de Clar. Oratorib. 196. b

Istum ego locum totidem verbis à Dicæarcho transfuli. ad Atticum, lib. 6. 113. 6. a

Hoc totidem verbis transfatum caput est. pro R. Posth. 124. b

Toties.

Hoc nos si facere velimus, antè condemnentur ii, quorum causas receperimus, & toties, quoties perscribitur, Præanen aut Munionem citarimus. 1. de Orat. 131. a

Quotiescūque dico, toties mihi videor in iudicium venire. pro Cluent. 39. a

Tot Prætores in Sicilia fuerunt, toties apud maiores nostros Siculi Senatū adierunt, toties hac memoria: tamen huic noui postulati genus, atque principium tua Prætura attulit. 4. Verr. 103. a

Nō ipsa præconis voce excitatus es, qui te toties seniorum, iuniorumque centuriis illo honore affici pronuntiauit? 7 Verrin. 31. a

Interim velim mihi ignoscas, quòd ad te scribo tam multa toties. ad Attic. lib. 7. 131. 3. a

Totus.

Totus est alienus à physicis. 1. de Finib. 16. a

Quintus præceptis meis commutatus est totus. Att. 254. b

Plancius totus noster est. ad Qu. frat. lib. 2. 5. 6. a

Vt & sim totus vester, & esse debeam. epist. lib. 15. 30

Homo qui esset totus ex fraude & mendacio factus. pro Cluent. 32. b

Octavius venit mihi totus deditus. Att. 226. b

Vt tota oratio sibi constet, & ex omni parte secum ipsa consentiat. de Vniuers. 196. b

Tota Respub. omnis Italiæ pubes, cuncta pop. Rom. arma. pro Mil. 113. b

Totum & omne. epist. 86. b

Totum & vniuersum. 4. de Finib. 3. a

Totum aqua madidum. 2. ad Qu. frat. 27

Leue enim est totum hoc, risum mouere. 2. de Orat. 120. a

Hoc totū quicquid est, siue artificium, siue, &c. 2. de Or. 17. a

Quum hæc paucorum mensum ratio, in his libellis sit, facite vt vobis triennii totius veniat in mētem. 4. Verr. 133. a

Erit abunde satisfactum toti huic quæstioni. de Diuin. 109. b

Totum enim Cæsarē non noui. 6. fam. 28. in ep. A. Cecinnæ. Totum Epicurum penè è philosophorum choro sustulisti. lib. 1. de Finib. 20

Antonius perspicit totum me futurum suum. 15. ad Attic. 2

Totum ei me tradidi. de Clar. Orat. 170. a

Totum scribam meum tibi tradidi. 5. famil. 55

Quum totum se ad inuestigationem naturæ contulisset, in ea ipsa plurimum dissentit à suis. 1. Acad. 49. a

Totum te ei trade. 16. famil. 1

Omne cælum, totamque cum vniuerso mari terram mente complecti. 2. de Finib. 178. a

Vbi plus mali, quam boni reperio, id totum abiudico atque reicio. de Orat. 118. b

Vt vnum opus totum atque perfectum ex omnib⁹ totis atque perfectis absolueret. de Vniuers. 22. a

Alterum vt totum corpus Reipubl. curent, ne dum partem aliquam tuentur, reliquas deserant. Offic. 17. b

Non totum reprehendere. lib. 1. de Finib. 7

Gaudeo mihi de toto hoc ostento, quod, &c. datam esse causam dicendi. de Arusp. resp. 245. b

Vulgus quid absit à perfecto, nō ferè ex toto intelligit: quatenus autem intelligit, nihil putat prætermisum. Off. 55. b

Corporis bona alia ponebat esse in toto, alia in partibus: valitudinem, vires, pulchritudinem, in toto: in partibus autem, sensus integros, & præstantiam aliquam partium singularum. de Finib. 42. b. & 1. Acad. 29. a

Toto corpore, atque omnibus vngulis, vt dicitur, cōtentioni vocis asseruunt. 2. Tuscul. 96. a

Hi contra vagantur læti atque erecti passim toto foro. pro Font. 19. a

Ad ferendum igitur dolorem placidè & sedatè plurimum proficit totò pectore, vt dicitur, cogitare quam id honestum sit. 2. Tuscul. 99. a

Vbi illa sancta amicitia, si nō ipse amicus per se amator toto pectore, vt dicitur? 1. de Legib. 73. a

Clamor interea fit tota domo inter seruos. 3. Verr. 46. a

Nunc mi Attice tota mente incumbere in hanc curam: magna enim res est. ad Attic. lib. 16. 335. 7. a

Toræ & perpetuæ actiones. Top. 229. b

Cum totæ quæstiones scribendo explicantur. de Nat. d. 2. 7

Tota sunt calida & perlucida sydera. de Nat. d. 2. 28

Ista quæ vos dicitis, sunt tota commentitia. de Nat. d. 1. 66

Totos dies atque noctes de Rep. cogito. pro Mur. 71. a

Qui se toros & animis & corporibus in salutem Reip. contulerunt. in Ant. 240. b

Totos dies scribo. Att. 189, & 201. b

Totos dies sim sine te. 12. ad Att. 3

Quo in studio hominum quoque ingeniosissimorum otiosissimorumque totas ætates videmus esse contritas. 1. de Orat. 111. a

Ex totis omnibus atque perfectis absolutus mundus. de Vniuers. 21

Totis voluminibus concidit Timocratem Epicurus. de Natura deor. 1. 66

Trabea.

Quare nihil tibi opus est illud à Trabea, sed potius à me. mea meum. 9. fam. 48

Trabes.

Vtinam igitur, vt illa anus opat,

Ne in nemore Pelio securibus

Cæsa cecidisset abiegnat ad terram trabes. 3. de Nat. d. 108. a

Trabalis.

Et hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clauo figeret. 7. Verr. 43. a

Trachiniæ arum.

Quas hic voces apud Sophoclem in Trachiniis edit? 2. Tuscul. a

Tractatio, Tractatus, Tracto, Vide Traho.

Trado.

Totum denique hominem tibi trado, de manu (vt aiunt) in manum, &c. epist. lib. 7. 5. 10. a

Tibi nos, vt antea magna ex parte, sic nunc penitus totosque tradimus. Tuscul. q. lib. 5. 4

Victi & debilitati obiecta specie voluptatis tradunt se libidinibus constringendos, nec quid peruenturum sit, prouident. 1. de Finib. 72. a

Sic te Cæsari commendauit & tradidi, vt grauissimè diligentissimèque potui. epist. 103. b

Totum ei me tradidi, admirabili quodam ad philosophiam studio concitatus. de Clar. Orat. 170. a

Lælius facillè bellum reliquis tradidit. Offic. 41. b

Hominem comprehendit, & in custodiam Ephesi tradidit. ad Quint. frat. lib. 1. 1. 23. a

Iam verò publicanos miseros, me etiam miserum, illorum ita de me meritorum miseris ac dolore, tradidit in seruitutem Iudæis & Syris nationibus natis seruituti. de Prouinc. Consul. 8. a

Qui tradidit nostra, &c. 8. ad Att. 20

Domum (vt debuimus) ad eum statim venimus, eique nos totos tradidimus. ad Quint. frat. lib. 2. 7. 8. a

Earum nomina multi poetæ memoriæ tradiderunt. de Inuentione, 62. b. & pro Quint. Rosc. 45. b

Qui se in Africa Cæsari tradiderunt. Offic. 22. b

Qui se totos tradiderunt voluptatibus. Læl. 72

At enim te in disciplinam meam tradideras. 2. Philip. 31. a. & 1. de Diuinat. 79

Quem ego inustum verissimis maledictorum notis tradam hominum memoriæ sempiternæ. 13. Philipp. 367. & pro Murena, 54

Ades, inquit, animo: & omitte timorem Scipio: & quæ dicam, trade memoriæ. in Somn. Scip. 5. a

Ei te totum trade: &c. ad Tironem, lib. 16. 1. 5. a

Nam vt C. Iulius omnibus à Senatu eximiis ac nouis rebus ornatus, per manus hanc prouinciā tradat ei, cui maxime vos velitis. de Prouinc. Consul. 32. a. & epist. lib. 3. 2. 2. a

Quasi ex aliqua turbida tempestate in portum, sic ex seditiosa & tumultuosa vita se in studium aliquod traderent quietum. 1. de Inuent. 6. a

Qui salubri & moderato cultu atque victu quieti se tradiderit. 1. de Diuinat. 108. a

Alteri Syriam, Babylonem, Persas, integerrimas, pacatissi-

masque gentes, ad diripiendum tradidisses. pro Domo sua, 48. a

Cui populus ipse regendi sui potestatem tradidisset. de Oratore, 104. b

Quæsiuit quis ædem Castoris sartam tectam deberet tradere. 3. Verr. 93. a

Tradere aliquid ad diripiendum. pro Domo sua, 48

Tradere equum domitori. Offic. 1. 127

Tradere poculum alicui. Tuscul. q. lib. 1. 79

Prædia vacua alicui tradere. pro Rosc. Amer. 15. a

Autorem inimicis alicuius se tradere. post red. ad Qui. 10. a

Tradere se lachrymis & tristitiæ. 5. fam. 40. in epist. Lucretii.

Tradere se quieti præparato animo. Diuin. lib. 1. 103

Tradere se quieti, rebus ad tranquillitatem accommodatis. Diuinat. lib. 1. 103

Tradere se Senatui. pro Mil. 45

Tradere se in aliquod studium quietum. de Inuent. 42. b

Traditur gratiæ aut authoritati reliqua populi voluntas. 3. de Legib. 34

Tum quum florebat imperium, decreuit, vt de principum filiis sex singulis Herurriæ populis in disciplinam traderentur. 1. de Diuinat. 151. a

Quum verò parentibus redditi, id est magistris traditi sumus, tum ita variis imbuimur erroribus. 3. Tuscul. q. 4. a

Id metuit, cui honori integros fructus non sit traditurus, ne æternam memoriā dedecoris relinquat. pro Syl. 184. b

Quos tradituros sperabas, vides iudicare. pro S. Rosc. 28. b

Non esse tradendas posteris inimicitias. Att. lib. 14. 310. 3. a

Trado, doceo, demonstro, dico.

Nam Galbam, Aphricanum, Lælium, doctos fuisse tradunt. 1. Tuscul. q. 9. a

Ingenium, variòsque sermones immortalitati scriptis suis Plato tradidit. 3. de Orat. 34. a

Non facile est inuenire, qui quod sciat, non tradat alteri. de Finib. lib. 3. 52

Si optimarum artium vias traderem ciuib⁹ meis. de Diuinat. lib. 2. 1

Qui dicendi præcepta traderent. de Orat. 62. a

Tradere & ponere præcepta. Topic. 221. b

Tradere aliquid artificio & via. de Finib. lib. 4. 8

Tradere elementa loquendi. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 83. Hoc est, Grammaticam.

Qui hæc subtilius velint tradere. lib. 1. de Finib. 14

Tradere rationes prudentia. de Finib. lib. 3. 52

Tradere topica alicui. Top. 221. b

Tradere vias non tam iustitiæ, quam litigandi. 1. de Leg. 13

Aristides qui omnium iustissimus fuisse traditur. pro Sexto, 124. a

Homerus Lycurgi temporibus fuisse traditur. Tuscul. 229. b

Tua prædia vel nobilissima Capitori propria traduntur. pro Sexto. Rosc. 22. b

Earum rerū, quæ quasi in arte traduntur, inscientia. de Oratore, 93. b

Cuius adolescentia ad scientiam rei militaris non alienis præceptis, sed suis imperiis est tradita. pro Pomp. 9. b

Virtutem hominibus (si modò tradi ratione possit) instituendo & persuadendo, non minis & vi ac metu tradi. de Or. lib. 1. 118. a

Qui quidem etiam pollicenti cuidam se artem ei memoriæ, quæ tum primū proferebatur, traditurum, respondisse dicitur, obliuisci se malle, discere. 4. Acad. 5. a

Et qui se artem dicendi traditurum etiam ceteris profitebatur, ipse omnibus turpissimis iudiciis conuictus est. pro Flacco, 33. a

Idemque etiam disputandi & intelligendi iudicium dicas te & artificium traditurum. 4. Acad. q. 204. a

Cum hæc omnia audirentur ab iis, quibus non scientia esset tradenda, sed exigui temporis aut falsa aut obscura opinio. de Orat. lib. 1. 46. a

Impellimur autem natura, vt prodesse velimus quæ plurimis, in primisque docendo, rationibusque præsentibus tradendis. 3. de Finib. 100. a

Sic enim est traditum. de Legib. 156. b

Hoc est nobis à maioribus traditum. pro Domo sua. 219. b
 Vt traditum est ab iis, qui diis ortos se dixerunt. de Vniu. 49
 Isocratem dixisse traditum est, &c. de Clar. Orat. 183. b
 Nam istum doctum & sapientem virum fuisse memoriam
 traditum est. in Parat. 27. a. & 1. Tusc. 4

Traditus.

Traditus mihi commendatusque est. 13. fam. 2
 Atque ille Romuli auguratus pastoralis non vrbanus fuit,
 nec fictus ad opiniones imperitorum, sed à certis acce-
 ptus, & posteris traditus. 1. de Diuinat. 174. a
 Quæ didicisti, quæque ab adolescentia pulcherrimè à sapien-
 tissimis viris tradita memoria & scientia comprehendisti,
 iis hoc tempore vate. ad Domitium, lib. 6. 22. 6. a
 Tenebimus consuetudinem à Socrate traditam. de Diuinat.
 lib. 2. 223. a
 Traditam quasi à diis religionem tueri. 2. de Leg. 28

Traditio.

Abalienatio, est eius rei quæ mancipi est, aut traditio alteri
 nexu, aut in iure cessio, inter quos ea iure ciuili fieri pos-
 sunt. in Top. 13. a

Traduco.

Aut à disputandi subtilitate orationem ad exempla tradu-
 cimur. 3. Tusc. q. 94. a
 Traduxi exercitum, ponte vno die facto. 10. famil. 31. in epi-
 stola Planci.
 Tum omnem orationem traduxi, & conuerti in increpan-
 dam Cæpionis fugam. 2. de Orat. 109. a
 Inimicitias in viris fortibus non solum extinxit Reip. digni-
 tas, sed etiam ad amicitiam consuetudinèque traduxit.
 de Prouinc. Conf. 17. a

Is ad plebem P. Clodium traduxit, idèque fert, vt, &c. ad
 Att. lib. 1. 13. 7. a

Quum ego, quæ mihi viderentur, dicerem, traduxit me ad
 suam sententiam. pro Cluent. 115. a

Academicen illam *ἀντιμαχίαν* totam ad Varronem traduxi-
 mus. Att. 208. b

Atqui, inquam Cato, si istud obtinueris, traducas me ad te
 totum licebit. 4. de Finib. 2

Faciam denique vt summa modestia & summa abstinentia
 munus hoc extraordinarium traducamus. ad Atticum,
 lib. 5. 96. 2. a. Id est administramus.

Subito exorta est nefaria Catonis promulgatio, quæ studia
 nostra impediret, & animos à minore cura ad summum
 timorem traduceret. ad Lent. lib. 1. 5. 3. a

Si proximi membri valetudinem ad se traduxisset, debilitari
 & interire totum corpus necesse esset. 3. Offic. 27. a

Quum autem animum ab ista pictura imaginibusque vir-
 tutum ad rem veritatèque traduxeris. Tusc. q. lib. 5. 11

Traducere ætatem otiosam & quietam, sine vilo aut labore
 aut contentione. Cato, 74

Traducere aliquem ad se. de Finib. 106. b

Aliquid ab lætitia ad metum traducere. de Arusp. resp. 20. a

Traducere ad mala consilia corruptum largitionibus ani-
 mum. ad Brut. 4. 3. a

Ita sum cum illo locutus, vt mihi viderer animum hominis
 ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatè tuendam
 traducere. ad Lentul. lib. 1. 2. 8. a

Abducere animos à contraria defensione, & ad nostram co-
 nor traducere. 2. de Orat. 162. a

Cogitationes ad voluptates traducere. 3. Tusc. q. 66. a

Eos qui audiunt ad magnam admirationem traducere. in
 Orat. 112. a

Deinde iussit equum traducere. pro Cluent. 105

Iudices à seueritate ad hilaritatem traducere. de Arusp. 20

Si volumus hoc quod datum est vitæ, tranquillè placidè-
 que traducere. 3. Tusc. q. 43. a

Sic homines traducere ad optimates paro. Att. 236. b

Homines à consuetudine subito conuertere, & ad diuersas
 rationes vitæ traducere. 1. de Inuent. 4. a

Mentes à cogitationum intentione ad tranquillitatem tra-
 ducere. 4. Tusc. q. 6. a

Traducere orationem à subtilitate disputandi ad exempla.
 Tusc. q. lib. 3. 48

Traducere partum Iouis ad Physiologiam. de Nat. d. 10. b
 Traducere vitam egregiis factis. ad Brut. 285. b
 Et ego animi pendere soleo, quum semel quid orsus, si tra-
 ducor aliò: &c. 1. de Leg. 14. a
 Aut ego qui me ad defendendos homines ab ineunte ado-
 lescentia dedissem, tempore atque officio coactus, ad ac-
 cusandum traducerer. 1. Verr. 3. a
 Traduci animum ad mala consilia. ad Brut. 9. in epist. Bruti.
 Traduci ad accusandum. 1. in Verr. 3
 Fluuius ita magnus factus est, vt eò traduci victimæ nullo
 modo possent. de Inuent. 74. b
 Qua ratione nobis traducendum sit hoc tempus. Sulpit. li-
 bro 4. 6. 13. a
 Adolescentes à minutis concertationibus, ad omnem vim
 dicendi traducendos puto. de Orat. 154. b

Traductus.

Cuius adolescentia ad scientiam rei militaris non alienis
 perceptis, sed suis imperiis: non offensionibus belli, sed vi-
 ctoriis: non stipendiis, sed triumphis est traducta. pro Le-
 ge Manil. 19. a

Quæstio à propriis personis ad vniuersi generis rationem
 traducta. Orat. 201. b

Sed est quasi rudentis explicatio, traducti temporis nihil
 noui efficientis, sed primum quidque replicantis. de Diui-
 natione, 106. b

O adolescentiam traductam eleganter. pro Plancio, 25

Idem traducti à disputando ad dicendum, inopes repe-
 riuntur. de Clar. Orat. 175. b

Traductio.

Traductio est, quæ facit vt cum idem verbum crebrius po-
 natur, non modò non offendat animum, sed etiam con-
 cinniorem orationem reddat. ad Heren. lib. 4. 164

Traductio ad plebem furibundi hominis. pro Sest. 11. a

Traductio & immutatio in verbo. 3. de Orat. 91. a

Traductio temporis nihil noui efficientis. 1. de Diuin. 107

Traductor.

Vt sciat hic noster Ierosolymitarum traductor ad plebem,
 quàm bonam meis putissimis orationibus gratiam retu-
 lerit. ad Att. lib. 2. 2. 4. 2. a

Tradux.

Malleoli, plantæ, sarmenta, vites, traduces, propagines, non-
 ne ita efficiunt, vt quemuis cum admiratione delectentur
 de Senect. 48. Ex recentioribus quidam viuiradices lege-
 re malunt.

Tragœdia.

Tragœdiæ plenæ sceleratorum pœnis. 2. de Legib. 40

Quatuor tragœdias x v 1. diebus absoluisse cum scribas, tu
 quicquid ab alio mutuaris, & *καλέος* quæris, cum Elestram
 & Troadam scripseris. 3. ad Quint. frat. 22. a

Quorum alter commentatus est mimos, alter egit tragœ-
 diam. 11. Philip. 298. a

Ne aut irrisione, aut odio digni putemur, si aut tragœdias
 agamus in nugis, &c. 2. de Orat. 113. a

Efficere tragœdias. 4. Tusc. q. 119. a

Nunc eiusdem Appiæ nomen, quantas tragœdias excitat
 pro Mil. 13. a

Sophocles ad summam senectutem tragœdias fecit. de Se-
 nectute, 20. a

Neque verò istis tragœdiis tuis, quibus vti philosophi ma-
 ximè solent, Craffæ perturbor. 1. de Orat. 119. a

Tragicus.

Grandis, & vt ita dicam, tragicus orator. de Clar. Orat. 106. a

Poeta tragicus. 1. de Nat. d. 74. a

Tragicum in comœdia turpe. Orat. 141

Tragico illo Oreste, aut Athamante dementior. in Ver. 89. b

Vt tragici poetæ, quum explicare argumenti exitum non
 potestis, confugitis ad deum. de Nat. d. 1. 38

Sed hæc tragica atque diuina, faceta autem & vrba: &c.
 2. de Orat. 125. a

Tragicè.

Hanc enim mortem rhetoricè & tragicè ornare potuerunt.
 de Clar. Orat. 21. a

Res comicas tragicè tractare. de Orat. 145. b

Tragœdus.

Comœdum in tragœdiis, & tragœdum in comœdiis admo-
 dum placere vidimus. in Orat. 59. a

Vox tragœdorum, gestus penè summorum actorum est re-
 quirendus. 1. de Orat. 63. a

Traho.

Magnes lapis, est qui ferrum ad se allicit & trahit. 1. de Diui-
 natione, 144. a

Qui ex contumelia cognomen traxit. 3. Philip. 135. a

Regio Martia, quæ à Marte traxit nomen. in Ant. 192. b

Suis te illecebris oportet ipsa virtus trahat ad verum decus.
 Somn. Scip. 27

Nò enim possunt vna in ciuitate multi rem atque fortunas
 amittere, vt non plures secum in eandem calamitatem
 trahant. pro Lege Manil. 12. a

Et vos vt tutam tranquillamque fortunam traheretis, mea
 perfecit vigilantia. Antequam iret in exil. 8. a

Nemini concedo, qui maiorem ex pernicie Reipub. mole-
 stiam traxerit. epist. 47. b. Id est, accepit.

Trahere aliquem in inuidiam. ad Her. 2. b

Aliquid enim falis ab vxore mima trahere poteris. 2. Philip-
 picarum, 43

Ducere, sumere, trahere coniecturam ex aliqua re. de Inuen-
 tione, 63. b

Nunc verò quid est quod me in aliam partem trahere pos-
 sit? Plancus Ctc. lib. 10. 4. 5. a

Trahere molestiam ex re aliqua. 4. fam. 6

Omnem rationem ad dicendum trahere. in Orat. 61. a

Anne de nobis trahere spolia fœderatis licebit, de hostibus
 non licebit. pro Corn. Balb. 43. a

Suspiciones ex aliqua re trahere. 2. de Inuent. 141. a

Trahimur omnes studio laudis, & optimus quisque maxi-
 mè gloria ducitur. pro Arch. 19. a

Omnes enim trahimur & ducimur ad cognitionis & scien-
 tiæ cupiditatem. 1. Offic. 18. a

Serui qui ad supplicium cæsi verberibus trahuntur. Ante-
 quam iret in exil. 11. a

Rationes disputationibus huc & illuc trahuntur. 4. Acad.
 quæst. 207. a

Per me ista pedibus trahantur. Att. 65. b

Omnis ratio, quæ ad discendum trahi possit. Orat. 207. b

Atque etiam ex puteis iugibus, aquam calidam trahi. 2. de
 Nat. d. 37. a

Traho, protraho.

Quinetiam idcirco trahebam, vt quàm diutissimè integrè
 esset. Att. lib. 16. 5

Si trahitur bellum, quid expectem? Att. lib. 10. 20

Ab isto initio tractus est sermo. de Clar. Orat. 11. a

Necesse est enim aut id quod maximè velim, pelli istum ab
 Hispania, aut trahi id bellum, &c. ad Att. lib. 10. 197. 2. a

Comitia tracta esse. pro Mil. 17

Tractus, a, um.

Interponuntur etiam conciones & hortationes: sed in his
 tracta quædam, & fluens expetit, non hæc contorta &
 acris oratio. in Orat. 36. a

Corpus tractum & laceratum abiecit in mare. Att. 231. b

Et si genus orationis fufum atque tractum, & cum lenitate
 quadam æquabili profluens, &c. 2. de Orat. 35. a

Vacuam tractum esse remum. in Verr. 263. b

Venæ à corde tractæ & profectæ, in omne corpus ducun-
 tur. 2. de Nat. d. 200. a

Tractus, us.

Totus ille tractus celeberrimus Venafranus, Alifanus: &c.
 pro Plancio, 18. a

Ex quo intelligitur, plus terrarum situs, quàm lunæ tractus
 ad nascendum valere. 2. de Diuinat. 145. a

Quanta hæsitatio tractusque verborum. 1. de Orat. 111. a

Tractu orationis leni & æquabili perpoliuit illud opus. 2. de
 Orat. 29. a

Tracto.

Quæ omnia pertinent ad eam, quam iandudum tracto, con-
 stantiam. de Amic. 108. b

Nec ea quæ nunc tracto, minuunt, sed augent potius illam

facultatem. de Fato, 140. b

Ius pontificum & ciuile tracto. de Senect. 34

Me tractat liberaliter Curio, tu si te ita tractatum docuisses,
 &c. epist. 118. b

Cæsar Quintum meum, dii boni, quemadmodum tractat
 honore, dignitate, gratia, non secus ac si ego essem impe-
 rator. 4. ad Att. 54

Sic tractat, vt manu doceat, &c. de Nat. d. 1. 36

Grammatici hunc locum tractant in poetis, eloquentes in
 omni genere & parte caufarum. Orat. 203. b

Erras enim tu Quæstor, pecuniam publicam tu tractabas.
 1. Verr. 18

Cato cum sententiam in Senatu diceret, locos graues ex phi-
 losophia tractabat. Parad. 1

Sic tu, inquit, Hirrum tractasti. epist. 119. b

Dionysius seruus meus, qui meam bibliothecam multorum
 nummorum tractauit, quum multos libros surripuisset,
 nec se impunè laturum putaret, aufugit. Sulp. lib. 13. 101

Euclides geometriam tractauit. de Orat. 155. b

Me summa simulatione amoris, summæque assiduitate quo-
 tidiana sceleratissimè, infidiosissimèque tractauit. ad Q.
 frat. lib. 1. 54

In munere ita se tractauit, vt accepisse ab eo beneficium vi-
 deret, non dedisse. Bruto, lib. 13. 13. 2. a

Non tractabo illum vt Consullem, ne ille quidem me vt
 Consularem. in Ant. 162. b

Deinde ita me in Rep. tractabo, vt, &c. in Cat. 11. pro, ita me
 geram.

Hoc tu tractabis, vt tibi videbitur. Att. 191. b

Tracta edictum. pro Quint. 11. b

Verres post imperium constitutum primus imperauit, &c.
 vt is eam pecuniam tractaret, quam ipse præficeret. 7.
 Verrinarum, 49. a

Qui reus lege, &c. temperare non potuerit maximo cõuen-
 tu, quin L. Sifenæ argentum tractaret & consyderaret.
 7. Verr. 30. a

Omnibusque rebus eum ita tractes, vt intelligat meam cõ-
 mendationem non vulgarem fuisse. ad Lent. lib. 1. 13

Quocirca huic quasi materia, quam tractet, & in qua verite-
 tur, subiecta est veritas. Offic. 4. b

Vt ea quæ gustemus, olfaciamus, tractemus, audiamus. 5.
 Tusc. q. 155. a

Commemorat quàm liberaliter eos tractasset etiam antea.
 2. in Verr. 15. a

Agitare, tractare, inquirere. pro Cluent. 66. a

Aliquem nimis asperè tractare. Quint. frat. lib. 2. 10. 7. a

Aliquem omnia quæ facere velit, facilimè tractare. pro Cor-
 nel. Balbo, 55. b

Tractare honorificè & liberaliter. 13. fam. 63

Tractare aliquem improbissimè. 16. ad Att. 37

Parum pie aliquem tractare. pro Cæl. 2. a

Tractare aliquid animo. Tusc. q. lib. 5. 52

Græco sermone tractare aliquid. lib. 1. de Fimb. 1

Eloquentiæ est, tractare animos, & omni modo permoue-
 re. Orat. 205. b

Tractare argumenta. de Orat. 119. b

Arma quæ tractare cõperam, & quibus me assuefeceram.
 de Clar. Orat. 165. b

Tractare artem. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 24

Quantquam quemadmodum tractare audiebam. epist. 28. b

Causas amicorum tractare & agere. 1. de Orat. 83. a

Definitionem fortitudinis tractare. 4. Tusc. q. 81. a

Tractare genus dicendi forense. Offic. 1. 5

Nequaquam satis est inuenire quid dicas, nisi id inuentum
 tractare possis. de Orat. 124. b

Clauum imperii tenere, & gubernacula Reip. tractare. pro
 Sestio, 15

Historiam tractare. 1. de Legib. 7. a

Tractare personam alicuius in scena. pro Quinto Roscio,
 48. b

Tractare personam aliquam in iudiciis & periculis. pro Ar-
 chia poeta, 2

Tractare rationes. 7. ad Att. 7

Tractare res non bonas. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 66
Tractare res comicas tragicæ. de Orat. 145. b
Res cognitione dignissimas tractare & contemplari. 1. Officiorum, 215
Res tragicas comicè tractare. 3. de Orat. 17. a
Tractare Remp. 6. fam. 19
Vites tractare & tueri. 5. de Finib. 70. a
Ista enim sunt ipsa vulnera, quæ non possum tractare sine maximo gemitu. ad Att. lib. 12. 28
Nūquam enim mihi videor tractasse causam difficiliorem. ad Appium, lib. 3. 12. 8. a
Tractatur domus non indiligenter. 3. ad Quint. frat. 19
Nicanor in officio est, & à me liberaliter tractatur. Att. 80. b
Omnia enim pecunia ita tractatur, ut præda à præfectis: & c. Caninio, lib. 2. 16. 8. a
Dabit enim profectò, ut in rebus inuitatis, quod Græci ipsi faciunt, à quibus hæc iandiu tractantur, utamur verbis interdum inauditis. 1. Acad. 36. a
Tractantur ista ingeniose. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 78
Cuius arbitrio sicæ nunc omnes, atque omnia venena tractantur. de Arusp. 251. b
Qui à te tractatus est præstanti fide. epist. 40. b
Cum tractaretur Atreus, personæ seruiendum fuit. Officiorum, 3. 144
Omnia quæ tractarentur ab oratoribus, dubia certè & incerta. de Orat. 92. b
Id etiam ad dignitatem meam pertinet, eum nō modò per liberaliter à nobis, sed etiam ornate cumulatèque tractari. Att. 245. b
Honorificè & liberalissimè tractari ab aliquo. ad Atticum, lib. 14. 311. 2. a
Tractari ornate & cumulatè. 15. ad Att. 32
Contentionem vestrum, quæ tractari sine contumelia non potest, & c. pro Plancio, 13. a
Nec omnis auditor eorūdem aut verborum genere tractandus est, aut sententiarum. Orat. 203. b
Mihi videor eorum consuetudinem vsu, tractandòque cognouisse. in Verr. 145. b
Explicanda est natura iuris, cōsiderandæ leges, quibus, & c. tractanda iussa & iura populorum. de Leg. 159. b
Quos quidem tibi studiosè & diligenter tractandos magnopere censeo. de Finib. lib. 4. 75
Qui in his artibus cognoscendis atque tractandis studium suum omne posuerunt. de Orat. 90. b
Tractans.
Aliquis Matellionem Corinthium cupidissimè tractans. Parad. 123. b
Hæc tractanti animo, & noctes & dies cogitanti, existit illa à deo Delphis præcepta cognitio, & c. 5. Tusc. q. 99. a
Tractatus.
Aliquoties iam iste locus à te tractatus est. 2. de Leg. 15. a
Qui locus à Posidonio breuiter tractatus est in quibusdam commentariis. Offic. 53. b
Ab nullo ille liberalius, quàm à Cluentio tractatus est. pro Cluent. 130. a
Tractatus liberalissimè atque honorificentissimè. 14. ad Atticum, 24
Quod pater parum piè tractatus à filio diceretur. pro Cælio, 38. b
Persona propter otium ac studium minimè in iudiciis periculifque tractata est. pro Archia, 2. a
Ita malè autem audio ipsum esse tractatū, ut mihi ille emptor non esse videatur. ad Att. lib. 13. 284. 3. a
An ad suam reuertetur antiquam vitam, alicubi honestè tractatam: ad Heren. 31. b
Mercatores iniuriosius tractati. pro Pomp. 5. b
Hi porrò qui successerunt, vehementer istius cupidi, liberaliter ex istius cibaritis tractati, non minus acres contra me fuerunt. 4. Verr. 8. a
Quæ omnia oratori tractata atque agitata esse debent. de Orat. 147. b
Orator habeat omnes philosophiæ notos & tractatos locos. Orat. 207. b

Ab illis has res esse tractatas. lib. 1. de Finib. 5
Tractatus, us.
Qui ipsarum artium tractatu delectati, nihil in vita aliud agunt. 3. de Orat. 49. a
Tractatio.
Est enim in vitroque & materia & tractatio: materia in verbis, tractatio in collatione verborum. in Orat. 117. a
Tractatio varia esse debet. 2. de Orat. 94. a
Etenim siquando in libro verè est à nobis philosophia laudata, profectò eius tractatio optimo atque amplissimo quoque dignissima est. 4. Acad. 12. a
Ipsa mihi tractatio literarum salutaris fuit. de Clar. Oratoribus, 8. a
Tractatio rerum oratoris est, scientia philosophi. 1. de Oratore, 28
Tractatio & vsus vocis in nobis est. in Orat. 32. a
Nec verò qui tibiis aut fidibus uti volunt, ab aruspibus accipiunt earum tractationem, sed à musicis. 2. de Diuinatione, 14. a
Orator tractationem orationis sibi assumet. 1. de Orat. 29. a
Itaque quæ in rebus inanimis, quæque in tractatione belluarum fiunt vtiliter ad hominum vitam, artibus ea tribuntur operosis. 2. Offic. 23. a
Quæ obseruata sunt in vsu & tractatione dicendi. de Oratore, 94. b
Vt hi qui in armorum tractatione versantur. de Or. lib. 3. 111
Tractabilis.
Virtus in amicitia tenera est atque tractabilis. de Amic. 45. a
Corporeum autem & aspectabile, itēque tractabile omne necesse est esse quod natum est. de Vniuers. 15
Ego meum facillè teneo: nihil est eo tractabilius. ad Attic. lib. 10. 38
Traicio.
Exercitum ad sextum Calend. Mai. Rhodanum traieci magnis itineribus. Plancus ad Cic. lib. 10. 9. 5. a
Balbus Quæstor, magna numerata pecunia, magno pondere auri, maiore argenti coacto de publicis exactationibus, ne stipendio quidē militibus reddito, duxit se à Gadibus, & triduum tempestate retentus ad Calpen, Cal. Iun. traiecit sese in regnum Bogudis, planè bene peculiat. 10. fam. 70. in epist. Pollionis.
Esti terra quidem, qui possum: mari, quò traiciam: ad Atticum, lib. 7. 140. 2. a
Dum Brutus copias traiceret. epist. 154. b
Si se Alpes Antonius traiecerit, constitui præsidium in Alpibus collocare. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 9. 5. a. Id est, si superauerit Alpes.
Si quo casu Hisarum se traiecerint. epist. 174. b
Rhodanum copias traiecissem. epist. 150. b
Si Annibal ad portas venisset, murumque iaculo traiecisset. 4. de Finib. 38. a
Marius cum parua nauicula traiectus est in Africam. Postquam. 16. a
Neque ex Italia tam celeriter exercitum traieci posse credebant. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 13. 8. a
Ex Africa tantum hic exhausit, quantum potui aut fide nominum traieci, aut in naues contrudi. in Salust. 275. b
Traiecto axe terra sustinetur. de Vniuers. 45
Traicio, per transstationem.
Quid quum vnumquodque transigere, expedire, absolueri: ipse profectò metuere incipies: ne innocenti periculum facefferis. Quid cum commiserari, cōqueri, & ex illius inuidia deonerare aliquid, & in te traicere cœperit: & c. poterisne eius orationis subire inuidiam? 1. Verr. 24. a
Verbum traicere. in Orat. 136. a
Traiectio.
Officii mei deliberatio cruciat, cruciauitque adhuc: cautior certè est mansio: honestior existimatur traiectio. ad Atticum, lib. 8. 167. 3. a
Dic quæso, num te illa terrent, triceps apud inferos Cerberus, Cocyti fremitus, traiectio Acherontis. 11. Tusc. 16. a
Tum augendi minuendive causa veritatis superlatio atque traiectio & rogatio. 3. de Orat. 113. a

Et vitur traiectione ea verborum, & nihilo tamen aptius explet, concluditque sententias. in Orat. 135. a
Assyrii traiectiones motusque stellarum obseruauerunt. de Diuin. lib. 1. 3. a
Tralatio, Tralatitius, Tralatus, Vide Transfero.
Tralles.
Nève interesse quicquam putent, vtrum Tralleis, an Formias venerint. 1. ad Quint. frat. 13. & Att. 75. b. & contra Rullum, 74. b
Trallianus.
Trallianam aut Ephesinam putes dicere: 3. Phil. 134. a. Aliàs, Ephesiam.
Nunc verò quid putem Trallianos Meandrio causam commisisse homini egenti, sordido, sine honore, sine existimatione, sine censu: pro Flac. 41. a
Trames.
Egressus est non viis, sed tramitibus paludatus. 13. Philippi-carum, 358. a
Num idem in Apennini tramitibus potero facere: 12. Philippi-carum, 337. a
Tramitto, Vide Transmitto.
Trano.
Atque id facilius cernemus toto genere hoc igneo, quod omnia tranat, subrilis explicato. 2. de Nat. d. 36. a
Num cuiusquam nostrum nomen aut Caucasum transcendere, ut Gangem tranare potuit. de Somn. Scip. 129. b
Tranquillus.
Tranquillus animo. epist. 51. b
Isocrates in faciendis verbis tranquillus. Orat. 214. b
Frons tranquilla & serena. 3. Tusc. q. 56. a
Placata, tranquilla, quieta, beata vita. 1. de Finib. 108. a
Tranquillum & quietum, non immoderatè agitatum, nec fluctuans. de Vniuers. 11
Mare, quod sua natura tranquillum est. pro Cluent. 46. b
Sine mortis meditatione tranquillo esse animo non potest. de Senect. 67. a
Appetitus sint tranquilli, atque omni animi perturbatione careant. 1. Offic. 142. a
Pacatæ & tranquillæ ciuitates. de Orat. 87. b
Tranquilla litera. 14. ad Att. 3. Id est, tranquilla nuntiantes.
Tranquilla & turbida, contraria. 6. fam. 47
Tranquilla tempora & optata. 5. fam. 39. in epist. Luceii.
Tranquilla de te erant ea quæ reliqui. 15. fam. 39
Tranquilliore animo esse. 4. fam. 20. in epist. Ser. Sulpitii.
Cætera videntur tranquilla, tranquillissimus autem animus meus. ad Att. lib. 7. 127. 3. a
Tranquille.
Velim tranquillè à Parthus. Att. 82. b
Qui enim nihil potest tranquillè, nihil leniter, nihil partitè, definitè, distinctè, facitè dicere, & c. in Orat. 53. a
Tranquillè placidèque traducere hoc quod datum est vitæ. Tusc. quæst. lib. 3. 21
Tranquillo, as.
Semper alit aliquid, quod tum vi sua atque natura tranquillet animos. 1. de Finib. 78. a
Vt aut perturbentur animi, aut tranquillentur. in Top. 53. a
Tranquillitas.
Tranquillitas animi atque iucunditas. Læl. 70
Democriti autem securitas, quæ est animi tanquam tranquillitas, quam appellant *ὀδύνη*. de Finib. lib. 5. 19
Vt tranquillitas animi & securitas adsit, quæ adfert cum constantiam, tum etiam dignitatem. 1. Offic. 99. a
Tranquillitas maris intelligitur, nulla ne minima quidem aura fluctus cōmouente. Tusc. q. lib. 5. 13. & 4. Acad. 179. a
Tranquillitas vitæ. Tusc. q. lib. 5. 4
Locus quietis & tranquillitatis plenissimus. 1. de Orat. 2. a
Lex Ælia & Fusia propugnacula, muri que tranquillitatis atque otii. in Pis. 81. b
In particeps rationis ponunt tranquillitatem, id est placidam quietamque constantiam. 4. Tusc. q. 17. a
Qui remoti à studiis ambitionis, otium ac tranquillitatem vitæ secuti sunt. pro Mur. 51. a

Nos longis nauibus tranquillitatem aucupaturi eramus. ad Attic. lib. 6. 119. 3. a
Sed si iam ex hoc loco profisciscatur Puteolos stadia triginta probo nauigio, bono gubernatore ac tranquillitate: probabile videatur se illuc venturum esse saluum. 4. Academ. quæst. 179. a
Tranquillitates mirificæ me adhuc tenuerunt. 10. ad Att. 54
Tranquillitates aucupari. 6. ad Att. 47
Trans.
Tollitur ab attriis Liciniis, atque à prædonum confessu in Galliam Næuius, & trans Alpes vsque transfertur. pro Quinto, 7
Si scisset sibi trans Euphratem esse pereundum. de Diu. 111. b
Vt qui trans flumen essent, videre possent. de Inuent. 74. b
Ego ipso tempore trans mare fui. de Inuent. 52. b
Nuntius trans mare missus. Brutus Antonio, lib. 11. 3. 3. a
Domino trans ripam inspectante. pro Mil. 55
Trans motem Taurum etiam de matrimonio est auditum. epistol. 26. b
Cogito interdum trans Tyberim hortos aliquos parare. ad Attic. lib. 12. 241. 16. a
Transactor, Transactus, Vide Transigo.
Transalpinus.
Transalpina Gallia. pro Mur. 145. b
Cognatio materna Transalpini sanguinis. post reditum in Senatu, 13. a
Cn. Domitius M. Syllanum Consularem virum accusauit propter Egritomari Transalpini hospitis iniurias. 4. Verrinarum, 81
Transalpinæ nationes. Pæto, lib. 9. 15. 5. a
Ad exemplum amissi imperii portari in triumpho Syllam Massiliam vidimus: & ex ea vrbe triumphari, sine qua nunquam nostri imperatores ex Trāsalpinis bellis triumpharunt. 2. Offic. 39
Transalpini.
Progressus sum ad Transalpinos cum exercitu, & c. Brutus Ciceroni, 11. 4. 1. a. Verus exemplar legit, ad Inalpinos.
Transcendo.
Hoc malum manauit non solum per Italiam, sed etiam transcendit Alpes. in Catil. 78
Ex his ipsis altis notisque terris, num aut tuum, aut cuiusquam nostrum nomen vel Caucasum hunc, quem cernis, transcendere potuit, & c. in Somn. Scip. 23
Transcribo.
Si vestra manu fabulas aut orationes totas transcripissetis. ad Herennium, 25. b
Q. Sossius splendidus Eques Rom. ex agro Piceno, fecisse confessus est, qui transcriperit tabulas publicas. de N. d. a
Transcriptus.
Oppianicus testamentum in alias tabulas transcriptum signis adulterinis obsignauit. pro Cluent. 30
Transcurro.
Ita grauissimo suo casu dum Cyri & Alexandri similis esse voluit, qui suū cursum transcurrerant, & c. de Cl. Orat. 155. a
Ne sine delectu temerè videatur in dissimilem transcurrisse. ad Heren. 34. b
Transduco.
Quam in te tantam virtutem esse aut dignitatem arbitraus es, ut conarere clientelam tam illustrem, tam splendide prouinciam transducere ad te, & c. 6. Verr. 80. a
Transenna.
Similiter nunc petes à Craffo, vt eam copiam ornamentorum suorum, quam constructam vno in loco quasi per transennam prætereuntes strictim aspeximus, in lucem proferat. 1. de Orat. 78
Transseo.
Nam qui appetitus longius euagantur, & c. hi sine dubio finem & modum transeunt. 1. Offic. 143. a
Quum mare vastissimum hyeme transibas. in Pis. 45
Horum studiorum causa mare transiui. Att. 128. b
Pompeius mare transiit. Att. 128. b
Quid enim ad plebem trāstisti, vt Tigranem ires salutatum? ad Att. lib. 2. 22. 2. a

Transiit Formias. 9. ad Att. 7
 Transiit hic nimbus. 15. ad Att. 18
 Transierant illuc. 8. fam. 39. in epist. Cælii. Id est, in illam sententiam.
 Transi multa. 8. fam. 35. in epist. Cælii. Id est, prætermitte.
 Cum Gracchus pomœrium transiret, auspicari est oblitus. de Nat. d. 1. 9
 Quod si me Cesar audisset, atque Apenninum transisset, in tantas angustias Antonium compulisset, ut inopia potius, quam ferro conficeretur. Brutus ad Cic. lib. 11. 10. 8. a
 Sicut mos maiorum ferebat, repente relinquant, deserat, ad aduersarios transeat. 3. Verr. 18
 Erit enim persuasum, etiam Solem, Lunam, stellas omnes, terram, mare, deos esse, quod quædam animalis intelligentia per omnia ea permeet & transeat. 4. Acad. 21. 4. a
 Video iam quod inuidia transeat, & ubi sit habitatura: &c. ad Attic. lib. 2. 24. 4. a
 Deinceps ad partitionem transeamus. 1. de Inuent. 4. 5. a
 Quid ergo exercitum retinetis, quum legis diem transferit, rationem haberi placet. ad Att. lib. 7. 28
 Si vos semel in iudicando finem æquitatis & legis transieritis. 5. Verr. 189. a. & Offic. 1. 143
 Transire ad plebem. 2. ad Att. 21
 Transire ad sermonem. 3. ad Heren. 113
 Transire amnes auspicato. Diuinat. lib. 2. 60
 Transire ea quæ premunt & ea quæ impendent. 9. fam. 2
 Rectius diues quam Crassus, qui nisi egiisset, nunquam Euphratem nulla belli causa transire voluisset. 3. de Finibus, 113. a
 Variisidium equitem Romanum familiarem meum ad te ipsum transire iussi. Plancus Cic. lib. 10. 13
 Transire legem. 5. ad Att. 48
 Dolor ad pauciores pertinet, quam, &c. peccauit verò nihilominus. siquidem est peccare, tanquam transire lineas. Parad. 24
 Transire locum. 2. ad Att. 54
 Inde vtrum consistere vsquam velit, an mare transire, nescitur. ad Att. lib. 7. 131. 2. a
 Transire maria. Orat. 81
 Sed in animo est leuiter transire, ac tantummodo perstringere vnamquamque rem. pro Rosc. Amer. 55. a
 Egredere tulisse P. Rutilius, &c. sed tamen transisse videtur modum, quippe qui ob eam causam à vita recesserit. 4. Tusc. 9. 31
 Videor sperare debere si te viderim, & ea quæ premant, & ea quæ impendant, me facile transiturum. Varroni, libro 9. 1. 5. a
 Equidem malueram, quod erat susceptum ab illis, silentio transire. ad Att. lib. 2. 34. 6. a
Transitum est.
 Cuius similitudine perspecta in formarum specie à dignitate transitum est ad honestatem dictorum atque factorum. 2. de Finibus. 78. a
Transitus.
 Qui abstinet (sed Iulia lege trāsita semel tantum in diem, non ut alii solebant omnibus vicis, præter eum semel nemo accept) facit ut mihi excipiedus sit. ad Att. li. 5. 110. 4. a
Transitus, us.
 Si homines transitum tempestatis expectare potuissent. 2. ad Att. 52
 Et quum fossam latam cubiculari lecto circumdedisset, eiusque fossæ transitum ponticulo ligneo coniunxisset: eum ipsum, quum fores cubiculi clauserat, detorquebat. 5. Tusc. q. 83. a
Transitio.
 Transitio vocatur, quæ cum ostendit breuiter, quod dictum sit. proponit item breui quod consequatur. 4. ad Herennium, 186
 Transitio sit visionum fluentium. de Nat. d. 1. 77. ut è multis vna videatur.
 Qui spem sæpe transitionis præbendo, neque vnquam non decedendo, nouissimè Corycum se contulit. Cassius ad Ciceronem, lib. 12. 13. 9. a

Ut similitudine & transiione visio speciei dei cernatur. de Nat. d. 1. 74
 Imagines similitudine & transiione perceptæ. de Nat. deorum, lib. 1. 36
 Multa enim scripta sunt in eis, quæ facta non sunt, falsi triumphi, plures Consulatus, genera etiam falsa, & ad plebem transitiones, &c. de Clar. Orat. 31. a
 Rem breuiter narrare poterimus, &c. etsi transitionibus nullis utemur. ad Heren. 3. b
Transfero.
 Hoc idem transfero in Magistratus. 4. Verr. 87. a
 Et suam culpam in senectutem transferunt. Cat. 13
 Quin tabulas conficiunt mensuras, penè rationes in tabulas transferunt. pro Rosc. 46. b
 Totam Academiam ab hominibus nobilissimis abstuli, transtuli ad nostrum sodalem. ad Att. lib. 13. 271. 1. a
 Istum ego locum totidem verbis à Dicæarcho transtuli. Att. 90. b
 Cur non se transtulit ad alios, & maximè ad Stoicos? 4. Academic. q. 125. a
 Totumque se ad artes componendas transtulit. pro Cluent. a
 Ad se omnia ex hortis ornamenta transtulit. in Ant. 189. b
 Clodius reliquit annum suum, seseque in proximum transtulit. pro Mil. 106. b
 Statim suspicione offensi, ad ea ipsa nomina oculos, animumque transtulimus. 4. Verr. 135. a
 Alii à regendis ciuitatibus totos se ad cogitationem rerum transtulerunt. de Orat. 148. b
 Locos quidem quosdam, si videbitur, transferam, & maximè ab iis, quos modò nominavi. lib. 1. de Finibus. 6
 Illam Accii similitudinem non modò iam ad inuidiam, sed ad fortunam transferam. Pæto, lib. 9. 16. 16. a
 Transferet eum in muliebrem figuram. de Vniuers. 57
 In hunc igitur gregem vos P. Syllam reicietis: in parricidarum numerum transferetis: pro Syl. 182. b
 Hanc iucunditatem transfer in animum. de Finibus. 67. b
 Ut omnem culpam in te transferas. Att. 150. b
 Si placet, sermonem aliò transferamus. 1. de Orat. 66. a
 Ut de tuo edicto totidem verbis transferrem in meum. epistolarum, 37. b
 Transferret te ad se. 16. fam. 6
 Tu quum te de curriculo petitionis deflexisses, animumque ad accusandum transtulisses, existimasti te vtrique negotio satisfacere posse: pro Mur. 43. a
 Transferre aliquid ex philosophia. de Inuent. 49. b
 Transferre ad aliqua. epist. 70. b
 Nulla animans in alterius animantis vitam transferre potest. Tusc. q. 235. b
 Capita aliqua in edictum prouinciale transferre. 3. Verrinarum, 83. a
 Regiam causam aliò transferre. Lent. lib. 1. 4. 2. a
 Transferre crimen in aliquem. pro Sest. 21. b
 Transferre humana ad deos. Tusc. q. lib. 1. 52
 Transferre diuina aliorum ingenia ad cognitionem suorum ciuium. lib. 1. de Finibus. 6
 Iucunditatem in animum transferre. 2. de Finibus. 22. a
 Transferre nomina ex aliis. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 19
 Ex quorundam præceptis quædam transferre, quæ nostro instituto conuenire videantur. 1. de Inuent. 49. a
 Transferre similitudines. de Finibus. lib. 2. 39
 Verba apertius transferre. in Orat. 35. a
 Quid si doceo, &c. te huius circumsessionis tuæ causam & culpam in alios transtulisses? 3. Ver. 58. a. & pro Font. 277. b
 Nec est probandum, illos ad notationes censorias exëplum à consuetudine militari transtulisse. pro Cluent. 44. b
 Ut video, causa hæc integra in proximum annum transferretur. Cælius Ciceroni, lib. 8. 9. 4. a
 Tollit ab atris Licinius, atque à præconum confessu in Galliam Næuius, & trans Alpes vsque transfertur. pro Quintio, 7. a
 Cum verbum aliquod altius transfertur. Orat. 204. b
 Literæ, literæque omnes assimilata, expressæ, de tabulis in libros transferuntur. 4. Verr. 137. a

Non valde productis iis, quæ similitudinis causa ex aliis rebus transferuntur. de Orat. 147. b
 Cum domus in palatio, villa in Tusculano, altera ad alterum Consulem transferebatur. pro Domo sua, 225. b
 Transferetur in moribus suis simillimas figuras pecudum & ferarum. de Vniuers. 57
 Num illa definitio posset in aliam rem transferri quamlibet? 4. Acad. 80. a
 Nihil est enim quod de suo genere in aliud genus transferri possit. 4. Acad. 93. a
 Argumenta, quæ transferri in multas causas possunt. de Inventione, 67. b
 Nec in alias causas posse transferri. de Orat. 128. b
 Quid est, quod non possit ex connexo transferri ad coniunctionem negationem? de Fato, 143. b
 Quod ab Ennio positum in vna re, trāsferri per multas potest. Offic. 11. b
 Gracchum illum suum transferendi in nos criminis causa, occidere cogitarint. pro Sestio, 70. a
 Sin absoluitur, desinemus nos de iudiciis transferendis reculare. 3. Verr. 4. a
Transferens.
 Quam similitudine natura ratioque ab oculis ad animum transferens, &c. 1. Offic. 23. a
 Atticæ meæ velim me ita excuses, ut omnem culpam in te transferens, & ei tamen confirmes, &c. ad Att. lib. 15. 330. 4. a
Translatus.
 Cum omnis potestas deorum immortalium aut trāsata sit ad vos, aut certè communicata vobiscum. pro Mur. 124. b
 Accusandi voluntas ad viros fortes, spectatoresque homines translata sit. 1. Verr. 13. a
 Hoc totidem verbis translatus caput est, quod fuit antè in lege Seruilia. pro Rab. Posth. 124. b
 Hunc tu translatus in Macrocollum lege in Arcano conuiuius tuis. ad Att. lib. 16. 333. 2. a
 Hoc translatus Carthaginem, locum tantum mutarant. in Verrem, 216. b
 Iam cætera translata ferè sunt de Solonis legibus. de Legibus, 182. b
 Sed Phalereus Demetrius meo iudicio præstitit cæteris, cuius oratio cum sedatè placidè loquitur, tum illustrant eam, quasi stellæ quædam, translata verba, atque immutata. Translata ea dico, ut sæpe iam, quæ per similitudinem ab alia re aut suauitatis aut inopiæ causa transferuntur. in Orat. 50
 Translatis verbis cur magis omnes delectantur, quam propriis. 3. de Orat. 87
 In translatis verbis quid sequendum. Orat. 143
Translatum.
 Translatum est, quod aliud conficit, quam causæ genus postulat. 1. de Inuent. 38
Translatio, siue Tralatio.
 Nam & doctrina, & domus, & ars, & ager etiam fidelis dici potest. ut sit, quomodo Theophrasto placet, verecunda tralatio. Tironi, lib. 16. 17. 3. a. & 3. de Orat. 90
 Criminis translatio. 6. Verr. 82. a. & 1. ad Heren. 26. & 2. 55
 Vnius verbi translatio aut inuersio verborum. 2. de Oratore, 145. a. & 3. 85
 Quare L. Syllæ & C. Cæsaris pecuniarum translatio à iustis dominis ad alienos, non debet liberalis videri. 1. Offic. 67. a
 Translationis leges. Brut. 150
 Translationem pudentem esse oportere. 4. ad Heren. 201
 Nomen suum alicui ad translationem criminis commodare. in Verr. 221. b
 Per translationem definitio. Topic. 16
 Ex translatione iocus. 2. de Orat. 145
 In translatione fugienda vitia. 3. de Orat. 88
 Translatione verborum in summissio genere dicendi quomodo vtendum. Orat. 45
 Translationes quasi mutationes sunt, quum quod non habes, aliunde sumas. 3. de Orat. 86. a
 Translationes in causis Romæ cur rarius inciderent. 2. de Inventione, 162

Translationum vitias. Orat. 73
 Iam cum fluxerunt plures continuæ translationes, alia plane sit oratio. Itaque genus hoc Græci appellant ἀντιπαρανομινε rectè, genere melius ille, qui ista omnia translationes vocat. Orat. 51. a
 In translationibus quid quærat. 2. ad Heren. 51
Translator.
 Translator quæsturæ. in Verr. 266. b
Translatitijs, siue Tralatijs.
 Constitutio translatiua. 1. de Inuent. 15. a
 Tralatiuum caput edicti. 3. fam. 24
 Sed in re tam vtitata, satis est ostendere, omnes antea ius ita dixisse: & hoc vetus edictum translatiuumque esse. 3. Verinarum, 80. a
 Hoc verò, ex quo suspicio nata est, me exquisisse aliquid in quo te offenderem, tralatiuum est. ad Appium, lib. 3. 8. 13. a
 Alterum caput esse tralatiuum de impunitate. ad Atticum, lib. 3. 65. 3. a
 Nosti enim hæc tralatiua. Cælius Cic. lib. 8. 5. 5. a
Translatiuis.
 Rursus nec definitiua causa potest simul ex eadem parte eodem in genere & definitiua esse & translatiua. 1. de Inventione, 20. a
 Cum autem actio translationis aut commutationis indigere videtur, constitutio translatiua appellatur. de Inventione, 69, & 45. b
Transfigo.
 Euelli iussit eam qua erat transfusus hastam. 2. de Finibus. 155. a
 Arboris è tronco serpentis saucia morfu
 Subigit ipse feris transfigens vnguibus anguem. 1. de Diuinatione, 171. a. De aquila.
Transfugio.
 Transfugit ad populum. 8. fam. 16. in epist. Cælii.
 Facetur se non bellè dicere, non ad voluntatem loqui posse, non ab afflictæ amicitia transfugere, atque ad florentem aliam deuolare. pro Quint. 62. a
Transfuga.
 Leuissimè transfuga, neque in hac, neque in illa parte fidem habens. Salust. in Ciceronem, 271. b
 Non omnia illum transfugam ausum esse Senatui dicere. 1. de Diuinatione, 162. a
Transfundo.
 Libentius omnes meas, si modò sint aliquæ meæ laudes, ad te transfuderim. Dolabella, lib. 9. 14. 10. a
 Omnem se amorem abiecit illinc, atque in hanc transfudisse. 2. Philip. 84. a
Transgredior.
 Alpeis transgredi. Brutus Ciceroni, lib. 11. 20. 4. a
 Taurum transgressus sum. ad Appium, lib. 3. 8. 17. a
 Qui quum tabernaculum vitio cepisset imprudens, quod inauspicato pomœrium transgressus esset, comitia Consulibus rogandis habuit. 1. de Diuinat. 62. a
Transgressio.
 Transgressio est, quæ verborum perturbat ordinem peruerfione aut transfectione, &c. ad Heren. 34. b
 Cuius ego imperio non Alpium vallum contra ascensum transgressionemque Gallorum, &c. in Pis. 64. a
 Est etiam gradatio quædam & conuersio, & verborum concinna transgressio. 3. de Orat. 115. a
Transigo.
 Itaque Manilius rem cum Oppianico transigit, pecuniam ab eo accipit. pro Cluent. 25. b
 Quod erat vix h. s. quadringentorum millium, transigunt h. s. ducentis millibus. in Verr. 104. b
 Prius enim rem transigit, quam, &c. Att. 194. b
 Nos hic de C. Macro transigimus. Att. 3. b
 Recede de medio, per alium transigam. pro Sexto Roscio Amerino, 37. b
 Negotium conficiendum curas, ipse suscipias, transigas. epistolarum, 209. b
 Amabo te, cura ut cum Ticinio transigas. Att. 24. b
 Qui cum reo trāsfigat, post cum accusatore decidat. in Verrem, 125. b

Si hanc ei rem priuatim Sex. Roscius mandauisset, ut cum Chryfogono transigeret atque decideret, &c. pro Roscio Amer. 67. a

Vt secum aliquid integra sua fama, qualibet, dummodo tolerabili, conditione transigeret. pro Quintio, 65. a

Summittebat iste Timarchidem qui moneret eos, si saperet, ut transigerent. 5. Verr. 57. a

Nos longo intervallo videris, Acutilianam controuersiam transigeris. ad Att. lib. 1. 2. 1. a

Beneficit Aulus Silius, qui transegerit, &c. Att. 194. b

Ego hæc duo quæro, primum qua ratione Næuius susceptum negotium non transegerit, hoc est, cur bona quæ ex edito possidebat, non vendiderit. pro Quintio, 50. a

Quidnam homines putarent, si tum occisus esset, cum tu illo gladio stricto insecutus es: negotiumque transigisses, nisi ille se sub scalas tabernæ librariæ cõiecisset. 2. Philippicarum, 44. a

Vt cum transegerit iam aliquid, definiat. Orat. 209. b

Vnumquodque transigere, expedire, absoluere. 1. Ver. 24. a

Transigere, quæ posita sunt in partitione. de Inuent. 49. b

Per nuntium hoc quod erat tam leue, transigere potuisti. pro Roscio. Com. 29. a

Multitudinem rerum vno tempore transigere. 1. de Inuentione, 56. a

Transigere rem. pro Quint. 11

Transigere multas res vno tempore. de Inuent. 51. b

Transigere de aliquo. in Verr. 160. b

Quod verbo transigere possum. 6. Verr. 30. a

Abhinc annis quindecim defensio mea quæ est: Roscium pro sua parte cum Flauio transigisse. pro Roscio Comædo, 22. a

Is se ternis nummis in pedem tecum transigisse dicebat. pro Quint. Rosc. 48. b

Quæ domi gerenda sunt, ea per Cæciliam transiguntur. pro Sex. Rosc. 43. b

Prima actio vni diebus è nobis transacta est. in Ver. 107. b

Sed res multis querelis de Repu. interponendis, nulla transacta est. Quint. frat. 307, & 308. b

Profecto ut transigaretur aliquid, aut turpiter intercedetur. epist. 114. b

Verum hoc in exercendo transigaretur. ad Heren. 3. b

Vt quoniam suspicaretur de aliqua re fore controuersiam, videret ut quamprimum tota res transigaretur, sed res conuenire nullo modo potuit. pro Quint. 3. b

Non deerant quidem qui neque transigi volebant, &c. Cælius Ciceroni, lib. 8. 11. 7. a

Aliquid facile transigi. de Inuent. 77. b

Me absente omnia cum illis transigi malo. ad Atticum, libro 13. 295. 3. a

Cum priuatis non poterat transigi minore pecunia. ad Atticum, lib. 4. 86. 5. a

Ad eam rem transigendam. ad Heren. 7. b

Sin, ut ego metuo, transactum est, fac venias. epist. 235. b

De Cæsare verò quod fieri potuit, ac debuit, transactum est: neque iam prouocari in integrum potest. Brutus ad Ciceronem, 16. 15. a

Atque illud quod faciendum primum fuit, factum atque transactum est. in Cat. 114. b

Transactus.

Transactum putabant Herbitenses, quum iste, Quid de hordeo, inquit, & Docimo amiculo meo, quid cogitatis? Verinarum, 67. a

Transacto aut dilatato iudicio. in Verr. 124. b

Transacto negotio, & re transacta. ad Heren. 7. b

Sed hoc tamen cecidit peropportune, quod transactis iam meis partibus ad Antonium audiendum venistis. 2. de Orat. 9. a

Quid, quum iam in rebus transactis & præteritis orationes scribimus, num irati scribimus? 4. Tusc. q. 85. a

Transactor.

Qui est, id quod ex plurimis testibus priore actione didicistis, rerum huiusmodi omnium transactor & administer. 4. Verr. 48. a

Transiectus.

Iam verò terram altricem nostram, quæ transiecto axi sustinetur, diei noctisque effectricè, eademque custodem, &c. de Vniuers. 46. a

Transiectio.

Huiusmodi transiectio, quæ rem non dedit obscuram, multum proderit ad continuationes, de quibus antè dictum est. ad Heren. lib. 4. 178. a

Transiectio verborum nisi concinna sit, fugienda. 4. ad Herennium, 161

Transiectio in iudiciis Græci plurimum vtutur. 1. ad Herennium, 22

Transilio.

Quum autem ad summum bonum volunt peruenire, transiliunt omnia, & duo nobis opera pro vno relinquunt. 4. de Finib. 65. a

Sed ne fortè multis rebus gestis, M. Antonii rem vnam pulcherrimam transiliat oratio. 2. Philip. 89. a

Id accidere credo, vel quod ingenii specimen est quoddam, transilire ante pedes posita, & alia longè repetita sumere. 3. de Orat. 88. a

Translatio, Translatitius, Translatiuus, Translator, Translatum, Vide Transfero. Transmarinus.

Transmarina vestigalia. 2. de Lege Agr. 80. a

Politissima doctrina transmarina atque aduentitia. 3. de Orat. 74. a

Accerere res transmarinas. in Verr. 244. b

Transmitto, siue Tramitto.

Quum à Leucopetra profectus (inde enim tramittebam) stadia circiter c c c. processissem. ad Att. lib. 16. 334. 1. a

Cæsar in Africam transmisit. de Diuinat. 119. b

Cur tantas regiones barbarorum pedibus obiit, tot maria transmisit? 5. de Finib. 149. a

Cum exercitus nostri Brundusio transmiserunt. pro Pompeio, 10. b

Quum autem me ex Sicilia ad Leucopetram, quod est promontorium agri Rhegini, venti detulissent, ab eo loco conscendi, ut transmitterem. 1. Philip. 5. a

Ne in Africam ante brumam transmitteret. Diuinationum lib. 2. 40

Grues quum loca calidiora petentes, maria transmittant, trianguli efficere formam, &c. 2. de Nat. d. 187. a

Transmitti mari supero. ad Att. lib. 9. 172. 2. a

Duo sinus fuerunt, quos tramitti oportet, Pæstanus & Vibonensis: vtrunque pedibus, equis transmisimus. ad Atticum, lib. 16. 333. 18. a

Et quisquam dubitabit quin huic tantum bellum hoc transmittendum sit, qui, &c. diuino quodam consilio natus esse videatur: pro Lege Manil. 29

Omne meum tempus amicorum temporibus transmittendum putavi. pro Lege Manil. 1

Lentulum antè puto transmissurum, quàm potuerit conueniri. Att. 51. b

Eosdem aiebant nuntiare te prima nauigatione transmissurum. ad Quint. frat. lib. 2. 21

Transmissio.

Calendis Sextilibus veni Syracusas, quod ab vrbe ea transmissio in Græciam laudabatur. 1. Philip. 5

Onauigationem amandam, quam mehercule ego valde timebam, recordans superioris tuæ transmissiois. ad Atticum, lib. 4. 86. 2. a

Transno.

Ex his ipsis cultis, notisque terris num aut tuum, &c. transscendere potuit, vel illum Gangem transnare. in Somnio Scipionis, 23

Transnumero.

Puer qui iam bene hominis naturam nouit, Tu illo plures mittas oportet, inquit, si hodie vis transnumerari. 4. ad Herennium, 231

Transpadanus.

Marcellus sedendi comes, & si ille magistratum non gesserit, erat tamen Transpadanus. ad Att. lib. 5. 98. 2. a

Tuos etiam clientes Transpadanos etiam mirificè coniungos cum causa habebamus. ad Cassium, lib. 12. 5. 6. a

Malè etiam Curio, quum causam Transpadanorum æquam esse dicebat, semper autem addebat, &c. 3. Offic. 118

Putabamus illum metuere, si ad vrbem ire cõpisset, ne Gallias amitteret, quas ambas habet inimicissimas, præter Transpadanos. 16. fam. 16

Quod autem meum erat proprium, ut alariis Transpadanis vti negarem, id etiam populo se remisisse scribit. ad Caninium, lib. 2. 16. 15. a

Transporto.

Quid eas, quas Annii transportauit: ad Att. lib. 14. 5

Te prouinciam Macedoniam, in quam tantum exercitum transportasses, sine vilo milite reliquisse. in Pis. 37. a

Reliquæ copiarum omnes Brundusium cogerentur, & inde Dyrrhachium transportarentur. ad Att. lib. 8. 43. in epist. Pompeii.

De pueris in Græciam transportandis tum cogitabam, quum fuga ex Italia quæri videbatur. ad Att. lib. 7. 52

Transyberini, populi. Att. 194. b

Transra. in Verr. 263. b. Sedes in nauis, in quibus sedent remiges.

Transueho.

Nam nemo hæc vnquam est transuectus cæcula cursu, quin prius astiterit vocum dulcedine captus. de Fin. 136. b

Transuectio.

Dic quæso, num te illa terrent, triceps apud inferos Cerberus, Cocytii fremitus, transuectio Acherontis, mento summam aquam attingens siti enectus Tantalus? 1. Tusculan. quæstio. 8

Transuerbero.

Sed quæ potest esse homini politico delectatio, quæ aut homo imbecillus à valentissima bestia laniatur, aut præclara bestia venabulo transuerberatur? Mario, lib. 7. 3

Transuersus.

Tunc ex alterius naturæ motione transuersa, in eiusdem naturæ motum incurrentia, in eoque hæretia, &c. de Vniuers. 39. a

In te intuens Brute doleo, cuius in adolescentiam, per medias laudes quasi quadrigis vehentem, transuersa incurrit misera fortuna Reip. de Clar. Orat. 86. a

Orbium motio transuersa. de Vniuers. 39

Ab hac regula mihi non licet transuersum, ut aiunt, digitum discedere. 4. Acad. 106. 2

Nunc venio ad transuersum illum epistolæ tuæ versiculum, 5. ad Att. 1. Id est, de transuerso scriptum, non recto ordine.

Vrge igitur, nec transuersum vnguem, quod aiunt, à stylo. ad Fab. Gallum, lib. 7. 26. 4. a

Curandum enim non est, atque hoc in omni vita sua quemque à recta conscientia transuersum vnguem non oportet discedere. ad Att. lib. 13. 277. 2. a

Ecce tibi è transuerso, &c. ad Heren. 27. b

Vbi visum est, ut in alueum descenderet, ecce ibi iste de transuerso, Heus, inquit adolescens, pueri tui modò me pulsauerunt, satiffacias oportet. 4. ad Heren. 155

Ecce autem de transuerso L. Cæsar, ut veniam ad se, rogat. ad Att. lib. 15. 12

Ecce tibi è transuerso Lampacenus Strato. Academ. quæst. edit. 1. lib. 2. 112

M. Manlius transuerso ambulans foro. de Orat. 155. b

Vna via lata perpetua, multæque transuersæ Syracusis. in Verrem, 228. b

Transuolo.

Alexandro si vita data longior esset, Oceanum Macedonum gloria transuolasset. ad Heren. lib. 4. 179. a

Si cætera transissem, num etiam Alpes poteram transuolare. fam. 68. in epist. As. Pollionis.

Trapezophoron.

Quod tibi destinaras trapezophoron, si te delectat, habebis. 7. fam. 41

Trasymachus, Vide Thrasymachus.

Trasymenus.

Apud Trasymenum cecidit C. Flaminius. de Nat. d. 2. 6

Dicitur etiam C. Flaminius is, qui Trib. pleb. legem de agro Gallico & Piceno viritim diuidendo tulerit, qui c. o. s. apud Trasymenum sit interfectus, ad populum valuisse dicendo. de Clar. Orat. 28. a

Multos casos non ad Trasymenum lacum, sed ad Seruilium vidimus. pro Rosc. Amer. 54

Trebatius.

Mitto igitur ad te Trebatium, atque ita mitto, ut initio mea sponte, post autem inuitatu tuo mittendum duxerim. 7. familiarium, 14

C. Trebatium cogitaram, quocumque exirem, mecum ducere, ut eum meis omnibus studiis, beneficiis quam ornatisimum domum reducerem. 7. fam. 13

Cõpi velle ea Trebatium expectare à te, quæ sperasset à me. 7. fam. 13

Idque etiam mea interesse mi Trebati arbitror. 7. fam. 37

Cum de hoc ipso Trebatio cum Balbo nostro loquerer accuratius domi meæ, literæ mihi dantur à te, quibus in extremis scriptum erat, M. Furium, quem mihi commedas, vel regem Galliarum faciam, vel Leptæ legatum: &c. 7. fam. 14

Trebellius.

Hic inter illos Africanos est: pluris habetur quàm L. Trebellius, pluris quàm T. Plancus adolescens nobilis. 6. Ver. 211

Audisse vos arbitror Quirites, quod etiam videre potuistis, quotidie sponsores & creditores L. Trebellii conuenire. 6. Philippic. 211

In foro L. Antonii statuam videmus, sicut illam Q. Trebellii qui Hernicos deuicit, ante Castoris. 6. Philip. 212

Dat iste amicum M. Trebellium: nos communem necessarium, qui istius domi erat educatus, & quo vtatur iste plurimum, propinquum nostrum Sex. Alphenum. pro Quint. 11

Trebellium valde iam diligit: oderat tum, cum ille tabulis nouis aduersabatur: iam fert in oculis, postquam ipsum Trebellium vidit sine tabulis nouis saluum esse non posse. 6. Philip. 211

Trebonius.

P. Trebonius viros bonos & honestos complures fecit hæredes. 3. in Verr. 86. b

Oppressus Trebonius, si vt ab eo, qui apertè hostis esset, incautus: si vt ab eo, qui ciuis etiam tum speciem haberet, miser. 11. Philip. 292

P. Trebonius scripsit vt hæredes iurarent se curaturos, vt ex sua cuiusque parte, ne minus dimidium ad A. Trebonium fratrem illum proscripsum perueniret. 3. in Verr. 86

Qua mente etiam ante nostrum aduentum, post Trebonii indignissimam cædè, cæteraque tot, tamque nepharia facinora, binæ profectæ erant ad Dolabellam legationes eorum. 12. fam. 34

Nunc quod Cassio dedi, quod Trebonii morte amisimus, quod etiam crudelitate Dolabellæ, aut perfidia eorū, qui, &c. 12. fam. 29

Quasi verò ignotus nobis fuerit, splendidus eques Rom. Trebonii pater. is autem humilitatem despiciere audeat cuiusquam, qui ex eadem sustulerit liberos? 13. Philip. 361

An Cn. Trebonio persuasi, cui ne suadere quidem ausus essem? 2. Philip. 48

Is A. Trebonium fratrem habuerat proscripsum. 3. in Verrem, 86. b

Est quædam spes mihi quidè non magna, sed in his locis firma, Afranium in Pireneo cum Trebonio pugnasse, pulsum Trebonium, etiam Fabium tuum transisse cum cohortibus: summum autè, Afranium cum magnis copiis aduentare. 8. ad Att. 13

Cõsecutus est Dolabella in nulla suspitione belli. quis enim id putaret? secutæ collocaiones familiarissimæ cum Trebonio, complexusque summæ beneuolentiæ: falsi indices extiterunt in amore simulato: dextræ, quæ fidei testes esse solebant, perfidia sunt & scelere violatæ. 11. Phil. 291

Quod si literæ perlatæ non sunt, non dubito quin Dolabella, qui nefariè Trebonio occiso Asiam occupauit, tabelarios meos deprehenderit, literasque interceperit. 12. familiarium, 19

Trebullanus.

Albanus ager est, Setinus, Priuernas, Fundanus, Vestinus, Falernus, &c. ab alia porta, Capenas, Faliscus, Sabinus ager, Reatinus, Venafranus, Alifanus, Trebulanus. in Rull. 68

Trecenti.

Trecentosque eos, quos eduxerat Sparta, quum esset propolita aut fuga turpis, aut gloriosa mors, opposuit hostibus. 1. de Finib. 156. a

Tredoci.

Tu ex pecunia publica ns. tredocias Scribam tuum permisituo quum abstulisse fateare, reliquam tibi vllam defensionem putas esse? Verr. 159. a

Tremellius.

Cn. Tremellius, homo summa religione & diligentia. 2. in Verrem, 19

Tremo.

Africa terribili tremis horrida terra tumultu. Orat. 205. b
Qui tremunt & exalbescunt obiecta re terribili. Academ. q. edit. 1. lib. 2. 45

Huius generis est plenus Navius, & iocus est familiaris, Sapiens si algebis, tremes. 2. de Orat. 158. a

Quod si tibi bellum aliquod magnum & periculosum administranti prorogatum imperium viderem, tremere animo, quod eodem tempore esse intelligerem etiam fortunæ potestatem in nos prorogatum. ad Q. frat. lib. 1. 17. 3. a

Tremere toto pectore. Tusc. q. lib. 4. 38

Tremens.

Horrens & tremens. in Pis. 80. a

Timidus & tremens. in Pis. 58. a

Homo vndique actus, & quum à me maxime vulneraretur, non tulit, & me trementi voce exulem appellauit. Quint. frat. lib. 3. 18. 3. a

Tremebundus.

Tremebunda vox. ad Heren. 20. b

Aut si dixit aliquid verbis hæsitantibus, postemque tremebunda manu tetigit, certe nihil ritè, nihil castè, nihil more, institutoque perfecit: pro Domo sua, 103. a

Tremefacio.

Aut quum se grauido tremefecit corpore tellus. 1. de Diuinatione, 34. a

Quauis enim demersæ sint leges alicuius opibus, quauis tremefacta libertas, emergunt tamen hæc aliquando aut iudiciis tacitis, aut occultis de honore suffragiis. 2. Officiorum, 32

Tremor.

Ex quo fit, vt pudorem rubor, sic terrorè pallor & tremor, & dentium crepitus consequatur. 4. Tusc. q. 30. a

Tamen id quod dixit, quanto cum pudore, quo tremore & pallore dixit: pro Flac. 148. b

Tremulus.

-pedibusque tenetur

Magnus leo tremulam quatiens è corpore flammam. 2. de Nat. d. 159. a

Tum fixum tremulo quatiatur frigore corpus. in Arato, 8. a
Haud modico tremulo fundens è gutture cantus. 1. de Diuinatione, 23. a

Vidisti, & claro tremulos ardore cometas. 1. de Diuinatione, 32. a

Trepido.

At Romanus homo, tamen, etsi res bene gesta est,

Corde suo trepidat. 3. de Orat. 92. a

Trepidatio.

Num quæ trepidatio: num qui tumultus: pro Deiot. 13. a

Tres.

Tres tabernæ. 2. ad Att. 29

Tres constantiæ, quoniam ægritudini nulla constantia opponitur, sed omnes perturbationes iudicio censent fieri & opinione. 4. Tusc. q. 12

Primum dormit ad tres horas. 10. ad At. 44. pro, ad horam tertiam, vt placet nonnullis.

Tressis.

Mancipia vñiebant Saturnalibus tressis. ad Atticum, lib. 5. 108. 8. a

Tresuiri.

Tresuiri ex lege Semproniana. in Rul. 42

Treuiri, populi.

Scio te non esse procacem in laceffendo. Sed vt ego quoque te aliquid de nostris cautionibus admoneam, Treuiri vites cenfeo: audio capitales esse: mallem auro, argento, ære essent. Sed aliàs iocabimur. 7. fam. 27

Triangulus.

Basis trianguli quam grues efficiunt. de Nat. d. 51. b

Grues quum loca calidiora petètes, maria trāsmissant, trianguli efficere formam. 2. de Nat. d. 94

Quum autem in eam ipsam partem orbis venerint, & c. quæ coniunctum aliquid habeat, aut consentiens, ea triangula illi & quadrata nominent. 2. de Diuin. 133. a

De triangulis & quadratis astrologorum. de Diuinatione, 127. b

Triarius.

Scaurum Triarius reum fecit. ad Att. lib. 4. 86. 2. a

Paula Valeria, soror Triarii, diuortium sine causa, quo die vir è prouincia venturus erat, fecit. Nuptura est D. Bruto. 8. famil. 17

Me quidem admodum delectabat etiam Triarii in illa ætate plena literatæ senectutis oratio, &c. de Clar. Oratoribus, 144. 2

Tribunal.

Aurelium tribunal. post reditum ad Quirites, 10. a. in Pisonem, 81. b

Volo hoc oratori contingat, vt quum auditum sit, eum esse dicturum, locus in sublellis occupetur, compleatur tribunal, &c. de Clar. Orat. 160. a

Nullius inopiam ac solitudinem non modò illo populari accessu ac tribunali, sed ne domo quidem & cubiculo esse exclusam. ad Quint. frat. lib. 1. 1. 37. a

Prætor de sella ac tribunali pronuntiat. 4. Verr. 65. a

Nobis in tribunali Qu. Pompeii Prætoris vrbanis sedentibus. de Orat. 98. b

Idque pro tribunali quum aliquid ageretur, & nonnullis in conuiujs intelligi potuisse. ad Appium, lib. 3. 8. 3. a

Fecisti ante Rostra portem continuatis tribunalibus. in Vatin. 33. b

Tribunus.

Non tenetur consulari iure Tribunus. 3. de Leg. 17

Aut quadriennio post, quum Tribunus militaris depugnauit apud Thermopylas. de Senect. 28. a

Hoc autem est eius quotidianum, se ne Tribunalum militum quidem facere. Quint. frat. 316. b

Quinque cohortes sine legato, sine Tribuno militum, denique etiam sine centurione vlllo. epist. 243. b

Qui M. Emilio clarissimo viro legati & præfecti & Tribuni militares fuerunt. pro Cluent. 38. b

Tribuni eorum, qui militiæ imperant, sunt. 3. de Legib. 5

Si patricius Tribunus plebis fuerit, cõtra leges sacratas fuisse. de Prouinc. Conf. 79. b

Tantum enim te modò monuit, vt caueres, ne quis improbus Tribunus plebis, quorum vides quanta copia semper futura sit, arripere te, & inquireret, qui tibi cõstares, cum idem negares, quicquam certi posse reperiri, idem comperisse te dixisses. 4. Acad. q. 114. a

Nemo Tribunus plebis, nemo alio magistratu author extitit. Att. 279. b

Tribunus plebis potuit pontificibus, vt adessent, denuntiare, vel etiam eos cogere. pro Domo sua, 90

Tribunus plebis, quem maiores præsidem libertatis, custodemque esse voluerunt. 2. de Lege Agr. 30. a

Superare furiosam vim vesani Tribuni plebis. pro Domo sua, 44. a

Tribuni plebis sunt, quos plebes contra vim, auxilij ergo, decem creassit, quodque hi prohibessint, quodque plebem rogassint, ratum esto, sanctique sunt, neque plebem orbam Tribunus relinquunt. 3. de Legib. 9

Cum Tribuni pleb. edixissent, Senatus adesset ad xiiii. Calend. Ian. haberentque in animo de præsidio cõs. designatorum referre. epist. 170. b

Tribuni plebis, quum deni crearentur, nullos in omni memoria reperies perniciosos, leues, & non bonos fortasse plures. 3. de Leg. 23

Tribunorum plebis veterum rogatio. 3. ad Att. 38

Tribuni ærarii condemnarunt. 2. ad Quint. frat. 20. & pro C. Rab. 20. in Catil. 88. & pro Planc. 17

Tribuni ærarii, qui militibus pecuniam numerabant. Attico, 11. b

Tribuni ærarii inter iudices Romæ numerati. 1. ad Att. 37

Tribuni ex templo pulsi, cum intercedere rogationi vellēt. de Orat. lib. 2. 107. a

Et quidem, vt seditiosi Tribuni solent, occludi tabernas iubes. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 133

Appellantur Tribuni, à quibus quum esset certum auxilium, ita tamen disceditur. pro Quint. 15. a

Tribuni apud Romanos Consulibus oppositi. Nam illud ipsum, quod in iure positum est, habet Consul, vt ei reliqui magistratus omnes pareat, excepto Tribuno, qui post extitit, ne id, quod fuerat, esset. Hoc enim primum minuit cõsulare ius, quod extitit ipse, qui eo non teneretur: deinde quod attulit auxilium reliquis non modò magistratibus, sed etiã priuatis, Consuli non parentibus. 3. de Legi. 17

Quid si M. Brutus intercessit? videturne intercessisse appellatio Tribunorum, non more, sed auxilij causa? pro Q. 12. b

Tribunorum potestas nimia. 3. de Leg. 22

Tribunis iniuriæ faciendæ potestatem Sylla sua lege ademit, auxilium ferendi reliquit. 3. de Legib. 22

Tribunis, quos sibi plebs rogassit, ius esto cum patribus agendi. idem ad plebem, quod census erit, serunto. 3. de Legib. 10

Petere auxilium à Tribunis. pro Quint. 43. a

Lex C. Papyrii de Trib. pleb. rescindendis. de Amic. 113. b

Tribunitius.

Candidatus Tribunitius. Quint. frat. lib. 2. 16. 10. a

Tribunitius furor. contra Rull. 19. 4. b

Tribunitius ictus. post red. in Senat. 15

Vir Tribunitius. 13. Philip. 368. a

Actio Tribunitia. 2. de Lege Agr. 68. a

Tribunitia libido. pro Domo sua, 82

Quum Tribunitia potestas esset constituta. 2. de Orat. 68. a

Tribunitia potestas in seditione, & ad seditionem nata, cuius primus ortus inter arma ciuium & obsessis & occupatis vrbs locis procreatus. 3. de Leg. 19

Tribunitia potestate plebi à patribus concessa, arma ceciderunt, restincta seditio est, inuentum est temperamentum, quo tenuiores cum principibus æuari se putarint, in quo vno fuit ciuitatis salus. 3. de Leg. 23

De Tribunitia potestate taceo. 3. de Leg. 32. a

In Tribunitia potestate inest quiddam mali, sed bonum quod est quæsitum in ea, sine isto malo non haberemus. 3. de Legib. 22

Tribunitium mucronem exacuit in nos. 3. de Leg. 21

Tribunitiæ leges. in Rull. 34

Tribunitii terrores. 2. fam. 39

Tribunitiis aut priuatis consilijs res est munienda. 16. familiarium, 36. ex epist. Q. Ciceronis.

Tribunatus.

Fretus sanctitate Tribunatus. pro Sest. 68. a

Tribunatus & præfectura, gloriolæ insignia sunt. 7. familiarium, 15

Tribunatus C. Gracchi quid iuris bonis viris reliquit? 3. de Legib. 20

Tribunatus commoda, dempto labore militiæ. 7. fam. 18

Vitia quidem Tribunatus præclare Quinte perspicis. 3. de Legib. 33. a

Auferre Tribunatum. Quint. frat. lib. 2. 16. 5. a

Neque Tribunatum, neque præfecturam, neque vllius beneficii certum nomen. 7. fam. 15

Cotta, qui Tribunatum plebis petebat. pro Quint. 11. b. Antequam iret in exil. 197. b. & de Orat. 87. b

M. Curtio Tribunatum ab Cæsare petiui. Q. fr. lib. 2. 16. 4. a

De C. Gracchi autem Tribunatu quid expectem, non libet augurari. de Amic. 39. a

Perniciosè enim Philippus in Tribunatu, cum legem Agrariam ferret, &c. 2. Offic. 107

Tribuo.

Tibi istius generis in scribendo priores partes tribuo, quantum mihi. ad Quint. frat. lib. 3. 20. 6. a

Tantum tibi tribuo, quantum mihi arrogo. ad Sulpitium, lib. 4. 1. 10. a

Ego autem tribuo nonnunquam in vulgus, sed plerunque necessariis in hoc tempore. ad Seruil. lib. 13. 71. 1. a

Tu autem quod tantum mihi tribuis, quantum ego nec agnosco, nec postulo, facis amicè. de Amic. 97. b

Pompeius Miloni nihil tribuit, omnia Gutta. Quinto fratri, 327. b

Quod item quum vestri faciant, non satis magnam tribuunt inuentoribus gratiam. 4. de Finib. 22. a

Qui aliquid tribuunt voluptati. Offic. 21. b

Ille mihi benevolentia credo ductus, tribuebat omnia. de Clar. Orat. 181. b

Sed plus operæ foro tribuebat, amicis, rei familiari. de Oratore, 150. b

Quibus ille secundum fratrem plurimum tribuebat. 4. Academ. q. 25. a

Hæc ego conscendens è Pompeiano tribui actuariolis decem scalmis. Att. 253. b

Tribui tibi tantum, quantum me tribuisse nunquam poenitebit. 5. fam. 55

Pater eius, cui semper tribui plurimum. Att. 254. b. & de Finibus, 79. b

Pompeius hoc mihi tribuit, vt diceret se frustra, &c. Officiorum, 16. b

In reliquis officiis cui tu tribuisti, excepto Cæsare, præter me, vt domum ventitares, horasque multas sæpe suavissimo sermone consumeres. ad Mattium, lib. 11. 27. 11. a

Qui mortuis tam religiosa iura tribuerunt. Læl. 12

Vt ergo in eiusmodi re tribues nobis paulum operæ. Attico, 246. b

Tamen huic ipsi multa tribuat & concedat necesse est. 1. de Orat. 25. a

Primum illud est in officio, vt ei plurimum tribuamus, à quo plurimum diligitur. Offic. 10. b

Sed nunc quidem valetudini tribuamus aliquid. 1. Tusc. 107

Quid restat, nisi vt orè, obtesterque vos Iudices, vt eam misericordiam tribuat fortissimo viro, quam ipse non implorat: pro Mil. 70. a. & pro Planc. 2

Quibus rebus eandem vim tribueret, alia nomina imponentem. de Finib. lib. 4. 19

Cum ordini publicanorum semper libentissimè tribuerim. epist. 207. b

Si ei tantum tribueris, quantum cui tribuisti plurimum. epist. 213. b

Vt non sine causa Demosthenes tribuerit primas & secundas & tertias actioni. Orat. 202. b

Cui cum multum adolescens discendi causa temporis tribuissim, posteaquam honoribus inseruire cœpi, &c. 2. Officiorum, 5

Tribuere alicui authoritatem. Tusc. q. lib. 4. 60. & in Vat. 33

Tribuere beneficium, præmium ac ciuitatem. pro Cornelio Balbo, 62. b

Tribuere oculorum coniectum, frequentiam assiduam. pro Planc. 17

Tribuere dignitatem alicui. pro Rab. Posth. 25. & pro Plancio, 17. & Tusc. q. lib. 5. 34

Tribuere fidem alicui. Diuinat. lib. 1. 5

Fidem sensibus tribuere. Academic. quæst. edit. 2. lib. 1. 30

Testimonio fidem tribuere vel autoritate. pro Syl. 7. a

Tribuere humanitatem alicui. 1. ad Quint. frat. 21

Tribuere laudem alicui. 5. familiarium, 8. & 15. 19. & 5. Philippicarum, 189

Tribuere multum virtuti alicuius. 6. fam. 16

Tribuere officium alicui. epist. lib. 4. 35. & Offic. lib. 1. 85

Tribuere operam Reip. Diuin. lib. 2. 5

Tribuere ornamentum. 13. Philip. 378

Tribuere partem aliquam mutæ voluntatis. 5. fam. 2

III. iii.

Pietatem, sanctitatem, religionem numini deorum tribuere. 1. de Nat. d. 5. a

Tribuere plausus. 1. Philip. 27

Tribuere præconium alicui. epist. 69. b

Præmium tribuere. pro Corn. Balbo. 30. a

Tribuere prouinciam alicui. 12. fam. 45

Silentium orationi alicuius tribuere. pro Cælio. 21. a

Tribuere sapientiam eis, qui eam sibi arrogant. de Cla. Oratoribus. 192. b

Hominum societatem tueri, & suum cuique tribuere. 1. Officiorum. 24. a

Tribuere studium alicui. 1. Philipp. 27

Suauiloquentiam alicui tribuere. de Clar. Orat. 29. a

Tribuere suum cuique: quod iustitiæ est. Off. 1. 23. & Brut. 42

Tribuere vituperationem. 3. de Orat. 71

Tu verò ut intelligas homini amicissimo te tribuisse officium, re tibi præstabo. Marcellus Cic. lib. 4. 11. 5. a

Quæ vita tribuitur rotundo isti deo: de Nat. d. 1. 18

Lacedæmonia plurimum tribuitur ætati. de Senect. 90. b

Hoc nostra laus erit illustrior, quod illi tribuebatur ignauia. ad Cælium, lib. 2. 15. 12. a

Physicæ quoque non sine causa tributus idem est honos. 3. de Finib. 110. a

Altera quæ propriè singularis est tributa. Offic. 21. b

Vt in eas tribuatur omnis oratio. in Orat. 63. a

Quod mihi tantum tribui dicis, quantum ego nec agnosco, nec postulo, & c. Læl. 8

Nec testimonio fidem tribui conuenit, nec defensionis auctoritatem. pro Syl. 168. b. & de Diuin. 81. b

Quis animis hanc naturam esse tributam neget? de Somn. Scip. 131. b

Zenonis est inquam hoc Stoici, omnem vim loquendi, vt iam antè Aristoteles, in duas tributam esse partes dicere. 2. de Finib. 28. a

Nunc quoniam de Repub. consuli cœpti sumus, tribuenda est opera Reip. vt omnis potius in ea cogitatio & cura ponenda. 1. de Diuin. 11. a

Tantum cuique tribuendum, quantum ille, quem diligas atque adiuues, sustinere possit. de Amic. 63. a

Sed hoc beneuolentiæ eius tribuendum est. a

Nihil profus fomniis tribuendum est. de Diuinat. 138. b

Initia illa præclara non felicitati eius, sed virtuti: extrema autem hæc non culpæ, sed fortunæ tribuenda videntur. pro Pomp. 5. b

Tributum est.

Vult enim id quod optimo cuique natura tributum est, & c. ad Brut. lib. 13. 13. 4. a

Generi animantium omnium à natura tributum est, vt se, vitam, corpusque tueatur. 1. Offic. 18. a

Primique ex omnibus philosophis à natura tributum esse docuerunt, vt hi qui procreati essent, à procreatoribus amarentur. 4. de Finib. 28. a

Cui non sine causa plurimum semper & meo & tuo & Senatus iudicio tributum est. ad Catonem, lib. 15. 4. 12. a

Plus enim aliquanto attulisti, quam tibi esset tributum à nobis ac denuntiatum. de Orat. 156. b

Tributus.

Tributa comitia. in Rull. 39. & 7. fam. 52

Tributa capitis comitia. 3. de Legib. 39

Tributio.

In qua intelligi necesse est eam esse naturam, vt omnia omnibus, paribus paria respondeant. Hanc *ἰσονομία* appellat Epicurus, id est æquabilem tributionem. de Natura deorum, lib. 1. 36

Tribus.

Aniensis tribus. Att. 30. b

Certa tribus, certus numerus. pro Corn. Bal. 22. a

Crustumina tribus. pro Planc. 31. & epist. 117. b. Lemonia. epist. 67. 267. b. & pro Planc. 31. Metia. epist. 267. b. Narniensis. Att. 63. b. Ocriculana. Orat. 81. b. Palatina. in Verr. 130. b. Orat. 81. Popilia. Orat. 124. b. Pontina. epist. 117. b. Pupina. Att. 63. b. Quirina. epist. 117. b. & ad Atticum, 308. b

Romilia tribus rusticorum videtur fuisse. Tib. Gracchus Ibertinos in vrbanas tribus trāstulit. de Or. 88. b. & ep. 117. b

Tribus Terentina, Volintina. pro Planc. 31. & Att. 63. b. Vententina. Orat. 267. b. Velina. Orat. 267. b

Tribum edi ab accusatore. pro Planc. 266. b

Aut tum cum es factus augur, vnam tribum sine decurione ferre potuisses. in Ant. 161. b

Num quisquam est vestrum, qui tribum non habeat? certe nemo. atqui illum quinque & triginta tribus patronum adoptarunt. in Ant. 207. b

Fauonius meam tribum tulit honestius, quam suam Lucretius perdidit. Att. 23. b

A Romilia tribu incipere, atque ordinem tribuum negligere. contra Rull. 81. b

Qui nummos in tribu pronuntiauerit, si non dederit, impunè sit. Att. 13. b

Vidi ego nonnullos ciues nostros Athenis in numero iudicum atque Areopagitarum certa tribu, certo numero. pro Corn. Balb. 60. b

Censor ceturionè quendam notatū tribu mouit. de Or. 134. b

In ærarios referri, ac tribu moueri. pro Cluent. 96. a

Multra tribus, quæ ex municipiis Vmbriae conficiuntur. pro Murena, 134. b

v. & x x x. tribus. in Verr. 73. b

Cum reo tribus ederentur. pro Planc. 267. b

Africanus duas tantum tribus tulit. in Ant. 234. b

Diuisores omnium tribuum noctu ad istum vocati. in Ver. 70. b

Tribuum nomina. 4. ad Att. 38

Descriptus enim populus censu, ordinibus, ætatibus, plus adhibet ad suffragium consilii, quam fuscè in tribus conuocatus. 3. de Leg. 39

In tribus populi partes distribuunt Censores. 3. de Leg. 6

Triumviri nunquam nisi per triginta quinque tribus creati sunt. contra Rull. 60. b

De ferendis tribubus, quid sit ferre tribum, & quid sortitio ædilitia. pro Planc. 270. b

Tribulis.

L. tribulis & munciceps, & familiaris meus. epi. 225, & 198. b

Iudex tribulis. pro Plancio, 36. a

Tribulis enim tuus est, & Sextus pater eius nummos vobis diuidere solebat. ad Att. lib. 1. 13. 7. a

Lucio Cossinio amico & tribuli tuo valde familiariter vtor. Servio, lib. 13. 14

Marfi & Peligoi tribules tui. b

Tribules decuriare. pro Planc. 260. b

Obsuare tribules. pro Plancio, 35. a

Quid ad istas ineptias abis, inquires? quasi verò mihi difficile sit quauis multos nominatim proferre (ne longius abeam): vel tribuleis, vel vicinis meos, qui, & c. pro R. A. 26

Qui apud tribules suos plurimum gratia possunt. de Petit. Consul. 21. a

Per hos annos homines ambitiosi, vehementer omni studio atque opera laborarunt, vt possent à tribulibus suis ea quæ peterent, impetrare. de Petit. Conf. 13

Ego ex magnis caloribus in Arpinati summa cum amœnitate fluminis me refeci ludorū diebus, Philotimo tribulibus commendatis. ad Quint. frat. lib. 3. 17. 1. a

Tribuarius.

Quod genus iudiciorum, si est æquum nulla in re, nisi hac tribuaria, non intelligo, & c. pro Plancio, 29

Itaque hæsitantem te in hoc sodalitiarum tribuarius crimine, ad cõmunem ambitus causam cõtulisti. pro Pl. 37. a

Tributum.

Si gladiatoribus vulgò locus tributum esset datus. pro Milone, 140. b

Spectacula sunt tributum data. pro Mur. 65

Tributum & ceturiatum descriptis ordinibus. pro Flac. 12. a

Tributum facta populi distributio. pro Flac. 12

Scaurus populo tributum domi suæ satiffecerat. Att. li. 4. 44

Tributum.

Danda etiam opera est, ne quod apud maiores nostros sæpe fiebat, propter ærarii tenuitatem, assiduitatēque bellorum tributum sit conferendum. 1. Offic. 109. a

Confectio tributi. pro Flac. 15. a

Tributum facere. 5. in Verr. 82

Imachares tributum ferre coegisti. in Verr. 169. b

Duæ rationes pecuniæ conficiendæ aut versura, aut tributo. pro Flac. 150. b

Si Prætor dedit, vt est scriptum, à Quæstore numerauit, Quæstor à mensa publica, mēsa aut ex vestigali, aut ex tributo. pro Flac. 35. a

Vt optimè meritis militibus promissa soluantur. quod quidem fieri sine tributo posse non arbitror. 12. famil. 64

Vnius imperatoris præda finem attulit tributorum. Officiorum, 49. b

Siculi ex censu quotannis tributa conferunt. in Verr. 135. b

Cum ad me additum esset ab iis, qui dicerent à se intolerabilia tributa exigi. 3. fam. 17

Sumptus & tributa ciuitatum tolerari æqualiter. ad Quint. frat. 294. b

Pecunia quæ nos à tributis posset vindicare. in Ant. 178. b

Ei tamen sit: nunc soluitur tricesimo quoque die talenta triginta, & hoc ex tributis. Att. 84, & 85. b

Tributarius.

Tributaria C. Verris ad Q. Metellum litera. 6. in Verr. 129

Tabulæ non commendatitæ, sed tributaria. 6. Verr. 130. a

Tricæ.

Cuius quidem virtus mirifica, quomodo illa fert publicam cladem, quomodo domesticas tricæ. Att. lib. 10. 197. 14. a

Sic multum ac diu ludetur, atque ita diu, vt plus biennium in his tricis moretur. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 5. 6. a

Tricor.

Quas literas, quum è balineo exiissem, accepi, sese de attributione omnia summa fecisse. Ve ætenu accusat. Tricatur scilicet, vt homo talis: & c. ad Att. lib. 15. 327. 5. a

Publius tecum tricatus est. Att. 234. b

Tricalinum.

In Tricalino, quem locum fugitiui iam antè tenuerunt, Leonidæ cuiusdam Siculi familia in suspicionem vocata est coniurationis. 7. Verr. 8

Tricenens.

Paulo plus aut minus pedum tricenum. ad Heren. 22. b

Triceps.

Dic quæso, num te illa terrēt, triceps apud inferos Cerberus, & c. 1. Tuscul. 16. a

Quid in verbis iunctis: quàm scitè insipientem, non insipientem? iniquum, non inæquum? tricripitem, non tricripitem? in Orat. 90. a

Tricesimus.

Tricesimo anno post, & c. 2. Offic. 40. a

Tricesimo post die. in epist. a

Tricesimo quoque die. ad Att. lib. 6. 111. 7. a

Tricies.

His nominibus solis Cn. Dolabellæ hs. ad tricies litem esse æstimatam. 3. Verr. 67. a

Triclinium.

Villa ita completa militibus est, vt vix triclinium, vbi cœnatus ipse Cæsar esset, vacaret. ad Att. lib. 13. 298. 2. a

Atque ille rogatus, vt triclinium sterneret, strauit pelliculis hædinis lectulos punicanos. pro Mur. 68. a

Apronius triclinium in foro strauerat. in Verr. 160. b

Quando tandem Galba de triclinio tuo exhibis? Quum tu, inquit, de cubiculo alieno. 2. de Orat. 146. a

Quum essent triclinia strata, argentumque expositum in ædibus. 6. Verr. 29. a

Iam non quæro vnde c c c c. amphoras mellis habueris, vnde tantam Melitensem vestem, vnde quinquaginta tricliniorum lectos. 4. Verr. 132. a

Publicè sibi conuiuia parari, sterni triclinia etiam in foro iubebat. 5. Verrin. 53. a

Tricliniis tribus accepti *οἰ ἀδελανὼν* valde copiose. Att. 13. 67

Triduum.

Cotta censet habēdas triduum ferias, & porco fœmina piaculum pati. 2. de Legib. 90. a

Clodius respondit, triduo illum, ad summum quatriiduo periturum. pro Mil. 19. a

Itaque si mihi homini vehemēter occupato stomachum moueritis, triduo me Iurifconsultum esse profitebor. pro Murena, 25. Id est, intra triduum.

Triennium.

Quare si iam biennium aut triennium est, quum virtuti nuntium remisisti, delinitus, & c. ad Cassium, li. 15. 16. 6. a. & de Clar. Orat. 179. b

Præclarum est enim summo cum imperio fuisse in Asia triennium. ad Qu. frat. lib. 1. 1. 12. a

Triennium prouinciam obtinuit. 4. Verr. 34. a

Inimicorum calumnia triennio tardius, quam debuerat, triumphauit. 4. Acad. 7. a

Triens.

Fœnus ex triente Id. Quintil. factum erat bessibus. ad Attic. lib. 4. 84. 6. a

Dolabellam video Liuiæ testamento cum duobus cohæredibus esse in triente. Att. lib. 7. 31

Cum sciemus quantum sit in trientis triente. Att. 106. b

Lex frumentaria de semissibus & triētibus. ad Her. lib. 1. 21. a

Trierarchus.

Qua de re Caridemum Chium testimonium priore actione dicere audistis, sese quum esset trierarchus, & c. 3. Verr. 35. a

Trieteris.

Quintum Niso natum ex Thione, à quo trieterides constituta putantur. 3. de Nat. d. 80. a

Trigesimus.

Cuius à morte iam tertius & trigesimus est annus. de Senectute, 17. a

Triginta.

In consilium erant ituri iudices triginta & duo: sententiis decem & sex absolutio confici poterat. pro Cluent. 33. b

Trinus.

Nulla trinis æstiuis gratulatio. in Pis. 77. a

Casu enim trinas acceperam. Att. 58. b

Tullia mea literas reddidit trinas. Att. lib. 11. 225. 1. a

Trinundinum.

Siquod in cæteris legibus trinundinum esse oporteat, id in adoptione satis est, trium esse horarum. pro Dom. 33. a

Neque se iam velle absente se, rationem haberi sui: se præsentem trinundinum petiturum. epist. lib. 16. 15

Trinundinum accusatio. pro Domo sua, 36

Promulgatio trinundinum. 5. Philipp. 169. a

Triones.

Altera dicitur esse Helice

Cuius quidem clarissimas stellas, totis noctibus cernimus, Quas nostri septem soliti vocitare triones. lib. 2. de Nat. deor. 151. a

Tripartitus.

Oratoris ars, & facultas in hac materia tripartita versari existimanda est. 1. de Inuent. 11. a

Tripartita causa. 5. Verr. 10. a

Cuius oratio fuit, quemadmodum accepi, tripartita. Primum vos docuit, & c. ad Quir. post red. 13. a

Tripartita bonorum ratio. 1. Acad. 32. a

Tripartito.

At diffidat necesse est, qui bona diuidit tripartitò. 5. Tus. 57. a

Triplex.

Fuit ergo iam accepta à Platone philosophadi ratio triplex. 1. Academic. 28. a

Plato triplicem finxit animam, cuius principatum, id est rationem, in capite sicut in arce posuit, & c. 1. Tuscul. 33. a

Remittere triplices literas. ad Attic. lib. 13. 8. Id est, respondentes tribus.

Triplus.

Deinde instituit dupla & tripla interualla explere. de Vniuersitate, 30. a

Vnam principio partem detraxit ex toto: secundam autem primæ partis duplam: deinde tertiam quæ esset secundæ sesquialtera, primæ tripla: & c. de Vniuers. 29. a

Τριπλοῦς non inuenio. 13. ad Atticum, 42. Nomen est libri à Dicæarcho scripti.

Tripliter.

Tripliter aliquid commutare. ad Heren. 37. b

III. iiii.

Triptolemus.

Si Triptolemus, cum hominibus semen largiretur, ipse ab aliis hominibus id mutaretur. 4. ad Heren. 147

Tripudium.

Sed quia, quum pascuntur, necesse est aliquid ex ore cadere, & terram parere, terrapauum primo, post tripudium dictum est, hoc quidem iam tripudium dicitur. 2. de Diu. 57
Quod autem scriptum habetis, aut tripudium fieri, si ex ea quid in solidum ceciderit: hoc quoque quo dixi coactum tripudium solistimum dicitis. 1. de Diuin. 28

Etiam si tripudium solistimum pulli fecissent. de Diu. 112. b
Quum igitur ossa cecidit ex ore pulli, tum auspicianti tripudium solistimum nuntiatur. 2. de Diuin. 111. a

Cum C. Flaminius tripudio auspicaretur, pullarius die prælii commitendi differebat, quod pulli non pascerebantur. de Nat. deor. 27. b

Tripudia solistima. 6. famil. 21

Tripudians.

Sed illum tot iam in funeribus Reip. exultantem ac tripudiantem, legum, si posset, laqueis cōstringeret. pro Sest. 77. a

Tripus.

Ex eo igitur & Lisytio est Hercules, quē concertauisse cum Apolline de tripodē accepimus. 3. de Nat. d. 55. a

Tritemis.

Nauem verò Cybeam maximam, tritemis instar, pulcherrimam atque ornatissimam, &c. 7. Verr. 35. a

Tritis, pro Tres.

Testatur sæpe Chrysippus tris solas esse sententias, quæ defendi possint de finibus. 4. Acad. 249. a

Tristis.

Iudex tristis ac integer. 2. Verr. 19. a

Seuerus ac tristis vultus. de Orat. 235. b

Quid tua fors? tristis, atrox. pro Mur. 39. a

Triste ac seuerum genus dicendi. de Clar. Orat. 58. a

Qui numero opumatum & principum obtulit his vocibus, & grauitatis suæ liquit illum tristem & plenum dignitatis sonum. 6. de Repub. 4. a

Quum iste ab sese, &c. se sanè tristem & conturbatum domum reuertisse. 6. Verr. 27. a

Videte illum tristem, demissum, iacet, diffidit, &c. pro Murena, 134. b

Qui cum te tristem vidisset, bono animo esse iussit. de Diuinat. 93. b

Quintus natura tristi & recondita. pro Quint. 10. b

Tristes de Bruto nuntii afferebant. ad Brut. 90. b

Tristia tempora, & Secunda tempora, contraria. ep. lib. 15. 30

Dare ad aliquem literas tristes. ad Att. lib. 7. 143. 1. a. quibus opponuntur hilariores.

Córque meum pectus turgescit tristibus iris. 3. Tuscul. 32. a

Cū tristibus seuerè, cū remissis iucundè viuere. pro Cæl. 9. a

Nihil non modò acerbum, sed ne pauò quidem tristius aut seuerius. 14. ad Attic. 24. 25

Facilius in morbos incidunt adolescētes, grauius ægrotant, tristius curantur. de Senect. 61. a

Quò facilius, quibus est iratior, respondere tristius possit, hoc est adhuc tardior ad te molestia liberandum. Figulo, lib. 4. 13. 15. a

Quod aruspicius tristissimum visum esset. Diu. lib. 1. 84

Medium illud tristissimum tempus, &c. de Prouinc. 78. b

Tuorumque tristissimo meo tempore meritorum erga me memoriam conseruabo. Figulo, lib. 4. 13. 21. a

Sic enim maiores nostri labores non fugiendos, tristissimo tamen verbo ærumnas etiam, in deo nominauerunt. lib. 2. de Finib. 187. a

Quum tristissima exta sine capite fuerint, quib⁹ nihil dirius videtur esse. de Diuin. 115. b

Omnibus tristissimis aliquem exeūtem persequi. in Pis. 86. b

Tristitulus.

Filiolam suam Tertiam, quæ tum erat admodū parua, osculans, animaduertit tristitulum. 1. de Diuin. 87

Tristitia.

Hilaritas & Tristitia, contraria. ad Heren. 21. b

Simulata & versuta tristitia. post red. in Senatu, 11. a

Vt cum lauti accubissent, tolleretur omnis illa superioris tristitia sermonis. 1. de Orat. 14

Temporum tristitia. ad Appium, lib. 3. 8. 31. a

Tristitia autem, & in omni re seueritas absit. de Amic. 59

Tristitia à mœrore differt. Orat. 41

Lachrymis & tristitiæ te tradidisti. epist. 70. a

Hilaritatem illam, qua hanc tristitiam temporum condebamus, in perpetuum amisi. Att. lib. 12. 53

Iudex tum ad tristitiam, tum ad latitiam est contorquendus. 2. de Orat. 40. a

Quam illorum tristitiam atque asperitatem fugiens Panætius, nec acerbitem sententiarum, &c. 4. de Finib. 127. a

Tristitiam & seueritatem mitiga & relaxat. 2. de Orat. 131. a

Lenitate verbi tristitiam rei mitigante. 1. Offic. 57. a

Tristitiam illorum temporum non subiissem. 8. ad Att. 41

Recessus solis quasi tristitia quadam contrahit terram. 2. de Nat. deor. 147. a

Homo non liberalitate vt alii, sed ipsa tristitia & seueritate popularis. de Cl. Orat. 49. a

Nihil enim tam facile, quam multitudo à tristitia & sæpe acerbitate, comòdè ac breuiter, & acutè & hilarè dicto deducitur. 2. de Orat. 184. a

Tristificus.

Saxaque cana salis niueo spumata liquore, Tristificas certant Neptuno reddere voces. 1. de Diuin. 21. a

Voces tristificas chartus promebat Etruscis. 1. de Diuin. 39. a

Tritia vel Trititia, oppidum. Att. 90. b

Triticum.

Triticum est ternis tetradrachmis. 12. fa. 25. Id est, venditur. Midæ dormienti formicæ tritici grana in os congeserunt. de Diuin. 96. b. & Offic. 62. b

Sexaginta millia modium tritici. in Verr. 186. b

Triton.

Quòd si fingere nobis & iungere formas velimus, qualis ille maritimus Triton pingitur, natantibus inuehens beluis, adiunctis humano corpori. 1. de Nat. d. 54

Tritones piscinarum. 2. ad Attic. 26

Tritonia.

Tritonia armipotens. Antequam iret in exil. 15. a

Tritus, Vide Tero.

Triuium.

Vt vetum est in triuium, eadem, qua cæteri, fugere noluit. 1. de Diuinat. 200. a

Arripere maledictum ex triuium. pro Mur. 11. a

Vt in atris auctionariis potius, quam in triuiis aut in competitis auctionentur. 1. de Leg. Agr. 4. a

Triumphus.

Is demum est mea sententia, iustus triumphus ac verus, cum bene de Repub. meritis testimonium à consensu ciuitatis datur. 14. Philipp. 393. a

Triumphus M. Curii de rege Pyrrho. pro Mur. 131. b

Triumphus prærogatiuum putas supplicationem. 15. fam. 25. in epist. M. Catonis.

Quasi verò non iustissimi triupht in Dalmatia res gesserim. epist. 66. b

Agens victor ex inimicorū dolore triumphum iustissimum. ad Appium, lib. 3. 10. 4. a

Quum triumphum egeris. de Somn. Scip. 127. b

Agere triumphum de aliqua re. 7. Verr. 79. a

Pompeius dixit frustra se tertium triumphū deportaturum fuisse, nisi, &c. 1. Offic. 111. a

Omnes ita te oderunt, vt repulsam tuam triumphum suum duxerint. in Vatin. 36. b

Triumphum petentes extra urbem morari soliti. 7. ad Att. 4

Triumphum petētes decimo die, quo in urbem introissent, hostium & militum numerum renuntiare tenebantur. 3. ad Qu. frat. 17

Viuum tu Archipiratam seruabas, quem per triumphum, credo, quem ante currum tuum duceres. 7. Verr. 54. a

Vertes te ad alteram scholam, differes de triumpho. Quid tandem habet iste currus? quid vincti ante currum duces? quid simulachra oppidorum? quid aurum? quid argētum? quid legati in equis & Tribuni? quid clamor militum?

quid tota illa pompa? in Pisonem, 47. a

Triumpho dignæ res gestæ. 6. ad Attic. 32

Itaque vexatis ac perditis exteris nationibus, ad exemplum amissi imperii portari in triumpho Massiliā vidimus, &c. 2. Offic. 39. a

Triumpho castellani. Brut. 138

Qui tot habuit triumphos, quot oræ sunt partēque terrarum. pro Corn. Balbo, 6. a

Vrbs trophæis ornata, triumphis ditata. ad Heren. 40. b

Triumpho, as.

Atque ego quum ex ipsa re magnam capio voluptatem, tum meum factum probari abs te triumpho & gaudeo. ad Attic. lib. 9. 189. 2. a

Lætari tu in omnium gemitu & triumphas. 7. Verr. 94. a

Cæsar triumphat de sententia Catonis. Att. lib. 7. 121. 12. a

At si quis est talis, quales esse omnes oportebat, qui in hoc ipso, in quo exultat & triumphat oratio mea, me vehementer accuset. 2. in Catil. 26. a

At etiam qui triumphant, eoque diutius, &c. 7. Verr. 61. a

Nihil impetrarat reus, plus accusatori dabatur, quam postulabat: triumphabat Hortensius, &c. ad Att. lib. 1. 11. 6. a

Africanus de Numantinis triumphauit. in Ant. 134. b

Triumphauit L. Murena de Mithridate. pro Leg. Manil. 4. a

Pater amplissimè atque honestissimè ex prætura triumphauit. pro Mur. 13. a

Ex transalpinis gentibus triumpharunt. in Ant. 217. b

Bella magna gesserat is, bis Consul fuerat, triumpharat. 2. de Finib. 105. a

Spes triuphi, in qua satis gloriosè triumpharem. 2. ep. 11. 6. a

Vt rebus communiter gestis penè simul cum patre triumpharet. pro Mur. 126. b

Iis commissi sunt magistratus, in quib⁹ re bene gesta triumpharent. pro Planc. 272. b

Curus quum de Samnitibus triumphasset. de Senect. 50. a

Quid tam inauditum, quam equitem Romanum triumphare? at Pompeius triumphauit. pro Pomp. 15. b

Tum verò illa egregia ac præclara mater palam exultare lætitia, ac triumphare gaudio cepit. pro Cluent. 10. a

Acinas pugil Olympionices, hoc est apud Græcos propè maius & gloriosius, quam Romæ triumphasse. pro Flac. 152. b

Vidimus ex ea vrbe triumphari, sine qua nunquam imperatores nostri ex transalpinis bellis triumpharunt. Off. 38. b

Triumphans.

Quum hesternò die propter eorum res gestas me ouantem & propè triumphantem pop. Romanus in Capitolium domo tulerit. 14. Philipp. 393. a

Sedere in equis triumphantium prætextati potissimum filii solent. pro Mur. 126. b

Triumphalis.

Porta triumphalis Romæ dicta, quòd per eā triumphantes victores in urbem deducerentur. in Pis. 43. a

Vt ex prouincia, quæ fuerit ex omnibus vna maximè triumphalis, nullas sit ad Senatū literas mittere ausus. in Pisonem, 34. a

Bis triumphalem fieri. in Salust. 13. a

Nummus interea mihi Cæsar, neglectis vehiculis triumphalibus, domi manet & manebit. in Pis. 48. a

Triumuir.

Triumuiiri ecquando nisi per x x x v. tribus creati sunt? 2. de Lege Agrar. 31. a

Planque Duorumuorum iudicium, aut Triumuiorum capitalium, aut Decemuiorum litibus iudicandis dico nunquam. in Orat. 87. a

Triumuiratus.

Qui quidem in Triumuiatu iudicauerit contra P. Africani auunculi sui testimonium. de Cl. Orat. 60. a

Troas.

Quatuor tragœdias xvi. diebus absoluisse quum scribas, tu quicquā ab alio mutuaris: & quæris, quum Electram & Troadem scripseris? 3. ad Qu. frat. 31

Trochæus.

Spondeus & trochæus, quòd alter ex lógis constat, alter breuib⁹ sit. Orat. 215. b

Trochæus qui est eodem spatio quo choreus, cordax ab Aristotele appellatur. in Orat. 112. a

Trochæus qui temporibus & interuallis est par iambo. in Or. a

Quum sint numeri plures, iambum & trochæum frequentem segregat ab oratore Aristoteles. 3. de Orat. 100. a

Troæzen, oppidum. Offic. 61. b

Troglodytæ.

Troglodytæ, populi Æthiopiæ. de Diuin. 27. b

In his locis quæ nos incolimus, post solstitium Canicula exoritur, & quidè aliquot diebus apud Troglodytas, vt scribitur, ante solstitium, &c. 2. Offic. 139. a

Trogini.

Is quum ei Troginorum tetrarchiā eripuisset, & affectæ suo Pergameno nescio cui dedisset, &c. 2. de Diuin. 63

Troia.

Argolicis primùm vt vestita est classibus Aulis, Quæ Priamo cladem & Troiæ, pestemque ferebant. 2. de Diuinat. 49

Præterea ad Troiam quum misi ad defendendam Græciam, Scibam me in mortiferum bellum, non in epulas mittere. 3. Tuscul. 25

Tentarem etiam summi regis qui maximas copias duxit ad Troiam, & Vlyssis Sisyphique prudentiam. 1. Tuscul. 81

Nam quòd aues tetro macatas dente videtis, Tot nos ad Troiā belli exanclabimus annos. 2. de Diu. 51

Troiam Neoptolemus capere potuisset, si, &c. de Amic. 64. a

Æneas fugiens è Troia. in Verr. 216. b

Troianus.

Intus intus inquam est equus Troianus, à quo nūquam me Consule dormientes opprimemini. pro Mur. 71. a

In huius me consilii societatem, tanquam in equum Troianum includi cum principibus non recuso. 2. Philipp. 53

Tanquam ex equo Troiano. de Orat. 117. b

In equo Troiano scis esse in extremo, serò sapiunt. ep. 102. b

Illud mirarer, si crederem, quod apud Homerū Calchantem dixisti ex passerum numero, belli Troiani annos auguratum: &c. 2. de Diuin. 48

Homericus Atax apud Achillem quærens de ferocitate Troianorum, nescio quid hoc modo nuntiat,

Prospera Iuppiter his dextris fulgoribus edit. 2. de Diu. 65

Nec Hecubam, causam interitus fuisse Troianis, quòd Alexandrum genuerit: nec Tyndareum Agamemnoni, quòd Clytemnestram. de Fat. 26

Troicus.

Troicum bellum à Callisthene, Pyrrhi à Timæo, Numantium à Polybio descriptum. 5. fam. 28

Neque enim iam Troicis temporibus tantum laudis in dicendo Vlyssi tribuisset Homerus & Nestori, nisi iam tum esset honos eloquentiæ. de Clar. 19

Troilus.

Troilus, Priami filius, in puerili ætate ab Achille interfectus. Tusc. quæst. lib. 1. 77

Trophæum.

Clarum & exornatum trophæum. 1. de Inuent. 84. a

Trophæum Salaminium. Tusc. quæst. lib. 1. 99

Signum cupiditatis, trophæum necessitudinis, iudicium amoris. in Verr. 131. b

Thebani æneum in finibus statuerunt trophæum. de Inuentione, lib. 2. 173. a

Nostra sunt trophæa, nostra monumenta. pro Arch. 180. b

Trophæorum recordatione leuare dolorem suum. 2. de Finibus, 168. a

Hic in Macedonia trophæa posuit, quæ bellicæ laudis victoriæque insignia & monumenta sunt. in Pis. 99. b

Non est habitandum in ea vrbe, in qua trophæa de me videam constituta. pro Dom. 233. b

Vrbs trophæis ornata, triumphis ditata. ad Heren. 40. b

Macedonia, quæ erat antea munita plurimorum imperatorum non turrib⁹, sed trophæis, quæ multis victoriis erat, triumphisque pacata. de Prou. Conf. 79. b

Trophonius.

An Amphiarus deus erit & Trophonius? Nostri quidem publicani, quum essent agri in Bœotia deorum immortā-

lium excepti lege Cenforia, negabant immortales esse vi-
los, qui aliquando homines fuissent. 3. de Nat. deor. 34
Mercurius vnus Cælo patre, Die matre natus: cuius obscoc-
niius excitata natura traditur, quod aspectu Proserpinæ
commorari sit. Alter Valentis & Phoronidis filius, is qui
sub terris habetur, idem Trophonius. 3. de Nat. d. 39

Simili precatone Trophonius & Agamedes vsi dicuntur:
qui, quum Apollini Delphis templum exadificassent, ve-
nerantes deum, petierunt mercedem non paruam quidem
operis & laboris sui, nihil certi, sed quod esset optimum
homini. Quibus Apollo se id daturum ostendit post eius
diei diem tertium: qui vt illuxit, mortui sunt reperi. Iu-
dicauisse deum dicit, &c. mortem esse optimum homini.
1. Tusc. 102

Quumque eodem tempore apud Lebadiam Trophonio res
diuina fieret, gallos gallinaceos in eo loco sic assidue ca-
nere cœpisse, vt nihil intermitterent. 1. de Diuin. 128

Trophonianus.

Dicæarchi tabulis creditiis multis nominibus in Tropho-
niana Chæronis narratione Græcos in eo reprehendit,
quod mare tam secuti sunt: nec vllum in Peloponneso lo-
cum excipit. 6. ad Att. 23

Tropus.

Ornari orationem Græci putant, si verborum immutationi-
bus vtantur, quos appellant τροπος: &c. de Cl. Orat. 34. a

Trucidatio, Trucido, Truculenter, Trucu- lentos, Vide Trux.

Trudo.

Quò ne trudamur, dii immortales nos admonent. de Arusp.
respons. 56. a

Ad mortem trudi. 1. Tusc. 113. a

Quum se nō ad iudicium, sed ad supplicium præfens trudi
videret. 4. ad Attic. 72. 4. a

Truentinus.

Nā illa causa, quam mihi Vibullius scribit, leuis est, te pro-
pterea moratum esse, quod audieris Cæsarem Firmo pro-
gressum in castrum Truentinum venisse. 8. ad Att. 45

Trulla.

Erat etiam vas vinarium ex vna gemma pergrandi trulla
excavata cum manubrio auro. in Verr. 214. b

Mittit etiam trullam gemmeam rogatum, velle eam se dili-
gentius confyderare. 6. Verr. 55. a

Truncus.

Quid in arboribus, in quibus non truncus, non rami, non
folia denique, nisi ad suam retinendam conseruandamque
naturam. 3. de Orat. 98. a. & de Diuin. 102. b

Nō ad numerum articulus cadens, trunco magis toto se
ipse moderans, &c. Orat. 202. b

Trunci obducuntur libro aut cortice. de Nat. deor. 50. b

Denudat folijs ramos, & cortice truncos. in Arat. 14. a

Terra ex minutissimis seminibus tantos truncos ramosque
procreat. de Senect. 48. a

TRUNCUS, per metaphoram.

Sed qui tanquam truncus atque stipes, si stetit modò, pos-
set sustinere tamen titulum Consulatus. in Pis. 14. a

Quis potest esse in eiusmodi trunco sapientia? 1. de N. d. 115. a

Nemo enim illum ex trunco corporis spectabat, sed ex arti-
ficio comico æstimabat. pro Rosc. Comædo, 16. a

Atqui stipes sunt ægritudinis quàm multæ, quàm amaræ,
quæ ipso trunco euertit omnes elidēdæ sunt, & si necesse
erit, singulis disputationibus. 3. Tusc. 141. a

Trutina.

Ad ea probanda quæ non artificis statera, sed quadam po-
pulari trutina examinantur. 2. de Orat. 87. a

Trux.

Horridus & trux Tribunus pleb. 2. de Lege Agr. 67. a

Capite breui, ceruice anguina, aspectu truci. 2. de Diu. 198. a

E truciūque oculis duo feruida lumina flagrant. 2. de Na-
tura deor. 154. a

Truculentus.

Alter ô dii boni, quàm teter incedebat, quàm truculentus,
quàm terribilis aspectu. pro Sest. 14. a

Scelus nefarium & truculentum. 4. ad Heren. 151

Aduersum caput huius Helice truculenta tuctur. lib. 2. de Na-
tura deor. 160. a

Truculenter.

Rullus truculentius se gerebat, q̄ cæteri. contra Rull. 2. 27. a

Trucido.

Qui nos, qui coniuges, qui liberos nostros trucidare volue-
runt. 4. in Catil. 84. a

Trucidare corpora. ad Quir. post red. 11

Qui Senatum trucidare voluerunt. epist. 60. b

Causam dicit is, qui etiã ad hoc ipsum iudicium cum præ-
sidio venit, ne hic ibidem ante oculos vestros trucidetur.
pro Rosc. Amer. 8. a

Parcat iuuentus pudicitia suæ, ne spoliēt alienam, ne effun-
dat patrimonium, ne fœnore trucidetur. pro Cæl. 33. a

Et quos ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulne-
ro. 1. in Catil. 6. a

Vno nuntio, atque vna literarum significatione ciues Rom.
necandos, trucidandosque denotauit. pro Leg. Manil. 4. a.

Alias, notauit.

Trucidatio.

Nullus ei lucus videtur esse iucundior, quàm cruor, quàm
cædes, quàm ante oculos trucidatio ciuium. 4. Phil. 160. a

Is quum grauius de Clodianis incendiis, trucidationibus,
lapidationibus questus esset, sententiam dixit, vt, &c. ad
Qu. frat. lib. 2. 5. 4. a

Tu.

Tu mihi etiam legis Portia, tu C. Gracchi, tu horum liber-
tatis, tu cuiusquæ denique hominis popularis mentionem
facis? pro Rab. perduel. reo, 8. a

Tute cogita. 11. famil. 6. in epist. M. Bruti & Cassii.

Etenim quemadmodum tute dicebas, negat Epicurus diu-
ternitatem quidem temporis ad beatè viuendum aliquid
afferre, &c. 2. de Finib. 139. a

Nam me tibi negasse, tute paulò antè dixisti. Orat. 93. b

Hoc autem tute fatebere. 4. Verr. 95. a

Quod si tibi persuasum est, &c. reliquum est vt tute tibi im-
peres. 2. Tusc. 82. a

Tute intelligis. 3. ad Attic. 16

Quaquam vbi tute popularem potes dicere? pro Dom. 60. a

Vt tute mihi præcepisti. Lentulo, lib. 1. 8. 3. a

Et vt esset, à me est (tute scis) multò antè prouisum. At. 119. b

Tute scis (si modò meministi) me tibi tum dixisse, vt de tuis
aliquos adduceres. ad Att. lib. 12. 241. 14. a

Quemadmodum tute scribebas. Att. 231. b

Ea tute tibi subiice. 4. famil. 18. in epist. Ser. Sulpitii.

Me autem impulit tui charitas. ad Plancum, lib. 10. 6. 3. a

Tui charitatem tantam esse apud omnes bonos. 10. fam. 46

Ego A. Varroni, quem quum amantissimum mei cognoui,
tum etiam valde tui studiosum, diligentissimè commen-
davi. ad Tironem, lib. 16. 11. 13. a

Alter tibi descendit de palatio & ædibus suis, &c. pro Sexto
Rosc. 40. b

At tibi repente. Varroni, lib. 9. 2. 2. a

Ecce tibi è transuerso. 4. Acad. 216. a

Ecce tibi 11. Non. Feb. mane accepi, &c. Att. 124. b

Ecce tibi nuntius, pueros venisse Roma. Att. 27. b

Ecce tibi qui rex pop. Rom. esse concupierit. Offic. 68. b

Eos tibi & re, de qua misi, velim curæ habeas. ep. 119, & 118. b

Hic tibi Rostra Cario aduolat. Att. 1. 31

Hic tibi strepitus. Silius Ciceroni, lib. 8. 15. 2. a

Nunc tibi milites, &c. epist. 124. b

Mihi eodem modo positum, quo tibi. in Ver. 93, & 107, 129. b

Per me quondam, te socio, defensa Respublica. 4. fam. 13. 6. a

Tuba.

In bello sonitum tubæ ferre non potes. ad Heren. 28. b

Tubam belli ciuilibis appellabat Ampium Balbum. 6. fam. 40

Tubarum sonus. pro Mur. 132. b

Ille arma misit, cornua, tubas, falces, &c. pro Syll. a

Quum tubas, quum signa militaria, quum aquilam illam at
genteam scirem esse præmissam. 2. in Catil. 34. a

Tubero.

Tubero, historia scriptor, Q. Ciceronis legatus in Asia. 1. ad
Quint. frat. 7

Qui, quū ad me L. Tubero meus necessarius, qui fratri meo
legatus fuisset, decedens ex Asia venisset, easque infidias,
quas mihi paratas ab exulibus coniuuratis audierat, animo
amicissimo detulisset, in Asia me ire propter eius prouin-
ciæ metum, & cum meo fratre necis infidias comparatas
non est passus. pro Planc. 81

Fuit eodē ex studio vir eruditus apud patres nostros, & ho-
nestus homo, & nobilis, Q. Tubero. is, quum epulum Q.
Maximus Africanus patriui nomine populo Rom. daret,
rogatus est à Maximo vt triclinium sterneret, quum esset
Tubero eiusdem Africani sororis filius. atque ille homo e-
ruditissimus ac Stoicus, strauit pelliculis hœdinis lectulos
Punicanos, & exposuit vasa Samia. quasi verò esset Dio-
genes Cynicus mortuus, & non diuini hominis Africani
mors honestaretur: què cum supremo eius die Maximus
laudaret, gratias egit diis immortalibus, quòd ille vir in
hac Repub. potissimum natus esset. huius in morte cele-
branda grauius tulit populus Romanus hanc peruersam
sapientiam Tuberonis. pro Mur. 69

Tuberto.

Tuberto ante legē duodecim tabularum, virtutis causa tri-
butum, vt in vrbe sepeliri posset, quod eius posteri tenuerunt. 2. de Legib. 54

Tubus.

Ductus verò aquarū quos isti tubos & euripos vocant, quis
non, quum videat, irriserit? 2. de Legib. 2. a

Tudicus.

Cn. Tudici Senatoris viri optimi, & honestissimi par studiū
& testimonio & laudatione cognoscetis. pro Cluent. 156

Tuditianus.

Videor audisse ex Hortensio Tuditianum. sed in Libonis an-
nali x 1111. annis post Prætor est factus Tuditianus, quàm
Consul Mumius. 13. ad Att. 40

De Tuditano autem quod putas, 8. 2. 9. est: tum illum, quo-
niam fuit ad Corinthum. 13. ad Attic. 46

Tueor.

Cæcilium quibus rebus possumus, tueor diligenter. Att. 35. b

Sic tueor vt possum illam à me conglutinatum concordiam,
ad Attic. lib. 1. 12. 14. a

Luctum vt possum, tueor apud hos. Att. 172. b

Quæ quidem non minore labore tueor, quàm comparo. in
Catil. 123. b

Hunc Cæsar solus tueretur & sustinet. pro Rab. Posth. 129. b

Quod reliquum est, tuum munus tuere. epist. lib. 5. 9. 1. a

Atque etiam L. Paulus Africani pater, personam principis
cuius facile dicendo tuebatur. de Cl. Orat. 39. & 8. Phil. 253

Non legum præfido, sed parietum vitam suam tuebantur.
Postquam. 205. b

Quæ gessi in cōsulatu, priuat⁹ tuebor & ornabo. in Ca. 117. b

Huius pecuniæ permutatione fidem nostram facile tuebere.
11. ad Attic. 1

Ab hoc igitur genere largitionis, vt aliis detur, aliis auferat-
ur, aberunt hi qui Rempub. tuebuntur. 2. Off. 125. a. & de
Diuin. lib. 2. 4. & Tusc. lib. 9. 5. 53

Tuento Cenfores vrbis templa, vias, aquas, ærarium, ve sti-
galia. 3. de Legib. 6

Si de tua in me voluntate dubitarem, multis à te verbis pe-
terē, vt dignitatē meam tueere. Brutus ad Cic. lib. 11. 4. 1. a

Illud perficiam profectò Quirites, vt ea quæ gessi in Consu-
latu, priuatus tuear atque ornem. 3. in Catil. 72. a

Quo modo ea tuear quæ mihi tuenda sunt. epist. 44. b

Te tamen oramus, quibuscunq; erimus in terris, vt nos, li-
berosque nostros ita tueare, vt amicitia nostra & tua fides
postulabit. ad Cæcilium, lib. 2. 15. 20. a

Quo magis amplexetur ac tueatur iudicium suum. Att. 380.
b. & 2. in Verr. 27

Natio dea, quòd partus matronarum tueatur. de Nat. d. 69. b

Vt essent qui terras tuerentur. Cat. 70

Vobis turpissimum sit, illud quod accepistis, tueri & confer-
uare non posse. pro Leg. Manil. 7. a

Tueri amicum. de Finib. lib. 2. 65

Tueri beneficium. 2. Philipp. 71. & pro Cæl. 5

Armis prudentiæ causas tueri atque defendere. 1. de Or. 84. a

Tueri commoda hominum. Offic. 1. 215

Tueri vitæ communem cultum atque vstitutum. 3. Tusc. 10

Hos admonitu simili oportebit vt bonos milites dignitatem
tueri. 2. Tusc. 43

Ea conditione gesseram, vt meum factū semper omnes præ-
stare, tuerique deberent. pro Sest. 30. a

Fines suos ab excursionibus hostium tueri. pro Deiot. 15. a

Tueri instituta maiorum sacris, cæremoniisque retinendis.
Diuin. lib. 2. 114

Tueri mores & instituta vitæ. Tusc. quæst. lib. 1. 12

Tueri munus Geometriæ. Tusc. q. lib. 5. 81

Tueri munus officii. Cat. 65

Tueri negotia. 8. ad Attic. 31

Tueri omnia officia. 3. fam. 31

Tueri ordinem Senatorium. 13. famil. 10

Tueri patrocinium. 5. fam. 21. in epist. Vatini.

Tueri pollicitum. 13. ad Attic. 63

Non est enim inhumana virtus, neque immunis, neque su-
perba, quæ etiam populos vniuersos tueri, eisque optimè
consulere soleat. de Amic. 46. a

Tueri prouinciam. 7. in Verr. 31. pro, munus obire.

Tueri rem domesticam ac familiarem. Tusc. q. lib. 1. 12

Tueri rem, gratiam & auctoritatem suam. 13. fam. 70

Tueri se sua sanctitate. 2. de Finib. 61

Tueretur se vigilanter. 15. famil. 7

Tueri se, vitam, corpusque. Offic. 1. 17

Tueri societatem hominum. Offic. 1. 23

Tueri munificè & æquè societatem cōiunctionis humanæ.
de Finib. lib. 5. 60

Torus est nunc ab iis, à quibus tuendus fuerat, derelictus.
Lentulo, lib. 1. 9. 62. a

Vt mihi velim, nolim, sit certa quædam tuenda sententia. de
Nat. deo. lib. 1. 14

Cogitatio tuendi consulatus. contra Rull. 67. b

Edè Castoris iudices, P. Iunius habuit tuēdā, &c. 3. Ver. 92. a

Mihi viderer animum hominis ab omni alia cogitatione ad
tuam dignitatem tuendam traducere. Lentulo, lib. 1. 2. 8. a

Xenophontis liber de tuenda re familiari. de Senect. 89. b

Atque etiam ad iustitiam colendam, ad tuendas amicitias &
reliquis charitatis quid natura valeat, hæc vna cognitio
potest tradere. 3. de Finib. 111. a

Vt quisque eis rebus tuendis conseruandisque præfuerat. in
Verrem, 232. b

Tuens.

Quæ vis non modò senior est quàm ætas populorum & ci-
uitatum, sed æqualis illius cælum atque terras tuentis &
regentis dei. 2. de Legib. 16. a

Tutor, aris.

Angustia autem cōclusæ orationis non facile seipsa tutatur.
2. de Nat. deor. 31. a

Genæ tutatur oculos ab inferiore parte subiectæ, leuiterque
eminentes. 2. de Nat. deor. 215. a

Hic est se tutatus. pro Sest. 33. b

Qui Rempub. patrimonio suo & tutatus est, & tutatur. in
Antonium, 191. b

Nihil acerbi mihi erit, quod Remp. tutabitur. Anteq. 196. b

Hunc patronum, defensore, custodem illius colonie, &c.
per vos tutari conseruarèque cupiunt. pro Syll. 46. a

Sed quò sis Africane acrior ad tutandam Rempub. sic ha-
beto. in Somn. Scip. 8

Nam cæterarum prouinciarum vestigalia, Quirites, tanta
sunt, vt his ad ipsas prouincias tutandas vix contenti esse
possimus. pro Lege Manil. 9. a

Tutor.

Patronus & tutor. in Ant. 207. b

Amo illum mortuum, tutor sum liberis, totam domum di-
ligo. 12. ad Attic. 37

Tutor his reb⁹ Græcorū legib⁹ ascribendus fuit. pro Fl. 161. b

Cæstus tutor religionis. de Arusp. respons. 246. b

Parens bonus & tutor fidelis. 3. de Orat. 2

Legitimus tutor. Post redit. ad Quir. 9. a

Tutor mimus vetus, admodum ridiculus. 1. de Orat. 144

Respublica orba, consulis fidem tanquam legitimi tutoris imploravit. Postquam. 200. b
 Tutorem ascribere. pro Flacco. 57
 Instituere aliquem tutorem & secundum heredem filio suo. epist. lib. 13. 62. 1. a
 Q. Seruius Galba populum Rom. tutorem instituere se dixit filiorum suorum orbitati. de Orat. 104. b
 Cui filius agnatus sit, eius testamentum non esse ruptum, iudicanda: quod mulier sine tutore auctore promiserit, deberi. Cecinna. 53. a
 Orba eloquentiae quasi tutores relictis sumus. de Clar. 185. a
 Mulieres propter infirmitatem consilii, maiores in tutorum potestate esse voluerunt. pro Mur. 130. b
 Tutores tales civitas tam orba complecti debeat. 3. fam. 46
 Nos tutores misimus regibus, nostri imperatores pro salute patriae sua capita voverunt. 5. de Finib. 14. a
 Quum Respublica non solum paratibus perpetuis, verum etiam tutoribus annuis esset orbata. Post red. in Senat. 3. a
Tutela.
 Vt enim tutela, sic procuratio Reip. ad eorum utilitatem qui commissi sunt, non ad eorum quibus commissa est, gerenda est. Offic. 1. 121
 Tutela x 11. tabulis olim erat vindicata. Offic. 3. 79
 Tutelae iudicium summæ existimationis est & penè capitis. pro Rosc. Comæd. 9
 Ac ne is, pro quo ipse diceret, turpi tutelae iudicio atq; omni molestia, stultitia aduersarii liberaretur. 1. de Orat. 81
 Sulpitius Gallus duos filios suos paruos tutelae populi commendavit. de Orat. lib. 1. 116
 Pupillum fraudare qui in tutelam peruenit. pro R. Com. 9. a
 Nisi Posthumus, antequam in suam tutelam venisset, mortuus esset. de Orat. 99. b
 Neque gnati eius parui, qui tibi in tutelam est traditus. 2. de Orat. 104. a
 In tutelam suam venire. Brut. 101. & 1. de Orat. 88
 Tutela cogito me abdicare. 6. ad Attic. 4
 De tutela legitima nihil potest sine omnium tutorum auctoritate diminui. pro Flacco. 65
 De tutela legitima, in qua dicitur esse puella, nihil vsucapi posse. ad Attic. lib. 1. 12
 Omnia hæc nostra latent in tutela ac præsidio bellicæ virtutis. pro Mur. 129. b
 Atq; etiam Iouem quum optimum & maximum dicimus, & c. hoc intelligi volumus, salutem hominum in eius esse tutela. 3. de Finib. 52
 Quare sit in eius tutela Gallia, cuius virtuti, fidei, felicitati commendata est. de Prouinc. Consul. 76. b
 Nihil istorum explicari potest, nisi ostenderit, illam in tutela Flacci non fuisse. si fuit, quæcunque sine hoc auctore est dicta dos, nulla est. pro Flacco. 67
 Apollo is, cuius in tutela Athenas antiqui historici esse voluerunt. de Nat. d. 70. b
 Latere in tutela ac præsidio alicuius. pro Mur. 19. a
 In eius magistratus tutela reges atque exteræ nationes semper fuerunt. pro Sest. 17. b
 Nullam partem neque animi, neque corporis vacuam tutela reliquerunt. de Finib. 144. b
 Iura tutelarum. 1. de Orat. 84. a
 De tutelis centumviri cognoscebant. 1. de Orat. 84
 Vt omnia illa prima huius tutelis subiciantur, itaque non discedit ab eorum curatione, quibus præposita, vitam omnem debet gubernare. de Finib. 114. b
Tuitio.
 Natura duas partes habet, tuitionem sui, & vlciscendi ius. Topic. 48
Tutus.
 Tutus, clausus, septus, munitus contra aliquem. in Ver. 243. b
 Tutus à calore & à frigore. de Nat. d. 50. b
 Tutus ab inimicis. epist. 163. b
 Ab insidiis alicuius tutus. Asinius Ciceroni, lib. 10. 31. 5. a
 Quis locus tam firmum habuit præsidium, vt tutus esset? pro Lege Manil. 21
 Fortuna tuta & tranquilla. Antequam iret in exil. 8. a

Mulci clarissimi viri, qui cum prædonem nullum cepissent, mare tamen tutum præstiterunt. pro Flacco. 152. b
 Cum propter eorum scelus nihil mihi intra mæos parietes tutum, nihil insidiis vacuum viderem. 4. fam. 45
 Quo enim se satis tutum arbitrabatur præsidio: virtutis & gloriæ? At, & c. Antequam. 194. b
 Qui hoc imperii domicilium numini deorum consecratum, fartum tectum ab omni periculo conseruauit, & vos vt tutam tranquillamque pacem traheretis, mea perfecti vigilantia. Antequam. 194. b
 Fugæ tutam viam querere. pro Cecin. 42. a
 Quare quum dii immortales monerent de optimatum discordiis, in tuto collocant Clodium. de Arusp. resp. 256. b
 Quæ maiores nostri religionibus tuta nobis & sancta esse voluerunt. pro Dom. 235. b
 Esse in tuto. epist. 184. b
 Nam diligere & charum esse iucundum est, propterea quia tutiorem vitam & voluptatem efficit plenior. lib. 1. de Finibus, 82. a
 Obduciturque libro aut cortice trunci, quo sint à frigidibus & caloribus tutiores. 2. de Nat. deor. 179. a. & 10. fam. 17. in epist. Planci.

Tuto, & Tute.

Vt tuto sim, quod laboras, id mihi nunc facillimum est. ad Terentiam, lib. 14. 3. 5. a
 Vt quam celerrimè quid agatur audiam, & sim tuto. 14. fa. 8
 Vt à suis munitus tuto in foro esset. pro Sest. 68. a
 Ob eamque rem colenda esse, quod sine ea tuto & sine metu viui non posset. 2. de Finib. 131. a
 Igitur istic me fac posse tuto, an etiam honestè? Att. 116. b
 Quæ vix tuto transire posse videamur. 4. Verr. 99. a
 Nec mihi tuto in Senatum venire licet. Cassio, lib. 12. 2. 4. a
 Tutè cautèque agere aliquid. ad Heren. 18. b
 Qua in causa tutè esse potuisses. pro Rab. 95. b
 Eum tutè viuere qui honestè viuat. ad Heren. lib. 3. 100. a
 Non quæro vbi tutissimè sit. ad Heren. 37. b. Att. 117. b
 Censeo ad nos Luceriam venias: nam hæc tutissime fore puto. ad Att. lib. 8. 156. a

Tugio.

Nos de aqua nostra Tusculana M. Tugionem potius, quam C. Aquilium consulebamur. pro Corn. Balbo, 36
 Tugurium. pro Sest. 24. b

Tuli, Vide Fero. Tullius.

Si ante Cal. Iun. Brundisii futurus sit, minus vrgedi fuerint M. Annius & Tullius. 5. ad Attic. 8
 Tullius non Scipionis, nec cuiusquam alterius, sed suo sermone loquens, testatur in principio quinti libri. de Rep. 5. 1
 Binas quidem tuas Beneuenti accepi: quarum alteras Funtulanus multo mane mihi dedit, alteras scriba Tullius. 5. ad Attic. 7
 Ipsi Tullio patebat domus locupletissima, & amplissima Cn. Pompeii Basilici: quod etiam si esset inuitatus à vobis, tamen diuertisset. 6. Verr. 21
 An L. Tullius Cimber me est auctorem secutus: quem ego magis fecisse illam rem sum admiratus, quam facturum putavi. 2. Philipp. 49
 L. Tullium Montanum nostri qui cum Cicerone profectus est. 13. ad Attic. 65
 Ad summam dic M. Tulli, assentior Cn. Pompeio. Att. 7. 30
 Dic M. Tulli, quid dicam? Expecta, amabo te, dum Atticum conueniam. 7. ad Att. 3
 Vbi nunc Senatus est, quem secuti sumus: vbi equites Romani, illi, illi inquit tui: vbi studia municipiorum: vbi Italiae voces: vbi denique tua M. Tulli, quæ plurimis fuit auxilio, vox & defensio: mihine ea soli, qui pro te toties morti me obtuli, nihil potest opitulari? pro Mil. 72
 Datur igitur eis, primum vt liceat eis videri omnia, de quibus vendendis Senatusconsulta facta sunt M. Tullio, Cn. Cornelio Consulibus. in Rull. 45
 Omnes iam nostri præter Tullium tuum venerunt. Att. 6. 26
 Nunc venio ad illam epistolam, quam accepi à Tullio. ad Atticum, lib. 5. 8

Tullia.

Ipse vtique fac venias, si potes in his locis adhærescere, & Pillia adducere. ita enim & æquus est, & cupit Tullia. Att. 4. 18
 Tullia mea peperit x 1111. Calend. Iun. puerum ἐπαμυνιάδου, quod ἰουμνίων γαυδεαμ. 11. ad Att. 208. 4. a
 Tullia mea venit ad me prid. Id. Iun. deque tua erga se obseruantia, benevolentiaque mihi plurima exposuit, literisque reddidit trinas. 11. ad Att. 37
 Quid superest: etiam gener est suauis mihi: Tullia, Terentiaque quantumuis. 7. ad Att. 20
 Lætatus sum felicitate nauigationis tuæ, opportunitate Pillia, etiam me hercule sermone eiusdem de coniugio Tullia meæ. 6. ad Att. 46
 Postea quam mihi renuntiatum est de obitu Tullia filia tuæ. 4. fam. 14
 Me Romæ tenuit omnino Tullia meæ partus. 6. fam. 51
 In maximis meis doloribus excruciat me valetudo Tullia nostræ. 15. fam. 25
 Tu fac vt tuam & Tullia valetudinem cures. 15. fam. 23
 Epistola tua gratissima fuit meæ Tullia. 10. ad Att. 43
 Dederam ad te literas antea, quibus erat scriptum Tulliam nostram Crassipedi prid. Non. April. esse desponsatam. 2. ad Q. frat. 21
 Tulliam adhuc mecum teneo. 15. fam. 22
 Tulliam autem non videbam esse causam, cur diutius mecum tanto in communi mœore retinerem. 11. ad Att. 38
 De Tullia mea tibi assentior, scripsique ad eam & ad Terentiam, mihi placere. 6. ad Att. 9
 Quid censeas de Terentia & Tullia: Romæ eas esse, an mecum, an aliquo tuto loco. Et hæc, & si quid aliud, ad me scribas velim, vel potius scriptites. 7. ad Att. 42
 De nostra Tullia tui me hercule amatissima, spero cum Crassipede nos confecisse. 2. ad Q. frat. 13
 De Tullia autem & Terentia, cum mihi Barbarorum aduentus ad urbem proponitur, omnia timeo. 7. ad Att. 44

Tulliola.

Terentia salutem tibi plurimam ascribit, & Tulliola deliciae nostræ. 1. ad Att. 12
 Brundisium veni Non. Sext. ibi mihi Tulliola mea fuit præsto natali suo ipso die, & c. quæ res animaduersa, multitudine summa Brundisiorum gratulatione celebrata est. 4. ad Att. 2
 Sed tamen, quoniam coeptum est, age, quoquo modo coeptum est, & quacunque de causa, non deseram neque optimi atq; vnicui fratris miseris ac luctuosas preces, nec Sestii, cæterorumque promissa, nec spem ærumnosissimæ mulieris Terentia, nec miserimæ mulieris Tulliola obseruationem & fideles literas tuas. 3. ad Att. 31
 Deinde conscribam ad nostros familiaribus multas epistolas, quibus te & Tulliolam nostram diligentissime commendabo. 14. fam. 16
 Tu mihi, vt polliceris, de Tulliola mea, id est, de Dolabella, perscribas. 6. ad Att. 50
 Sed quid Tulliola mea fiet, iam id vos videte, mihi deest consilium. 14. fam. 11

Tullianus.

De Tulliano semisse M. Axianum adhibebis, vt scribis. 15. ad Att. 47
 Idem de illo Tulliano cupidè libero. Cum Caselio loquere. 15. ad Att. 45

Tullus.

Tullus Cluius, Legatus Rom. à Veientum rege interemptus. 9. Philp. 159
 Qui nesciat te pridie Cal. Ian. Lepido & Tullo c o s s. stetit in comitio cum telo: manum, Consulium & principum ciuitatis interficiendorum causa, parauisse in Cat. 10
 De Lepido & Tullo quod quæris: illi verò nõ dubitat, quin Casari præsto futuri, in Senatūque venturi sint. At. 8. 55

Tum.

Non eos solum, qui tum erant, sigebat maledictis. de Nat. 1. 66. pro, tunc temporis.
 Tum interim. pro Cl. 141. a
 Primum, & c. deinde, & c. post, & c. tum ad extremum, & c.

epist. 233. b. de Orat. 137. b. & 116. b
 Quid tum inde? pro Mur. 129. b. & pro Cl. 55. b
 Deinde eorum generum quasi quædam membra dispertiat, tum propriam cuiusque vim definitione declarat. 1. de Orat. 94. a

Cum, tum.

Cum alia multa certi homines, tum hoc vel maximè mouentur, vt, & c. pro Flacco. 164. b
 Animos iudicum conciliari ad benevolentiam, cum erga oratorem, tum erga reum. de Orat. 125. b
 Cum in omni re, tum in hoc maximè negotio. epist. 55. b
 Nosque cum multum literæ, tum non minimum Idus quoque Martia consolentur. ad Att. lib. 14. 308. 8. a
 Cum multæ res in philosophia nequaquam satis adhuc explicatæ sunt, tum perdifficilis Brute, & c. & perobscura quæstio est de natura deorum. 1. de Nat. d. 1. a
 Cum multis in locis nostrorum hominum ingenia virtutesque Brute soleo mirari, tum maximè in his studiis, quæ, & c. 4. Tusc. 1. a
 Cum spe summa, maxima, tum maiore etiam animo. ad Q. frat. lib. 1. 125. a
 Qui cum suis laudibus, tum verò te filio superasset omnium fortunam, si ei contigisset, vt te antè videret, quam à vita discederet. Curioni, lib. 2. 2. 1. a
 Factum est, vt cum summum in veteribus patronis multis, tum nonnullum etiam in me præsidium suis fortunis constitutum esse arbitrentur. 1. Verr. 1. a
 Qui cum propter honorem, & c. tum propter summam familiaritatem, & c. tum præcipuis patris tui periculis commouebatur. pro Sylla, 8. a

Deinde tum.

Deinde tum, & c. in Verr. 76. b
 Deinde qui possit non tam caduceo, quam, & c. tum qui scelus fraudemque nocentis possit dicendo subiicere odio ciuium, & c. 1. de Orat. 100. a

Tum denique.

Qui tum denique sibi auelli iubet spiculum, & c. 5. fam. 31
 Suscepi enim causam totius ordinis, suscepi causam populi Rom. quod putabam tum denique rectè iudicari posse, si, & c. 4. Verr. 1. a
 Ita propè quadraginta diebus interpositis, tum denique se ad ea quæ à nobis, quæ dicta erunt, responsuros esse arbitrantur. 2. Verr. 19. a
 Atque ille quidem principis ingenii & doctrinæ Plato, tum denique fore beatas Respublicas putauit, si aut docti, aut sapientes homines eas regere coepissent. ad Q. fr. li. 1. 1. 43. a

Tum, præterea.

Modò vnum, tum aut plures deos. de Nat. d. 1. 24
 Sunt enim maximæ res in hac ætate nostra: tum autem homines amicissimi. 1. de Leg. 6. & 5. ad Att. 44
 Primum ipse liquor, tum aquæ declarat effusio. de Nat. 1. 19
 Tum etiam: id est, præterea. Tum denique, & c. de Inuent. 68. b. & Postq. 203. b
 Tum præterea maximè sedati & quieti. 3. Verr. 41. a

Tum cum.

Tum cum: id est, tunc cum. de Inuent. 49. b
 Quoque solebat vt argumentum tum, cum ei placebat nihil posse percipi. 4. Aca d. 127. a
 Erat enim ratio perfecta à rerum natura, & c. quæ non tam denique incipit lex esse, cum scripta est, sed tum cum orta est. 2. de Leg. 17. a

Tum, tunc.

Tum mihi Roscius & alia multa confirmandi mei causa dixit. pro Quintio, 51. a
 Nisi fortè hæc illi tum arma dedimus, vt nunc cum beneparato pugnaremus. ad Att. lib. 7. 126. 2. a

Tum, geminatum, & sæpius repetitum.

Ex his illud perspicuum est approbationem tum adiungi, tum non adiungi. de Inuent. 55. b
 Nunquam ab sole logius discedit, & c. tum antecedens, tum subsequens. de Nat. d. 2. 39. pro, siue antecedit.
 Scripsisti epistolam ad me plenam consilii, summæque tum benevolentia, tum etiam prudentia. ad Att. 137. b

Isque tum fufus & extenuatus fublime fertur: tum autem concretus in nubes cogitur. 2. de Nat. d. 145. a

Qui tum hoc, tum illud dicit. Top. 233. b

Dissero in vtranque partem, tum Græcè, tum Latine. At. 137. b

Tum femper, tum in his ipsis rebus. 4. Verr. 74. a

Quia tum occultantur, tum rursus aperiantur, tum abeunt, tum recedunt, & c. 2. de Nat. d. 74. a

Tum, & c. tum, & c. tum, & c. tum, & c. de Inu. 45. b

Tumeo.

Sapientis autem animus femper vacat vitio, nunquam turgescit, nunquam tumet. 3. Tusc. 33. a

Nunc quid putas me Lanuuii? at ego te istic quotidie aliquid noui suspicor. Tument negotia. ad Att. lib. 14. 302. 1. a

Tumens.

Sic igitur inflatus ac tumens animus in vitio est. 3. Tusc. 33. a

Tumefco.

Atque etiam ventos præmonstrat sæpe futuros

Inflatum mare, quum subito, penitusque tumescit. 1. de Diu. 21. a

Tumor.

Tumor, liuor, & c. ad Her. 7. b

Citiusque repentinus oculorum tumor sanatur, quam diuturna lippitudo depellitur. Tusc. q. lib. 4. 67

Corporis bonam valetudinem tumor imitatur. 4. ad Her. 157. a

Non inerant in his quæ tibi casus inuenerat, & quidem inueterato malo quum tumor animi refedisset. 3. Tusc. 46. a

Meam stultam verecundiam qui legari noluerim ante res prolatas, ne deferere viderer hunc rerum tumorem: cui, & c. ad Att. lib. 14. 303. 2. a

Num manus affecta rectè est, quum in tumore est? 3. Tusc. quæst. 32. a

Mortuus, deformatus, tumore præditus. ad Her. 14. b

Erat enim in tumore animus. Tusc. quæst. lib. 3. 65

Quodque vetat Chryssippus ad recentes quasi tumores animi remedium adhibere, id nos fecimus, & c. 4. Tusc. 54

Tumidus.

Num aliquod quippiam membrum tumidum, ac turgidum non vitiose se habet? 3. Tusc. 33. a

Repente enim te, tanquam serpens è latibulis, oculis eminentibus, inflato collo, tumidis ceruicibus intulisti: in Vatinium, 2. a

Tumultus.

Quid est enim tumultus, nisi perturbatio tanta, vt maior timor oriatur, vnde etiam nomen ductum est tumultus: in Ant. 214. b

Belli nomen ponendum in sententia quidam non putabant, tumultum appellare malebant, ignari non modo rerum, sed etiam verborum. Potest enim esse bellum sine tumultu: tumultus esse sine bello non potest. 8. Philip. 236. a

Num quæ trepidatio? num qui tumultus? pro Deiot. 13. a

Tumultus Gallicus & Italicus in vacatione militibus dàda excipi solitus. 5. Philip. 203

Tumultum decerni, iustitium indici, saga fumi dico oportere. 5. Philip. 187

Quo autè die literæ Cassii victrices in Senatu recitatae sunt, eodem meæ tumultum nuntiantes. Att. 81. b

Mihi vt vrbi sine vestro metu, ac sine vlllo tumultu, fatis esset præsidii, & c. 2. in Catil. 45. a

Tumultuosus.

Sic ex seditiosa & tumultuosa vita se in studiū aliquod traderent quietum. 1. de Inuent. 6. a

Ita tumultuosæ conciones, ita molestæ Quinquatriis afferebantur. Cælio, lib. 2. 11. 1. a

Tumultuosiora quædam nuntiata sunt. 12. fam. 41

Tumultuose.

Tumultuosus ad me etiam illam suspicionem pertulit. 15. ad Attic. 33

Tumultuosissimè aliquem adoriri. in Verr. 116. b

Tumultuosus.

Quid tumultuosus foror? quid insanis? pro Cælio, 28. a

In otio tumultuosus, in tumultu solus es otiosus. ad Heren. 4. 165. a

Qui tribunos plebis perhorrescam? qui sæpe & sine causa tumultuer? 2. de Leg. Agr. 98. a

Fortis verò animi & constantis est, non perturbari in rebus asperis, nec tumultuantem de gradu deiici (vt dicitur) sed præfenti animo vti & consilio, nec à ratione discedere. 1. Offic. 113. a

Tumulus.

Super tumulum terræ in sepulchris noluit quid statui, nisi columellam, tribus cubitis nõ altiorem, aut mensam, aut labellum. 2. de Leg. 60. de Demetrio.

Cum Alexander in Sigeo ad Achillis tumulum astitisset, inquit, & c. pro Arch. 190. b

Dii deæque immortales, qui excellenti tumulo ciuitatis sedem Capitolii in faxo incolitis constitutam. Anteq. 196. b

Ignis è speculo aut tumulo sublatus, prædonum aduictum significabat. in Ver. 7. 73. a

Albani tumuli atque luci. pro Mil. 64. a

Syluestres tumuli. 2. in Catil. 43. a

Iniecta gleba tumulis & humatus est, & gleba dicitur. de Legib. 181. b

Quo magis est æquum tumulis mandare peremptos. Tusc. q. 104. b

Quum tumulos Albano in monte niuales. de Diu. 84. b

Quæris vtrum magis tumulis prospectuque an ambulatione delecter? Att. 227. b

Tunc.

Etiam tunc. de Amic. 97. b

Sed erat tunc excusatio oppressis, misera illa quidem, sed tamen iusta: nunc nulla est. 7. Philipp. 226. a

Senectus enim quauis non sit grauis, tamen aufert eam viriditatem, in qua etiam tunc erat Scipio. de Amic. 11. a

Tundo.

Quum ille nihilominus iacenti latera tunderet, vt aliquando spondere se diceret. 7. Ver. 111. a

Denique proximus licet Sextius, conuerso bacillo oculos misero tundere vehementissimè cepit. 7. Ver. 111. a

Ego autem si quem nunc planè rudem institui ad dicendum velim, his potius tradam assiduis vno opere eandem in eundem diem noctemque tundentibus. 2. de Orat. 88. a

Tunica.

Tunicamque eius à pectore absceidit, vt, & c. 7. Ver. 3. a

Discindere tunicam, & cicatrices ostendere. 2. de Orat. 106. a

Quum pila ludere vellet, tunicamque poneret, adolescentulo, quem amabat, gladium tradidisse dicitur. 5. Tuscula. quæst. 84. a

Ipsè tamen Prætor, & c. in hac officina maiorem partem diei cum tunica pulla federe solebat & pallio. 6. Ver. 49. a

Iste cum pallio purpureo tunicaque talari. in Ant. 242. b

Quos pexo capillo nitidos aut imberbes aut barbatos videtis, manicatis & talaribus tunicis, velis amicis, non togis. 2. in Catil. 42. a

Tunicula.

Tunicula purpurea extenuato sumptu funeris. 2. de Legi. 55

Tunicatus.

Vt exercitatione ludoque campestri tunicari vteremur. pro Cælio, 7. a

Iam verò qui metus erat tunicatorum illorum? 2. de Lege Agr. 92. a

Turba.

Magna turba est. Att. 87. b

Ecce autem noua rixa atque turba. 6. Ver. 130. a

Turba malorum. Tusc. q. lib. 5. 22

Turba patronorum, & vulgus patronorum. de Cl. 176. b

Stultorum turba. 5. Tusc. 67. a

Nouorum voluminum turba. de Cla. Orat. 63. a

Multa sæpe imprudentibus imperatoribus vis belli ac turba molitur. pro S. R. 33. b

Chryssippus magnam turbam congregat ignotorum deorum. de Nat. lib. 1. 56. a

Mediocria in mediam turbam, atque in gregem coniciantur. de Orat. 137. b

Domus erat non meretricio conuentu, sed prætoria turba referta. in Ver. 104. b

Quumque ex hac turba & colluue discedam. de Sene. 76. a

Videt ad fornicem Fabianum in turba Verrem. in V. 69. b

Exponerem etiam quemadmodum hic, & quanta in turba, quantaque in confusione rerum omnium viueremus. Cecinna, lib. 6. 6. 30. a

Qui tantas turbas, qui tam nugax esset, commoritur. 8. famil. 43. in epist. Cælii.

Facere maximas turbas in castris. in Verr. 242. b

Nobis inter has turbas Senatus tamen frequens flagitauit triumphum. 16. fam. 13

Turbidus.

Turbida tempestas. de Inuent. 42. b

Darius in fuga quum aquam turbidam, & cadaueribus inquinatam bibisset, negauit vquam se bibisse iucundius. 5. Tusc. 137. a

Mens quæ omni turbido motu femper vacet. 1. Tusc. 124. a

In quo ego tam subito & exiguo, & turbido tempore multa diuinitus dixi. pro Syl. 175. b

Quasi ex turbida tempestate in portum, sic, & c. 1. de Inu. 6. a

Turbidi animorum concitatiue motus. Tusc. 216. b

Homines quum in turbidis rebus sunt, tamen interdum animis relaxantur. 2. Philip. 58. & de Diu. 101. b

Fac animo magno forti que sis: & si turbidissima sapienter ferebas, tranquilliora lætè feras. ad Ligarium, lib. 6. 14. 6. a

Turbide.

Intelligatur igitur perturbatione iactantibus se opinionibus inconstanter & turbide in motu esse femper. 4. Tusc. 36. a

Turbulentus.

Animus turbulentus. 4. Tusc. 15. a

Turbulentus & malus ciuis. de Orat. 111. b

Seditiosus ciuis & turbulentus. 2. de Orat. 26. a

Ciuis vt vita, sic oratione turbulentus. de Claris, 174. b

Concurfus turbulenta atomorum. 1. de Fin. 30. a

Libido, temeritas, ignauia, mens turbulenta. 1. de Fin. 78. a

Turbulenta Resp. cui Pax opponitur. 12. fam. 17

Magna & turbulenta tempestas. 7. Ver. 21

Graue, infedatum, turbulentum. Part. 236. b

Negotium turbulentum. ad Att. lib. 7. 130. 5. a

Conciones turbulenta Metelli, temerariae Appii, furiosissima Publii. ad Att. lib. 4. 72. 7. a

Res placata & minime turbulenta. in Orat. 34. a

Errores turbulentis. 2. de Nat. d. 101. a

Turbulenta consilia. 15. ad Att. 9

Ea sunt & turbulenta, & temeraria, & periculosa. pro Cecina. 24. a

Quæ turbulenta ex igne, aere, aqua, atque terra, & rationis expertia homini infederint, cum ipse ratione depulerit, & ad primam atque optimam affectionem animi peruenierint. de Vniu. 57

Tempora mihi quidem turbulenta videntur fore. Epistol. lib. 2. 17. 5. a

Regem mecum habui turbulentis in rebus. Att. b

Tribunatus turbulentissimus. de Cl. Orat. 53. a

In illa turbulentissima tempestate Reip. mea sponte desperarem. pro Sylla, 30. a

Meum turbulentissimum tempus, tuo tranquillissimo præstat. in Pis. 35. a

Turbulentissima res. 9. famil. 1

Turbulente.

Agere aliquid raptim & turbulente. pro Domo sua, 107. a

Omnia contra leges, moresque maiorum temere, turbulente, per vim, per furorem esse gesta. pro Domo sua, 53. a

Quumque eorum grauitatem constantiamque laudamus, qui non turbulente humana patientur. 4. Tusc. 96. a

Turbulenter.

Extremum illud erit, nos nihil turbulenter, nihil temere faciemus. ad Cælium, lib. 2. 15. 19. a

Turbo, as.

Aristoteles multa turbat, à magistro Platone dissentiens. 1. de Nat. d. 47. a

Omnia infana summis paria fecit, turbauit, miscuit? 3. de L. 29. a. & de Arusp. 254. b

Nõ modò illa permiscuit, sed etiam in his turbauit. in Verrem, 133. b

M. Seruilius, postquam vt cœperat, omnibus in rebus tur-

barat, & c. 8. famil. 19. in epist. Cælii.

Ne quid ille turbet, vide. 3. ad Q. frat. 15

Ast quid turbastit in agendo, fraus actoris esto. 3. de Leg. 16. a

Delectum ciuium turbare. 4. Verr. 86. a

Mare quod sua natura tranquillum est, ventorum vi agitur atque turbatur. pro Clu. 56. b

Prorsus, vt scribis, ita sentio: turbatur Sampficeramus. ad Attic. lib. 2. 32. 1. a

Ad te ne hæc quidem scribo, quæ palam in Rep. turbantur. Q. frat. lib. 3. 38

At id ne fera quidem faciunt, vt ita ruant atque turbentur, vt earum motus atque impetus quò pertineant, non intelligamus. de Fin. lib. 1. 27

Turbari simul atque cœptum sit, dimitti consilium debet. 3. de Leg. 37

Turbari opinione bonorum. Tusc. q. lib. 3. 21

Si in Hispania turbatum esset. pro Syll. 178. b

Turbatus.

Turbata Respub. & Quæta, contraria. in Catil. 108. b

Nostrum est autem, qui, & c. ferre modicè populi voluntates, allicere alienas, retinere partas, placare turbatas: & c. pro Plancio, 8. a

Turbo, inis.

Vt Minerua, quam turbo deiecerat, restitueretur. 12. fami. 53

Sed reuertitur ad cylindrum, & ad turbinem suum, quam moueri incipere nisi pulsa, non possunt. de Fato, 63. a

Aliquem tãquam turbine aliquo aut subita tempestate peruertere. pro Cæli. 54. b

Imbres, nimbi, procellæ, turbines, cæteræque tempestates. de Nat. 69. b

Vndique omnes venti erumpunt, sæui existunt turbines. 3. de Orat. 86. a

Tu procella patriæ, turbo ac tempestas pacis atque otii. pro Domo sua, 105. a

Quum illi essent duo reip. turbines. pro Sest. 19

Qui maximis turbinibus ac fluctibus reip. nauem gubernassent. in Pis. 15. a

Turgeo.

Oratio quæ turget & inflata est. ad Heren. 27. b

Turgesco.

Animus sapientis nunquam turgescit, nunquam tumet. Tusc. q. 194. b

Corque meum penitus turgescit tristibus iris. 3. Tusculan. quæst. 32. a

Turgidus.

Membrum tumidum ac turgidum vitiose se habet. Tuscul. quæst. 194. b

Num aliquod quippiam membrum tumidum ac turgidum non vitiose se habet? 3. Tusc. q. 33. a

Turma.

Turma inauratarum equestrium. ad Att. lib. 6. 15. de statuis

Nihil sibi ex ista laude Centurio, nihil præfectus, nihil cohortis, nihil turma decerpit. pro Marcello, 4. a

Appius noster turmas aliquot equitum dederat Scaptio, per quas Salaminius coereret. ad Att. lib. 5. 110. 11. a

Turmas habeat is. cur potius quàm cohortes? 6. ad Att. 28

Turmalis.

Ex translatione autem, vt quum Scipio ille maior Corinthiis statuam pollicentibus eo loco, vbi aliorum essent imperatorum, turmales dixit displicere. 2. de Orat. 145. a

Turpis.

Multis vexatus contumeliis, plurimis iactatus iniuriis, non turpis ad te, sed miser confugit. pro Quintio, 65

Turpis homo. 9. ad Att. 69

Pugna, ne turpis inueniar. 5. ad Att. 20

Turpis causa dicitur, cum ipsa res animum à se auditoris alienat. 1. ad Heren. 8

Trecentosque eos quos eduxerat Sparta, quum esset proposita aut fuga turpis, aut gloriosa mors, opposuit hostibus, 2. de Fin. 156. a

Luxuria verò cum omni ætati turpis, tum senectuti foedissima est. 1. Offic. 173. a

Vita turpis & infamis. pro Font. 20. a

Habere enim quæstui Remp. non modò turpe est, sed sceleratum etiam & nefarium. itaque quod Apollo Pythius oraculum edidit, Spartam nulla re alia nisi avaritia esse perituram. 2. Offic. 114

Quod turpe sit, id solum miserum esse. 8. ad Att. 10

Quod facere non turpe est, modò occultè, id dicere obscœnum est. Offic. 15. b

Turpe genus argumentationis. 1. de Inuent. 105

Turpe genus causæ. 1. ad Heren. 4

Nunc video Metelli ad Sophoclem turpem. Att. 88. b

O rem turpem & miseram! ad Att. lib. 8. 152. 1. a

Partes corporis quæ aspectum essent deformè habituræ atque turpem. Offic. 15. b

Hoc turpe & indignum putarent. Att. 138. b

Turpes decuriæ iudicum. 1. Philipp. 15

Neque rogemus res turpes, neque faciamus rogati. de Amicitia, 103. b

Quid hoc turpius, quid scœdus? 2. Philip. 90. a

Quid est autem nequius aut turpius effœminato viro? Tusculanarum, 198. b

Turpi nihil turpius. de Finib. lib. 4. 71

Homo turpissimus & inhonestissimus. pro Roscio Amerino, 30. a

Iste omnium turpissimus & sordidissimus, idem est in Rep. qui semper fuit. Att. lib. 9. 180. 7. a

Turpissimū est, quādo cū vita pugnat oratio. Tusc. q. lib. 2. 9

Turpiculus.

Tantum interest, quòd grauitas honestis in rebus seuerè, iocus in turpiculis & quasi deformibus ponitur. 2. de Oratore, 137. a

Turpe.

Turpè pace nobis vtendum est. Att. 113. b

Turpiter.

Hortensius filius fuit Laodiceæ cum gladiatoribus flagitiosè ac turpiter. Att. lib. 6. 114. 13. a

Quia quod bene, id rectè, frugaliter, honestè: ille porrò malè, prauè, nequiter, turpiter cœnabat. 2. de Finib. 45. a

Quæ te turpiter & nequiter facere nihil patiat. 3. Tusculanarum, 64. a

Extimesco nequid turpiter faciam. ad Attic. libro 9. 175. 2. a & 7. Fam. 52

Cato in me turpiter fuit maleuolus. ad Att. lib. 7. 122. 8. a

Turpiter illud ignorat. 12. ad Att. 25

Perpeti turpiter. pro Milone, 7. a

Turpitude.

Turpitude, vituperationis finis. Partit. 38

Turpitude in statu & motu corporis. de Fin. libro 5. 44

Turpitude animi vitii ipsis facillimè percipitur. 1. de Le. 38

Turpitude personæ eius in quam inuehimur. 12. famil. 40. in epist. Trebonii.

Turpitude rei. 2. ad Heren. 35

Ex omnibus autem iis, quæ dixi, incommodis, nihil tolerabilius exilio, præsertim innocenti, vbi nulla adiuncta est turpitude. 7. Fam. 10. Id est, vbi nulla adiuncta ignominia siue infamia.

Quanta illa erit Reip. turpitude, quantum dedecus, quanta labes: dicere in hoc ordine sententiam, &c. in Ant. 211. b

Turpitude quæ à libidine, aut à petulantia, aut ab audacia nata est. pro Fonteio, 23. a

Nisi eos per se fœditate sua turpitude deterreat. de Fin. 98. b

Nihil tam est contra naturam, quàm turpitude. Offic. 3. 45

Turpitude in translatione vitanda. 3. de Orat. 89

Nam si omnia fugiendæ turpitudinis, adipiscendæque honestatis causa faciemus, non modò stimulos doloris, sed etiam fulmina fortunæ contemnamus licebit. Tusc. quæ. libro 2. 57

Vt mihi illa omnia immortalem gloriam dederint, tibi sempiternam turpitudinem inflixerint. in Pison. 50. Id est, infamiam.

In illo pœna legitima turpitudinè non habuit propter vim temporum. pro Dom. 23. b

Si causa turpitudinem habeat. ad Her. 2. b

Turpitudinem subire vel inferre. 14. Philip. 390

Verborum turpitudinem & rerum obscœnitatem vitare. 2.

de Orat. 134. a

Nullum est maius malum turpitudine, quæ si in deformitate corporis habeat aliquid offensionis, quanta illa deprauatio & scœditas turpificati animi debet videri? Offic. 73. b

Locus autem & regio quasi ridiculi turpitudine & deformitate quadam continetur. 2. de Orat. 130. a

Sex. Seranus sanctissima facella omni turpitudine scœdauit. de Arusp. 215. b

Sunt etiam turpitudines plurimæ, quæ, nisi honestas natura plurimum valeat, cur non cadant in sapientem, non est facile defendere. 2. de Fin. 186. a

Turpificatus.

Quæ si in deformitate corporis habeat aliquid offensionis, quanta illa deprauatio & scœditas turpificati animi debet videri? 3. Offic. 143. a

Turpo, as.

Hæc omnia vidi inflammari,

Priamo vi vitam cuitari,

Iouis aram sanguine turpari. 1. Tusc. 134. a

Turtis.

Dionysius concionari ex turri alta solebat. 5. Tusc. 84. a

Quatuor turres & quatuor muros cepi. 5. famil. 25. in epist. Vatinii.

Macedonia, quæ erat antea multorum imperatorum, non turribus, sed trophæis munita. de Prou. 3. a

Aggere, vincis, turribus oppugnavi, vsusque multis tormentis. ad Catonem, lib. 15. 4. 29. a

Turtur.

Turtures & cursu & peregrinatione lætantur. 2. de Fin. 175. a

Tuscanus.

Quem præter Tuscani, cuius causa sanari non potest, non mitigavi. 1. ad Quint. Frat. 39

Tusci.

An vos Tusci ac Barbari, auspiciorū populi Rom. ius tenetis, & interpretes esse comitorum potestis? 2. de Na. d. 16. a

Tusculum.

Tusculum, oppidum Romæ finitimum. in Rull. 94

Primum generis antiquitas, quam Tusculo ex clarissimo municipio profectam in monumentis rerum gestarum, incisam ac notatam videmus. pro Font. 25

Tusculanus, qui Tusculum incolit.

Num aliquando vides Tusculanum aliquem de M. Catone illo in omni virtute principe, num de T. Coruncanio municipe suo, num de tot Fabiis gloriari: verbum nemo facit. pro Planc. 16

Vtrum fauere magis putas Atinates, an Tusculanos suis? pro Planc. 15

Ego Tusculanis pro aqua crebra vestigal pendam, quia à municipio fūdum accepi: si à Sylla mihi datus esset, Rulli lege non penderem. 3. de Leg. Agr. 6. a

Tusculanum.

Sinautem tibi Tusculanum placet, vt significasti quibusdā literis, tibi assentiar. 12. ad Att. 55

Placent Balbi horti & Tusculanum: sed horum omniū fons vnus est. 7. ad Atticum, 19

Priuari omni delectatione Tusculani. 13. ad Att. 12

Exedria quædā mihi noua sunt instituta in porticula Tusculani: ea volebam tabellis ornare. 7. Fam. 42

Philosophorum autem libros referuet sibi ad huiuscemodi Tusculani requiem atque otium, ne si quando ei dicēdum erit de iustitia & fide, mutuetur à Platone, qui, quum hæc exprimenda verbis arbitraretur, nouam quandam finxit in libris ciuitatem. de Orat. 1. 113

Nos Tusculano ita delectamur, vt nobismetipsis tum denique, cum illo venimus, placeamus. 1. ad Att. 13

Quod quidem si erit à vobis impetratum, magnam habebō Crassè huic palæstræ & Tusculano tuo gratiam, & longè Academiæ illi ac Lycio: tuum hoc suburbanum gymnasium antepōnam. 1. de Orat. 49

Quæ tibi madaui, & quæ tu intelliges cōuenire nostro Tusculano, velim, vt scribis, cures: quod sine molestia tua facere poteris. 1. ad Att. 11

Redde rationem, quantum patrimonii acceperis, quid tibi litibus accreuerit, qua ex pecunia domum paraueris, Tusculanum & Pompeianum infinito sumptu ædificaueris: aut si retices, cui potest esse dubium, quin opulentiam istā ex sanguine & miseris ciuium paraueris? Sal. in Cic. 2. a

Cum tibi alius Tusculanum, alius Pompeianam villam ædificabat, alius domum emebat: qui verò nil poterat, is erat calumniæ proximus, is aut domum tuam oppugnatam venerat, aut insidias Senatui fecerat, denique de eo tibi compertum erat. Sal. in Cic. 2. a

Ego paulisper hic, deinde in Tusculanum. 13. ad Att. 67. b

Itaque reuoluor identidem in Tusculanum. 13. ad Att. 33

Illa omnia in Tusculanum deportabo. 1. ad Att. 9

Lanuuius pergam in Tusculanum. 12. ad Atticum, 61

Ego me hinc postridie exiturum puto, sed aut in Tusculanum, aut domum, inde fortasse Arpinum. 12. ad Att. 57

Equidem Cal. in Tusculanum recurram. 13. ad Att. 61

Atticus ad me venit in Tusculanum, huius vnus rei causa, tibi vt apud me gratias ageret. 15. ad Att. 29

Brutus heri venit in Tusculanum post horam decimam. 13. ad Att. 8

Velim antè possis, si minus, vtique simul simus, cum Brutus veniet in Tusculanum. 13. ad Att. 5

Si hæc enuntiatio, Veniet in Tusculanum Hortensius, verum non est: sequitur, vt falsum sit. de Fat. 22

Ego, vt ad te pridie scripseram, Nonis constitueram venire in Tusculanum. 15. ad Att. 47

Heri nescio quid in strepitu videor exaudisse, cum diceres te in Tusculanum venturum. 13. ad Att. 61

Quamquam mihi tabellarius noster dixerat, tibi quoque se attulisse literas à Bruto, easque à Tusculano esse delatas. 15. ad Att. 44

Sed vt ad te heri scripsi, considerabis etiam de Tusculano, ne, &c. 12. ad Att. 58

Proficiens enim è Tusculano v i i i. Cal. vt scis, nisi ad eum tabellarios. 13. ad Att. 23

Sed in Cumano, aut in Tusculano aliquando, si modò licebit: quoniam vtroque in loco vicini sumus. Brut. 166

Posthac enim poterimus commodius colere inter nos in Tusculano. 13. ad Att. 12

Vt nuper tuum post discessum in Tusculano quum essent complures mecum familiares, tentavi quid in eo genere possem: &c. 1. Tusc. 12. a

Certè adhuc non fuimus, cum essemus vicini, in Tusculano. 5. Fam. 42

Fac quæso, ne quid eum Idus impediatur, quo minus suo commodo in Tusculano sit. 13. ad Att. 31

Constitui manere in Tusculano aut Romæ: vtrū sim factururus, eo ipso die scies. 12. ad Att. 54

Si fortè in Tusculano rectè esse possum, ne id melius sit: ero libentius. 16. ad Att. 338. 2. a

In Tusculano eò commodius ero, quòd & crebrius tuas literas accipiam, & te ipsum nonnunquam videbo. 12. ad Atticum, 61

Ego te in Tusculano expecto. 13. ad Att. 62

Tecta igitur ambulatiuncula addenda est: quam vt tantam faciamus, quantam in Tusculano fecimus, propè dimidio minoris constabit isto loco. 13. ad Att. 38

Itaque iam in Tusculano, qui non meminissim me ab usum isto proœmio, coniecidi in eum librum, quem tibi misi. 16. ad Att. 333. 22. a

Quæ fueramus ego & tu inter nos de sorore in Tusculano locuti, nihil tam vidi mite, nihil tam placatū, quàm tum meus frater erat in sororem tuam. 5. ad Att. 11

Cum ad illum scribas, nihil te recordari de se, de epulis illis, quas in Tusculano eius tu epistolis mihi ostendisti, &c. 3. ad Q. Frat. 15

Ad Hirtium dederam epistolam sanè grandem, quam scripseram proximè in Tusculano. 13. ad Att. 23

Quæ sequuntur Antonium, ædes sibi optimas, hortos, Tusculana, Albana definiunt. 8. Philip. 240

Tusculanus, adiectiuum.

Quòd prima disputatio Tusculana te confirmat, sanè gau-

deo. ad Att. lib. 15. 322. 4. a

Tusculanæ villæ magnificentia L. Lucullo obiecta. 3. de L. 28

Tusculanam villam mill. Formianum n. s. ducentis quinquaginta mill. quæ æstimatio non modò vehementer ab optimo quoque, sed etiam à plebe reprehenditur. 2. ad Atticum, 10

Quos ne è Græcis quidem quisquam imitari potest, iis tu comparas hominem Tusculanum, nondum suspicatem, quale esset copiosè & ornate dicere? Brut. 163

Tu es ex municipio antiquissimo Tusculano, ex quo plurimæ familiæ sunt Consulares. pro Plan. 15

Quumque fundamentum, &c. totidem subsecuti libri Tusculanarum disputationum, res ad beatè viuendum maximè necessarias aperuerunt. 2. de Diuin. 1

Tusculanensis.

Equidem hos tuos Tusculanenses dies instar esse vitæ puto, &c. Varroni, lib. 9. 11

Tute, Vide Tu.

Tutela, Tutor, Tutus, Vide Tuor.

Tuus.

Caninius idem tuus, & idem noster. 9. fam. 2

Seruius tuus, vel potius noster. 4. famil. 14

Tua Polla. 11. fam. 13. id est, vxor tua.

Vigebat auditor Panæti illius tui Mnesemarchus, & Peripateticus Critolaus & Diodorus, &c. 1. de Orat. 24. a

Tuum propriè me esse tibi persuadeas. 10. familiar. 54. in epistol. Planci.

Quòd & Respublica me & nostra amicitia hortatur, libenter facio, vt tuam virtutè, &c. pari industria administrari gaudeam. Cato ad Ciceronem, lib. 15. 5. 1. a

Nunc hæc primò cupio cognoscere, iter tuū cuiusmodi sit. ad Trebonium, lib. 15. 20. 5. a

Ier Asiaticum tuum puto tibi suscipiendum fuisse: &c. ad Att. lib. 4. 84. 2. a

Sed molestè fero, me Consulem studium tuum adolescentis perperis: &c. ad L. Paulum, lib. 15. 13. 2. a

An verò hoc pro nihilo putas (in quo equidem pro amicitia tua vicem dolere soleo) efferri hæc foras, &c. 10. Philippic. 272. a

Nicias te (vt debet) amat: vehementerque tua sui memoria delectatur. ad Att. lib. 13. 261. 3. a

Tuo adolescente, atque adeo nostro. 12. familiar. 39. in epist. C. Trebonii.

Tuo iudicio & tua sponte. 9. fam. 27

Tuo tibi iudicio est vtendum. 2. Tusc. 107. a

Qui & in bello tecum fuisset, & propter memoriam Crassi de tuis vnus esset. ad Cæsarem, lib. 13. 17. 6. a

Tu tuis, ego meis de rebus. 15. fam. 38

Tam longè à tot tuis, &c. Attic. 61. b

De tuis vnus esset. 13. famil. 30

Tyba.

Pacorum Orodis regis Parthorum filium cum permagno equitatu Parthico transisse Euphratem, & castra posuisse Tybæ. 15. Fam. 2

Tyberis.

Vt Tyberis inter eos & pons interesset. in C. 111. b

Sed casu sermo à Capitone de vrbe augenda, à Ponte Mulvio Tyberim duci secundum montes Vaticanos, &c. 13. ad Att. 46

Cogito interdum trans Tyberim hortos aliquos parare, & quidem ob hanc causam maximè. ad Att. lib. 12. 241. 16. a

Superbiam autem ipsius reginæ, quum esset trans Tyberim in hortis, commemorare sine magno dolore non possum. 15. ad Att. 31

Tyberinus.

Vos qui modò ante ostium Tyberinum classem hostium videbatis. pro Leg. Manil. 23. a

Canutius Tyberinus. 3. Philip. 140. a

Tyberius, vide Tiberius.

Tyburnus, urbs.

In Tyburni fortè affedimus ego & Marcus filius. 2. de Orat. 123. a

Villam in Tyburte habes. 2. de Orat. 146. a

De Domitio varia audimus, modò esse in Tyburti, aut Lepidi, &c. ad Att. lib. 8. 166. 5. a
Tyburtinum.
 Ipse interea decem & septem dies, vt digestio potius quam declamatio videretur, de me in Tyburtino Scipionis declamauit, sicuti quarens. 5. Philip. 177
Tyche.
 Tertia est vrbs, quæ quòd in ea parte fortunæ fanum antiquum fuit, Tyche nominata est, &c. 6. Verr. 16. a
Tymbus.
 Siquis bustum (nam id puto appellari tymbon) aut monumentum, inquit, aut columnam violarit, deiecerit, fregerit. 2. de Leg. 101. a
Tymolus, vide Timolus.
Tyndareus.
 Nec Hecubam causam interitus fuisse Troianis, quòd Alexandrum genuerit: nec Tyndareum Agamemnoni, quòd Clytemnestram. de Fato, 51. a
Tyndaridæ.
 Hinc Liber deus Semele natus, eademque famæ celebritate Tyndaridæ fratres, qui non modò adiutores in præliis victoriæ Pop. Romani, sed etiam nuntii fuisse perhibentur. 1. Tuscul. 45. a
 Quos igitur tu Tyndaridas appellabas, id est homines homine natos, & quos Homerus, qui recens ab eorum ætate fuit, sepultos dicit Lacedæmone, eos tu canteris albis nullis calonibus obuiam Varieno venisse existimas, & victoriam populi Rom. Varieno potius homini rustico, quam M. Catoni, qui tum erat princeps, nuntiauisse. 3. de Nat. deor. 8
Tyndarum, vrbs Siciliae. in Verr. 262. b
Tyndaritanus.
 Pater aderat Dexio Tyndaritanus, homo nobilissimus hospes tuus, cuius tu domi fueras, quem hospitem appellaras. cum cum illa miseria videres præditum, non te eius lachrymæ, non senectus, non hospitii ius, atque nomen à scelere aliquâ ad partem humanitatis reuocare potuit. 7. Verr. 85
 Egreditur Centuripina quadremi, &c. sequitur Segestana nauis Tyndaritana, Herbitensis. 7. Verr. 68
 Quid sedes Verres: quid expectas: quid te à Centuripina ciuitate, à Catinensi, ab Halesina, Tyndaritana, cæterisque Siciliae ciuitatibus circumueniri atque opprimi dicis: tua te altera patria, quemadmodum dicere solebas, Messana circumuenit. 6. Ver. 14
 Quid à Tyndaritanis nõ eiusdem Scipionis beneficio positum simulachrum Mercurii pulcherrimè factum sustulisti: 6. Verrin. 75
Typus.
 Typos tibi mando, quos in teãtorio atrioli possim includere. 1. ad Att. 18
 Τύπος παροῦσαι κατὰ τὴν πύλιν δός. Att. 5. b. Id est, præsentem statum forma aliqua designato.
Tyrannio.
 Postea verò quàm Tyrânio mihi libros disposuit, mens ad data videtur meis ædibus. 4. ad Att. 25
 Quintus tuus puer optimus eruditur egregie. Hoc nũc magis animaduerto, quòd Tyrannio docet apud me. 2. ad Q. Fratr. 13
 A scribendo prorsus abhorret animus. Etenim geographica quæ constitueram, magnum opus est: ita valde Eratosthenes, quem mihi proposueram, à Serapione & ab Hipparcho reprehenditur. Quid censes, si Tyrannio accesserit: 2. ad Att. 18
 Si ad nos veneris, offendes designationem Tyrannionis, mihi rificam librorum meorum bibliothecam, quorum reliquæ multò meliores sunt, quàm putaram. Etiam velim mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus Tyrannio vtatur glutinatoribus, ad cætera administris. 4. ad Atticum, 18
Tyrannus.
 Tyrannus Cæsar. 12. fam. 2. ad Octa. 46
 Dionysius Syracusanorum tyrannus fuit: is cum v. & x x.

natus annos dominatum occupasset, diu seruitute oppressam tenuit ciuitatem. Tusc. 239. b
 Phalaris, tyrannus crudelis & immanis. Offic. 3. 36
 Intolerandus ex cœno nescio quo atque ex tenebris tyrannus. in Vatinius, 17. a
 At videte quanto hic tetrior tyrannus. in Ver. 229. b
 Tyrannus appellari non recusabat Cæsar. 10. ad Att. 8
 Metus erat summus: ipse enim tyrannus non discedebat longius. 6. Verr. 46. a
 An in tyranni consilium veniendum sit, si is aliqua de re bona deliberaturus sit. 10. ad Att. 3
 Nec verò huius tyranni solùm, quem armis oppressa pertulit ciuitas, &c. sed reliquorum similes exitus tyrannorum. 2. Offic. 31. a
 Negatque Platonem, si sapiens non sit, eadem esse in causa qua tyrannum Dionysium. 4. de Fimib. 30. a
 Esse tyrannum in aliquem. pro Deiot. 146. b
 Cuius tam inhumani & ingrati animi, à quo rex appellatus esset, in eum tyrannum inueniri: vt, &c. pro Deiot. 9. a
 Quum in oppidis & ciuitatibus amicorum nõ legatum Pop. Romani, sed tyrannum libidinosum, crudelèmq; præbueris. 3. Verr. 58. a
 Quo tandem animo hoc tyrannum tulisse creditis: pro Mil. 27. a
 Vrbs ab Alexandro tyrânno crudeli dominatu premebatur. de Diu. lib. 1. 94. a
 Ad fugam hortatur amicitia Cn. causa bonorum, turpitudine coniungendi cum tyranno: &c. ad Att. lib. 7. 138. 2. a
 Tyranno sublato tyrannida manere video. 14. ad Att. 27
 Dionysius & Apollodorus tyranni. de Nat. 76. b
 Cùm tyranni triginta essent, Socrates pedem porta non extulit. 8. ad Attic. 7
 Qui erant in eum tyranni. in Ant. 249. b
 Αἱ εἰς τυραννῶν δεινότης μεμνημένη ἀνάγκη. 9. ad Att. 55
 Imagines Siciliae regum ac tyrannorum. in Ver. 229. b
 Tyrannorum liberi in Græcis ciuitatibus, oppressis illis, eodem supplicio afficiuntur. ad Brut. 47. in epist. Brut.
 Hæc enim est tyrannorum vita, nimirum in qua nulla est fides, nulla charitas, &c. nullus locus est amicitiae. de Amic. 48. a
 Nulla est nobis societas cum tyrannis. Offic. 58. b
Tyrannis.
 Τυραννὶς δὲ τῶν μεγίστη. 7. ad Att. 37
 Ex victoria cum multa mala, tum certè tyrânis existet. Att. libro 7. 24
 Odii boni, tyrannis viuit, tyrannus occidit: 14. ad Attic. 11
 Potius quàm conscios delendæ tyrannidis indicaret. Tusc. 186. b
 Hunc igitur nec Olympius Iupiter fulmine percussit, nec Æsculapius misero diurnoq; morbo intabescens interemit, atque in suo lectulo mortuus, in tyrannidis rogû illatus est. 3. de Nat. 63. de Dionysio. Alias, Tympanidis.
 Quid si tyrânidem occupare, si patriam prodere conabitur pater: 3. Offic. 121. a
 Idem facere quod in Cinnæ dominatione, & Marii tyrannide Philippus. Att. 120. b
Tyrannicus.
 Quòd tetrum, crudele, nefarium, tyrannicum factum esse dicamus, per vim, per manum opulentam, quæ res ab legibus & ab æquabili iure remotissima est. 1. de Inu. 114. a
 Aut si omnes Athenienses deleterent tyrânica legibus, num idcirco hæc leges iustæ haberentur. 1. de Leg. 61. a
 Priuilegiis tyrannicis irrogatis. pro Domo sua, 256. b. & ad Heren. 15. b
Tyrannice.
 Nunc vt hoc tempore ea quæ regiè, seu potius tyrannicè statuit in aratores Apronius, prætermittam. 5. Verr. 95. a
 Vide quàm ad hæc τυραννικῶς. 10. ad Att. 34
Tyrannoctonus.
 Τυραννοκτόνοι nostri longè gentium absunt. 12. fam. 47
 Sustulisse mihi videtur simulationem desyderii, adhuc quæ serpebat in dies, & inueterata, verebar ne periculosa nostris tyrannoctonis esset. ad Att. lib. 14. 313. 2. a

Τυραννοκτόνους in cælo esse, tyranni facta defendi. 14. ad Att. 7
Tyresias.
 Quòd si ea ficta credimus licentia fabularum, Mopsum, Tyresiam, Amphiaræum, Calchantem, Helenum, quos tamen augures, ne ipsæ quidem fabulæ ascuisissent, si res omnino repudiarent. 2. de Nat. d. 6
 Itaque augurem Tyresiam, quem sapientem fingunt poetæ, nunquam inducunt deploratèmq; cæcitatè suam. 5. Tusc. quæst. 8:
 Tyresiam ait Homerus solùm sapere apud inferos, cæteros vmbrae vagari modo. Diuin. lib. 1. 77
Tyro, nomen proprium.
 Tyro Numisius, vnus ex Antonii sicariis. 2. Phil. 34
 Mearum epistolarum nulla est τυρωγραφία: sed habet Tyro instar septuaginta. 16. ad Att. 15
 Quum ego mihi nunc ante oculos tuum iucundissimū con spectum propono, videor videre ementem te rusticas res, eum villico loquentem, in lacinia seruantem ex mensa secunda semina. Sed noli dubitare mi Tyro, &c. 16. fam. 30
 Video quid agas: tuas quoque epistolas vis referri in volumina. Sed heus tu, qui κακῶς esse meorum scriptorum soles. Vnde illud tam ἀνωγειν valetudini fideliter inseruiedo. 16. fam. 22. scribens ad Tyronem librum suum.
 De Tyrone mi Marce, ita te, meumque Ciceronem, & meam Tulliolam, tuumque filium videam, vt mihi gratissimum fecisti, quum eum illum indignum illa fortuna nobis amicum, quàm seruum esse maluisti. 16. fam. 22
Tyro.
 Tametsi non prouinciæ rudis erat & tyro. in Verr. 112. b
 Quum essem tyro in Pompeii exercitu. in Ant. 244. b
 Qui nuper se ad eum lanistam contulit, qui quum ante hæc pugnam tyro esset, facillè ipsum magistrum scelere atque audacia superauit. pro Sex. Ros. 21. b
 In Pompeii exercitu, Catonis filius tyro militabat. Off. 8. b
 Quantum autem in acie tyroni sit committendum, nimium

sæpe expertum habemus. 10. fam. 52. in epist. Planci.
 Fateor enim callidū quendam hunc, & nulla in re tyronem ac rudem, nec peregrinum atque hospitem in agendo esse debere. 1. de Orat. 110. a
 Apuleium esse video proximum subscriptorem, hominem non ætate, sed vsu forensi atque exercitatione tyronem. 1. Verr. 26. a. Id est, non tam ætate nouitum, quàm inertia. Signa tyronem & collectio exercitu cum legionibus robustissimis contulit. 7. fam. 9
 Ego autè non tam veteranos intuedos nobis arbitror, quàm quid tyrones milites flos Italiae, &c. 11. Phil. 317. a
 Ætas tyronum plerunque melior, sed ferre laborem, cõtem nere vulnus consuetudo docet. 2. Tusc. q. 67. a
Tyrocinium.
 Tyrocinio ætatis lapsus, postea se correxit. in Sallust. 9. a. Id est, inficitia & ignorantia.
Tyrotarichus.
 Multa me in epistola tua delectarunt, sed nihil magis, quàm patina Tyrotarichi. ad Att. lib. 4. 77. 1. a. & 9. fam. 39. a
 Eo die in Præti nostri Tyrotarichum imminēbam. ad Atticum, lib. 14. 30
 Tu verò (volo enim abstergere animi tui metum) ad Tyrotarichum antiquum redi. ad Prætum, lib. 9. 16. 25. a
Tyrrhenus.
 Lydius ediderat Tyrrhenæ gentis aruspex. 1. de Diuin. 36. a
 Tyrus, vrbs. in Verr. 265. b
Tyrius.
 Tyria purpura. in Verr. 265. b. & pro Flac. b
Tyrsia.
 Quum repeteret vsque à Corace nescio quo, & Tyrsia, quos artis illius inuentores & principes fuisse constaret, &c. 1. de Orat. 45
 Ac veteres quidè scriptores artis vsque ab principe illo atque inuentore Tyrsia repetitos, vnum in locum conduxit Aristoteles. 2. de Inuen. 125



Litera maiuscula significat quinque: vt Ad v. Cal. Decemb. treis epistolas à te accepti: vnam datam ad v. 11. Calend. Nouembr. in qua me hortaris vt forti animo mensē Ian. expectem. 3. ad Att. 37
 Ego enim 11. 11. Calend. Axio dederat tibi, 11. 11. Quinto, quo die venissem, id est, v. Calend. 12. ad Att. 2

Interdū verò pro y vsurpatur, vt Sullaturio, pro Syllaturio: Sulla, pro Sylla: Sullanus, pro Syllanus.
Vacca.
 Cur non gestiret taurus equæ contrectatione, equus vaccæ? 1. de Nat. d. 104. a. & ad Her. 27. b
Vaccus.
 In Vaeci pratis domus fuit M. Vacci, quæ publicata est & euerfa, vt illius facinus memoria & nomine loci notaretur. pro Domo, 7. a
Vacci.
 Putabam in Vaccis dicturum. pro Plancio, 177. b. error, pro Nicæis.
Vacerra.
 Querar cum Vacerra & Manilio: nam Cornelio nihil audeo dicere, cuius tu periculo stultus es, quum te ab eo sapere didicisse profiteris. 7. fam. 18
 Quid huc properes, nihil est, præsertim Vacerra mortuo: sed tibi consilium non deest. Quid constitueris, cupio sci re. 7. fam. 19

Vacienus, vide Vatiemus.
Vacillo.

Iustitia vacillat, vel iacet potius. Offic. 3. 163
 Nec verò exitum reperitis, resque tota vacillat ac claudicat. de Nat. d. 1. 76
 Partim etiam sumptibus in vetere alieno vacillant. in Catilin. 109. b
 Vacillarunt illa nomina. 14. ad Att. 40
 Sed quòd scribis igniculū matutinum, γερωνικῆς τρεῖς est memoriola vacillare. ad Att. lib. 12. 1
 Quo loco videbitur stabilitas amicitiae vacillare. de Finib. lib. 1. 101. a
Vacillans.
 Curio in vtranque partem toto corpore vacillans. de claris Orator. 114. a
 In Galliam mutilatum duxit exercitum, cum vna legione, & ea vacillante. 3. Phil. 146. a
 Accepi tuam epistolā vacillatibus literulis. Tironi, lib. 16. 20
Vaco, do operam.
 Ego verò, inquam, philosophiæ Quinte semper vaco. 1. de Diuinat. 17. a
 Domicilium tantum in illa vrbe remanet studiorum, quibus vacant ciues. 3. de Orat. 24
Vaco, oriolus sum.
 Quanus enim occupatus sis, otii tamen plus habes: aut si ne tu quidem vacas, noli impudens esse, nec mihi molestiam exhibere. Cornif. lib. 12. 29. 3. a
 De quibus quid ipse sentiam, si placet, exponam: ita tamen, si vacas animo, neque habes aliquid quod huic sermone præuertendum putes. 1. de Diu. 17. a
 Cuius nulla pars corporis à turpitudine vacat. Att. 288. b
 Deiotarus quicquid à bellis populi Rom. vacabat, cum hominibus nostris consuetudines, amicitiam, res, rationesque iungebat. pro Deiot. 18. a

Nullum tempus illi vnquam vacabat aut à forensi dictio-
ne, aut à commentatione domestica, aut à scribendo, aut à
cogitando. de Claris, 147. a
Tantum huic studio relinquendum, quantum vacabit à pu-
blico officio & munere. 2. de Diuin. 11. a
Sed tamē non maxima me turba puto excludi, quo minus
tibi vacet me excipere, & ad omnia quæ velis & probes,
producere. 12. fam. 23. Id est, quo minus tibi otium sit.
An dii ab omni curatione & administratione rerum vacēt.
de Nat. d. lib. 1. 4. a
Vacare ab omni concitatione animi. Tusc. q. lib. 5. 36
VACO, vacuus sum.
Tota domus superior vacat, vt scis: hoc puto valde ad rem
pertinere. ad Att. lib. 12. 238. 1. a
Villa ita completa militibus est, vt vix triclinium, vbi cœ-
natus ipse Cæsar esset, vacaret. ad Att. lib. 13. 398. 3. a
Quid nostra refert victum esse Antonium? si victus est, vt
alii vacaret, quod ille obtinuit. ad Brut. 55. in epist. Bruti.
Id est, alius id occupare posset.
M. Piso si adesset, nullus philosophiæ vacaret locus. de Na-
tura deo. lib. 1. 12
VACO, careo.
Adhuc C. Cæsar, Q. Ligarius omni culpa vacat. pro Lig. 2. a
Ea animi elatio quæ cernitur in periculis & laboribus, si iu-
stitia vacat, pugnatque non pro salute communi, sed pro
suis commodis, in vitio est. Offic. 13. b
Ergo & legibus & institutis vacat ætas nostra muneribus iis
quæ non possunt sine viribus sustineri. de Senect. 31. a
Natura ætherea vacat ea parte corporis, quæ, &c. de Natu-
ra deor. 38. b
Animus & terra vacat & humore. Tusc. q. 162. b
Is ordo vitio vacat. de Leg. 186. b
Qui vtrisque armis vacant. 11. Phil. 317
Sapiens perturbationibus semper vacabit. de Fin. 97. b
Nec enim dum ero, angar villa re, quum omni vacem culpa.
Torquato, lib. 6. 3. 8. a
Nihil est quod vacet corpore, corporibus omnis obsidetur
locus. de Nat. d. 14. b
Vacare omnis tempestatis calamitate dicitur aratio fructuo-
sa. Tusc. q. lib. 5. 63
Vacare contumelia. Offic. 1. 125
Vacare corpore. Tusc. quæst. lib. 1. 41. de animo dicitur, qui è
corpore excessit.
Vacare corpore dicitur animi somno soluti. Diu. lib. 1. 109
Vacare culpa, magnum est solatium. Mario, lib. 7. 3. 13. a
Præsertim quum in quo accusabar, culpa vacarem. Curio-
ni, lib. 2. 1. 2. a
Cura & negotio vacare. 1. de Leg. 13. a
Vacare omni damno. Tusc. q. lib. 5. 63
Vacare omni dolore & molestia. de Fin. 1. 45
Solonis quidem sapientis elogium est, quo se negat velle
suam mortem dolore amicorum, lamentisque vacare. de
Senect. 66. a
Qui locus hoc dominatu vacat? 4. fam. 29
Histriionum nonnulli gestus ineptiis non vacant. Off. 26. b
Nullum est tempus quod iustitia vacare debeat. a
Cælestem ordinem qui vacare mente putat, is ipse mentis
expers habendus est. de Nat. d. 37. a
Vacare metu. Tusc. q. lib. 5. 31
Vacare mœrore. Tusc. q. lib. 5. 55
Qui vacare omni molestia summum bonum esse dicunt, eos
inuidiosum nomen voluptatis fugere, sed in vicinitate
versari testatur Chryssippus. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 122, &
128. & Lat. 76
Voluptatem autem & honestatem finem esse Callipho cen-
suit, vacare omni molestia Hieronymus, hoc idem cum
honestate Diodorus. 4. Acad. q. 236. a
Vacare molestiis. Tusc. q. lib. 5. 76
Vacare omni motu turbido. Tusc. quæst. lib. 1. 65. de men-
te dicitur.
Sic eiusmodi motibus animus debet vacare. Off. 27. b
Quare id vacare numero non oportet? Or. 116. b
Nulla vita pars vacare officio potest. Offic. 3. b

Amplitudo animi vna est omnium rerum pulcherrima, eò-
que pulchrior, si vacet populo. Tusc. q. lib. 2. 55
Vacare vitio. Tusc. q. lib. 3. 16
Vacandum est omni animi perturbatione. de Fin. 97. b
Vacans.
Si ipsa mens constare potest vacans corpore. de Nat. d. 7. b
Vacans nomine. Tusc. q. 153. b
Hoc mihi certum ac jucundissimum vacati negotium erat,
tecum id otii tempus consumere. Cælius ad Ciceroem,
lib. 8. 3. 1. a
Vacantes causæ prudentia. de Vniu. 63
Vacatio.
Si me non modò non rerum gestarum vacatio, sed neque
honoris, neque ætatis excusatio vendicat à labore. pro Syl-
la, 19. a
Pro hisce rebus, vacatio data est ab isto sumptus, laboris, mi-
litariæ, rerum denique omnium. 6. Verr. 20. a
Ego verò ætatis potius vacationi confidebam, quum, &c. 1.
de Legib. 15. a
Nullam tibi à causis vacationē dari video. de Leg. lib. 1. 16. a
Erat enim meum, deprecari vacationem adolescentiæ, ve-
niamque petere: &c. pro Cæli. 22. a
His liberisque eorum militariæ vacationem esse placet. in An-
tonium, 204. b
Quæ studia vacationem habent publici muneris. epist. lib.
9. 11
Sed quum sacerdotes deorum, vacationem habeant, quan-
to est æquius habere ipsos deos? 4. Acad. q. 217. a
Vacationem augures, quo minus iudiciis operam dent, non
habere. de Clar. 175. b
Et agro à Senatu & vacatione donatus est. de Nat. d. 1. 5
Quod tam immune municipium, quod per hos annos tam
commoda vacatione sit omnium rerum, &c. 7. Verr. 47. a
In omnium vacatione munerum vitam beatam ponimus.
de Nat. deo. 1. 38
Sed tamen vt mandatum scias me curasse, quod antè, ait se
Pompeius quinos præfectos delatorum novos, vacationes,
iudiciariam causam. 5. ad Att. 12
Senatus decreuit vt Consules duas Gallias fortirentur, dele-
ctus haberetur, vacationes ne valerent. ad Att. lib. 1. 14. 2. a
Delectum haberi in vrbe sublatis vacationibus. 5. Phil. 187. a
VACUUS.
Animus vacuus & solutus. 2. Verr. 16. a
Animus vacuus ab omni cura. Q. fra. 324. b
Vacuus aduenienti Cæsari pateat. 8. fam. 32. in epist. Cælii.
Ab exercitationibus oratoriis nullus mihi dies vacuus est.
de Claris, 194. b
Si animus à talibus factis vacuus atque integer erit. de In-
uentione, 65. b
Sin eris ab isto periculo vacuus, ages scilicet, siquid agi pos-
se de nobis putabis. Q. fra. lib. 1. 3. 8. a
Vacuus ab re aliqua. 6. in Verr. 3. & pro lege Manil. 1
Quod is locus ab omni turba id temporis vacuus esset. de
Finib. lib. 5. 1
Locus vacuus ab omni turpitudine. de Fin. 114. b
Nullus locus vacuus extraordinariis fascibus fuisse. pro
Domo sua, 218. b
Molestiis vacuus. Sulpitio, lib. 4. 4. 6. a
Hic locus nunquam vacuus mortis periculo atque insidiis
fuit. in Catil. 118. b
Animus per somnū sensibus & curis vacuus. de Diu. 114. b
Gladius vagina vacuus. pro Marcello, 10. a
Mea domus ab ista religionis suspicione vacua atque pura
est. de Arusp. resp. 8
Hora nulla vacua à furto, à scelere, crudelitate, flagitio repe-
rietur. 3. Verr. 22. a
Profecto istis hora nulla eiecto Tullio vacua periculo, aut
periculi expectatione relinquitur. Antequam, 195. b
Luxuriam non reprehendit, modò sit vacua infinita cupi-
ditate & timore. 2. de Fin. 53. a
Nam ipsa Messana, quæ situ, mœnibus, portuque ornata sit,
ab his rebus, quibus iste delectatur, sanè vacua ac nuda est.
6. Verr. 3. a

Possessio caduca & vacua. 3. de Orat. 67. a
Oppidum vacuum à bello. epist. 125. b
Nullum mihi vacuum tempus ostenditur. 2. ad Q. frat. 34
Vacuum igni videri nihil potest. de Vniu. 15
Quum vacui temporis nihil haberem. ad Att. lib. 2. 38. 1. a
Ab omni molestia vacuum esse. Brut. lib. 11. 16. 1. a
Animum vacuum ad res difficiles scribendas afferre. ad At-
ticum, lib. 12. 252. 9. a
Itaque huc elegimus diem, quum te sciremus esse vacuum.
de Claris, 166. b
Remum vacuum trahi. in Verr. 163. b
Quum morte superioris vxoris nouis nuptiis domum va-
cuam fecisses. in Catil. 9. a
His rebus mentem vacuum appellarunt insaniam. 3. Tusc.
quæst. 15. a
Partem vacuum & integram relinquere. pro Ros. Com. 30. a
De inanitate, hoc est, de eo quod vocant vacuum. de Na-
tura deor. 14. b
Quum propter eorum scelus nihil mihi intra meos parie-
tes tutum, nihil insidiis vacuum viderem. ad Plancum,
lib. 4. 14. 8. a
Consilium nostrum spero vacuum periculo fore. ad Attic.
lib. 11. 207. 3. a
Nullum propugnatorem abfuisse, nullū vacuum transtrum
esse: &c. 7. Verr. 105. a
Nam & vacuo animo illum audiebam, & magno studio ea-
dem de re sapius. 4. Acad. q. 21. a
Nunc verò, inquit, si es animo vacuo, expone nobis quod
querimus. de Claris, 10. a. Id est, si es otiosus.
Vacuo animo facere aliquid. pro Domo, 239. b
Plura ad te vacuo animo scribam, quum, &c. Q. fra. 327. b
Quondam vacuo ab interuentoribus die. de Fat. 140. b
Vacuo à bonis atque inani foro. Postquam, 208. b
Ego verò libenter, quoniam vacui sumus, dicā. de Leg. 158. b
Verum, vt opinio mea fert, his quidem temporibus in om-
ni orbe terrarum, vacui, expertes, soluti ac liberi fuerunt
ab omni sumptu, molestia, munere. 2. Verr. 20. a
Quum vacui curis, etiam quid in celo fiat, scire auemus. 2.
de Finib. 77. a
Vacui negotiis, honestè ac liberaliter possimus viuere. 4. de
Finib. 19. a
Quum sumus necessariis negotiis curisque vacui, tum auem-
us aliquid videre, audire, addiscere. 1. Offic. 21. a
Aures non obtusa criminatione, sed vacuæ præbentur.
Antequam, 7. a
Possessiones vacuæ. Partit. 115. b
Ab euentu tuo ista subsellia vacua facta sunt. in Cat. 100. b
Itaque huic obiciuntur visa à mente ac ratione vacua. de
Diuin. lib. 1. 56
Dies vacuos habere. 2. Verr. 34. a
Prædia vacua alicui tradere. pro Sex. Ros. 15. a
VACUITAS.
Primum omnium quantam perturbationem rerum vrba-
narum afferat obitus Cõsulum, quantam cupiditatem ho-
minibus inicit vacuitas, non te fugit. 11. fam. 16. in epi-
stola Bruti.
Quo magis his & magnitudo animi est adhibenda & va-
cuitas ab angoribus. Offic. lib. 1. 103. a
Securitatem autem nunc appello vacuitatem ægritudinis,
in qua vita beata posita est. 5. Tusc. q. 59. a
Cur mauult dicere voluptatem, quàm vacuitatem do loris?
2. de Finib. 13
Nam quoniam quum priuamur dolore, ipsa liberatione &
vacuitate omnis molestiæ gaudemus. 1. de Fin. 58. a
VADA.
Quacunque iuit, ergastula soluit, homines arripuit. Consti-
tuit nusquam prius, quàm ad Vada venit: quem locum vo-
lo tibi esse notum, iacet inter Apenninum & Alpeis impe-
ditissimus ad iter faciendū. 11. fam. 22, & 17. in epist. Bruti.
VADIMONIUM, VADOR, aris, vide VAS, vadis.
VADO, is.
Lentulus Spinter hodie apud me, cras mane vadit. ad Attic.
lib. 14. 307. 3. a

Ad eum postridie mane vadebam, quum hæc scripsi. ad At-
ticum, lib. 4. 79. 5. a
Post hunc ore fero Capricornus vadere pergit. in Arat. 37. a
Quum feras videamus alacres & erectas vadere, vt alteri be-
stia nocent. ad Her. lib. 2. 63. a
Vadere in carcerem. Tusc. q. lib. 1. 80
VADUM.
Quum venissent ad vada Volaterrana quæ nominatur, vi-
dent per familiarem Næuii. pro Quintio, 12. a
Hoc motu radiantis Etesia in vada Ponti. de Ora. 211. b
Sed emerit iam è vadis, & scopulos præterueta est oratio.
pro Cælio, 39. a
Væneo, vide Veneo.
Væsanus, vide Væsanus.
Væser.
Væser ille Siculus Epicharmus. Att. 19. b
Certè non aperti, non simplices, non ingenui, &c. versuti po-
tius, obscuro, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, veteratoris,
vafri. 3. Offic. 74. a
Non sunt in disputando vafri, non veteratores, non mali-
tiosi. 3. de Repub. 12. a
De homine minimè vafro malè existimant. de Nat. d. 1. 160
Chryssippus qui Stoicorum somniorum vaferrimus habe-
tur interpret. 1. de Nat. d. 56. a
VAFRE.
Nihil sanè vafre, nec malitiosè facere conatus est. 4. Ver. 91. a
VAGINA.
Vt clypei causa inuolucrum, vaginam autem gladii, sic præ-
ter mundum cætera omnia aliorum causa esse generata.
2. de Nat. d. 53. a
Gladius vagina vacuus. pro Mur. 133. b
Veruntamen inclusum in tabulis, tanquam gladium in va-
gina reconditum. 1. in Catil. 2. a
Educere gladium è vagina. 2. de Inuent. 131. a
Viriditas herbescens culmo erecta geniculato, vaginis iam
quasi pubescens includitur. de Senect. 47. a
VAGIO.
Et si quis deus mihi largiatur, vt ex hac ætate repuerascam,
& in cunis vagiam. de Senect. 75. a
Vagiens puer. 2. de Finib. 54. a
VAGUS.
Vult enim me Pompeius esse, &c. Itaque vagus esse cogita-
bam. ad Att. lib. 7. 130. 5. a
Fortuna vaga & volubilis. pro Milo. 51. a
Pars quæstionum vaga, libera, & late patens. 2. de Orat. 36. a
Errans & vaga sententia. de Nat. d. 2. 1. cui opponuntur Sta-
bilis & certa.
Solutum quiddam sit, nec vagū tamē, vt ingredi liberè, non
vt licenter videatur errare. in Orat. 42. a
Aliquem vagum & exulem errare. pro Cluen. 138. a
Prosequi vitam inopem & vagam. 2. Philip. 329. a
Sidera quæ vaga & mutabili ratione labuntur. de Vniu. 47
Dionysio, dum existimabam vagos nos fore, nolui molestus
esse. Attic. 117. b
Bestiæ motus solutos ac vagos à natura sibi tributos requi-
runt. de Fin. 138. b
Loci præter modum ampli vagas imagines reddunt. ad He-
rennium, 22. b
VAGE.
Quas exornationes non vagè disparsumus, sed reliquis sepa-
rauimus, quod, &c. ad Heren. 33. b
Res sparsæ & vagè disiectæ. ad Heren. 24. b
VAGOR, aris.
Vagamur egentes cum coniugibus & liberis. lib. 8. ad At-
ticum, 8
Is nunc tota Asia vagatur, volitat vt rex. in Ant. 231. b
In vrbe milites vagantur. Octau. 329. b
Hi contrà vagantur læti atque erecti passim toto foro, cum
quibusdam minis, & barbaro atque immmani terrore ver-
borum. pro Font. 19. a
Et primò, si placet, Stoicorum more agamus, qui breuiter
perstringere solent argumenta, deinde nostro instituto va-
gabimur. 3. Tusc. 23. a

Quo tempore homines fusi per agros, ac dispersi vagabantur. pro Sestio, 22. b

Prædones toto mari dispersi vagabantur. pro Flacc. 152. b
Nam fuit quoddam tēpus, quum in agris homines passim bestiarum more vagabantur. 1. de Inuen. 3. a

Nomen tuum longè atque latè vagabitur. pro Marc. 17. a
Eò fit, vt errem & vager latius. 4. Acad. q. 119. a

Non enim sumus ii, quorum vegetur animus errore, nec habeat vnquam quid sequatur. 2. Off. 9. a

Ne fluat, ne vegetur oratio. de Orat. 160. b
Vinam eum diem videam, quum ista oratio liberè vegetur, vt etiam in Siccæ domum introeat. Att. 258. b

Vt verba neque alligata sint, quasi certa aliqua lege versus, neque ita soluta, vt vagentur. de Ora. 159. b

Quacunque velis vagari. 2. de leg. Agrar. 45. a
Ne vagari & errare cogatur oratio. 1. de Ora. 104. a

Per orbem terrarum vagari. 2. de lege Agrar. 52. a
In hoc tam immenso campo vagari liberè. de Orat. 154. b

Eadem illa facultate vagari, qua velit. de Ora. 91. b
Volitare & vagari toto foro. ad Her. 36. b

Vagari magna cum caterua toto foro. de Orat. 100. b
Cæteros vmbRARUM vagari modo. de Diu. 98. b

Tota vrbe vagari. Attic. 225. b

Vagans.

Aues huc & illuc passim vagantes. 2. de Diu. 121. a

Valde.

Inhibere illud tuum, quod mihi valde arriserat, nunc vehementer displicet. ad Att. lib. 13. 278. 2. a

Scilicet valde dolui. 12. ad Att. 1
Epistola valde bella est. Att. 58. b

Neque enim valde de aduentu eius opinio est. ad Atticum, lib. 11. 224. 1. a

Cui destinatam iam laudem præripere valde esset iniquum. de Arusp. 4. a

Sed si paulò plus furor Pulchelli progredi posset, valde te ego istinc excitarem. 2. ad Att. 4

Literas tuas valde expecto. Tironi, lib. 16. 19. 2. a
Valde honoratus homo. 9. fam. 49

Homo & acutus vt Pœnus, & valde studiosus ac diligens. 4. Acad. q. 176. a

Valde iubeo gaudere te. 7. fam. 7
Epistola tua valde me leuauit. ad Att. lib. 4. 76. 1. a

De Hispania, noui nihil: sed expectatio valde magna. Cassio, lib. 15. 17. 5. a

Valde iureconsultum videri. 7. famil. 19
Valde enim eius causa volo. Tironi, lib. 16. 17. 4. a

Hic quicquid volet, valde volet. 14. ad Att. 1
Valde hoc velim, antequam proficiscare, conficias, &c. Att. lib. 2. 19. 2. a

Pœpeium valde velle. 8. fam. 32. in epist. Cælii. Id est cupere.

Valde bene.

Valde bene existimaui de ingenio eius. 15. fam. 53
Rem te valde bene gessisse rumor erat. Lent. lib. 1. 8. 13. a

Valde grauitè.

Valde grauitè pertexuit hunc locum. Attic. 9. b
Qui primum illud valde grauitè tulerunt, promulgatum ex Senatusconsulto fuisse. ad Att. lib. 1. 12. 11. a

Valde nimis.

Tu verò eum nec nimis valde vnquam, nec nimis sæpe laudaueris. 3. de Leg. a

Valde quam.

Nam suos valde quam paucos habet. Brutus ad Ciceronē, lib. 11. 13. 6. a

Tam valde.

Quid opus est de Dionysio tam valde affirmare? ad Attic. lib. 7. 128. 1. a

Quasi verò quidquam sit tam valde, quam nihil sapere vulgare. 2. de Diu. 122. a

Valde vehementer.

Valde vehementer eum visum, & liberè dicere. ad Atticum, lib. 14. 299. 3. a

Valens.

Mercurius alter Valens & Phoronidis filius, is qui sub ter-

ris habetur, idem Trophonius. 3. de Nat. d. 39
Valentius.

A. Valentius est in Sicilia interpres, quo iste interprete non ad linguam Græcam, sed ad furta & flagitia vti solebat. 5. Verr. 71

Recita testimonium publicum Liparensum, deinde quemadmodum Valentio numi dati sint. 5. Verr. 72

Numerare Valentio coguntur lucri h. s. x x x. millia. lib. 5. Verrin. 72

Valentini, populi. in Verr. 243. b

Valeo.

Valeo aliquid apud te. 8. fam. 46. in epist. Cælii. absolutè positum, pro, aliquid autoritate valeo.

Et quo animo Consules ferant hunc *ἔχρον*, rescribas ad me quantum potes & vales. Att. 61. b

O mi Cicero, inquit, gratulor tibi, quum tantum vales apud Dolabellam. ad Dolabel. lib. 9. 14. 7. a

Hoc valet ad agendum, &c. de Orat. 152. b
Ex eo genere quod ad differendum valet. de Fin. 108. b

Hæc res mihi valet ad gloriam. 3. in Cat. 72. a
Etenim ista Quæstura ad eam rem valet, vt, &c. 1. Ver. 34. a

& pro Corn. Balbo, 50
Hoc ad vincendum valet, vel ad vincendum graue est, vel ad dicendum leue est. pro Deiot. 144. b

Quod angustius apud Græcos valet. Tusc. q. lib. 3. 14. Id est, magis arctam habet significationem.

Peduceii autoritas multum apud me valet. ad Atticum, lib. 9. 181. 16. a

Autoritas tua plurimū apud me valet. Marcellus Ciceroni, lib. 4. 11. 1. a

Valet apud me plurimum dolor. 8. fam. 49. in epist. Cælii.

Quod etiam si verbo differre videatur, re tamen est vnum, & in omnibus causis idem valet. pro Cec. 296. b

Valet plurimum in excitando. 15. fa. 53. pro, ad excitandum.

Quodque plurimum valet, & nihil mihi eius est familiaritate iucundius. ad Brutum, lib. 11. 16. 4. a

Hoc igitur exprimere, &c. mirum quiddam valet, vel maximam habet vim. de Orat. 125. b

Vna definitio in omnes homines valet. de Leg. 161. b
Domitius valet amicis. Attic. 66. b

In hoc felicitatis fama sermoque valet. pro Mur. 37. a
Hoc contra te valet. Acad. q. 22. b

In vno seruuolo familie nomen non valet. pro Cec. 295. b
Diuturna valet opinio tarditatis. 1. Offic. 62. a

Non tantum valet, vt tollat è vita amicitiam. de Amic. 45. a
Illud verbum V N D E in vtramque rem valet. pro Cec. 65. a

Qui plus opibus, armis, potentia valent. de Fin. 60. b
Præmia quæ apud me minimum valent. epist. 12. b

Quæ valent contra falsam criminationem. de Orat. 138. b
Quod eò credo valebat, vt, &c. 3. de Nat. deo. 3. Id est, quod eò pertinebat.

Tamè erant ferè in more maiorum, qui tum vt lex valebat. 2. de Legib. 25

Siue illa vestis mutatio ad luctum ipsorum, siue ad deprecandum valebat. pro Sestio, 26. a

Classe valebant Æginetæ. 3. Offic. 90
Tu ad leges non solum negligendas, sed etiam perfringendas valuisti. in Cat. 101. b

Vtraque re valuisti. de Nat. deo. 2. 1
Aut si valuit, id valuit vt peccatū in eo hæreat. de Diu. 86. b

Valuit apud me plus pudor meus, quam timor. 6. fam. 20
Cur ergo postea aliu valuit autoritas. 2. Tusc. q. 91. a

Diuturna in eo valuit opinio tarditatis. de Orat. 95. b
Sp. Torius satis valuit in populari genere dicendi. de claris Oratorib. 176. b

De agris ratū est: fuit enim populi potestas, de ciuitate non valuit, &c. pro Domo, 219

Is longè plurimum ingenio valuit. de Claris, 169. b
Omnes Larinates qui valuerunt, venerunt Romam. pro Cluentio, 58. b

Quæ omnia ante istum Prætoem, & nostrorum magistratum autoritate, & Hælesinorum summa voluntate valuerunt. 4. Verr. 85

Quicquid valebo vel autoritate vel gratia, valebo tibi. Cecinæ, lib. 6. 6. 32. a

Certè aut apud te, & eos qui tibi adfunt, veritas valebit: aut, &c. pro Quintio, 3. a

Fiet enim quodcunque volēt qui valebunt: valebunt autem semper arma. Pæto, lib. 9. 17. 3. a

Quasi ego in isto genere animo quicquā, aut curatione, aut potestate valerem. pro Domo, 216. b

Ignari quid virtus valeret. pro Sestio, 16. b
Legem Tribunus pleb. tulit, vt lex Ælia & Fusia ne valerent. Postquam, 206. b

Qui plus opibus, armis, potentia valent, perfecisse tantum mihi videntur stultitia & inconstantia aduersariorum, vt etiam autoritate iam plus valerent. ad Lentulum, lib. 1. 7. 33. a

Vita autem adiuncta esse dicebāt, quæ ad virtutis vsu valerent. 1. Acad. 31. a

Cuius quum valuisset autoritas, &c. Off. 3. 136
Filius quidem eius, is qui hunc minorem Scipionem à Paulo adoptauit, si tantum corpore valuisset, in primis habitus esset disertus. de Claris, 38. a

Qui semper aliquid inquirunt, quod spectet & valeat ab bene beatèque viuendum. Offic. 33. b

Vt ad quasdam res natura loci pertinet, ad quasdam autem nihil: sic affectio astrorum valeat si vis ad quasdam res, ad omnes certè non valebit. de Diu. 141. b

Vereor, ne valeat Antonius. Attic. 257. b
Si maximè talis est deus, vt nulla gratia, nulla hominum charitate teneatur, valeat. 1. de Nat. d. 171. a

Quærimus verbum Latinum pro Græco, & quod idem valeat. de Finib. 66. b

Reliqui duo plebei sic exquantur, vt Domitius valeat amicis, adiuuetur tamè, non gratissimo munere. ad Atticum, lib. 4. 86. 3. a

Sed tamen hoc euenit, vt in vulgus insipientium opinio valeat honestatis, quum ipsam videre non possit. 2. Tusc. quæst. 106. a

Vtinam valeat ad celeritatem reditus tuus. Att. 67. b
Ærario quid valeat Respublica, nosse debet Senator. 3. de Legibus, 36

Hoc verbum quid valeat non vident. 3. Off. 52. a
Libertatem istam largior populo, vt & autoritate valeant, & vtantur bonis. 3. de Leg. 55. a

Ad consolandum autem quum illa valeant, &c. epist. 52. b
Quid valeant ista edicta, aut quò spectent. 16. ad Att. 23

Sed certè opus est ea valere & vigere, & naturales motus vsusque habere. de Fin. 132. b

Quid enim est, cur non potius ad summam laudem huic, quam ad minimam fraudem Cæsaris familiaritas valere debeat? pro Corn. Balbo, 50. a

Plus terrarum situs, quam lunæ tactus ad nascendum valere. de Diuin. 128. b

Multa ante cōgressum sunt, quæ non ad vulnus, sed ad speciem valere videntur. de Orat. 138. b

Valere animo vt corpore possis. 16. fam. 21
Sed hæc eadem num censes apud eos ipsos valere, nisi admodum paucos, à quibus inuenta, disputata, conscripta sunt? 2. Tusc. q. 16. a

Nam neque autoritate quisquā apud me plus te valere potest, neque voluntate. 1. de Orat. 3. a

Experiar, vt ne Sulpitius plus quam ego, apud te valere videatur. de Orat. 110. b

Valere curatione aut potestate. pro Domo, 12
Quod in omnibus causis & debet & solet valere plurimū. 1. Tusc. quæst. 42. a

Valere in omnes partes. 4. fam. 23
Quamquam hoc Chryippo nō videtur valere in omnibus. de Fat. 143. b

Valere in rem vtranque. pro Cecin. 65
Iudicium accusatoris in reum pro aliquo præiudicio valere. pro Mur. 138. b

Tamè intelligere potuisset, vincere te Romanos, nihilo magis in se, quam in Romanos valere. de Diu. 132. b

Multum valere virtute, disciplina. Tusc. q. lib. 1. 2

Valere opibus & gratia apud externos per hospites. de Fin. lib. 3. 52. & Offic. 2. 94

Nec quisquā est, quin ita existimet, meam spud te & autoritatem & gratiam valere plurimum. ad Brutum, 8. 1. a

Omnia veniebant Antonio in mentē, eaque suo quæque loco, vbi plurimum proficere & valere possent. de claris Oratoribus, 71. a

Valere temporibus. 6. fam. 48
Videmus alios velocitate ad cursum, alios viribus ad luctandum valere. Offic. 1. 149

Idem valere, & Distare, siue Differre, contraria. Topic. 223. b
Dicitur etiam C. Flaminius ad populum valuissè dicendo. de Claris, 164. b

Plurimum valuissè apud me tuam semper autoritatē cum in omni re, tum in hoc maximè negotio potes existimare. Marcellus ad Ciceronem, lib. 4. 11. 1. a

Non vereor ne meæ vitæ modestia parum valitura sit in posterum contra falsos rumores. 11. fam. 50. in epist. Matii.

Valeo, per translationem.

Ego valeo, sicut soleo, paulò etiam deterius, quam soleo. 5. fa. mil. 39. in epist. Luceii.

Si melius vales, vehementer gaudeo. Att. 61. b
Attica planè valet. Att. 213. b

Tullia nostra rectè valet. epist. 130. b
Nos hic valemus: & quò melius valeamus, operā dabimus. 11. fam. 38. in epist. D. Bruti.

Amici imbecilles valent. de Amic. 100. b
Hic tui omnes valent. epist. 93. b

Valēt pueri, studiosè discunt, diligenter docētur. Q. fra. 323. b
Si modò valuisti, & Romæ fuisti. Att. 77. b

Valebis igitur, meque, &c. epist. 256. b
Valebis igitur, & valere Pyliam nostram & Ceciliam iubebis, & saluebis à meo Ciceroue. Att. 92. b

Etiam atque etiam vale. ad Att. lib. 5. 107. 2. a
Mi frater vale. Q. frat. lib. 2. 10. 9. a

Etiam atque etiam vale patrone, &c. Att. 78. b
Vale mi Tiro, vale, & salue. Tironi, lib. 16. 6. 9. a

Sed vale. nam mihi dormiendum. 9. ad Att. 22
Valete mea desyderia, valete. Terentia, lib. 14. 2. 10. a

Cura vt valeas etiam atque etiam Tiro noster. ep. 257. b
Da operam vt valeas. Q. frat. 262. b

Oro te vt valeas. 3. ad Q. frat. 16
Si valeant recta consilia. Attic. 57. b

Quare ista valeant. Att. 261. b
Hominem aliquid agentem salutauit, postea valere iussi. ad Attic. lib. 5. 89. 3. a

Postea iam iussi valere, quum me spectans è sua villa, nunquid vellem, rogasset. ad Att. lib. 5. 89. 3. a

Quæ quum Aristoni & Pyrrhoni omnino visa sunt pro nihilo, vt inter optumè valere, & grauissimè ægrotare, nihil profus dicerent interesse. 2. de Fin. 71. a

Confido te iam vt volumus valere. Att. 97. b
Quia iudicabat te non valere. Att. 100. b

Valens.

Imberbis adolescens bene valens & meritis. pro Dom. 29. a
Fuit quondam ita firma hæc ciuitas & valens, vt iniurias ciuium ferre posset. de Arusp. resp. 56. a

Staius quidam colonus homo valens. pro Cluen. 138. a
Diodorus valens dialecticus. de Fat. 142. b

Robustus & valens & audax satelles. 2. de leg. Agrar. 83. a
Eo ipso die puer, quum hora vndecima in publico valēs visus esset, ante noctem mortuus. pro Cluen. 20. a

Quum morbo alicui mederi vis, cōsuetudo valētis & natura corporis cognoscenda est. pro Cluen. 23. b

His ille rebus ita cōualuit, vt nūc in vno ciui res ad resistendum sit: qui mallet tantas ei vires nō dedisset, quam nūc tam valenti resisteret. ad Att. lib. 7. 123. 7. a

Tamen leuabar cura, virum fortem & peritū, & plurimum autoritate valentem audiens, *πολιτικός* de pacis simulata periculis differentem. ad Att. lib. 7. 128. 4. a

Sed tamen Asclapo medicus planè confirmat, propediem te valentem fore. ad Tironem, lib. 16. 10

Valentem te malo paulò post, quàm statim imbecillum videre. 16. fam. 1
 Ibi bene valentem vidi Piliam. Att. 23. b
 Sensus sani & valentes. 4. Acad. q. 40. a
 Quæ esset oblectatio valentium? 2. Offic. 20. a
 Valentior fraus, quàm consilium meum. de Vniu. 51
 Nihil enim valentius est, à quo intereat. Acad. q. 44. b
 Quamquam in Lyfia sunt sæpe lacerti, sic vt fieri nihil possit valentius. de Claris. 170. b
 Quid potest esse mundo valentius? de Nat. d. 2. 23
 Est illa quidem impudens postulatio opinione valentior. ad Att. lib. 7. 126. 1. a
 Quavis tuta cõditione pacem concipere malui, quàm viribus cum valentiore pugnare. ad Messinum, lib. 5. 21. 7. a
 Valentiorum hæc laterum sunt, nec ab hoc quem informamus, aut expectanda, aut postulanda. in Orat. 47. a
 Quum homo imbecillus à valentissima bestia laniatur. epistol. lib. 7. 3
 Lictores valentissimi, & ad pulsandos verberandosque homines exercitissimi. 7. Verr. 111. a
 Semel circumfessus lectis valentissimorum hominum viribus cecidi sciens. in Ant. 244. b
Validus.
 Omnia viceris, si, vt spero, te validum videro. Tironi, li. 16. 7
 Validæ vires. in Arat. b
 Videmus ea quæ terra gignit, corticibus & radicibus valida feruari. de Fin. 131. b
Valide.
 Quin ego quum pro amicitia validissimè fauerem ei, & me iam ad dolèdum præparassem, postquam factum est, obstupui. 8. fam. 4. in epist. Cælii.
Valetudo.
 Valetudo & Morbus, contraria. de Fin. 119. b
 Valetudo, quam intermissis exercitationibus amiseram. epistol. 138. b
 Quosdam valetudo, modò bona sit, tenuitas ipsa delectat. de Claris. 170. b
 Valetudo postulat *πένυ, ἀκατάρη, ἀεὶ ἔλαττοι, συμμειδῶν, ἰέρην, δὴλυσιδου, καὶ λίας.* 16. fam. 24
 Valetudo sustentatur notitia sui corporis & obseruatione, quæ res aut prodesse soleant aut obesse, & continentia in victu, omnique cultu corporis tuendi causa, & præmittendis voluptatibus. 2. Offic. 127. a
 Infirma & ægra valetudo. de Claris. 84. a
 Bona valetudo. Postquam. 198. b
 Valetudo orationis bona. Orat. 145
 Valetudo confirmata à vetere morbo & à nouis tentationibus. 10. ad Att. 53
 Me & incommoda valetudo, qua iam emerferam, & c. tenebat iam duodecimum diem Brundusii. ad Att. lib. 5. 12
 Valetudo integra. de Fin. lib. 2. 54. & Tusc. lib. 4. 22
 Dabo operam, ne valetudo mea tuo labori desit. 14. fam. 1
 Valetudo opportuna est, vt dolore careas, & muneribus fungare corporis. de Amic. 100. b
 Multi valetudinis causa in hæc loca conueniunt. epist. 133. b
 Vt enim medicorum sciētiam non ipsius artis, sed bonæ valetudinis causa probamus. & c. 1. de Fin. 67. a
 Quibus contra valetudinis cõmodum laborandum est. pro Murena, 135. b
 Æsculapius potest præscribere per somnium curationem valetudinis. 2. de Diuin. 184. a
 Ex literis tuis intellexi animum meum tibi perspectum esse circa curam valetudinis tuæ, quam tibi esse gaudeo. Pæto, lib. 9. 15. 1. a
 Vt excusatione valetudinis, in Pis. 81. b
 Scripseras enim te quodam valetudinis genere tentari. ad Att. lib. 11. 229. 1. a
 Grauitas valetudinis. Torquato, lib. 6. 6
 Valetudinis imbecillitas. 7. fam. 5
 Nihil valetudinis incommodo feceris. 7. ad Att. 31
 Sed prorsus te commoueri incommodo valetudinis tuæ volo. Attic. 105. b
 Propter infirmitatem valetudinis non tam potuit patris si-

milis esse. 1. Off. 170. a. & ad Marium, lib. 7. 1. 1. a
 Diuturna perturbatio totius valetudinis. de Clar. 165. b
 Tanta perturbatio valetudinis tuæ. epist. 134. b
 Nonnullæ significationes valetudinis, vt hoc ipsum plene cõtine simus, ex quodam genere somniorum intelligi posse dicuntur. de Diu. 137. b
 At id quidem non proprium senectutis est vitium, sed commune valetudinis. de Senect. 84. b
 Qui valetudinis vitio furerent, & melancholici dicerentur. 1. de Diuin. 139. a
 Nunc Scæuola paulù requisit, dum se calor frangat: & nos ipsi, quoniam id temporis est, valetudini demus operam. 1. de Orat. 138
 Quum cum obiurgarem, quòd parum valetudini parceret. epist. 179. b
 Valetudini adhuc non satis seruisti, dum mihi deseruis. 16. fam. 24. in epist. ad Tironem.
 Te oro, vt valetudini tuæ, si me & omnes tuos valere vis, diligentiissimè seruias. ad Q. frat. lib. 1. 35
 Si ad grauem valetudinem dolor accessit. in Ant. 221. b
 Valetudine tuam iam confirmatam esse, & à veteri morbo, & à nouis tentationibus gaudeo. Att. 169. b
 C. Trebatius familiaris meus ad me scripsit, te ex se quæsisse, quibus in locis essem: molestèque te ferre, quòd me propter valetudinem tuam, quum ad urbem accessissem, non vidisses. Ser. Sulpino, lib. 4. 1. 1. a
 Si vnumquodque membrum sensum hunc haberet, vt posse putaret se valere, si proximi membri valetudinem ad se traduxisset. 3. Offic. 27. a
 Quis quacūque aut ætate, aut valetudine esset, putauit, & c. Postquam. 210. b
 Ipse melior fio, primùm valetudine, quã intermissis exercitationibus amiseram. ad Papirium Pætum, lib. 9. 44
 Quòd illa valetudine magis conficere se, quàm me tueri poterit. epist. 153. b
 Marius & valetudine est & natura imbecillior. ad Quin. fra. lib. 2. 12. 5. a
 Clodium Philetærum, quòd valetudine oculorum impediatur, hominem fidelem remisit. ad Terentiam, lib. 14. 4. 14. a
 Valetudine impeditus non potui. 1. de Orat. 61 a
 Is valetudine incommoda fuit. de Claris. 67. a
 Erat illo tempore infirma valetudine Habitus. pro Clu. 35. a
 Istinc ne te moueas tam infirma valetudine. epist. 77. b
 Cecidisse ex equo dicitur, & homo infirma valetudine latus offendisse vehementer. pro Cluent. 139. a
 Vix in ipsis tectis & oppidis frigus infirma valetudine vitatur, nedum in mari. Tironi, lib. 16. 8. 3. a
 In eius infirmissima valetudine, affectaque eius ætate. 1. de Oratore, 99. a
 Asclapone Patrensi medico vtor familiariter. eiusque cõsuetudo mihi iucunda fuit, tum ars etiam, quam sum expertus in valetudine meorum. epist. lib. 13. 21. a
 Mala valetudine animi, sanabiles tamen. 4. Tusculanarum quæst. 131. a
 Quam fuit imbecillis P. Africani filius, quàm tenui aut nulla potius valetudine. Caro, 31
 Esse summa senectute & perdita valetudine. 8. Phil. 254. a. & Tusc. q. lib. 5. 22
Valerius.
 P. Valerius Flaccus, Saguntum ad Annibalem à Senatu Legatus. 5. Philip. 183
 Fit s. c. vt C. Marius, L. Valerius Consules adhiberēt Tribunos pleb. & Prætores, quos eis videretur. pro C. Rabirio perduel. reo, 13
 Epistolas Catinam, Tauromenion, Syracusas cõmodius mittere potero, si Valerius interpres ad me nomina gratiosorum scripserit. 16. ad Att. 31
 Omnia officia C. Septimii, Q. Valerii, P. Craffi, Sext. Quintilii, C. Cornuti summa & in me & in Rempu. consueverunt. Postquam, 19
 Quumque intempesta nox esset, mansissimque in villa P. Valerii comitis & familiaris mei. 1. Philip. 5

Nympho quum se vellet æquo iudicio defendere, iste viros optimos recuperatores dat, medicum Cornelium, & aruspice Volusianum, & Valerium præconem. 5. Verr. 44
 P. Valerio pro maximis in Rempubliam beneficiis data domus est in villa publica, at mihi in palatio restituta. de Aruspice. resp. 14
Valeria lex.
 At hoc Valeria lex non dicit? Corneliæ leges nõ sentiunt. 3. in Rullum, 5
 Ad me P. Valerius homo officiosus scripsit, id quod ego maximo cum fletu legi, quemadmodum à Vesta ad tabulam Valeriam ducta esses. 14. fam. 5
 Quum cum tu Cõsulem in vincula duceres, & à tabula Valeria collegæ tui, & c. in Vatin. 15
 Valeria lege, Corneliisque legibus eripitur. 3. in Rul. 4
 Ego hoc quæro: quí potuerunt ista ipsa lege quæ de proserione, siue Valeria est, siue Cornelia (non enim noui, nec scio) verum ista ipsa lege bona Sext. Roscii vanire quí potuerunt? pro Rosc. Amer. 74
Valgius.
 Apparet eam legem, non à vestrorum commodorum patrono, sed à Valgii genero esse conscriptam. 3. in Rull. 3
Vallum.
 Vallum Alpium contra assensum transgressionemque Gallorum. in Pison. 97. b
 Ferre vallum. 2. Tusc. q. 62. a
 Vallo & fossa circumdedi, sex castellis, castrisque maximis sepsi. ad Caton. lib. 15. 4. 29. a
 Oppidum cinximus vallo & fossa, & aggere maximo. Attic. lib. 5. 108. 7. a
 Et contra auium minoram morsum munitur vallo aristarum. de Senect. 88. b
 Munitaque sunt palpebræ tâquam vallo pilorum. 2. de Natura deo. 214. a
 Fossa & vallo septum tenere aliquem. ad Att. lib. 9. 184. 3. a
Vallo, as.
 Atque hæc omnia quasi sepimento aliquo vallabit, differendi ratione, & c. 1. de Legib. 92. a
Vallatus.
 Ius legationis quum hominum præsidio munitum sit, tum etiam diuino iure est vallatum. de Aruspice. 50. a
 Pontus & regis quondam opibus, & ipsa natura regionis vallatus. pro Arch. 189. b
 Catilinam interea alacrem atque lætum, stipatum choro iuuentutis, vallatum iudicibus atque ficariis. pro Mur. 46. a
Valuæ.
 Ibi enim postis est, vbi repli aditus est, & valuæ ambulationis. pro Domo, 93. a
 Cur valuæ Concordiæ non patent? 2. Phil. 108. a
 In templo Herculis, valuæ clauæ repagulis, subito se ipsæ aperuerunt. 1. de Diuin. 127. a
 Hæc alia duo signa, quæ ad valuas Iunonis Samiæ steterunt. 3. in Verr. 41. a
 Cõfirmare hoc liquido Iudices possum, valuas magnificentiores ex auro atque ebore perfectiores nullas vnquam vilo tempore fuisse. 6. Verr. 110. a
Vanitas, vide post Vanus.
Vanus.
 Vana ratio. Id est falsa. ad Heren. 12. b
 Eius malitiam non viderunt, orationi vanæ crediderunt. pro Rosc. Amer. 69. a
 Necessè est iste qui amicum, socium, affinem, fama ac fortunis spoliare conatus est, vanum se & perfidiosum & impium esse fateatur. pro Quintio, 13. a
 Aruspices vanos futilesque esse dicamus. de Diu. 88. b
 Memini, neque vnquam obliuiscar noctis illius, tibi vigilantanti, affidenti, moerenti, vana quædam miser atque inania, falsa spe inductus pollicebar. pro Planc. 81. a
Vanescio.
 Animi labes, nec diuturnitate vanescere, nec manibus vllis elui potest. 2. de Leg. 40. a
Vanitas.
 Blanda vanitas. de Amic. 114. b

Si deprauatio consuetudinum, si opinionum vanitas imbecillitate animorum torqueret. de Leg. 161. b
 Nulla igitur in cælo nec fortuna, nec temeritas, nec erratio, nec vanitas inest. 2. de Nat. d. 80. a
 Talis autem simulatio vanitati coniunctior est, quàm liberalitati. Offic. lib. 1. 69. a
 Tum ita variis imbuimur erroribus, vt vanitati veritas, & opinioni confirmatæ natura ipsa cedat. Tusculan. quæst. lib. 3. 40. a
 Attende vanitatem comitati esse oppositum. Part. 231. b
 Qui in vendendo orationis vanitatem adhibent. Off. 63. b
 Idque comitate fit magis, quàm vanitate. ad Her. 12. b
 Leuitate, vanitate, malitia, exclusam diuinationem probor. 1. de Diuin. 217. a
 Vanitate nihil turpius. Offic. 1. 209
Vapor.
 Ipse enim oritur ex respiratione aquarum. Earum enim quasi vapor quidam aer habendus est. 2. de Nat. d. 40. a
 Terra semen tepesfactum vapore & complexu suo diffundit. de Senect. 83. b
 Vapores, qui à sole ex agris tepesfactis & aquis excitantur. de Nat. 49. b
 Sunt autem stellæ natura flammæ, quocirca terræ, maris, aquarum vaporibus aluntur. 2. de Nat. d. 40. a
Vaporarium.
 Vaporarium, ex quo ignis erumpit, effert sub tectum cubiculi. ad Q. frat. lib. 3. 17. 4. a
Vapulo.
 Qui, quum se omnium sermonibus sentiet vapulare, & quum has actiones *δυναστεύειν* videbit, rure incipiat. ad Att. lib. 2. 29. 1. a
 Sufurrations duntaxat veniunt, alius equitem perdidisse: quod opinor certè factum est: alius septimam legionem vapulasse. Cælius ad Cic. lib. 8. 1. 9. a
 Vardæi, populi. epist. 65. b
Vargula.
 Quí igitur distinguemus à Crasso, à Catulo, à cæteris familiarem vestrum Ganium, aut Vargulam amicum meum? Non me hercule in mentè mihi quidem venit: sunt enim dicaces. 2. de Orat. 135
Vargunteus.
 Quis nostrum adfuit Vargunteo? nemo: ne hic quidem Q. Hortensius, præsertim qui illum solus antea de ambitu defendisset: non enim iam se vilo officio cum illo coniunctum arbitrabatur, quum ille tanto scelere commissor omnium officiorum societatem diremisset. pro Syll. 4
Varinus.
 Pro quo quum à P. Varino Prætoze pecuniam accepisset, celauit suos ciues, vltroque iis sumptum intulit. quod postea quàm Tenni literis à P. Varino missis cognitum atque patefactum est, & c. pro Flac. 36
Varius.
 Redeat ad imperatorem suum Varius, sed ea lege, ne vnquam Romam reuertatur. 8. Philip. 255. & 256
 Audistis ob ius dicendum, Q. Varium dicere procuratores suos isti centum & triginta millia nummum dedisse. meministis Q. Varii testimonium, remque hanc totam C. Sacerdotis hominis ornatissimi testimonio comprobari. 4. Verrinar. 82
 Ipsi Sulpitii nulla oratio est. Cottæ pro lege Varia quæ inscribitur, eam L. Ælius scripsit Cottæ rogatu. in Bruto, 107. & 168
Varius, a, um.
 Varius in causa. post red. in Senat. 18
 Assentatoris animus varius, commutabilis, & multiplex. de Amic. 113. b
 Varius homo importunissimus. de Nat. d. 76. b
 Plato varius & multiplex & copiosus fuit. Academ. quæst. lib. 1. 24. a
 Præturæ iurisdicctio varia & multiplex ad suspicionem & simultates. pro Flac. 147. b
 Varia multiplexque natura. pro Cæl. 40. b
 Oratio multa, & varia, & copiosa. 2. de Orat. 118. a
 LLL. i.

Varium ius & dispar conditio. 7. Verr. 40. a
Varium & elegans poema. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 7
Latinū verbū est, idque propriè quidē in disparibus coloribus dicitur, sed trāsfertur in multa disparia, variū poema, varia oratio, variū mores, varia fortuna, &c. 1. de Fin. 16. a
Veſtigal bellis inſeſtum, fruſtibus varium, contra Rul. 82. b
In vario iure: id est, quum Iurifconſulti de aliqua re contraria reſpondent. pro Cec. b
Multiplices variique ſermones. Orat. 198. b
Principes qualitates ſunt vniuſmodi & ſimplices: ex his autem ortæ variæ ſunt & quaſi multiformes. Acad. 1. 20
Diſputationes variæ & diuerſæ, & in omnem partem diſſuſæ. 3. de Orat. 35. a
Variæ ſint literæ tuæ. 3. ad Att. 30
Naturæ variæ & voluntates, multum inter ſe diſtantia effecerunt genera dicendi. Orat. 201. b
Sententiæ variæ & diſcrepantes. 1. de Nat. d. 2. a
Varia & diuerſa genera bellorum, pro Pomp. 9. b
Varia genera beſtiarum, vel cicurum, vel ferarū. de Na. 45. b
Ferre ea quæ videntur acerba, quæ multa & varia in hominum vita verſantur. 1. Offic. 97. a
Quarum rerum fateor magnam multiplicemque eſſe diſciplinā, & multas copioſas variæſque rationes. de Or. 104. b
In variis meis temporibus & ſollicitudinibus & lætitiis tuas. 1. ad Att. 50

Varie.

Variè abundans. de Finib. 88. b
Variè ſum affectus tuis literis. ad Tiron. lib. 16. 6. 1. a
Numeri non eodem modo, ſed variè concluſi. de Clar. 198. b
Poſtea decernitur, ac non variè, ſed propè cōiunctis ſententiis, vt laudatio quæ C. Verri decreta eſſet, tolleretur. 6. Verrin. 128. a
Numerus, vt dixi, huius generis latè & variè diſſuſus. ad Tironem, lib. 16. 6. 1. a
Quis autem eſt tanta quidem de re, quin variè ſecum ipſe diſputet? Att. 132. b
Perinde vt quæque ſtellæ in his ſinitimiſque partibus ſint, quòque tempore, eamque vim variè moueri ab iis ſyderibus quæ vocantur errantia. 2. de Diu. 133. a
Variè perſcripti ſermones. 1. Acad. 12. a

Vario, as.

Ergo ille princeps variabit & mutabit vocem. Orat. 202. b
Oratoris eſt formare orationem, eamque variare & diſtinguere, quaſi quibusdam verborum ſententiarumque inſignibus. de Orat. lib. 2. 20. a
Variare autem orationem magnopere oportebit. 1. de Inuentione, 89
Vocem variare & mutare. in Orat. 32. a
Ne varietur, ſed conſeruetur æquabilis. 1. ad Q. frat. 15
Omni autem priuatione doloris putat Epicurus terminari ſummam voluptatem, vt poſtea variari voluptas diſtinguique poſſit: augeri, amplificarique non poſſit. 1. de Finibus, 60. a
In eo variari inter eos videtur. de Fin. 127. b

Variatus.

Hæc ſcilicet in imbecillo remiſſoque animo multa omnibus modis confuſa & variata verſantur. de Diu. 137. b
Aliquem reum variatis iudicium ſententiis diuina ſententia eſſe liberatum. pro Milon. 6. a

Varietas.

Varietas enim Latinum verbū eſt, idque propriè quidem in diſparibus coloribus dicitur, ſed tranſfertur in multa diſparia: &c. 2. de Fin. 15. a
Varietas cantandi. de Fin. lib. 5. 46
Varietas atque infidelitas exercitus eius. 10. famil. 36. in epiſtola Planci.
Florum omnium varietas. de Senect. 50. a
Varietas fortunæ propria. Diuin. lib. 2. 85
Perturbat nos, ne honeſta & turpia rectè diiudicemus, opinionū varietas, hominumque diſſenſio, & quia non idem contingit in ſenſibus. 1. de Leg. 35
Sententiarum varietas. 2. de Orat. 32. a
Temperata varietas & natura ſonorum. Tuſc. q. lib. 1. 50

Varietas magna temporum. 6. fam. 19
Varietas maximè auditores delectat. 3. ad Her. 114
Varietas quantum in legendo delectat. 5. fam. 30
Voluptas quæ faciat varietatem voluptatum. de Fin. 80. b
Eaque eam, quam probo, habent varietatem. Orat. 206. b
Diſſimilitudo ciuitatum, varietatem iuris habet maximam. pro Corn. 61. b
Illi orbis varietatem maximam habent, aliique in aliis locis ſunt. de Diu. 127. b
Videat ne ignoret & gradus, & diſſimilitudines, & vim, & varietatem Atticorum. de Claris, 191. b. & pro Corn. 55. b
Neque hoc prouiderim, vt varietate criminum vos attentos tenerem. 7. Verr. 124. a
Varietate gentium conſtans prouincia. pro Font. 3. a
Diſtinguere hiftoriam varietate locorum. 1. de Orat. 29. a
Varietate vitatur ſatietas. 4. ad Heren. 159
Varietate deum delectari putamus. de Nat. d. 1. 17
Varietate inſatiabili multitudo eorum incredibilis diſtinguitur. 2. de Nat. d. 72
Quæ omnia ſiunt & ex cæli varietate, & ex aſpiratione terrarum. de Diuin. 97. b
Maiore in varietate verſata eſt cauſa tua. 6. fam. 7
Bellum magnum & difficile, & in multa varietate terra marique verſatum. pro Arch. 189. b
Qui deos eſſe dixerunt, tanta ſunt in varietate & diſſenſione conſtituti, vt, &c. de Nat. d. lib. 1. 2
Varietates iniuriæque fortunæ. de Finib. lib. 4. 15
Varietates meorum temporum. 13. fam. 52
Vt in corporib⁹ magnæ diſſimilitudines ſunt, ſic in animis exiſtunt maiores etiam varietates. 1. Offic. 151. a
Stella Iouis multas efficit varietates. 2. de Nat. d. 76. a
Surdus varietates vocum aut modos noſcere non poteſt. de Diuin. lib. 2. 13. a

Variæ.

Quum varices ſecabantur C. Mario, dolebat. 2. Tuſc. q. 61. a
Varro.

Quum vir omnibus rebus ornatiffimus C. Varro, qui tum in Aſia Tribunus militum fuit, hæc eadem ipſa ſe ex Philodamo audiſſe dicat: &c. 3. Verrin. 49
Ac primum illud tempus familiaritatis & conſuetudinis, quæ mihi cum illo, quæ fratri meo, quæ C. Varroni conſobrino noſtro ab omnium noſtrum adoleſcentia fuit, prætermitto. de Prouinc. 33
Et tamen (inquit Varro) in illis veteribus noſtris quæ Menippum imitati, non interpretati, quadam hilaritate conſperſimus, multa admixta ex intima philoſophia, multa dialecticè dicta: quæ quo facilius minus docti intelligerent, iocunditate quadam ad legèdum inuitati, in laudationibus, in iis ipſis antiquitatū præcæmiis philoſophiæ, ſcribere voluimus, ſi modò conſecuti ſumus. 1. Academ. quæſt. 6

Quis verò audiuit vnquam de fortunis Varronis rem vllam eſſe detractam? &c. Studiorum enim ſuorum M. Varro voluit eſſe illud, non libidinum diuerſorium. 2. Philippic. 103

πολυπραγματον Varronis tibi probari nō moleſtè fero, à quo adhuc ηεκαχέδον illud non abſtuli. 16. ad Att. 29
Silent enim diutius muſæ Varronis, quam ſolebant: nec tamen iſtum ceſſare, ſed celare quæ ſcribat, exiſtimo. 1. Academ. q. 2

Non ſi Varronis theſaurus haberem, ſubſiſtere ſumptui poſſem. Brutus Ciceroni, lib. 11. 10. 10. a

Ab hac religionum perturbatione aduolas in M. Varronis ſanctiſſimi atque integerrimi viri fundum Caſſinatem. 2. Philipp. 101. a

Sunt, inquam, iſta Varro. Nam nos in noſtra vrbe peregrinantes, errantēſque tanquam hoſpites, tui libri quaſi domum deduxerunt, vt poſſemus aliquando, qui, & vbi eſſemus, agnoſcere. Tu ætatem patriæ, tu diſcriptiones temporum, tu ſacrorum iura, tu ſacerdotum, tu domeſticam, tu bellicam diſciplinam, tu ſedem regionum, locorum, tu omnium diuinarum humanarumque rerū nomina, genera, officia, cauſas aperuiſti. 1. Academic. quæſt. 13

Vas, vadis.

Is qui morti addictus eſſet, paucos ſibi dies commēdandorum ſuorum cauſa poſtulauit, vas factus eſt alter ſiſtēdi eius: vt ſi ille nō reuertitſet, moriendū eſſet ipſi. 3. Off. 59. a
Me pro adoleſcentulo Reſp. accepit vadem. ad Brut. 58
Quorum quum alterū vadem mortis accepit, alter vt vadem ſuum liberaret, præſto fuit ad horam morti deſtinatam. Tuſc. q. lib. 5. 46
Vadem te ad mortem tyranno dabis pro amico, vt Pythago reus ille fecit Siculo tyranno. 2. de Fin. 127. a
An ſumptum poſcet vadem Scaptius? Att. 91. b

Vadimonium.

Non dubitavi, inquit, quū vadimonium deſertum eſſet, bona proſcribere. pro Quintio, 33. a
Vadimonium tibi cum eo nullum fuit. pro Quint. 10. b
Negat enim in tanta multitudine eorū qui vna eſſent, quēquam fuiſſe, qui vadimonium concipere poſſet. Quint. fr. lib. 2. 16. 4. a
Vadimonium alicui deſerere. pro Quintio, 27. & 50
In hominē ire cupiebam, non me hercule vt differē cum eo vadimonium: &c. ad Att. li. 2. 22. 2. a. & pro Quint. 11. 12. & 25
Ex eo tēpore res eſſe in vadimonium cœpit. pro Quint. 4. b
Qui poſtea quoque vadimonium miſſū fecerit. pro Quint. 15
Quo die vadimonium iſtuc factum eſſe dicis? pro Quint. 10. b
Obire vadimonium alicui. pro Quint. 9. b. & pro Roſ. Com. 22
Ego iam neque vado amplius, neque vadimonium promitto. pro Quintio, 4. b
Quum omni ratione tamen ibi calumniarentur, promittūt Herbitenſes vadimonium Syracuſas. 5. Verr. 66. a
Iura Sicularum quæ habent à populo Rom. ne extra ſuum forum vadimonium promittere cogantur. in Verr. 5. 30. a
Quod iſti ſimulac renuntiatum eſt, hominem iubet Lilybæum vadimonium venerio ſeruo promittere. 7. Verr. 110. a
Venit Romam Quintius, vadimonium ſiſtit. pro Quint. 15
Ad vadimonium non venit. quis: is qui tibi præſto ſemper fuit. pro Quintio, 30. a
Vadimonia dilata. epiſt. 22. b. & pro Quint. 4. b
Decoſtores qui vadimonia deſerere, quam illum exercitum maluerunt. in Catil. 105. b
Omnia quæ curant meminerunt, vadimonia conſtituta, qui ſibi, cui ipſi debeant. de Senect. 19. a
Quintius cum cæteris quæ habebat, vadimonia diſſert. pro Quintio, 4. b
Qui quo tēpore primum malè agere cœpit, in vadimoniis differendis tempus omne conſumpſerit. pro Quint. 25. a

Vador, aris.

Hic hominem in præſentia non vadatur, ita ſine vadimonio diſceditur. pro Quint. 4. b
Vt hic quoque Apronio, qui ex Leontino vſque Lilybæum aliquid vadaretur, ex miſeris aratoribus calūniandi quæſtus accederet. 5. Verr. 30. a
Se iam neque vadari amplius, neque vadimonium promittere, &c. pro Quint. 12. a
Debere tibi dicis Quintium: procurator negat. vadari vis: promittit. in ius vocas: ſequitur. iudicium poſtulas: nō recuſat. pro Quint. 42. a

Vas, vaſis.

Erat etiā vas viniarū ex vna gēma pergrandi. in Ver. 6. 54. a
Nam corpus quidem quaſi vas eſt, aut aliquod animi receptaculum. 1. Tuſc. q. 82. a
Vaſa Corinthiaca & Deliacæ, in quibus & autepra illa, quam tanto pretio nuper mercatus eſt, &c. pro Sex. Roſc. 79. a
Vaſa magnifica & pretioſè cæzata. 2. de Inuent. 209. a
Ille ex Sicilia caſtra iam mouerat, & vaſa collegerat. 6. Verr. 135. a. Hoc eſt, repente Diodorus profugerat.
Efferre ſine thecis vaſa. 6. Verr. 46. a
Atque ille expoſuit vaſa Samia. pro Mur. 69. a

Vaſarium.

Nōne ſeſtertiūm cēties & octogies, quod, quaſi vaſarii nomine, in venditione mei capitis aſcripſeras, ex arario tibi attributum Romæ in quaſtu reliquiſti? in Piſo. 68. a

Vaſcularius.

In regiam maximā palām artiſices omnes calatores ac vaſ-

cularios conuocari iubet, ipſe ſuos complures habebat. 6. Verrin. 48. a

Vaſtus.

Vaſtus atque agreſtis. 1. de Orat. 57
Ager propter ſterilitatem incultus, propter peſtilentiam vaſtus atque deſertus. 2. de leg. Agrar. 71. a
Homo vaſtus atque fœdus. 1. de Orat. 57. a
Bellua vaſta & immanis. de Diuin. 90. b
Quadrupes qua vaſta tenetur. de Nat. d. 48. b
Solitudo vaſta. in Somn. Scip. 21. a
Aut ita vultu motuque corporis vaſti atque agreſtes, vt, &c. 1. de Orat. 57
Crebræ vocalium concurſiones, quæ vaſtam & hiantem orationem reddunt. ad Heren. 27. b
Elephanto belluarum nulla prudentior, at figura quæ vaſtior. 1. de Nat. deo. 69
Quæ Barbaria India vaſtior aut agreſtior? Tuſc. q. 113. a
Litera vaſtior. in Orat. 86. a
Axilla ala factus eſt, fuga literæ vaſtioris. Orat. 211. b
Quum mare vaſtiſſimum hyeme tranſibas. in Piſo. 45

Vaſte.

Sic maiores, non aſperè, vt ille quem dixi: non vaſtè, non ruſticè, non hiulcè, ſed preſſè & æquabiliter & leniter. 3. de Orat. 26. a
Id aſſequemini, ſi verba externa cum conſequētibus primis ita iungatis, vt nevé aſperè concurrant, nevé vaſtius diducantur. 3. de Orat. 95. a

Vaſtitas.

Vaſtitas Italiæ. 10. fam. 74. in epiſt. Polionis.
Audiſtis, &c. quæ ſolitudo eſſet in agris, quæ vaſtitas, quæ fuga oratorum, quam, &c. 6. Verr. 102. a
Cauſæ eluuiōnis, peſtilentiæ, vaſtitatis, belluarum etiam repentinæ multitudines. Off. 36. b
Valde eſt venuſtum: quanquam mihi iſta omnia iam addiſta vaſtitati videntur. ad Attic. lib. 9. 180. 12. a
Deſlere iudiciorum vaſtitatem. de Claris, 11. a
Quum vaſtitatem à tēplis, delubris, vrbe, Italia depellebam. pro Flacco, 146. b
Et eum admiratum quaſiſſe de deo, quodnam illud eſſet tale moſtrum, & deum reſpondiſſe vaſtitatem eſſe Italiæ. 1. in Catil. 8. a
Pacati atque focii, nefario bello laceſſiti, ſana vexata, hanc tantam efficerent vaſtitatem. in Piſo. 67. a
Quum vaſtitatem Italiæ reſpexerit. epiſt. 165. b
Teſta vrbiſ, vitā omnium ciuium, Italiam denique totam, ad exitium & vaſtitatem vocas. 1. in Cat. 8. a
Animos terreri vaſtitate, peſtilentia, terræmotibus. de Natura deo. 28. b
Volucres, angues, ex vaſtitate Libyæ vento Africo inuchi in Ægyptum. de Nat. d. 1. 72

Vaſtificus.

Herimanthiam hæc vaſtificam abiicit belluam. 2. Tuſcul. quæſt. 38. a

Vaſto.

Antonius decurſionibus per equites vaſtat ea loca, quæ incurrit. 11. fam. 17. in epiſt. D. Bruti.
Multa caſtella cepi, multa vaſtaui. epiſt. 169. b
Qui vaſtares vrbeſ incendio, Italiam bello. Octa. 330. b
Agros vaſtare & exinere. 5. Verr. 99. a
Primum cōſilium eſt, ſuffocare vrbeſ & Italiam fame, deinde agros vaſtare, vrere, pecuniis locupletum non abſtinere. 9. ad Att. 20
Hæc quæ iam pridem vaſtare ſtudes. in Cat. 101. b
Vaſtare & diripere totam Italiam. 4. in Cat. 86. a
Regiones vaſtare. Vatinius Ciceroni, lib. 5. 10. 4. a
Qui Peſſinum ipſum de ſede Matris deorum vaſtaris. de Aruſp. reſp. 150. b
Quum bello vaſtabitur Italia, vexabuntur vrbeſ, teſta ardebunt. in Cat. 103. b
Homines non patiuntur terram immanitate belluarum efferari, nec ſtirpium aſperitate vaſtari. de Nat. d. 46. b
Homo magis ad vaſtandum Italiam, quam ad vincendum paratus. ad Att. lib. 8. 169. 4. a

Vastatus.

Lex erat lata, vastato atque relicto foro, pro Sextio, 45. a
Quæ diripiis ipse, ut viderentur ab hoste vastata. epistolat. 120. b

Vastatio.

Ego tamen si id acciderit, fratrem cum equitatu mittam, qui sequatur, Italiam a vastatione defendat. Plancus Ciceroni, lib. 10. 15. 10. a

Ergo in vastatione omnium tuas possessiones sacrosanctas futuras putas. in Catil. 38. a

Vates.

Aruspices, augures, arioli, vates, coniectores. de Nat. d. 12. b
Hac vate suadente id est Sibylla. de Arusp. 250. b

Interpretari effata incognita fatidicorum & vatium. 2. de Legibus, 33. a

Libri vatium Apollinis. de Arusp. 248. b
Versus quos olim Fauni vatesque canebant. 1. de Diu. 187. a

Ut vates ac coniectores nobis essent colendi. de Nat. d. 1. 39

Vaticinor.

Sed ego fortasse vaticinor, & hæc omnia meliores habebunt exitus. 2. fam. 33

Qui hæc diceret, vaticinari & insanire dicebat. pro Sest. 17. a
Illud quod volumus, expressum est, ut vaticinari furor vera soleat. 1. de Diu. 117. a

Stultus igitur noster Attice, non ariolos, ut illa, cui nemo credit, sed coniectura prospiciens,

Iam iamque mari magno, non multo inquam secus possum vaticinari: tanta malorum impendet. in Nat. ad Att. lib. 8. 155. 5. a

Per furorem vaticinari. 1. de Diu. 63. a

Empedoclem quidem carminibus Græcis vaticinatum ferunt, quæ in toto mundo, & c. de Amic. 100. b

Vaticinans per furorem, ut Sibylla. Diu. lib. 1. 33

Vaticinatio.

Hoc est artis & scientiæ, non vaticinationis & motus. de Diu. 131. b

Nam pridem quidem quoquo modo potuerat, scripseram ipse cas literas, quarum vaticinationem falsam esse cupio. ad Attic. lib. 8. 39

Sortes quæ vaticinatione funduntur. 2. de Diu. 106. a

Auspicia, oracula, somnia, vaticinationes. Acad. q. 27. b

Vaticinationes & responfa sacerdotum, aruspicum, coniectorum. Partit. 130. b

Multa ex Sibyllinis vaticinationibus, multa ex aruspicum responsis commemorare possum, & c. 2. de Nat. d. 7

Vaticanus.

Vaticanus ager Romæ proximus. in Rul. 44

Illum campum Vaticanum fieri quasi Martium campum. ad Att. lib. 13. 46

A ponte Muluio Tiberim duci secundum montes Vaticanos. 13. ad Att. 46

Vatienus.

At enim præfentes videmus deos, ut apud Regillum Posthumius, in Salaria Vatienus, nescio quid etiam de Locrorum apud Sagram prælio. 3. de Nat. d. 8

Quos Homerus, qui recens ab illorum ætate fuit, sepultos dicit Lacedæmone, eos tu cæteris albis nullis colonibus obuiam Vatieno venisse existimas, & victoriæ populi Rom. Vatieno homini potius rustico, quam M. Catoni, qui tunc erat princeps, nuntiauisse. 3. de Nat. d. 8. de Tyndaridis, id est, hominibus homine natis.

Vatinius.

Ego sedente Cn. Pompeio, quum ut laudaret P. Sestium, introisset in urbem, dixissetque testis Vatinius me fortuna & felicitate C. Cæsaris comotum illi amicū esse cœpisse: dixi me eam Bibuli fortunam, quam ille afflicta putaret, omnium triumphis victoriisque anteferre. 1. fam. 33

Vatinius in Appii locū suffectus. 5. fam. 24. in epist. Vatiniū.

Vatinius Quæstor c o s. me. in Vat. 8

Vatinius Trib. p. t. c o s. C. Cæsare. in Vat. 11

Vatinius a tribu sua Sergia notatus. in Vat. 29

Vatiniū lex de alternis consiliis reiciendis. in Vat. 22

Vatiniū impia sacra. in Vat. 10

Denique etiam Vatiniū struamiam sacerdotii vestiant. 2. ad Att. 27

Vatiniū autem scire te velle ostendis, quibus rebus adductus defenderim & laudarim. 1. fam. 31

Vatiniū, a quo palam oppugnabatur, arbitrato nostro concidimus, diis hominibusque plaudētib. Quinetiā Paulus nos er, quū testis productus esset in Sestio, confirmavit se nomen Vatiniū delaturū, si Macer Licinius cūctaretur, & c. Quid quæris: homo petulās & audax Vatinius valde perturbatus debuit atque discessit. 2. ad Q. frat. 13

At quid ei cum Apollonia: quid cū Dyrrhachio: quid cum Illyrico: quid cum P. Vatiniū imperatoris exercitu: 10. Philipp. 176

P. autem Vatiniū, qui & antea iure laudatus a nobis, & hoc tempore merito laudandus est, aperuit Dyrrhachii portas Bruto, & exercitum tradidit. 10. Philipp. 178

Vber, Vberius, Vbertas, vide Huber.

Vbi.

Quinque multa colligeres & ex legibus, & ex Senatusconsultis, vbi, & c. de Orat. 106. b

Vbi, pro postquam, & simul ut. de Orat. 144. b

Vbi Galli cantum audiuit. in Piso. 94. b

Vbi terrarum fumus: pro Rab. Posth. 128. b

Quid est, inquit, Catule, Cæsar: vbi sunt qui Antonium negant Græcè scire: de Orat. 113. b

Esti mihi nihil erat propositum ad scribendum, quia quid ageres, vbi terrarum esses, ne suspicabar quidem. ad Attic. lib. 5. 97. 4. a

Quod qui eas dispensauit, neque adest istic, neque vbi terrarum sit, scio. ad Att. lib. 11. 209. 1. a

Vbi quisque sit, ibi esse minimè velit. 6. fam. 13

Et ibi malis esse, vbi aliquo numero sis, quam isthic, vbi solus sapere videre. 2. epist. 57

Vbi exurgere poterimus, aut quando: 7. ad Att. 43

Vbi hoc facis: 6. fam. 28. in epist. A. Cecinæ. Id est, quum tu hoc facias.

Hæc vbi filio nūtiata sunt, statim exanimatus ad ædes contendit, & c. 3. Verr. 46. a

Vbi semel quis peierauerit, ei credi postea, etiā si per plures deos iuret, non oportet. pro Rab. Posth. 22. a

Est vbi id isto modo valeat. 5. Tusc. q. 35. a

Vbicunque.

Esti vbicunque es, in eadem est naui. epist. 78. b. & 19. b

Vbicunque factum est, improbè factum est. 5. Verr. 187. a

Omnes hoc loco ciues Romani, & qui adsunt, & vbicunque sunt, vestram seueritatem desiderant. 7. Verr. 135. a

Qui vbicunque terrarum sunt, ibi est omne Reip. præsidium. 2. Philipp. 108. a

Nihil est enim virtute amabilius: quā qui adeptus erit, vbicunque erit gentium, a nobis diligitur. de Nat. d. 1. 85

Illud abs te peto, des operam, id quod mihi affirmasti, ut te ante Calend. Ian. vbicunque erimus, sistas. ad Att. 3. 67. 2. a

Vbinam.

In qua non video vbinam mens constans, & vita beata pos sit insistere. de Nat. d. 1. 18

O dii immortales, vbinam gentium fumus: 1. in Cat. 6. a

Vbique.

Aut Epicurus quid sit voluptas, aut omnes mortales qui vbi que sunt, nesciunt. de Finib. 65. b. Att. 253. b. Tusc. q. 155. b.

Acad. q. 34. b. de Nat. d. 59. b. de Diu. 127. b. & 135. b

Vbivbi.

Nunc vbivbi sit animus, certè quidem in te est. 1. Tusc. 110. a

Vbiuis.

Nemo est quin vbiuis, quā ibi, vbi est, esse malit. 6. fam. 1

Qui mihi videntur vbiuis tutius, quā in Senatu fore. ad Att. lib. 14. 310. 4. a

Vbiuisnam.

Volo aliquem Olympiæ, aut vbiuisnā πολιτικῆν ἀσπασίαν, more Dicæarchi familiaris tui. 13. ad Att. 40

Vc.

Qui in Italia sit, absitve Reip. causa. pro Cec. 296. b

Vtique Caius Panfa, Aulus Hiricius c o s s. alter ambōve cognoscerent. 5. Philip. 102. a

Pro tuis reb⁹ gestis amplissimis, amplioribusve, quā meis, quā Africani. Att. 123. b

Hominibus coactis armatisve. pro Cecin. 296. b

Qui albus aterve fueris ignorans, fratris filium præterit. in Anton. 168. b

Lex vestibulum sepulchri bustūmve vsucapi verat. de Legibus, 182. b

Ne tā vegeta mens aut in corde cerebrove, aut in Empedocleo sanguine demersa sit. Tusc. q. 156. b

Lex de actis Cæsaris, & c. de ve dictatura, & c. de ve coloniis, & c. in Anton. 196. b

Nullum membrum Reip. reperies, quod non fractum debilitatūmve sit. epist. 70. b

Omnia quæ sunt, futurave sunt. 2. de Diu. 128. a

Suaues graueve sententiæ. in Orat. 84. a

Bestiæ quæ in rubro mari Indiave gignuntur. de Nat. d. 20. b

Ne breuitas, & c. neve longitudo, & c. Orat. 218. b

Nequid plus minusve dicat. pro Flacco, 9. a

Rogo ne contrahas aut demittas animum, neve te obrui sinas. Q. frat. 290. b

Id assequimini, si verba extrema cū consequentibus primis ita iungentis, ut neve asperè concurrant, neve vastius diducantur. 3. de Orat. 95. a

Neve hoc, neve illud, & c. de Orat. 158. b

Peto a te, ut id a me, neve in hoc reo, neve in aliis requiras. Lentulo, lib. 1. 9. 71. a

Componere & struere verba sic, ut neve asper eorum cōcur sus, neve hiulus sit, sed quodāmodo coagmentatus & læuis. 3. de Orat. 94. a

Quid de pratorum viriditate, aut arborū ordinibus, aut vinearum oliuetorumve specie dicam: de Senect. 89. b

Comparatio proportiōve dici potest. de Vniu. 197. b

Perorationem inflammantem restinguentēve concludere. Orat. 208. b

Poeta peccat, quum probam orationē affingit improbo stultōve sapientis. Orat. 203. b

Appius enim ad me ex itinere, bis, terve literas miserat. ad Attic. lib. 6. 11. 2. a

Amici regis duo, tresve prædiuites sunt. ad Att. lib. 6. 11. 8. a

Post hanc habitam concionem, duabus tribusve horis literæ venerunt. in Ant. 261. b

Quum eam tempestas vetustasve consumpsit. 1. de Le. 4. a

Vecors.

Quum tu o vecors & amens, & c. in Pis. 15. a

Aliis cor ipsum animus videtur, ex quo excordes, vecordes, concordēsque dicuntur. 1. Tusc. 29. a

Itaque istius vecordissimi mentem cura metuque terrebant. pro Domo, 109. a

Veçtigal.

Cæteris prouincis impositum veçtigal est certum, quod stipendiarium dicitur. in Verr. 150. b

Sicque agro grande veçtigal imponitur. 2. de leg. Agr. 60. a

Non intelligunt homines, quā magnum veçtigal sit parsimonia. in Parad. 62. a

Itaque neque ex portu, neque ex decumis, neque ex scriptura veçtigal conseruari potest. pro leg. Man. 10. a

Veçtigal ac portorium Dyrrhachinorum totum in huiusvnius quæstum est conuersum. de Prou. 70. b

Veçtigal enim esse impositum fructibus nostris dicitur, & c. pro Fonteio, 9. a

Artobarzanes nullū ararium, nullū veçtigal habet. Att. 85. b

Habebit non ille veçtigal, sed ciuium bona. Att. 149. b

Ego pro aqua crebra veçtigal pendam. contra Rul. 89. b

Qui per se pendere ipsi veçtigal sine publicano non poterunt. Q. frat. lib. 1. 1. 51. a

Ex meo tenui veçtigali detractis sumptibus cupiditatis. in Parad. 63. a

Atque etiam minus est aliquanto in Sceptii nomine, quā in veçtigali prætorio. Att. 83. b

Iniquo & graui veçtigali ædilitiorum Asiam liberaisti. Q. frat. 294. b

Sp. Torius agrum publicum vitiosa & inutili lege veçtigali leuauit. de Claris, 70. a

Ut bona valetudo voluptati anteponatur, vires celeritatis: exteris autē, ut gloria diuitiis, veçtigalia vrbana rusticis. 2. Offic. 129. a

Veçtigalia neruos esse Reipub. semper duximus. pro lege Manilia, 11. a

Exigere veçtigalia. Q. frat. lib. 1. 1. 50. a

Quo tandem animo esse existimatis aut eos qui veçtigalia vobis pensitant, aut eos qui exercent atque exigunt: pro leg. Manil. 10. a

Quod quum pertinuisset Dolabella, vastata prouincia, correptis veçtigalibus, præcipuè ciuib. Romanis omnibus crudelissimè denudatis ac diuenditis, celerius Asia excessit. epist. 162. b

Voluptarias possessiones nolet Silius. Veçtigalibus autem ut his possum esse contentus, quæ habeo, sic vix minoribus. 12. ad Attic. 32

Equidem iam non ego veçtigalibus, & paruo contentus esse possum. ad Att. lib. 12. 141. 16. a

Quorum magna res aguntur, in vestris veçtigalibus exercendis occupatæ. pro lege Manil. 2. a

Veçtigalis.

Ager veçtigalis populo Kom. ex parte decima. in Ver. 170. b

Ita ciuitas vna socrū duabus mulierculis veçtigalis fuit. in Verr. 165. b

Is veçtigalem prouinciam fecit singulis rebus, quæcunque venirent, portorio imposito. in Pis. 69. a

Decem enim naues iussit L. Murenæ, populus Milesius ex pecunia veçtigali populi Romani fecerat. 3. Verr. 63

Agri veçtigales. contra Rul. 79. b

Græci sunt veçtigales. Q. frat. 296. b

Quas ciuitates L. Sylla pecunia accepta Senatusconsulto liberauisset, ut ex rursus veçtigales essent. 3. Offic. 117. a

Veçtigales & stipendiarios multos liberauit. de Prou. 8. a

Tradere equos veçtigales alicui. 2. Phil. 73. a

Melius hi, quā nos, qui piratas immunes, socios veçtigales habemus. 3. Offic. 65. a

Veçtis.

Si anguis veçtem circumplexus fuisse. de Nat. 121. b

Quæ molitio, quæ ferrameta, qui veçtes, quæ machinæ, qui ministri tanti muneris fuerunt. de Nat. d. 19

Demoliri signū, ac veçtib. labefactare conatur. 3. Ver. 84. a

Veçtius.

Veçtius ille, ille noster index, Cæsari (ut perspicimus) pollicitus est sese curaturum, ut in aliquam suspicionem familiaris Curio filius adduceretur. Itaque insinuat in familiaritatem adolecentis, & cum eo, ut res indicat, sæpe congressus, rem in eum locum deduxit, ut diceret sibi certum esse cum suis seruis in Pompeium impetum facere, eumque occidere. 2. ad Att. 61

Præsto se tibi ait futurum Veçtius, & obseruaturum, quemadmodum rationes ad ararium referas: ut si hanc ex fornore populo pecuniam nō retuleris, reddas societati. Veçtius tuus familiarissimus, Veçtius tuus affinis, cuius sororem habes in matrimonio: tuæ frater vxoris Veçtius, frater tui Quæstoris. 5. Verr. 143

P. Veçtium ad se accessit Quæstorem suum, cuius consilio vteretur. 7. Verr. 89

Vt teste, quo P. Veçtio Chilone, homine Equestris ordinis honestissimo atque ornatissimo: qui isti ita amicus & necessarius est, ut etiam si vir bonus non esset, tamen quod contra istum diceret, graue videretur. ita vir bonus est, ut etiam inimicissimus isti esset, tamen eius testimonio credi oporteret. 5. Verr. 142

Cn. Pompeius Sexti filius Consul me præfente, quum essem tyro in eius exercitu, cum P. Veçtio Catone duce Marforum inter bina castra collocutus est. 12. Phil. 338

Tu Tite Veçti, siqua tibi in Africa venerit hæreditas, vsu amittes, an tuum nulla auaritia, salua dignitate retinebis pro Flacco, 66

Veçtor, Veçtura, vide Veho.

Veçetus.

Ne tam vegeta mens in sanguine demersa iaceat. Tusc. q. lib. 1. 64. a. Id est, viua, integra.

Tu, quoniam quartana cares, & non modò morbum remouisti, sed etiam grauedinem, te vegetum nobis in Græcia sistis, & literarum aliquid interea. ad Att. lib. 10. 52

Vt illa tertia pars rationis & mētis eluceat, & se vegetam ad somniamdum: ac remque præbeat: & c. 1. de Diu. 109. a

Vehemens.

Ego qui vehemens in alios, inexorabilis in cæteros esse visus sum. pro Sylla, 184. b

Galba in meditando vehemens & incensus fuit. de Cla. 172. b

Vehemens homo. 5. Phil. 177

Vehemens vir & acer in ferro. 2. ad Att. 54

Qui illum impetum oratoris non habeat, & vehemens minus sit. de Orat. 113. b

Oratio vehemens & atrox: cui Oratio lenitatis & mansuetudinis opponitur. 2. de Orat. 110. a

Vehemens furere. 4. ad Att. 13

Nimium & vehemens, ferocisque natura. in Vatin. 2. a

Exordium dicendi vehemens & pugnant. 2. de Orat. 173. a

Inflamari acri & vehementi quadam incitatione. 2. de Or. 98. a

Literæ mittuntur isti à patre vehementes, ab amicis ite videret quid ageret, de Diodoro quò progredieretur. 6. Ver. 36. a

Hoc genus & acrimoniam habet, & vehementissimum est. ad Herenn. 33. b

Vehementer.

Vehementer aliquem accipere. 10. ad Att. 18

Admirari vehementer. 4. Acad. q. 113. a

Aduersari vehementer. 7. Verr. 140. a

Vehementer me agere fateor: iracundè nego. 8. Phil. 245. a

De summa autem agi prorsus vehemèter & seuerè volo. ad Att. 261. b

Inhibere illud tuum, quod mihi arriserat, vehementer displicet. Att. 210. b

Me vehementer excusatum volo, non negligentia mea fore, & c. 3. Verr. 72. a

Expectare vehemèter literas alicuius. ad Brutum, lib. 11. 15. 3. a

Quæ res nos vehementer fefellit. Lentulus ad Senatum, lib. 12. 15. 7. a

Quæ vehementer, acriter, animosè fiunt. 4. Tusc. q. 78. a

Sed quid ego tam vehementer inuehor? 6. Verr. 7. a

Vehementer loqui cum aliquo. 8. fam. 34. in epist. Cælii.

Nisi restituissem statuas, vehementer is minatur. 4. Ver. rin. 117. a

Nam illud vehementer repugnat, eudem esse beatum, & multis malis oppressum. 5. de Fin. 134. a. & 4. Acad. q. 83. a

Fateor non modò in socios, sed etiam in ciues militesque nostros persæpe esse seuerè ac vehemèter vindictam. 7. Ver. rin. 104. a

Vehementius & acrius. Att. 39. b

Displicet vehementissimè. 4. Acad. q. 241. a

Vehementissimè exercere se in aliqua re. de Or. lib. 1. 73. a

Nos Etesia vehementissimè tardarunt. Att. 96. b

Vehilius.

Ipsi etiam, qui amicitiam M. Antonii veriti, plus ei tribuerunt, quam fortasse vellem, M. Piso, & meus necessarius, & vir, & ciuis egregius, parique innocentia M. Vehilius, Senatus authoritati se obtemperaturos esse dixerunt. 3. Phil. 142

Veho.

Taurus qui vexit Europam. de Nat. d. 1. 54

Itaque dubitans, circumspiciens, hæsitans, multa aduersa reuertens, tanquam ratis in mari immenso nostra vehitur oratio. 1. Tusc. q. 116. a

Quò omnes, duce natura, vehimur. de Nat. d. 1. 2

Equus in quo vehetur, mecum vnà demersus, rursus apparuit. 2. de Diu. 208. a

Vehatur in effedo Trib. plebis. in Ant. 171. b

Ita totum animal mouebatur illud quidem, sed immoderate & fortuito, vt sex motibus veheretur. de Vniu. 55. a

Vehj per vrbem. in Pifo. 92. b

Cursor ad Olympia proficisci cogitans, visus est in somniis curru quadrigarum vehi manè ad coniectorem. 2. de Diu. rin. 213. a

Quum enim illam ad solenne & statutum sacrificium curru vehi ius esset, & c. 1. Tusc. q. 183. a

Vehi in aliqua nau. de Nat. d. 78. b

Quòd in eius quadrigem Cleomenes vectus esset. in Verrem, 259. b

Vehens.

Sed in te intuens Brute doleo, cuius in adolescentiam per medias laudes quasi quadrigis vehentem, transuersa incurrit misera fortuna Reipub. hic me dolor tangit, & c. de claris Orat. 185. a

Vectio.

Efficimus etiam domitu nostro quadrupedum vectiones. 2. de Nat. d. 226. a

Vector.

Vectores aduersa tempestate timidi & perterriti. 3. de Natura deor. 129. a

Si id vectores negarent, ac mecum simul interire, quam me tradere hostibus mallent. pro Sestio, 37. Id est, ii qui simul vehuntur.

Male vehi malo alio gubernante, quam tam ingratum vectore bene gubernare. ad Att. lib. 2. 24. 6. a

Et summi gubernatores in magnis tempestatibus à vectore admoneri solent. 7. Philip. 134. a

Vectura.

Vectura difficultas. in Verr. 101. b

Quo vectura genere. 7. fam. 42

Petii ab eo de mulis vectura, & vicis. Att. lib. 15. 35

Vt & mihi & populo cautum esset sine vectura periculo. epist. 28. b

Longa difficilique vectura. 3. Verr. 105. a

Misimus, qui pro vectura solueret. ad Att. lib. 1. 13. a

Vehiculum.

Quid horum non impudentissimum: vestitus an vehiculum? pro Mil. 111. b

Comparare furtorum vehiculum. 7. Verr. 48. a

Ego verò vehiculo, si nauis non erit, eripiam me ex istorum parricidio. ad Att. lib. 10. 202. 5. a

Omnèsque dii, qui vehiculis thesaurum solennes cœtus ludorum initis, & c. 7. Verr. 146. a

Nummus interea mihi Cæsar, neglectis vehiculis triumphalibus domi manet, & manebit. in Pifo. 48. a

Veii, Veientes.

Quid, quod in annalibus habemus, Veienti bello quum lacus Albanus præter modum creuisset, Veientem quendam ad nos hominem nobilem perfugisse, eumque dixisse, ex fati quæ Veientes scripta haberent, Veios capi non posse, dum lacus is redudaret: & si lacus emissus, lapsu & cursu suo ad mare fluxisset, perniciosum populo Romano. Sin autem ita esset eductus, vt ad mare peruenire non posset, tum salutaris nostris fore. Quum autem Veientes bello fessi, legatos ad Senatum misissent, tum ex his quidam dixisse dicitur, non omnia illum transfugam ausum esse Senatu dicere. In iisdem enim fati scriptum Veientes habere, fore vt breui à Gallis Roma caperetur: quod quidem sexennio post Veios captos factum esse vidimus. 1. de Diuin. 161. a

Certè ad rem nihil interfit, vtrum hunc ego comicum adolescentem, an aliquem ex agro Veiente nominem. pro Roscio Amer. 27. a

Veientinus.

Veientina tribus. pro Planc. 31

Veiovis.

Quid Veiovis facies: quid Vulcano? 3. de Nat. d. 85. a

Vel.

In his vel asperitatibus rerum, vel angustiis temporis. de Nat. deo. 85. b

Cui nostrum non licet fundos suos obire: aut res rusticas vel fructus causa vel delectationis inuisere? de Or. 106. b

Multorum vel honori vel periculo seruire. de claris Oratoribus, 131. a

Sunt ista quidem vel magna, vel potius maxima. Quin. fra. lib. 2. 16. 1. a

Cuius ego industria gloriaque fauceo, vel propter propinquam cognationem, vel quod, & c. vel quod, & c. pro Ligario, 138. b

Nā isto modo vel Consulatus vituperabilis est. de Leg. 188. b

Quam morosi sunt qui amant, vel ex hoc potes cognoscere. epist. 102. b

Occupationum mearum vel hoc signum erit, quòd epistola librarii manu est. ad Att. lib. 4. 85. 1. a

Vel illo ipso acerrimo iudice quaerente. pro Rosc. Ame. 52. a

Vel Lentulum, & c. ad Q. frat. 305. b

Vt vel perire maluerit, quam perdere omnia. a

Cum id certè sit vel maximè Atticum. Orat. 205. b

Hoc mihi videtur vel maximè confirmare, & c. de Natura deor. 58. b

Hoc vno præstatum vel maximè feris. 1. de Orat. 17. a

Statuere enim qui sit sapiens, vel maximè videtur esse sapientis. 4. Acad. q. 17. a

Sophistes temporibus illis vel maximus. de Nat. d. 1. 44

Hæc sunt omnia ingenii vel mediocri, exercitationis autè maximæ. 2. de Orat. 65. a

Hoc in genere neruorum vel minimum, suauitatis autem est plurimum. in Orat. 49. a

Vt cum Sophocles vel optimè scripserit Electram. lib. 1. de Finib. 4

Nam quòd in publicanorum causis vel plurimum ætatis meæ versor, & c. 4. Verr. 131. a

Vel potius eblandire, & c. 16. ad Att. 49

Vt ipsis sententiis, quibus proluserunt, vel pugnare possint. de Orat. 138. b

A curia autem nulla me res diuelleret, vel quod, & c. ad Att. 20. b

Vel quod ait Luceius, L. Flaccum sibi dare cupisse, vt à fide se abduceret, sestertium vicies. pro Flacco, 64. a

Vel quod est in eodem decreto scriptum, homines clarissimos ciuitatis, amplissimis vfos honoribus hoc Prætor circumuentos. pro Flacco, 35. a

Vel quod multo etiam minus esse ferendum. pro Plancio, 6. a

Per me vel stertas licet, non modò quiescas. Acad. q. 23. b

Vident adhuc post legem Tribunitiam vnum Senatorem vel tenuissimum esse damnatum. 2. Verr. 28. a

Velabrum, Velatus, vide Velum.

Veles, siue Volites.

Me autem à te, vt scurram velitem, malis oneratum esse, non modestè tuli. 9. fam. 46

Militari more veterum velocissimi, cum scutis leuibus, pedites ad hoc ipsum exercitati, iisdem miscendi, quos expeditos quasi volitantes, volites appellabant. de Rep. a

Vt hastæ velitibus amentatæ traduntur, sic, & c. de Cla. 147

Velitor.

Hæc est iniqua certatio, non illa, qua tu contra Alphenum velitabaris. pro Quint. 48. alia exemplaria sic legunt, Quatum contra te Alphenum velitabatur.

Velia.

Amabilior mihi Velia fuit, quòd te ab ea sensu amari. Sed quid ego dicam te, quem quis non amat? epist. 37

Incitasti verò tu me Brute Velia: quāquam enim dolebam, in eam me vrbem ire, quam tu fugeres, & c. ad Brut. 23

Atque ego celeriter Velia deuctus, Brutum vidi: quanto meo dolore non dico. turpe mihi ipsi videbatur, in eam vrbem me audere reuerti, ex qua Brutus cederet: & ibi velle tutò esse, vbi ille non posset. 1. Philip. 6

Vt primum Velia nauigare cœpi, institui Topica Aristotelica conscribere, ab ipsa vrbe commonitus amantissima tui. 7. fam. 36

Velientes.

Nescio quid Velientes verebantur. 7. fam. 37

Has sacerdotes video ferè aut Neapolitanas, aut Velientes fuisse fœderatarum sine dubio ciuitatum. pro Corn. 44

Num igitur aut fundos factos Velientes, aut sacerdotem illam ciuem Rom. factam non esse, aut fœdus & à senatu & à pop. Rom. violatum arbitramur? pro Corn. Bal. 46

Velientibus omnibus data ciuitas. pro Corn. Balbo. 44

Velificari, Velificatus, Velificatio, vide Velum.

Velinus.

Velinus lacus à M. Curio emissus, intercisso monte in Nar defluit. 4. ad Att. 36

Velina tribus. 4. ad Att. 38

Velle, vide Volo.

Vello, is.

Tum illa ex patellis & thuribus quæ vellerat, ita scitè in aureis poculis illigabat, & c. 6. Verr. 48. a

Vellens.

De spinis vellentium, vt Stoici, nec ossa nudantium. de Fin. lib. 4. 5

Vellico.

Qui more hominum inuidet, in conuiujs rodunt, in circulis vellicant, vbique carpunt. pro Corn. Balb. 47

Velocitas.

Quid si in ipso corpore multa voluptati præponenda sunt, vt vires, valetudo, velocitas, pulchritudo? 2. de Fin. 180. a

Pernicitas & velocitas. 5. Tusc. q. 64. a

Velocitas, corporis celeritas appellatur. Tusc. quaest. lib. 4. 24

Velocitas ingenii etiam laus habetur, propter animi multarum rerum breui tempore percursionem. Tusc. quaest. lib. 4. 24

Videmus alios velocitate ad cursum, alios viribus ad luctandum valere. 1. Offic. 149

Non viribus, aut velocitatibus, aut celeritate corporum res magnæ geruntur, sed consilio, autoritate, sententia, & c. Cat. 16

Velociter.

Sunt autem optimæ curæ de salute patriæ, quibus agitur & exercitatus animus velocius in hanc sedem & domum suam peruolabit. in Somn. Scip. 32. a

Quæ velocissimè mouebantur, ea celeritate vinci à tardioribus: & quum superabant, superari videbantur. de Vniu. 39. a

Velfurus Iupiter.

A te Iouis Velfuri fanum antiquissimum barbarorum, sanctissimumque directum est, tua scelera dii immortales in nostros milites expiauerunt. in Pis. 67

Velum.

Nunc iam quocumque feremur, danda nimirum vela sunt. Orat. 203. b

Et ad id, vnde aliquis flatus ostenditur, vela do. de Orat. 125. b

Vela contrahere. 1. ad At. 36. pro, remittere aliquid de actionum vehementia.

Vtrum igitur mauius statimne nos vela facere? an quasi è portu egredientes paululum remigare? Tusculan. quaest. 211. b

Princeps Cleomenes in quadrigem Centuripina malum erigi, vela fieri, præcidi anchoras imperauit. 7. Verr. 70. a

Vtrum panderem vela orationis, an eam antè paululum dialecticorum remis propellerem? Tusc. q. lib. 4. 8

Tetra enim res est, misera, detestabilis, omni contentione, velis (vt ita dicam) remisque fugienda. 3. Tusc. q. 43. a

Socii Catilinæ velis amicti, non togis. in Cat. 109. b

Cum his velis equisque, vt dicitur, si honestatem tueri ac retinere sententia est, decertandum est. 3. Offic. 159

Nunc quando confecta sunt omnia, dubitandum non est, quin equis velis. 9. fam. 12

Tabernacula carbasseis intenta velis. in Verr. 241. b

Multis enim simulationum inuolucris tegitur, & quasi velis quibusdam obtenditur vniuersiusque natura. 1. ad Q. frat. 11

Velis passis ad portum peruehi. Tusc. q. lib. 1. 107

Cum ipse archiprator cum grege prædonum plenissimis velis nauigares. pro Dom. 218. b

Velifico.

Quòd si quis vestrum spe ducitur, se posse turbulenta ratione honori velificari suo: primum me Consule id sperare desistat. 1. de Leg. Agr. 17

Velificatus.

Quare tibi suadeo, quicunque est istic status rerum, diligenter & cautè perscribas: ne aut velificatus alicui dicaris: aut aliquid, quod referret scire, reticuisse. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 30

Velificatio.

Quum verò id possis mutata velificatione assequi; stultum est eum tenere cum periculo cursum, quem ceperis. ad Lentulum, lib. 1. 50

Veliolans.

Aduenit, & fera veliulantibus Nauibu' compleuit manus littora. 1. de Diuin. 118. a

Velo, as.

Triumphii nomine tegere & velare cupiditatem suam. in Verr. 91. b. & in Pis. 44

Velatus.

Tu, tu inquam capite velato, concione aduocata, foculo posito, & c. bona illius conferuasti. pro Domo sua, 95. a
At verò apud maiores tanta religionis vis fuit, vt quidam imperatores etiam seipfos diis immortalibus, capite velato, verbis certis pro Repub. deuouerent. 2. de Natura deor. 14. a

Velabrum.

In eoque sum maiorum exemplum secutus, qui hunc honorem mulieri Laurentiæ tribuerunt, cuius vos Pontifices ad aram in velabro facere soletis. ad Brut. 37

Velut.

Velut apud Socraticum Æschinem. de Inuent. 52. b
Velut ex ea disputatione. Tusc. q. 175. b
Si conabitur, & c. eius conatum refutabo, velut hesternò die, cum, & c. de Arusp. 6
Ideo multa coniecta sunt, aliud alio tempore: velut hoc, T. Annus, & c. ad Q. frat. lib. 3. 17. 28. a
Non elogia monumentorum id significant, velut hoc ad portam. 2. de Fin. 184. a
Velut in cantu, & c. sic in corpore, & c. Tusc. q. 152. b
Velut in hac quæstione. de Nat. d. 2. b
Velut in hac re. in Verr. 222. b
Velut iste chorus virtutum, & c. Tusc. q. 230. b

Veluti.

Bestiæ quæ gignuntur in terra veluti crocodili. 2. de Natura deor. 184. a

Vena.

Vena quæ caua appellatur, hæc à iecore ad cor pertinet. 2. de Nat. d. 104
In alterum ventriculum cordis, sanguis à iecore per venam illam cauam influit. de Nat. d. 54. b
Venæ & arteriæ micare non desinunt quasi quodam igneo motu. de Nat. d. 2. 18
Nerui sicut venæ & arteriæ, à corde tracti & profecti, in corpus omne ducuntur. de Nat. d. 54. b
Venæ auri & argenti, æris, ferri, & c. Diuin. lib. 1. 98
Cui viperino morfu venæ viscerum Veneno imbutæ, tetros cruciatus cient. 2. de Fin. 151. a
Sicut venæ sic mouentur, is habet febrim, & c. & is febrim non habet. de Fato, 24. a
Nos æris, argenti, auri venas penitus abditas inuenimus, & ad vsum aptas, & ad ornatum decoras. 2. de Natura deor. 227. a
Adde etiam reconditas auri argentique venas, infinitamque vim marmoris. 2. de Nat. d. 143. a
Venas sibi omnes & viscera aperit. 8. familiarium, 42. in epist. Cælii.
Quem ne, & c. sed & medico, quem tecum eduxeras, imperasti, vt venas hominis incideret. in Pis. 66. a
Socio, amico, libero foedissimè & crudelissimè venas incidere. de Arusp. resp. 30. a
Sanguis per venas in omne corpus diffunditur, sicut spiritus per arterias. de Nat. d. lib. 2. 208. a
Acuto homine nobis opus est, & c. Teneat oportet venas cuiusque generis, ætatis, ordinis, & eorum, apud quos aliquid ager, aut erit acturus, mentes, sensusque degustet. 1. de Orat. 113
Medici signa quædam habent ex venis, & ex spiritu ægroti, multisque ex aliis futura præsentiant. de Diuinatione, 138. b
Periculum autem residebit, & erit inclusum penitus in venis atque in visceribus reipub. in Catil. 22

Venabulum.

Sed quæ potest homini esse politico delectatio, quæ aut homo imbecillus à valentissima bestia lanietur, aut præclara bestia venabulo transfuerberatur? Mario, lib. 7. 3
Venafrum, ri, oppidum. ad Att. 318, & 111. b

Venafranus.

Albanus æger est, Setinus, Priuernas, Fundanus, & c. ab alia porta, Capenas, Faliscus, Sabinus, Reatinus, Venafranus, Alifanus, & Trebulanus. in Rul. 68'

Totus ille tractus celeberrimus Venafranus, Alifanus, tota denique nostra illa aspera, & c. pro Planc. 18

Venalis, Venalitiis, vide Veneco.

Venaticus, Venatio, Venator, Venatus,

vide Venor.

Vendibilis, vide Vendo.

Vendico.

Sed me neque honoris, neque ætatis excusatio vendicat à labore. pro Sylla, 19
Non nobis solum nati sumus, ortusque nostri partem patriæ vendicat, partem amici. 1. Offic. 34. a
Cæterarum rerum partem aliquam sibi quisque vendicat. in Orat. 34. a
Sed meorum periculorum rationes vtilitas reipublicæ vendicat. in Cat. 81
Homerum Colophonii ciuem esse dicunt suum, Chii suum vendicant, Salamini repetunt, Smyrniæ verò suum esse confirmant. pro Arch. poeta, 14. a
Itaque se ex suspitione tanti sceleris, & omni hominum sermone vendicauit. pro Syl. 17. b
Vt etiam si id Milo fecisset, cuncta ciuitas eam laudem pro sua vendicaret. pro Mil. 109. b
Quoniam in eo studio ætatem consumpsi, si id mihi assitmo, videor id meo iure quodammodo vendicare. 1. Officiorum, 3
In libertatem vendicare vult: minimè. quid, & c. Parad. 124. b. Alias, vindicari.
Vendicare se alicui, & Vendicare aliquem iudiciis. ad Atticum, 64. b
Existimationi hominum se vendicare. 5. Verr. 113. a
Vendicatus.
Solutus, & in libertatem vendicatus. de Nat. deor. 1. 40
Vendo.
Vendo meum non pluris quam cæteri, fortasse etiam minoris, quum maior est copia. 3. Offic. 67. a
Cur igitur Metello non ita magno vendidisti? 5. in Verrem, 104. a
Vendidisti præclare. 13. ad Att. 13
Quæro si ipse excogitare non poterat, quemadmodum plurimo venderet. 5. Verr. 35. a
Sed nihil tanti fuit, quo venderemus fidem nostram & libertatem. ad Brut. 45. in epist. Bruti.
Cætera sine insidiis agere, & quoniam vendat, velle quam optimè vendere. 3. Offic. 67. a
Eum non ita commodè posse eo tempore, quæ proscriptisset, vendere. pro Quint. 9. a
Vendere æstimationes. 9. fam. 44
Vendere aliquid alicui grandi pecunia. pro Sest. 15. b
Aliquid quamplurimo vendere. 3. Offic. 66. a
Vendere auctionem. pro Quint. 11
Vendere beneficia. 13. fam. 61
Quam optimè vendere. Offic. 62. b
Si hubertas in percipiendis fructibus fuit, consequitur vilitas in vendendis: vt aut malè vendendum intelligas, si processit: aut malè perceptos fructus, si rectè licet vendere. 5. Verr. 195. a
Cum in vendendo eam rem scisset, & c. Offic. 65. b
Fanum grandi pecunia venditum. pro Sestio, 47. a
Habetis vnus ciuitatis firmum auxilium, amissum, ac venditum pretio. 7. Verr. 48. a
Venditor.
Venditor tribus alicuius. pro Planc. 31
Vt nequid omnino, quod venditor nolit, emptor ignoret. 3. Offic. 67. a

Mercatores prouinciarum ac venditores nostræ dignitatis. post red. in Senatu, 8. a

Feci quod sæpe liberales venditores solent, vt quum ædes, fundumve vendiderint, & c. in Top. 54. a

Venditio.

Ostendit, si sublata sit venditio bonorum, illum pecuniam grandem amissurum. pro Rosc. Amer. 64. a

Nonne sestertium centies & octogies, quod, quasi vasarii nomine, in venditione mei capitis ascripseras: in Pisonem, 68. a

Venditiones fraudulentæ. Offic. 3. 110

Proscriptiones, venditionesque fieri. pro Rosc. Amer. 75. a

Vendito.

Tusculanum venditat, vt si possit, emat Pacilianam domum. ad Att. lib. 1. 33

Quibus optimatibus, dii boni, qui nunc quomodo occurrunt: quomodo autem se venditant Cæsari: ad Att. lib. 8. 169. 2. a

Istius omnia decreta, imperia, literas peritissimè & callidissimè venditabat. 4. in Verr. 94. a

Non intelligebat ea, quæ clarè diceret, ita illos audituros, quibus se venditabat, vt vos quoque audiretis, qui id non probabatis. pro Sylla, 22

Fallacissimè venditare se alicui. ad Atticum, 134. b. pro Syl. 172. b

Venditare se hominum existimationi. 5. in Verr. 103

Cum is P. Tullioni nauaret operam, atque ei sese, cui totus venierat, etiam vobis inspectantibus, venditaret. de Arusp. resp. 1

Venditare ingenium, & ostentare memoriam. ad Herennium, 15. b

Venditatio.

Quamquam à multis ipsa virtus contemnitur, & venditatio quædam atque ostentatio esse dicitur. de Amic. 71

Quoniam mihi quidem laudabiliora videtur omnia quæ sine venditatioe & sine populo teste sunt. 2. Tusculan. quæst. 55

Vendibilis.

Horum ætati propè coniunctus L. Gellius, non tam vendibilis orator, quam vt nescires quid ei deesset. de Claris Orat. 90. a

Docet hominem quid possit fieri: illi bona res, huic vendibilis videbatur. 3. Verr. 77

Accedit salicita ad Minturnas, adiungetur etiam illa via vendibilis Herculanea, multarum deliciarum & magnæ pecuniæ. 2. de Leg. Agr. 46

Tamen illius vendibilem orationem religio deorum immortalium nobis defendentibus facile vincebat. de Amicitia, 79

Nam vt sint illa vendibiliora, hæc vberiora certè sunt. lib. 1. de Fin. 10. illa, scilicet iurisperitorum. hæc, scilicet philosophorum.

Venenum.

Omnia præterea quæ solent esse indicia & vestigia veneni, in illius mortuæ corpore fuerunt. pro Cl. 22. a

Ex hac igitur domo progressa ista mulier, de veneni celeritate dicere audebit: pro Cælio, 47. a

Vim veneni aiunt Cælium esse expertum in seruo quodam ad rem ipsam parato, cuius perceleri interitu esse ab hoc comprobatum venenum. pro Cælio, 50. b

Venenum biberunt Theramenes & Socrates. Tusc. quæst. 169. b

Dare venenum alicui. pro Cluent. 27. b. & pro Cælio, 49. b

Cluentius manifestò venenum deprehendit. pro Cl. 14. a

Qui venenum malum fecit, fecerit. pro Cl. 119. a

At hic nuper fororis filio infudit venenum, non dedit. 11. Philip. 298. a

Cum venenum obbibissent. Tusc. q. 169. b

Venenum quod eiusdem Clodia necandæ causa parasse Cælium criminantur. de Cl. Orat. 151. a

Verèque ei, qui venenum præbuerat, mortem est eam auguratus, quæ breui consecuta est. 1. Tusc. q. 154. a

Fuit suspicio, Themistoclem veneno sibi consciuisse mor-

tem. de Clar. Orat. 168. b.

Veneno necare aliquem. Offic. 3. 115

Oppianicum veneno necatum esse, quod ei datum sit in pane per M. Afellium. pro Cl. 135. a

Eo denique veneno C. Oppianicum fratrem necauit. pro Cluent. 22. a

Occidere aliquem veneno. pro Rosc. Amer. 61. a

Qui quodam quasi veneno perficiat, vt veros hæredes moueat. Offic. 3. 100

Varius Metellium veneno sustulit. de Nat. d. 76. b

Obiectum est C. Vibium Capacem ab hoc A. Cluentio veneno esse sublatum. pro Cl. 132. a

Tum hæc quotidiana, sic, venena, peculatus. de Nat. 74. b

Hi pueri tam lepidi ac delicati, & c. ficas vibrare, & spargere venena didicerunt. 2. in Catil. 42. a

Quum sibi venenis ereptam memoriam diceret. in Orat. 71. a

Sed ita lenibus vt videbantur venenis, vt posse viderentur sine dolore interire. ad Att. lib. 2. 36. 2. a

Venenum, per translationem.

Molesta veritas est, si quidem ex ea nascitur odium, quod est venenum amicitia. Læli. 75

Veneficus.

Quis tota Italia veneficus? 2. in Catil. 30. a

Nimirum rectè veneficum appellas, à quo tibi præsentem pestem vides comparatam. 13. Philip. 363. a

Veneficum audes appellare eum verum qui tuis veneficiis remedia inuenit? 13. Philip. 363. a

Veneficium.

Quæstio veneficii. pro Cluent. 18. b

Altera tantummodo consuetudinis causa timidè & diffidenter attingere rationem veneficii criminum. pro Cluentio, 1. a

Idque veneficii & cationibus Ticinæ factum esse dicebat. de Cl. Orat. 115. a

Neque enim de sicariis, veneficiis, testamentariis, & c. Offic. 95. a

De sicariis, de veneficiis, de peculatu inficiari necesse est. de Orat. 118. b

Venenatus.

Spiritus venenatus. ad Heren. lib. 4. 229. a

Vipera venenata ac pestifera. de Arusp. resp. 47. a

Falsum crimen quasi venenatum telu iacere. pro Quint. 5. a

Pantheræ, quæ venenata carne capiuntur, remedium habet: quo cum sunt vsæ, non moriuntur. de Nat. d. lib. 2. 189. a

Cum Ptolemæus telo venenato ictus esset. de Diuin. 136. b

Capræ confixæ venenatis sagittis. de Nat. d. lib. 2. 189. a

Quoniam vos assentationibus & venenatis muneribus venistis. 13. Philip. 373. a

Veneco.

Venenatque scripta eius, & c. de Fin. 85. b

Populis veniebant immanitates. in Ant. 178. b

Mancia venibant Saturnalibus tressis. ad Att. 79. b. alias, veniebant.

Hic venit à te, antequam Romam venit. ad Heren. 30. b

Primo anno venierunt eius agri decumæ medimna xviii. in Verr. 164. b

Primum hoc videamus, eius hominis bona qua ratione venierunt, aut quomodo venire potuerunt. pro Roscio Amer. 74. a

At Amestratinos homines tenues, & c. cogis eos plus lucri addere, quam quanti venierant, quum magno venissent. 5. Verr. 75. a

Si horti venibunt, quid fieri possit, cogitabimus. ad Att. lib. 12. 50

Et is, quem putabant magistrum fore, si bona venirent, L. Pontius. ad Att. lib. 1. 1. 7. a

Prædæ sectio non venierit. de Inuent. 58. b

Si ex edito possidisti, quæro cur bona non venierint? pro Quint. 49

Atque ei sese, cui totus venierat, etiam vobis inspectantibus venditaret. de Arusp. resp. 1. a

Malo compilari, quam venire. 2. de Orat. 149. a

Negaret esse in malis, capi, venire, interfici, patriam amittere. 4. de Finib. 38. a
 Sed homo acutus ei mandasti potissimum cui expediret, sed iud venire quamplurimo. ad Marium, lib. 7. 2. 1. a
 Ex proximis literis cognoui prædia non venisse. ad Att. 17. b
Venalis.
 Denique ille nouitius Ligur, venalis ascriptor & subscriptor tuus, quum, &c. pro Domo sua, 39. a
 Habere fidem venalem. 5. Verr. 122. a
 Proponere fidem venalem. 4. Verr. 55. a
 Venalem in Sicilia iurisdictionem habuit. in Ant. 132. b
 Næuius qui vocem venalem habuerat. pro Quint. 7
 Salustius nihil in eo honore non venale habuit, cuius aliquis emptor fuerit. in Salust. 244. b
 Venale proficere. 7. fam. 51. in epist. M. Curii.
 Syri venales. de Orat. 133. b
 Cum domi tuæ turpissimo mercatu omnia essent venalia. in Ant. 161. b
 Non enim hæc venalia sunt, quæ quidem placeant. ad Q. frat. 324. b
 Cappadocem modo abreptum de grege venalium dices. Postquam. 207. b
 Manlianæ leges venalium vendendorum. de Orat. 106. b
 Publicius qui ex Gallia pueros venales isti adducebat. pro Quint. 12. a
 Venales quidem se hortos non habere dixit. 3. Offic. 75. a
 Possessiones venales ac proscripitas hac lege video. contra Rul. 89. b
 Ut haberet omnia iura regni venalia. in Ant. 185. b
Venality.
 Neque me diuitiæ mouent, quibus omnes Africanos & Lælios multi venality, mercatoresque superarunt. in Orat. 137. a
Venerius.
 Ille autem homo venerius, & affluens omni lepore & venustate, de bonis illius in æde Veneris argenteum Cupidinem posuit. 7. in Verr. 111. a
 Ad quos tu Decumanus, Diognetus, Venerium misisti, noui genus Publicani. 5. Verr. 73
 Venerione seruo te Prætoris talis, vir Senator populi Rom. quæstui fuit. 5. Verr. 78
 Profecto iste nunquam tam amens fuisset, ut ex agro populi Rom. plus frumenti seruo Venerio, quam Prætori tribui pateretur, nisi omnis ea præda serui nomine ad istum ipsum perueniret. 5. Verr. 75
Veneror.
 Deos auguste omnes, sancteque veneramur. 3. de Natura deor. 72. a
 Eiusque inuentori & principi gratias exultantes agunt, eumque venerantur ut deum. 1. Tusc. 76. a
 Simulachra ex suis sublata in foro venerantur. in Verr. 87. & 222. b. & in Ant. 180. b
 Cum ignorit omnibus, qui multa deos venerati sint contra eius salutem. 6. fam. 27. in epist. Cecinæ.
 Dii quos colere, precari, venerarique solemus. de Nat. d. lib. 1. 162. a
 Quod in precibus & gratulationibus non solum id venerari, verum etiam osculari solent. 6. Verr. 84. a
 Lapidem è sepulchro venerari. pro Plancio, 77. a
Venerandus.
 Non eos, in deorum immortalium numero, venerandos, à nobis & colendos putatis. 2. de Lege Agr. 92. a
Veneratio.
 Nam & præstans deorum natura, hominum pietate coleretur, quum & æterna esset & beatissima: habet enim venerationem iustam quicquid excellit. 1. de Nat. d. 65. a
Venia.
 Datur etiam venia concinnitati sententiarum. in Orat. 21. a
 Vix ut mihi tenuis quædam venia daretur excusationis, quod, &c. 2. de Orat. 108. a
 Est enim quatenus amicitia dari venia possit. de Ami. 107. b
 Hoc proverbio, neque Gygi illi potest venia dari, neque huic, &c. Offic. 69. b

Veruntamen illis imperatoribus laus est tribuenda, quod egerunt: venia danda, quod reliquerunt. pro Leg. Man. 4. a
 Ad eius facti deprecationem ignoscendi petenda venia est. Part. 241. b
 Mihi errato nulla venia, recte facto exigua laus proponitur. contra Rul. 67. b
 Cur tu fortunæ illorum innocetium veniam ac locum non dedisti. in Verr. 262. b
 Cæsar tibi amantiissime petenti veniam non dedit. ad Q. frat. 320. b
 Dabunt igitur mihi veniam ciues mei, vel gratiam habebunt, quod, &c. de Diuin. 109. b
 Dare necessitati veniam. 2. Offic. 82. a
 Cui non apud vllum ordinem maximorum scelerum venia vlla ad ignoscendum dari potest. in Pis. 79. a
 Qui tulissent acerbius veniam illi dari. Ampio, lib. 6. 12. 7. a
 Voluntario maleficio venia dari non oportere. 1. de Inuent. 114. a
 Cn. Pompeius diutius furori suo veniam daturum non arbitrabatur. pro Dom. 226. b
 Cæteris autem, si errorem suum deposuerint, &c. veniam & impunitatem dandam puto. 8. Philip. 255. a
 Cum à te non solum liberationem culpæ, sed etiam errati veniam impetrauissent. pro Lig. 1. a
 Ab Ioue pacem ac veniam peto, precorque ab eo ut, &c. pro Rab. perd. reo. 3. a
 Fatetur aliquis se peccasse, & eius delicti veniam petit: nefarium est facinus ignoscere. pro Mur. 57. a
 Peterem veniam errato L. Cæcili ex intimis vestris cogitationibus. pro Syl. 179. b
 Ab aliquo, cui te purges, veniam petere. Orat. 218. b
 In bellis gerendis à diis immortalibus pacem & veniam petere. pro Font. 280. b
 Hæc si tibi tuus parens diceret, posses ab eo veniam petere: posses, ut tibi ignosceret, postulare. 7. Verr. 108. a
 Etiam si paulo minus utilis nobis sententia videtur, veniam tamen aliquam dolori meo tribueritis. de Prouinc. 69. b
Veniam dare, permittere.
 Veniam ad vos, si mihi Senatus dat veniam. ad Heren. lib. 4. 165. a
 Veniam non dedit, uti rescriberet. 3. ad Q. frat. 8
 Impetraui à Salaminiis ut silerent, veniam illi quidem mihi dederunt. ad Att. 85. b
 Sed cum, &c. dabis hanc veniam mi frater, ut opinor, &c. 1. de Orat. 13. a
 Date nobis hanc veniam, ut ea, quæ sentitis de omni genere dicendi, subtiliter prosequamini. 1. de Orat. 49. a
 Quæso à vobis, ut in hac causa mihi detis hanc veniam. pro Archia, 2. a
 Quis tam durus hanc mihi non daret veniam? Orat. 110. b
 Si mihi veniam, quam peto, dederit, utar illius conditione: sin minus, impetrabo aliquid à me ipso. ad Atticum, lib. 9. 188. 1. a
 Dare veniam homini impudenter petenti. ad Atticum, lib. 5. 110. 15. a
 Deprecationem, vacationem adolescentiæ, veniamque petere. pro Cæl. 43. b
 Ut molestè ferrem tantum ingenium (bona venia me audies) in tam leues, ne dicam in tam ineptas sententias incidisse. 1. de Nat. d. 81. a
 Quapropter vos oro atque obsecro Iudices, ut attentè, bonæque cum venia, verba mea audiat. pro Roscio Amerino, 6. a
 Bona hoc tua venia dixerim. Diuin. lib. 1. 26. & 3. de Leg. 31
 An verò (bona venia huius optimi viri dixerim Scæuolæ) tu, &c. de Orat. 106. b
 Bona tua venia dixerim. pro Rab. 128. b
 Quare frater bona tua venia dixerim, ista sententia obest impiissime. de Leg. 191. b
Venio.
 Venit dies. pro Planc. 55
 Venit legi dies, Terentius intercessit. ad Atticum, lib. 4. 85. 9. a

Pugiles verò, &c. sed quia perfundenda voce omne corpus intenditur, venitque plaga vehementior. 2. Tusc. 96. a
 Venit quæstio. pro Corn. Balb. 37
 Sæpe enim venit ad aures meas, te idem istud nimis crebro dicere. pro Marc. 14. a
 Venit res ad hæredem. pro Quint. 22
 Si venit ad meliores victoria. 4. fam. 31
 Venit enim mihi fani, loci, religionis illius in mentem, versantur ante oculos omnia. 6. Verr. 99. a
 Venit enim mihi in mentem oris tui. pro Rosc. Amer. 58. a
 Venit enim mihi Platonis in mentem, quem accepimus primum hinc disputare solitum. 5. de Finib. 3. a
 Idque dum cogitat, non minus sæpe ei venit in mentem potestatis, quam æquitatis tuæ. pro Quint. 3. a
 In mentem tibi non venit, quid negotii sit causam publicam sustinere. 1. Verr. 15. a. & 1. Tusc. 45
 Venit in mentem à te requirere. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 2
 Venit mihi in mentem subuereri interdum. 4. fam. 33
 Veniunt hæreditates. pro Flacc. 65
 Omnes qui istinc veniunt, ita de tua virtute commemorat. Q. fr. lib. 1. 1. 55. a
 Nam hinc ad Remp. plurima commoda veniunt. 1. de Inu. 8. a
 Mulieres verò in India, quum est cuiusque earum vir mortuus, in certamen iudiciumque veniunt. 5. Tusc. 113. a. & 5. de Fin. 65
 Postridie mane homines in concionem veniunt, quærent quid optimum factu sit. 3. Verr. 47. a
 Quæ in controuersiam veniunt, de his, si placet, differamus. 4. de Finib. 41. a. & pro Quint. 20
 Alii capti, alii interclusi non veniunt in dubium de voluntate, eo minus scilicet, &c. ad Att. lib. 11. 223. 3. a
 His autem formis atque corporibus, sicut omnibus rebus, quæ sub aspectum veniunt, sedes opus est. 2. de Orat. 194. a
 Quia veniebat à Roscio, plus etiam scire, quam sciebat, videbatur. pro Rosc. Comædo, 18. a
 Ut ad quem summus moeror morte sua veniebat, ad eundem summus etiam quoque perueniret. pro Quint. 8. a
 Nunquam enim res ad manus atque ad pugnam veniebat. in Verr. 241. b
 Veniebat mihi in mentem queri. 4. fam. 39
 Quæ mihi veniebant in mentem, quæ ad te pertinere arbitrabar, quod, &c. ad Thermum, lib. 2. 17. 7. a
 Non veni adiutor, sed auditor. de Nat. d. 1. 14
 Veni in eum sermonem, ut dicerem, &c. ad Appium Pulchrum, lib. 3. 5. 8. a
 Quod verò in C. Marii suauissimi doctissimi que hominis familiaritatem venisti, non dici potest quam valde gaudeam. ad Trebatium, lib. 7. 15. 2. a. & 4. in Verr. 122
 Neque amissis sacris paternis, in hæc adoptiua venisti. pro Domo sua, 28. a
 Eunti mihi Antium, & gladiatores Marci Metelli cupidè relinquenti, venit obuius tuus pater. ad Att. lib. 2. 16. 1. a
 Mihi credite, maior hæreditas venit unicuique vestrum in iisdem bonis à iure & à legibus, quam ab iis, à quibus illa ipsa bona relicta sunt. pro Cecin. 54. a
 Sed neque emisti, neque hæreditate venit, neque domi natus est, neque donatus est. 1. de Inuent. 95. a
 Is cum prima luce Pomponii domum venit. Offic. 74. b
 Ego, si Pompeius manet in Italia, nec res ad pacationem venit, longius bellum puto fore. ad Att. lib. 9. 181. 9. a
 Atque oratorum quidem laus ita ducta ab humili venit ad summum, ut iam senescat, breuique tempore ad nihilum ventura videatur. 2. Tusc. q. 8. a
 In hanc calamitatem venit propter prædiorum bonitatem & multitudinem. pro Rosc. Amer. 29. a
 Quod quoniam iam in consuetudinem venit, &c. reprehendum fortasse minus. pro Cecin. 4. a
 Iam in proverbi consuetudinem venit, Largitionem fundum non habere. 2. Offic. 79. a
 Venit enim iam in contentionem, utrum sit probabilis, &c. 2. de Diuin. 192. a. & Offic. lib. 2. 104
 Neque ferè vnquam venit in contentionem de accusando, qui Quæstor fuisset, quin repudiaretur. 1. Verr. 34. a

Nouo quodam genere in summam gloriam venit. ad Att. lib. 2. 35. 4. a
 Venit in periculū, ne & ea quæ relicta, & hæc quæ ab ipso parata sunt, amittat. pro Mur. 51. a
 Etiamne si vi eiecit etiamne si clam, si precario venit in possessionem. 3. de leg. Agr. 7. a
 Scilicet defendam Decianum, qui tibi in suspicionem nullo suo delicto venit. pro Flacco, 63. a
 Venimus maturius. Academ. quæst. ed. 1. lib. 2. 9
 Tamè ad istum venerunt emptum locum illum Senatoriū, non solum veteres, sed etiam noui. 4. Verr. 86. a
 Is ad quem morte Roscii diuitiæ venerunt. pro Sexto Roscio, 33. b
 A Cn. Pompeio ad Delotarū legati literæque venerunt. pro Deiot. 145. b
 Deinde quædam in consuetudinem ex vtilitatis ratione venerunt. 2. de Inuent. 240. a
 Postremo, in eum casum veneram, ut omnis mearum fortunarum status vnus iudicii periculo contineretur. pro Cl. 65. a
 Nonnullam in spem veneram, posse me aliquid ex istis discere. 2. de Orat. 120. a
 Ad vadimonium non venerat, ut ais, is quicum tibi affinitas, societas, &c. intercedebant. pro Quintio, 27. a
 Et quidem isti libri duo Philonis, &c. tum erant allati Alexandriam, tumque primum in Antiochi manus venerat. 4. Acad. 23. a
 In spem venerant, quod neque, &c. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 13. 8. a
 Alacris obuiam mihi veniet, complexum exoptans meum. 4. Tusc. 110. a
 Sed si res in contentionem veniet, nimirum Themistocles est author adhibendus: &c. 2. Offic. 104. a
 Venient in medium: dicent quid statuerint. 4. Verrinarum, 126. a
 Nam quum omni vitio carere lex iubeat, ne veniet quidem in eum ordinem vnquam vitii particeps. 3. de Leg. 43. a. & 6. Verr. 21
 In easdem solitudines tu ipse (ut arbitror) venies, in quibus nos confedisse audies. Cælio, lib. 2. 15. 18. a
 Obuiam mihi velim sint tuæ literæ, quæ me erudiāt de omni Repub. ne hospes planè veniam. Cælio, lib. 2. 11. 3. a
 Ut enim ad minima veniam. de Finib. lib. 1. 25
 Vident omnes qua de causa huic inimicus venias: sciunt huiusce pecunia te adductum esse. pro Roscio Amerino, 32. a
 Ad quem dolor veniat, ad eundem necesse est interitum venire. 3. de Nat. d. 48. a
 Non eò dico C. Aquili, quod mihi veniat in dubium tua fides & constantia. pro Quintio, 3. a
 Ut autem à facillimis ordiamur, prima veniat in medium Epicuri ratio, quæ, &c. 1. de Fin. 21. a
 Et simul tibi in mentem veniat facito, quemadmodum vitam huiusce depinxeris. pro Rosc. Amer. 45. a
 Ad Archesium, Carneademque veniamus. 4. Academic. quæst. 16. a
 Ut ad fabulas veniamus. pro Rosc. Amer. 26. a
 Quod scribis in Italia te moraturum, dum tibi literæ meæ veniant, si per hostem licet, non erraris. ad Brutum, lib. 11. 24. 3. a. Id est, afferantur.
 Ad meque legati eius, & Quæstor, & amici literas mitterent, ut subsidio venirem. ad Atticum, lib. 6. 116. 4. a. & 8. 19
 Nunquam putavi fore, ut supplex ad te venirem. ad Att. lib. 16. 343. 1. a
 An ego non venirem contra alienum pro familiari meo: in Ant. 161. b
 Ut ad cœnam & esuriens & sitiens veniret. de Finibus, lib. 2. 54
 Ut ad id aliquando, quod cupiebat, veniret. Officiorum 1. 157
 Quæ autem dea ad res omnes veniret, Venerem nostri nominauerunt. ad Att. 174. b

Quum omnium nobilium dignitas & salus in discrimē veniret. pro Rosc. Amer. 9. a
 Neque adhuc causam vllā excogitare potuit, quam obrem commiserit, aut quid euenerit, vt in tātum periculum veniret. 3. Verr. 48. a
 Nunquam enim, & c. commississet, vt propter eum in sermone hominum, atque in tātam vituperationem veniret. 6. Verr. 11. a
 Si in vestrum complexum venero, & c. satis magnum mihi fructum videbor percepisse. ad Terentiam, libro 14. 1. 7. a
 Ea si venerit, nec illi antē in meam prouinciam transferint, vnum vereor, & c. ad Att. lib. 5. 106. 3. a
 Si id non poterit, siquam in similem antē suspicionem venerit. 2. de Inuent. 143. a
 Veruntamē cum de Cumanis venissem cum imperio, Græci quasi Ephesio Præt. se alacres obtulerunt. ad Att. lib. 5. 100. 2. a
 Non in eam turpitudinem venissem, vt hoc tibi esset apud tales viros confitendum, qua tibi vadimonium non sit obitum, & c. pro Quin. 31
 Quampridem sibi hæreditas venisset, docet. 3. Verrinarum, 18. a
 Quum eius filio, Prætore Sacerdote, hæreditas à propinquo permagna venisset. 3. Verr. 18. a
 Quum ad illud prandium crudior venisset. pro Cluentio, 134. a
 Ad inimicitias res venisset. ad Quintum fratrem, libro 3. 20. 3. a
 Quod nisi ex Publicio narratum Næuio esset, non tam citò res in contentionem venisset. pro Quintio, 12. a
 Nam hoc animo prouidebat, quum tanta hæreditas in controuersiam venisset. 4. Verr. 25. a
 Si cum tanto impetu in Græciam venisset. 2. de Finibus, 178. a
 Quum is, & c. si pupillus antē mortuus esset, quàm in suam tutelam venisset, pupillo non nato hæredem esse non posse. de Claris Oratoribus, 101. a. & 2. de Inuent. 167. & 1. de Orat. 88
 Hofce opinor Cybiræ, quum in suspicionem venissent, suis ciuibus fanum expilasse Apollinis, & c. 6. Verr. 26. a
 Neque enim, & c. sed eos nihilominus qui regionibus excludi, intra præsidia, atque intra arma aliena venissent. ad Att. lib. 8. 159. 7. a
 Mirari satis non possum, vnde ad istas opiniones venerit. 1. de Nat. deo. 67
 Tu velim scire ad nos scribas: si rem nullam habebis, quod in buccam venerit, scribito. ad Att. lib. 1. 7. 9. a
 Si quis venerit in domum aliquā, in gymnasium, in forum. de Nat. deo. 2. 11
 Et quum se ipse perspexit, totumque tentarit, intelliget quæ admodum à natura subornatus in vitam venerit. 1. de Legibus, 89. a
 Omnem spem delectationis nostræ, quam, quum in otium venerimus, habere volumus, in tua humanitate positam habemus. ad Att. lib. 1. 4. 3. a
 Neque enim quicquam de hac parte post Panætium explicatum est, quod mihi quidem probaretur de iis, quæ in manus meas venerint. 3. Offic. 44. a
 Tu tuis vita, quam turpiter egisti, magnas offudisti tenebras: vt etiā si fuerint egregii ciues, certè venerint in obliuionem. in Salust. 3. a
 Vitale est me illuc venire. Att. 218. b
 Cum inimici nostri venire dicētur, tum in Epirum ibo. Ep. 234. b
 Hæreditatem venire alicui, & fundum ad aliquem testamento deuenire. pro Cec. 399. b. & 2. Philip. 38
 Venire Remp. ad seruos. pro Sest. 38
 Venire ad aliquem salutadi causa in aliquem locum. 1. de Finibus, 11
 Propter æs alienum venire ad arma. 6. Philippicarum, 211
 Venire ad conditionem. 5. in Verr. 123
 Venire ad Corinium. 8. ad Attic. 34

Venire ad eundem exitum. Fat. 34. & 5. Tuf. 14
 Iam à principio videndum est, quemadmodum velis venire ad extremum. Or. 216. b
 Venire ad nihilum. 11. fam. 20
 Venire ad senectutem. Cat. 62
 Quamquam magni ad honorem nostrum interest, me quæprimum ad urbem venire. ad Tironem, lib. 16. 3. 2. a
 Venire contra alicuius existimationem. 1. ad Atticum, 5
 Venire contra gratiam vel iniuriam. 2. Phil. 30
 Venire contra rem alicuius. 2. Philip. 30
 Velim scire, hodiēne statim de auctione, & quo die venias. ad Att. lib. 12. 233. 2. a
 Venire in angustum. pro Plan. 44
 In alicuius arbitrium ac potestatem venire. 3. Verrinarum, 105. a
 Venire in eam causam. 11. ad Att. 28. pro Lig. 17
 Venire in certamen & contentionem. 3. in Verrem, 2
 In virtutis certamen venire. 5. de Finibus, 115. a
 Venire in certamen cum aliquo. de Claris Oratoribus, 177. a
 Venire in ciuitatem. pro Corn. Balb. 14. & 22. id est, ciuis fieri.
 Venire in cogitationem. 4. familiarium 16. in epistola Serui Sulpitii.
 Venire in collegium pontificum. pro Domo sua, 91
 Venire in congressum & colloquium alicuius. 12. Philippicarum, 337
 Venire in consilium alicuius. 10. ad Att. 3
 Legatos fide Lepidi dimissos, ad me in conspectu venire uerueram. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 23. 11. a. & de Finibus, lib. 1. 18
 Venire in benignitatis consuetudinem. in Pifo. 35
 In contentionem honoris venire. Antequam iret in exilium, 3. a
 In discrimen existimationis venire. 1. Verr. 39. a
 Lepta verò quum ita laboret, vt eius fortunæ videantur in discrimen venire, non, & c. ad Dolabellam, libro 9. 13. 4. a
 In dubium venire de ciuitate. pro Cecin. 13. a
 Venire in forum. 13. fam. 21, & 32
 Quid verius, quàm in iudicium venire, qui ob rem iudicandam pecuniam acceperit. ad Att. lib. 2. 16. 14. a
 Non necesse est famam alterius in iudicium venire. pro Quintio, 16. a. & 1. de Orat. 82. pro Mil. 23
 Senatusconsulto efficitur, popularem sanè neminem in summum locum, nisi per populum venire, sublata cooptatione Censoria. 3. de Leg. 41. a
 In oratorum numerum venire. 1. de Orat. 57. a
 Venire in odium, & Venire cupiam in odium. 10. ad Att. 23. 2. de Fin. 65
 Illud doleo quæ impensa facienda est, in eius partem miseram & despoliatam venire. ad Terent. lib. 14. 2. 6. a
 Nuntiat iam populo Pontifices secundum se decreuisse, me autem vi conari in possessionem venire. ad Atticum, lib. 4. 71. 4. a
 In possessionem Reipub. venire. ad Att. lib. 7. 128. 5. a
 Venire in possessionem suam. Offic. 1. 187
 In rem præsentem venire. pro Cecin. 14. & 1. de Orat. 130. & 1. Offic. 47. In rem præsentem olim tum veniebant, quum locum oculo ac digito designare volebant. Bud. in annot. in Pandect.
 Venire in Remp. 14. fam. 14
 Venire in sacerdotium. pro Domo sua, 30
 Venire in sacra. pro Domo suo, 28
 Qui nunquam in senatum venire potuit. pro Flac. 33. Id est, Senator fieri.
 Venire in sinum & complexum alicuius. 2. Philip. 73
 Venire in societatem. 9. fam. 28
 Venire in societatem belli. pro Ligar. 15
 A te autem peto, vt, & c. meque aliqua ex parte in societatem tuarum laudum venire patiari. ad Atticum, lib. 14. 315. 5. a
 Eos tu canteris albis nullis calonibus obuiam Vatiēno venisse existimas. 3. de Nat. d. 15. a

Quis, qui nescierit venisse eam tot dierum tibi viam gratulatum. 2. Philipp. 73. a
 Nuntiatum est nobis à M. Varrone, venisse eum Roma pridie vesperi. & c. 1. Acad. 1. a
 Nam à beatis ad virtutem, à virtute ad rationem video te venisse gradibus. 1. de Nat. d. 123. a
 Multos viros bonos in Africam venisse audio. Att. 274. b
 Gracchus, quum comitia nihilominus peregisset, remque illam in religionem populo venisse sentiret, ad Senatum retulit. 2. de Nat. deor. 15. a
 In sermone se post Idus Martii, præterquam Lepidi, venisse nemini. ad Att. lib. 14. 299. 1. a. Sub. affirmat.
 Audimus eum venisse in suspicionem Torquato de morte Panfæ, custodiri que vt parricidam. ad Brut. 6. 2. a. & 14. ad Atticum, 1
 Tam est immutabile venturum, cum verum est, quàm venisse. de Fat. 145. b
 Se illuc venturum esse saluum. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 91
 Sin autem illud egeram, nullum ad Scamandrum morte Habiti venturum emolumentum fuisse concedebat. pro Cluentio, 40. a
 Quid potest esse callidius, quàm, & c. quum præsertim mihi vsu venturum non arbitraret, vt, & c. ad Appium Pulchrum, lib. 3. 8. 25. a
 Præsertim quum hoc genere cognitionum labefactato, a Cæsa in dubium ventura videantur. Att. lib. 16. 343. 5. a
 Veniendum est igitur vel in ipsam flammam, & c. ad Attic. lib. 16. 339. 9. a
 Veniendumne sit in consiliu Tyranni, si is aliqua de re bona deliberaturus sit. ad Att. lib. 10. 192. 5. a
 Venitur, Ventum est.
 Lilybæum venitur. 7. Verr. 110. a
 Itaque hac vna spe ad iudicium venitur. 4. Verr. 50. a
 Nam si maximum in discrimen venietur, aut libertas pacta est victori, aut mors exposita victo. 8. Philipp. 253. a
 Nemini est enim exploratum, quum ad arma ventum est, quid futurum sit. ad Att. lib. 7. 127. 8. a
 Ad me ventum est. pro Quint. 2. a
 Ventum in insulam est, hac verò nihil est amœnius. lib. 2. de Legib. 10. a
 Et quum res agatur, in discrimenque ventum sit, expedire rem, & consilium ex tempore capere posse. 2. Offic. 46. a
 Veniens.
 Non enim sumus omnino sine cura venientis anni, etsi sumus sine timore. ad Qu. frat. lib. 3. 20. 6. a. Id est, qui proximè futurus est.
 Quæ enim venientia metuuntur, eadem efficiunt ægritudinem instantia. Tusc. q. lib. 4. 10
 Ventito.
 Cum ipse etiam ad Scæuolam ventitarem. de Legib. 158. b
 Dies ferè nullus est, quin hic Satyrus domum meam ventitet. ad Attic. lib. 1. 1. 7. a
 In reliquis officiis cui tu tribuisti, excepto Cæsare, præter me, vt domum ventitares, & c. ad Marium, lib. 11. 27. 11. a
 Fuisse meo necessario Bestiæ Cælium familiarem, cœnasse apud eum, ventitasse domum, studuisse præturæ. pro Cælio, 19. a
 Venor.
 Illud autem alterum, alienum esse existimatione mea, Cibiratas imperio meo publicè venari. ad Att. lib. 6. 111. 34. a
 De pantheris, per eos qui venari solent, agitur mādato meo diligenter. ad Cælium, lib. 2. 10. 4. a
 Venari laudem modestiæ in aliqua re. ad Heren. 24. b
 Canum tanta alacritas in venando. 2. de Nat. d. 137. a
 Immanes & feras belluas nanciscimur venando, vt & vescamur iis, & exerceamur in venando, ad similitudinem bellicæ disciplinae, & c. 2. de Nat. d. 121
 Venatus.
 Labor in venatu, sudor, cursus ab Eurota, fames, sitis. Tusc. quæst. lib. 5. 139
 Venatio.
 Tum conditiora facit hæc superuacanei operis aucupium atque venatio. de Senect. 89. b

Itaque se scripturum aiebat, vt venationem etiam, quæ postfridie ludos Apollinares futura est, proscriberent. ad Att. lib. 16. 333. 7. a
 Piscatu, aucupio, venatione, his omnibus exquisitis vitantis cruditatem, & c. 2. de Finibus, 40. a
 Venationes binæ per dies quinque. 7. famil. 3
 Prodigii qui ludorum venationumque apparatu pecunias profundunt. 2. Offic. 80. a
 Venator.
 Venator speculatorque naturæ physicus. 1. de Nat. d. 58
 Pernoctant venatores in niue, in montibus vri se pariuntur. 2. Tusc. 70. a
 Venaticus,
 Mirandum in modum canes venaticos diceret, ita odorabantur omnia & peruestigabant. 6. Verr. 26. a
 Venonius, siue Vennonius.
 Venonius Vindicus, ex cuius bonis Q. Metellus fundum Tusculanum comparauit. pro Corn. Balbo, 46
 Molestè fero, Venonii historiam me non habere. 12. ad Atticum, 233. 2. a
 Nam post Annales pontificum maximorum, quibus nihil potest esse iucundius, si aut ad Fabium, & c. aut ad Venonium venias: & c. 1. de Legib. 5
 Ab hac eadem ciuitate anno secundo simili ratione extortam esse pecuniam, & Sext. Venonio datam ex eodem testimonio cognouistis. 5. Verr. 75
 Venter.
 Faba quidē Pythagorei vtique abstinere: quasi verò eo cibo mens, non venter infletur. 2. de Diuin. 179. a
 Nulla luxuries reperietur, nulli sumptus, nullus æs alienum, & c. quod quidem vitium ventris & gutturis non modo non minuit ætas hominib⁹, sed etiam auget. pro Cæli. 35. a
 Errat, inquit, Scaure: ego enim Magiū non conseruasse dico, sed tanquam nudus nuce legeret, in ventrem abstulisse. 2. de Orat. 147
 Etenim sciebam Catilinam nō latus aut ventrem, sed caput & collum solere petere. pro Mur. 49. a
 Ventre metiebatur omnia Metrodorus, quæ ad beatam vitam pertinent. 1. de Nat. deor. 80
 Ventriculus.
 Nam quæ spiritu in pulmones anima ducitur, & c. pars concipitur cordis parte quadam, quam vetriculum cordis appellant. 2. de Nat. deor. 208. a
 Cui similis est alter vetriculus, in quem sanguis à iecore per venam illam cauam influit. de Nat. deor. 54. b
 Ventidius.
 Cum abessem ab eo millia passuum x x x. & se iam Ventidius coniunxisset, concio eius ad me est allata, in qua petere coepit à militibus, vt se trans Alpes sequerentur, sibi cum M. Lepido conuenire. 11. epist. 13. 4. a
 Dic mihi præterea Panfa, Ventidius vbi sit, cui fui semper amicus, antequam ille Reipub. bonisque omnibus tam apertè est factus inimicus. 13. Philipp. 334
 Huc accessit manus Ventidii, quæ trans Apenninum itinere facto difficillimo, ad vada peruenit, atque ibi se cum Antonio coniunxit. 11. fam. 10. 4. a
 Mihi enim si contigisset, vt prior occurrerem Antonio, non mehercule horam constitisset: tantum ego & mihi confido, & sic perculsas illius copias, Ventidii que Mullionis castra despicio. 10. famil. 37
 Cum de iis, qui hostes iudicati sunt bello, persequendis sententiæ dicerentur, dixit Seruilius etiam de Ventidio, & vt Cassius persequeretur Dolabellam. ad Brut. 12
 Est numerus veteranorum & armatorum satis frequēs cum Ventidio. 11. epist. 10. 4. a
 Ventidiani.
 Succlamatum est, & frequenter à militibus Ventidianis, sibi aut in Italia pereundum esse, aut vincendum. 11. epist. 13. 6. a
 Ventilo.
 Cuius lingua quasi flabello seditionis illa tum est egentium concio ventilata. pro Flacco, 43. a
 Ventilator.
 Non pudet igitur Physicum, id est speculatorem, ventilato-

remque naturæ, ab animis consuetudine imbutis petere testimonium veritatis: 1. de Nat. deor. 112. a. Vetus exemplar habet, venatorumque.

Ventus.

Ventus me retulisset in Italiam. ad Brut. 35. Id est, repulisset, & retrocedentem coegisset reuerti.

Cum omnis motus animi tanquam ventus hominem defecerat. de Clar. Orat. 72. b

Vehemens ventus & immoderata tempestas. pro Roscio Amerino, 77. a

Si grauis incidit vehementi flamine ventus. in Arat. b

Ventum excitare in aliquem. pro Syll. 31. Id est, inuidiam ei constare.

Verum omnes intelligimus in istis subscriptionibus veterum quandam popularem esse quaesitum. pro Cluent. 102. a

Vento Africo inuectæ angues (in Ægyptum) ex vastitate Libya. 1. de Nat. deor. 72

Vento primo eum nauigaturum. 9. ad Att. 52. Id est, non expectaturum tempestatem.

Quo vento proicitur Appius. 8. famil. 19. in epist. Cælii.

Vento reiectus aliquo. 16. ad Att. 18

Vento fauo, non aduerso. 5. ad Attic. 22

Mare atque venti, res violentissima. 2. de Nat. d. 115

Quicumque veteri erunt, ars nostra certe non aberit. 12. fam. 55

Quid si etiam Casarem, cuius nunc venti valde sunt secundi, reddo meliorem? 2. ad Att. 6

Ex ea die fuere Septentriones venti: & c. ad Att. lib. 9. 173. 9. a

Mare quod sua natura tranquillum sit, ventorum vi agitari atque turbari. pro Cluent. 109. a

Et eorum ventorum, quos proposui, moderator quidam & gubernator. 2. famil. 10

Omnes rumorum & concionum ventos colligere. pro Cluentio, 61

Placet enim Stoicis, eos anhelitus terræ, qui frigidi sunt, quum fluere cœperint, ventos esse. 2. de Diuin. 64. a

Aer effluens huc & illuc, ventos efficit. 2. de Nat. d. 47

Et existimabam M. Bibulum Proconulem qui circiter Idus Sextiles ab Ephefo in Syriam nauib? profectus erat, quod secundos ventos habuisset, iam in prouinciam suam peruenisse. ad Catonem, lib. 15. 3. 4. a

Neque tam fui timidus, vt, & c. alios ego vidi ventos, alias prospexi animo procellas. in Pis. 15. a

Ventis remisque in patriam omni festinatione properaui. 12. famil. 54

Ventis resstantibus reitici. Tusc. q. lib. 1. 107

Ventosus.

Nam extraordinarium semper imperium populare atque ventosum est, minimè vestræ grauitatis, minimè huius ordinis. 11. Philipp. 301

In primis rogo te ad hominem ventosissimū Lepidum mitas. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 15

Venundo.

Cum in venundando rem eam scisset, nec pronuntiauisset emptori. 3. Offi. 86. Emendatiora exemplaria legunt, vendendo.

Venus.

Venus, Iouis filia à nostris sic dicta, quod ad res omnes veniret, Venerem nostri nominauerunt: & c. 2. de Nat. deorum, 101. a

Quid arbitramini Rheginos, qui iam ciues Rom. sunt, mereri velle, vt ab iis marmorea Venus illa ne auferatur? 6. Verrinarum, 118

Venus prima Cælo & Die nata, & c. Altera spuma procreata, & c. Tertia Ioue nata & Diana, quæ nupsit Vulcano: & c. Quarta Syria Cyroque cœcepta, quæ Astarte vocatur, & c. 3. de Nat. deor. 41

Veneris Cœ eam partem, quam Apelles inchoatam reliquerat, nemo pictor inuentus est qui absolveret. Offic. 3. 12

Num Veneris Cœ pulchritudinem effici posse aspersione fortuita putas? Suis si rostro a litera impresserit, num propterea suspicari poteris Andromacham Ennii ab ea posse describi? 1. de Diuin. 24

Nec solum ab optimis studiis excellentes viri deterriti non

sunt, sed ne opifices quidem se artibus suis remouerunt, qui aut Ialysi non potuerunt, aut Cœ Veneris pulchritudinem imitari. Orat. 3

Veneris signum pictum apud Coos celeberrimum. 6. in Verrem, 119

Veneris Lubentinae templum. 2. de Nat. deor. 45

Dicemus ergo idem quod in Venere Cœ: corpus non est, sed simile corpori: nec ille fusus & candore mixtus rubor sanguis est, sed quædam sanguinis similitudo. 1. de Nat. d. 52

Vellem quidem Venere prognatus, tantum animi habuisset in vestro Domitio, quantum ipse catenatus in hoc habuit. 8. familiar. 44

Sine Cerere & Libero friget Venus. de Nat. d. 38. b

Venus, pro stella quæ alias Lucifer dicitur.

Infima est quinque errantium, terræque proxima, stella Veneris, quæ *φωσφόρος* Græcè, Lucifer Latine dicitur, quum antegreditur solem: quum subsequitur autem, Hesperos. 2. de Nat. deor. 39

Venerius, siue Venerius.

Quatuor tali iacti casu venereum efficiunt. Diuin. lib. 1. 24

Complexu venereo iungi. de Diuin. 137. b

Bene Sophocles, quum ex eo quidam iam confecto ætate quæreret, vtereturne rebus veneris, Dii meliora, inquit, libenter verò isthinc tanquam à domino agresti ac furioso profugi. de Senect. 43

Cum fruuntur veneris voluptatibus. 4. Tusc. 111. a

Venerci, Siciliae lictores.

Quumq; item vt in Sicilia permulti Venerci sunt, sic illi Larini in Martis familia numerarentur. pro Cluent. 32. a

Agonis quædã est Lilybetana, liberta Veneris Erycinæ, quæ mulier ante hunc Quæstorem, copiosa planè & locuples fuit. Ab hac præfectus Antonii quidã symphoniacos seruos abducebat per iniuriam, quibus se in classe vti velle dicebat. Tum illa, vt mos in Sicilia est omniū Venerorum, & eorum qui à Venere se liberauerunt: vt præfecto illi religionem Veneris, noménque obuiceret, dixit & se, & omnia Veneris esse. 1. in Verr. 30

Mittit ad hominem Venerios. in Verr. 160. b

(Hoc quoque attendite apparitores à Pratore assignatos habuisse Decumanum) adducitur à Veneris, atque ad eò atrahitur Lollius. in Verr. 160. b

Venustus.

Gestus & motus corporis ita venustus, vt tamen ad forum, non ad scenam institutus videretur. de Clar. Orat. 106. a

Græcus facilis & valde venustus, nimis pugnax esse noluit. in Pisonem, 94. b

Vt quicquid in his rebus fiat vtiliter ad pugnam, idem ad aspectum etiam sit venustum. in Orat. 134. a

Et homo facetus inducis etiam sermonem vrbantum & venustum. pro Domo sua, 71. a

Sed obsecro te, ita venusta habeantur ista, non vt, & c. in Partitionib. 47. a

Sententiæ non tam graues, quàm venustæ & concinnæ. de Claris Orat. 182. a

Sed quum omnium sis venustissimus & vrbantissimus, & c. 2. de Orat. 126. a

Primum quod tibi facetū videtur, quicquid ego dixi, quod alii fortasse nō item: deinde quod illa siue faceta sunt, siue sic fiunt narrate te venustissima. ad Treboniū, lib. 15. 21. 7. a

Venustas.

Venustas potius à Venere dicitur, quàm Venus ex venustate. 2. de Nat. deor. 51

Capitolii fastigium non venustas, sed necessitas ipsa fabricata est. de Orat. 159. b

Venustas & pulchritudo corporis secerni non potest à vultu. 1. Offic. 135

Quum artificium effingitis, fabricamque diuinam, quàm sint omnia in hominis figura nō modò ad vsum, verum etiam ad venustatem apta describere. 1. de Nat. deor. 68. a

Vultus multam affert tum dignitatem, tum venustatem. in Oratore, 33. a

Venustatem muliebrem dicere debemus, dignitatem virilem. 1. Offic. 181. a

Et reliqua, quæ hanc habent in specie venustatem, vt, & c. de Orat. 159. b

Ad extremum agere cum dignitate & venustate. lib. 1. de Oratore, 69. a

Erant aenea præterea duo signa non maxima, verum eximia venustate, virginali habitu atque vestitu. 6. Verr. 4. a

Dicendi vis egregia, summa festiuitate & venustate coniuncta profuit. 1. de Orat. 126. a

Iste autem homo venerius & affluens omni lepore & venustate, & c. 7. Verr. 111. a

Venuste.

Qua in re mihi videtur illud perquam venuste cecidisse. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 4. 5. a

Venusta, sta, oppidum. Att. 70. b. Tusc. q. 167. b

Venusinum.

Vale v. Cal. Octobr. de Venusino. 14. famil. 25. Venusinum, Ciceronis villa.

Vepres.

Cuius ego Quæstor ignoratum ab Syracusanis, quum esse omnino negarent, septum vndique & vestitum vepribus & dumetis, indagari sepulchrum. 5. Tusc. 91. a

Veprecula.

Quoniam id etiam fatum ciuitatis fuit, vt illa ex vepreculis extracta nitedula Remp. conaretur arroderi. pro Sest. 61. a

Ver.

Quum autem ver esse cœperat, cuius initium iste non à Faunio, neque ab aliquo astro notabat, sed quum rosam viderat, tum incipere ver arbitrabatur. 7. Verr. 22. a

Ver tanquam adolescentiam significat, ostenditque fructus futuros: reliqua tempora demetendis frugibus aut percipiendis accommodata sunt. de Senect. 64. a

Vere ineunte. Cat. 48

Primo vere exercitum moturus erat. in Verr. 193. b

Vernus.

Vernum lumen. in Arat. b

Sin processeris longius, non magis dolendum est, quàm agricolæ doler præterita verni temporis suauitate ætatem Autumnumque venisse. de Senect. 64. a

Alia verno tempore tepesca cta frondefcunt. 5. Tusc. 153. a

Veratianus.

Vtrum hæc lex est, an tabulæ Veratiana auctionis: in qua scriptum fuisse aiunt, iugera cc, in quibus oliuetum fieri potest: iugera ccc, vbi institui vineæ possunt. in Rull. 69

Verbena.

Dies ille quo ego Ennam quum venissem, præsto mihi sacerdotis Cereris cum infulis ac verbenis fuerunt. 6. Verr. 99. a

Verber.

Ne catenæ, ne verbera, ne secures, ne cruciatus sociorum, & c. 7. Verrinarum, 101. a

Mitto vincula, mitto carcerem, mitto verbera. in Verr. 168. b

Videmus igitur vt conquiescere ne infantes quidem possint: quum verò paulum processerint, lusionibus vel laboriosis delectantur, vt ne verberibus quidem deterreri possint. 5. de Finib. 99. a

Necare aliquem verberibus. in Pis. 66. a

Aliquem vinculis & verberibus atque omni supplicio excruciatum necari. pro Pomp. 5. b

Tum verberibus ac tormentis quaestionem habuit publicæ pecuniæ. in Ant. 231. b

Serui qui ad supplicium cæsi verberibus trahuntur. Antequam iret in exil. 11. a

Verbero.

Quid? ille vt faceret inducias? ante Consules, oculosque legatorum tormentis Mutinam verberauit: & c. 8. Phil. 2. 47. a

Verberare matrem. in Vatin. 31. b

Videtur pendere alios ex arbore, pulsari autem alios & verberari, porro alios, & c. 5. Verr. 54. a

Ad pulsandos verberandosque homines exercitatissimus. in Verrem, 264. b

Verbero, per translationem.

Qui seruum iniuria verberat. de Finib. lib. 4. 122. a

Verberaui te cogitationis tacito duntaxat conuitio. 16. fam. 35. ex epist. Q. Ciceronis.

Quæ quum apud te diceret, virgis oculi verberabantur. 7. Verrinarum, 88. a

Os tuum ferreū senatus cōuitio verberari noluit. in Pis. 50

Verberatio.

Mirificam mihi verberationem cessationis epistola dedisti ad Tironem, lib. 16. 27. 1. a

Verbum.

Cum illud verbum vnde, in vtranque rem valeat. pro Cæcinnâ, 302. b

Charum ipsum verbum est amoris, ex quo amicitiae nomen est ductum. 1. de Nat. deor. 167. a

Durum verbum, insolens, & humile. de Cl. Orat. 150. a

Verbum inquinatum, abiectum, non aptum, durum, longè petitum. de Opt. gen. Orat. 144. a

Verbum priscum & inusitatum. pro Corn. Balbo, 62. b

Verbum suspiciosum. 6. fam. 28. in epist. A. Cæcinnæ.

Verbum vsitatum ac tritum. Acad. quaest. 44. b

Verbum familiar. pro Cæcinnâ, 296. b

Ex isto ore religionis verbū excidere potest: pro Dom. 234. b

Verbum voluptatis non habet dignitatem. 2. de Finib. 119. a

Verbum quod abs te aiunt falso in me solere cōferri. 5. fa. 12

Id erit verbum è verbo. de Finib. lib. 3. 42

Neque enim quoties verbum aliquod est scribendum nobis, toties eius verbi literæ sunt cogitatione conquirendæ. 2. de Orat. 71. a

Verbi causa, docere aduersarium maiestatem minuisse. 2. de Inuent. 159. a

Verbi causa, tria pauca sunt, ane multa. 4. Acad. 165. a

Siquis, verbi causa, oriente Canicula natus est, is in mari non morietur. de Fat. 18. a. & 1. Tusc. 10

Verbi gratia, propter voluptatem nos amemus. 5. de Fin. 53. a

Sinautem vsque ad nouem, verbi gratia. 4. Acad. 167. a

Verbi vis sine re nulla. Orat. 40

Cui verbo domicilium est proprium in officio, migrationes in alienum multæ. 16. famil. 23

Quod somnium mirificè ad verbum cum re conuenit. de Diuinat. 100. b

Aut ea, quæ modò expressa ad verbum dixi, de libro tollenda. Tusc. quaest. 199. b

Ediscere ad verbum quamplurima scripta. de Orat. 97. b

Ad verbum ediscendus libellus. Acad. q. lib. 2. 126

Latinae fabulæ ad verbum de Græcis expressæ. de Fin. 49. b

Neque verbum de re facio. epist. 117. b

Propinquus qui aderant, verbum nullum facit. in Verr. 69. b

Verbum nemo fecit. pro Planc. 263. b

Qui nunquam verbum in publico fecerunt. de Clar. 189. b

Antequam facerem verbum. in Verr. 234. b

Ad eos tamen ipsos qui aderant, ne verbum quidem ausus est facere de Casare. in Ant. 187. b

Sicut Calidio verbum pro eo facere non licuerit. Qu. fratri, 32. b. & pro Rosc. Amer. 2

Verbum vllum interponere. pro Quint. 8

Dicerem iucundius, nisi id verbum in omne tempus perdidissem. epist. 71. b

Quem enim intelligimus diuitem? aut hoc verbum in quo homine ponimus? Parad. 124. b

Nam comperisse me non audeo dicere: ne fortè id verbum ponam quod abs te aiunt falso in me solere conferri. Antonio, lib. 5. 5. 4. a

Demosthenes nullum verbum insolens, neque odiosum ponere audebat. Orat. 199. b

Conuertere enim ex Atticis duorum eloquentissimorum nobilissimas orationes inter se contrarias, & c. in quibus non verbum pro verbo necesse habui reddere, sed genus omnium verborum, vimque seruauit. de Opt. gen. Orat. 148. a

Καταληψίς, quam, vt dixi, verbum è verbo exprimètes, comprehensionem dicemus, & c. Acad. q. lib. 2. 31

Nec definiti aiebant necesse esse quid esset cognitio, aut perceptio, aut (si verbum è verbo volumus) comprehensio. 4. Academic. 35. a

Verbo, re vera. pro Quint. 4

Vno verbo tuo cum mea laude coniuncto. 15. famil. 20

Quasi de verbo, non de re laboretur. Tusc. q. lib. 2. 26

Veteres verbo tenus acutè illi quidem, sed nò ad hunc vsu m popularem atque ciuilem de Repub. differebant. lib. 3. de Legib. 20. a
Aberrare verbo aut nutu. de Arusp. resp. 20. a
Quo verbo si assequi possem, ipsos istos eicerem, qui hæc loquuntur. in Catil. 106. b
Nunquã accidit vt cum eo, verbo vno concertarem. Att. 3. 17
Hoc verbo cū dicimus, subiecta ea notio est, & c. Tusc. 234. b
Quo nomine etiam C. Furnio legato, viro forti atque strenuo, plura etiam verbo, quàm scriptura madata dedimus. 10. famil. 17. in epist. Planci.
Cunctum senatum, omnem sobolem iuuentutis, vnoque verbo, expulsum esse, & exterminatam. in Ant. 171. b
Res verbo fieri interdum deterior solet. in Ant. 214. b
Non enim verbo solum posuit voluptatem, sed explanauit quid diceret. Tusc. q. lib. 3. 41
Premere aliquem verbo. 1. Tusc. 22. a
Verbo promittere. in Verr. 12. b
Mathematici magna in obscuritate rerum, & recondita in arte, & multiplici subtilique versantur. de Orat. 85. b

Ergo illi nunc in pace versantur. in Ant. 215. b

Res quæ in philosophia versantur. de Diuinat. 110. b

An verò tu solus ignoras? tu hospes in hac vrbe versaris? tuæ peregrinantur aures, nec in hoc peruulgato ciuitatis sermone versantur? pro Mil. 24

Quæ omnes artes in veri vestigatione versantur. 1. Offic. 30. a

Bona quæ in animo atque in ipsa virtute versantur. Academic. 9. 45. b

Ferre ea quæ videntur acerba, quæ multa & varia in hominum vita fortunæque versantur. Offic. 14. b

Mihi mors ob oculos versabatur. pro Sest. 13. b

Versabatur mihi tempus illud ante oculos, quum ille, & c. ad Atticum, lib. 3. 49. 2. a

Eo tempore erat Roscius Romæ frequens, atque in foro, & in ore omnium quotidie versabatur. pro Sex. Rosc. 21. b

Quo in fundo propter insanas illas substructiones, facile mille hominum versabatur valentium aduersari. pro Milone, 39. a

Qui omni tempore in præda & sanguine versabantur. pro Sex. Rosc. 32. b

Versabor in re difficili ac multum & sæpe quæsitæ. 3. de Legibus, 30

Ea ingenia conuerti ad perniciem, quæ antea versabantur in salute atque auxilio ferendo. pro Quint. 17. a

Versabatur in Sicilia longo interuallo alter, non Dionysius ille, nec Phalaris, sed quoddam nouum monstrum, ex veteri illa immanitate, quæ in iisdem locis versata esse dicitur. 7. Verr. 114. a

Pueri ingenui cum meritoriis, scorta inter matrefamilias versabantur. in Ant. 280. b

Non ad solarium, non in campo, non in conuiuio versatus est. pro Quint. 10. b

Plato in maximis periculis insidiisque versatus est. pro Rabbirio Posth. 14

Hofis intra mœnia versatus est. post red. in Senat. 9. a

Versata est vis in foro. pro Sest. 66

Nunquam tibi Pop. Romani absentis dignitas, nunquam species ipsa huiusmodi multitudinis, in oculis animoque versata est? 7. Verr. 112. a

Largitionis voluntas tum in Repub. versata est, & partium quædam contentio. in Cat. 121. b

Quarum partium vna in reprehensione vitæ, altera in contentione dignitatis, tertia in criminibus ambitus versata est. pro Mur. 126. b

Quòd maiore in varietate versata est adhuc tua causa, quam homines aut volebant, aut opinabantur. Torquato, libro 6. 2. 2. a

Cum in ea prouincia magnæ fugitiuorum copiæ versatæ sint. in Verr. 175. b

Dicam Atticæ, & versabor in re difficili. de Legib. 190. b

Non enim iam inter nos sica illa versabitur. in Cat. 104. b

Si vno in argumento mens tua tota versabitur. epist. 67. b

Versabitur in castris furor, in curia timor, in foro coniuratio. pro Mur. 144. b

Videtur in quo motu temporum, quanta in conuersione rerum ac perturbatione versemur. pro Flac. 164. b

Huic quasi materia quam tractet, & in qua versetur, subiecta est veritas. Offic. 4. b

Vt in cōmuni odio penè æqualiter versetur odium meum. pro Mil. 116. b

Quæ res in quæstione versetur. pro Cluent. 51. b

Perpauca res sunt, in quibus dolus malus non versetur. Officiorum, 64. b

Vt deus aliquis cœtus hominum adeat, versetur in terris. de Arusp. resp. 258. b

Cum inter subsellia nostra versentur armati. in Ant. 164. b

Genere tamen quod ad nos pertineat, & δεικνυμένων quandam vt versetur inter manus, habeat. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 3. 9. a

Excipitur ab omnibus eiusmodi clamore, vt ei Lampfaceni periculi similitudo ante oculos versaretur. 7. Verr. 74. a

Quum tui nominis terror in auribus, animisque aratorum versaretur. 5. Verr. 112. a

Deinde ita teneri, si sciens falleret: quod inscitia multa ver-
saretur in vita. 4. Acad. 263. a
Si effertis, versareminique nobiscum. de Arusp. resp. 249. b
Tu, cuius os ante oculos mihi solet versari. Att. 91. b
Sic existimatis eos hic sagatos versari animo demisso, &c.
pro Font. 280. b
Acerbissimum tota vrbe luctum versari. in Verr. 226. b
Versari cum innumerabilibus animis. 1. de Diuin. 188. a
Nobiscum versari iam diutius non potes. 1. in Catil. 7. a
Versari vltro citroque. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 21
Temerè autem in acie versari, & manu cum hoste conflige-
re, immane quiddam, & beluarum simile est. 1. Offic. 114. a
Tum maxime & religionem & pietatem versari in animis,
cum rebus diuinis operam damus. de Legib. 175. b
In artibus ingenuis versari. Sulp. lib. 4. 3. 15. a
Pudor, qui in magistratuum conuiuus versari solet. in Ver-
rem, 241. b
Versari in curriculo. pro Marcel. 1
Versari causam in disceptatione moueor. pro Deiot. 2
Versari in errore. Tusc. q. lib. 1. 96. & Academ. quæst. edit. 1.
lib. 2. 34
Versari in summo errore, atque in maximarum rerum igno-
ratione. de Nat. d. 1. 2
In errore verborum versari. pro Cecin. 37. a
Versari in maximis erroribus. Offic. 1. 129
Versari in familiaritate alicuius. pro Corn. Balb. 47
Versari in gemitu. epist. 252. b
Versari in gratulatione. pro Domo sua, 49
Versari in honoribus, reque publica. Læl. 57
Versari in mediis hostibus. Diuin. lib. 1. 48
Versari in infamia. pro Rab. Posth. 5
Versari in inuestigatione veri. Offic. 1. 41
Versari in iudicio crimen. pro Cæl. 1
Versari in iure ciuium. pro Arch. 8
Num destitit vterque nostrum in testamentorum formulis,
hoc est, in medio iure ciuili versari? de Orat. 99. b
Versari in loco aliquo. pro Mil. 39. Id est, occultari.
In mente & cogitatione aliqua versari. pro Cluent. 54. a
Versari in miseris. epist. 96. b
In munere suo versari. de Fato, 18. a
Versari in suis nummis. pro Rosc. Com. 13
In omni parte corporis aliquem delectationem gaudiūm-
que versari. Postquam. 207. b
Versari in summa opinionum peruersitate. Tusc. q. lib. 3. 2
Versari in omni prauitate. Tusc. q. lib. 3. 2
In aliqua prouincia cum summo imperio & potestate ver-
sari. Quint. frat. 396. b
Stoici mihi videntur in hac quæstione versari acutissimè. 4.
Tusc. q. 18. a
Versari in quæstu vel compendio. 5. in Verr. 90
Versari in Repub. Offic. 1. 107
Versari in Repub. cum imperio & potestate. 1. Phil. 13
In rebus & vsu versari. Trebatio, lib. 6. 10. 12. a
In rebus exulceratis & exagitant versari. ad Lent. lib. 1. 1. 12. a
Versari cum aliquo in sermonibus. 2. famil. 15
Versari in aliquo maiori studio & arte. Tusc. q. lib. 1. 48
In omni recto studio atque humanitate versari. de Orato-
re, 107. b
Versari in studio literarum. de Arusp. resp. 24. b
Versari in studiis & literis. epist. 88. b
In suis summis versari. pro Rosc. Com. 13. a. Id est, multas
pecunias habere, & nihil debere.
In omni tempore decet leporem humanitatemque versari.
de Orat. 134. b
In tenebris quam in luce causam versari mauius. pro Plan-
cio, 34. a
Sed ita tamen, vt nihil minus velim, quam Pomponium &
puerum versari in timore ruinæ. ad Att. lib. 2. 19. 5. a
Versari in tutelis. Offic. 3. 92
Nam qui summum bonum dicant id esse, si vacemus omni
molestia, eos inuidiosum nomen voluptatis fugere, sed in
vicinitate versari. 4. Acad. 250. a
Optabile esset in voluptate maxima, nullo interuallo inter-

iecto, dies noctesque versari. de Finib. lib. 2. 93
Inter aliquos sine dedecore versari. ad Att. lib. 10. 197. 4. a
Orator incolumis inter hostium tela versari potest. de Ora-
tore, 102. b
Quæ quondam accepi nostrorum hominum in disputa-
tione esse versata. de Orat. 87. b
Exercitatio dicendi, in qua me non inficior mediocriter esse
versatum. pro Arch. 185. b
Vos illud vellem recordari, istius nequitiam & iniquitatem,
tum in ore vulgi, atque in communibus prouerbiis esse
versatam. 3. Verr. 85. a
Versatus.
Homo & in aliis causis exercitatus, & in hac multum & sæ-
pe versatus. pro Quint. 1. b
Et meus labor in priuatorum periculis castè integrèque ver-
satus, ex vestro iudicio fructum est amplissimum conse-
quutus. pro Lege Manil. 1. a
Homo in hac vita ratione versatus. pro Font. 22. a
Deinde versatus in vtrisque subselliis optima & fide & fa-
ma, &c. ad Brut. lib. 13. 11. 6. a
Versus.
Primus versus epistolæ. Att. 32. b
Neque enim ipse versus ratione est cognitus, sed natura at-
que sensu, quem dimensa ratio docuit quid acciderit.
Orat. 106
Versus, orationis est vitium. in Orat. 36. a
Versus hic Plauti non est, hic est. 9. fam. 36
Versus ille qui in te erat collatus. 1. ad Quint. frat. 55
Sæpe etiam versus interponitur. de Orat. 131. b
Si versus pronuntiatum est syllaba vna breuior aut longior,
exibitur, exploditur. in Parad. 31. a
In ipsa oratione quasi quædam numerum versumque con-
ficiunt. 3. de Orat. 30. a
Deiotarus de Domitio dixit versus Græcum eadem sen-
tentia, qua nos etiam habemus Latinum, Pereant amici,
dum vna amici intercidant. pro Deiot. 148. b
Senarii Hyponæctei, Anapæctici, Aristophanei, anapæcti ver-
sus. Orat. 215. b
Versus etiam obscœnissimi in Clodium & Clodiam dice-
rentur. 2. ad Quint. frat. 8
Versus propemodum in soluta oratione adhibendi. 3. de Or. 94
De qua muliere versus plurimi supra Tribunal & supra Præ-
toris caput scribebantur. 5. Verr. 65. a
Versus qui in istius cupiditatem facti sunt. 7. Verr. 65. a
Versus inimica oratio. Orat. 112
Aut is qui fidibus vitur, explere numeros & conficere ver-
sus posset. 4. Acad. 45. a
Versus sæpe in oratione per imprudentiam dicimus, quod
vehementer est vitiosum. Orat. 109. & 3. de Orat. 96
Versus facere. 3. ad Quint. frat. 29
Antipater ille Sidonius solitus est versus hexametros, aliōf-
que variis modis atque numeris fundere ex tempore. de
Orat. lib. 3. 107. a
Qui etiam cōiectis in os calculis, summa voce versus mul-
tos vno spiritu pronuntiare consuebat. 1. de Orat. 137. a.
De Demosthene.
Versus eius singulos, singula testimonia puto. 16. fam. 9
Versibus heroicis quatuor, quos longos appellat Ennius,
incisam mortui laudem capiat lapis sepulchro impositus.
2. de Legib. 61
Ornatissimis atque optimis versibus de re aliqua dicere.
1. de Orat. 35. a
Is epigramma in eum fecit tantummodo alternis versibus
longiusculis. pro Arch. 190. b
Scripti etiam versibus tres libros de temporibus meis. Len-
tulo, lib. 1. 9. 97. a
Quod me de faciendis versibus rogas, incredibile est. Quint.
frat. 325. b
Nam si quis minorem gloriæ fructum putat ex Græcis ver-
sibus percipi, quam ex Latinis, vehementer errat: &c. pro
Archia, 17. a
Versus, linea.
Glauca solebat homo impurus, sed tamen acutus, populum

monete, vt quum lex aliqua recitaretur, primum versusum
attenderet. pro Rab. Posth. 9. a
Versiculum.
Nunc venio ad transuersum illum epistolæ tuæ versiculum.
Attico, 68. b
Ne quid Resp. detrimenti caperet, quo vno versiculo satis
armati semper Consules fuerunt. pro Mil. 115. b
Scripto iam superiore versiculo, Eros mihi dixit, sibi Mure-
nam liberalissimè respondisse. Att. lib. 13. 297. 2. a
Quæ præsertim vno versiculo Senatus, puncto temporis
sublatæ sint. 2. de Leg. 23. a. De legibus Seis, &c.
Versiculi comicorum. Orat. 203. b
Breues tua literæ, breues dico, imò nullæ: tribusne versicu-
lis his temporibus Brutus ad me ad Brutum, 14. 1. a. Sub-
scribit.
Epistolas mihi pronuntiabat versiculis facietis, ad familiareis
missas à Corintho. ad Att. lib. 13. 264. 3. a
Audistis quæstoriæ rationem tribus versiculis relatam. 3.
Verrinarum, 69. a
Hoc pati potestis, vt singuli ciues singulis versiculis è ciui-
tate tollantur: pro Domo sua, 22. b
In quibusdam versiculis si tibi quibusdā verbis *ὁ ὑπὸ πρῶ-
τῆς ἑσπέρας* videbor. 12. fam. 40. in epist. Trebonii.
Versus, præpositio.
Quum Aretium versus castra mouisset. 1. de Diuin. 130. a
Verti igitur me à Minturnis Arpinum versus, &c. Att. 258. b
Et initio belli ciuili quum Brundisium versus ires ad Cæ-
sarem, venisti ad me in Formianum. ad Mat. lib. 11. 27. 6. a
Cum te iam ex Asia Romam versus profectum esse consta-
ret. epist. 20. b
Versus, aduerbium.
Quum gradatim sursum versus retroque dicatur. in Orato-
re, 75. a. & in Partit. 14. a
Versura.
Salamini, quum Romæ versuram facere vellent, non pote-
rant, quod lex Gabinia verabat. ad Att. lib. 5. 110. 13. a
Non modo, sed iniquissimo fœnore versuram facere Aure-
lius coactus est. ad Att. lib. 16. 339. 8. a
Negauit sese omnino versuram vllam fecisse Romæ. pro
Flacco, 38. a
Inspiciebamus Syraculis à Carpinatio confectas tabulas so-
cietatis, quæ significabant multis nominibus eos homi-
nes versuram à Carpinatio fecisse, qui pecuniam Verri de-
dissent. 4. Verr. 135. a
De Oppio factū est vt volui, & maxime quod d e c c. ape-
ruisti, quæ quidem ego vti que vel versura facta solui vo-
lo, ne extrema exactio nostrorum nominum expectetur.
ad Att. lib. 5. 88. 2. a
Admirabilis abstinentia ex præceptis tuis: vt verear ne illud
quod permutaui, versura mihi soluendū sit. ad Atticum,
lib. 5. 103. 2. a
Versuram scribis esse faciendā mensium quinque. At. 247. b
Non modò versura, sed etiam venditione, si modò res co-
get, vindicabis. Att. lib. 16. 4
Ego verò illi maximam gratiam habeo, qui me ea pœna
multauerit, quam sine mutatione & sine versura possem
dissoluere. 1. Tusc. q. 161. a
A quibus versuras tatarum pecuniarum factas esse dicunt:
pro Font. 1. a
Versutus.
Acutus animus atque versutus. de Orat. 116. b
Homo callidus & versutus. pro Quint. Rosc. 52. b
Et Chrysippus tibi acutè dicere videbatur, homo sine dubio
versutus & callidus. 3. de Nat. d. 33. a
Malitia, est versuta & fallax ratio nocendi. 3. de Nat. d. 107. a
Simulata versutaque tristitia. Post red. in Senat. 11. a
M. Pisonis acumen in reprehendendis verbis versutum &
solers. de Clar. Orat. 186. b
Sed omnia callidè referentem ad vtilitatem, acutum, versu-
tum, veteratorem, &c. 2. de Finib. 86. a
Is enim qui occultus, &c. Quid enim est aliud esse versutum:
2. de Finib. 88. a
Neque enim qui defendunt eam, versuti in differendo sunt:

net qui contra dicunt, causam difficilem repellunt. 3. de
Finib. 3. a
Versutos eos appello, quorum mens celeriter versatur. 3. de
Nat. deor. 17
Quo quis versutior & callidior est, hoc inuisior & suspe-
ctior, detracta opinione probitatis. Offic. 2. 48
Hoc si vobis versutius, quam mea consuetudo defendendi
fert, videbitur, si existimetis, &c. pro Cecin. 61. a
Versute.
Nihil, vt ita dicam, subdolè, nihil versute, quod ille non vi-
derit, nisi subtiliter dici, &c. de Clar. Orat. 17. a
Videmus enim fuisse quosdam, qui iudem ornatè ac graui-
ter, iudem versute ac subtiliter dicerent. in Orat. 12. a
Versutiloquus.
Num non vis huius me versutiloquas malitias. 3. de Orato-
re, 85. a. & Orat. 93
Versicolor.
Plumæ versicolores columbis. 3. de Finib. 29. a
Vertex.
Extremusque adeo duplici cardine vertex
Dicitur esse polus. de Nat. d. 46. b
Ab imis vnguib. vsque ad verticem summum. pro Rosc.
Comædo, 11. a
Cello è vertice montis. de Diuinat. 82. b
Ignes qui ex Ætnæ vertice erumpunt. 6. Verr. 95. a
Nunc nunc dolorum anxiferi torquent vertices,
Nunc serpit ardor. 2. Tusc. 36. a
Terra à verticibus duobus, quos appellauerunt polos. 2. de
Nat. deor. 150. a
Terra angusta, verticibus lateribus latior. de Somnio Sci-
pionis, 129. b
Duo quasi singuli terræ maxime inter se diuersi, & cæli ver-
ticibus ipsi ex vtroque parte subnixi. de Som. Scip. 129. b
Vertumnus.
Quis à signo Vertumni in Circum maximum venit, quin
is in vnoquoque gradu de auaritia tua commoueretur?
3. Verr. 109. a
Veruex.
Quod genus sacrificii lare veruicibus fiat. 2. de Leg. 86. a
Verum.
Verum hoc (vt dixi) nihil ad me. 2. de Orat. 76. a
Sed siue est ars, siue non, non est quidem ea negligenda, ve-
rum intelligendū est, alia quædam esse maiora. de Or. 94. b
Sed expectabantur Cal. Ian. fortasse non rectè, verum præ-
terita omittamus. in Ant. 200. b
Eiectio nusquam est, verum sit. de Orat. 136, & 141. b. & pro
Domo sua, 213. b
Verum enim oratori, quæ sunt in hominum vita, quando-
quidem in ea versatur orator, &c. 3. de Orat. 30. a
Verum enimvero quum esset in s. binis, aut etiā ternis qui-
busuis in locis prouincia, duodenos sestertios exegisti. 5.
Verrinarum, 168. a
Non modò agendo, verum etiam cogitando possit sustine-
re. pro Cæl. 36. a
Illæ verò non loquantur solum, verum etiam personant:
pro Cælio, 37. a
Melioris mediocris cuius & viri putabam quouis suppli-
cio affici, quam illi crudelitati non solum præesse, verum
etiam interesse. 9. ad Att. 16. Id est, ne interesse quidem.
Veruntamen.
Philoxeno ignosco, qui reduci in carcerem maluit. Verūta-
men id ipsum mecum in his locis cōmentor, vt ista impro-
bem: idque tu, quum vnà erimus, confirmabis. Att. 4. 22
Veruntamen opinor scriptorem tamen. de Finib. 49, & 50. b
Veruntamen si qua reliqua spes est. 1. Verr. 10. a
Consilium capit primo stultum, veruntamen clemens. 7.
Verrinarum, 80. a
Difficile est, &c. veruntamen ipse me confirmo. epist. 9. b
Non dubitabam equidem: veruntamen multo mihi notio-
rem amorem tuum effecit Cherippus. Cornif. lib. 12. 29. 7. a
Hanc Cleon amabat, veruntamen non audebat, &c. episto-
larum, 135. b. & in Verr. 152. b
Hoc leue est, veruntamen non inutile. de Orat. 329. b
NNN. i.

Qui societate cum Sexto Næuio fecerit, viro bono, veruntamen non ita instituto, vt iura societatis, & officia certi patrifamilias nosse possent. pro Quint. 6. a
 Vide quanti apud me sis, & si, &c. veruntamen quod, &c. epist. 10. 4. b
 Quum essem in Tusculano, &c. veruntamen quum ibi essem, &c. ad Att. lib. 1. 6. 2. a
 Et si tum nemo erat admodum copiosus, veruntamen verus ab his admisceri orationi, &c. 1. Tusc. q. 47. a
Veruntamen, absolute.
 Multa illis Cæsar, neque me inuito. etsi Latinitas erat nõ ferenda. veruntamen. ecce autem Antonius accepta grandi pecunia, fixit legē à Dictatore comitiis latā. 14. ad Att. 16
 Tuas literas hodie expectabam, nihil equidem vt ex his noui. Quid enim? Veruntamen. Oppio & Balbo epistolas deferri iubebis, &c. 13. ad Att. 2
 Quamquam quid ad me? Veruntamen. Pansæ profectorem scribes, quum scies. 12. ad Att. 19
Verus.
 Verus testis. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 74
 Vera contentio. pro Planc. 38. Id est, æqua.
 Ars differendi, & vera ac falsa iudicandi. de Orat. 12. 5. b
 Vera, grauis & solida gloria. in Ant. 10. 4. b
 Dicam enim quod verum est. Att. 43. b
 Verum fuit. pro Quint. 27. pro, æquum fuit.
 Verum fuit, me tibi rationes mei Quæstoris mittere. 2. familiarium, 35
 Eiectio nusquam est. verum sit. pro Domo sua, 41. a
 Assentior frater, vt quod est rectum, verum quod sit, verum quoque sit, nec vnquam aut oriatur, aut occidat. de Legibus, 171. b
 Ex quo intelligitur, quod verum, simplex, sincerumque sit, id esse naturæ hominis aptissimum. Offic. 1. 21
 Perspicere quid in quaque re verum sincerumque sit. 2. Officiorum, 24. a
 Cum aliquid verum & rectum esse dicitur. de Leg. 191. b
 Quum plus vno verum esse non possit. 2. de Orato. 17. a. & Acad. q. edit. 1. lib. 2. 135
 Latet in occulto verum. in Orat. 140. a
 Verum si esset tale, quale vel falsum, percipi non posset. Academ. q. ed. 1. lib. 2. 70
 Iusta gloria, qui est fructus veræ virtutis honestissimus. Attico, 274. b
 Veri inueniendi causa contra omnia dici oportere, & pro omnibus. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 55
 Veri & falsi non modo cognitio, sed & natura tollitur, si nihil erit quod intersit. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 54
 Sed nos veri iuris germanæque iustitiæ solidam & expressam effigiem nullam tenemus, vmbra & imaginibus vtimur. Offic. 65. b
 Veri inquisitio atque inuestigatio in primis hominis est propria. Offic. 1. 21
 Illud sit disputatum, non inesse in his propriam, quæ nusquam alibi esset, veri & certi notam. 1. Acad. 94
 Sensus, veri nuntios. de Nat. d. 1. 49
 Veri reperiendi duplex ratio est, non in iis solùm quæ mala, sed in iis etiã quæ bona videntur: nam aut de ipsius rei natura, qualis & quæta sit, quærimus: aut à disputadi subtilitate orationē ad exempla traducimus. Tusc. q. lib. 3. 48
 Veri reperiendi studio ardere. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 60
 Id autem eò facilius credebatur, quia simile vero videbatur. ad Cassium, lib. 12. 5. 2. a
 Inter hunc & illum Numidicum verum & germanum Metellum interesse. 6. Verr. 129. a
 Etsi minus veram causam, tamen vel probabilem. 11. fam. 37
 Tantum dabit amicitia, vt veram amici causam esse malit. Offic. 60. b
 Ad verum ipsum magna parte, aut quàm proximè accedere. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 8. & 36
 Interesse oportet vt inter rectum & prauum, sic inter verum & falsum. 4. Acad. 64. a
 Verum attingere. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 36
 Verum quidem si audire volumus, orator, &c. de Clar. 188. b

Dic mihi verum, num aut res, aut res, aut res non delectat. Quint. frat. 317. b
 Verum enim dicam, vtinam, &c. Octau. 330. b
 Licet enim verum dicere. epist. 141. b
 Salustius in eo honore, non æquum & verum duxit, nihil quod facere collibuisse. in Sal. 274. b
 Verum elicere. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 8
 Id verum esse necesse est, de quo omnium natura consentit. de Nat. d. 1. 31
 At enim agit mecum austerè, & Stoicè Cato, negat verum esse allici benevolentiam cibo, &c. pro Mur. 67. a
 Verum enim inuenire volumus, non tanquam aduersarium aliquem conuincere. lib. 1. de Finib. 11
 Hercule verum vt loquamur, subcontumeliose, &c. At. 26. b
 Verum & simplex bonum negat Epicurus sine voluptatibus sensum mouentibus nec suspicari. Acad. q. ed. 1. lib. 1. 5
 Sed quid ad te, qui neges esse verum, quenquam vlli Reip. extra ordinem præfici: pro Domo sua, 16. a
 Verum & simplex bonum Stoici vocant, quod non possit ab honestate seungi. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 5
 De vera & perfecta amicitia loquor. de Amic. 100. b
 Aspiciant hos laudatores Flacci ex vera atque integra Græcia. pro Flac. 159. b
 Literæ tristes, & metuo ne veræ. 7. ad Att. 66
 Vera, firma & certa. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 41
 Vera vlla ex parte. 10. fam. 74. in epist. Pollionis.
 Plura vera discrepantia esse nõ possunt. Acad. q. ed. 1. li. 2. 106
 Vera à falsis nullo discrimine separantur. Acad. q. ed. 1. li. 2. 131
 Omnia vera in præteritis sunt necessaria. Fat. 11
 Si vera fateri volumus. Att. 283. b
 Ars differendi, & vera ac falsa diiudicandi. 2. de Orat. 86. a & Acad. q. ed. 1. lib. 2. 97, 98
 Omnibus veris falsa quedam adiuncta esse. de Nat. d. 1. 10
 Si ne sensus quidem vera nuntiant. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 71
 Nam neque maius est defendere vnum, quàm populū: neque verius à singulis, quàm ab omnibus repetere officii præmium & fructum. Antequam iret in exil. 2. a
 Verius nihil est, quàm neminem esse oportere tam stultè arrogantem, vt in se mentem & rationem putet inesse, in celo mundoque non putet. 2. de Leg. 13
 Quid verius, quàm in iudicium venire? Att. 2. 7. Id est, quid æquus.
 Verissima fronte dicere. pro Rab. Posth. 21
 In omni munere vitæ optimum & verissimum sit, exquirere. lib. 1. de Finib. 10
 Sed mehercule vt quidem nunc se causa habet, etsi hestermo sermone labefacta est, mihi tamen videtur esse verissima. 4. Acad. 21. a
Vere.
 Et verè. pro Arch. 190. b. i. rectè, vel merito, vel, neq; iniuria.
 Et verè, vt dicam, &c. in Verr. 272. b
 Quum graue est verè accusari in amicitia, tum etiam si falso accuseris, non est negligendum. pro Mur. 6. a
 Itaque hoc tibi verè affirmabo. Att. 52. b
 Verè tecum agam, vt necessitudo nostra postulat. epistolarum, 196. b
 Si verè cogitare volumus. ad Quint. frat. lib. 1. 1. 47. a
 Verè me hercules hoc dicam, sic tum, &c. pro Planc. 272. b
 Sed tamen (verè dicam) mallem, &c. de Orat. 110. b
 Quod (vt verè dicam) maximè facimus. de Orat. 97. b
 Verè nihil potes dicere: finge aliquid saltem commodè. pro Rosc. Amer. 32. a
 Verè facis, & merito. 1. de Leg. 48
 Maiores nostri, qui non fictè & fallaciter populares, sed verè & sapienter fuerunt. pro Domo sua, 61. a
 Pompeius verè iudicat. ad Att. lib. 7. 121. 6. a
 Vt verè loquamur. Att. 61. b
 Verè & liberè loquutus sit. pro Rosc. Amer. 83. a
 Cum sit incertum verè, inanitérne moueatur. Acad. 10. b
 Ad me verè omnia perscribere. Quint. frat. 305. b
 Vt verè scribam. Att. 52. b
 Non *ὑπερβολικῶς*, sed verissimè loquor. ad Atticum, lib. 5. 110. 6. a

Laudarem illam ciuitatē, id quod verissimè possem. 4. Verinarum, 118. a
Verax.
 Multis seclis verax fuisse id oraculum. 1. de Diuin. 70. a
 Veraces suos esse sensus dicit. 4. Acad. 140. a
 Tum ei visa quietis occurrent tranquilla atque veracia. 1. de Diuinat. 109. a
 Herodotum cur veraciorem ducam Ennio. 2. de Diu. 173. a
Veridicus.
 Et in rebus turbidis veridicæ voces ex occulto missæ esse dicuntur. 1. de Diuin. 163. a
 Veridicas adiungis causas inimicitiarum. pro Flac. 60. a
Veriloquium.
 Multa enim ex notatione sumuntur: ea est autem, quum ex vi nominis argumentum elicitur, quam Græci *ἐπιμορφία* vocant, id est verbum ex verbo veriloquium. in Top. 18. a
Verisimilis.
 Verisimile & probabile. de Inuent. 48. b
 Verisimilis narratio erit, si vt mos, vt opinio, vt natura postulat, dicemus. 1. ad Heren. 16
 Non enim ita disputabo: verisimile est Roscios hoc fecisse. pro Sex. Rosc. 36, & 25. b
 Non verisimile est, quàm sit in vtroque genere & creber & distinctus Cato. de Clar. Orat. 34. a
 Non est ita profectò Iudices, non est verisimile, vt Chrysgonus horum literas adamarit, aut humanitatem. pro Rosc. Amer. 72. a
 Etiam tum, quum verisimile erit aliquem commisisse, in suspitione latratote. pro Rosc. Amer. 34. a
 Nonne verisimile sit? Acad. q. ed. 1. lib. 2. 45
 Quid in vnaquaque re verisimile sit, aliter inueniri non potest, nisi de rebus in contrarias partes differatur. Tusc. q. lib. 2. 64
 Vtrumque ex vtriusque persona verisimile videtur. pro Quint. Rosc. 48. b
 Narrationem iubet verisimilem esse & apertam & breuem. 2. de Orat. 46. a
 Sed appellemus docendi gratia verisimile, quod plerunque ita fiat: vt adolescentiam procliuiorem esse ad libidinem. Partit. 20
 Volunt probabile aliquid esse, & quasi verisimile. 4. Academic. q. 64. a
 Verisimilia multa coaceruata proficiunt. Partit. 22
 Verisimillimum mihi videtur quodam tempore neque in publicis rebus infantes, neque insipientes homines solitos esse versari. 1. de Inuent. 5. a
 Neque quicquam adhuc inueni firmius quod tenerè, quàm illud quod mihi simillimum veri videretur, cum illud ipsum verum in occulto latet. Orat. 210. b
Verisimilitudo.
 Præsertim cum possit sine assensione ipsam verisimilitudinem non impediri sequi. Acad. lib. 2. 98
 Veritas sine verisimilitudine fidem facere non potest. 1. ad Herennium, 16
Veritas.
 Veritas est, per quam immutata ea quæ sunt, aut antè fuerunt, aut futura sunt, dicuntur. 2. de Inuent. 241. a
 Veritas debilitata. pro Quint. 2
 Veritas in profundo demersa. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 32. Democriti dictum, *ἢ βυθῶν ἢ ἀλυσῶν*.
 Veritas in sensibus maxima. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 20
 Veritas sempiterna futurarum rerum, in lege. de Nat. d. 1. 30
 Veritas alicuius. pro Quint. 5. Id est, æquitas & iustitia.
 Veritas iudicandi. Tusc. q. lib. 5. 50
 Veritas literarum tuarum non me offendit. 11. ad Att. 30
 Veritas prudentiæ, quasi materiæ, quam tractet, & in qua versetur, subiecta est. Offic. 1. 25
 Vide ne plus ei tribuas, quàm res & veritas ipsa concedat. de Orat. 91. b
 Ista veritas etiam si iucunda non est, mihi tamen grata est. ad Attic. lib. 3. 66. 4. a
 Veritas molesta est, siquidem ex ea nascitur odium. Læl. 75
 Veritas in occulto latet. Orat. 210. b

Subtilitas illa, quum veritas ipsa limatur in disputatione. 2. Offic. 49
 Veritas in omni re vincit imitationem. 3. de Orat. 119
 Vir bonus, & simplicis veritatis amicus. 1. Offic. 91. a
 Veritatis consilium petere ab animis consuetudine imbutis. de Nat. d. 1. 58
 Græci contentionis cupidiores, quàm veritatis. de Or. 89. b
 Sunt his alii multum dispares, simplices & aperti, &c. veritatis cultores, fraudis inimici. 1. Offic. 153. a
 Expertes veritatis homines. 2. de Orat. 45. a
 Qui à forma veritatis, & ab Atticorum regula absunt. Orator, 229. b
 Veritatis ignoratione, vulgi opiniones in maxima inconstantia versantur. de Nat. d. 1. 31
 Veritatis iudicium quaquam oritur à sensibus, tamen non esse in sensibus secundū Academicos. Acad. q. ed. 2. li. 1. 22
 Et illa commentatio inclusa, in veritatis lucem proferenda est. 1. de Orat. 76. a
 Veritatis luce, menti hominis nihil dulcius. Academ. quæst. edit. 1. lib. 2. 31
 Veritatis nota. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 33
 Nec ornatus causam suam dici voluit, quàm simplex ratio veritatis ferebat. de Orat. 104. b
 O magna vis veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, solertiam, contraque fictas omnium insidias, facile se per seipsam defendat. pro Cæl. 50. a
 Nihil veritati relinqui. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 32
 Ad veritatem loqui. Læl. 77
 Non opinione solùm, sed etiam ad veritatem planè velim mihi persuaderi. de Nat. d. 1. 43
 Nihil contra inutilius ei, qui id iniuste consecutus sit, inuenio, quum ad veritatē cœpi reuocare rationem. 3. Of. 112. a
 Quum autem animum ab ista pictura, imaginibusque virtutum, ad rem veritatēque traduxeris. 5. Tusc. 21. a
 Simonidem arbitror desperasse omnem veritatem. de Nat. deor. 1. 42
 Qui in isto opusculo non vt à poeta, sed vt à teste veritatem exigunt. de Legib. 156. b
 Nunquam perfectè veritatem casus imitatur. de Diuin. 85. b
 Veritatem retinere. pro Quint. 50
 Ex veritate pauca vulgus æstimat. pro Rosc. Com. 17
 Ex æterna veritate, causarumque continuatione confluit, quicquid accidit. de Nat. d. 1. 39
 Qui actor in imitanda, quàm orator in suscipienda veritate iucundior: de Orat. 111. b
 Pro causæ veritate. epist. 225. b
 Sine veritate nomen amicitia valere non potest. Læl. 77
 Neque id ambitione adductus facio, sed tum familiaritate & necessitudine, tum etiam veritate. ad Aciliū, li. 13. 32. 3. a
 Veritate colitur amicitia. pro Quint. 13
 Non veritate solùm, sed etiam fama niteretur. 1. ad Quint. frat. 36
Vesanus.
 Vtrum tandem per deos atque homines magis verisimile est vesanum remigem, an aliquem nostrum, &c. 2. de Diuinatione, 171. a
 Hæc furiosa vis vesani Trib. pleb. pro Domo sua, 44. a
 Ac primùm illud à te homine vesano & furioso requiro, quæ te tanta pœnia, &c. pro Domo sua, 2. a
Vescor.
 La cte, caseo, carne vescor. 5. Tusc. q. 130. a
 Dii nec escis, nec portionibus vescuntur. 2. de Nat. d. 84. a
 Est enim omne quo vescuntur homines, penus. 2. de Natura deor. 98. a
 Quum autem vescamur his rebus quæ dulcem motum afferunt sensibus. 2. de Finib. 16. a
 Quæ est autem in hominibus tanta peruersitas, vt inuentis frugibus, glande vescantur: in Orat. 16. a
 Nasturtio vesci Persas esse solitos scribit Xenophon. 2. de Finib. 146. a
 Itaque vt quisque optimè natus institutusque est, esse omnino nolit in vita, si gerendis negotiis ornatus, possit parare. NNN. ii.

tissimis vesci voluptatibus. 5. de Finib. 101. a

Qua pecude, quod erat ad vescendum hominibus apta, nihil genuit natura fecundius. 2. de Nat. d. 239. a. De fue.

Veser, ris, fluuius. Offic. 75. b. de Finib. 53. b

Vesica.

Tanti autem morbi aderant vesicæ & torminum, vt nihil ad eorum magnitudinem possit accedere. 2. de Finib. 154. a

Vesicula.

Nam & muscutorum iecuscula bruma dicuntur augeri, & pileum aridum florescere brumali ipso die, & inflatas rumpi vesiculas. 2. de Diuinat. 25. a

Vespa Terentius.

Vt in illum Titium, qui quom studiosè pila luderet, & idem signa sacra noctu frangere putaretur, gregalesque cum in campum non venisse requirerent, excusauit Vespa Terentius, quod eum brachium fregisse diceret. 2. de Orat. 140

Vespa.

Cornibus vti videmus boues, vespas aculeis, suam denique cuique naturam esse ad viuendum ducem. 5. de Fin. 75. a

Vesper.

Hunc tegit obscurus subter præcordia vesper. in Arat. 13. a

Vsq̄ ad vesperum contentius ambulare. 5. Tusc. q. 138. a

Ab hora octaua ad vesperum secretò collocuti sumus. Tusc. q. 247. b

Cum Senatu dimisso domum reductus ad vesperum est, & c. de Amic. 97. b

Epistolam quum à te auidè expectarem ad vesperum. ad Attic. lib. 2. 23. 1. a

Atque ibi se occultans perpotauit ad vesperum. 2. Philippicarum, 84. a. Aliàs, vsq̄ ad vesperum.

Vt ea ipsa die domum ad vesperum rediit. de Diuin. 105. b

Quumque mane me in syluam abstrusi desam & asperam, non exeo inde ante vesperum. ad Att. lib. 12. 241. 5. a

Vsq̄ ad extremum tempus diei collocuti sunt inter se. de Orat. 87. b

Cephalio mihi à te literas reddidit ad octauum Idus Martii, vespere. ad Att. lib. 11. 220. 1. a

Vespera.

Si accelerare volèr, ad vesperam consequentur. 2. in Cat. 29. a

Ludis commissis ex vrbe profectus veni ad vesperam. 3. de Finib. 12. a

Vesperari.

Septimo Idus Nouembris, Aetio, vesperi. ad Tir. lib. 16. 7. 1. a

Videte nunc illum, primum egredientem è villa subitò. cur vesperi: quid necesse est tardè? pro Mil. 40. a

Heri vesperi. de Orat. 109. b. & Att. 220. b

Quinto Iduum Feb. vesperi è Philotimo literas accepi. Antico, 116. b

Quum ad me in Tusculanum, inquit, heri vesperi venisset Cæsar de Tusculano suo, & c. 2. de Orat. 8. a. & ad Matium, lib. 11. 27. 1. a

Nuntiatum est nobis à M. Varone, venisse eum Roma pridie vesperi, & c. 1. Acad. 1. a

Vespertinus.

Antemeridianis tuis literis heri statim rescripti, nunc respondendo vespertinis. ad Att. lib. 13. 281. 1. a

Tum vespertinis temporibus delitescendo, tum matutinis rursum se aperiendo. 2. de Nat. d. 75. a

Vesta.

Cumque Vesta quasi focus vrbs, vt Græco nomine est appellata, quod nos propè idem Græcū interpretatum nomen tenemus, conspecta sit, ei colendæ virgines præfint, vt aduigiletur facilius ad custodiam ignis, & sentiant mulieres in natura foeminarum omnium deum castitatem pati. 2. de Legib. 31

Ignis Vestæ perpetuus & sempiternus. 4. in Catil. 90. a

Vestæ nomen à Græcis: ea est enim, quæ ab illis *ἑστία* dicitur. Vis autè eius ad aras & focos pertinet. de Nat. d. lib. 2. 50

Nolite pati ludices, aras deorū immortalium, Vestæque matris, quotidianis virginis lamentationibus, de vestro iudicio comoueri, Prospicite, ne ignis ille æternus nocturnis Fonteie laboribus, vigilisque seruatus, sacerdotis Vestæ lachrymis extinctus esse dicatur. pro Font. 31. a

Scriptis, quemadmodum à Vesta ad Tabulam Valeriam ducta esset. 14. fam. 5

Vestalis.

Narrat enim & apud Ennium Vestalis illa, & c. 1. de Diu. 71. a

Tendet ad vos virgo Vestalis manus supplices easdem, quas pro vobis, diis immortalibus tendere consuevit. pro Fonteio, 31. a

Virginisque Vestales in vrbe custodiunt ignem foci publici sempiternum. 2. de Leg. 33. a

Vester.

Non enim corona consensu vester cinctus est, vt solebat: & c. pro Mil. 1

Hesternò die p. c. cum me & vestra dignitas & frequentia Equitum Ro. quibus Senatus dabatur, magnopere commouisset, & c. de Arusp. 1

Magis fuisse vestrū agere Epicuri diè natalè. de Fin. lib. 2. 85

Vestibulum.

Vestibulum Siciliae. 7. Verr. 134. a

Discessimus in vestibulū Teti Damonis. ad At. li. 4. 72. 4. a

Quod autem ἡπόσιον, id est vestibulum sepulchri, bustumve vsucapi vetat. 2. de Legib. 97. a

Nam si essent in vestibulo balnearum, non laterent. pro Cælio, 49. a

Insidiator erat in foro collocatus, atque in vestibulo ipso Senatus. pro Mil. 14. a

At quo loco: celeberrimo ac religiosissimo, ante ipsum Iouem, in primo aditu vestibuloque templi. 4. Verr. 116. a

Nunc sanctissimam partem, ac sedem maximè religionis priuato dicunt vestibulo contineri. de Arusp. resp. 28. a

Non modò limine tectoque adium tuarum, sed primo aditu vestibuloque prohibere quempiam. pro Cecin. 25. a

In ædibus & templis vestibula & aditus. de Orat. 138. b

Vestibula nimirum honesta, aditusque ad causam faciet illustres. in Orat. 28. a

Vestigium.

Post eius interitum veniebamus in curiam, vt vestigium illud ipsum, in quo ille postremum institisset, cōtueremur. 3. de Orat. 4. a

Ne vestigium quidem vllum est reliquum nobis dignitatis. 4. fam. 44

Nec leges vllæ sunt, nec omnino simulachrum aliquod, ac vestigium ciuitatis: Planco, lib. 10. 1. 4. a

Quid in Numa Pompilio: num quod eloquentiæ vestigium apparet: de Orat. 88. b

A quibus miror, ne quod iudiciorum esset vestigium, non subfellia quoque esse combusta. pro Rosc. Amer. 55. a

Vestigium nullum veteris leporis appareat. 9. fam. 32

Si vestigium rei fuerit. ad Heren. 7. b

Cuius rei neque index, neque vestigium aliquod, neque suspicio cuiquam esset vlla. 7. Verr. 126. a

Vestigium vngulæ equi Castoris in silice. de Nat. d. 62. b

Vestigium istius in foro non esse relictum. in Verr. 99. b

Hic vos aliud nihil orat, nisi vt rectis oculis hæc vrbes sibi intueri, atque in hoc foro vestigium facere liceat. pro Rabirio Posth. 30. a

Vtrum pedem quum intulero, atque in possessionem vestigium fecero, tum expellar atque deiici: pro Cecin. 29. a

Te extra munitiones tuas, vestigium vbi imprimas non habere: 13. Philip. 368. a

Nisi ex eo loco, vbi vestigium impresserit, deiici neminem posse. pro Cecin. 55. a

Quacunque enim ingredimur, in aliquam historiam vestigium ponimus. de Finib. lib. 5. 4

Aliquod à Cluentio profectæ pecuniæ vestigium ostende. pro Cluent. 97. a

Asiam istam refertam, & eandem delicatam sic obiit, vt in ea neque auaritiæ, neque luxuriæ vestigium reliquerit. pro Mur. 17. a

Vnæ tabulæ proferantur, in quibus vestigium sit aliquod, quod significet pecuniam Fonteio datam. pro Font. 2. a

Non vidiſtes fratrem, què reliqueras, ne vestigium quidem eius, nec simulachrum, sed quandam effigiem spirantis mortui. Quint. frat. lib. 1. 49

Illos ego accusatores puto fuisse, qui huiusmodi hominum furta odore, aut aliquo leuiter presso vestigio, persequantur. 6. Verr. 47. a

Atque eodem in templo, eodem & loci vestigio & temporis, arbitria non mei solum, sed patriæ funeris abstulisti. in Pis. 16. a

E vestigio eo sum profectus. 4. fam. 36. in epist. Ser. Sulpitii. Deus ille quem mente noscimus, atque in animi notione tanquam in vestigio ponimus. de Nat. d. 9. b

Saturius aliud fraudis in eodem vestigio diuerticulum reperit. pro Quint. Rosc. 53. b

Atque in animi notione tanquam in vestigio volumus respondere. de Nat. d. 1. 28

Stare in vestigio. de Orat. 145. & ad Heren. 21. b

Vestigia alicuius non pressa leuiter ad exigui prædicatione temporis, sed fixa ad memoriam omnium sempiternam. pro Sest. 10. a

Amoris quidem tui quoquo me verti, vestigia: & c. Fabio Gallo, lib. 7. 25. 1. a

Vestigia hic multa maiorum nostrorum. 2. de Leg. 2

Vestigia violatæ religionis. 6. Verr. 87. a

Indicia & vestigia veneni. pro Cluent. 22. a

Vestigia verborum, rerum. Tusc. q. lib. 1. 49

Vestigia eorū, quos diligimus, aut admiramur in locis, nos mouent. 2. de Leg. 3

Extant expressa sceleris vestigia. pro Roscio Amer. 38. a. & pro Corn. Balb. 57. b

Quorum nulla signa tanquam vestigia extarent. Fat. 25

Inerant enim in vtriusque nostrum animis vigilantium vestigia. de Diuinat. 137. b

Exempli causa vestigia antiqui officii remanent. pro Rosc. Amer. 16. a

Curricula in quibus Platonis primum sunt impressa vestigia. Orat. 198. b

In quo qui insunt, aduersa vobis vrgent vestigia. Somn. Scip. 22

Memoriam esse signatarum rerum in mente vestigia. Tusc. quæst. 161. b

Vestigia alicuius persequi. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 3

Ille autè ex mirmillone dux, ex gladiatore imperator, quas fecit strages, vbicunque posuit vestigia: 3. Philip. 146. a

Præsertim quum in lectulo decumanæ mulieris vestigia viderent recentia. 5. Verr. 67. a

Vt omnes mortales huius auaritiæ non solum vestigia, sed etiam cubilia videre possint. in Verr. 147. b

Consequi aliquem vestigiis. pro Cluent. 24. b

Asinius cum Aiulio Romam est profectus: hos vestigiis Opianicus consecutus est. pro Cluent. 27. a

Tot vestigiis impressa, vt in his errari non posset. 5. fam. 58

De Publio quæ ad me scribis, sanè mihi iucunda sunt: eaque etiam velim omnibus vestigiis indagata, ad me afferas. ad Attic. lib. 2. 22. 1. a

Tum quibusdam etiam vestigiis indicatur. Tusc. q. lib. 4. 2

Nam nos quidem quid facimus in Verre, quem in luto volutatum totius corporis vestigiis inuenimus: 6. Verr. 47. a

Quibus vestigiis primum institi, in his ferè soleo perorare. 3. de Orat. 19. a

Ex istis etiam tu rebus effugere te posse confidis, quum te non opinione, sed tuis vestigiis persequamur, quæ & in tabulis publicis expressa & recentia reliquisti: 3. Verr. a

Vt videre possis quemadmodum in spatio Qu. Hortensium ipsius vestigiis persecuti fumus. de Clar. Orat. 170. a

Aduersis vestigiis contra nostra vestigia stant antipodes. 4. Acad. 220. a

Vestigo.

Hi voluptates omnes vestigant atque odorantur. post redit. in Senatu, 13. a

Nam & coniuncta quærimus, & c. & causas rerum vestigabimus, & c. 2. de Orat. 90. a

Ipsa tractatio & quæstio quotidie ex se gignit aliquid, quod cum desideriosa delectatione vestiges. 3. de Orat. 50. a

Vestinus.

Vestinus ager. in Rull. 68

Vestis.

Vestis famularis. Tusc. q. lib. 1. 104

Vestis furialis. Tusc. q. lib. 2. 16

Lintea vestis. 7. Verr. 114. a

Melitenſis vestis. 4. Verr. 127. a

Præiosa vestis. 2. Philip. 76. a

Vestis seruilis. in Pis. 99. b

Vestis stragula. in Verr. 144. b

Hac mutatione vestis facta, omitto, & c. Postquam. 200. b. & pro Sest. 8. a

Tamen isti textrinum per triennium ad muliebrem vestem conficiendam fuit. 6. Verr. 92. a

Fores effregit: restituentur. rescidit vestem: refarciatur. pro Cælio, 29. a

Vestem tum filius mutauit. Quint. frat. 308. b

Cum vos vestem mutandam censuissetis, cumctique mutassetis. Postquam. 206. b

Tanquam in aliquam locupletem ac refertam domum venerim, non explicata veste, neque proposito argento, & c. 1. de Orat. 78. a

Veste mihi non opus est. 12. ad Att. 31

Est Sthenius hic cum hoc capillo atque veste domo sua expilata. in Verr. 261. b

Cæsar cum purpura veste processit. 1. de Diuin. 194. a

In pecore, auro, argento, ebore, veste, supellectili. cōtra Rullum, 73. b

Vestio.

Reconditas exquisitasque sententias mollis & pellucens vestiebat oratio. de Clar. Orat. 149. a

Deus animum circundedit corpore, & vestiuit extrinsecus. de Vniuers. 26

Natura primum oculos membranis tenuissimis vestiuit & sepsit, quas primum perlucidas fecit, & c. 2. de Natu. deorum, 213. a

Quem quum perpetuo vestiuit lumine Titan, Brumali flectens contorquet tempore currum. 2. de Natura deorum, 165. a. De Capricorno.

Denique etiam Vatinius strumam sacerdotii *δελφω* vestiant. Attic. 28. b

Inuenta vestire atque ornare oratione. de Orat. 96. b

His autem tabulis interiores templi parietes vestiebantur. 6. Verr. 108. a

Quasi verò nescias hunc ali & vestiri à Cælia, & c. pro Sext. Rosc. 87. a

Multitudo pecorum ad corpora vestienda. Tusc. q. 163. b

Vestitus.

Hoc enim modo viator quoque bene vestitus causa grassatori fuisse dicitur, cur ab eo spoliaretur. de Fat. 51. a

Cum citharædus prodierit optimè vestitus, palla inaurata indutus, & c. ad Heren. lib. 4. 226. a

Terra vestita floribus, arboribus, frugibus, & c. 2. de Natura deorum, 142. a

Vestita (vua) pampinis, nec modico tepore caret, & nimios solis defugit ardores, & c. Cat. 49

Sepulchrum septum vndique & vestitum vepribus & dumetis. Tusc. q. 241. b

Nisi hoc indignum putas, quod vestitum sedere in iudicio vides. pro Sex. Rosc. 43. b

Homines calceati & vestiti. pro Cæl. 50. b

Montes vestiti atque syluestres. 2. de Nat. d. 198. a

Animantes aliæ coris tectæ, aliæ villis vestitæ. de N. d. 50. b

Peruenire ad aliquem locum cum hominibus malè vestitis. in Pis. 48. a

Vestitus, us.

Vestitus asper nostra hac purpura plebeia, ac penè fusca, & c. pro Sest. 14. a

Vistus vestitusque necessarius. pro Quint. 28. a

Vestitus obsoletior, corpus incultum & horridum. contra Rullum, 68. b

Vestitus purpureus. Diuinat. lib. 2. 28

Orationis vestitus. de Clar. Orat. 183. a

Vestitus enim neminem commouebat is, quem illi mos & ius ingenuitatis dabat. 3. Verr. 108. a

Quando eius obliuiscetur vlla posteritas, cuius scelere in hac vestitus fœditate fuerimus. 12. Philip. 327. a
Is crudelitatem regis in togatos vestitus mutatione vitauit: nam & foccos habuit, & pallium more Græcorum. pro Rab. Poth. 127. b
 Subitò edicunt Còsules, vt Senatores ad suum vestitum redirent. pro Sest. 9. b. & in Pis. 13
 Vestitum, quo tectus eram, tibi dedi. pro S. Rosc. 42. b
 Vestitum mutare. pro Sest. 10. b. & Quint. frat. lib. 2. 7
 Vestitum recuperare. pro Syl. 66
 Reliquos deos ea facie nouimus qua pictores, si còresque voluerunt: neque solùm faciès, sed etiam ornatu, ætate, vestitu. 1. de Nat. d. 110. a
 In vestitu mutando, in populo rogando cæci fuimus. 3. ad Atticum, 25
 Vestitu nimio indulges. de Inuent. 48. b
 Vir muliebri indutus vestitu. ad Att. lib. 1. 8. 5. a
 Voluptas pulcherrimo vestitu, & ornatu regali, in folio sedes. de Finib. lib. 2. 57
 Montium vestitus densissimi. 2. de Nat. d. 240. a
 Riparum vestitus viridissimi. 2. de Nat. d. 143. a
Vestimentum.
 Si telum, si vestimentum, si quid eiusmodi relictum sit, aut si vestigium rei fuerit, aut si cruor in vestimentis, &c. ad Herennium, lib. 2. 39
 Vestimenti aliquod genus funebris. 2. de Legib. 94. a
 Affers purpuram Tyriam, in qua tibi intideo, quòd vnus vestimentis tandiu lautus es. pro Flac. 55. a
 Milo autem quum in Senatu fuisset eo die, quoad Senatus dimissus est, domum venit, calceos & vestimenta mutauit. pro Mil. 20. a
Vestrum, Vide Vos.
Vetecilius.
 L. Vetecilius Lygur. 4. in Verr. 15
Veter.
 Ad quem à Vetere literæ datæ prid. Cal. Ian. cum à se Cæcilius circumferretur. 14. ad Att. 11
Veter.
 Veterimus verissimisque amor. 12. familiar. 38. in epistola Trebonii.
 Pro nostro veterimo, verissimoque amore. Trebonius ad Ciceronem, a
 Vt etiam veterimi poetæ, qui hæc ne suspicati quidem sint, Stoici fuisse videantur. 1. de Nat. d. 30
 Veterima quæque (vt ea vina quæ vetustatem ferunt) esse debent suauissima. de Amic. 60
Veteranus, Veterator, Vide Vetus.
Veternus.
 Erat in eadem epistola veternus ciuitatis, gaudebam sanè, & nostrum amicum congelasse lætabar otio. 2. fam. 24
 Nisi ego cum tabernaculis & aquariis pugnarem, veternus ciuitatem occupasset. 8. famil. 15. in epist. Cælii.
Vetilius.
 Testes aiunt P. Vetilium propinquum Ebutii, Ebutio cum armatis seruis venisse aduocatum. pro Cecin. 18
Veto.
 Tu me incognito assentiri vetas. 4. Acad. 203. a
 Vetat te Volcatius, tuæ tuorumque delicia, mentionē mancipis facere. 5. Verr. 151. a
 Lex peregrinum vetat in murum ascendere. 2. de Orat. 56. a
 Quod omnes leges plenissimè vetant. in Pis. 90. b
 Rationes à te collectæ vetabant, me penitus Reip. diffidere. epistol. 70. b
 Eum saluti desperare vetuit. pro Cluent. 54. a
 Non enim magis assentiuntur, neque approbāt lucere nunc, quàm quum cornix cecinerit, tum aliquid eam aut iubere, aut vetare. 4. Acad. 231. a
 Vetare leges. 1. de Orat. 32
 Vetare Senatum. pro Domo sua, 49
 Lex vera atque princeps, apta ad iubendum & ad vetandum, ratio est recta summi Iouis. 2. de Leg. 18. a
 Præposteris enim vitimur consiliis, & acta agimus, quod vetatur veteri prouerbio. de Amic. 71. a

Vetans.

Ita principem legem illam & vltimam, mentem esse dicebant, omnia ratione aut cogentis, aut vetantis dei. 2. de Legib. 14. a
Vetium.
 Sed verò intelligi sic oportet & hæc & alia iussa ac vetita populorum, vim non habere ad rectè facta vocandi, & à peccatis auocandi. 2. de Leg. 16. a
Vetus.
 Vetus Academia aqua absumpta. Acad. q. edit. 2. lib. 1. 10. hoc est, velut diluuioue quadam hausta, & à noua obscurata. *μετα ποσειδῶνος.*
 Vetus Antistius. ad Brut. 24
 Exceptio vetus & vltata. 1. de Orat. 82. a
 At verò hoc quidem iam vetus est, & maiorum exemplo multis in rebus vltatum. pro Cecin. 33. a
 Vetus hospitium mihi cum eo est. 13. fam. 35
 Miles exercitatus & vetus. 2. Tusc. q. 64. a
 Paterna, magna, & vetus & iusta necessitudo. Attic. lib. 16. 341. 1. a
 Vetus philosophia à Socrate orta. Academic. quæst. edit. 2. lib. 1. 3
 Vetus & Socratica ratio contra alterius opinionem dissendendi quæ fuerit. Tusc. q. lib. 1. 7
 Themistocles vt apud nos perantiquus, vt apud Athenienses non ita sanè vetus. de Clar. Orat. 168. b
 Veterem rem comederit. 11. familiar. 35. Id est, paternam vel auitam.
 Nihil de focu tua, fœmina primaria, Seruilia vetere Dionis hospita audisti? 4. Verr. 15. a
 Veteres hostes, noui amici. 5. fam. 16
 Primum quia veteres illi, &c. de Orat. 100. b
 Veteres nimis sunt tuæ literæ. expecto recens aliquid. 13. ad Atticum, 18
 Maiores nostri veteres illi admodum antiqui, leges annales non habebant. in Ant. 203. b
 Veteribus & priscis, vt aiunt, viris credendum est, qui se progeniem deorum esse dicebāt. Itaque eorum vocabula nobis prodiderunt, nosse autem generatores suos optimè poterant. de Vniuers. 47
 Apud veteres, qui rerum potiebantur, iidem auguria tenebant. Diuin. lib. 1. 77
 Veteres penè omnes nihil cognosci, nihil percipi, nihil sciri posse dixerunt. Academ. q. ed. 2. lib. 1. 32
 Alter vnguētis affluens, calamistrata coma, despiciēs consocios stuprorū ac veteres vexatores ætatulæ suæ, &c. pro Sestio, 13. a
Vetulus.
 Itaque & viuere vitem & mori dicimus: arborēque & no uellam & vetulam & vigere & senescere. 5. de Finib. 69. a
 Se scire aiebat ab eo nuper petitam Cornificiam, Quinti filiam, vetulam sanè & multarum nuptiarum. ad Attic. libro 13. 284. 1. a
 Alphenus interea cum isto gladiatore vetulo quotidie pugnat. pro Quint. 15
 Serò sapiunt. Tu tamen mi vetule non serò, primas illas rabiosulas fat fatuas dedisti. ad Trebatium, lib. 7. 16. 1. a
 Equis vetulis teneros antepone. de Amic. 59. a
Vetustus.
 Opinio tam penitus insita, tam vetusta. pro Cluent. 18. b
 Cum Demetrio Mega mihi vetustum hospitium est. Acilio, lib. 13. 37. 1. a
 Ratio vetustæ disciplinæ. epist. 83. b
 Sed multò tamen vetustior & horridior ille, quàm Scipio. de Clar. Orat. 41. a
Vetustas.
 Vetustas omnia manu facta conficit & consumit. pro Marcello, 7
 Facit peritiores vetustas. pro Domo sua, 90. a.
 Vetustas in authoribus suauitatem nullam habet. de Claris Oratoribus, 158
 In quibus nihil vnquam immensa & infinita vetustas mentita sit. de Nat. d. 2. 11

Vetustas omnibus in rebus longinqua obseruatione incredibilem scientiam adfert. Diuin. lib. 1. 93
 Magna vetustas, magna consuetudo intercedit. Bruto, lib. 11. 27. Id est, vetus amicitia.
 Hæc nulla vnquam vetustas obruet, nulla vnquam delebit obliuio. pro Deiot. 150. b
 Vetustas nostri amoris. 6. famil. 17
 Verborum prisca vetustas. de Orat. 101. b
 Vetustatis exempla oratori nota esse debent. 1. de Orat. 100. a
 Magna est vis vetustatis & consuetudinis. de Amic. 60. a
 Historia verò testis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magistra vitæ, nūcia vetustatis, qua voce alia nisi oratoris, immortalitati commendatur. 2. de Orat. 20. a
 Sed certè si paulum assumpserint vetustatis ac roboris, non continebuntur. contra Rull. 85. b
 Hæc non videntur habitura vetustatem. 14. ad Att. 11
 Res ab nostra memoria propter vetustatem remotæ. lib. 1. de Inuent. 1. a
 Municipium vetustate antiquissimum. 3. Philipp. 134. a
 Vetustate aliquem attingere. 7. in Verr. 67
 Coacciscit ætas vetustate. de Senect. 60. a
 Vetustate coniunctus. 13. famil. 58
 Veteres leges aut ipsas sua vetustate consenuisse, aut nouis legibus esse sublatas. de Orat. 106. b
 Euanescit vetustate vinum. 2. de Diuin. 175. a
 retur. pro Cecin. 9. a

Vienna.

Exercitum ad v. 1. Cal. Mai. Rhodanum traieci magnis iti-
 neribus. Viëna equites mille via breuiore præmisit. Placo,
 10. 9. 4. a

Vietus.

Sed tamen necesse fuit aliquod esse extremum, & tanquam
 in arborum baccis, terræque frugibus maturitate tempe-
 stiva quasi vietum & caducum: quod ferendum est mol-
 liter sapienti. de Senect. 5. a

Vel suspicari contractum aliquo morbo bouis exile & exi-
 guum & vietum cor & dissimile cordis fuisse. 2. de Di-
 uinat. 54. a

Vigeo.

Deus est qui viget, qui sentit, qui meminit, qui prouidet. in
 Somnio Scip. 29. a

Iacet enim corpus dormientis, vt mortui, viget autem & vi-
 uit animus. de Diu. 94. & 104. b

Animus post mortem sentit & viget. pro Sest. 39. a

Viget illud. 3. ad Q. fr. 31. pro, omnium sermone celebratur,
 omnibus est in ore.

Apud quos autè venadi & equitadi laus viget. 2. Tusc. 106. a

Qui numerus viget in primo, iacet in extremo. Or. 218. b

Ea pars animi tum maximè viget, cum plurimum abest à
 corpore. de D. 95. b

Nos animo duntaxat vigeamus etiam magis, quam quom
 florebamur. ad Att. lib. 4. 72. 10. a

Armodius in ore & Aristogiton vigeat. Tusc. 174. b

Quod si ea quæ à terra stirpibus continentur, arte naturæ vi-
 uunt & vigeat. 2. de Nat. d. 117. a

Nihil semper floret: ætas succedit ætati: diu legiones Cæsa-
 ris vigerunt, nunc vigeat Panfæ. 11. Philip. 318. a

Vigent omnibus tui politici libri. 8. fam. 3. in epist. Cælii. id
 est, magno in pretio sunt apud omnes.

Interdũ etiã obiurgationes in amicis viget maximè. Off. 12. b

Qui memoria vigeat, sciunt, &c. 2. de Orat. 193. a

Vigebat auditor Panætii illius tui Mnesarchus. de Or. 88. b

Nos enim planè, mi suauissime Volumni, aut nihil sumus,
 aut nobis quidem ipsis displicemus, gregalibus illis, qui-
 bus te plaudete vigebamur, amissis. ad Volun. lib. 7. 34. 2. a

Fuit hæc gens fortis, dũ Lycurgi leges vigeant. 1. Tusc. 163. a

Flagrabant vitia libidinis apud illum, vigeant etiam stu-
 dia rei militaris. pro Cælio, 8. a

Multaque secula postea sic vigit Pythagoreorum nomen,
 vt nulli alii docti viderentur. 1. Tusc. 60. a

Hæc in philosophia ratio contra omnia differendi, vsque ad
 nostram vigit ætatem. 1. de Nat. d. 17. a

Philosophia doctissimorum contentionibus disensionibus-
 que vigit. Tusc. 175. b

Vestra tum aræ vigerunt, vestra vis valuit. pro Mil. 188. b

Athenis studia eloquentiæ vigerunt. de Or. 86. b

Vita quæ vigeat memoria seculorũ omniũ. pro Mar. 133. b

Quandiu in illo opinato malo vis quædam insit, & vigeat,
 & habeat quandam viriditatem. 3. Tusc. 127. a

Sive occiderit animus, sive vigeat. Tusc. 171. b

Vt eorũ & in bellicis & in ciuilibus vigeat industria. 1. Of-
 ficiorum, 172. a

In nobis esse quiddã quod vigeat, quod seriat. pro Mil. 118. b

Neque enim est vllum, quod non ita vigeat interiore quo-
 dam motu, & suis quoque seminibus inclusis, vt aut flo-
 res, &c. 5. Tusc. 53. a

Vigeant apud istam mulierem venustate. pro Cæl. 54

Vt necesse sit omnium rerum, quæ natura vigeant, similem
 esse finem, non eundem. 5. de Finib. 46. a

Nisi animus, antequam corpus intrasset, in rerum cognitio-
 ne viguisset. Tusc. q. 160. b

Valere & vigeo. de Finib. 132. b

Vigere dicitur arbor nouella. de Finib. lib. 5. 36

Vigere suo motu, nullo aduentitio pulsu, dicitur animus vi-
 gilans. Diuin. lib. 2. 107

Nũc Philonẽ in Academia maximè vigeo audio. de Or. 153

Vigere in cognitione rerum. Tusc. quæst. lib. 1. 47
 In omni rerum natura id viuere, id vigeo, quod caleat. de
 N. 66. b

Vigere in ore. Tusc. q. lib. 1. 105

Vigens.

Homines enim etsi multis aliis, tamè hoc vno à bestiis plu-
 rimum differunt: quod rationem habeant à natura, men-
 temque datam & acrem & videntem. 2. de Finib. 75. a

Vigefimus.

Ab illo tempore annum iam tertium & vigefimum regnat.
 pro Lege Manil. 4. a

Vno & vigesimo die. Terentiæ, lib. 14. 5. 1. a

Vigil.

Clamor à vigilibus, fanique custodibus tollitur. 6. Ver. 84. a

Vigilo.

Tardissimè autem Lentulus, credo quod literis dandis præ-
 ter cõsuetudinem proxima nocte vigilarat. 2. in Catil. 52. a

Quamobrem Quirites, consilio quantum potero, labore plus
 penè, quam potero, excubabo, vigilaboque pro vobis. 6.
 Philip. 216. a

Me & festum de via, & qui ad multam noctem vigilassem,
 arctior, quam solebat, somnus complexus est. in Somn.
 Scip. 4. a

Properando etiam citius, quam si de multa nocte vigilas-
 sent, perueniunt quod volunt. Quint. fr. lib. 2. 16. 3. a

Vigilare magnam partem noctis. Diuin. lib. 1. 54

Vigilandũ est semper: multæ insidiæ sunt bonis. pro Plan-
 cio, 48. a

Vigilans.

Vigilans vel dormiens gubernator. 1. ad Q. fra. 4

Tribunus plebis vigilans & acutus. contra Rull. 61. b

Vigilans, sobrius, & industrius. pro Cælio, 59. a. & 8. ad At-
 ticum, 31

Vigilans homo. pro Sest. 30

Vigilantem pro re alterius, eos ipsos qui aut consuluntur, aut
 defendunt rogantem, &c. 2. Offic. 99. a

Vnum hoc dico, nostri isti nobiles, nisi vigilantes & boni,
 & fortes, & misericordes erunt. pro Rosc. Amer. 82. a

Perficiam, vt nemo vnquam post hominũ memoriam pa-
 rator, vigilator, compositor ad iudicium venisse videat-
 ur. 2. Verr. 20. a

Vigilantia.

Vigilantia mirifica fuit, qui suo toto Consulatu somnũ non
 viderit. 7. fam. 51

Nihil in eo nisi frugalitatem, laborem, vigilantiam esse cu-
 ramus. pro Planc. 51

Sed hoc τήραξ horribili vigilantia, celeritate, diligentia est:
 planè quid futurum sit, nescio. ad Att. lib. 8. 153. 8. a

Ipse tamen Prator qui sua vigilantia pacem in Sicilia dicit
 fuisse. 6. Verr. 48. a

Et vos vt tutam tranquillamque fortunam traheretis, mea
 perfeci vigilantia. Antequam iret in exil. 8. a

Sicilianam virtute eius & vigilantia singulari esse seruatum. in
 Verr. 235. b

Vigilanter.

Quod vigilanter prouinciam administrasset, cuius omnes
 vigilas in stupris constat adulteriisque esse consumptas.
 6. Verr. 127. a

Tu mi Cicero, quod adhuc fecisti, idem præsta: vt vigilanter
 neruoseque nos, qui stamus in acie, subornes. Plancius Ci-
 ceroni, lib. 10. 23. 13. a

Vigilanter se tueri. Senatu, lib. 15. 2. 12. a

Quem L. Murena, pater huiusce, vehemenssimè vigilantif-
 simèque vexatum, repressum magna ex parte, nõ oppres-
 sum reliquit. pro Mur. 30. a

Vigilia.

Cupio iam vigiliam meam Brute tibi tradere, sed ita vt ne
 desim constantiæ meæ. ad Brutum, lib. 11. 24. 3. a

Interim tertia ferè vigilia exacta, quũ iam pontem, &c. 3. in
 Catil. 51. a

Idcirco in hac custodia tãquam in specula collocati sumus,
 vt vacuum metu Pop. Ro. nostra vigilia & prouidentia
 redderemus. 7. Philip. 219. a

Quom puer tuus ad me secunda ferè vigilia venisset, isque
 te ante lucem Iconium mihi vcturum nuntiaffet. ad Ap-
 pium Pulchrum, lib. 3. 7. 8. a

Manendum mihi statuebam quasi in vigilia quadam Con-
 sulari ac Senatoria, &c. 1. Philip. 1. a

Neque enim me stante & manente in vrbs vigilia, neque re-
 sistente Cn. Pompeio, &c. in Pis. 11. a

Si Capitolinæ cohortes, si excubiæ, si vigiliæ, si delecta iuue-
 tus, quæ tuum corpus domumque custodit, contra Milo-
 nis impetum armata est. pro Mil. 52. a

Cui nõ sunt audita Demosthenis vigiliæ, qui dolere se ate-
 bat, si quando opificum antelucana esset victus industria:
 4. Tusc. 67. a

Diei & noctis vigiliæ & horæ. de Inuent. 51. b

Quoniam illud maiorum vigiliarum munus in tuo nomi-
 ne apparuit. in Parad. 5. a

Præcipitur, & negotium datur Quæstoribus & Ædilibus, vt
 noctu vigilas agerent ad ædes sacras. 6. Verr. 83. a

Mihi quidem etiam lippitudo hæc, propter quam non ipse
 ad te scribo, sine vlla lachryma est: sed sapius odiosa est
 propter vigilas. ad Att. lib. 10. 205. 6. a

Qui etiam nunc agendi aliquid dicèdique causa propè con-
 tra naturam, vigilas suscipere soleamus. 5. de Fin. 98. a

Sensistine illam coloniam meo iussu, meis præfidiis, custo-
 diis, vigilisque esse munitam. in Cat. 5. a

Viginti.

Annos propè viginti. in Ant. 182. b

Annosque natus vnum & viginti nobilissimum hominem
 & eloquentissimum in iudicium vocarim. 3. de Orat. 41. a

Quæ, si viginti quiessem dies, in aliorum iugulũ Consulũ
 recidissent. pro Planc. 74. a

Vigintiui.

Vbi nemo sit præter me, qui quenquã ex vigintiuiuis vnum
 esse saluum velit. ad Att. lib. 2. 21. 3. a

Vigintiuiratus.

Repudiari se totum, magis etiam quam olim in Vigintiui-
 ratu putabit. ad Att. lib. 9. 171. 3. a

Vilis.

Vobis tamen vilis esse spiritus meus non debet. 12. Philippi-
 carum, 333. a

Querit, si in mari iactura faciendã sit, equine pretiosi po-
 tius iacturam faciat, an seruuli vilis. 3. Offic. 119. a

Nihil tam vile, neque tam vulgare est, cuius, &c. pro Rosc.
 Amer. 43. a

Semper eos putavi, si vulgares essent, viles: si temporis cau-
 sa constituerent, leues. Q. fr. lib. 1. 1. 45. a

Quod beneficium à me haberetis, cum pro vobis ea, quæ
 mihi vilia essent, reliquisset: pro Sest. 14. b

Quotidie nos ipsa natura admonet, quam paucis, quam
 paruis rebus egeat, quam vilibus. 5. Tusc. 145. a

Etiã si honos noster vobis vilis fuisset, salutem certè cha-
 ram futuram putavi. pro Flacco, 80. a

Quæquam enim Velia non est vilior, quam Luperca: tamen
 istuc malo, quam hæc omnia. ad Trebatium, lib. 7. 21. 2. a

Fruentum quoniam vilius erat, ne emisses. 5. Verr. 169. a

Non minor, inquit, voluptas percipitur tam ex vilissimis
 rebus, quam ex pretiosissimis. 2. de Finib. 145. a

Vilitas.

Vilitas in vendendis fructibus, vbertas in percipiendis. in
 Verr. 199. b

Tanta repente vilitas annonæ ex summa inopia & caritate
 rei frumentariæ consecuta est, &c. pro Lege Manil. 31. a

Subito illo ipso die carissimam annonam necopinata vilitas
 consecuta est. pro Domo sua, 12. a

Vilitas tritici. Offic. 3. 69

Caritas enim annonæ faciebat, vt istuc quod re paruum vi-
 debatur, tempore magnum videretur. Idem istuc si in vi-
 litate pop. Romani largiri voluisset, derisum tuum bene-
 ficium esset atque contemptum. 5. Verr. 185. a

Villa.

Vltra Silianam villã est (quam puto tibi notam esse) villula
 sordida & valde pusilla. 12. ad Att. 245. 1. a

Villa bona benèque ædificata. Offic. 3. 72

Hoc ipso in loco quum auus viueret, & antiquo more parua esset villa, vt illa Curiana in Sabinis. 2. de Leg. 2
Villa Hortensii. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 9
Domus in palatio, villa in Tusculano. pro Dom. 225. b
Esse in agro, & ali ad villam. pro Rosc. Amer. 25. a
Basilicam habeo, nō villā frequentia Formianorū. Att. 30. b
Qui ager villam non habuit. pro Q. Rosc. 50. b
Hominem infirmum in villam apertam, ac ne rudem quidē etiam nunc inuitare nolui. Q. fr. lib. 2. 12. 4. a
Villam in Tyburte habes, cohortē in palatio. 2. de Orat. 146
Quin tu igitur facis idem, inquit Scauola, quod faceres, si in aliquam domum plenam ornamentorum, vel in villā venisses. 1. de Orat. 78. a
Præterit villam meam Curio, iussitque mihi nuntiari, mox se venturum. Att. 157. b
Aqua non longē à villa bellē sanē fluens. Q. fr. lib. 3. 17. 1. a
Tum erat ager incultus sine tecto: nūc est cultissimus cum optima villa. pro Rosc. Comædo, 20. a
Villæ signis & tabulis refertæ partim publicis, partim etiam sacris & religiosis. 3. de Leg. 18
Otium domus est, quæ nulli mearum villarum cedat. Lepido, lib. 6. 18. 9. a
Villarum insania. 3. ad Q. fra. 5
Luculli villarum magnificentia. Off. 28. b
Frumenta aut in agris, aut in villis sunt. 10. Fam. 33. 16. a
Villula.
Villula fordida & valde pusilla. 12. ad Attic. 34
Ego Aripini volo esse prid. Calend. deinde circum villulas nostras errare. ad Attic. lib. 8. 153. 4. a
Cur ocellos Italiæ, villulas meas non video. 16. ad Att. 16
Villicus.
Si mandandum aliqui procuratori de agricultura, aut imperandum villico sit. 1. de Orat. 129. a
Dominus villico delectatur. 5. Verr. 99. a
Qui quum villico factus esset iratior, Quo te modo, inquit, accepissem, nisi iratus essem? 4. Tusc. 128. a
Putat se bonum in arationibus, fructibusque suis habuisse custodem ac villicum. 5. Verr. 99. a
Nicophorum villicū tuum sanē probaui. Quint. frat. 318. b
Habiti villici rem domini priuatamque possessionem defenderent. pro Clu. 51. b
Quum Piliæ nostræ villam ad Lucrinum, villicosque procuratores tradidissem. ad Att. 11. 14. 314. 1. a. & Tusc. 226. b
Ita enim instituisse, & villicis imperaui, vt omnia præberentur, quicumque Laciades in villam suam diuertisset. 2. Offic. 95. a
Villus, li.
Quarum animalium aliæ coriis tectæ sunt, aliæ villis vestitæ, aliæ spinis hirsutæ. 2. de Nat. de. 90
Quid enim oues aliud afferunt, nisi vt earum villis cōfectis atque contextis, homines vestiantur? 2. de Nat. 119
Vincio.
Et verba eligebant, & sententiæ graues & suaues reperiebāt, sed eas haud vinciebant, haud explebant. in Orat. 96. a
Cum igitur eos vinciret, te solum Romam mittebat: pro Deiot. 147. b
Cæsarem quidem L. Cæsare cum mandatis de pace misso, tamen aiunt acerrimē delectū habere, loca occupare, vincire præsidis. 7. ad Att. 55
Vt hi qui ferro victi multos annos fuerūt. 1. Tusculanarū, 119. a
Si turpissimē se illa pars animi geret, & c. vinciat & constringatur amicorum propinquorumque custodis. Tusc. quæst. lib. 2. 43
Facinus est vinciri ciuem Romanum. 7. Verr. 133. a
Sape carpenda membris minutoribus oratio est, quæ tamen ipsa membra sunt numeris vincienda. 3. de Oratore, 105. a
Omnia quæ delapsa iam fluxerūt, seueris legibus vincienda sunt. pro Marcello, 14. a
Vinctus.
Vinctus animus ex eadem alteraque natura. de Vniu. 35
Vinctus beneficio. 10. ad Att. 18

Vinctus ferro. Tusc. quæ. lib. 1. 62
Alterum nimis est vinctum, vt de industria factum appareat: alterum nimis dissolutum, vt peruagatum ac vulgare videatur. in Orat. 113. a
Aspicite religatum asperis vinctumque saxis. 2. Tusc. 41. a
Dedit igitur tibi fortuna, Siculorum C. Marcellū iudicem: vt cuius ad statuam Siculi te Prætorē alligabatur, eius religioni te eundem vinctum astrictumque dedamus. 6. Verr. 81. a
Vinctum ratione dissoluere. de Vniu. 51
Seruorum multitudini s. p. q. r. vinctum ipso consensu, & constrictum spectaculis, atque impeditum turba & angustis tradidisti. de Arusp. 249. b
Tu liberos populos L. Pisoni vinctos constrictosque tradidisti. pro Domo sua, 19. a. & 5. Verr. 29. a
Equites vincti Apronio traditi sunt. in Verr. 155. b
Orbes vincti inter se, & nodis caelestibus apti. in Arato, 28. a
Vinculum.
Nullum enim vinculum ad astringendam fidem iureiurando maiores arctius esse voluerunt. 3. Offic. 151. a
Quæ vincula sunt ciuitatis. Parad. 34
Tollitur beneficium, tollitur gratia, quæ sunt vincula concordia. 2. de Finib. 95
Vincula summæ coniunctionis tecum. 6. ad Att. 21
Quonia te nulla vincula impediūt vilius certē disciplina. Tuscul. quæst. lib. 5. 60. id est, nulli sectæ es addictus.
Vincula fontium seruanto. 3. de Leg. 51
Non vt vincula virorum sint, sed oblectamenta puerorum. Parad. 47
Vincula illa quibus libentissimē astringor. 3. fam. 41
Quum maximē, vt dico, hoc de pecunia clamaret, in vincula coniectus est. 7. Verr. 14. a
Fit s. c. vt Vectius, quod cōfessus esset, se cum eo telo fuisse, in vincula coniceretur: qui eū emisisset, contra Remp. facturum. 2. ad Att. 62
Corpora vinculis constricta. de Or. 104. b
Animo tamen vincula iniici nulla possunt. de Fin. 3. 59
Mitto vincula, carcerē, verbera, & c. in Verr. 160. b. & Tuscul. 183. b
Dixerim, me vel plurima vincula tecum summæ cōiunctionis optare, etsi sunt amoris arctissima: tantum abest, vt ego ex eo, quo astricti sumus, laxari aliquid velim. ad Att. lib. 6. 113. 2. a
Et quomodo hominū inter homines iuris esse vincula putant, sic homini nihil iuris esse cum bestiis. de Finibus, lib. 3. 53
Qui ius ciuile contemnendum putat, is vincula reuellit nō modō iudiciorum, sed etiam vtilitatis, vitæque cōmunis. pro Cecin. 51. a
Quid si aufugisset: si vincula rupisset? 7. Verr. 63. a
Vincula carceris rumpere. Tusc. quæst. lib. 1. 61. metaphoricē, pro, seipsum interficere.
Ergo hos quidem vt famulos vinculis propē à custodia arceamus. Tuscul. quæst. lib. 2. 43
Quos si sequamur, his vinculis simus astricti, vt nos commouere nequeamus. 4. Acad. 112. a
Non iisdē vinculis, quibus ipsi erant colligati. de Vniu. 113. b
Est quidem cum illo maximis vinculis & propinquitatis & affinitatis coniunctus, pro Plancio, 22. a
Si corpora capta sint armis, aut constricta vinculis, tamen suum ius, & c. 1. de Orat. 115. a
Italiā omnibus vinculis deuinctā & constrictā tenere. contra Rullum, 63. b
Qui ex corporū vinculis, tāquā è carcere, euolauerūt. Som. Scip. 9
Et quū illuc ex his vinculis emissi ferremur. Tuscul. quæst. lib. 1. 61. id est, è corporeis affectibus.
Aliquem vinculis & verberibus, atque omni supplicio excruciatum necare. pro Lege Manil. 6. a
Vinculis beneficii obstrictus. pro Plan. 59
Vinco.
Si doceo non ab Habito, vinco ab Oppianico, pro Cl. 50. a
Vincit dolor omnem consolationem. 12. ad Att. 15, 16

Si subitā & fortuitam orationem faciliē vincit, hanc ipsam profectō assidua & diligēs scriptura superabit. de Or. 97. b
Vincunt alios, vicissimque vincuntur. de Vniu. 37
Nunc vigent Panfæ, vigent Hircii, vigent Cæsaris filii, vigēt Planci, vincunt numero, vincūt ætatibus, nimirum etiam autoritate vincunt. 11. Philip. 318. a
Neque verō Asclepiades is, quo nos medicō amicoque vsumus, tum cum eloquentia vincebat cæteros medicos in eo ipso, & c. 1. de Orat. 33. a
Stellarum autem globi terræ magnitudinem faciliē vincebant. in Somm. Scip. 13. a
Mihi viuendū est cū illis, quos vici ac subegi. 3. in Catil. 70. a
Vnum ostende in tabulis aut tuis, aut patris tui emprū esse, vicisti. 3. Verr. 41. a
Vicisti te, vt tuas inimicitias Reip. donares. 5. fam. 11
Quod maximum Consularis maximum Consulem te ipsum vicisti, & lætamur, & mirari satis non possumus. Cassius Ciceroni, lib. 12. 13. 1. a
Non modō opinionem vicit omnium, quæ de virtute eius erat, sed etiam gloriam superiorum. 4. Acad. 3. a
Hos ille moderatione, non inuentione vicit. de Or. 314. b
Licet Hercules, inquit, omnes omnia dicant, in illo nisi ita res manifesta erit allata, vt responderi nihil possit, vicimus. 5. Verr. 123. a
Cui si esse in vrbe turō licebit, vicimus. ad Att. lib. 14. 318. 5. a
Vno te vicimus, quod de Marcelli Collegæ tui salute paulō antē, quā tu, cognouimus. Sulpitio, lib. 4. 4. 7. a
Tanto ille superiores vicerat gloria, quāto tu omnibus præstitisti. pro Deiot. 7. a
Expectate facinus quā multo improbum, vincam tamen expectationem omnium. 7. Verr. 9. a
Vincam omnium studia. 6. fam. 32
Salustius officio vincet omnes. ad Terentiam, lib. 14. 4. 14. a
Vince & vale. Bruto, lib. 11. 25. 6. a
Vince deinde virū bonū fuisse Oppianicū. pro Cluent. 97. a
Vincas te ipsum in augenda gloria. 12. fam. 13
Quū igitur eos vinceret, quos secū habebat, te solum Romam mittebat. pro Deiot. 14. a
Hæc à se peti illi vincerent oportere. de Orat. a
Itane verō cognitor si fuisse tuus, quod vicisset iudicio, ferres tuum. pro Rosc. Comædo, 31. a
Quid mihi mandasti, quum te Puteolis prosequerer, in quo non expectationem tuam mea diligentia vicerim? ad Appium Pulchrum, lib. 3. 10. 27. a
Nū quid est causæ, C. Aquili, quin si longē aliter possedit, quā Prætor edixit, iste ex edicto non possederit, ego sponsonem vicerim? pro Quint. 57. a
Quod si vita istius memoriam vicerit, aliam p. c. non ex oratione eius, sed ex moribus spectare debetis. in Salu. 2. a
Aiunt enim patriam amicitia præponendam esse, perinde ac si iam vicerint, obitum eius Reip. fuisse vtilem? Matius ad Ciceronem, lib. 11. 28. 5. a. Vicerint iam, id est, euicerint, & pro testato ac confesso habuerint.
Vincere animum. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 115
Facile est vincere non repugnantem. Tusc. q. lib. 1. 2
Vincere causam. pro Deiot. 148. b
Vincere cupiditates suas. 15. fam. 23
Vincere dicendo non postulo. 11. fam. 49. in epist. Matii.
Vincere dolorem. 14. Philip. 387
Vincere gloriam superiorum. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 1
Vincere iudicium. 3. in Verr. 98
Vincere sponsonem. pro Cecin. 66
Vincere, & superiorem discedere. Tusc. 186. b
Vincere magnifice. in Cat. 25
Quo enim vno vincebatur à victa Græcia. de Cl. 188. b
Si victus eris, proscribare: si viceris, tamen seruias. 7. ad Att. 29
Sapientis animus magnitudine consilii, & c. vincetur & expugnabitur, qui ne ciuitate quidem pelli potest. in Parad. 32. a
Sape enim videmus fractos pudore, qui ratione nulla vincerentur. 2. Tusc. 84. a
Non est consentaneum, qui metu non frangatur, eum fran-

gi cupiditate: nec qui inuictū se à labore præstiterit, vincti à voluptate. 1. Off. 97
Proinde ita parent se in vita, vt vincti nesciant. Tusc. 238. b
Vincti bonitate naturæ. Offic. 1. 9
Malo cum Pompeio vincti, quā cum istis vincere. ad Att. lib. 8. 151. 2. a
Non vincti me malim, quā vincere. Acad. qu. ed. 1. lib. 2. 11
Vincendi ratio noua. 9. ad Att. 24. in epist. Cæsaris.
Vincendi spes, & ratio persuadendi tota est posita in confirmatione & confutatione. 1. ad Heren. 18
Is dixit, nisi qui vicisset, vincturum esse neminē. in Ant. 189. b
Victus.
Ne actor quidem est is, cui reus tam nocens, tam perditus, tam victus, aut occultē surripit, aut impunē eripi possit. 3. Verr. 6. a
Itaque idem natura victus (cui obsisti non potest) dicit alio loco, & c. 2. de Finib. 81. a
Victus pudore. 6. fam. 21
Ita tua Sulpiti est à nobis tum accusatio victa. de Or. 127. b
Victa est autoritas mea. 6. famil. 20
Sed tamen quum ad Cælium mittebat, vtrum causam illam victam esse nesciebat? pro Deiot. 15. a
Victi & debilitati obiecta specie voluptatis. de Fin. lib. 1. 37
Galli victi silere solent, canere victores. 1. de Diuin. 83. a
Victi ac subacti populi. pro Fonteio, 22. a
Et qui suum iudicium retinent, ne voluptate victi faciant id quod sentiunt non esse faciendum, & c. 1. de Finib. 74. a
Hic primum opes ipsius ciuitatis victæ, comminutæ, depressæque sunt. 7. Verr. 77. a
Victor.
Quam sit metuendus iratus victor armatus. 6. fam. 11
Vt victor beatus & victus, vt sapiens esses. 6. fam. 42
Ille externorum bellorum, hostiumque victor. de Arusp. resp. 45
Cn. Pompeius gentium victor. in Pis. 82. b
Victor Olympiæ. Tusc. q. lib. 1. 99
Victor ages ex inimicorum dolore triumphū iustissimum. 3. fam. 35
Victori sese crediderunt. 4. fam. 25
Victori multa eorum arbitrio, per quos vicit, etiam inuito, facienda sunt. 4. fam. 31
Iudicio hoc sum vsus, non esse barbaris auxiliis fallacissimæ gentis Remp. defendendam, præsertim contra exercitum sæpe victorem. ad Att. lib. 11. 215. 5. a
Neque enim me stante & manente in vrbis vigilia, neque resistente Cn. Pompeio, omnium gentium victore, & c. in Pis. 11. a
Galli victores alacritate & quasi latitia ad canendum excitantur. de Diuin. 120. b
Victorū nomina præcones magna voce pronūtiates. 5. fa. 35
Victoria.
Victoria sudauit Capuæ. Diu. lib. 1. 83
Victoria in bellis ciuilibus, etiam si ad meliores venit, tamen eos ipsos ferocios reddidit. 4. fam. 31
Victoria acerbissima. 6. famil. 54
Victoria ciuilis. pro Deiot. 24
Victoria belli ciuilis, malorum extremum. 9. fam. 10
Victoria crudelis. 4. fam. 31
Victoria funesta orbi terrarum. 10. famil. 16. in epist. Planci
Victoria horribilis. 10. ad Att. 45
Victoria inclinata. 9. fam. 16. in epist. Dolabellæ.
Victoria natura insolens & superba est. pro Marcello, 5
Victoria in ciuilibus bellis semper insolens. 4. famil. 11
Victoria naualis. Diu. lib. 1. 67
Victoria Olympiorum. Tusc. q. lib. 2. 35
Etenim adhuc ita vestri cum illo rege contenderunt Imperatores, vt ab illo insignia victoriæ, non victoriam reportarent. pro Lege Manil. 4. a
Victoriæ ludi. 2. in Verr. 19
In victoriæ possessione permanebit. 10. fam. 44. in ep. Placi.
Victoriæ suæ vota facere. 6. fam. 26. in epist. A. Cecinnæ.
Qui quū ex Reipub. causa iam esset mihi quidem molestus, sibi tamē gloriosam victoriā consequutus. pro Cælio, 11. a
 OOO.iii.

Victoriam constituere. pro Rosc. Amer. 9
 Finem stipendiorum patris victoriam ac triumphum fuisse. pro Mur. 11. a
 Vt ab illo insignia victoriæ, non victoriam reportarent. pro Pomp. 5. b
 Victoriam subire. 6. famil. 5
 Victoriam diutius tenere. 9. ad Att. 24. in epist. Cæsaris.
 Victoriam vincere. pro Marcel. 7
 Ex victoria cum multa mala, tum certè tyrannus existet. 7. ad Att. 24
 Quodammodo victoria excidit è manibus. Att. 278. b
 In victoria alacris exultat improbitas. 1. ad Att. 40
 Facilius in timore benigni, quam in victoria grati reperimur. ad Brut. 15. 10. a
 Victoria nihil in ciuilibus bellis miserius. 4. fam. 31
 Parta victoria conferuandi sunt ii, qui non crudeles in bello, nec immanes fuerunt. Offic. 1. 51
 Victoria diuturna vti. 9. ad Att. 23. in epist. Cæsaris.
 Cuius adolefcencia ad scientiam rei militaris, nõ alienis præceptis, sed suis imperiis, non offensionibus belli, sed victoriis, non stipendiis, sed triumphis est traducta. pro lege Manil. 19. a
Victoriola.
 Idem victoriolas aureas, & pateras, coronasque, quæ simulachrorum porrectis manibus sustinebantur, sine dubitatione tollebat: eaque se accipere, non auferre dicebat. 3. de Nat. 63. de Dionysio.
Victrix.
 Tam verò illa egregia ac præclara mater palàm exultare lætitia, ac triumphare gaudio cœpit, victrix filix, non libidinibus. pro Cluent. 10. a
 Quum subito manus illa Clodiana, in cæde ciuium iam sæpe victrix, exclamat, incitatur. pro Sestio. 68. a
 Quæ victrix, ea læta, profecquentibus suis, vnà cum viro in rogum imponitur. 5. Tusc. 113. a
 Erat victrix Resp. cæsis Antonii copiis, ipso expulso. ad Brutum, 10. 2. a
 Quo autè die Cassii literæ victrices in Senatu recitatae sunt, id est Non. Octob. eodem meæ tumultum nuntiantes. ad Att. lib. 5. 45. id est, victoriam nuntiantes.
 Oraculum erat datum, si rex interfectus esset, victrices Athenas fore. 1. Tusc. 189. a
Victoriatu.
 Crodimū Porcium, & Numium ternos victoriatos Nulchalone ferene Vmbinos & victoriatos mille. pro Fonteio, 8
Vindemiola.
 Ego omnes meas vindemiolas eò referuo, vt illud subsidiū senectuti parè. Att. lib. 1. 18. De fructu studiorū intelligit.
Vindex.
 Vindex deus constituitur, vt præsentis pœnæ metu religio confirmetur. 2. de Leg. 17
 Qui secus faxit, deus ipse vindex erit. de Leg. 173. b
 Vindex æris alieni. 2. ad Att. 9. & 2. ad Q. fratrem, 19
 Custos & vindex cupiditatum. contra Rul. 71. b
 Vindex alienæ dominationis, non vicarius. ad Brut. 44. in epist. Bruti.
 Cato vindex gladiatorum & bestiariorum. Q. fr. 311. b
 Extitisti tu vindex nostræ libertatis. ad Octa. 43. & in Ant. 166. b
 Prouocatio patrona illa ciuitatis, & vindex libertatis. de Or. 126. b
 Quid hoc mihi prodest, & c. si vindex illius mali, author extitit alterius, fundamentum & radices habitui altiores, si patiamur: ad Brutum, 17. 4. a
 Carcer nefariorum vindex. 2. in Catil. 46. a
 Ideo quòd cõcesso peccato, difficile est ab eo qui peccatorū vindex esse debet, vt ignoscat, impetrare. 2. de Inuēt. 198. a
 Vindex nouarum tabularum. 11. Phil. 299
 Quum speculatur atque obsidet Rostra vindex temeritatis, & moderatrix officii Curia. pro Flacco, 45. a
 Te, siquid eiusmedi facis, nõ modò talem adolefcem, sed in ea causa, in qua te vindicem cõiurationis velis esse, vehementer admiror. pro Sylla, 23. a. & 5. fam. 15

Habeat sanè populus tabellam, quasi vindicem libertatis. 3. de Leg. 34
 Tusculanum & Pompeianū valde me delectant, nisi quòd me illum ipsum vindicem æris alieni, ære non Corinthio, sed hoc circumforaneo obruerunt. ad Att. lib. 2. 16. 17. a
 Furix dea sunt, specularices, credo, & vindices, & facinorū & sceleris. 3. de Nat. d. 63. a. & pro Flac. 158. b
 Vindices atque oppressores dominationis. ad Brut. 47. in epist. Bruti.
Vindiciæ.
 Siquis testamēto se hæredem esse arbitraretur, quod tū non extaret, lege ageret in hæreditatem: aut prædæ litis vindiciarum quum satis accepisset, spõsionem faceret: ita de hæreditate certaret. 3. Verr. 80. a
 Eum denique, & c. qui non calumnia litiū, non iniustis vindiciis ac sacramentis alienos fundos, sed castris, exercitu, signis inferendis petebat, & c. pro Mil. 55
Vindico.
 Teque itè ab eo vindico & libero. ad Q. fr. lib. 3. 17. 13. a
 Sed neque honoris, neque ætatis excusatio vindicat à labore. pro Sylla, 19. a
 Te fatis innocentia tua & misericordia hominum vindicat hoc tempore à molestia. ad Q. fr. lib. 1. 4. 2. a
 Grauius olim ista vindicabat vetus illa Græcia. 2. de Leg. 39
 Te valde vindicaui. 1. ad Att. 46. id est, vltus sum.
 Illum foelicitas ipsius ab omnibus miseris morte vindicauit. de Cl. 196. & 183. b
 Illū qui T. Gracchi conatus perditos vindicauit. 1. Off. 154. a
 P. Scipio, qui ex dominatu T. Gracchi priuatus in libertatem remp. vindicauit. epist. 20. & 163. b
 Vindicabis nos non modò versura, verum etiam venditione, si ita res coget. 16. ad Att. 4
 Discordia, quas ius & ferrum vindicabit. epist. 113. b
 Me tamen ita oscitans sapientia, simul atque ad eam confugio, in libertatem vindicabit. 2. de Orat. 79. a
 Magnitudo doloris, à qua me breuitas temporis vindicabit. 2. Tusc. q. 77. a
 Turpitudine personæ eius, in quem libertus inuehimur, vindicabit nos. 12. fam. 40. in epist. Trebonii. id est, excusationem nobis dabit.
 Carbo morte voluntaria se à seueritate iudicium vindicabit. de Cl. 173. b
 An verò seruos nostros, & c. nos à verberibus, ab vnco, à crucis denique terrore, neq; res gestæ, neque acta ætas, neque nostri honores vindicabunt: pro Rab. perduel. reo, 11. a
 Vindicanto capitalia. 3. de Leg. 5
 Vel me hercule, & c. quantum ego ab obliuione hominū, atque à silentio vindicarem. 2. de Orat. 5. a
 Vt ista ab solitudine domum meam vindicarem. 1. de Or. 99
 Neque hoc aut vindicaret Lepidus, aut sanaret. epist. 156. b
 Hoc quidem semel suscepto atque contracto, perpetiendā illa fuerunt, vt se aliquando ad suos vindicaret. pro R. Posth. 15. a
 Siqua notio fecisset aliquid in ciuem Romanum eiusmodi, nõne publicè vindicarem? 7. Verr. 116. a
 Vindicarent ornati homines in dicendo, & c. 1. de Orat. 22
 Neque me arbitrar sine summo scelere posse, quod maleficium in aliis vindicarem, idem in illorum socio, quū scirem, defendere. pro Sylla, 14. a
 Pro dii immortales, hoc aut innocens homo perpeti potuisset, & c. non aliqua se simulatione existimationis hominum vindicasset? 5. Verr. 113. a
 Sapiētiamque esse solam quæ nos à libidinū impetu & formidinum terrore vindicet. 1. de Finib. 71. a
 Dubitabit, quin ab hoc ignotissimo Phryge nobilissimum ciuem vindicetis: pro Flac. 154. b
 Omnia postremò quæ vindicaris in altero, tibi ipsi vehementer fugienda sunt. 5. Verr. 4. a
 Sed an ne tu dicis, qui causa vindicaueris: pro Mur. 130. b
 Vindicare aliquem ab ægritudine & à metu. Tusc. q. li. 5. 32
 Et senectus natura est loquacior, ne ab omnibus eam vitis videar vindicare. de Senect. 50. a
 Vehementer vindicare aliquod facinus. pro Quint. 5. b

Vindicare in veterem libertatem. 2. famil. 7
 Acerrimè maleficia vindicare. pro Rosc. Amer. 7. a. & ad Heren. 15. b
 Pecunia quæ nos à tributis possit vindicare. 2. Phil. 94
 Deinde qui & me & Remp. vindicare in libertatem paratus sum. Afinius ad Ciceronem, lib. 10. 31. 4. a
 Vindicare se ad suos. pro Rab. Posth. 15
 Præfertim quum is vnus esset, qui possit de absente se vindicare: pro Deiot. 14. a
 Seditionem vindicare. Lent. lib. 1. 9. 51. a
 Hominum consilia, non exitus rerum legibus vindicantur. pro Milo. 105. b
 Ego istos liberos nõ addixi, præfertim quum adesset nemo, à quò rectè vindicarentur. Att. 101. b
 Senectutem à solitudine vindicari iuris ciuilibus scientia. 1. de Oratore, 131. a
 In libertatem vindicari vult: in Parad. 52. a
 Tum leges quoque & iudicia demonstranda sunt, per quæ potuerit id peccatū, quòd spõte sua reus punitus sit, moribus & iudicio vindicari. 2. de Inuen. 181. a
 Atque in eam fraudem, & c. sed vt illa etiam scelera eius in Carbonem & in Dolabellam vindicarentur. 5. Verr. 153. a
 Talis improborum consensio non modò excusatione amicitia tegenda non est, sed potius omni supplicio vindicanda est. de Amic. 40. a
 Qui sit Remp. afflictam in veterem libertatem ac dignitatem vindicaturus. epist. 20. b
Vindicatum est.
 Si quid vindicatum seuerè est, vt ex eo crudelitatis inuidiam colligam. 7. Verr. 15. a
 Fateor nõ modò in socios, sed etiam in ciues militesque nostros per se esse seuerè ac vehementer vindicatum. 7. Verrin. 104. a
Vindicatus.
 Atqui iste dolus malus etiam legibus erat vindicatus. Offic. lib. 3. 79
 Facinus in nullo etiam vindicatum. in Verr. 192. b
 His terroribus ab Epicuro soluti, & in libertatem vindicati, nec metum eos, quos intelligimus, nec sibi fingere vllam molestiam, nec alteri quærem. 1. de Nat. d. 77. a
Vindicatio.
 Vindicatio est, per quā vis, & iniuria, & omnino quod obfcurum est, defendendo aut vlciscendo propulsatur. de Inuent. lib. 2. 241
 Vindicatio, per quam vim & contumeliam defendendo, aut vlciscendo propulsamus à nobis, & à nostris, qui nobis chari esse debent, & per quam peccata punimus. 2. de Inuen. 170
 Ac naturæ quidem ius est, & c. vt religio, pietas, gratia, vindicatio, obseruantia, veritas. de Inuen. 70. b
Vindicta.
 An verò seruos nostros horum suppliciorum omnium metu, dominorum benignitas vna vindicta liberauit, & c. pro Rabir. perd. reo, 11. a
 Si neque censu, neque vindicta, nec testamento liber factus est, non est liber: & c. in Topic. 6. a
Vinea.
 Iugera c c vbi institui vineæ possunt. 2. de leg. Agr. 69. a
Vinea, instrumentum bellicum.
 Conductæ vineæ sunt, pugnatur acerrimè. 8. Phil. 245. a
 Vineis cinximus, turre altissima. 5. ad Att. 41
 Aggere, vineis, turribus oppugnauit, vsq; multis tormentis. ad Cat. lib. 15. 4. 28. a
Vinetum, Vinitor, Vinolentus,
 vide Vinum.
Vinum.
 Quibus vinū diffusum est pleno sit œnophoro. 1. de Fin. 40. a
 Vt enim non omne vinum, sic nõ omnis ætas vetustate coacta. de Senect. 60. a
 Vinum neminem excusat. 2. ad Heren. 57
 Ad vinum disertus. pro Cælio, 54
 Vinū ægrotis quia prodest raro, nocet sæpissimè, melius est non adhibere omnino. de Nat. d. lib. 3. 50

Vini, somni, stupri plenus, madenti coma. post reditum in Senatu, 11. a
 Quum fruges Cererem appellamus, vinū autem Liberum. 2. de Nat. deo. 86. a
 Vt si medicus sciat eum ægrotū, qui iussus sit vinum sumere, meracius sumpturum, statimque periturum, magna sit in culpa. 3. de Nat. deo. 112. a
 Qui vinum fugiens vendat sciens, debeatne dicere? Offic. lib. 3. 122. a
 Vt siquis Falerno vino delectetur, sed eo nec ita nouo, vt proximis Consulibus natum velit: nec rursus ita vetere, vt Opimum aut Anitium Consulē quærat. de Clar. 158. a
 Vino oppressus. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 50
 De vino aut fassamento pures loqui, quæ euanescent vetustate. 2. de Diuin. 175. a
 De vino refecare. 5. in Verr. 98
 De vino detrahere. pro Flac. 71
 Quæ autem in lustris & in vino commentatio potuit esse? 12. fam. 4. In vino, id est, in comotationibus.
 Vina, cæteraque quæ in Asia faciliè cõparantur. 3. Verr. 64. a
 Veterrima quæque (vt ea vina quæ vetustatem ferunt) esse debent suauissima. de Amic. 60. a
 Tanquam leuia quædam vina nihil valent in aqua, sic Stoicorum ista magis gustata, quam potata delectant. 5. Tusc. quæst. 10. a
Vinaceus.
 Omitto enim vim ipsam omnium quæ generantur à terra, quæ ex fici tantulo grano, aut ex acino vinaceo, & c. tantos truncos racemolique procreat. de Senect. 48. a
Vinariu.
 Cellaria vinaria. de Senect. 89. b
 Erat etiam vas vinarium, ex vna gemma pergrandi, & c. 6. Verrina. 54. a
 Cognoscite nunc de crimine vinario, quod illi inuidiosissimum & maximum esse voluerunt. pro Font. 8. a
Vinalia.
 Me pridie Vinalia (qui dies hodie est) cum fascibus descensurum imperatorem. in Ant. 260. b. Alii legunt Patilia.
Vinetum.
 Vineta & oliueta. de Nat. 77. b
 Nec verò ita refellendum est, vt si segetibus aut vinetis cuiuspiam tempestas nocuerit. 2. de Nat. d. 247. a
 Sacerdotes vineta, virgetaque, & salutem populi augurant. 2. de Legib. 34. a
Vinitor.
 An ea quæ per vinitorè antea consequbatur, & per seipsam, curabit? 5. de Finib. 71. a
Vinolentus.
 Furere apud sanos, & quasi inter sobrios bacchari vinolentus videtur. in Orat. 54. a
 Si sum in Antonium inuectus, vt ille non ferret, omnemque suam vinolentum furorem in me vnum effunderet. ad Cornif. lib. 12. 25. 9. a
 Vitiosam enim naturam ab eo sic edomitā & compressam esse doctrina, vt nemo vnquam vinolētum illum, nemo in eo libidinis vestigium viderit. de Fato, 16. a
 Ne vinolenti quidem quæ faciunt, eadem approbatione faciunt qua sobrii: & c. de Fato, 16. a
 Medicamina vinolenta. in Pison. 9. a
 Hæc per deos immortales, vtrum esse vobis consilia siccorum, an vinolentorum somnia? 1. de leg. Agrar. 1. a
 Incidere in violentiam vinolentorum. 5. Tusc. q. 166. a
 Dormientium & vinolentorum & furiosorum visa imbecilliora esse dicebas, quam vigilantium siccorum, sanorum. 4. Acad. q. 154. a
Vinolentia.
 Amor, iracundia, ægritudo, vinolentia. 2. de Inu. 133. a
 Ægrotationi autem talia quædam subiecta sunt, auaritia, ambitio, mulierositas, peruitacia, liguritia, vinolentia, cupidia, & siqua similia. 4. Tusc. q. 39
 Cuius etiam generis illa sunt, ex quibus verum nonnunquam inuenitur, pueritia, somnus, imprudentia, vinolentia, insania. in Topic. 40. a

Nam isto modo quidem licet dicere vilem vinolentiam ad fortitudinem. 4. Tusc. q. 80. a

Quid furiosam vinolentiam tuam proferam? 2. Phil. 100. a

Viola.

An tu me in viola putabas, aut in rosa diceris? 5. Tusc. q. 103. a. Id est, in vita delicata & molli.

Violo.

Quid est? Virginem me quodam inuitam per vim violat? 9. fam. 51

Sed tamen nihil de me tulisti, & c. tamenne cum tua voce violabis, quem post nefarium scelus Consulium superiorum tot vides iudicis Senatus, populi Rom. totius Italiae honestatum? pro Domo, 64. a

Præterea te ipsum quodammodo hic violauit, quum in me tam improbus fuit. Att. 151. b

Quum apud exterarum nationum imperii nominisque nostri famam tuis probris flagitiisque violaris. 3. Verr. 58. a

Nisi intellexeritis iudices, nullum esse officium, nullum ius tam sanctum atque integrum, quod non eiusce vis, atque perfidia violarit & imminuerit: & c. pro Rosc. Amer. 64. a

Eorum animi qui se voluptatibus dederunt, & c. deorum & hominum iura violauerunt. in Somn. Scip. 33. a

Violare alterum naturæ lege prohibemur. Off. 3. 34

Violare alterum propter suum emolumentum. Off. 3. 27

Violare aliquem sui commodi gratia. Off. 3. 36

Violare alterum, ut ipse aliquid commodi consequaris. Off. 3. 31

Violare amicitiam. in Anton. 160. b

Violare existimationem alicuius. pro Quintio, 13. b

Violare fidem. Off. 3. 142

Violare ius humanæ societatis. Off. 1. 33

Violare iusiurandum. Off. 3. 142

Ut peccatum est patriam prodere, parentes violare, fana de-peculari, quæ sunt in effectu, & c. 3. de Fin. 51. a

Virginitatem violare. 3. de Nat. d. 81. a

Violare vitam patris. Parad. 30

Nam etsi minore in re violatur tua dignitas, quam mea salus afflictata est: & c. ad Lent. lib. 1. 6. 3. a

Quæ violata sunt, expiari solere. pro Cluen. 58. b

Iudicavi te eo bello violari. ad Attic. lib. 9. 183. 2. a

Nisi quid existimas in ea re violari existimationem tuam. ad Philip. lib. 13. 74. 4. a

Ad Rempub violandam. epist. 13. b

Vel in Repub. violanda fraudes inexplicabiles cœcepissent. 1. Tusc. quæst. 114. a

In patris vita violanda multa peccantur. Partit. 120. b

Is in nobis violandis putabit se aliquid habere populare. ad Attic. 120. b

Violatus.

Amicitia violata. pro Cluent. 93. a

Fortissimi atque optimi viri Tribuni plebis sanctissimum corpus non solum tactum ac violatum manu, sed vulneratum ferro confectumque vidistis. post red. in Sen. 5. a

Ius legationis verbo violatum illi persecuti sunt. pro lege Manilia, 7. a

Sanctæ vota reddunto, poena violati iuris esto. 2. de Leg. 37. a

Violati oculi. de Arusp. 24. pro impuri & conscelerati. Sacra ab isto polluta & violata. in Verr. 274. b

Violata expiabantur. 1. ad Attic. 52

Nisi forte de locis religiosis ac delubris, quos ab hoc violatos esse dixisti, pluribus verbis tibi respondendum putas. pro Rabirio perduel. reo, 4. a

De pollutis & violatis ludis. de Arusp. 249. b

Violentus.

Necessè est, quâuis sis, ut es, violentus & furens. 2. Phil. 78. a

Homo vehemens & violentus. 5. Philip. 177. a

Atque ut verè dicitur parua esse ad beatè viuendum momenta ista corporis commodorum: sic nimis violentum est, nulla dicere. 5. de Finib. 125. a

Impetus alicuius furentes & violenti. de Arusp. 43. a

Non opes violentas & populo Rom. minimè ferendam potentiam: sed charitatem ciuium & gloriam concupisse. 1. Philip. 21. a

Populus Rom. sua sponte pacatus, hominum seditionum vocibus ut violentissimis tempestatibus concitatur. pro Cluentio, 109

Quas res violentissimas natura genuit, earum moderati- nem nos soli habemus. 2. de Nat. d. 115

Violenter.

Manus violenter afferre alicui. Off. 5. b

Violentia.

Nostrorum inimicorum vis atque violentia. Antequam iret in exilium, 7. a

Opprimi impetu violentiæ. Antequam, 8. a

Noui hominis furor, noui effrenatam violentiam. 12. Philipp. 338. a. & 6. 209

Ne sobrius in violentiam vinolentorum incidat, antè dis- cedit. 5. Tusc. q. 1. 66. a

Vipera.

Viperam venenatam ac pestiferam in sinu habere in deli- cius. de Arusp. 47. a

Viperinus.

Morsus viperinus. 2. de Finib. 151. a

Vir.

Vir à viro lectus. pro Milo. 41

Vir altus & excellens. de Fin. lib. 3. 24

Vir stabili & firmo & magno animo. de Fin. lib. 3. 23

Vir bonus, orator. 2. de Orat. 48

Vir planè, & cuius bonus. 10. ad Att. 39

Memor, gratus, & bonus vir. Curioni, lib. 2. 5. 12. a

Vir bonus & sapiens & fortis, miser esse nemo potest. Parad. 22. & 2. Acad. 24

Vir bonus non modò facit, sed ne cogitare quidem quic- quam audebit, quod non audeat prædicare. Off. 3. 102

Iam verò qui potest vir bonus non ad id, quod laudabile sit, omnia referre quæ agit, quæque sentit? Tusc. quæst. lib. 5. 36

Vir bonus refert omnia ad beatè viuendum. Tusc. quæst. lib. 5. 36

Vir clarus & fortis. de Fin. lib. 1. 28

Vir clarus & honoratus. Cato, 20

Vir clarus, sed tamen popularis. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 65

Vir constans ac sapiens. Tusc. q. lib. 4. 45

Vir cum autoritate. 8. ad Att. 31

Vir dignus memoria. de Fin. 114. b

Vir diuinus ac singularis. de Finib. lib. 3. 5

Vir doctus sapiensque. Tusc. q. lib. 2. 35

Vir effeminatus. Tusc. quæst. lib. 3. 32

Vir fortis ægritudine nunquam afficitur. Tusculan. quæst. lib. 3. 13

Vir fortis & animosus. Tusc. q. lib. 2. 50

Vir fortis ac sapiens nunquam ne ingemiscit quidem, nisi forte ut se intendat ad firmitatem. Tusculanar. quæstion. lib. 2. 48

Vir grauis & sapiens. Tusc. q. lib. 3. 42

Vir magnus. Tusc. q. lib. 1. 26. & Acad. q. ed. 2. lib. 1. 10

Vir magnus imprimis. de Nat. d. 1. 84

Vir magnanimus & fortis. Tusc. q. lib. 4. 51

Vir natus ad gloriam vllam, partem animi tam mollem ha- bebit, quam non meditatione & ratione corroboret? Tusculan. q. lib. 2. 36

Vir optimus atque inuictissimus. Somn. Scip. 2

Vir præstans optimis artibus. Tusc. q. lib. 5. 50

Vir præstans virtutis & sapientiæ gloria. Tusculan. quæst. lib. 1. 90

Vir primarius. Cat. 57

Vir primarius populi. de Fin. lib. 2. 95

Vir sapiens quum deus ipse causam iustam dederit, lætus ex his tenebris in lucem illam excesserit. Tusc. q. lib. 1. 60

An tibicines, sique, qui fidibus vtuntur, suo non multitudi- nis arbitrio, cantus numerosque moderantur: vir sapiens multo arte maiore præditus, non quid verissimum sit, sed quid velit, vulgus exquiret? Tusc. q. lib. 5. 75

Sed quum sapiens & bonus vir suffragiis præteritur, nõ po- pulus à bono Consule potius, quam ille à vano populo repulsam fert? Tusc. q. lib. 5. 40

Vir sapiens vincula carceris non ruperit. (id est, non sponte mortem sibi attulerit) sed tanquam à magistratu, aut ab a- liqua potestate legitima, sic à deo euocatus atque emissus exierit. Tusc. q. lib. 1. 61

Vir igitur temperatus, constans, sine metu, sine ægritudine, sine alacritate vlla, sine libidine, nonne beatus? Tuscul. q. lib. 5. 36

Viri propria maximè est fortitudo. Tusc. q. lib. 2. 38

Boni viri vita laudabilis. Tusc. q. lib. 5. 36

Magni viri est, rebus agitatis, punire fontes, multitudinem conseruare, in omni fortuna, recta atque honesta retine- re. Off. 1. 115

Quæ sunt magni cuiusdam & alti viri. Tusc. q. lib. 5. 24

Virum enim excellentem, & tibi tua præstanti in eum libe- ralitate deuinctum, & c. illa epistola retinisti. Lentulo, lib. 1. 7. 9. a

Virum habere. 3. in Verr. 43

Virum videri negant Peripatetici, qui irasci nesciat. Tuscul. quæst. lib. 4. 33

Ad agendum semper aliquid dignum viro natus. 4. fam. 40

Graui teste priuatus sum amoris summi erga te mei, patre tuo clarissimo viro, qui cum suis laudibus, tum verò, & c. Curioni, lib. 2. 2. 1. a. & 2. Acad. q. 4

Appellata est enim ex viro virtus. Tusc. q. 184. b

Cum vno fortissimo viro loquor. 15. fam. 44

Clari & fortes viri commemorandi, eorumque facta non e- molumento aliquo, sed ipsius honestatis decore laudan- da. lib. 1. de Fin. 28

Viri clari & præstantes. Diuin. lib. 1. 77

Viri delecti. Tusc. q. lib. 1. 38

Viri beneficiis excellentes. de Nat. d. 2. 45

Non sentiunt viri fortes in acie vulnera, vel sentiunt: sed mo- ri malunt, quam tantillum modò de dignitatis gradu di- moueri. Tusc. q. lib. 2. 51

Viri humiles & obscuro. Diuin. lib. 1. 76

Summi viri. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 120

Virorum fortium, & magnanimatorum, & patientium, & hu- mana vincuntium est, toleranter dolorem pati. Tusculan. quæst. lib. 2. 38

Itaque viros fortes & magnanimos, eosdem bonos & sim- plices veritatis amicos, minimeque fallaces esse volumus. Off. 1. 91

Si ciuitas per viros bonos grauesque homines, querelas ad vos detulisset. pro Flac. 41. a

Ab optimis illis quidem viris, sed non satis eruditis. Tusc. quæst. lib. 1. 5

Vir, fortis.

Ita & tulit dolorem ut vir, & ut homo, maiorem ferre sine causa necessaria noluit. 2. Tusc. q. 92. a

Quum is iam se corroborauisset, ac vir inter viros esset. pro Cælio, 8. a

Sed quum veneris, virum te putabo: si Salustii Empedoclea legeris, hominem non putabo. ad Q. fra. lib. 2. 13. 2. a

Si virtutis compotes, vel potius si viri volumus esse. 2. Tusculan. quæst. 75. a

Virilis.

Virilis aspectus. de Arusp. 7

Fortis ac virilis laterum inflexio. 3. de Orat. 122. a

Fortis, & ut ita dicam, virilis oratio. Tusc. q. 195. b

Qui præsertim plus etiam, quam pars virilis postulat, pro voluntate populi Rom. oneris ac muneris fuscipere de- beam. 5. Verr. 6. a

Est aliqua mea pars virilis, quod eius ciuitatis sum, quam il- le amplam, illustrem, claramque reddidit. 6. Verr. 73. a

Virilis toga. 2. Philip. 61. a

Recita quæso P. Sesti, quid decreuerint Capuæ Decuriones, ut ita virilis tua vox possit aliquid significare inimicis no- stris. pro Sesto, 7. a

Vereturque quicquid aut facere, aut loqui, quod parum vi- rile videatur. 2. de Fin. 78. a

Nec res periisset, & videremur aliquid doloris virilis habuif- se. ad Att. lib. 11. 229. 3. a. & de Arusp. 40

Sic illam orationem disertam sibi & oratoriam videri, for-

tem & virilem non videri. 1. de Orat. 118. a

Acta enim illa res est animo virili, consilio puerili. ad Attic. lib. 14. 319. 3. a

Sententiis tamen vtendum est eorum potissimum qui ma- ximè forti, & ut ita dicam, virili vtuntur ratione atque sen- tentia. 3. Tusc. q. 37. a

Hæc qui pro parte virili defendunt, optimates sunt. pro Se- stio, 120. a

Tum me eius beneficio plus, quam pro virili parte, obligatū puto. 13. Philip. 348

Sed tamen nonnullos interdum iacit igniculos viriles. At- tico, lib. 15. 44

Viriiter.

Itaque barbari quidam & immanes ferro decertare acerrimè possunt, ægrotare viriliter non queunt. 2. Tusc. q. 110. a

Quod viriliter animoque magno fit, id dignum viro & de- corum videtur. Off. 1. 133

Viriliter sese expedire. Tusc. q. 189. b. & ad Heren. 27. b

Viritim.

Nolim, inquit, mea bona Gracche tibi viritim diuidere li- ceat: sed si facias, partem petam. 3. Tusc. q. 83. a

Dicitur etiam C. Flaminius is, qui Trib. plebis legem de a- gro Gallico & Piceno viritim diuidendo tulerit. de claris Orator. 28

Virbius.

Dixit ab eodem (Sylla) sibi esse imperatū, ut Aurium illum, qui sibi delationem nominis, & capitis periculum osten- tarat: & alterū Aurium, & eius C. filium, & Sext. Virbium, quo sequestre in illo iudice corrupendo dicebatur esse vltus, proscribendos, interficiendosque curaret. pro Clu. 18

Virias.

In qua (laude) ipsa egregium Viriati bello reperimus fuisse Lælium. Brut. 42

Virga.

Portia lex virgas ab omnium ciuium Rom. corpore amo- uit: hic misericors flagella retulit. pro Rab. perduellionis reo, 7. a

Cæsus est virgis Cynicus ille Athenagoras. pro Flac. 13. a

Sed præter furta & rapinas & virgis cæsos socios hæc quo- que fecit, & c. 10. fam. 70. in epist. Af. Pollionis.

Seruus per circum, quum virgis cæderetur, furcam ferens ductus est. de Diuin. 92. b

Quid erit extremum? si damnatus eris, virgis te ad necem cædi necesse erit. 5. Verr. 58. a

Virgula.

Quum tempus ille differret, virgula stantem circumscripsit & c. 8. Phil. 249. a

Quod si omnia nobis, quæ ad victum cultumque pertinent, quasi virgula diuina, ut aiunt, suppeditarentur. 1. Off. 221

Virgetum.

Sacerdotes vineta, virgetaque, & salutem populi auguratio. 2. de Legib. 18

Virgultum.

Omnia arbuta, virgulta, recta peruertere. 1. de Diu. 89. a

Ergo hæc deserta via & inculta, atque interclusa iam fron- dibus & virgultis relinquatur. pro Cælio, 33. a

Virgilius.

Siciliam petiui, animo quæ & ipsa erat mihi sicut domus va- na coniuncta, & obtinebatur à C. Virgilio, quocum me vlt- no vel maximè cum vetusta amicitia, tum mei fratris col- legia, tum Resp. focerat. pro Planc. 77

Quid dicam? C. Virgilio tali ciui & viro benevolentiam inf- me, memoriam communium temporum, pietatem, hu- manitatem, fidem defuisse: nihil videlicet est eorum. pro Plancio, 78

Virginus.

Nisi C. Virginius Legatus vir fortis & innocens interuenif- set, vnum signum Byzantii ex maximo numero nullum haberent. de Prouinc. 6

Quod C. Virginius propinquus tuus, familiarissimus noster de te accuratissimè scripsit, valet id apud me multum, sicuti debet, hominum amicissimorum diligens commendatio. 2. fam. 41

Virgo.

Virgo generosa ac nobilis. Parad. 23

Mollis est enim oratio philosophorum & vmbra trahit, &c. ca
sta, verecunda, virgo incorrupta quodammodo: itaque sermo
potius, quam oratio dicitur. in Orat. 35. a

Spicula illustre gerens splendenti corpore virgo. de Natura
deor. 47. b

Tu fororem tuam virginem esse non fuisti. pro Dom. 23. b

Domini teneamus eloquentiam septem liberali custodia, &c.
tueamurque ut adultam virginem castet. de Claris, a

Decimus annus post virginum absolutionem. 3. in Catil. 54. a

Virgines Vestales in vrbe custodiunt igne foci publici semper
niternum. 1. de Legib. 17

Virgines colendae Vestae praesint, ut aduigiletur facilius ad
custodiam ignis, & sentiant mulieres in natura foemina-
rum omnium deum castitatem pati. 2. de Legib. 31

Virgines id sacrificium instaurassent. 1. ad Att. 26

Virgo, pro sydere.

Virginis ortum disungit a fabula Diogenes Babylonius. de
Nat. deo. 1. 31

Virginalis.

Virginalis modestia. 1. de Diuin. 115. a

Virginalis habitus atque vestitus. 6. Verr. 4. a

Heu virginalem me ore ploratum edere. 2. Tusc. 35. a

Homo timidus virginali verecundia. pro Quint. 21. a

Virginitas.

Minerva patrem dicitur interemisse, virginitatem suam vio-
lare conantem. 3. de Nat. d. 42

Viridis.

Iam vero semper viridis, semperque grauita

Lentiscus triplici folia grandescere foetu. 1. de Diu. 26. a

Inambulare in viridi & opaca ripa. 1. de Legib. 22. a

Ignem ex lignis viridibus atque humidis in loco angusto
fieri iussit. 3. Verr. 30. a

Campi colleque nitidissimi viridissimique. in Verr. 157. b

Adde huc fontium gelidas perennitates, liquores perluci-
dos annuum, nuparum vestitus viridissimos. 2. de Natura
deor. 143. a

Vireo.

Itaque & arbores, &c. alia semper virent, alia hyeme nuda-
ta, verno tempore tepescunt frondescent. 5. Tusc. q. 53. a

Viriditas.

Viriditas pratorum. Cat. 53

Hac laurea illa magnis periculis parata, amittit longo inter-
uallo viriditatem. de Prouinc. 23. a

Senectus aufert eam viriditatem, in qua etiam tunc erat Sci-
pio. de Amic. 11. a

Terra semen tepescit vapore & complexu suo, diffundit
& elicit herbescentem ex eo viriditatem. de Sen. 47

Sed quandiu in illo opinato malo vis quaedam insit & vi-
geat, & habeat quandam viriditatem, tandiu appelletur re-
cens. 3. Tusc. q. 127. a

Viridicatus.

Palaestra & sylua viridicata. 3. ad Q. frat. 3

Virilis, Viritum, vide Vir.

Virtus.

Virtutis & Honoris aedes Romae. 6. in Verr. 107

Virtutis templum, C. Martii monumentum. pro Sest. 101

Virtutis & Honoris templa a Q. Maximo dedicata bello Li-
gustico, & a M. Marcello renouata. de Nat. d. 2. 44

Virtus.

Virtus, est rationis absolutio, siue perfectio. de Finib. lib. 4.
29. & 5. 35

Virtus, est affectio animi constans conueniensque, laudabi-
les efficiens eos in quibus est. Tusc. q. lib. 4. 26

Virtus est animi habitus naturae modo rationi consentaneus.
2. de Inuent. 240. a

Virtus nihil est aliud, quam in se perfecta, & ad summum
perducta natura. 1. de Leg. 19

Virtus est constans & perfecta ratio vitae, quod certe in na-
tura est. 1. de Leg. 34

Virtus a viro appellata est. Tusc. q. lib. 2. 38

Ea patientia, virtus, frugalitasque est, vt, &c. in Verr. 110. b

Virtus & honestas, & pudor cum c o s s. esse cogebat. pro
Rabirio, 95. b

Virtus praecipue in earum rerum moderatione cernitur, quae
corporis aut fortunae sunt. 2. de Orat. 186

Alterum est in quo oratoris vis illa diuina, virtusque cerni-
tur. 2. de Orat. 65. a

Virtus in spernenda & repudianda voluptate vel maxime
cernitur. 1. de Leg. 39

Tardis mentibus virtus non facile committitur. Tusculan.
quaest. lib. 5. 50

Virtus & conciliat amicitias & conseruat. L. 1. 83

Virtus sine ratione constare non potest. de Nat. d. 1. 35

Virtus etiam in hoste delectat. in Piso. 63

Virtus maxime expetitur. Tusc. q. lib. 3. 42

Virtus si propter alias res expetitur, melius esse aliquid,
quam virtutem necesse est. 1. de Leg. 39

Virtus amicitiam & gignit & continet. L. 1. 19

Virtus maxime illustratur magnis in Rempub. meritis. 10.
familiar. 27

Virtus hominem iungit deo. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 129

Satis ad fortiter viuendum virtus potest, ergo etiam ad bea-
te. Tusc. q. lib. 5. 34

In quo virtus sit, ei nihil deesse ad beatè viuendum. Para. 17

Vt enim cursu cursus, sic in viris fortibus virtus virtute su-
peratur. 14. Phil. 397. a

Virtus altissimum locum in homine, & maxime excellen-
tem tenet. de Fin. lib. 4. 30

Nulla virtus prudentia vacat. Tusc. q. lib. 5. 11

Ignari quid virtus valeat, quae in tempestate quiescit, & lu-
cet in tenebris, pulsa loco manet tamen, atque haeret in
patria, splendensque per sese semper, nec alienis vnquam
fordibus obsolescit. pro Sest. 51

Virtus vetat spectare fortunam, dum praestetur fides. Diuin.
lib. 2. 62

Virtus actiuosa est, deus autem vester nihil agens. de Natu-
ra deor. 23. b

Quanti est aestimanda virtus, quae nec eripi nec furripi po-
test, neque naufragio neque incendio amittitur, nec tem-
pestatum nec temporum permutatione mutatur. Parad. 65

Virtus afflictata maxime luctuosa. 2. de Orat. 117

Virtus omnino sui amans est. L. 1. 80

Virtus amitti non potest. Tusc. q. lib. 2. 29

Virtus bellica. Tusc. q. lib. 1. 99

Virtus ad beatè viuendum se ipsa contenta est. Diu. lib. 2. 1

Vna virtus est consentiens cum ratione & perpetua constan-
tia. Parad. 26

Virtus diuina. 1. ad Q. frat. 25

Virtus ea praestantis viri est, quae aliis fructuosa, sibi laborio-
sa aut periculosa est. 2. de Orat. 188

Omnia alia falsa, incerta sunt, caduca, mobilia: virtus est vna
altissimis defixa radicibus, quae nunquam vlla vi labefa-
ctari potest. 4. Philip. 161

Quae tam excellens in omni genere virtus in vllis fuit, vt sit
cum maioribus nostris comparanda. Tusc. q. lib. 1. 2

Virtus eximia alicuius L. Piso, qui tanta virtute atque inte-
gritate fuit, vt, &c. epist. 73. b

Quam non est facilis virtus, quam verò difficilis eius diutur-
na simulatio. Attic. 99. b

Est autem haec huius generis virtus, vt, &c. de Orat. 131. b

Virtus ipsa perditis rebus omnibus, tamen se sustentare po-
test. 6. fam. 3

Ipsa virtus breuissimè recta ratio dici potest. Tuscul. quaest.
lib. 4. 26

Quid est cur virtus ipsa per se non efficiat beatos? Tuscul.
quaest. lib. 5. 14

Non est enim inhumana virtus, neque immunis, neque su-
perba: quae etiam populos vnuerfos tueri, eisque optime
consulere soleat. L. 1. 46

Virtus est per se ipsa laudabilis, & sine qua nihil laudari po-
test. 2. de Orat. 187. a

Virtus & semper & sola libera est, quae etiam si corpora ca-
pta sint armis & costricta vinculis, tamen ius suum atque
omnium rerum impunitam libertatem tenet. 1. de Or. 114. a

Homo cui nulla virtus. ad Octau. 47

Omnis virtus est mediocritas, vt vetus Academia dixit. de
claris Orat. 177. b

Omnis virtus nos ad se allicit, facitque vt eos diligamus, in
quibus inesse videatur. Offic. 1. 81

Virtus omnis tribus in rebus ferè vertitur. Quarum vna est
in perspicendo quid in quaque re verum sincerumque
sit, &c. 2. Offic. 24. a

Virtus quasi perfectio naturae. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 15

Quod natura ipsa, & quaedam generosa virtus statim respuit.
Tusc. quaest. lib. 2. 12

Nunc insidet quaedam in optimo quoque virtus, quae noctes
& dies animum gloriae stimulis concitet. pro Arch. 191. b

Virtus quae voluptate, quasi mercede aliqua, ad officium im-
pellitur, ea non est virtus, sed fallax imitatio simulatioque
virtutis. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 130

Virtus si extrinsecus religata pendeat, & non oriatur ex se, &
rursus ad se reuertatur, & omnia sua complexa, nihil quaer-
rat aliunde, non intelligo cur aut verbis tam vehementer
ornanda, aut re tantopere expetenda videatur. Tusculan.
quaest. lib. 3. 33

Vitae focia virtus, mortis comes gloria fuisse. pro Fot. 284. b

Virtus ipsa per se, sua sponte, separata etiam utilitate, lauda-
bilis est. Tusc. q. lib. 4. 26

Singularis & praestantissima virtus P. Lentuli. Post red. in
Senatu, 4. a

Atqui in sensibus est sua cuique virtus. 5. de Fin. 63. a

Sinaurè virtus subiecta sub varios incertosque casus, famu-
la fortunae est, nec tantarum virium est, vt se ipsa tueatur:
vereor ne non tam virtutis fiducia nitendum nobis ad
spem beatè viuendi, quam vota facienda videantur. Tusc.
cul. quaest. lib. 5. 2

Nec enim vllam mercedem tanta virtus desiderat, praeter
hanc laudis & gloriae, quae etiam si careat, tamen sit se ipsa
contenta. in Anton. 201. b

Virtus quum multis in rebus, tum in amicitia tenera est at-
que tractabilis. L. 1. 44

Virtus instituendo & persuadendo non vi ac metu tradenda
hominibus. 1. de Orat. 228

Virtus, si modò est vlla virtus, omnia quae cadere in homi-
nem possunt, subter se habet, eaque despiciens, casus con-
temnit humanos: culpaque omni carens, praeter seipsam ni-
hil censet ad se pertinere. Tusc. q. lib. 5. 3

Virtus vtrum satis possit ad beatè viuendum, necne. Tuscu-
lan. quaest. lib. 5. 9

Non solum bellandi virtus in summo imperatore quaeren-
da est, sed multae sunt artes eximia huius administratae co-
mitisque virtutis, ac primum innocentia, &c. temperan-
tia, &c. facilitas, &c. ingenium, humanitas, &c. pro lege
Manilia, 25. a

Virtus ciuitatis alligata, voluntas soluta. 2. ad Att. 43

Dicendi virtus, nisi ei, qui dicit ea, de quibus dicit, percepta
sint, extare non potest. 1. de Orat. 26. a

Nam nec arboris, nec equi virtus quae dicitur (in quo abuti-
mur nomine) in opinione sita est, sed in natura. 1. de Le-
gibus, 66. a

Excellentium hominum virtus imitatione, non inuidia di-
gna est. in Ant. 261. b

Virtus ingenti. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 15

Virtus, voluptatis motus pecudum esse dicit. Acad. quaest.
edit. 1. lib. 2. 129

Virtutis adipiscendae causa philosophia quaesita est. Tuscul.
quaest. lib. 3. 42

Omnis virtutis compotes beati. Tusc. q. lib. 5. 29

Durior est conditio spectatae virtutis, quam incognitae. ad
Brut. 50. in epist. Brutii.

Virtutis omnis constantia & firmitas ex his rebus constat,
quibus assensa est, & quas approbavit. Acad. q. ed. 1. li. 2. 38

Virtutis cursus celerior, quam aetatis. 5. Philip. 199

Virtutis defensio charitatem conciliat. 2. de Orat. 114

Virtutis diuisio quadripartita. de Nat. d. 67. b

Virtutis a Romanis, doctrinae a Graecis exempla petenda. 3.
de Orat. 75

Iusta gloria, qui est fructus verae virtutis honestissimus. in
Pisonem, 91. b

Virtutis habitus per se praclarus, iuxta Stoicos. Academ. q.
edit. 2. lib. 1. 27

Virtutis insignia multi etiam sine virtute affecti sunt. 3.
familiar. 51

Virtutis laus omnis in actione consistit. Offic. 1. 29

Virtutis beatæque vitae serius lumen apparet, multo etiam
serius, vt planè qualia sint, intelligantur. de Fin. lib. 5. 54

Virtutis perfectae perfectio fungi munere. Tusculan. quaest.
lib. 1. 98

Virtutis opinio, conciliatrix est amicitiae. L. 1. 36

Virtutis in homine opinio ad faciendam fidem plurimum
valet. Topic. 41

Honos est praemium virtutis, iudicio studioque ciuium de-
latus ad aliquem. de Clar. 191. b

Praemia virtutis & officii sancta & casta esse oportere. 2. de
Inuent. 207

Ex omnibus praemiis virtutis amplissimum praemium est
gloria. pro Milone, 74. a

Virtutis proprium est conciliare animos hominum, & ad
vsum suos adiungere. Offic. 2. 23

Virtutis proprium est, earum rerum, quae secundum naturam
sint, habere delectum. de Finib. lib. 3. 10

Nemo omnino negligendus, in quo aliqua significatio vir-
tutis appareat. Offic. 1. 69

Ad virtutis studium aliquem cohortari. Academ. quaestio.
edit. 2. lib. 1. 12

Socrates dicebat perfectum sibi opus esse, si quis satis effect
cōcitus cohortatione sua ad studium cognoscendae vir-
tutis. de Orat. 102. b

Non ille honorem a pueritia, non studia virtutis, non vllum
existimationis bonae fructum vnquam cogitarat. pro
Cluentio, 25. b

Virtutis vix duplex. Partit. 40

Virtutis contraria est vitiositas. Tusc. q. lib. 4. 27

Vera laus vni virtuti debetur. 2. de Orat. 186. a

Virtuti voluptas inimicissima. Partit. 48

Tempora inimica virtuti. Orat. 200. b

Virtuti nuntium remisisti, delinitus illecebris voluptatis. 15.
famil. 44

Virtutem autem si vnquam amiseris, etsi amitti virtus non po-
test: sed si vnquam confessus fueris te non habere, nullam te
esse habiturum. 2. Tusc. q. 29. sunt enim inter se iugatae co-
pulataeque, vt disiungi non possint.

Si dulcis est gloria, consequere virtutem, noli abiicere labo-
res, petere honorem. Antequam, 193. b

Virtutem gloria necessario consequitur. Tusculan. quaest.
lib. 1. 75

Virtutem sine ratione constare non posse. de Natura deor.
lib. 1. 62

Virtutem in duas partes diuidi, prudentiam & temperan-
tiam, iustitiam autem & fortitudinem esse sub temperan-
tia. Partit. 230. b

Virtutem non esse in nostra potestate, perinde vt vitium, ma-
ximè absurdum est dicere. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 38

Nihil est omnium, quae in philosophia tractantur, quod gra-
uius magnificentiusque dicatur, quam virtutem ad beatè
viuendum, seipsa esse contentam. Tusc. q. lib. 5. 1

Virtutem solam ad beatam vitam non esse seipsa contentam,
iuxta Theophrastum. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 24

Virtutem per se beatam vitam efficere posse, neque tamen
beatissimam, scripsit Antiochus. Tusc. q. lib. 5. 17

Virtutè esse vrbanitatem Stoici rectissime putant. 3. fam. 19

Virtutis his per se ipsam causam non fuisse. lib. 1. de Fin. 28

Recuperata verò sua dignitate, se non commissurum, vt, &c.
virtutem animi non haberet, quam nunquam perdidisset.
Post red. ad Quirit. 16. a

Spinofam & exilem orationem eorum esse, qui dicunt, qui
vnam virtutem habeat, cum omnes habeat. de Orat. 91. b

Si existant qui apud maiores nostros ob egregiam virtutem tali
honore dignati sunt, nonne, &c. 2. de Inuent. 207. a

Virtutem percipere. 1. ad Q. frat. 22

Virtutem perfecit ratio, quum esset ipsa ratio confirmata
quærendo. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 16
Virtutem alicui præstare. 14. fam. 7
Propter virtutem iure laudamur, & in virtute rectè gloria-
mur. 3. de Nat. d. 65
Propter virtutem & probitatem, eos etiam, quos nunquam
vidimus, quodammodo diligimus. Læl. 27, & 28
Virtutem nemovnam acceptam deo retulit, & rectè: pro-
pter virtutē enim iure laudamur, & in virtute gloriamur.
de Nat. d. 77. b
Virtutē hominibus (si modò tradi ratione possit) instituendo
& persuadendo, non minis & vi ac metu tradi. de O-
ratore, 106. b
At nos virtutem semper liberam volumus, semper inuictā:
quæ nisi sunt, sublata virtus est. Tusc. q. lib. 5. 39
Quæ à virtute proficiuntur, susceptione prima, non perfe-
ctione recta sunt iudicanda. de Fin. lib. 3. 27
Non dicam miser (natura quidem abhorret à virtute verbi)
sed, &c. pro Plancio, 64. a
Is virtute animi atque vita fuit bonus author in Senatu. de
claris Orat. 67. a
Virtute cæteris anteire. Off. 2. 51
Animus & ortu, & virtute est antiquior corpore. de Vni-
uersit. 198. b
Virtute beatam vitam contineri necesse est. Tusc. q. lib. 5. 49
Quod rectum & honestum, & cum virtute est. Part. 117. b
Omnes de tua virtute, integritate, humanitate commemo-
rant. Q. frat. 297. b
Omnia summa consequutus es virtute duce, comite fortu-
na. 10. fam. 4
Virtute sua egens. pro Domo sua, 89
Ex virtute proficiuntur honestæ voluntates, sententiæ, a-
ctiones, omniſque recta ratio. Tusc. q. lib. 4. 26
Virtute nihil est formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius.
9. famil. 29
Virtute nihil amabilius, nihil quod magis alliciat ad dili-
gendum. Læl. 27. & de Nat. d. 1. 85
Cave enim putes vllam in philosophia vocem emissam cla-
riorem, vllumve esse philosophiæ promissum vberius aut
maius, quam satis magnam in virtute ad beatè viuendum
esse vim. Tusc. q. lib. 5. 15, & 16
Is virtute animi atque vita fuit bonus author in Senatu. de
claris Orat. 176. b
In virtute atque humanitate percipienda. Q. fra. 295. b
Vir singulari virtute præditus. pro Domo sua, 31. a
In omni virtute inest cura quædam quasi foras spectans, a-
liisſque appetens atque complectens. de Fin. lib. 5. 62
In virtute verum decus positum. 10. fam. 27
Virtute qui præditi sunt, soli sunt diuites. Parad. 65
Virtute non tam multi præditi esse, quam videri volunt.
Lælius, 80
Is gloria maximè excellat, qui virtute plurimum præstet.
pro Plancio, 49. a
Vir sine virtute & ingenio. pro Plancio, 261. b
Sine virtute amicitia esse nullo modo potest. Læl. 19
Sine virtute beatus esse nemo potest. de Nat. deo. 1. 35
L. Pifo qui tanta virtute atque integritate fuit: vt, &c. pro
Fonteio, 24. a
Virtutes ex quibus vita beata existit. 2. de Nat. d. 116
Philosophia, ius civile, eloquentia, cæteræque virtutes. Of-
ficior. 23. b
Virtutes ita copulatæ connexæque sunt, vt omnes omnium
participes sint, nec alia ab alia possit separari. 5. de Fin. 61
Virtutes in specie fictæ simulationis inesse non possunt. 1.
de Nat. deo. 6. a
Virtutes narrationis tres. 1. de Inuen. 41. & 1. ad Heren. 14
Omnes virtutes sunt æquales & pares, sed tamen est species
alia magis alia formosa & illustris. 3. de Orat. 31
Virtutes omnes inter se nexæ coniugatæque sunt. Tuscul.
quæst. lib. 3. 15
Virtutes omnes per se expetendæ. de Fin. lib. 5. 60
In Catonis orationibus omnes oratoriæ virtutes reperiun-
tur. de Claris, 170. b

Licet ex his eligant ea quæ notatione & laude digna sint,
omnes oratoriæ virtutes in eis reperientur. de Clar. 31. a
Virtutes sunt inter se pares. Parad. 25
Virtutes more perfectæ. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 26
Virtutes naturæ perfectæ. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 26
Virtutes animi quatuor. 3. ad Heren. 106
Virtutes quatuor quamquam inter se colligatæ atque impli-
catæ sunt, tamen ex singulis certa officiorum genera na-
suntur. Offic. 1. 25
Virtutes animi voluntariæ, propriè virtutes appellatur, mul-
tæque excellunt non voluntariis. de Fin. lib. 5. 35
Virtutum animi duo genera sunt: vnum earum, quæ ingene-
rantur suapte natura, & vocantur non voluntariæ: alterum
earum, quæ in voluntate positæ, voluntariæ dicun-
tur. de Finib. lib. 5. 33
Virtutum omnium eadem causa atque sententia est: Si emo-
lumentis non sua sponte virtus expenditur, vna erit vir-
tus, quæ malitia rectissime dicitur. 1. de Legib. 37
Admirabilis fama virtutū incredibiliū alicuius. Orat. 199. b
Virtutum præcipuè homines mouent eæ, quæ ad comunio-
nem hominum & liberalitatem valent. Partit. 30
Virtutum nulla esse potest, nisi erit gratuita. Acad. q. ed. 1.
lib. 2. 130. hoc est, quam quis propter semetipsam, nō pro-
pter voluptatem, vel vllam aliam rem appetat.
Legibus & præmia proposita sunt virtutibus, & supplicia
vitiis. de Orat. 106. b
Virtutes, omnium rerum dominas vult esse ratio. de Fini-
bus, lib. 2. 33
Virtutes ipsas esse inter se æquales & pares, ita qui esset elo-
quens, eum virtutes omnes habere atque esse sapientem.
de Orat. 91. b
Virtutes omnes mediocritate quadam esse moderatas. pro
Murena, 139. b
Virtutes tuas in istis vrbibus consecratas, & in deorum nu-
mero collocatas vides. 1. ad Q. fra. 23
Nec enim virtutes sine beata vita coherere possunt, nec illa
sine virtutibus. Tusc. q. lib. 5. 59
Virtutes contineri nomine frugalitatis. Tusc. q. lib. 4. 29
Non omnes virtutes in ratione esse, sed quasdam natura aut
more perfectas senserunt philosophi veteres Academicī
& Peripatetici. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 26
Nequaquam satis esse, ipsum has te habere virtutes, sed esse
circumspiciendum diligenter. Q. frat. 291. b
A magistro sæpe disputatum est, qui vnam haberet, omnes ha-
bere virtutes. Offic. 40. b
Virtutes seiungi non possunt, secundum Stoicos. Academ.
quæst. ed. 2. lib. 1. 27
Virtutes posse seiungi, iuxta philosophos veteres. Academ.
quæst. ed. 2. lib. 1. 27
Qui virtutibus his leuioribus erit ornatus, modestia, tempe-
rantia, iustitia: hæ enim bonum virum videtur potius at-
tingere. 1. Offic. 70. a
Aliis ego te virtutibus, cōtinentiæ, grauitatis, iustitiæ, fidei,
cæteris omnibus, Consulatu, & omni honore semper di-
gnissimum iudicavi. pro Mure. 20. a
Pro tuis maximis clarissimisque virtutibus. Marcello,
lib. 4. 7. 13. a

Virus.

Hic valido cupidè venantem perculit ictu,
Mortiferum in venas figens per vulnera virus. in Arat. 47. a
Tamen is pati non possit, vt nō anquirat aliqū apud quem
euomat virus acerbatis suæ. de Amic. 73

Vis.

Etenim Recuperatores nō ea sola vis est, quæ ad corpus no-
strum vitamque peruenit, sed etiam multo maior ea quæ
periculo mortis iniecto, formidinem animum perterritum
loco sæpe & certo de statu dimouet. pro Cecin. 31
Omnis enim vis est, quæ periculo aut decedere nos alicun-
de cogit, aut prohibet accedere. pro Cecin. 34
Cælestis vis. 2. de Diuin. 139. a
Vis & natura diuina. Tusc. q. lib. 1. 25, & 51
Eximia vis. pro lege Manil. 28. a
Vis flammifera. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 81

Vis in dicendo Antonii à Cotta aberat. Brut. 106
Vis in foro versata est. pro Seft. 66
Vis in manibus. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 14
Vis in vtilitate consideranda. 3. ad Her. 93
Quæ vis igitur? 13. ad Att. 54. vt illud, Vis est hæc quidem.
Vis iuri inimicissima. pro Cecin. 24
Vis accipiendi & patiendi. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 20. qualis est
in materia.
Vis amicitia, & summa consensio. de Amic. 14. a
Hæc est vis huius annuli & huius exempli, si nemo, &c. Of-
ficior. 59. b
Magna vis aquæ. Q. frat. 326. b
Penè infinita vis ac materia artium. de Orat. 85. b
Infinita vis atomorum volitat, &c. de Nat. deo. 1. 38
Multa sæpe imprudentibus imperatoribus vis belli ac turba
mouitur. pro Sex. Rosc. 33. b
Magna vis est conscientia Iudices, & magna in vtranque
partem. pro Milo. 46. a
Ego enim possum vel nescire, quæ vis sit cordis ad viuend-
um. de Diuin. 116. b
Vis Demosthenis. 3. de Orat. 16
Vis omnis ac potestas deorum. de Nat. deor. 78. b. & pro
Cluen. 20. b
Vis dicendi. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 56
Vis dicendi Athenis inuenta est. de Orat. 86. b
Vis dicendi in Ser. Galba, summa. Brut. 45
Vis duplex. pro Cecin. 67
Magna vis eboris. in Verr. 224. b
Vis eloquentiæ quanta sit. 3. de Orat. 43
Id enim celeritas significat & vis equorum. de Diu. 138. b
Si vis improborum spem meam sefellere. in Catil. 123. b
Antonii incredibilis quædam & propè singularis, & diuina
vis ingenii. 1. de Orat. 83. a
Vis & notio intelligentiæ nostræ. de Nat. d. 1. 21
Postremo hæc vis est istius & iuris & verbi, vt fundi populi
beneficio nostro, non suo iure fiant. pro Cornel. 59. b
Magistratus hæc est vis, vt præsit, præscribatque recta. de Le-
gib. lib. 3. 3. a
Vis memoriæ. Tusc. q. lib. 1. 49
Vis mouendi & efficiendi. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 20. qualis est
in forma.
Incurſio seditionis, vis multitudinis, impetus Tribunitius.
pro Cluentio, 38. b
Omnis mundi vis, diuina natura continetur. de Nat. d. 2. 22
Vis incitatiōque orationis. de Orat. 98. b
Vis oratoris in rebus & verbis. Partit. 2
Quinque esset omnis oratoris vis ac facultas in quinque
partes distributa, &c. 1. de Orat. 69. a
Alterum est in quo oratoris vis illa diuina virtusque cerni-
tur. de Orat. 119. b
Tanta vis fuit poenitendi. Tusc. q. 226. b
Vis Prætoris. Post red. in Senat. 9
Vis & effectus radicuin. 2. de Diuin. 68. a
Acti nos id, quod maximè debet, nostra patria delectat, cu-
ius rei tanta est vis ac tanta natura, vt, &c. 1. de Orat. 94. a
Vis & natura rerum. de Finib. 59. b
Vis innumerabilis collecta seruorum. de Arusp. 148. b
Sine re nulla vis verbi est. Orat. 40
Ea intellecta certè nihil ad rem pertinet, quæ verborum vis
sit, ac nominum. pro Cluen. 42. a
Tanta vis virtutis atque ingenii. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 3
Vis in populo abesto. 3. de Legib. 11
Vis abesse debet in actionibus cum populo. Nihil est enim
exitiosius ciuitatibus, nihil tam contrariū iuri & legibus,
nihil minus ciuile & humanum, quam composita & con-
stituta Repub. quicquam agi per vim. 3. de Legib. 37
Ergo aderat vis (vt ait poeta ille noster) quæ summas fragit
infirmatque opes. pro Rab. Posth. 127. b
Certè illud est nō modò iustum, verum etiam necessarium,
quum vi vis illata defenditur. pro Milone, 6. a
Quæ est quasi alia vis, quæ sententia Cæciliæ legis, nisi hæc,
ne populo, &c. pro Domo, 224. b
Magna vis est in fortuna in vtranque partem, vel ad secun-

das res, vel aduersas. Offic. 36. b
Magna vis est in deorum immortalium numine. pro Do-
mo sua, 241. b
Magna vis est in virtutibus: eas excita, si fortè dormiunt.
Tusc. q. lib. 3. 32
Magna in hoc certè vis, & incredibilis animus, & non vnus
viri vires iudicantur, si quidem, &c. pro Milo. 114. b
Etsi in eo ipso est maxima vis, vt simus ii, qui haberi velli-
mus. Offic. 42. b
Nulla vis vnquam est in libera ciuitate suscepta inter ciues,
non contra Rempub. pro Milo. 10. a
Nulla est tanta vis, tanta copia, quæ nō ferro ac viribus fran-
gi possit. pro Marc. 132. b
Et eo magis vis nobis timenda est. Att. 36. b
Si quæ vis facta esset, Senatū existimaturum eius opera fa-
ctum esse, qui s. c. intercessisset. ad Att. lib. 4. 71. 6. a
Aliter in oratione, nec impetus vllus, nec vis esse potest.
Orat. 219. b
Quæ vis inſit in his paucis verbis, si attendes, quod facis.
Torquato, lib. 6. 2. 6. a
Sin autem vitam mihi fors ademisset, aut vis aliqua maior
redicium peremisset: hos, hos, &c. omnia tibi illorum labo-
rum præmia pro me perſoluturos. pro Plancio, 81. a
Quæ sit illa vis. Tusc. q. lib. 1. 49. sub. memoriæ.
Quum magna vis videretur esse in monſtris interpretandis
ac procurandis in aruspicum disciplina. de Diu. 80. b
Vis capite sancitur. 3. de Leg. 40
In pedibus celeritatem, vim in manibus, claritatem in voce,
&c. 1. Acad. q. 29. a
Hæc si tecum, vt dixi, patria loquatur, nōne impetrare de-
beat, etiam si vim adhibere non possit? 1. in Catil. 14. a. &
Offic. 74. b
Cohibitio tollendi, nisi pactus esset, vim adhibebat pactio-
ni, non voluntatem. 5. Verr. 29. a
Ad vim faciendam adhiberi. 7. fam. 26
Vim & manus afferre. 9. ad Att. 51
Afferre vim alicui. Attic. 148. b. & in Verr. 134. b
Si reperientur ita parati, vt vim corpori ac vitæ potuerint af-
ferre. pro Cecin. 296. b
Sic igitur censeo, inquit Crassus, naturā primū atque inge-
nium ad dicendum vim afferre maximam. 1. de Orat. 56. a
Vim adferre in docendo dicuntur rationes Geometricæ, pro-
pter manifestam eorum veritatem, cui nemo contradice-
re potest. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 107
Quam multis istum ingenuis, quam multis matribus fami-
liis in illa tetra atque impura legatione vim atulisse exi-
stimatis? 3. Verr. 42. a
In inuidiam trahemus, si vim, si potentiam, factionem ape-
riemus. 1. ad Heren. 8
Confugiet ad imprudentiam, stultitiam, adolescētiam, vim,
persuasionem, &c. 2. ad Heren. 35
Theodorus Lysimacho mortem minitanti, Magnū verò ef-
fecisti, si cantharidis vim consecutus es. 5. Tusc. 165. a
Omnem vim ingenii, quæ summa fuit in illo, in populari le-
uitate consumpsit. 5. Phil. 199. a
Quantam vim rerum optimarum mens humana cōtineat.
de Legib. 159. b
Quamquam ille, &c. in te potissimum fractam illam & debi-
litatam vim suam contulit, nostram vicem vltus est ipse
seſe. Lentulo, lib. 1. 5. 7. a
Tum profectò doloris magnitudo vim quandam nobis di-
cendi dedit. ad Att. lib. 4. 71. 2. a
Vt vim illatam defendere. pro Milon. 103. b
Eorumque & vim & genera definiunt. Academic. quæstio.
edit. 1. lib. 2. 38
Vim vniuersam ac propriam oratoris definire. de Ora. 90. b
Sulpitium accusatorem suum numerabat, non competitor-
rem, ei vim denuntiabat, Reipublicæ minabatur. pro Mu-
rena, 47. a
Nullam esse vim diuinam somniorum esse dicem. Diuin.
lib. 2. 97
Vim & naturam diuinam esse omnes arbitrantur. Tuscul.
quæst. lib. 1. 25

Ad hostiam deligendam ducem esse vim quandam sentientem atque diuinam, quæ toto confusa mundo est. de Diuin. 115. b

Vim legis perpetuæ & æternæ Iouem esse Chrysippus dicit. de Nat. d. 1. 30

Vim, qua vel agamus, vel sentiamus, in omnibus corporibus viuus æquabiliter esse fusam, nec separabilem à corpore censuit Dicit archus. Tusc. q. lib. 1. 18. & 19

Vim quandam dicit esse Speusippus, qua omnia regantur, eamque animale. de Nat. d. 1. 24

Magnam vim esse in fortuna in vitanque partem, vel secundas ad res, vel aduersas, quis ignorat? Off. 26. a

Vim diuinam in ratione esse positam, ait Chrysippus. de Nat. d. 1. 29

Hanc vim frigorum, hyememque, quæ nos vix huius vrbs rectis sustinemus, excipere. pro C. Rab. Posth. 26. a

Nec verò quisquam aliter arbitrari potest, nisi qui nullam vim cælestem existimat, numenve diuinum. pro Mil. 63. a

Vim veneni aiunt Cælium esse expertum in seruo quodam ad rem ipsam parato, cuius percelsi interitu esset ab hoc comprobatum venenum. pro Cel. 46. a

Rei potius, id est eloquentiæ vim & naturam explicemus. in Orat. 60. a

Qui non verba, sed vim Græcorum expresserunt poetarum. 1. Acad. 8

Vim nefaciunt. 3. de Leg. 11

Maximam vim populus cum illis facit. de Fin. lib. 2. 37

Facere vim alicui. Att. 55. b

Ex conuentu vim fieri oportebat. pro Cecin. 285. & 289. b

Quod ostentum habuit hanc vim, vt Dionysius paucis post diebus regnare coepit. 1. de Diuin. 127. a

Si vir bonus habeat hanc vim, vt si digitis conreperit, possit in locupletum testamenta nomen eius irrepere, hac vi non vtatur. 3. Offic. 99. a

Id habet hanc vim, vt sit ille in fœdere inferior. pro Cornel. Balbo. 28. a

Vim magnam habere. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 43

Quam vim hoc habeat. 11. fam. 21. Id est, quis sit horum verborum sensus.

Quod si illa, & c. tantam habet in se vim & religionem, quantum Reip. dignitas postulat, & c. pro Mur. 1. a

Ea res tantam habet vim, vt, & c. epist. 7. b

Satis magnam vim habere ad artes. Academic. quæst. edit. 1. lib. 2. 134

Illud verò fuit horribile, quod mehercule vereor, ne maiorem vim ad deterrendum habuerit, quam ad cohortandum. 1. de Orat. 135. a

Ad hanc rationem maximam vim natura habet, fortuna proximam. Offic. 24. b

Cui quidem, quæ maximam vim habere dicitur, fortuna ipsa edidit. Part. 122. b

Eandem vim habet æquitatis ratio ad eum restituendum, qui vi deiectus est. pro Cec. 296. b

Huic respondebat, non se negare Demosthenem summam prudentiam, summamque vim habuisse dicendi. 1. de Orat. 44. a

Has literas velim existimes fœderis habituras esse vim. M. Licinio, lib. 5. 8. 13. a

Quæ vim habent frigoris & caloris. de Vniu. 63

Aut rogandi sunt, vt si quam habent vlciendi vim, differant in tempus aliud. Tusc. 226. b

Dictaturam, quæ vim iam regiæ potestatis obsederat, funditus ex Repub. sustulit. 1. Philip. 2. a

Is animi vim & infirmitatem corporis ostendebat. pro Rabirio, 94. b

Vim cælestem, ad eos qui in terris gignuntur, pertinere. de Diuin. 27. b

Quum inimicorum nostrorum vim atque violentiam perspiciat. Antequam iret in exilium, 7. a

Quoniam vtraque vim virtutem esse nostri putant. 1. Acad. 4. Id est facultatem.

Vim quærit, qui permouet concilium, cum agi nihil potest. 3. de Leg. 37

Improbiorum igitur prosperitates, secundæque res redarguunt, vt Diogenes dicebat, vim omnem deorum ac potestatem. 3. de Nat. deo. 128. a

Vim illatam vi licere repellere. pro Milo. 6

Non verebar, ne quis aut vim vi repulsam reprehenderet. pro Sextio, 31. a

Vim suscipere. pro Milo. 10

Vim & naturam deorum tollit Antisthenes. de Nat. d. 1. 24

Radices, quarum causam ignoramus, vim & effectum videmus. de Diuin. 118. b

O vim maximam erroris. Diuin. lib. 2. 27

Tenuisti prouinciam per decem annos, nõ tibi à Senatu, sed à teipso per vim & per factionem datos. 7. ad Att. 128. 12. a

Suprata per vim Lucretia. de Fin. 78. b

Prætor interdixit de vi hominibus armatis. pro Cec. 289. b

Lexque de iis ferretur, vt qui non decessissent, ea pœna, quæ est de vi, tenerent. Q. frat. 309. b

Lex de vi in eos qui Remp. oppugnassent. de Arusp. 13

Lex Plotia de vi. epist. 116. b

De vi damnatis M. Antonii lege prouocatio ad populū concessa. 1. Philip. 16

De vi damnatorum bona publicari solita. ad Brut. 17

Vita ipsa ex vi sua naturæque facillimè perspicitur. pro Sylla, 181. b

In vi versari. 3. in Verr. 47

Timidè tamen & pedetentim istuc descendunt, vi ac necessitate coacti, inuiti. pro Quintio, 39. a

Mentis infinitæ vi ac ratione designari & confici omnia. de Nat. deo. 7. b

Vi manūque confecta res. Offic. 1. 109

Si ad eum restituendum, qui vi deiectus est, eandem vim habet æquitatis ratio. pro Cecin. 42. a

Vi hominibus armatis deiectus sis. 15. fam. 44

Vi expugnata. 12. fam. 20. in epist. Cassii.

Vi ac ratione designari & confici rerum omnium descriptionem. de Nat. deo. 1. 20

Aut aliqua vi morbi impediti. Tusc. q. lib. 1. 39

Sed iis qui vi oppressos imperio coercent, & c. Off. 2. 32

Sex oppida vi oppugnando cepi. 5. fam. 25. in epist. Vatini.

Vi pelli patria. Diuin. lib. 1. 55

Hoc à te præsens contēdissem, atque omni vi te retinuissim. Cælius Ciceroni, lib. 8. 16. 10. a

Vadunt solida vi. epist. 101. b

Vi summa. 3. in Verr. 44. Id est, summis precibus.

Terram mediam esse, ac sua vi nutūque teneri. de Ora. 159. b

Vis, multitudo.

Nulla est enim tanta vis, tanta copia, quæ non ferro ac viribus debilitari frangique possit. pro Marcello, 4. a

Lachrymarum infinita vis. Q. frat. lib. 1. 3. 4. a

Non queo reliqua scribere, tanta vis lachrymarum est: ne te in eundem fletum adducam. ad Terentiam, lib. 14. 1. 10. a

Vis mellis maxima. 4. Verr. 127. a

Vis militum. ad Att. lib. 7. 142. 1. a

Maxima vis ranunculorum. Trebatio, lib. 7. 18. 8. a

Eximia vis remigum. pro Pompeio, 11. b

Vis maxima vasorum. in Verr. 230. b

Ibes maximam vim serpentium conficiunt. de Nat. d. 1. 72

Quid sit homini tributum natura, quantum vim rerum optimarum mens humana contineat. 1. de Leg. 23. a

Vim argenteam dederat præclaro imperatori nostro, vt exhaustas domos repellere possent. de Prouinc. 69. b

Tantam vim natricum, viperarumque fecerit. 4. Academic. quæst. 216. a

Sic Mithridates fugiens maximam vim auri atque argenti, pulcherrimarumque rerum omnium. pro lege Mani. 15. a & 5. Tusc. q. 131. a

Inermes, qui vim haberent armatorum ad nocendum. pro Cecinna, 47. a

Quem vt vidi, equidem vim lachrymarum profudi. Somn. Scipionis, 10

Vires.

Vires corporis, perniciosissimæ cupiditatis satellites. 1. de Inuent. 3

Ex his, alius alio plus habet virium. 1. de Leg. 4. de historicis loquitur.

Ex ea copia coniectura fieri poterit, quantum sis in campo virium & facultatis habiturus. de Pet. Conf. 210. b

Quantum quisque habet virium, tantum in Rep. posse potestulat. ad Brutum, 22

Itemque viribus corporis, & neruis, & efficacitati similes, similibus quoque verbis, animi vires nominantur. Tusc. quæst. lib. 4. 24

Vires amittere & reuocare. 7. fam. 47

Colligere vires. epist. 176. b

Qui mallem tantas ei vires non dedisset, quam nunc tam valenti resisteret. ad Att. lib. 7. 123. 6. a

Quum me vires deficere cœpissent. 1. de Orat. 99. a

Nec nunc quidē vires desidero adolescentis, & c. quod est, eo vti decet: & quidquid agas, agere pro viribus. de Sen. 24. a

Plerique in hoc vocem modò, neque eam scjenter, & vires exercent suas, & linguæ celeritatē incitant. 1. de Orat. 72. a

Experietur consentientis Senatus neruos atque vires. in Antonium, 200. b

Nec vos quidē T. Pōtiti cēturionis vires habetis. de Sen. 29. a

Fannii autem, ætate coniunctus Antipater paulò inflauit vehementius, habuitque vires agrestes ille quidē atque horridas sine nitore ac palæstra. 1. de Leg. 9. a

Nescis quantas vires virtus habeat. in Parad. 18. a

Quidam vires, lacertas, sanguinem quarunt. de Opt. 243. b

Vir maximis viribus. pro Cæl. 50. b

Nõ enim viribus, aut velocitatibus, aut celeritate corporum res magnæ geruntur, sed consilio, autoritate, sententia. de Senect. 16. a

Quumque ille vir, qui, & c. integerrima ætate, optimo habitu, maxims viribus, eriperetur indignissimè bonis omnibus, atque vniuersæ ciuitati. pro Cælio, 46. a

Est profectò animi medicina philosophia, & c. omnibusque opibus viribusque, vt nosmetipsi nobis mederi possimus, elaborandum est. 3. Tusc. q. 10. a

Quæ ego si non profundero ac perdere videbor, omnibus meis viribus sustinebo. ad Ant. lib. 5. 5. 7. a

His autem perturbacionibus, quas in vita hominū stultitia quasi quasdam furias immittit atque incitat, omnibus viribus atque opibus repugnandum est. 3. Tusc. q. 43. a

Orationis subtilitas, & c. Et si enim nõ plurimi sanguinis est, habeat tamen succum aliquem oportet, vt etiã si illis maximis viribus careat, sit (vt ita dicam) integra valetudine. in Orat. 43. a

Semel circumfessus lectis valentissimorum hominum viribus cecidi sciens. in Anton. 244. b

Viribus eniti, consilio prouidere, autoritate mouere. 10. fam. 7. in epist. Planci.

Excellere aliquem pulchritudine & viribus. 3. Off. 31. a

Maximis corporis viribus esse. Offic. 2. 129

Ita bonis viribus esse extremo tempore, & c. Cat. 26

Non enim viribus, aut velocitatibus, aut celeritate corporum res magnæ geruntur, sed cõsilio, & autoritate, & sententia. de Senect. 80. b

Nõ enim iis rebus pugnabamus, quibus valere poteramus, & c. sed lacertis & viribus, quibus pares non eramus. ad Marcellum, lib. 4. 7. 5. a

A quo quum amentatas hastas acceperit, ipse eas oratoris la certis viribusque torquebit. 1. de Orat. 132. a

Viribus ad luandum valere. Offic. 1. 149

Viscus, sci.

Prouisum etiam, vt si qua minima bestiola conaretur irrum pere, in sordibus aurium, tanquam in visco inhæresceret. 2. de Nat. deo. 216. a

Viscera, viscerum.

Tanti aderant morbi vesicæ & viscerum. de Fin. 84. b

Quin & humorem & calorem qui est fusus in corpore, & terrenam ipsam viscerum soliditatem à terra sumpsimus. 2. de Nat. d. 27. a

Venæ viscerum imbutæ viperino morfu. 2. de Finib. 151. a

Is extruxit villã in Tusculano nõ solum à iugulis nostris, sed

etiam à membris visceribusque auertit. in Ant. 261. b

De visceribus tuis & filii tui satisfacturus sis. 1. ad Q. fra. 54.

Id est, de patrimonio tuo & de angustiis rei tuæ familiaris. Hæc non extrinsecus alicunde quarenda, sed ex ipsis visceribus causæ sumenda sunt. de Orat. lib. 2. 174. a

Tela in tuis pulmonibus & visceribus adhærebunt. in Verrem, 31. b

Metrodorus qui omne bonū in visceribus medullisque condidit. Tusc. q. 233. b

Sed noli me putare *ἐπιδαλματι* illa tua abieciisse, quæ mihi in visceribus hærent. Attic. 6. 8

Qui in medullis populi Rom. ac visceribus hærebant. 1. Philip. 26

Periculum autem residebit, & erit inclusum penitus in venis atque visceribus Reip. in Cat. 1. 23. a

Permanat in venas, & inhæret in visceribus id malum. 4. Tusc. q. 37. a

Visceratio.

Prodigi, qui epulis & viscerationibus & gladiatorum muneribus, ludorum venationumque apparatu pecunias profundunt in eas res. 2. Offic. 80. a

Visito, tas: Viso, sis: Visum, Visus, vide Video.

Vita.

Si vita mihi contigerit. 10. fam. 51. in epist. Planci.

Vita corpore & spiritu continetur. pro Marc. 135. b

Non in spiritu vita est, quæ nulla est omnino seruienti. in Anton. 228. b

Illam, qua tum viuebas, non erat vita. pro Cluen. 53. b

Vita expetitur, quia nos, in quo nati sumus, continet. de Legibus, 161. b

Vita tandiu remanet in nobis, quandiu calor, qui motus causa est, remanet. de Nat. d. 2. 17

Si vita suppetet. lib. 1. de Fin. 9

Vita acta, & vita consequens. de Fin. 96. b

Non obeft mihi turpis & nocens, sed honestissimè & laudatissimè acta vita. 9. Phil. 267. a

Vita innocentissimè acta. in Salut. 2. a

Amarissima vita. de Fin. 58. b

Sequetur igitur horum ratione vel ad supplicium beata vita virtutem, cumque ea descendet in taurū, & c. nec eam minimis blandimētis corrupta deseret. Tusc. q. lib. 5. 64

Vita beata si amitti potest, beata esse non potest. Tusc. q. lib. 3. 2. & de Fin. lib. 2. 71

Vita bonorum beata. Tusc. q. lib. 5. 36

An dubium est, quin nihil sit habendum in eo genere, quod vita beata complectitur, si id possit amitti? Tusc. q. lib. 5. 30

Vita beata virtute conficitur. Tusc. q. lib. 5. 36

Nihil enim inueterascere, nihil extinguī, nihil care debet, eorum, in quibus vita beata consistit. Tusc. q. lib. 5. 30

Dabit, dabit, inquam, se in tormēta vita beata: nec iustitiam, temperantiã, in primisque fortitudinem, magnitudinem animi, patientiã profecta, quum tortoris os viderit, consistet: virtutibusque omnibus sine villo animi terrore ad cruciatum profectis resistet extra fores limēq; carceris. Tusc. q. lib. 5. 59

Vita beata quum semel suscepta est, tam permanet, quam illa ipsa effectrix beata vitæ sapientia, neque expectat vltimum tempus ætatis. de Fin. lib. 2. 72

Videamus ne vt aceruus ex sui generis granis, sic beata vita ex sui similibus partibus effici debeat. Tusc. q. lib. 5. 34

Vita beata in vacuitate ægritudinis posita est. Tusc. q. lib. 5. 31

Vita beata in vna virtute posita. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 17

Beata vita laudabilis. Tusc. q. lib. 5. 36

Vita beata non appellatur, nisi confecta atque absoluta. de Finib. lib. 2. 72

Vita beata non in aliqua parte, sed in perpetuitate temporis dici solet. de Fin. lib. 2. 72

Vita beata nõ videtur Stoicis optabilior, nec magis expetenda, si sit longinqua, quam si breuis. de Fin. lib. 3. 37

Vita beata par & similis deorum. 2. de Nat. d. 116 *Vita real*

Et quidem nisi ea vita beata est, quæ est eadem honesta, sic aliud necesse est meli⁹ vita beata: quo quid potest dici peruerfius? Tusc. q. lib. 5. 37

Vita beata sine virtutibus coherere non potest. Tusc. quæst. lib. 5. 59
 Nihil est aliud quod prædicandum & præ se ferendum sit, nisi vita beata. Tusc. q. lib. 5. 37
 Brevis est vita, cursus gloriæ sempiternus. pro Sestio, 38. a
 Vita communis. Acad. q. edit. 2. lib. 1. 11
 Vita victusque cõmunis in amicis vigent maximè. Off. 12. b
 Vita conferta omnium voluptatum varietate. 2. de Fin. 54
 Vita consentiens, virtutibusque respondens. 5. de Fin. 61
 Vita constans & probata. Topic. 227. b
 Cum ferro vita est erepta. de Orat. 143. b
 Vita expleta virtutibus animi & corporis. de Fin. lib. 5. 34
 Fœdissima ac miserrima vita. pro Sylla, 56. a
 Hæc vita mors est. Tusc. q. lib. 1. 61
 Vestra verò quæ dicitur vita, mors est. de Somn. Scip. 127. b
 Quibus enim potius hæc vita factis traducatur. ad Brutum, 16. 17. a
 Vita boni viri honesta, quoniam laudabilis. Tuscul. quæst. lib. 5. 36
 Vita horrida atque arida mihi cordi est. pro Quint. 17. b
 Vita inculta & deserta ab amicis, iucunda esse non potest. Lælius, 50
 Vita ingenua. 5. fam. 64
 Vita inhonorata & ingloria. Tusc. q. lib. 3. 68
 Quomodo igitur iucunda vita potest esse, à qua absit prudentia, absit moderatio? Tusc. q. lib. 5. 73
 Docuit enim iam nos longa vita, vniuersum rerum maximum, &c. 2. de Orat. 113. a
 Nam (reor) nullis, si vita longior daretur, posset esse iucundior. 1. Tusc. 149. a
 Obsecro te mea vita, quod ad sumptum attinet, sine alios qui possunt, si modò volunt, sustinere. Terentia, lib. 14. 2. 7. a
 Tum vita omnibus metenda ut fruges. Tusc. q. lib. 3. 50
 Vita militaris. Tusc. q. lib. 2. 1
 Vita nostra omnibus telis fortunæ proposita. 5. fam. 44
 Vita nulla est. 7. famil. 4
 Vita occupata. Tusc. q. lib. 2. 1
 Vita otiosa. Offic. 1. 129. Hoc est, ab administratione Reipub. remota.
 Quorum vita perspecta in rebus honestis atque magnis est, &c. 1. Offic. 207
 Vita placata, tranquilla, quieta, beata. de Fin. lib. 1. 55
 Vita insidiarum periculorumque plenissima. Offic. 3. 112
 Si in hac administratione vita mihi ponenda sit, præclare actum mecum putem. epist. 141. b
 Vita priuata & quieta. Cato, 10
 Vita quæ ex summo bono degitur, quia coniuncta ei virtus est, in sapientem solum cadit. de Fin. lib. 4. 13
 Vita expetitur, quia nos, in qua nati sumus, continet. 1. de Legibus, 46. a
 Tamen non antè quàm illum vita expulit, bellum confectum iudicari. pro Muren. 33. a
 Vita quotidiana, assidua, urbana. in Pis. 50. & 1. ad Q. fra. 28
 Vita recta, & honesta, & constans, & naturæ congruens. de Fin. lib. 5. 61
 Vita doloribus referta. de Finib. lib. 1. 33
 Ut quætuosa mercatura, fructuosa aratio dicitur, nõ si altera semper omni damno, altera omnis tempestatis calamitate semper vacet, sed si multò maiori ex parte extet in vtraque felicitas: sic vita, non solum si vndique referta bonis est, sed si multò maiore & grauiore ex parte bona prodependent, beata rectè dici potest. Tusc. q. lib. 5. 63
 Vita rustica honestissima atque suauissima. pro Rab. 26. b
 Vita hominis spectanda ex antefactis. 2. ad Heren. 34. & 2. de Inuent. 143
 A parentibus vita nobis tradita est. Postquam, 204. b
 Vita tranquilla. Tusc. q. lib. 4. 27
 Mors honesta sæpe vitam quoque turpem exornat, turpis ne morti quidem honestæ locum reliquit. pro Quint. 28
 Principio cui potest esse vita vitalis, ut ait Ennius, qui non in amica mutua benevolentia conquiescat: de Amic. 20. a
 Vita vitiosa & flagitiosa. de Fin. lib. 2. 77
 Vita vmbatilis & delicata. 2. Tusc. 24

Vita voluptuaria. de Finib. lib. 4. 26
 Tribus rebus animantium vita tenetur, cibo, potione, spiritu. de Nat. 53. b
 Incertum est, quàm longa nostrum cuiusque vita futura sit. in Verr. 107. b
 Tam natura vita hominis sustentatur, quàm vitis, quàm arboris. Tusc. 160. b
 Sic vita hominum est, ut ad maleficium nemo conetur sine spe atque emolumento accedere. pro Sext. Rosc. 51. a
 Vita testium inspicienda in testimonio. 2. ad Heren. 41
 Fuit ergo iam accepta à Platone philosophi ratio triplex: vna de vita & moribus. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 14. Vita, pro bonis fortunæ ad vitam degendam necessariis.
 Parare res, quibus actio vitæ continetur. Offic. 4. b
 Vitæ causa, est inclusus calor in animantibus, aut terra editis. de Nat. 2. 18
 Laus & charitas vitæ sine metu degendæ, præsidia firmissima. lib. 1. de Fin. 28
 Vitæ commoda. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 17
 Vitæ communis ignarus. 2. Philip. 34
 Vitæ iniquissima conditio. 5. fam. 46
 Vitæ constantia. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 31
 Vitæ consuetudo & constantia. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 6
 Vitæ victusque nostri consuetudine. 7. fam. 43
 Aliquid à communi vitæ consuetudine, atque à ciuitatum moribus abhorre. de Orat. 104. b
 Neque verò eram tam indoctus, ignarusque rerum, ut frangerer animo propter vitæ cupiditatem, quæ me manens conficeret angoribus, dimissa molestiis omnibus liberasset. 2. Philip. 56. a
 Vitæ mæx cursus. 1. fam. 43
 Eum vitæ cursum tenere potuerat, ut, &c. de Orat. 85. b
 Etenim Quirites, exiguum nobis vitæ curriculum natura circumscriptum immensum gloriæ. pro Rabir. perd. reo, 23. & pro Sest. 38
 In hoc tam exiguo vitæ curriculo, tam breui. de Aruspicum respon. 191. b
 Vitæ domicilia, cor, pulmones, iecur. de Nat. d. 1. 70
 Legis vis, quasi dux vitæ & magistrus officiorum. de Natura deor. 1. 30
 Omnis vitæ euersio. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 90
 Ad vitæ exitum vocari. 6. fam. 13
 Ad vitæ firmitatem nihil pertinet. de Nat. d. 1. 70
 In deligendo genere vitæ, omnino & naturæ & fortunæ habenda est ratio, sed naturæ magis. Offic. 1. 167
 Historia vitæ memoriæ. de Orat. 111. b
 Vitæ alterius quoddam initium ordimur. 4. ad Att. 6
 Si vitæ modum actionemque querimus. Tusc. q. lib. 5. 49
 Vitæ miseræ mors, finis est. Tusc. q. lib. 1. 90
 Vitæ periculum & capitis insidias vitare. pro Cl. 11. b
 Vitæ ratio omnis definitione summi boni continetur: de qua qui dissident, de omni ratione vitæ dissident. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 91, & 123
 Vitæ degendæ ratio quieta, in contemplatione & cognitione rerum posita. de Fin. lib. 5. 10
 Vitæ religio. pro Deiot. 10
 Vitæ societas tollitur. 7. ad Att. 9
 Vitæ vsus. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 23
 Quid in omni munere vitæ optimum & verissimum sit exquirere. lib. 1. de Fin. 10
 Non debemus cuidam videri nimium vitæ cupidi, &c. 11. fam. 5
 A diis vitæ hominum consulitur & prouidetur. de Natura deor. 1. 4
 Hoc quod datum est vitæ, tranquillè placidèque traducere. Tuscul. q. lib. 3. 21
 Vitæ satisfeci vel ætate vel factis. 10. fam. 1
 Ad vitam suam custodiendam munitiorem fore, quàm, &c. 2. ad Q. frat. 9
 Ad vitam eos reuocarunt Philotimi literæ. 7. ad Attic. 64.
 Id est, eorum animos recrearunt, & quasi à metu respirare fecerunt.
 Ad vitam vocare. 3. ad Att. 6

Sin autem vitam fors mihi ademisset, pro Planc. 81. a
 Quæ mihi, quanti vitam æstimo, tanti æstimanda sunt. 15. familiar. 52
 Vitam agere. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 100
 Agere vitam in solitudine. de Fin. 104. b
 Quo cruciatus animi putas eum vitam acturum fuisse: de Diuin. 113. b
 Homo solitarius, atque in agro vitam agens. Offic. 40. b
 Amisit vitam, at non perdidit: amisit animam, potitus est gloria. 4. ad Heren. 211. a
 Per summum dedecus vitam amittere. pro Ros. Amer. 18. a
 Auferre vitam alicui. de Senect. 92. b
 Beatam vitam, etiam si ex aliqua parte claudicaret, tamen ex multò maiore parte obtinere nomen suum censuit Antiochus. Tusc. q. lib. 5. 18
 Vitam beatam vna honestate contineri. Tusc. q. lib. 5. 33
 Vitam beatam virtute contineri necesse est. Tusc. q. lib. 5. 49
 Beatam vitam in Phalaridis taurum descensuram. Tuscul. quæst. lib. 5. 56
 Ex perpetuis autè plenisque gaudiis quum perspicuum sit, vitam beatam existere, sequitur ut ea existat ex honestate. Tuscul. quæst. lib. 5. 50
 Vitam beatam in animi securitate, & in omnium vacatione munerum ponimus. de Nat. d. 1. 38
 Vitam beatam Metrodorus statuit in corporis firma constitutione, eiusque constitutionis spe explorata. Off. 3. 159
 Colere vitam cum virtute. ad Heren. 28. b
 Nunc planè nec victum, nec vitam vllam colere possum. ad Attic. 195. b
 Neque enim peto ut mihi detis vitam, sed datam repeto, ut reddatis. Antequam, 4. a
 Quod est aliud beneficium latronum, nisi ut commemorare possint, his se vitam dedisse, quibus non ademerint? 2. Philippic. 32. a
 Fœdissimam vitam ac miserrimam degere. pro Syll. 181. b
 Deferere vitam. de Senect. 66. a
 Illum locum, vbi Pythagoras vitam ediderat, sedemque vidi. de Finib. 125. b
 Intus etiam in animis inclusa, inter se dissident atque discorant. ex quo vitam amarissimam necesse est effici. 1. de Finib. 35
 Quum vnà cum sanguine vitam effluere sentiret. Tuscul. quæst. lib. 2. 51
 Vitam mihi esse acerbam putem. 1. epist. 1
 Totam vitam funditus euertunt, qui quicquam comprehendere posse negant. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 31
 Vitam euitari. 3. de Orat. 120
 Vitam tuam superiorem ei exposuissim. 9. fam. 57
 Vix mihi vitam reliquam facit hæc cura addita. 3. ad Att. 8
 Vitam fugere. ad Octau. 48
 Quam vitam ingrediari, definitias. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 104
 Qui vitam honestam ingredi cogitant. Offic. 3. 7
 Sed fac te dedisse mihi quod non ademisti: meque à te habere vitam, quia à te non sit erepta. 2. Philip. 72. a
 Is vitam ad centesimum annum perduxit de Senect. 89. b
 Neque erat, quò vitam produceremus. ad Her. 31. b
 Quid enim aut me ostentem, qui si vitam pro dignitate tua profundam, nullam partem videar tuorum meritorum afsecutus? Lentulo, lib. 1. 4. 7. a
 Vitam pro patria profundere. Off. 1. 117
 Quum homines in agris passim bestiarum more vagantur, & sibi victu ferino vitam propagabant. de Inu. 41. b
 Vitam reddere. 14. Philip. 405
 Vitam reliquerit, ne facta videret. 12. ad Att. 5
 Ego vitam quo ad spes erit, retinebo. Q. fra. 305. b
 Is æquum putauit, vitam, quam populus Rom. votis retinuisset, pro libertate populi Romani in discrimen adducere. in Anton. 211. b
 Vitam hominis, quum cõiecturis res agitur, quomodo spectare oporteat. 2. ad Her. 34
 Vitam sustentare vel abicere. 3. ad Att. 31
 Quos doctrina præditos vident, quorumque vitam constantem & probatam, ut Catonis, Lælii, Scipionis. in Top. 41. a

Proponeremque spem meis hospitibus ac necessariis, quò tutiorem vitam sese meo præsidio victuros esse arbitrantur. 4. Verr. 81. a
 Quod si acciderit, tota vita risus deesse nobis non poterit. 8. familiar. 7
 A vita sua damnatus. pro Sylla, 52
 Quid iam ista C. Mario, inquit, nocere possunt, quoniã seniu & vita caret? pro Rab. perduel. reo, 21. a
 Atque interea tamen dum hæc, quæ dispersa sunt, coguntur, vel passim, licet carpentem & colligentem vndique, repleti iusta iuris ciuilibus scientia. 1. de Orat. 94. a

Sicilia multis vndique cincta periculis. pro Leg. Manil. 20. a
 Vndique est eas complexus. de Vniuers. 31

Vndique omni ratione concluditur. 2. de Nat. deor. 100
 Concurrunt vndique ad istum Syracusas. 4. Verr. 92. a

Hic est Apronius, quem in prouincia tota Verres, quum vndique homines nequissimos conquisisset, & c. 5. Verr. 17. a

Testis est tota prouincia, propterea quod vndique ad emendas decumas solent eò conuenire. 5. Verr. 126. a

Mundus est vndique corporatus. de Vniuers. 195. b
 Habes vndique expletam & perfectam Torquate formam honestatis. 2. de Finib. 78. a

Res vndique exquisitæ, collectæ, accersitæ, comportatæ. de Oratore, 151. b

O rem vndique miseram! 10. ad Att. 39
 Mundus perfectus vndique est. 2. de Nat. deor. 53. a

Honestas vndique perfecta atque absoluta. 5. de Finib. 123. a
 Quod ita interpretetur, viuere ex hominis natura vndique perfecta, & nihil requirentem. 5. de Finib. 46. a

Deinde iubet vndique hominem proripi, vehementissimèque verberari. 7. Verr. 126. a

Sic vita non solum si vndique referta bonis est, sed si multò maiore & grauiore ex parte bona propendent, beata rectè dici potest. 5. Tusc. 125. a

Locus septus vndique. 7. Verr. 55. a

Aut vndique religionem tolle, aut vsquequaque conserua. 2. Philippicarum, 107. a

Vngo.

Sed vt in familia, qui tractant ista, qui tergent, qui vngunt, qui verrunt, qui spargunt, & c. in Parad. 46. a

Quid hoc tota Sicilia est clarius, quàm omnes Segestanas matronas & virgines conuenisse, quum Diana exportaretur ex oppido: vnxisse vnguentis, complexisse coronis & floribus? 6. Verr. 69. a

Vngendum tibi est. 9. ad Att. 22

Vnctus.

Antonius eo die nudus, vnctus, ebrius, concionatus est. in Ant. 185. b

De Mamurra non mutauit. vnctus est, accubuit, & μελαινὴν agebat. ad Attic. lib. 13. 67

Pro isto affo sole, & c. à te nitidum solem vnctumque repetemus. ad Attic. 188. b

Iam enim erat vnctior quædam splendidiorque consuetudo loquendi. Brut. 38

Verum palæstritas ita defendebat, vt ab illis ipse vnctior discederet. 4. Verr. 38

Vnctio.

Philosophum omnes vnctionis causa relinquunt. lib. 2. de Oratore, 13

Vnctor.

Ille autem, qui sciret se nepotem bellum tibicinem habere, & sat bonum vnctorem, discessit à me. ad Gallum, li. 7. 44

Vnctura.

Hæc præterea sunt in legibus de vnctura, quæ seruilis vnctura tollitur, omnifque circumpotatio. 2. de Legib. 56

Vnguentum.

Quibus etiam alabaster plenus vnguenti putere videtur. Acad. quæst. lib. 2. b

Cum interea Apronius caput atque os suum vnguento perfricaret. 5. Verr. 50. a

Compositio vnguentorum, conditio ciborum. 2. de Natura deorum, 210. a

Non te illius vnguentorum odor, non vini anheliatus, in eam cognitionem adducebat, vt, & c. in Ant. 207. b

Aderant vnguenta, coronæ, incendebantur odores. Tusc. quæst. lib. 5. 86. a

Qui vnguenta sumpserit, qui Baias. pro Cæl. 43. b
 Consul vnguentis affluens, calamistrata coma. pro Sest. 6. b

Vnguentis minus diu delectamur, summa & acerrima suauitate conditis, quàm his moderatis: & magis laudatur, quod terram, quàm quod crocum olet. de Orat. 152. b

Qui nitent vnguentis, qui fulgent purpura. in Catil. 105. b
 Ille vnguentis oblitus irrisit squalorem vestrum. Post redit. in Senat. 206. b

Vnguentarius.

Gabinium denique si vidissent Duumuirum vestri illi vnguentarii, citius agnouissent. in Pis. 19. a

Quid minus probandum, quàm Plotium vnguentarium per suos pueros omnia tanto antè Balbo, illum mihi ne per meos quidem? ad Att. lib. 13. 59

Adde huc, si placet, vnguentarios, saltatores, totumque ludum talarium. 1. Offic. 210. a

Vnguis.

Et tu in hoc vlcere tanquam vnguis existeres. pro Dom. 9
 Curandum enim non est, atque hoc in omni vita sua quenque à recta conscientia transuersum vnguem non oportet discedere. ad Att. lib. 13. 277. 2. a

Ab hac regula mihi non licet transuersum (vt aiunt) vnguem discedere. 2. Acad. a

Vrge igitur transuersum vnguem, quod aiunt, à stylo. 7. familiarium, 46. a

Cibumque partim oris hiatu & dentibus ipsis capeffunt, partim vnguium tenacitate arripiunt, partim aduncitate rostrorum. 2. de Nat. d. 182. a

Ab imis vnguibis vsque ad verticem summum. pro Quint. Rosc. 48. b

Vnguiculus.

Vale tudinem, vires, staturam, formam, integritatem vnguiculorum omnium. 5. de Finib. 139. a

Sed præsta te eum, qui mihi à teneris (vt Græci dicunt) vnguiculis es cognitus. ad Lentulum, lib. 1. 6. 4. a

Vngula.

Vngula equi. in Arat. b
 Ergo & illud in filice, quod hodie apparet apud Regillum; tanquam vestigium vngulæ Castoris equi credis esse. 3. de Nat. deor. 16. a

Toto corpore atque omnibus vngulis, vt dicitur, contentioni vocis asseruiunt. Tusc. quæst. lib. 2. 49

Vnicus, Vnice, Vnigena, vide Vnus.
 Vniuersus, Vniuersè, Vniuersalis, Vniuersitas, Vniuersi, vide Vnus.

Vnquam.

Ita sim afflictus, vt nemo vnquam. ad Attic. lib. 3. 52. 1. a
 Quod sacrificium nemo vnquam adit, nemo nisi P. Clo dius omni memoria violauit. de Arusp. respons. 252. b

Isocrates præstat omnibus, qui vnquam orationes attigerunt.

Orat. 200. b

Quis homo te exuperavit vnquam gentium impudentia? 4.

Tuscul. 125. a

Mundum, præter hunc, vnquamne vidisti? de Nat. d. 68

Quod me sæpe accusas, cur huc meum casum tam grauius feram, debes ignoscere: quum ita me afflictum videas, vt neminem vnquam nec videris, nec audieris. ad Atticum, lib. 3. 53. 3. a

Vnus.

Cur nunquam tam frequens Senatus fuit, quod vnus aliquis tuam sententiam secutus sit? 10. Philipp. 270. a

Repente iste testes citari iubet, dicit vnus, & alter breuiter, nihil interrogatur. 4. Verr. 53. a

Dies vnus, alter, plures: non referri. 6. Verr. 57. a

Exitus quidem omnium vnus & idem fuit. de Diuin. 128. b

Nemo vnus. ad Heren. 25. b

Si tu solus, aut qui vnus vnus cum scuto, &c. pro Cecin. 45. a

Vnus vllus. contra Rull. 73. b. Id est, vnus aliquis.

Panætius vnus omnino comes fuit. Att. 2. b

Vnus de illis. pro Mil. 48. a

Is enim vnus fuit de magistratibus, qui, &c. pro Planc. 266. b

Tenus L. Virginius, vnusque de multis, sexagesimo anno post libertatem receptam, virginem filiam sua manu occidit. 2. de Finib. 107. a

Non electus vnus, qui maximo ingenio: sed relictus ex omnibus qui periculo minimo possem dicere. pro S. Rosc. 19. b

Vnus erat timendus ex omnibus. 3. in Catil. 61. a

Vnus quasi animus fiat ex pluribus. de Amic. 113. b

Panætius, qui vnus est Stoicis Astrologorum prædicta reiecit. de Diuinat. 126. b

C. Marius, qui mihi in secundis rebus vnus ex fortunatis hominibus, in aduersis vnus ex summis viris videbatur. in Partitionib. 118. b

Xenophanes vnus, qui deos esse diceret, diuinationem funditus sustulit. de Diuin. 81. b

Vnus est mundus, nulla parte, vnde alter generetur, relictus. de Vniuers. 21

Vnus paterfamilias. 1. de Orat. 66

Vnus est enim sonus totius orationis, & idem stylus. de Cl. Oratorib. 173. b

Accessit vt duo nuntii afferrentur, vnus classe fratrem Ephefo Athenas, alter pedibus per Macedoniam venire. ad Att. 2

Vna est pro omnibus miseris. 11. ad Att. 21

Vna atque eadem nox erat, qua Prætor amoris turpissimi flamma, ac classis populi Rom. prædonum incendio conflagrabat. 7. Verr. 72. a

Eadem & vna res. Orat. 209. b

Simplex est officium, atque vna bonorum causa. pro Syl. 168. b

Anima est vna ex omnibus, quæ sese moueat. de Somn. 131. b

Data tibi pecunia est: vna, qua frumentum tibi emeris in celum: altera, qua, &c. in Verr. 194. b

Fuit ergo iam accepta à Platone philosophi ratio triplex. Vna, de vita & moribus: altera, de natura & rebus occultis: tertia, de differendo. 1. Acad. 28. a

Sive plura sunt, siue aliquod vnum. Orat. 136. b

Quod vnum semper, atque idem est. de Vniuers. 195. b

Hoc etiam si verbo differat, re tamen erit vnum, & idem in omnibus causis valebit. pro Cecin. 396. b

Quibus percipiendum videtur, vnum scilicet & vnum, quod cæteris. in Catil. 108. b

Vnum est & simplex aurium iudicium. pro Font. 278. b

Est autem vnum, quod mihi sit optandum, si quid agi de pace possit. Att. 182. b

Mihi etiam vnum de malis in metu est, fratris miseri negotium. ad Att. lib. 3. 49. 4. a

Quid vnum excellat ex omnibus. de Orat. 156. b

Vtilitati hominum plus, quam vnus alicuius, aut suæ consulit. de Finib. a

Eiisdem vnus aut plurium verborum iteratio. ad Herennium, 33. b

Quia sola cernebat id, quod semper esset simplex & vnus modi, & tale quale esset. 1. Acad. 44. a

Vni alicui certo sese addicere. de Inuent. 62. b

Ratum sit, quod finitor vni vlli, à quo missus erit, renuntiarit. 2. de Lege Agr. 45. a

Vni mehercule huic ciuitati Verres obistere tua defensione non potes. 5. Verr. 62. a

Vni locum esse. 2. de Orat. 136

P. Nigidio vni omnium doctissimo, &c. ne benignè quidem polliceri possum. Figulo, lib. 4. 13. 10. a

Tanquam vnum aliquem portum tutum & clausum teneri, de Prouinciis Consul. 24. a

Vnum alterum mensem, propè annum. 7. Verr. 61. a

Vnum Clitarchum, neque præterea quenquam. 1. de Legib. 6

De amicitia omnes ad vnum idem sentiunt. de Amic. 112. b

Vnum & centesimum capit. 8. famil. 20. in epist. Cæli.

Vnum quasi comperendinatus, medium diem fuisse. de Cl. Oratorib. 172. b

Cum te vnum ex omnibus ad dicendum maximè aptum cognossem. de Orat. 93. b

Confugere ad vnum aliquem virtute præstantem. Officiorum, lib. 2. 58. a

Vnum in locum cogi, vnum sub aspectum subiici. 1. de Inuentione, 109. a

Cum multa causæ conuenisse vnum in locum videtur. pro Sexto Rosc. 28. b

Dicæarchum mehercule, aut Aristoxenum diceret accersi, non vnum omnium loquacissimum, & minimè aptum ad docendum. ad Att. lib. 8. 148. 3. a

Sed sit ingenio diuino, quem vnum ex physicis potissimum probabit: nec plus vno poterit. 1. Acad. 108

Quæ duas cernebat vias, vnam virtutis, alteram voluptatis. in Offic. a

In tuis summis laudibus excipiam vnam iracundiam. ad Qu. fratrem, 297. b

Sed vnam rem vereor, ne non probes. in Ant. 167. b

Neque vnum eius, nec paruum, sed multa magna delicta. 10. ad Attic. 10

Ego eam sententiam dixi, cui sunt assensi ad vnum. ep. 153. b

Vnum tamen hoc cogitent, se, &c. pro Quint. 13. b

Colligere & conferre omnia in vnum. ad Heren. lib. 4. 214. a

Compellere aliquos dispersos in vnum locum. de Inuentione, 42. b

Conducere multa in vnum. de Inuent. 56. b

Militibus veteranis in vnum conductis. ad Octau. 330. b

Si omnes Iurisconsulti in vnum conferantur, cum Seru. Sulpitio non sunt comparandi. in Ant. 223. b

Fibrenus rapidè dilapsus, citò in vnum conuulit. de Leg. 170. b

Si hoc genus in vnum redigatur. in Ant. 196. b

Vnum illud dico, si propter, &c. pro Quint. 12. b

Alterius animum cum suo commiscere, & efficere penè vnum ex duobus. de Amic. 69. a

Omnia quæ supra & subter sunt, vnum esse, & vna vi, atque vna consensione naturæ constricta esse. de Orat. 144. b

Physici, qui omne quod esset, vnum esse dixerunt. de Diuinatione, 115. b

Nobis non vnum aliquod proposuimus exemplum. de Inuentione, 62. b

In hac causa, omnes sentiunt vnum atque idem. in Cat. 121. b

Vnum pro vniuersis subire atque excipere pericula. de Prouinciis Consul. 73. b

Filius, quem tantum vnum ex multis fortuna mihi reliquum esse voluit. pro Cluent. 22. b

Vno atque eodem igni consumptus. ad Octau. 47

Quid enim est tantum in vno aut altero die? ad Atticum, lib. 7. 128. 2. a

Vno & vigesimo die. 14. famil. 14

Quis à signo Vertumni in Circum maximum venit, quin is vno quoque gradu de auaritia tua commoneretur? 3. Verrinarum, 110. a

Vitia quæ sint in aliquo iudice vno vel pluribus. de Or. 137. b

Deinde dixit, se gladio percussus esse ab vno de illis, ne indicaret. pro Mil. 114. b

Quanquam quicum loquor: cum vno fortissimo viro, qui posteaquam, &c. ad Cassium, lib. 15. 16. 7. a

In quacunque vna, &c. & nullave vna, &c. de Cl. Orat. 184. b

Vna voce Senatus frequens retinendum me in vrbe censuit. ad Atticum, lib. 1. 14. 3. a

O suaues epistolas tuas vno tempore mihi datas duas! ad Atticum, lib. 2. 27. 1. a

Vno tempore duas res audire. pro Cluent. 23. b

Quæ conuenit vno tempore vndique comitorum, iudiciorum, censendique causa. 2. Verr. 32. a

Si tantulum offensum, titubatumque sit, vt ea quæ singulatum ac diu collecta sunt, vno tempore vniuersa perdamus. 1. Verrinarum, 40. a

Duplices loci, vni, &c. alteri, &c. Orat. 208. b

Vna decumæ. in Verr. 199. b

Vna tabulæ proferantur. pro Font. 276. b

Vnas literas afferre. 16. famil. 1

Vnas literas dedi. 8. ad Att. 4

Adsunt Lacedæmonii, &c. qui soli toto orbe terrarum septingentos iam annos amplius vnus moribus, & nunquam mutatis legibus viuunt. pro Flacco, 49. a

Ab vnus hostium captis bellum geri. pro Lege Manil. 5. a

Adductus sum tuis & vnus & alteris literis. ad Atticum, lib. 14. 39. & lib. 13. 42

Non vnus literis, sed pluribus. 1. ad Qu. frat. 1

Tuus amor in me sperare me cogit, &c. præsertim cum ego pro his vnus petam, habeam autem qui simili causa laborent, complures necessarios. ad Cluuium, lib. 13. 8. 9. a

Se non vnus mœnibus circumdatum agnoscat. 1. de Legib. 47

Vnusquisque.

Mouetur eo timore quo vnusquisque nostrum, quum in eum locum productus est: pro Font. 15. a

Vnusquisque vestrum. pro S. Rosc. 26. b

Qui singulas vnus cuiusque domos, & hoc vniuersum Reipublicæ domicilium delere conati sunt. in Catil. 121. b

Sentit domus vnus cuiusque. de Nat. d. 73. & de Orat. 23. b

Vnius cuiusque indulgentiam testarer in suos. pro Syl. 179. b

Eandem esse utilitatem vnus cuiusque & singulorum. Officiorum, 57. b

Ergo vnum debet esse omnibus propositum, vt eadem sit utilitas vnus cuiusque & vniuersorum, &c. 3. Offic. 33. a

Sigillatim vnus cuique calamitati fore se denuntiabat. 6. Verrinarum, 67. a

Sigillatim vnum quemque appellare. in Verr. 217. b

Et vnum quemque nostrum, eius mundi esse partem. de Finibus, 103. b

Ponite ante oculos vnum quemque regum, &c. Parad. 117. b

Itaque Iudices, hi qui hospites ad ea, quæ visenda sunt, ducere solent, & vnum quidque ostendere, quos illi mystagogos vocant, conuersam iam habent demonstrationem suam. 6. Verrinarum, 116. a

Vtrumque ad vnum quodque. ad Heren. 32. b

Neque omnia dicam, & leuiter vnum quodque tangam. pro Sexto Rosc. 51. a

Mihi enim semper vna quæque de re, testis non solum semel, verum etiam breuiter interrogatus. pro Font. 10. a

Quid in vna quæque re verisimile est inuenire. Tuscul. q. 176. b

Propriè de vno quoque dixit. de Orat. 113, & 141. b

Vnicus.

Si Q. Metellus illo tempore Consul fuisset vnicus. pro Pomperio, 206. b

Restat vt aut summa negligentia tibi obstitit, aut vnica liberalitas. pro Quint. 23. a

Vnica malitia, & vnica nequitia. ad Heren. 18. b

Elogium vnicum. de Senect. 90. b

Méque metuo, ne etiam in cæteris rebus honesto otio priuarum, quod erat vnicum solatium in malis. ad Seru. Sulpitium, lib. 4. 4. 13. a

Si egregiam pulchritudinem, aut vnicam turpitudinem eis attribuemus. ad Heren. 23. b

Et queramus, quæ tanta vitia fuerint in vnico filio. pro R. Amerino, 23. a

Vnicè.

Auus tuus qui amauit vnicè patriam. 3. in Catil. 55. a

Precilium tibi commendo vnicè. ad Cæsarem, lib. 13. 16. 1. a

Quos ego ambos vnicè diligo. epist. 64. & 5. de Finib. 5. a

Negare ei, quem vnicè diligerem, durum mihi admodum videbatur. in Orat. 1. a

Praefertim quum persuasum omnibus esset, mihi quæ maximè, à te nos vnicè diligi. ad Brut. lib. 11. 21. 8. a

Quosdam venisse dicebant, qui te vnicè laudarent. ad Qu. frat. lib. 2. 10. 9. a

Vnigena.

Vt hic mundus esset animati absoluto simillimus, hoc ipso, quod solus atque vnus esset: idcirco singularem deus hunc mundum atque vnigenam procreauit. de Vniuers. 16. a

Vniuersus.

Vniuersus & communis. pro Flacco, 153. b

Vniuersa defensio. pro Sest. 3

Tam restitues, si vnus seruulus, quam si familia deiecerit vniuersa. pro Cecinna, 43. a

Sin sit is, qui, &c. sed vniuersum flumen erumpat, qui illi sedes, & tanquam domicilia omnium argumentorum monstret. 2. de Orat. 89. a

In vniuersa naturæ animo atque mente positam esse vim diuinam ait Chrysippus. 1. de Nat. deor. 29

Est tuæ contumacia, arrogantia, vitæque vniuersæ vox. pro Rosc. Comædo, 26. a

Fac huius odii tanti ac tam vniuersi periculum, si audes. in Pisonem, 51

Vniuersi species. 2. de Nat. deor. 73

Vniuersi generis humani societas. Offic. 10. b

Perpetui iuris & vniuersi generis quæstio. de Orat. 121. b

Complectenda in hac disputatione tota causa vniuersi iuris est, ac legum, vt, &c. de Legib. 159. b

Nec verò vniuerso generi hominum solum, sed etiam singulis à diis immortalibus consuli solet. de Nat. d. 59. b

Non facile exhauriri posse tibi dolorem vniuersum puto. epistol. 72. b

Imagine ingentes, tantæque, vt vniuersum mundum complectantur. de Nat. deor. 25. b. & Tuscul. quæst. 162. b. & de Legibus, 160. b

Quæ in multitudine cum contentione habetur oratio, ea sæpe vniuersam excitat gloriam. Offic. 43. b

Vniuersam naturam nulla res potest impedire. de Natura deorum, lib. 2. 25

Reuocari ad genus, & ad naturam vniuersam, reuolui ad communes rerum & generum summas, referri ad vniuersi generis disputationem. de Vniuers. 121. b

Contra naturam vniuersam nihil est contendendum. 1. Officiorum, 155. a

Tibi permitto respondere, ne mihi malis de singulis rebus quærenti, &c. an vniuersam audire orationem meam. de Nat. deor. 60. b. Id est, perpetuam.

Nisi eam præterea didicisset artem, quæ doceret rem vniuersam tribuere in partes. de Cl. Orat. 78. a

Non incommodum videtur, quandam syluam, atque materiam vniuersam antè permittam, & confusam exponere omnium argumentationum. 1. de Inuent. 50. a

Definire vniuersam & propriam vim oratoris. 1. de Or. 33. a

Nihil est denique in natura rerum omnium, quod se vniuersum profundat, & quod totum repente euolet. de Oratore, 138. b

Idemque etiam quum res postulabit, genus vniuersum in species certas, vt nulla neque prætermittatur, neque redundet, partietur & diuidet. in Orat. 63. a

Singula persequi nõ est necesse: vniuersum studium meum & beneuolentiam ad te defero. ad Trebrianum, li. 6. 10. 7. a

In hac confusa atque vniuersa defensione. pro Sest. 3. b

Laus est interdum in aliqua parte dicendi, in vniuersa eloquentia laudem non habet. de Cl. Orat. 24. a

E</

Siue in singulis, siue in vniuerso genere cernatur. de Vniuersitate. 196. b

Ancipites disputationes, in quibus de vniuerso genere in vtranque partem differi copiose solet. de Orat. 152. b

Vel separatim dicere solemus de genere vniuerso, vel definitur de singulis temporibus, hominibus, causis. de Oratore, lib. 2. 64. a

Omne cælum, totamque cum vniuerso mari terram mente complexum. 2. de Finib. 178. a

Quæ si singula vos fortè non mouent, vniuersa certè tamen inter se connexa atque coniuncta mouere debebunt. 2. de Nat. deor. 244. a

Ergo vnum debet esse omnibus propositum, vt eadem sit vtilitas vniuersi cuius & vniuersorum, & c. 3. Offic. 33. a

Maria omnia tum vniuersa, tum in singulis oris omnes finis atque portus. pro Pomp. 10. b

Si illud elogium pro lege palam vniuersis recitarem. in Sallust. 274. b

Quos ego vniuersos adhiberi liberaliter, optimum quæque hospitio amicitiaque coniungi dico oportere. ad Quint. frat. lib. 1. 12

Vniuersas familias euertere. 1. de Finib. 69. a

Communis rerum natura, vniuersa atque omnia continens. 1. de Nat. deor. 57. a

Quis possit vestra in nos vniuersa promerita, non dicam complecti orando, sed percensere numerando. Post redit. in Senatu, 204. b

Si tantulum offensum titubatumque sit, vt ea quæ singulatum ac diu collecta sunt, vno tempore vniuersa perdamus. 2. Verrinarum, 40. a

Dii separatim ab vniuersis singulos diligunt. de Natur. deorum, 59. b

Cum à summis, mediis, infimis, cum denique ab vniuersis hoc idem fit. in Ant. 160. b

Audierat ex illo se à me bis salutem accepisse, separatim semel, iterum cum vniuersis. pro Domo sua, 103. a

Non mihi minus operis videtur de vniuersis generibus rerum, quam de causis singulorum dicere. de Orat. 115. b

Hæc loquor de vniuersis. Nihil excipit, de quo non profiteatur. quid enim esse potest extra vniuersa? Academic. quæst. lib. 4. 130. a

Ex illis rebus vniuersis eloquentia constat, quibus in singulis elaborare permagnam est. de Orat. 86. b

Omnia autem bona possessa non esse constitui, quod bonorum possessio spectetur non in aliqua parte, sed in vniuersis quæ teneri ac possideri possint. pro Quint. 60. a

Excipere vnum pro vniuersis de Prou. Conf. 18. a

Vniuersæ.

Nec tam irruptio pertimescenda, quæ, & c. quam vniuersæ interitus. Att. 123. b

In Cumano quum essem, venit ad me noster Hortensius, cui deposcenti mea madata, cætera vniuersæ mandauit. ad Atticum, lib. 5. 89. 1. a

Quid ego de cæteris ciuium Romanorum suppliciis sigillatim potius, quam generatim atque vniuersæ loquar? 7. Verrinarum, 111. a

Vniuersalis.

Vniuersalis causa. ad Heren. 50. b

Nam in huiusmodi rationibus non vniuersali, neque absoluta, sed extenuata ratione expositio confirmatur. ad Herennium, 13. b. aliter, in uerba.

Vniuersitas.

Vniuersitas rerum, qua omnia continentur. de Nat. d. 10. b

Quod si vniuersitatis corpus planum & æquabile explicaretur, & c. de Vniuers. 18. a

Singulos adiunxit ad singula, atque ita quasi in cursum vniuersitatis imposuit. de Vniuers. 60. a

Atque illum quidem quasi parentem huius vniuersitatis inuenire difficile: & quum iam inuenis, indicare in vulgus, nefas. de Vniuers. 6. a

Vniuersitati rerum Democritus censet inesse imagines diuinitate præditas. 1. de Nat. d. 84

Licet enim contrahere vniuersitatem generis humani, eam-

que gradatim ad pauciores, postremo deducere ad singulos. 2. de Nat. deor. 243. a

De vniuersitate habita ratio. de Vniuers. 65

Vniuersi modi.

Materia semper est vniuersi modi, sui que similis, & eiusdem naturæ. Att. 140. b. de Vniuers. 28. a

Principes sunt vniuersi modi, & simplices. 4. Acad. 39. a

Noli enim putare tolerabiles horum infanias, nec vniuersi modi fore. ad Att. lib. 9. 175. 7. a

Vocabulum, Vocalis, Vociferor, Vociferatio, Vocitor, Voco, Vide Vox.

Voconius.

Voconia lex te videlicet delectabat, imitatus es illi ipsum C. Voconium, qui lege sua hæreditatem ademit nulli, neque virgini, neque mulieri. fanxit in posterum, qui post eos Censores census esset, nequis hæredem virginem, neve mulierem faceret. In lege Voconia non est, fecit, fecerit: neque in vlla præteritum tempus reprehenditur, nisi eius rei quæ sua sponte scelerata ac nefaria est: vt, etiam si lex non esset, magnopere vitanda fuerit. 3. Verr. 75

Tulit Q. Voconius de mulierum hæreditatibus. pro Corn. Balbo, 15

Iubet lex ea, qua lege hæc quæstio constituta est, iudicè quæstionis, hoc est, Q. Voconium, cum iis iudicibus, qui ei obuenerint (vos appellat iudices) quærere de veneno: in quæ quærere infinitum est. Quicumque fecerit, vendiderit, emerit, habuerit, dederit. pro Cluent. 118

Voconia leges. 3. Philipp. 134

Vocontii, populi. epist. 157. b

Volaterra, vrbs. pro S. Rosc. 21. b

Volaterranus.

Is habet in Volaterrano possessionem, quum in eam tanquam è naufragio reliquias contulisset. 13. fam. 9

Volaterrani. in Verr. 287. b. epist. 203. b. & Att. 18. b

Quum venissent ad vada Volaterrana, quæ nominantur, vident per familiarem Næuii. pro Quint. 12

Cum municipibus Volaterranis mihi summa necessitudo est: magno enim meo beneficio affecti, cumulatissimè mihi gratiam retulerunt: nam nec in honoribus meis, nec in laboribus vnquam defuerunt: deinde quod summo studio populi Romani à me in Consulatu meo defensi sunt. quum enim Tribuni pleb. legem iniquissimam de eorum agris promulgassent, facile s. p. q. r. persuasi, vt eos ciues, quibus fortuna pepercisset, saluos esse vellent. 13. fam. 6

Volaticus, Vide Volo, as.

Volcatius.

Vidit hominem sibi maximè coniunctum, egregium virum L. Volcatium. pro Planc. 41

Ea res à Volcatio, qui Romæ ius dicit, reiecta in Galliam est. 13. fam. 17. & 8. ad Att. 2

Itaque quum omnes ante me rogati gratias Cæsari egissent, præter Volcatium (is enim, si eo loco esset, negauit se facturum fuisse) ego rogatus mutavi consilium. 4. fam. 12

Nec mihi concederet, vt imitarer Volcatium, aut Seruium, quibus tu es contentus. 7. ad Att. 15

Volites, Vide Veles, Velitis.

Volitinius.

Volitinia tribus. pro Planc. 31

Volitinienfes, populi. pro Planc. 267. b

Volo, volas.

Nanque est ales auis lato sub regmine cæli Quæ volat, & serpens geminis fecat acra pennis. in Arato, 5. a

Volo, pro Proprio, metaphoricè.

Volat ætas. Tuscul. quæst. lib. 1. 62

Tu autem fac vt mihi tuæ literæ volent obuiæ. ad Atticum, lib. 6. 115. 4. a

Dubitauit nostrum nemo, quia Cæsar itinera repressisset: volare dicitur. 10. ad Att. 29

Literæ Capuam ad Pompeium volare dicebantur. ad Attic. lib. 2. 34. 5. a

Quem nisi in via caducæ hæreditates retardassent, volasse eum, non iter fecisse diceres. 10. Philipp. 276. a

Volito.

Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu

Faxit. cur: volito viuui per ora virum. 1. Tuscul. 53. a

Volitat, furit, nihil habet certi. 2. ad Att. 56

Volitat enim ante oculos istorum Iubæ regis filius adolescens, non minus bene nummatus, quam bene capillatus. 2. de Lege Agr. 62. a

In hac igitur immensitate latitudinum, longitudinum, altitudinum, infinita vis innumerabilium volitat atomorum. 1. de Nat. deor. 75. a

Nunc verò non insultabo vehementius, nec volitabo in hoc insolentius. pro Flacco, 30. a

Itaque quum tu florens ac potens per medium forum popularis volitares, & c. pro Domo sua, 39. a

Vt volitaretis interea per gentes, per regna omnia cum imperio summo, cum iudicio infinito, cum omni pecunia. 2. de Lege Agr. 96

Animi nostri forisibus negotiis atque vrbano opere defessi, gestiunt, ac volitare cupiunt, vacui cura atque labore. 2. de Oratore, 14. a

Nunquam ego à diis immortalibus optabo Quirites, inuidiæ meæ leuadæ causa, vt L. Catilinam ducere exercitum hostium, atque in armis volitare audiat. 2. in Catil. 36. a

Volitare in foro, hære in iure. de Orat. 99. b

Volitare & vagari toto foro. de Oratore, 118. b. & ad Herennium, 36. b

Sic enim se res habet, vt quemadmodum volucres, & c. leuandi laboris sui causa passim ac liberè solutas opere volitare: sic, & c. 2. de Orat. 14. a

Volitare per gentes, & per regna, & c. contra Rull. 36. b

Volitans.

Valebis apud hominem volitantè gloriæ cupiditate, vir moderatus & constans, apud indoctum eruditus, apud generum focer. in Pis. 47. a

Bestiæ volitantes in ardentibus fornacibus. 1. de Nat. d. 73

Cum ferro & facibus homines tota vrbe volitantes, magistratum tecta oppugnata, & c. Post red. in Senat. 5. a

Volatus.

Aquilæ admonitus volatu. 1. de Diuin. 51. a

Cum pulli pinnulis vti possunt, tum volatus eorum matres prosequuntur. 2. de Nat. deor. 98

Idemque & volatus alitum sustinet, & spiritus ductus alit & sustentat animantes. 2. de Nat. deor. 146. a. de aere.

Cilicium autem & Pisidarum gens, & his finitima Pamphylia, quibus nationibus præsumus ipsi, volatibus auium, cantibusque certissimis signis, declarari res futuras putant. 1. de Diuin. 4. a

Volaticus.

O Academiam volaticam, & sui similem, modò huc, modò illuc? ad Att. lib. 13. 282. 6. a

Illius furætes ac volaticos impetus in seipos posse conuertiri. de Arusp. respons. 43. a

Volatilis.

Præterea vescimur bestiis & terrenis, & aquatilibus, & volatilibus, partim capiendo, partim alendo. de Natura deorum, lib. 2. 226. a

Volo, vis.

Rhodum volo pueroium causa. ad Att. lib. 6. 118. 2. a

Volo aliquid, Romam vel in Sardiniam. 2. ad Qu. frat. 4

Cuspicio quod operam dedisti, mihi gratum est: valde enim eius causa volo. ad Tironem, lib. 16. 17. 4. a

Fit obuiâ casu ei multitudini C. Curio, quem ego hominem honoris potius, quam contumeliæ causa nominatū volo. 2. Verrinarum, 12. a

Sed planè volo his magistratibus, quorum voluntatem in supplicatione sum expertus. Att. 96. b

Volo vt mihi respondeas, & c. in Vat. 35. b

Antonio quam iam est, volo peius esse. Att. 239. b

Eandem rem tibi volo bene & feliciter euenire. ad Cornificium, lib. 12. 19. 2. a

Maxima sum lætitia affectus, cum audiui Consulè te factum esse, eumque honorem deos tibi fortunare volo. ad Marcellum, lib. 15. 8. 1. a

Volo omnes de me bene sperare. epist. 148. & 190. b

His omnibus, qui istius iniurias norunt, hoc est populo Romæ vniuerso, me vehementer excusatum volo. 3. Verr. 72. a

Quamobrem ea te cura liberatum volo. Qu. frat. lib. 3. 17. 10. a

Quem locum volo tibi esse notum. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 13. 5. a

Si ita vis. ad Brutum, 37. per parenthesis. pro, si tibi ita libet loqui.

Si quid nostra causa vis. epist. 70. b

Quatuor enim naturas, ex quo omnia constare censet, diuinas esse vult. 1. de Nat. deor. 43. a

Quicquid vult, valde vult. 14. ad Att. 1

Quid sibi iste vult? pro Dom. 219. b

Accedit eò, quod Varro Murena magnopere eius causa vult omnia. ad Sulpitium, lib. 13. 23. 2. a

Id enim volumus, id cõtendimus, vt officii fructus sit ipsum officium. 2. de Finib. 116. a

Quid dico volumus? imò verò cogimur. 4. ad Att. 32

Confido te iam, vt volumus, valere. 6. ad Att. 48

Quid vultis amplius? 5. Verr. 103. a

Volunt hunc per vos. pro Font. 4

Quid sibi equestres statux volunt propter ædem Vulcani? Verrem, a

Per eos qui nostra causa volunt, valentque apud illum, diligentissimè contendas opus est. ad Att. lib. 11. 216. 1. a

Vt intelligant, qui debent causa tua referenda gratiæ, & qui volunt, obligandi tui tempus sibi aliud nullum fore. de Petit. Consul. 205. b

Nulla est sedes quò concurrant ii, qui Remp. defensam volunt. Att. 120. b

Volebam autem, vel cupiebam potius. 10. ad Att. 50

Nos autem in Formiano morabamur, quò citius audiremus: deinde Arpinum volebamus. ad Att. lib. 9. 170. 3. a

Quid igitur voluit sibi, qui illa mutauerit? 4. de Finib. 46

Volam illum scire ex te, me id fecisse, & c. Att. 39. b

Quum omnia mea velles mihi successa, tum etiam tua. ad Tironem, lib. 16. 21. 6. a

Ita me hercule attendi, nec satis intellexi, quid sibi lex, aut quid verba ista vellent. 3. de Legib. 48. a

Velim pateant mihi tui libri. 4. ad Att. 33

Sin autem es *φιλανθρως*, illud non pericies: quominus tua causa velim, hoc assequere, & c. epist. 36. b

Vt mihi velim nolim, sit certa quædam tuenda sententia. 1. de Nat. deor. 14

Rempque & vtilitatem sociorum, & c. per te quam maximè defensam & auctam velis. ad Crassipedem, lib. 13. 10. 6. a

Crassum Iunianum hominem mihi deditum per me deteruit: velit, nolit, scire difficile est. ad Qu. frat. lib. 3. 24. 6. a

Nihil est enim mali, nihil sceleris, quod illa non ab initio filio voluerit, optauerit, cogitauerit, effecerit. pro Cl. 149. a

Velle aliquid de Repub. 6. famil. 45

Velle alicuius causa. 11. ad Att. 17. & 9. famil. 22

Velle magnopere omnia alicuius causa. 13. fam. 40

Te ipsius causa vehementer omnia velle. epist. 224. & 132. b

Omnium causa, quos commendo, velle debeo. epist. 229. b

Quis est cui velle non liceat? 7. ad Atticum, 38. & 1. famil. 3. pro, bene velle.

At debeo pro ciuili parte Rempub. velle saluam. Matius ad Ciceronem, lib. 11. 28. 12. a

Volentes vobis pareant iure & lege. de Vniuers. 53

Voluntas.

Voluntas est, quæ quid cum ratione desiderat. Tuscul. quæstionum, lib. 4. 21. a

Voluntas abdita ac reclusa. de Petit. Consul. 29

Grata voluntas in parentes. pro Planc. 65. a

Liberalis voluntas gratificandi. 2. Offic. 75

Plura dixi, quam opinio tulerit, aut voluntas mea. pro Dom. sua, 219. b

Voluntas illius obstinatio, & in hac iracundia obfirmatio. 1. ad Atticum, 20

Mea perpetua atque constans voluntas in Rempub. 13. Philippicarum, 352. a

Voluntas popularis. de Petit. Consul. 11

Voluntas reliqua populi, cui libertas tabellæ relicta est, auctoritati aut gratiæ traditur. 3. de Legib. 34
 Solus enim tu ex omnibus, qui cum Bibulo sunt, certiorum me nunquam fecisti, quod valde Bibuli voluntas à me sine causa abhorreret. ad Caninium, lib. 2. 16. 11. a
 Voluntas civitatis soluta, virtus alligata. 2. ad Att. 43
 Voluntas Senatus pro auctoritate haberi debet, quum auctoritas impeditur metu. 11. fam. 13
 Voluntas, quam erga illum habes. epist. 210. b
 Mutuum in amicitia est, cum par voluntas accipitur & redditur. epist. 60. b
 Illic enim animi voluntas propensa comprobatur. in Antonium, 192. b
 Voluntas ipsa me deficit, quanquam animus est præsens. 1. ad Atticum, 56
 Nihil tam flexibile, quam voluntas erga nos sensusque civium. pro Mil. 32. a
 Tua erga me voluntas & studium. contra Rull. 66. b
 Voluntas tua mihi valde grata est. Att. 41. b
 In eum ferè est voluntas nostra propensior. 2. Offic. 101
 Voluntas mea de summa Reip. semper eadè fuit. ad Br. 10. b
 Longius quam voluntas fuit, digressus sum. in Verr. 184. b
 Si eius voluntas erit. 14. fam. 5
 Si nostra voluntas feret. pro Pomp. 17. b
 Signa, quibus voluntas à simulatione distingui posset. 8. ad Atticum, 23
 Quo voluntas mea expleri possit. ad Brut. 29. in epist. Bruti.
 Bonæ voluntatis professio fructuosissima. 10. fam. 15. in epist. Planci.
 Voluntas meæ causam (non enim dicam cupiditatis) exposui tibi superioribus literis. 15. fam. 27
 Timuissent, ne quæ mihi pars abs te voluntatis mutæ tribueretur. Metello, lib. 5. 2. 5. a
 Voluntas nostræ non esse causas externas & antecedentes. de Fato, 19
 Rectæ voluntatis conscientia, maxima rerum incommodarum consolatio. 6. fam. 12
 Voluntas tuæ sit testis annulus tuus. 1. ad Quint. frat. 9
 Hoc mihi voluntatis accidit, vt scriberem, &c. de Inuent. 62. b
 Voluntas idem habere. 13. fam. 37
 Voluntas iudiciû plus, quam sortis valere debet. 3. Verr. 28
 Voluntati alicuius obtemperare. 16. fam. 4
 Abiicere voluntatem discendi, simul cum spe perdiscendi. 2. de Orat. 77. a
 Voluntatem accipere & reddere. 5. fam. 3
 Voluntatem suam ad alicuius dignitatem aggregare. 1. fa. 37
 Voluntatem amare. 7. fam. 43
 Voluntatem in aliquem conferre. 13. fam. 32
 Non voluntatè mihi deesse, sed rem de qua scribam. Att. 11. 8
 Voluntatem suam alicui deferre. 13. fam. 34
 Voluntatem suam deferre ad aliquem. 6. fam. 58
 Habere voluntatem nocendi in iracundia. 2. de Orat. 166. a
 Quod si aut quantam voluntatem habent ad hunc opprimendum, aut quantam ad maledicendum licentiam, &c. pro Fonteio, 25. a
 Vt eam voluntatem, quam semper habuistis erga me, retineatis. contra Rull. 87. b. & 6. fam. 33
 Eos voluntatem semper eandem, libertatem non eandem semper habuisse. pro Sest. 59. a
 Voluntatem meam de illo bene interpretaris. 12. ad Att. 36
 Voluntatem putant Stoici in solo esse sapiente. Tusculan. quæst. lib. 4. 10
 Voluntatem eam, quam expectarant, præstiterunt. 1. fam. 32. pro, id studium.
 Voluntatem alicuius recuperare. 9. ad Atticum, 23. in epist. Cæsaris.
 Voluntatem alicuius erga alium recuperare. 1. ad Att. 19
 Voluntatem sociorum reuocatam ad studium imperii nostri. 15. fam. 25. in epist. M. Catonis.
 Diis ergo immortalibus ducibus hanc mentem Quirites, voluntatemque suscepi. 3. in Catil. 66. a
 Is eandem voluntatem suscepit erga illos, quam ego semper habuissem. in Verr. 233. b

Tenere voluntatem alicuius. 2. ad Att. 54
 Tribuere alicui voluntatem mutuam. epist. 59. b
 Vt ad eam voluntatem, quam tua sponte erga Cecinnum habebiturus es, tantus cumulus accedat. epist. 87. b
 Commutare vultum & sermonem ad sensum & voluntatem alicuius. de Petit. Consul. 211. b
 Petitorem verò necessaria est, cuius & frons & vultus, & sermo ad eorum, quoscuque conuenerit, sensum & voluntatem commutandus est. de Petit. Consul. 218. a
 Ad voluntatem illorum. 12. fam. 33. in epist. Lentuli.
 Ad voluntatem rei alicuius agenda incumbere. 1. ad Att. 62
 Ad voluntatem loqui. pro Quint. 17. b
 Qui se contra huius voluntatem aiebat posse. Att. 136. b
 Nihil præter voluntatem, ad remunerandum mihi suppetat. 15. fam. 35
 Voluntate, ne dicam libidine. 9. fam. 36
 Tum etiam maiore pop. Rom. ad communes fortunas conseruandas voluntate. in Catil. 121. b
 Voluntate repentina. 5. fam. 19
 Secunda voluntate hominum. 15. fam. 48. in epist. Cassii.
 Et quonam modo possem voluntate eius nullam Reipu. partem attingere? Att. 141. b
 Voluntate ita &c. &c. 1. ad Att. 32
 Sua voluntate, nulla vi coactus. 2. de Finib. 105. a
 Ex quibus si vnum aliquod in te cognoueris, ego iam tibi ipse istuc, quod expetis, mea voluntate concedam. 1. Verrinarum, 15. a
 Quum iis, qui similem iniuriam acceperant, amissis omnibus fortunis, reditus tamè in patriam voluntate omnium cõcedi videretur, adiutor incolumitatis fui. ad Valerium, lib. 13. 5. 4. a
 Voluntate cõiungere difficile est, quæ utilitate diuersa sunt. 1. ad Qu. frat. 27
 Sed tu, vt dignum est tua erga me & erga philosophiam voluntate ab adolescentia suscepta, fac vt Metrodori tueare liberor. 2. de Finib. 154. a
 Qua L. frater meus summa illorum voluntate diuertit. 6. Verrinarum, 21. a
 Esse bona voluntate erga aliquem. epist. 25. b
 Voluntate tua id per me facere nunc liceat. 14. ad Att. 22. in epist. Attici.
 Voluntate ipsius facere posse. 10. ad Att. 30. Id est, libente eo, eo non inuito: vulgò, cum bona eius gratia.
 Æquius autem erat id voluntate fieri. 1. Offic. 43
 Voluntate benefica mouetur beneuolentia, etiam si res fortè non suppetit. 2. Offic. 44
 Voluntate mutatus. 5. fam. 62
 Nihil obscurius voluntate hominum. pro Mur. 34. a
 Quum tanto studio C. Rabirius totius Apuliæ, singulari voluntate Capaniæ vicininitatis ornetur. pro Rab. perd. reo, 5. a
 Cum Græcus testis processit ea voluntate vt læderet. pro Flacco, 148. b
 Aliqui impetu quodam mentis & voluntate similes. de Oratore, 148. b
 Voluntate valere apud aliquem. 1. de Orat. 3
 Voluntate an metu necesse sit iis vti, vereor. 2. ad Att. 46
 Omnia prouisa, parata, &c. cum summa ad communes fortunas conseruandas voluntate. 4. in Catil. 86. a
 Vix tamen ei de mea voluntate concessum est. Att. 55. b
 De voluntate tua vt similibus, vel studio potius & cupiditate non dubito. Att. 194. b
 De voluntate harum legionum dubitamus. 8. ad Att. 49. in epist. Cn. Pompeii.
 Significat valde te sibi gratum fecisse, quod de sua voluntate erga Cæsarem humanissimè diligentissimèque locutus es. ad Qu. frat. lib. 3. 17. 26. a
 Illud accidit præter optatum meum, sed valde ex voluntate. in Pisonem, 36. a
 Ex sua voluntate facere. contra Rull. 77. b
 Hoc mihi velim credas, siquid fecerim hoc ipso in bello minus ex Cæsaris voluntate, quod intellexerim scire ipsum Cæsarem, me inuitissimum fecisse. Planco, lib. 13. 30. 17. a
 In eadem sum voluntate. Att. 178. b

In voluntate hæc fuerunt. 9. fam. 9. Id est, non coacta, nec necessaria.
 Erras, si Senatam hæc probare putas, populum autem esse in alia voluntate. contra Rul. 65. b
 M. Cicerò defendit alium in ea voluntate non fuisse, in qua ipse fuit. pro Ligario, 4
 Pro animi mei voluntate. 5. fam. 60
 Voluntates reliquorum alliciedæ. 10. fam. 16. in epist. Planci.
 Voluntates hominum flexibiles. 2. fam. 12
 Voluntates iustæ, & officio incensæ. 6. fam. 22
 Vt minus iustæ amicorum voluntates adiuuandæ sint. Lælio, 54
 Occultæ hominum voluntates, multiplicisque naturæ. ad Brutum, 1. 3. a
 Voluntatum atque appetitionum nostrarum non esse causas naturales & antecedentes. Fat. 7
 Magna est comitiis Consularibus repentina voluntatum inclinatio, præsertim cum, &c. pro Mur. 136. b
 Voluntatum propria sunt testimonia. Partit. 27
 Pompeii voluntatibus omnes ciues assenserunt. pro Pompeio, 13. b
 Conglutinari voluntates nostras consuetudine. 11. fam. 42
 Defendere testamenta ac voluntates mortuorum. de Oratore, 106. b

Voluntarius.

Voluntarius amicus mulieris. pro Cecin. 10. a
 Casus voluntarius. 2. de Finib. 106. a
 Fuit aliquis fatalis casus, vt ita dicam, &c. nunc si quis, &c. erit voluntarius. in Ant. 209. b
 Inimicus voluntarius. 2. Philip. 29
 Nemo erat voluntarius laudator Præturæ tuæ. 6. in Verrem, 126. a
 Restat igitur vt motus astrorum sit voluntarius. de Natura deor. 34. b
 Est etiam Afinius quidam Senator voluntarius, lectus ipse à se. 13. Philipp. 366
 Quum mihi cum illo magna iam gratia esset, quod eius omnes grauissimas iniurias communis concordia causa voluntaria, quadam obliuione contriueram. Lentulo, libro 1. 9. 76. a
 Mors voluntaria. 3. de Finib. 94. a
 Aut consciscenda mors voluntaria. ad Marium, lib. 7. 3. 10. a
 Illa superior fuit oratio necessaria, hæc erit voluntaria. pro Rosc. Com. 8. a
 Societas voluntaria. pro Quint. 51. a
 Nam hoc ipsum ita iustum est, si est voluntarium. Offic. 6. b
 Maleficium voluntarium. 1. de Inuent. 114. a
 Voluntarium præsidium. 12. fam. 37. in epist. Lentuli.
 Voluntarium vulnus. pro Planc. 72
 Voluntario facinori nulla excusatio. 2. ad Heren. 87
 Vt sine vlla spe ad interitum ruerem voluntarium. pro Marcello, 8. a
 Esse quandam motum animi voluntarium. de Fat. 36. a
 Alter propter perpetuam in populari ratione leuitatè, morte voluntaria se à seueritate iudicium vindicauit. de Claris Oratoribus, 53. a. De Caio Carbone.
 Voluntaria quadam obliuione. epist. 15. b
 Multi ad te eunt voluntarii. ad Brut. 91. b
 Si tamen sunt voluntarii inimici, qui, &c. Antequam. 7. a
 Virtutes animi non voluntariæ. de Fin. lib. 5. 64. a
 Regum sociorum auxilia voluntaria comparare. ad Catonem, lib. 15. 4. 7. a
 Voluntarios de se nihil timere. pro Sest. 1
 Nam & perturbationes voluntarias esse putabat, opinionisque iudicio suscipi. Acad. q. lib. 1. 17

Volsci.

Volsci, antiqui Italiæ populi. Att. 144. b. & pro Cor. Bal. 61. b
 Nam bellum Volscorum illud grauissimum, cui Coriolanus exul interfuit, eodem ferè tempore, quo Perfarum bellum fuit. Brut. 20
 Volubilis, Vide Voluo.
 Volucer, vel Volucris.
 Aliud autem genus est non tam sententiis frequentatum,

quam verbis voluere atque incitatum. de Clar. Orat. 182. a
 Nihil est autem tam voluere, quam maledictum: nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur, latius dissipatur. pro Plancio, 46. a
 O nuntium volucrem! pro Quint. 54. a
 O falsam spem, o volucrem fortunam! pro Syl. 67. a
 Bestiæ volucres, agrestes, natantes. de Amic. 111. b
 Astrorum volucres motus. de Diuin. 8. b
 Volucres angues ex vastitate Libyæ vento Africo inuehi in Ægyptum. de Nat. d. 21. b
 Natura bestias volucres cælo frui libero voluit. Tuscul. 235. b
 Volucres.
 At ille nescio qui, qui in scholis nominari solet, mille & octingenta stadia quod abesset videbat, quædam volucres longius. 4. Acad. 143. a
 Ibes auertit pestem ab Ægypto, cum volucres angues inuectas interficiunt atque consumunt. de Nat. d. 1. 72
 Volucrum lapsus. 2. de Nat. d. 73
 Hunc vbi tam teneros volucres, matremque peremit. 2. de Diuinat. 96. a
 Quemadmodum volucres videmus procreationis atque utilitatis suæ causa fingere & construere nidos. 2. de Oratore, 13. a

Volumen, Vide Voluo.

Voluntas, Vide Volo, vis.

Voluo.

Facile soluteque verbis voluere sententias. de Clar. Or. 153. a
 Illi qui voluntur stellarum cursus sempiterni. de Somnio Scipionis, 128. b
 Quo melius cadat aut voluatur oratio. Orat. 210. b
 Longissima est igitur complexio verborum, quæ volui vno spiritu potest. 3. de Orat. 100. a
 Turbinem versari, & cylindrum volui putes. de Fato, 149. b
 Voluendi enim sunt libri cum aliorum, tum in primis Catonis. de Clar. Orat. 165. a

Voluens.

Celeriter sanè verba voluens. de Clar. Orat. 132. a

Voluens.

Nam eorum animi qui se corporis voluptatibus deditere, &c. circum terram ipsam volutantur, nec hunc in locum nisi multis exagitari seculis reuertuntur. in Somn. Scip. 33. a
 Non denique in omni dedecore volutatus es: ad Heren. libro 4. 162. a
 Frater volutatus est ad pedes inimicorum. ad Heren. 31. b
 Quis vnquam nepos tam liberè est cum scortis, quam hic cum sororibus volutatus. de Arusp. resp. 55. a
 Quorum intemperantia expleta, in domesticis est germanitatis stupris volutatus. de Arusp. resp. 38. a
 Laborandum est, ne quam omnes in omni genere & scelèrum & flagitiorum voluentur, nostra nobiscum, aut inter nos cessatio vituperetur. ad Varronem, lib. 9. 3. 3. a
 Cum pueri tibi ad pedes volutarentur. ad Heren. 31. b
 Itaque nihil aliud studeat, nisi vt lutulentus sus cum quouis volutari. in Salust. 1. a

Volutatus.

Nam nos quidem quid facimus in Verre, quem in luto volutatum totius corporis vestigiis inuenimus. 6. Verr. 47. a
 Itaque ad Callisthenem & Philistum redeo, in quibus te video volutatum. ad Quint. frat. lib. 2. 15. 4. a
 In veteribus scriptis studiose & multum volutatus. 3. de Oratore, 23. a

Volutatio.

An verò tu parum putas inuestigatas esse à nobis labes imperii tui, stragelque prouinciæ: quas quidem nos non vestigiis odorantes ingressus tuos, sed totis volutationibus corporis, & cubilibus persecuti sumus. in Pis. 65. a

Volubilis.

Homo volubilis quadam præcipiti celeritate dicendi. pro Flacco, 38. a
 Canorus orator & volubilis. de Clar. Orat. 54. a
 Vide quam sit varia vitæ commutabilisque ratio, quam vaga, volubilisque fortuna. pro Mil. 51. a
 Appii volubilis, sed paulò feruidior, erat oratio. de Cl. 174. b
 QQQ.iiii.

Neque verò mundum ipsum animo & sensibus præditum, rotundum, ardentem, volubilem deum, portenta & miracula non differētium philosophorum, sed somniantium. 1. de Nat. d. 28. a

Celeriter verba conficere, vt vim volubilem orationis vociferatio consequi possit. ad Heren. 21. b

Deinde animum circumdedit corpore, & vestit extrinsecus, cæloque soliuo & volubili, & in orbem incitato complexus est. de Vniuers. 26. a

Volubilitas.

Fortunæ volubilitas. pro Planc. 272. b

Volubilitas linguæ. pro Plancio, 51. a

Ex vtraque re & mundi volubilitas, quæ nisi in globosa forma esse non posset, &c. 2. de Nat. 70. a

Verborum volubilitas inanis atque irridenda. 1. de Orat. 9. a

Vt igitur, inquit, qui protrufit cylindrum, dedit ei principium motionis, volubilitatem autem non dedit. de Fato, 63. a

Deus cælum ad volubilitatem rotundauit. de Vniuers. 44. a

Quomodo ergo id quod temerè fit, cæco casu & volubilitate fortunæ, præsentiri & prædici potest? 2. de Diuinat. 23. a

Volubilitas.

Sæpe etiam in amplificanda re, concessu omnium, funditur numerosè & volubilitate oratio. in Orat. 122. a

Volumen.

Volumen orationis. 11. ad Att. 12

Plenum volumen querelæ iniquissimæ. ad Appium, lib. 3. 17

Epistola ea quæ voluminis instar erat sæpe legenda. 10. ad Atticum, 7

Nunc, quoniam satis huius voluminis magnitudo creuit, commodius est in altero libro de cæteris rebus deinceps exponere, &c. ad Heren. lib. 1. 30. a

Quoniam duobus superioribus de morte & dolore dictum est, tertius dies disputationis hoc tertium volumen efficit. 3. Tusc. 11. a

Euolui volumen epistolarum tuarum. ad Att. lib. 9. 181. 7. a

Volumen aliud separatim expectant. 14. ad Att. 34

Veniat modò, explicet suum volumen illud, quod ei planè facere possum, Erucium consecrassisse. pro Rosc. Am. 61. a

Volumen proxiomorum habeo. 16. ad Att. 18

Tuis enim oraculis Chrysis totum volumen impleuit, partim falsis, vt ego opinor, partim casu veris, vt fit in oratione sæpissimè. 2. de Diuin. 172. a

Cuius rationis vim & utilitatem ex illo cælesti Epicuri de regula & iudicio volumine accepimus. de Nat. d. 10. b

De quibus volumina impleta sunt. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 78

Volumina selectarum epistolarum. 1. ad Quint. frat. 42

Audire Cæsarem, quom volumina iam confecerat. 270. p. 967. μάρτυρ. Pæto, lib. 9. 16. 10. a

Video quid agas: tuas quoque epistolas vis referam in volumina. 16. fam. 22

Voluminibus te lacesserem, non epistolis. 12. fam. 62

Omnia hæc nō multis literis aut voluminibus magnis continentur. de Orat. 101. b

Volumnius.

Tu mi Volumni, quom & instituisti, & mihi vides esse gratum, scribe ad me quom sæpissime de rebus vrbanis, de Repub. iucundus est mihi sermo literarum tuarum. 7. familiarium, 56

Nos enim planè mi suauissime Volumni, aut nihil sumus, aut nobis quidem ipsis displicemus, gregalibus illis, quibus te plaudente vigebamus, amissis. 7. fam. 57

Quod sine prænomine familiariter, vt debebas, ad me epistolam misisti, primùm addubitauit, num à Volumnio Senatore esset, quocum mihi est magnus vsus: &c. 7. fam. 55

Voluptas.

Voluptatis templum. de Nat. d. 2. 45

Voluptas.

Voluptas etsi est illecebra turpitudinis, tamen habet quiddam naturalis boni, lenitatis est enim & suauitatis: id enim vt suauitate delectans, sic ab errore mentis tanquam salutare aliquid adsciscitur. 1. de Legib. 23

Voluptas est iucundus motus in sensu. de Finib. lib. 2. 62

Omne autem id quo gaudemus, voluptas est: vt omne quo

offendimur, dolor. de Finib. lib. 1. 29

Voluptas est, quæ suauitate aliqua naturam ipsam mouet, & cum iucunditate quadam percipitur sensibus. de Finibus, 58. b

Veruntamen video quom suauiter voluptas sensibus nostris blandiatur. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 129

In eo autem voluptas omnium Latine loquentium more ponitur, cum percipitur ea, quæ sensum aliquem moueat, iucunditas. de Finib. lib. 2. 11

Nihil tam inimicum menti, quom voluptas. Cat. 36

Aliud voluptas, effusum, lenè, tenerum, hilaratum ac remissum. 3. de Orat. 121

Voluptas amatoria. Tusc. q. lib. 4. 61

Voluptas duplex. Non enim hæc solam sequimur, quæ suauitate aliqua naturam ipsam mouet, & cum iucunditate quadam percipitur sensibus, sed maximam illam voluptatem habemus, quæ percipitur omni dolore detracto. lib. 1. de Finib. 29

Voluptas per se expetenda, Epicuro. de Finib. lib. 1. 24

Voluptas, bonorum finis, secundum Cyrenaicos & Epicurum. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 121

Voluptas gestiens, est præter modum elata lætitia, opinione præsentis magni alicuius boni. Tusc. q. lib. 3. 20, & 21

Humanissima voluptas. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 118

Voluptas imitatrix boni, malorum mater omnium, cuius blanditiis corrupta, quæ natura bona sunt, quia dulcedine hæc & scabie carent, non cernuntur satis. 1. de Leg. 36

Estne quæso sitienti in bibendo voluptas? de Finib. lib. 2. 14. a

Incredibilis voluptas. Pomp. lib. 5. 7. 1. a

Voluptas rationi inimica, impedit consilium, ac mentis perstringit oculos, nec habet vllum cum virtute commercium. Cat. 38

Voluptas maximè est inimica virtuti, bonique naturam fallaciter imitando adulterat. in Partit. 48

Voluptas infatibilis è cognoscendis rebus. de Fin. lib. 4. 10

Voluptas liquida & libera. de Finib. 1. 45

Voluptas quod maior est, eò magis mentem è sua sede & statu dimouet. Parad. 17

Quæ penitus in omni sensu implicata insidet imitatrix boni voluptas, malorum autem mater omnium. 1. de Legibus, 70. a

Mediocris voluptas. pro Plancio, 1. a

Voluptas mouens: contrarium, stans. de Finib. lib. 2. 28

Doloris omnis priuatio, rectè nominata est voluptas. 1. de Finib. 30

Quo dolore voluptas nulla paritur. 1. de Finib. 26

Nulla capitalior pestis, quom voluptas corporis, hominibus à natura data. Cat. 36

Voluptas obscœna. de Finib. lib. 2. 6

Libero tempore, cum soluta est nobis eligendi optio, quomque nihil impedit, quod minus id quod maximè placet, facere possumus, omnis voluptas assumenda est, omnis dolor depellendus. 1. de Finib. 26

Omnis voluptas honestati contraria est. Offic. lib. 3. 163

Voluptas vt decoris labes opprimenda. 1. de Leg. 46

Perpetua voluptas. ad Appium, lib. 3. 2. 6. a

Voluptas varia dici solet, cum percipitur ex multis dissimilibus rebus, dissimiliter efficientibus voluptates. de Finibus, lib. 2. 8

Voluptas corporis non satis digna hominis præstata. 1. Officiorum, 147

Voluptas lætitiæ. Post redit. ad Quirit. 1

Voluptas procreandi. de Finib. lib. 2. 34

Voluptatis illecebris delinitus, virtuti nuntium remisisti. 15. fam. 44

Voluptatis nomen inuidiosum, & infamiæ subiectum. de Finib. lib. 2. 9

In voluptatis regno virtus non potest consistere. de Sen. 37

In omni re doloris amotio successionem efficit voluptatis. 1. de Finib. 30

Verbo Voluptatis omnes qui vbique sunt, qui Latine sciunt, duas res subiiciunt, lætitiã in animo, commotionem suauem iucunditatis in corpore. de Finib. lib. 2. 10

Voluptati subiecta sunt, maleuolentia lætans malo alieno, delectatio, iactatio, & similia. Tusc. q. lib. 4. 13

Hæc enim ipsa mihi sunt voluptati, & erant illa Torquatis. de Finib. lib. 1. 19

Ea res mihi summæ voluptati fuit. Att. 39. b

Quod mihi de filia & de Crassipede gratularis, agnosco humanitatem tuam, speroque & opto, nobis hanc coniunctionem voluptati fore. Lentulo, lib. 1. 7. 36. a

Sed vt perspiciatis vnde omnis iste natus sit error voluptatem accusantium, dolorumque laudantium, totam rem aperiam. Nemo ipsam voluptatè, quia voluptas sit, aspernatur, aut odit, aut fugit: sed quia consequuntur magni dolores eos, qui ratione voluptatem sequi nesciunt. 1. de Finib. 25

Ad voluptatem omni impetu ferri. Offic. 1. 147

Aristippi est, ad voluptatè & dolorem quæ fugiamus, quæque sequamur, referri omnia. lib. 1. de Finib. 17

Ad voluptatem loqui, quod Græci μετὰ ἡδονῆν λέγουσιν. Læl. 77

Quod ipsa natura, vt ait Epicurus, adsciscat & reprobet, id est voluptatem & dolorem. lib. 1. de Finib. 17

Diuinè enim Plato escam malorum voluptatem appellat, quod ea videlicet homines capiantur vt hamo pisces. de Senectute, 40

Omne animal, simulatque natum sit, voluptatem appetere, eaque gaudere vt summo bono. lib. 1. de Finib. 23

Capiebam animo non mediocrem voluptatem, quod, &c. pro Planc. 256. b

Ex literis tuis cepi incredibilem voluptatem. 3. fam. 37

Itaque cepi voluptatem, tam ornatum virum fuisse in nostra Repub. de Clar. 177. b

Capere magnam & perpetuam voluptatem ex aliqua re. epist. 31. b

Voluptatem & honestatem fines esse Callipho censuit. Academic. quæst. edit. 1. lib. 2. 121

Voluptatem seuerissimè contemnere. Offic. 1. 101

Voluptatem cum honestate Dinomachus & Callipho copulauit. Tusc. q. lib. 5. 62

Voluptatem, dolore detracto, non crescere ait Epicurus. Tusc. q. lib. 3. 41

Voluptatem definiunt Stoici, sublationem animi sine ratione, opinantis se magno bono frui. de Finib. lib. 2. 11

Nullam capitaliorem pestem, quom voluptatem corporis hominibus dicebat à natura datam, cuius voluptatis audæ libidines temerè & effrenatè ad potiùdum incitarentur. de Senect. 36. a

Voluptatem cum summum bonum diceret. lib. 1. de Fin. 22

Voluptatem propter nos, non propter eam, nosmetipsos diligimus. de Finib. lib. 5. 27

Voluptatem etiam & per se expetendam esse, & dolorem ipsum per se esse fugiendum. lib. 1. de Finib. 24

Voluptatem ipsam per se, quia voluptas sit, semper optandam expetendamque putat Epicurus. Tusc. q. lib. 5. 69

Voluptatem vnã virtus minimi facit. de Finib. lib. 2. 36

Omnis enim expectatio eius qui audit, & admiratio, & improuisi exitus, habent aliquam in audiendo voluptatem. Partit. 39

Ego voluptatem habui nimiam. epist. 22. b

Non placuit Epicuro medium esse quiddam inter dolorem & voluptatem. 1. de Finib. 30

Xerxes præmium proposuit, qui inuenisset nouam voluptatem. Tusc. q. lib. 5. 16

Quid percipit, & quid iudicat, quo aut petat, aut fugiat aliquid, præter voluptatem aut dolorem. lib. 1. de Finib. 24

Percipietis enim ex cognitione iuris illam lætitiã & voluptatem, quod, &c. de Orat. lib. 1. 97

Percipere voluptatem corporis ex aliqua re. 1. de Finib. 18

Vt labore & dolore magnam aliquam quærat voluptatem. lib. 1. de Finib. 25

Voluptatem hanc sentiunt esse omnes, quam sensus accipiens, iucunditate quadam perfunditur. de Finib. 65. b

Voluptatè immansissimus quisq; acerrimè sequitur. Part. 48

Tum intelliges, qui voluptatem maximè sequatur, eos minimè consequi. Tusc. q. lib. 5. 72

Qui voluptatem cum honestate coniunctam summum bonum statuunt, si inuidiosum nomen voluptatis fugiunt, sed in vicinitate versantur. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 128

Summam voluptatem, inquit Epicurus, non dolere. Tusc. q. lib. 3. 41

Omnis priuatione doloris putat Epicurus terminari summam voluptatem, vt postea variari voluptas distinguique possit, augeri amplificarique non possit. 1. de Finib. 30

Nullam animi voluptatem vidistis, nisi profectam à corpore, & redeuntem ad corpus. de Nat. d. 1. 78

Omnes enim iucundum motum, quo sensus hærent, Græcè ἡδονῆν, Latine voluptatem vocant. 2. de Finib. 12. a

Recta & honesta quæ sint, ea facere ipsa per se lætitiã, id est voluptatem. lib. 1. de Finib. 19

Voluptate & molestia mixtus amor. de Vniuers. 55

Nam & voluptate capiuntur omnes: quæ etsi est illecebra turpitudinis, tamen habet quiddam simile naturalis boni: lenitate enim & suauitate delectat. 1. de Legib. 45. a

Incredibili, qua nunc fruor, lætitiæ voluptate caruissimè. Post redit. in Senatu, 198. b

Voluptate compleri. Academ. q. edit. 1. lib. 2. 118

Quid, quom fictas fabulas, è quibus vtilitas nulla duci potest, cum voluptate legimus? 5. de Finib. 94. a

Voluptate dominante, maximas virtutes iacere necesse est. de Finib. lib. 2. 95

Delectatur audiens multitudo, & ducitur oratione, & quasi voluptate quadam perfunditur. de Clar. Orat. 97. a

Voluptate nimia gestire. Offic. 1. 143

Voluptate, quasi mercede aliqua, ad officium impelli. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 130

In ea voluptate hunc accepi dolorem. 15. fam. 51

His rebus instructus, semper est in voluptate. 1. de Fin. 94. a

Dolere, & In voluptate esse, contraria. Academic. quæst. ed. 1. lib. 2. 22

Quis autem vel eum iure reprehenderit, qui in ea voluptate velit esse, qua nihil molestiæ consequatur, vel illum qui dolorem fugiat, quo voluptas nulla paritur? 1. de Fin. 26

Quisquis sentit, quemadmodum sit affectus, eum necesse est aut in voluptate esse, aut in dolore. 1. de Finib. 30

Voluptate sua omnia metiuntur Epicurei. 7. fam. 24

Voluptates & dolores animi nascuntur è corporis voluptatibus & doloribus. de Finib. 1. 43

Voluptates beluarum sunt. Læl. 19

Voluptates, blandissimæ dominæ, sæpe maiores partes animi à virtute detorquent. Offic. lib. 2. 52

Delicatæ voluptates Epicureorum. de Nat. d. 1. 79

Voluptates homine docto indignæ. Offic. 2. 3

Voluptates languidæ. Tusc. q. lib. 5. 13

Voluptates libidinosæ. de Finib. 1. 46

Voluptates obscœnæ. de Finib. lib. 2. 57. & Tuscul. quæst. libro 5. 68

Voluptates quæ auditu & cantibus percipiuntur. Tuscul. q. lib. 3. 36

Voluptates quæ ex formis percipiuntur oculis. Tusc. quæst. lib. 3. 36

Temporibus quibusdam, aut officiis debitis, aut rerum necessitatibus sæpe euenit, vt & voluptates repudiandæ sint, & molestiæ non reculandæ. 1. de Finib. 26

Voluptates sensum mouentes. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 5

Eos & accusamus, & iusto odio dignissimos ducimus, qui blanditiis præsentium voluptatum deliniti atque corrupti, quos dolores, quas molestias excepturi sint, occæcati cupiditate non prævident: similitque sunt in culpa qui officia deserunt mollitia animi, id est laborum & dolorum fuga. 1. de Finib. 26

Voluptatum contemptio. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 17

Omninoque hoc genus voluptatum (obscœnarum) optabile esse si non obstit, prodesse nunquam (tradunt Epicurei.) Tusc. q. lib. 5. 69

Voluptatum præteritarum memoria, & spe cõsequentium sapientem vitam refertam putat Epicurus. Tusc. q. lib. 3. 30

Detrahens eas voluptates, quæ sapere percipiuntur. Tuscul. quæst. lib. 3. 36

Voluptates obscœnas, faciles, communes, in medio fitas esse dicunt Epicurei. Tusc. q. lib. 5. 68

Voluptates obscœnas si natura requirant, non genere, aut loco, aut ordine: sed forma, ætate, figura metiendas putant Epicurei. Tusc. q. lib. 5. 68

Vt nõ modo nullam capiet, sed etiam prætereat omnes voluptates. lib. 1. de Finib. 19

A voluptatibus obscœnis abstinere minimè esse difficile asserunt Epicurei, si aut valetudo, aut officium, aut fama profuerit. Tusc. q. lib. 5. 68

A voluptatibus deseri. 4. ad Att. 29

Voluptatibus, quasi titillatio (Epicuri enim hoc verbum est) sensibus adhibetur. de Nat. d. 1. 79

Tu gubernacula Reip. petas fouèdis hominum sensibus, & delinendis animis, & adhibendis voluptatibus. pro Muræna, 142. b

Vt turpes sunt qui efferunt se lætitia, tum cum veneris voluptatibus fruuntur: sic flagitiosi, qui eas inflammato animo concupiscunt. Tusc. q. lib. 4. 57

Qui ita frui voluptatibus volunt, vt nulli propter eas dolores consequantur, & qui suum iudicium retinent, ne voluptate victi faciant id quod sentiunt, non esse faciendum, hi voluptatem maximam adipiscuntur prætermittenda voluptate. 1. de Finib. 37. & de Nat. d. 1. 59

Omnibus in rebus, voluptatibus maximis fastidium finitum est. de Orat. 152. b

Nec me angoribus dedidi, quibus essem confectus, nisi his restitiffem: nec rursus indignis homine docto voluptatibus. 2. Offic. 3. a

Priuaiffem se etiam videtur multis voluptatibus. lib. 1. de Finibus, 18

A sapiente tenetur delectus, vt aut reiciendis voluptatibus maiores alias cõsequatur, aut perferendis doloribus asperiores repellat. 1. de Finib. 27

Voluptarius, vel Voluptuarius.

Ego à te non postulo vt dolorẽ eisdem verbis afficias, quibus Epicurus voluptatem, homo, vt scis, voluptarius. 2. Tusc. q. 27. a

Quinetiam gustatus, qui est sensus ex omnibus maximè voluptarius, quique dulcedine præter ceteros sensus commouetur. 3. de Orat. 55. a

Disciplina voluptaria, delicata, mollis, quàm grauis, quàm continens, quàm seuera. 1. de Finib. 19

Ordiamur ab eo si placet, quem mollè, quem voluptarium dicimus. 5. Tusc. q. 127. a

Ægritudo, libido, formido: quanquam Stoici communi nomine corporis & animi *δολωδία* appellant, ego malo lætitiã appellare, quasi gestientis animi elationem voluptariam. 3. de Finib. 55. a

Atque hoc quidem etiam isti tui dicunt voluptarii Græci. in Pisonem, 32. a

Quinetiam ipsi voluptarii diuerticula quærant. de Finibus, lib. 5. 67

Tum ab Aristippo, quem illæ magis voluptariæ disputationes delectarant. 3. de Orat. 35. a

Homini voluptaria quærenti, non recta. 12. ad Att. 2

Sic suos sensus voluptuarios omnes incitauit. in Pis. 54

Voluptuarias enim possessiones nolet Silius. ad Atticum, libro 12. 244. 4. a

Volusienus.

Quàm non abesse ab huius iudicio vellem L. Volusienum, summo splendore hominẽ ac virtute præditum, vellem! pro Cluent. 156

Volusius.

Ista cohors quorum hominum est: Volusii aruspici, & Cornelii Medici, & horum canum, quos tribunal meum vides lambere. 5. Verr. 22

Voluto, Vide Voluo.

Vomer.

Vt aratrum circumduceres, cuius quidem vomere portam Capuã penè perstrinxisti. 2. Philip. 101. a

Vomicã.

Nec prodesse Phæreo Iasoni, is qui gladio vomica eius a-

peruit, quam sanare medici non poterat. 3. de Natura deorum, 99. a

Vomo.

Vomere, non dicere visus. 12. famil. 4

Nolim enim mihi fingere afotos, vt soletis, qui in mensam vomant, & qui de conuiuio auferantur. 2. de Finib. 39. a

Aliquod Lapitharum aut Centaurorum conuiuium ferebatur: in quo nemo potest dicere, vtrum iste plus biberit, an vomuerit, an effuderit. in Pis. 17. a

Quum, inquit, vomere post cœnam velle te dixiffes, in balneum te ducere cœperunt. pro Deiot. 13. a

Tantum vini in Hippia nuptiis exhauseras, vt tibi necesse esset in Pop. Rom. conspectu vomere postridie. 2. Philippicarum, 74. a

Cui ructare turpe esset, is vomens frustis esculentis vinum redolentibus, gremium suum & totum tribunal impleuit. 2. Philip. 74

Vomitur, impersonale.

Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur. 2. Philippicarum, 103. a

Vomitio.

Quid ea quæ nuper, id est paucis antè seculis medicorum ingenis reperta sunt, vomitione canes, purgante autem, &c. 2. de Nat. d. 189. a

Voro.

Animalia alia fugunt, alia vorant, alia mandunt. de Natura deorum, 50. b

Voro, per translationem.

Non hic voramus literas cum homine mirifico (ita me hercule sentio) Dionysio. ad Att. lib. 4. 8. 2. a

Vorago.

Gurges & vorago patrimonii. pro Sest. 25. b

Immensa aliqua vorago aut gurgis vitiorum. in Ver. 152. b

Habet secum L. fratrem, quem gurgitem: quam voraginem? in Ant. 232. b

Syrtim patrimonii, scopulum libetius dixerim: Charybdim bonorum, voraginem potius. 3. de Orat. 89. a

Quò tanquam in imam voraginem cœtus omnium vitiorum excesserat. in Salust. 11. a

Vos geminæ voragines scopulique Reip. in Pis. 88. b

Qui quum per agrum Leontinum iter faciens, equum ipse demississet in flumen, submersus equus voraginibus non exitit. 1. de Diuinat. 126. a

Vorax.

Quæ Charybdis tam vorax tot res tam citò absorbere potuiffet. 2. Philip. 76. a

Vorsura, Vide Versura in Verto.

Vortex, Vide Vertex in Verto.

Vos.

Vt iam omnium iudicio constitutũ esset, omnium vestrum bona prædam esse illius victoriæ. ad Att. lib. 11. 214. 3. a

Vestrum consensus, virtus, constantia. 5. Philip. 164

Vestrum frequentia. 4. Philip. 152

Nos autè dicimus ea nobis videri, quæ vosmetipsi nobilissimis philosophis placuisse conceditis. 4. Academ. 129. a

Consyderate cum vestris animis vosmetipsi, e quem putatis, &c. 5. Verr. 23. a

Quæ facitis, eiusmodi sint, vt ea dedita opera à vobis contra vosmetipsos facere videamini. pro Rosc. Amer. 63. a

Votum, Vide Voueo.

Voueo.

Quid optamus à diis immortalibus? quid vouemus? 1. de Nat. d. 169. a

Neque Herculi quisquam decumam vouit vnquam, si sapiens factus esset. 3. de Nat. d. 126. a

Nostri imperatores pro salute patriæ sua capita vouerunt. de Finib. lib. 5. 59

Nauæ vouerunt se Dianæ vitulum immolatuos. de Inuentione, 74. b

Ludi quos Salinator Senensi prælio vouerat. de Claris Oratoribus, 171. b

Marcellus duo templa dedicaturum se Romæ vouerat. in Verrem, 228. b

Quæ si stetiffet Respu. vouiffem, ea me, euerfa illa, vota dissoluere. 15. ad Att. 22

Quum propter paupertatem sues puer pasceret, vna ex his amiffa, vouiffes dicitur, si recuperasset, vnam se deo datum, quæ maxima esset in vinea. 1. de Diuinat. 59. a

Votus.

Ad earum templa sunt publicè vota & dedicata. 3. de Natur. deorum, 57. a. De Nymphis.

Votum.

Voti causa datur libera legatio. 2. ad Att. 44

Ego me maiore religione, quàm quisquam fuit vllius voti, obstrictum puto. Att. 201. b

Sed iam quasi voto quodam & promisso me teneri puto. ad Attic. lib. 12. 241. 10. a

Nocturna vota cupiditatum. in Verr. 265. b

Diligentia votorum satis in lege dicta est, ac voti sponsio, quo obligamur deo: pœna verò violatæ religionis iustam recusationem non habet. 2. de Legib. 66. a

Quinetiam nocturna sacrificia, quæ putat occultiora esse, sceleratæque eius preces & nefaria vota cognouimus. pro Cluentio, 153. a

Verres, qui Veneri ac Cupidini vota deberet, is Mineræ templum spoliare conatus est. in Verr. 228. b

Eorumque preces & vota de meo reditu exaudiens, Dyrriachium, quod erat in fide mea, petere contendi. pro Planicio, 79. a

Facere vota contra Remp. vel contra aliquem. in Cat. 108. b

Vota enim feceratis, vt in eos se potius mitteret, quàm in vestras possessiones. pro Mil. 57. a

+ Vota de illo ægroto faciebant. 8. ad Att. 59

Quotidie vota facimus, ne intercaletur. epist. 96. b

Dein subito vultu Milonis perterritus fugeret ad Tyberim, vos & omnes boni vota faceretis, vt, &c. pro Mil. 31. a

Nostri Imperatores maximis & periculosis bellis huic deæ vota fecerunt, eaque in ipso Pessinunte ad illam ipsam principem aram persoluerunt. de Aruspicio responfis, 250. b

Nemo est quin vota victoriæ suæ fecerit. 6. fam. 26. in epist. Cecinna.

Vereor ne nõ tam virtutis fiducia interdum nobis ad spem beatè viuèdi, quàm vota faciendã, videantur. Tusculana. quæst. 228. b

Antonius ea vota, quæ nunquam solueret, nuncupauit. in Antonium, 185. b

Nuncupare vota pro imperio, &c. in Verr. 242. b

Vota sanctè reddunt. 2. de Legib. 24

Vota diis soluere. Att. 243. b

Iidem etiam vota suscipi dicitis oportere, nempe singuli vouent. de Nat. d. 79. b

Si hæc mala fixa sunt, ego verò te quamprimum mea vota cupio videre. ad Terentiam, lib. 14. 4. 3. a

Nõne animaduertis ex tot tabellis pictis, quàm multi votis vim tempestatis effugerint, in portumque salui peruenierint? 3. de Nat. d. 128. a

Quicquid habuit virium, id in eorum libertatem contulit, quorum votis iudicauit se à morte reuocatum. 10. Philippicarum, 280. a

Æquum credo putauit, vitam quam Pop. Rom. votis retiniffet, pro libertate Pop. Romani in discrimen adducere. 7. Philip. 224. a

Deus nihil sentiens, nunquam nobis occurrit, neque in precibus, neque in optatis, neque in votis. de Nat. d. 9. b

Votiuus.

Ego me à Pompeio legari ita sum passus, vt nulla re impediret: &c. aut votiuam legationem susciperem propè omnium sanorum ac sacrorũ locorum. ad Att. lib. 4. 71. 10. a

Simulque cogites quid agendum nobis sit super legatione votiuã, quòd in his locis moueatur à multis, ne in Senatu Calendis adfirm. ad Att. lib. 14. 310. 4. a

Ludi votiu. 2. Verr. 19. a

Vox.

Verbum, vox, sonus. Orat. 212. b

Hæc vox, Cuius Romanus sum. in Verr. 170. b

Dulcis & clara vox. in Orat. 32. a

Vox flebilis. Tusc. q. lib. 2. 29

Furialis vox. de Arusp. resp. 35. a

Inflexa vox ad miserabilem sonum. 2. de Orat. 104. a

Vox inhumana & scelerata. de Finib. lib. 3. 51

Vox lamentabilis. Tusc. q. lib. 2. 28

Sine contentione vox, nec languês, nec canora. 1. Off. 185. a & de Clar. Orat. 126. a

Vox magnifica, & magno viro ac sapiente digna. Offic. 3. 1

Sunt enim certa vitia, quæ nemo est quin effugere cupiat, mollis vox vt muliebris, aut quasi extra modum absona atque absurda est. 3. de Orat. 24. a

Vox nefaria. Tusc. q. lib. 5. 41. Læl. 35

Vox permanens, verum subrauca natura. de Claris Oratoribus, 177. b

Rustica vox & agrestit quosdam delectat, quo magis antiquitatem, si ita sonet, eorum sermo retinere videatur. 3. de Orat. 24. a

Vox tristifica. Diuinat. lib. 1. 11

Quæ est vnquam iacta non suspicio, quæ, &c. sed iracundiã vox aut doloris: pro Flac. 147. b

Vox orationis, index. Offic. 1. 185

Vox vitæ. pro Syl. 59

Non intelligere interdum quid sonet hæc vox voluptatis, id est, quæ vis huic voci subiciatur. 2. de Finib. 9. a

Vox quæ vna maximè eloquentiam vel commendat, vel sustinet. de Orat. lib. 1. 131

Vox eum defecit. 7. famil. 2

Atque hæc vna vox omniũ est. ad Dolabellam, lib. 9. 14. 8. a

Vox de Quæstura nulla missa est. pro Flac. 4. a

Quæ vox fuit ei contumeliæ potius, quàm doloris. pro Planicio, 28

Quòd si hæc vox huius hortatu, præceptisque conformata nonnullis aliquando saluti fuit, à quo id accepimus, quo ceteris opulari, & alios seruare possemus, &c. pro Archia poeta, 1

Ad actionis autem vsu atque laudem maximam sine dubio partem vox obtinet, quæ primùm est optanda nobis. 3. de Orat. 124. b

Vocis conseruatio & pronuntiationis sanitas ex eadem re oriuntur. 3. ad Heren. 114

Contentio vocis & remissio. 1. de Orat. 136. a

Cursus vocis per omnes sonos. de Orat. 164. b

Vocis figura, & eius species. 3. ad Heren. 112

Vocis flexiones. Orat. 202. b

Vocis genera permulta, canorum, fuscum: lene, asperum: graue, acutum: flexibile, durum: &c. 2. de Nat. d. 219. a

De magnitudine vocis & firmitudinis parte. 3. ad Heren. 113

Vocis mollitudo ex quibus constat. 3. ad Heren. 115

Vocis mutationes totidem sunt, quot animorum, qui maximè voce commouentur. in Orat. 31. a

Mira est quædam natura vocis, cuius quidem è tribus omnino sonis, inflexo, acuto, & graui, tanta fit & tam suauis varietas perfecta in cantibus. in Orat. 32. a

Vt ab iis, qui non infcti sunt eius artificii, ratio curandæ vocis petatur. 3. ad Heren. 113

Inanis vocis sonus. Tusc. q. 251. b

Vocis suffragium relictum in perduellionis iudicio. 3. de Legib. 32

Cum culpæ penè vocem audiamus. 3. de Nat. d. 68

Tamen me authore nemo dicendi studiosus, Græcorum more, & Tragedorum voci seruit, qui & annos cõplures sedentes declamant, & quotidie antequam pronuntient, voces cubantes, sensim excitant: &c. 1. de Orat. 131. a

Firmam igitur quàm maximè poterimus in dicendo vocem conseruare, si quàm maximè sedata & depressa voce principia dicemus. 3. ad Heren. 113

Subsellia grandiore & pleniore vocem desyderant. de Clar. Orat. 160. a

Hodierno die primùm veritas vocem contra inuidiam his iudicibus freta miserit. pro Cluent. 71. a

Conciones haberi quotidie contra me: vocem pro me ac pro Repub. neminem mittere. pro Sest. 34. a

An aliquam vocem putatis ipsam pro se causam & veritatem posse mittere: pro Cael. 43. a
 Ad vocem tributi obdurescunt. ad Brut. 59
 Ad vocem in dicendo obtinendam nihil est vtilius, quam crebra mutatio: nihil perniciosius, quam effusa sine intermissione contentio. 3. de Orat. 12. 4
 Quidam lingua hæsitantes, & voce absoni. de Orat. 9. 4. b
 Voce trementi me exulem appellauit. 3. ad Quint. frat. 18
 Canere inclinata vltimateque voce, more Asiatico. in Or. 15. a
 Voce literarum cogi. 2. Philip. 41
 Contenta voce atrociter dicere, & summissa leniter, & inclinata grauius, & inflexa miserabiliter. de Orat. 202. b
 Voce vna omnium gemitur hic status. 2. ad Att. 43
 Loquetur enim eorum voce virtus ipsa tecum, & c. Tuscul. quæst. lib. 2. 41
 Vna voce omnium hoc perfertur, & Vario sermone perfertur, contraria. 2. fam. 7
 Voce & vultu perterriti, confessi sunt. 2. ad Att. 23
 Ego enim neminem nec motu corporis, neque ipso habitu atque forma aptiorem, nec voce pleniorē, aut suauiorē mihi videor audisse. 1. de Orat. 65. a
 Multi erant præterea præclari in philosophia & nobiles, à quibus omnibus vna penè repellit voce oratorem à guberaculis ciuitatum, & c. 1. de Orat. 24. a
 Voce Reipub. sum reuocatus. 10. fam. 1
 Cum legem Voconiam magna voce & bonis lateribus sussissem. de Senect. 14. a
 Actio est quasi corporis quædam eloquentia, cum constet ex voce atque motu. Orat. 202. b
 In profundenda voce, omne corpus intenditur. Tuscul. quæst. lib. 2. 49
 Voces quas habuit, & c. pro Mur. 136. b
 Voces veridicæ. Diuinat. lib. 1. 85
 Meministis enim, quum illius nefarii gladiatoris voces percubissent, quas habuisse in concione domestica dicebatur. pro Mur. 47. a
 Natura autem ita resonans, vt vsque Romam significationes, vocisque referantur. ad Quint. fratrem, lib. 1. 1. 63. a
 De theatro.
 Nam voces, vt chordæ sunt intetæ, quæ ad quæque tactum respõdeant, acuta, grauis: cita, tardæ: magna, parua: & c. 3. de Orat. 119. a
 Rerum verborumque iudicium prudentiæ est, vocum autem & numerorum aures sunt iudices. Orat. 92
 In lingua etiam explanata, vocum impressio. 4. Academic. quæst. 29. a
 Vocum naturalis quædam in auribus mensio. Orat. 102
 Aut si surdus sit, varietates vocum aut modos noscere? 2. de Diuinat. 13. a
 Voces excutere. 2. Philip. 81
 Verbaque sint quam suauissimis vocibus. Orat. 210. b
Vocula.
 Et cum recreandæ voculæ causa necesse esset mihi ambulare, hæc dictavi ambulans. ad Att. lib. 2. 38. 1. a
 Quanto molliores sunt, & delicatiores in cantu flexiones, & falsæ voculæ, quam certæ & severæ? 3. de Orat. 55. a
 Sed incurrit hæc nostra laurus nõ solum in oculos, sed iam etiam in voculas maleuolorum. Cælio, lib. 2. 15. 6. a
Vocalis.
 Addamus huc etiam, ne quem vocalem præterisse videamus, C. Cosconium. de Clar. Orat. 130. a
 Ea conseruabitur, si fugiemus crebras vocalium concursiones, quæ vastam atque hiantem orationem reddunt. ad Heren. lib. 4. 160. a
 Habet enim ille tanquam hiatus concursu vocalium molle quiddam. in Orat. 43. a
Vocifero, siue Vociferor.
 Quid vociferabare decem millia talētum Gabinio esse promissa: pro Rab. Posth. 13. a
 Nam me dies, vox, latera deficient, si hoc nunc vociferare velim, quam miserum indignumque sit, & c. 4. Verrinarum, 37. a
 Neque satis liberè vociferari posse intelligo. pro R. Am. 6. a

Minitari absenti Diodoro, vociferari palam, lachrymas interdum vix tenere. 6. Verr. 35. a
Vociferatio.
 Ante L. Flauii, cæterorumque de L. Herennio vociferatio commouebat: 7. Verr. 121. a
 Habet enim quiddam illiberale, & ad muliebrem potius vociferationem, quam ad virilem dignitatem in dicendo accommodatum. ad Heren. lib. 3. 115. a
 Nam in ipso sermone hoc & Vociferatione mortua est. pro Cluent. 22. a
 Qua vociferatione in cæteris iudiciis accusatores vti conueuerunt. pro Rosc. Amer. 7. a
VOCO.
 Comprehensio, quam κατέλημι illi vocant. Acad. 5. b
 Ibi ego ex iure manu confertum voco. pro Mur. 22
 Laceris vos, in concionem voco, Pop. Rom. disceptatore vti volo. pro Lege Agr. 14. a
 Auaritiam in crimen & in iudicium voco. 5. Verr. 187. a
 Ex ea die ad hæc diem, quæ fecisti, in iudicium voco. 3. Verrinarum, 22. a
 Quod me à mœstitia vocas, multum proficies, & c. At. 198. b
 Primum quidem me ad Democritum vocas, cui non assentior, potiusque refellam. 4. Acad. 103. a
 Tempa deorum immortalium, tecta vrbis, vitam omnium ciuium, Italiam denique totam, ad exitium & vastitatem vocas. 1. in Catil. 8. a. Alias, excidium.
 Tu me ad verbum vocas, non antè venio, quam recusaro. pro Cecin. 59. a
 Quod me ad vitam vocas, vnū efficis, vt à me manus abstinere. ad Att. lib. 3. 47. 3. a
 Quid me igitur Luculle in inuidiam, & tanquam in concionem vocas? 4. Acad. 158. a. & 7. Philip. 230
 Hoc tu igitur in crimen vocas, quod cum iis fuerit C. Rabirius, quos amentissimus fuisse si oppugnasset: & c. pro Rab. perd. reo, 17. a. pro Sex. Rosc. 24. b
 Vadari vis, promittit: in ius vocas, sequitur. pro Quint. 42. a
 Hæc nisi vides expediri, quam in spem me vocas? ad Attic. lib. 3. 55. 11. a
 Vocant me ad triumphum literæ amicorum. 6. ad Att. 44
 Aucupia verborum in inuidiam vocant. pro Cecin. 297. b
 Domum suam istum nõ ferè quisquam vocabat. pro Rosc. Amer. 31. a
 Hunc ego patris causa vocaui ad cœnam, quo die venit. ad Attic. lib. 6. 114. 13. a
 Deinde ipsum regem ad cœnam vocaui. 6. Verr. 54. a
 Quarum rerum spe ad laudem me vocasti. epist. 147. b
 Milo Clodium ad iudicium bis, ad vim nunquam vocaui. pro Mil. 30
 Cur autem per te inimicum paternum in consilium vocaui: pro Flac. 60. a
 P. Sulpitii eloquentiam accusatio illustravit, quum seditionum & inutilem ciuem C. Norbanum in iudicium vocaui. 2. Offic. 70. a
 Rex enim Deiotarus vestram familiam abiectam & obscuram è tenebris in lucem vocaui. pro Deiot. 19. a
 Qui claros viros in inuidiam aliquam vocauerunt. pro Sestio, 27. b
 Nec verò criminibus falsis in odium aut inuidiam quenquam vocabit. 1. Offic. 122. a. & pro Cæl. 21
 Non faciam vt enumerem miseras omnes, in quas, & c. ne & meum mœrorem exagitem, & te in eundem luctum vocem. ad Att. lib. 3. 47. 4. a
 Ne me apud milites in inuidiam voces. in Ant. 171. b
 Postremò aliquos futuros suspicor, qui me ad alias literas vocent. 1. de Finib. 3. a
 Cum Senatum ad xiiii. Cal. Ian. Trib. pl. vocauiissent. epistolarum, 161. b. & 5. Philip. 180
 Cum ad arma Consules ex Senatusconsulto vocauiissent. pro Rab. 94. b. & pro Sest. 36
 Vocare ad causam. 14. Philip. 388
 Vocare ad contentionem. pro Planc. 5
 Vocare aliquem ad inimicitias. 11. fam. 6, 7. in ep. M. Bruti & Cassii.

Vocare ad gratiam referendam. pro Domo sua, 5
In deorum concilium vocare. 1. de Diuinat. 88. a
Vocare in crimen delicti. pro Corn. Balb. 3
Vocare in discrimen. pro Flac. 63
Detrahere de aliquo, & eum in inuidiam vocare. pro Rab. 14
Vocare in iudicium populi. pro Deiot. 72
Vocare in iudicium vim, facinus, audaciam. pro Cælio, 1
Incensi suspicione, rem in medium vocare cœperunt, & causam illam totam deposcere. pro Cluent. 62. a
In longum sermonem vocare. 1. de Legib. 18. a. & de In. 158. b
Hunc Ægyptii Thoyth appellant, eodemque nomine anni primus mensis apud eos vocatur. de Nat. d. 70. b
Eadem facultate & fraus hominum ad perniciem, & integritas ad salutem vocatur. de Orat. 111. b
Hic quum venit, extra ordinem vocatur. 5. Verr. 8. a
Reliqui temporis spatium in cõtionem vocatur: ab utroque dissimillima ratione tractatum est. pro Mur. 16. a
Quid, quod salus sociorum summum in periculum ac discrimen vocatur: pro Lege Manil. 7. a
Itemque alii de vita, alii de gloria & beneuolentia ciuium in discrimen vocantur. 1. Offic. 117. a
Tamen in falsam atque iniquam probrorum insimulationem vocabatur. pro Font. 24. a
Nomen imperii in commune odium orbis terræ vocabatur. 1. de Lege Agr. 1. a
Ipse verò Rabirius non modò in iudicium horum criminum, sed ne in tenuissimam quidem suspensionem verbo est vnquam vocatus. pro Rab. perduel. reo, 4. a
Nonne & audaciam eius, qui in crimē vocetur, singularem ostendere, & c. pro Rosc. Amer. 22. a
Et ad eius procuracionē sermone non solum plebis, verum etiam bonorum Pompeius vocaretur. ad Ar. lib. 4. 70. 8. a. De annonæ.
Sed vt ad Græcos referam orationem, septem fuisse dicuntur vno tempore, qui sapientes & haberent & vocarentur. 3. de Orat. 75. a
Vocari in eandem conditionem. epist. 119. b
Vocari in aliquam controuersiam. 13. fam. 45
Eriam illud prædicas licet, quod supplicium more maiorū sumptis, securique percussis, idcirco à me in crimen & inuidiam vocari. 7. Verr. 103. a. & 5. fam. 48
In disceptationem & controuersiam vocari. 2. de Orat. 161. a
Sed cum de illo laboro, tum de multis amplissimis viris, & c. nec beneficium tuum in dubium vocari, nec hæere in animis hominum sollicitudinem sempiternam. pro Deiotaro, 28. a
Vocari in iudicium de aliqua re. pro Corn. Balb. 68. b
Causæ, quæ omnino in iudicium vocari non solent. de Oratore, 106. b
Cosconio mortuo, sum in eius locum inuitatus: id erat vocari in locum mortui. ad Att. lib. 2. 34. 7. a
Vocari in pœnam. de Arusp. resp. 32
Lex vim habet ad rectè facta vocadi, & à peccatis auocadi. de Legib. 171. b
Non omnes, qui tanto se scelere obstrinxerint, vt aut fidem suam corrumpi paterentur, aut iudicium corrumpere, in discrimen ac iudicium vocandi. 7. Verr. 141. a
Ad mentes iudicum permouedas, & ad vtilitatem nostram vocandas. de Orat. lib. 2. 180. a
VOCATUS.
Leonidæ cuiusdam Siculi familia in suspensionem vocata est coniurationis. 7. Verr. 8. a
Ad prandium vulgò vocati. pro Mur. 141. b
Noua credo res obiecta, noui quidam homines in suspensionem vocati sunt. pro Cluent. 144. a
M. Fulcinus adolescens mortuus est: & c. Itaque in partem mulieres vocatæ sunt. pro Cecin. 9. a
VOCATUS, US.
Mane Idibus Septembris, & ille, & Senatus frequens vocatu Drusi in Curiam venit. 3. de Orat. 2. a
VOCABULUM.
Nam si res suum nomen & proprium vocabulum non habet. 3. de Orat. 87. a

Nomen est, quod vnicique personæ datur, quo suo quæque proprio, & certo vocabulo appellatur. 1. de Inuēt. 51. a
Qui ludi ne vno quidem verbo appellantur Latino, vt vocabulo ipso Matris magnæ nomine religio suscepta declaretur. de Arusp. resp. 249. b
Nomen Næniæ: quo vocabulo etiam à Graccho cantus lugubres nominantur. 2. de Legib. 57
Siue alio vocabulo gaudet. de Vniuers. 5
Rem aliquam suo certo ac proprio vocabulo nominare. pro Cecin. 294. b
Chaldæi non ex artis, sed ex gentis vocabulo nominati. 1. de Diuinat. 4. a
Vocabula non quidem inuenta deorum dicit Perseus, sed ipsa diuina. de Nat. d. 1. 28
Ex sua vi, quum aut res, quæ sit tota quærat, aut pars eius, aut vocabulū quod habeat, aut quippiam, & c. 2. de Or. 40
Rebus non commutatis immutare vocabula. 1. de Leg. 55. a
Crede igitur mi Plance, omnes eos honorum vocabula habituros. 10. fam. 11
Vocabula tantum pecuniarum, & genera mutabas. in Pisonem, 99. b
Vocabula deorum nobis prodiderunt veteres, & prisca viri, qui generatores suos optimè nosse poterant. de Vniuers. 47
Ab aliis iisdem pedes, aliis nominantur vocabulis. de Or. 217. b
His vocabulis deos esse facimus, quibus à nobis nominantur. de Nat. d. 1. 58
Res vtilis & salutare deorum esse vocabulis nuncupatas. de Nat. d. 9. b
Pluribus notatum vocabulis, idem declarantibus. de Finib. lib. 3. 11

VOCITO.

Quas nostri septem soliti vocitare triones. 2. de Nat. d. 151. a
Accepimus Demetrium & ex Repub. Athenis, quam optimè digesserat, & ex doctrina nobilem & clarum, qui Phalereus vocitatus est, in eodē isto Ægypti regno, aspide ad corpus admoda, vita esse priuatum. pro Rab. Posth. 14. a
Vpis, vel, vt Macrobius vult, Opis.
Dianæ item plures. Prima Iouis & Proserpinæ, quæ pinna Cupidinem genuisse dicitur. Secunda notior, quam Ioue tertio & Latona natam accepimus. tertix pater Vpis traditur, Glaucæ mater. eam Græci sæpe Vpim paterno nomine appellant. 3. de Nat. d. 41

VRANIA.

Sed quo potius vtar aut authore, aut teste, quam te: cuius edidici etiam versus, & libenter quidem, quos in Consulatu Vrania Musa pronuntiat. 1. de Diuinat. 29. a
Vrbane, Vrbaneitas, Vrbaneitas, Vide Vrbs.
Vrbaneitas. in Ant. 243. b
Vrbs.

Amplissima atque ornatissima vrbs. 2. de Lege Agr. 76. a
De Capua.
Vrbs mihi coniunctissima. in Ant. 154. b
Vrbs & natura, & situ, & descriptione ædificiorum, & pulchritudine in primis nobilibus. contra Rull. 74. b
Vrbs coloniarum ac municipiorum. in Catil. 109. b
Fluctum enim totius Barbariæ ferre vrbs vna nõ poterat. 7. ad Att. 38. De Athenis.
Vrbs custodem, non Tyrannum recepisse videatur. ad Quintum fratrem, 7
Erat enim multò domicilium huius vrbs (cum quidē hæc vrbs) aptius humanitati & suauitati tuæ, quam tota Peloponnesus, nedum Patræ. 7. fam. 49
Quam quum locis manūque sepsissent, eiusmodi coniunctionem testorum, oppidum vel vrbem appellatur, delubris distinctam, spatisque comunibus. 1. de Repub. 7. a
Cum copiosissimam vrbem funditus sustulit. Offic. 1. 113
Vrbe atque agro est exterminatus. de Natura deor. 1. 44
In ea es vrbe, in qua hæc vel plura, & ornatiore parietes ipsi loqui posse videantur. 6. familiarium, 9
Tot vrbes, tot ciuitates. 1. ad Quint. frat. 16
Infestæ vrbes imperio. 3. in Catil. 92. a
Tum domicilia coniuncta, quas vrbes dicimus, inuento & diuino iure & humano mœnibus sepserrunt. pro Sest. 79. a
 RRR. i.

De euertendis diripiendisq; vrbibus valde illud confide-
randum est, ne quid temere, ne quid crudeliter fiat. Offi-
ciorum 1.115

Vrbs, per metaphoram.

Vrbem, mihi crede, philosophiæ proditis, dum castella de-
fenditis. Diuinat. lib. 2. 28.

Vrbs, pro Roma.

Aristoteles non dubitasset, quin & Prætor ille esset & Roma
vrbs, & eam ciuitas incoheret. Acad. q. 34. b

Pulcherrima, florentissima, potentissima Vrbs. 2. in Cat. 47. a
Me, quem nonnulli conseruatores istius Vrbs, quem pa-
rentem esse dixerunt. 9. ad Att. 37

Vrbs curatores ædiles. 3. de Legib. 6

Vrbs fordes & fax. 1. ad Att. 42

Illa Vrbs custos quam scribis. 7. ad Att. 15

Vrbs & vrbauitatis desideria deponere. 7. fam. 16, & 31

Erras Clodi, non te iudices Vrbi, sed carceri referuarunt. 1.
ad Att. 42

De Tullia & Teretia, cum mihi Barbarorum ad Vrbem ad-
uentus proponitur, omnia timeo. 7. ad Att. 44

Orbem terrarum imperiis distributis ardere bello: Vrbem
sine legibus, sine iudiciis, sine iure, sine fide relictam di-
reptioni & incendiis. 4. fam. 2

Mira hominum querela est (nescio istic: sed facies vt sciam)
sine magistratibus Vrbem esse, sine Senatu. 7. ad Att. 39

Hominem grauem & ciuem egregium, qui qua pœna Sena-
tus consensu bonorum omnium eos affecerat, qui Vrbem
incendere, magistratus ac Senatum trucidare, bellum ma-
ximum consistere voluissent, eadem dignum iudicaret eum
qui curiam cæde, Vrbem incendiis, Italiam bello liberaf-
set. 5. fam. 6

Hoc quæro, quod Vrbem reliquerit. Ego enim *ἄποδος*. tum
nihil absurdus. Vrbem tu relinquis? Ergo idem, si Galli
venirent? Non est, inquit, in parietibus Respub. at in aris
& focis. fecit idem Themistocles. 7. ad Att. 38

Vrbem autē & populum nostrum seruandum ad immor-
talitatem, quantum in nobis esset, putabam. 9. ad Att. 37

Nostri olim Vrbe reliqua capta, arcem tamen tenuerunt. 7.
ad Atticum, 39

Vt ab Vrbe discessi, nullum adhuc intermisi diem, quin ali-
quid ad te literarum darem. 7. ad Att. 49

Quantquam longius etiam cogitabam ab Vrbe discedere,
cuius iam etiam nomen inuitus audio, tamen propius ac-
cedam. 4. fam. 3

De Vrbe augenda quid sit promulgatum, non intellexi, id
sanè scire velim. 13. ad Att. 21

Sed casu sermo à Capitone de Vrbe augenda, à Ponte Mul-
uio Tyberim duci secūdum montes Vaticanos, campum
Martium cœdificari. 13. ad Att. 46

Ne aut tibi exire ex Vrbe necesse sit, aut mihi accedere. 4.
familiarium, 3

Vrbanus.

Vrbanus Prætor M. Drusus. 2. ad Heren. 52

Vrbana vel prouincialis administratio. 1. ad Quint. frat. 32

Vrbanum artificium simulationis. pro Planc. 17

Manabat enim illud malum vrbauum, & ita corroboraba-
tur quotidie, vt ego quidem & Vrbi, & otio diffiderem
vrbano. Cassio, lib. 11. 1. 2. a

Quam omnes vrbani, rustici, omnes inquam, qui Latine
loquuntur, voluptatem vocant. 2. de Finib. 113. a

Quos non solùm alieni, sed etiam sui vicini, tribules, vrbani,
rustici repulerunt. de Arusp. resp. 257. b

Vrbana tribus. 1. de Orat. 10

Vrbanorum rerum perturbatio. 11. fam. 16. in epist. D. Bruti.

Si vrbana officia togatus sibi præstitissem. 9. ad Att. 25. in epi-
stola Balbi.

Vrbanus, facetus.

Homo lautus & vrbauus. 3. Verr. 11. a

Et homo facetus inducis etiam sermonem vrbauum ac ve-
nustum. pro Domo sua, 71. a

Primum te hominem non solùm sapientem, verùm etiam
(vt nunc loquimur) vrbauum. ad Appium, lib. 3. 8. 7. a

Vrbani sales. 9. fam. 31

Heri non multò post quàm tu à me discessisti, puto quidam
vrbani, vt videbantur, & c. 12. ad Att. 63

Vrbanitas.

Ἀὐτὸς ὁμοῦ in homine vrbauitas. Att. lib. 7. 9

Et sunt illius scripta leuiora, vt vrbauitas summa appareat,
doctrina mediocris. 1. de Finib. 12. a

Vrbanitas est virtus, vt Stoici rectissime putant. 3. fam. 19

Maledictio autem nihil habet propositi præter contume-
liam: quæ si petulantius iactatur, conuictum: si facietus,
vrbauitas nominatur. pro Cæl. 4. a

Vrbanitatis color externis oratoribus defuit. Brut. 88

Tu modò ineptias istas & defyderia vrbis & vrbauitatis de-
pone. Trebatio, lib. 7. 6. 2. a

Libandus est etiam ex omni genere vrbauitatis facietiarum
quidam lepos. de Orat. 98. b

Vrbanitatis possessionem defendens. 7. fam. 56

Aliquando subtilitatem veteris vrbauitatis & humanissimi
sermonis attingerem. Quint. frat. lib. 2. 12. 4. a

Vides enim exaruisse iam veterem vrbauitatem. 7. fam. 54

Et in quantam hominum facietorum vrbauitatem incurra-
tis. de Finib. lib. 2. 85

Vir nostrorum hominum vrbauitate limatus. 2. de Nat. deo-
rum, 107. a

Vrbauitates vbi deponendæ tibi sunt, habes. 16. fam. 30. ex
epist. Ciceronis filii.

Vrbane.

Vt è patre audiebam, faceret & vrbane Stoicos arridente. 1. de
Finibus, 60. a

Contumaciter vrbaneque vexatus. 2. ad Quint. frat. 3

Vredo.

Nec si vredo aut grando quippiam nocuit, id Ioui animad-
uertendum fuit. 3. de Nat. d. 124

Vrgeo.

Sed non vrgeo. epist. 153. b

Etiam atque etiam in isto atque vrgeo, insector, posco, atque
adeò flagito crimen. pro Plancio, 38. a

Romæ cum sum, & vrgeo forum, Senatus consulta scribun-
tur. 9. fam. 33

Sed vrges me meis versibus. de Diuinat. 117. b

Quin tu vrges istam occasionem & facultatem, qua melior
nunquam reperietur. ad Trebatium, lib. 7. 8. 4. a

Pergit idem, & vrget angustius. de Nat. d. 2. 16

Vrget nomen. pro Planc. 55

Tempus vrget moriendi. 1. Tusc. 165. a

Sed lucet, vrget turba, festinat Philogenes. Att. 92. b

Quærit enim Lateranensis, atque hoc vno maxime vrget,
qua virtute, & c. pro Planc. 260. b

Vrget tamen, & nihil remittunt. 4. de Finib. 124. a

Galli instat atque vrget summo cum studio. pro Fôr. 283. b

Sed quæstiones vrget Milonem. pro Mil. 112. b

In quo qui insistant, aduersa nobis vrget vestigia. Somn-
Scipio. 22

Vrget rusticè sanè, negant enim posse, & in eo perstant.
Offic. 60. b

Vrgebat Arcefilas Zenonem, cum diceret. de Nat. d. 1. 49.
pro, reprehendebat.

Ius Crassus vrgebat, quod vitii venditor non dixisset sciens,
id oportere præstari. 3. Offic. 88. a

Sed neque hæc digna longioribus literis, nec erat quid scri-
berem, & somnus vrgebat. ad Att. lib. 12. 237. 2. a

Illud neque vrssi, neque leuavi: testis vehemens fui, præterea
quieui. ad Quint. frat. lib. 3. 24. 8. a

Nec verò minus Lepidus vrssi me & suis & Antonii literis,
vt legionem tricesimam mitterem sibi. Afinius Pollio ad
Ciceronem, lib. 10. 32. 12. a

Sin tibi id minus libebit, non te vrgebo. 2. de Orat. 10. a

Vrge, insta, perfice. 13. ad Att. 42

Non pugnem cum homine, cur tantum habeat natura bo-
ni: illud vrgeam, non intelligere eum quid sibi dicendum,
quam dolore summum malū esse dixerit. 5. de Fin. 138. a

An quicquam tam puerile dici potest (vt eundem locū diu-
tius vrgeam) & c. 1. de Nat. d. 134. a

Vrgerent philosophi, & c. instaret Academia, & c. de Or. 88. b

De ædificatione tua Cyrum vrgeri non cesso. ad Quint. fra-
trem, lib. 2. 6. 3. a

Satis est homines imprudentia lapsos non erigere: vrgeri
verò iacentes, aut præcipitantes impellere, certè est inhu-
manum. pro Rab. Posth. 1. a

Vrgeri occasionem. 7. fam. 18

Ne vrbem hæc alia vrbe premere atque vrgeri possitis. con-
tra Rull. 63. b

Interrogando vrgeri. Orat. 209. b

Vrgeri illi, vt loco nos mouerent. 2. ad Quint. frat. 8

Vrgeri omnibus rebus, quas sustinere vix possum. 11. ad
Atticum, 21

Hi enim vrgerentur angustiis, illorum ratio soluta ac libera
est. de Fato, 50. a

Itaque nunc Democriti manus vrgebatur. Est enim non
magna. in Hortensio, a

Solitudine prouinciæ tamen vel maxime vrgebamur. ad
Att. lib. 6. 116. 4. a

Vrgebor iam omnium vestrū conuictio. Acad. 2. 115

Quanto mœrore vrgeat, profectò vides. ad Att. lib. 11. 210. 3. a

Et ne is quidem locus stabilis: sed ex eo, ipsi si vrgeamur,
paretur fuga. ad Att. lib. 8. 145. 4. a

Vt in eo, qui mortifero morbo vrgeatur, verum sit, hic mo-
rietur hoc morbo. de Fato, 14

Vrgeri angustiis. Fat. 25

Malis omnibus vrgeri. 5. Tusc. q. 35. a

Subuenire alicui, qui potentis alicuius opibus circunueni-
ri vrgerique videatur. Offic. lib. 2. 73

Soleo mirari de nescio queis h. s. x. x. quum audio ex illo se
vrgeri. ad Att. lib. 10. 203. 3. a

In aliquo opere noctes & dies vrgeri. 1. de Orat. 136. a

Vrgens.

Est enim nulla alia, nisi opinio & iudicium magni præsen-
tis atque vrgentis mali. 3. Tusc. q. 103. a

Onus aut iam vrgentis, aut certè aduentantis senectutis. de
Senectute, 2. a

Qui nullo impellente fallebant, eos vrgente Lælio religio-
sos fuisse putamus. pro Flac. 150. b

Vrina.

Vt in simul ægotantibus fratribus, vt in vrina, vt in vngui-
bus. de Fato, 8. a

Vrinari. Academ. q. b

Vrius.

Quid ex æde Iouis religiosissimum simulacrum Iouis im-
peratoris, quem Græci Vrium nominant, pulcherrimè fa-
ctum nonne abstulisti? 6. Verr. 113

Vrna.

Senatorum enim vrna copiosè absoluit, Equitum ad aqua-
uit, Tribuni ærarii condemnarunt. ad Quint. fratrem, li-
bro 2. 10. 8. a. De Sexto Cælio.

Quid poetæ, nonne post mortem nobilitari volunt? vnde
ergo illud?

Aspicite, ô ciues, senis Ennii imaginis vrnam:
Hic vestrū panxit maxima facta patrū. 1. Tusc. q. 53. a.

Vetera exemplaria habent formam.

Quid minus mirum, quàm illam monstruosissimam bestiam
vrnam euertisse, sortes dissipauisse? 2. de Diuinat. 104

Eduxit ex vrna tres, iis vt absentem Heraclium condem-
nent, imperat. 4. Verr. 29. a

Num quis reus in tribunal sui quæstoris ascenderit, eum-
que vi deturbarit, subsellia dissiparit, vrnas deleuerit, & c.
in Vatinius, 26. a

Vrnula.

Minusne gratas diis immortalibus capedines ac fictiles vr-
nulas fuisse, quàm delicatas aliorum pateras arbitramur?
in Parad. 12. a

Vro.

Duritia corporis, quod quū vratur, nõ sentit. pro Dom. 75. a

Hominem mortuum, inquit lex in x i i. in vrbe ne sepelito,
neve vrito. 2. de Legib. 91. a

Cæteras partes incultas, quod aut frigore rigeant, aut vran-
tur calore. 1. Tusc. 107. a

Si vratur, torqueatur, secetur. Tusc. 242. b

Non eum qui vratur, sepeliri, sed qui humetur. 2. de Leg. 93. a

Frigus impendebat in maximum, quo periculum erat, ne Ap-
pio suæ ædes vrerentur. Quint. frat. 314. b

Pernoctant venatores in niue, in montibus vri se patiuntur.
2. Tusc. 70. a

In corpore si quid eiusmodi est, quod reliquo corpore no-
ceat, vri & secari patimur. Tusc. q. 191. b

Sed vt ad vrendum & secandum, sic ad hoc genus castigand-
di rarò inuitique veniemus. Offic. 1. 189

Vstus. epist. 210. b. Aliàs, perustus.

Vsitatus, Vsitatè, Vide Vtor.

Vspiam.

Vt tu vspiam faxis fixus asperis, & c. in Pis. 88. b

Si aliquis nos deus in solitudine vspiam collocaret. de Ami-
citiis, 112. b

Si vbi consistat vspiam, Dolabella habet. Att. 276. b

Inde vtrum consistere vspiam velit, an mare transire, nesci-
tur. ad Att. lib. 7. 131. 2. a

Sive est illa scripta vspiam, sive nusquam. 1. de Legib. 62. a

Si scieris, inquit Carneades, aspudem occultè latere vspiam.
2. de Finib. 95. a

Ne seges quidè igitur spicis huberibus & crebris, si auenam
vspiam videris. 5. de Finib. 156. a

Sed tamen hoc me ipse consolabar, quod non dubitabam,
quin te ille aut Dyrhachii, aut in istis locis vspiam visu-
rus esset. ad Att. lib. 1. 12. 3. a

Vsqum.

Is, cui nullus vsquam consistendi locus. pro Flac. 156. b

Quam crucem non ausus est vsquam defigere, nisi apud
eos, quibuscum omnia scelera sua ac latrocinia commu-
nicasset. 6. Verr. 20. a

Nec verò vsquam discedebam. 1. Philip. 1. a

Nullus vsquam delectus noster, dux nusquàm est. ad Att. 115. b

Nec est vsquam consilio aut authoritati locus. 2. Offic. 3. a

Neque vsquam exul esse possum, dum seruire, & pati con-
tumelias peius odere malis omnibus aliis. ad Brut. 16. 11. a

Prudentia, quæ neque extra Romam vsquam, neque Romæ
quicquam valet. pro Mur. 130. b

Nec mihi magis vsquam videor, quàm quum aut in foro
magistratus, aut in Curia Senatum video, somnare. 2. de
Diuinatione, 210. a

Vsque.

Vsque à capite arcessere. in Topic. 20

Tantus ex omnibus spectaculis vsque à Capitolio plausus
excitatus est. pro Sest. 25. b

Comperi mulierem quandam Larino, atque illam vsque à
mari supero Romam proficisci cum magno comitatu.
pro Cluent. 152. a

Bona paterna & auita, & vsque à nobis repetita. pro Cæ-
lio, 44. b

Vsque à principe illo atque inuentore Tyfia. de Orat. 92. b

Quod augures omnes vsque à Romulo decreuerunt. in Va-
tinius, 15. a

Vsque à Thalete enumerasti sententiis philosophorum. 1. de
Nat. deor. 64

Accusatio Pompeii vsque à toga pura. Att. 107. b

Hoc illi nauigio ad omnes Populi Romani hostes vsque ab
Diano, quod in Hispania est, ad Synopem, quæ in Ponto
est, nauigauerunt. 3. Verr. 61. a

Vetus opinio est iam vsque ab heroicis ducta temporibus
versari, & c. de Diuinat. 80. b

Vsque ad adolescentiam meam processit ætate. Cat. 45

Ibi esse volo vsque ad pridie Calend. Maias. ad Atticum, a

Nos in Formiano esse volumus vsque ad pridie Non. Maias,
ad Atticum, a

De Q. fratre nuntii nobis tristes, nec varii venerant, ex ante
diem Nonarum Iunii vsque ad pridie Calend. Septem-
bris. ad Att. lib. 3. 58. 1. a

Manfit in conditione atque in pacto vsque ad eum finem,
dum iudices reiecti sunt. 2. Verr. 11

Ab initio rerum Romanarum vsque ad P. Mutium pontifi-
cem. de Orat. 113. b

Aspera arteria ad pulmones vsque pertinet. 2. de Na. d. 303. a

RRR. ii.

Et maximis in laboribus vsque ad summam senectutem, summa cum gloria vixit. 7. Verr. 142. a
 Vsque ad extremum spiritum. Cat. 25
 Vsque ad vltimum spiritum. Cat. 33
 Vbi vsque ad hoc tempus Syracusani festos dies anniuersarios agunt. 6. Verr. 96. a
 Nobis omnium quicumque fuerunt ab vltimo principio huius præceptionis, vsque ad hoc tempus expositis copiis, quodcumque placeret, eligendi potestas fuit. 2. de Inuentione, 125

Vsque adeo.

Vsque adeo, &c. quoad, &c. pro Sest. 11. b
 Quis huic vrbi vsque adeo est inimicus, vt ista dissimulare possit? Octa. 326. b
 Vsque adeo præmeditatum fuisse, vt, &c. ad Heren. 7. b
 Postea aliquanto, ipsos quoque tempestas vehementius iactare cepit, vsque adeo vti dominus nauis, quum idem gubernator esset, in scapham confugeret. 2. de Inuen. 236. a

Vsque dum.

Quousque, inquit: quoad erit integrum: erit autem vsque, dum ad nauem. 15. ad Att. 42
 Venit ad vadimonium Quintius: iacet res in controuersis isto calumniantem biennium, vsque dum inueniretur, qua ratione res ab vltata consuetudine recederet, &c. pro Quint. 45
 Fateatur se priuatum hominem, prædonum duces viuos, atque incolumes domi suæ, posteaquam Romam redierit, vsque dum per me licuerit, tenuisse. 3. Verr. 8

Vsque eo.

Vsque eo animaduerti iudices, eum iocari, antequam Chryfogonum nominaui. pro Sex. Rosc. Am. 28. b
 Vsque eo regno carere non poterat. Tusc. q. 196. b
 Qui præsertim vsque eo cuperet, vt, &c. pro Arch. 190. b
 Vsque eo L. Catilina Rempub. despexit atque contempsit, vt ea copia, quam secum eduxit, se hanc ciuitatem oppressurum arbitraretur. pro Mur. 71. a
 Multaque facimus vsque eo, dum aspectus ipse fidem faciat sui iudicii. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 21
 Næuius vsque eo feruet avaritia, vt, &c. pro Quint. 6. b
 Vsque eo morosi sumus, vt nobis non satisfaciatur Demosthenes. Orat. 206. b
 Inferiorem esse patitur, duntaxat vsque eo, ne cum bonis, fama, fortunisque omnibus, Sex. Næuii cupiditati crudelitatisque dedatur. pro Quintio, 41. a
 Vsque eone te diligis? pro Quint. Rosc. 45. b
 Totum Sempromium vsque eo perago, vt Nestorium quoque interponam. epist. 116. b
 Vsque eo persequi, dum proprium efficiatur. Topic. 13
 Vsque eo premere earum capita mordicus, dum illæ captum amitterent. 2. de Nat. d. 93
 Vsque eo, quoad, &c. contra Rull. 89. b
 Ego autem vsque eo sum eneruatus, vt, &c. ad Atticum, libro 2. 29. 1. a
 Quod vbi audiuit iste, vsque eo est commodus, vt sine vlla dubitatione insanire omnibus ac furere videretur. 6. Verrinarum, 34. a
 Vsque eo non fuit popularis, vt patrimonium solus comesset. pro Sest. 24. b
 Neque se vsque eo esse stultum, vt, &c. in Verr. 127. b
 Ista superiora esse sentit, non vsque eo tamen, vt, &c. pro Quint. 17. b
 Quæ cum ita essent, tamen vsque eo se tenuit, quoad Cn. Pompeio ad eum legati venerunt. pro Deiot. 145. b
 Quod Amerinis vsque eo visum est indignum, vt fletus gemitibusque tota vrbe fieret. pro Sex. Rosc. 22. b
 Ego, qui scirem Q. Pompeium Baulis Embœneticam facere, & vsque eo, vt ego misererer eius esuriei, non sum commotus. Cælius Ciceroni, lib. 8. 3

Vsque ex.

Vt qui vsque ex vltima Syria atque Ægypto nauigarent. 7. Verrinarum, 123. a

Vsque inde.

Quoad longissimè potest mens mea respicere spatium præ-

teriti temporis, & pueritiæ memoriam recordari vltimam, inde vsque repetens, hunc video mihi principem, & ad suscipiendam, & ad ingrediendam rationem horum studiorum extitisse. pro Arch. 1

Vsque istinc.

Nostrum iam in hac materia sonitus nostros: tanti fuerunt, vt ego eo breuior sim, quod eos vsque istinc exauditos putem. 1. ad Att. 31

Vsque, cum accusatio.

Erant acceptæ pecuniæ à C. Verrutio, sic tamen vt vsque alterum r, literæ constarent integræ. in Verr. 146. b
 Sacerdotes vsque Ennam profecti sunt. in Verr. 225. b
 Appius profectus est Tharsum vsque Laodiceam. Att. 77. b
 Quintus vsque Puteolos venit. Att. 290. b
 A Brundisio vsque Romam vidi, &c. in Pis. 90. b
 Quoniam eiusmodi theatrum totius Asiæ virtutibus est datum, &c. vt vsque Romam significationes, vocésque referantur, &c. 1. ad Quint. frat. 32

Vsque, pro Assidue, perseveranter.

Testis est Sicilia, quæ multis vsque cinctam periculis, non terrore belli, sed celeritate consilii explicauit. pro Lege Manil. 20. a

Mihi quidè vsque curæ erit quid agas. ad Cornif. li. 11. 19. 4. a
 Vsque illum domi fuisse. de Clar. Orat. 172. b

Vsque, alio modo acceptum.

Hanc legationem non accepit è suis ciuibus, sed vsque Thy-molo petiuit. pro Flac. 155. b
 Trans Alpes vsque transfertur. pro Quint. 7. a
 Nec sapienti vsque plaudite viuendum est. de Senect. 91. b

Vsquequaque.

Ne aut nusquam, aut vsquequaque. de Inuent. 70. b
 Aut vndique religionem tolle, aut vsquequaque conserua. 2. Philip. 107

Atque hoc non alienum est, quod ad multa pertineat, ne aut nusquam, aut vsquequaque dicatur, hic admonere. 2. de Inuent. 165. a

Vsquequaque, inquit, se Domitii malè habent. 8. fam. 44
 An hoc vsquequaque aliter in vita, & non ex maxima parte de tota iudicabis? 5. de Finib. 156. a

Hic quoque, vt loquebatur, & opinor vsquequaque. ad Att. lib. 4. 79. 1. a

Nolite vsquequaque eadem querere: in metu belli, furandi qui locus potest esse? 7. Verr. 8. a

Vsquequaque sapere oportet, id erit telum acerrimum. 7. fam. 29

Vfucapio, Vfsura, Vfurpo, Vfus, Vusufructus, Vide Vtor.

Vt, particula causatiua.

Vt addiceretur multis præclarissimis libertas. 3. de Legib. 24
 Ego tui Bruti rem sic ago, vt suam ipse non ageret. Att. 78. b

Negotium magistratibus est datum, vt curarent, vt sine vi mihi ædificare liceret. de Arusp. resp. 247. b

Me tueor, vt oppressis omnibus non demissem: vt tantis rebus gestis, parum fortiter. Att. 33. b

Sed de iudicibus, & (verè vt dicam) de te futurum est. 7. Verrinarum, 139. a

Non illi quidem, vt mihi stomachum facerent. ad Lentul. lib. 1. 9. 31. a

Tantum cepi doloris, vt consolatione ipse egerem. epistolarum, 71. b

Quid enim mereas, vt Epicureus esse desinas? de N. d. 1. 46
 Vt in secundis, fluxæ sunt res nostræ: vt in aduersis, bonæ. 4. ad Atticum, 6

Syracusana ciuitas (vt eam potissimum nominem) dedit ipsi statuam. 4. Verr. 102. a

Quam sis audax, (vt alia obliuiscar) hinc omnes intelligere potuerunt. pro Rosc. Amer. 52. a

Aliquem improbum vt optimum laudari. de Opt. 244. b
 Non vt proficerem aliquid. in Philip. 2

Fortassis ea re minaciter agis, vt nos terreas. epist. 169. b
 Reliquum est igitur, vt tibi, &c. Att. 139. b

Vt videat, vt satisfaciatur. 11. ad Att. 37

Nullum frigidius flumen attingi, vt vix pede tentare possim. de Leg. 170. b

Inuitus feci, vt L. Flaminius à Senatu eicerem. de Sen. 38. a
 Vt, cum Metuo, vereor, & timeo, dubitationem significat.

Qualis, vt arbitror, nemo vnquam erit, &, vt confirmare possum, nemo certè fuit. de Amic. 97. b

Vt enim quidque succurrit, libet scribere. Att. 222. b
 Sin homo amens diripiendam urbem daturus est, vereor vt Dolabella ipse nobis satis prodesse possit. ad At. li. 14. 14. 2. a

Vereor, vt his ipsis contentus sis. Att. 113. b
 Vt iam non sine causa, &c. Orat. 202. b

Vereor, vt idem interitus sit animorum & corporum. de Amicitia, 98. b

Accepi enim à te literas, quibus videris vereri, vt epistolas illas acceperim: quas, &c. ad Att. lib. 11. 221. 1. a

Et tamen vereor, vt iis ipsis contentus sit. ad At. lib. 7. 135. 6. a
 Dixit se audisse, vt nihil esset incommodi. Att. 97. b

Tu verò facis, vt omnia, quod Seruiliæ non desit, id est Bruto. 15. ad Att. 34

Tamenne vereris, vt possit hæc contra Hortensium contendere? pro Quintio, a

Ne verendum quidem est, vt tenere se possit, vt moderari. 5. Philip. 199. a

Timebam vt possem, &c. pro Domo sua, 224. b
 Quod vereor, tibi ipsi vt probem. Att. 85. b

Quod enim tu abuisisti, vereor vt satis diligenter actum in Senatu sit de literis meis. ad Att. lib. 6. 115. 3. a

Veretur Hiempsal, vt satis firmum sit & ratum. 2. de Lege Agr. 62. a

Omnes labores te excipere video, timeo vt sustineas. Terentia, lib. 14. 2. 8. a

Sed quum ita latè pateat eius potestas, quem veremur vt terrarum orbem complexa sit, nonne, &c. pro Marcello, a

Vt facile.

Vt facile cerneret eum degenerauisse. de Clar. Orat. 176. b
 Quanta illi fuit grauitas: vt facile Pop. Rom. ducem diceret. de Amic. 113. b

Vt, cum superlatiuo, & Ita.

Hæc vt breuissimè dici potuerunt, ita à me dicta sunt. 2. de Orat. 93. a

Domus celebratur ita, vt quum maximè. ad Quint. fratrem, lib. 2. 10. 7. a

Vt quisque animi magnitudine maximè excellit, ita & maximaè vult princeps omnium, vel potius solus esse. de Officiis, a

Vt quemque eorum minimum putat, ita eum primum volunt dicere. de Orat. 137. b

Vt enim quisque optimè dicit, ita maximè dicendi difficultatem, variósque euentus orationis, expectationemque hominum pertimescit. 1. de Orat. 59. a

Vt quisque optimè Græcè sciret, ita esse nequissimum. 2. de Orat. 148. a

Vt in quoque oratore plurimum est, ita maximè is pertimescit. de Orat. 95. b

Vt quodque primum gestum erit, ita primum exponetur. ad Heren. 3. b

Vt, cum Ita, absque superlatiuo.

Vt quisque ætate antecellit, ita sententiæ principatum tenet. de Senectute, 90. b

Themistocles, vt apud nos perantiquus, vt apud Athenienses non ita sanè vetus. de Clar. Orat. 168

Nihil vnquam ita expectaui, vt cum hæc scribebam tuas literas. Quint. frat. 322. b

Non tamen vt fugiendum, ita habendum est religioni contrarium. de Offic. 43. b

Molliunt animos nostros: ita sunt deinde dulces, vt non legantur modò, sed etiam ediscantur. 2. Tusc. q. 48. a

Ita sit, vt mediterranei mare esse non credant. de Nat. deorum, 1. 62

Cum sibi proposuerint, vt siue ita sit, siue non, vt distinguat, &c. pro Cecin. 296. b

Vt igitur ita perturbato scribe aliquid. Att. 109. b

Omne animal vt vult, ita vitur motu sui corporis. de Diuinatione, 105. b

Ita accipi librum à meo scriba, vt eundem acciperem à fratres tuo. epist. 78. b

Vt & Sic.

Sic ei te commendaui & tradidi, vt grauissimè, diligentissimèque potui. ad Trebatium, lib. 7. 17. 6. a

Vt hæc audiuit, sic exarsit ad id quod non modò ipse nunquam viderat, sed ne audierat quidem ab eo qui ipse vidisset. 3. Verr. 43. a

Sic loquitur, vt Coruncanum te audire dicas. de Natura deorum, 1. 81

Nam vt incredibile est mortem oblatam esse patri à filio sine plurimis & maximis causis: sic hoc verisimile non est, &c. pro Rosc. Amer. 23. a

Vt, pro Modo.

In iugere Leontini agri medimnum ferè tritici feritur: perpetua atque æquabili satione ager efficit, cum octauo bene vt agatur: &c. 5. Verr. 92. a

Vt ne.

Vt ne longius abeam, declarat ista descriptio esse aliquid: pro Cecin. 69. a

Vt iis quæ habeant, modicè & scienter vtantur, & vt ne deceat. 1. de Orat. 65. a

Opera datur vt iudicia ne fiant. pro Milone, a

Postulant enim, non vt ne cogantur statuere: quid agitur: vt ipsis ne liceat. 4. Verr. 104. a

Si hic illi: vt ne sit impune. pro Mil. 23. a

Vt lex Helia, lex Fusia ne valerent. Post reditum in Sen. 9. a

Petui sæpe per literas, &c. non vt decernatur aliquid noui, quod solet esse difficilium, sed vt nequid noui decernatur. ad Curionem, lib. 2. 6. 10. a

Sed tamen ita velim, vt nequid properes. Tironi, li. 16. 9. 6. a

Vt non.

Ruere illa non possunt, vt hæc non eodem labefactata motu concidant. pro Lege Manil. 12. a

Potest igitur iudices L. Cornelius condemnari: vt non C. Marii factum condemnatur. pro Corn. Balb. 64. b

Fieri, inquam, ô Triari nullo pacto potest, vt nõ dicas quid non probes eius à quo dissentias. 1. de Finib. 41. a

Cui viginti his annis supplicatio decreta est, vt non imperator appellaretur. in Ant. 260. b

Tu etsi non potuisti villo modo facere, vt mihi illam epistolam mitteres, &c. 11. ad Att. 43. pro, quin mitteres.

Vt alia non possent percipi. Acad. q. edit. 1. lib. 2. 28. Hoc est, etsi alia percipi non possent.

Vt non quo minus. epist. 172. b
 Tamen ea dicit, vt ab ipsa natura didicisse, non vt ipse reperisse videatur. de Nat. d. 2. 12

Vt nunc est.

Mihi verò deliberatum est, vt nunc quidem est, abesse ex ea vrbe. 15. ad Att. 13. pro, vt nunc res se habent.

Quæ si manebunt, querenda est excusatio ad Brutum, & vt nunc est, mansuræ videntur. ad Att. lib. 12. 247. 1. a

Hanc vides villam, vt nunc quidem est, lautius ædificatam. de Legib. 169. b

Constitui, vt nunc est, proficisci. epist. 164. b
 Vt nunc quidem est. de Nat. d. 67. b. & Att. 133. b

Deinde non habet, vt nunc quidem est, id vitii res. epistolarum, 54. b

Non, vt olim solebat, Atellanum: sed, vt nunc fit, mimum introduxisti. Pato, lib. 9. 16. 19. a

Ille, vt nunc se habet, admirabili gloria est. Att. 36. b
 Atque ille vt semper fuit apertissimus, non purgavit, sed iudicauit. pro Mur. 136. b

Exorabilis iracundia, vt in malis acerbitati anteponenda est. Quint. frat. 298. b

Eius negotium sic velim suscipias, vt si esset res mea. ad Cælium, lib. 4. a

Vt maxime.

Quam vt maximè inueneris, quod haud scio an non possis. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 73

Vt quis maximè perspiciat, &c. is sapientissimus haberi solet. Offic. 4. b

Vt maximè potui. Offic. 108. b

Vt plurimum.

Sequitur enim de iure belli: in quo & suscipiendo & gerendo & deponendo, ius ut plurimum valet, & fides. lib. 2. de Legibus, 56. a

Vt primum.

Vt primum, &c. statim, &c. epist. 60. b
Amicitia peruectus mihi cum eo est, ut primum in foro veni, instituta. ad Sulpitium, lib. 13. 18. 1. a
Vt primum potestas data est augendae dignitatis tuae, nihil praetermissi in te ornando, &c. Plancio, lib. 10. 13. 1. a
Atque ego ut primum fletu represso loqui posse coepi, Quae so inquam pater sanctissime. in Somn. Scip. 10. a
Vt primum iudices confederunt, valde diffidere boni ceperunt. de Cl. Orat. a
Vt primum est prouincia rediit. in Verr. 69. b
Vt primum a tuo digressu Romam veni. Att. 3. b
Vt primum in illud oppidum venit, &c. in Verr. 210. b

Vt, pro Licet.

Etenim ut circumspectiamus omnia quae populo grata atque iucunda sunt: &c. 1. de Lege Agr. 14. a
Vt illud non cogitaret, tamen ad eiusdem ordinis homines te iudices esse venturum. 5. Verr. 79. a
Ne in cogitationem quidem cadit, ut fuerit tempus aliquod, nullum quum tempus esset. 1. de Nat. d. 16
Ad me ventum est, qui ut summa haberem caetera, temporis quidem certe vix satis habui, &c. pro Quint. 2. a
Vt enim quae omnia, quomodo Graeci ineptum appellat, non reperies. in Orat. a
Quid si pacis, id est timoris nostri nomen audiuerit, ut non referat pedem, insistet certe. 12. Philipp. 3. 4. a
Legem aliam appellare fas non est: & ut sit lex, non debemus illam Hircii legem putare. in Philipp. a
Nos te tuumque exercitum expectamus, sine quo ut reliqua ex sententia succedant, vix satis liberi videmur fore. ad Brutum, 9. 4. a
Quis autem locus erit tutus, ut placatis vtamur fluctibus: ad Atticum, a

Vt, pro Postquam.

Vt ab vrbe discessi, nullum intermissi diem, quin aliquid ad te literarum darem. ad Att. lib. 7. 134. 1. a
Ille, ut erat in primis inter suos copiosus, conuiuium comparat. in Verr. 89. b
Vt semel exiit, omnes peragravit insulas. de Cl. Orat. 169. b
Qui simul ut increpuit, philosophum relinquunt. de Or. 110. b
Simul ut ortum est. de Finib. 71. b
Vt aliud nihil, hoc tamen profecit. 7. ad Att. 43
Statim ut Romam rediit, &c. pro Quint. 10. b
Non nihil, ut in tantis malis est profectus. epist. 184. b
Is ut me salutauit, statim Romam profectus est. Att. 101. b
Est enim annus ut repulsam tulit. in Ant. a
Vt veni in Arpinum, quum ad me frater venisset, in primis nobis sermo, isque multus de te fuit. de Cl. Orat. a
Vt Athenas ad x. v. Calced. Quintiles veneram, expectabam quartum diem Pompeium. ad Att. a
Ille continuò ut vidit, non dubitauit tollere. in Verr. 211. b
Qui simul ut me viderunt, inquit. in Verr. 206. b
Imò verò ut quisque me viderat, narrabant. in Verr. 70. b

Vt, pro Quam.

Tum appellat hilari vultu hominem Bulbus, ut blandissime potest. pro Cluent. 57. a
Quas ut honorificentissimis verbis ipse consequi potero, complectar mea sententia. in Philip. a
Sed reliquum cursum vitae, quam quidem possum, breuiter perstringam: & ut potui, breuiter perstrinxim in Philip. a

Vt, pro Quauis, vel Etiam si.

Vt nihil adiungatur emolumentum. de Inuent. 82. b
Vt statim de iure aliqui concurrerit. pro Quint. 14. b
Vt secum omni ex parte consentiat oratio. de Vniuers. 9
Nam quid de me dicam: cui ut omnia contingant, quae volo, leuari non possum. Att. 193. b
Vt excellas etiam pulchritudine & viribus. Offic. 57. b
Qui ut summa haberem caetera, temporis quidem certe vix satis habui, &c. pro Quint. 1. b

Qui ut nihil aliud, hoc tamen profecit, dedit illi dolorem. 15. ad Att. 24

Qui ut rationem non redderet, tamen, &c. de Diuin. 93. b
Etenim ut sint auspicia, quae nulla sunt, haec certe, &c. de Diuinat. 113. b

Vt, pro Quomodo, aut cum admiratione quadam.

Me ipsum ut contempsit, pro Sest. 8. b
Vt contempsit, ac pro nihilo putauit, pro Mil. 47. a
Vt illi efferuntur laetitia, cum vicerint, ut pudet victos, ut se accusari nolunt, ut cupiunt laudari? 5. de Finib. 109. a
Vt ille tum humilis, ut demissus erat. Att. 36. b
Cneus autem noster (o rem miseram & incredibilem) ut totus iacet. ad Att. lib. 7. 139. 2. a
Noster autem testis ut se sustentat, ut omnia verba moderatur, pro Flac. 148. b

Vt, pro Secundum.

Vt Populi Romani aetas est, senes: ut Atheniensium secula numerantur, adulescentes debent videri. de Claris Oratoribus, 19. a
L. Caelius Antipater scriptor fuit, ut temporibus illis luculentus, iuris valde peritus. de Cl. Orat. 52. a
Erat cum literis Latinis, tum etiam Graecis, ut temporibus illis, satis eruditus. de Cl. Orat. 55. a
Denique hunc proximo seculo Themistocles infecutus est, ut apud nos, perantiquus: ut apud Athenienses, non ita sanè vetus. de Cl. Orat. 20. a
Posteaque Clifthenem, multum, ut temporibus illis, valuisse dicendo. de Cl. Orat. 14. a
Qui sermo: quae praecipua? quanta notitia antiquitatis? quae scientia iuris augurandi? Multa etiam ut in homine Romano litera. de Senect. 11
Non nihil, ut in tantis malis, est profectum. ad Cassium, libro 12. 2. 6. a

Vt, aduerbium similitudinis.

Quò ille quum esset, ut ego mihi statuo, talis, qualem te esse video, nunquam cum Scipione esset profectus. pro Murena, 29. a
Pro se quisque, ut in quoque erat authoritatis plurimum, ad populum loquebatur. 3. Verr. 47. a
Qui aliis nocent, ut in alios liberales sint, in eadem sunt iniustitia, ut si ipsi in suam rem alienam conuertant. 1. Officiorum, 66. a
Nam adhuc & factum tuum probatur, & ut in tali re, etiam fortuna laudatur. epist. 54. b
Vt mea memoria est. ad Att. lib. 13. 286. 3. a
Tenemusne quid sit animus, ubi sit, denique sitne, aut ut Dicæarcho visum est, ne sit quidem vllus? 4. Academicarum quaest. 222. a

Vt, pro Quemadmodum.

Et caeteros sophistas, ut à Platone intelligi potest, lufos videmus à Socrate. 2. de Finib. 2. a
Me verò teste producto, credo, &c. ut aperte iugula sua pro meo capite P. Clodio ostentarent. ad Att. lib. 11. 11. 7. a
Sive hic confectum est, ut apparet: sive missum domo est, ut dicitur, commouebor. pro Flac. 30. a
Quod ista ipsa de re multum (ut dixi) & diu cogitavi. 1. Academic. q. 6. a
Vt adhuc actum est. 12. fam. 1
Vt est consuetudo. pro Cecin. 16. a
Multa colligit Chrysippus, ut est in omni historia curiosus. Tusc. q. 172. b
Interim Oppianicus, ut erat, sicut ex multis cognoscetis, singulari scelere, corrumpit, &c. pro Cluent. 22. b
Vt opinio mea fert. de Finib. lib. 3. 7
Verum (ut fit) multa saepe imprudentibus imperatoribus vis belli acturba molitur. pro Rosc. Amer. 55. a
Vt instituiti, me diligas rogo. 10. familiarium, 54. in epistola Planci.
Euripides ut multa praclare, sic hoc breuiter. de Nat. deorum, 39. b
Ego sine iracundia dico, ut omnia, non tamen sine dolore. in Ant. 217. b
Verum hoc quidem, ut voletis. de Nat. d. 1. 63

Vt, pro Sicut.

Sed ut dico, placet Stoicis. epist. 140. b
Dices enim, ut es homo facetus, &c. in Pis. 92. b
Mihi, ut est, magis placebat. Quint. frat. 318. b
Illi quidem, ut est hominum genus nimis acutum & suspiciosum, non te ex Sicilia literas in Verrem deportare vellet arbitrantur, &c. 1. Verr. 16. a
Homo (ut erat furiosus) respondit, &c. pro Sex. Rosc. 24. b
Respondebo criminibus, quibus tu pro me, ut par erat, tua singulari bonitate & amicitia nostra saepe restitisti. Matio, lib. 11. 28. 3. a
Vt fert opinio, spes, coniectura. 2. ad Att. 66
Non sino (ut fit in amore) ea quae minimè volo cogitare. Quint. frat. 313. b
Patrimonium tam amplum, ut illud fuit. in Ant. 173. b
Non item in oratione, ut in versu, extat numerus. Ora. 216. b
Pueri, in quibus, ut in speculis, natura cernitur. 5. de Finibus, 110. a
Vt molitionem nouam quaereret. de Vniuers. 9
Nos in Senatu quemadmodum spero, dignitatem nostram, ut potest in tanta hominum perfidia & iniquitate, retinebimus. ad Lentulum, lib. 1. 2. 10. a
Nonnullae valetudinis significationes, ut hoc ipsum pleni enectiue simus, &c. quodam genere somniorum intelligi posse dicuntur. de Diuinat. 137. b
Vt multos saepe vidi, qui, &c. Orat. 117. b

Vt, pro Vtiqueadeò.

Est autem oratio scripta elegantissime sententiis, verbis, ut nihil possit ultra cogitari. ad Att. lib. 15. 321. 8. a
Hominem esse arbitror neminem, qui, &c. ut mihi magis timendum sit, ne multa crimina praetermittere, quam nequa in istum fingere existimer. 2. Verr. 10. a
Vt non iam sine causa Demosthenes tribueret primas, secundas & tertias actioni. in Orat. 31. a
Sin autem omnino nihil esse, quod percipi possit à me, sumptero, &c. ut videndum tibi sit, idne malis, an aliquid opinaturum esse sapientem? 4. Acad. 124. a

Vt quid.

Depugna, inquis, potius quam seruias. Vt quid? si victus eris, proscribare: si viceris, tamè seruias. ad Att. lib. 7. 127. 8. a

Vt quidem.

Sed me hercule, ut quidem se nunc causa habet, etsi hesternò sermone labefacta est, mihi tamen videtur esse verissima. 4. Acad. 21. a

Vt quidque.

Misi igitur Tironem, & cum Tironè plures, quibus singulis, ut quidque accidisset, dares literas. ad Att. lib. 15. 325. 5. a

Vt quisque.

Mihi non est notum, ut quisque in Epirum proficiscatur. ad Atticum, 7. b
Imò verò ut quisque me viderat, narrabat. 2. Verr. 12. a

Vt, pro Quòd.

Non est verisimile, ut Chryfogonus horum literas adamarit. pro S. Rosc. 38. b
Diis, ut ita dicam, iunioribus. de Vniuers. 57
Eo enim erant statu & motu, ut eos Argiuos esse diceret. Tusc. quaest. 202. b
Tanta imbueremur superstitione, si vos audire vellemus, ut aruspices nobis essent colendi. de Nat. d. 12. b
Hoc dichoreo tantus clamor concionis excitatus est, ut mirabile esset. Orat. 218. b
Est igitur oratori prouidendum, non ut illis satisfaciatur, quibus necesse est, sed ut illis, quibus liberè liceat, iudicare. de Oratore, 94. b
Senatusconsultum est factum in eam partem ut placeret, &c. epistol. 117. b
In eo ipso vis maxima est, ut simus ii qui haberi volumus, &c. Offic. 42. b
Equidè sic iam obdurui, ut ludos Caesaris nostri æquissimo animo viderem. epist. 195. b

Vt quodque.

Si ut quodque primum gestum erit, ita primum exponetur, &c. 1. de Inuent. 42. a

Vt, Vt si, tanquam, tanquam si.

Tum Pythius, ut argentiarius qui esset apud omnes ordinatus, gratiofus. Offic. 63. b
Sed eam ut citius veteratoriam, quam oratoriam diceret. de Cl. Orat. 186. b
At Diogenes liberius, ut Cynicus. Tusc. q. 246. b
Bene facis, cum id efficis, mihi crede, perinde ut existimare tu non posses. Att. 101. b
Verisimile non est, ut ille homo tam locuples religioni pecuniam anteponeret. in Verr. 202. b
Dimisi eum à me ut magistrum puerorum non libenter, ut hominem ingratum non inuitus. de Claris Oratoribus, 169. b
Gellius non tam vendibilis orator, quam ut nescires, quòd ei deesset. de Cl. Orat. 180. b
Quos tum, ut pueri, refutabamus. de Orat. 108. b
Mihique ita fidelis, ut si esset à me manumissus. epist. 123. b
Rufio ita desiderabatur, ut si esset vnus è nobis. epist. 104. b
Tanta mihi cum eo necessitudo est, ut si mea res esset, non magis laborarem. epist. 230. b
Eius negotium sic velim suscipias, ut si esset res mea. ep. 25. b
Sed omitto, ut sit factus vterque nostrum. in Pis. 2. a
Homo acutus, ut Siculus. Tusc. q. 151. b
De Dolabella suadeo, ut videas, tanquam si res tua agatur. epistol. 27. b
Ille tum secum habebat neminem, nisi ut virum à viro lectum esse diceret. pro Mil. 112. b
Similiter facis, ut si, &c. Offic. 18. b
Similesque sunt, ut si qui dicant, &c. de Senect. 80. b

Vt vt.

Sed ut vt est, indulge valetudini. epist. 263. b
Vt cunque.

Sed ut cunque aderunt res. 1. Offic. 188. a
Quibus esset moderandum ut cunque res postularet. de Finibus, 126. b
Neque id Reipub. repetere ut cunque necesse est. Post redit. in Senatu, 203. b
Vt cunque se affectum videri, & animum ardentius moueri volet, ita certum vocis admouebit sonum. in Orat. 31. a

Vt, tra, trum.

Quamobrem vter nostrum tandem Labiene popularis esset tunc: an ego? pro Sest. 92. b
Cum Celtiberis, cum Cymbris bellum gerebatur vter esset, non vter imperaret. Offic. 8. b
Vter vtri insidias fecerit. pro Mil. 17. a
Vter fortius pugnabit, is vincat necesse est. Partit. 241. b
Omnium cotrouersiarum, quae essent inter aratorem & decumanum, si vter velit, edicit se recuperatores daturum. 5. Verrinarum, 27. a
Vtra lex iubeat aliquid, vtra permittat. 2. de Inuent. 230. a
Deinde in hoc homo lynceus, etiam callidus ac veterator esse vult, quòd ita scribit, Si vter volet, recuperatores dabo. 5. Verrinarum, 28. a
Vtrum igitur eorum accidisset, verum oraculum fuisset. 2. de Diuin. 173. a
Potest omnino hoc esse falsum, potest verum: sed vtrum sit, non est mirabile. 2. de Diuin. 208. a
Videte igitur vtrum sit æquius, hominem honestissimum, virum fortissimum, ciuem optimum, dedi inimicissimis atque immanissimis nationibus, an reddi amicis. pro Fonteio, 25. a
Quid interest, vtrum de Hippocentauro, an de deo cogitemus? 1. de Nat. deor. 75
Vtrum hic tandem putatis, an, &c. pro Flac. 151. b
Vtrum reprehendis, quòd patronum iuuabat, eum qui tum in miseris erat: an quòd, &c. 3. Verr. 87. a
Quorum vtrum minus velim, nescio. epist. 5. b
An huius & illius, & vtrius potius. de Inuent. 67. b
Ab vtro insidia facta sint, incertum est. pro Mil. 107. b
Reperiam qui dicat aut scribat, vtra voles lingua. Or. 120. b
Incertum est vtra via. epist. 35. b
Summum bonum puer vtra voluptate diiudicabit? stante, an mouente? de Finib. 71. b

Vtro me minus deceat vti, non intelligo. epist. 19. b
Horum vtro vti volumus, altero est carendum. pro Sest. 22. b
Vtercunque.

Magna vtrinque copia ita parata ad pugnandum esse dicuntur, vt vtercunque vicerit, non sit mirum futurum. ad Torquatum, lib. 6. 4. 4. a

In hoc bello vtracunque pars vicerit, tamen perituri sumus. ad Atticum, 28. 5. b

Vterlibet.

Vtrunlibet elige. alterum incredibile est: alterum nefarium, & ante hoc tempus vtrunque inauditum. pro Quint. 54. a

Vterque.

Horum vterque cecidit victus. de Arusp. resp. 50. a
Quorum vterque suo studio delectatus, contempsit alterum. 1. Offic. a

Vterque inter se. pro Quint. 16

Me autem vterque numerat suum. Att. 98. b

Nam vtraque altera separata minus erit firma. ad Heren. 22. b

Quarum vtrunque pessimum est. ad Heren. 6. b

Sed neque Cæsari imperari potest, nec Cæsar suo exercitui: quod vtrunque pessimum est. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 10. 8. a

Cum eorum, de quibus dicimus, aut vtrunque, aut vnum quodque, certo concluditur verbo. ad Heren. 32. b

Vtriusque accepi literas eiusmodi eodem tempore. ad Atticum, 98. b

Amantissimus vtriusque nostrum. Att. 128. b

Domus vtriusque nostrum ædificatur strenue. ad Quintum fratrem, lib. 2. 8. 3. a

Quoniam vtriusque studii nostra possessio est, hodie vtro frui malis, optio tua sit. de Fat. 6. a

Magna vis est in fortuna in vtranque partem, vel ad secundas res, vel aduersas. Offic. 36. b

Dicendi exercitatio in vtranque partem ab Aristotele instituta. de Finib. 126. b

Magna vis est conscientiae in vtranque partem. pro Mil. 123. b

Qui in vtranque partem magno animo fuit. Offic. 40. b

Multa mihi veniunt in mentem in vtranque partem. ad Atticum, 228. b

In vtraque parte multa dicuntur. 4. Acad. 123. a

Sed in vtroque frequentiores sunt & liberiores poetae. Orator, 216. b

Nos vtrique & Socratici & Platonici esse volumus. Offic. 1. b

Sanguis per venas in omne corpus diffunditur, & spiritus per arterias, vtraque autem crebra, multa toto corpore intexta sunt. de Nat. deor. 54. b

Eorum controuersiam non incommo- dum videtur cum vtrorumque ratione exponere. 1. de Inuent. 73. a

Sed vtros eius habueris libros (duo enim sunt corpora) an vtroque nescio. Q. fr. 314. b

Quos ego vtrosque Quirites, in eodem genere praedatorum, direptorumque pono. 2. in Catil. 40. a

A quibus vtrisque summittitur aliquid. de Orat. 151. b

Vteruis.

Nam possit aliquid, si vteruis nostrum adesset, agente Seruilio, Seruio fieri probabile. ad Att. lib. 5. 91. 2. a

At minus habeo virium, quam vestrum vteruis. de Senectute, 29. a

Quod certum est non facere, dum vtrumuis licebit. pro R. Amerino, 50. a

Proquæstor ego vnus, cui vtrumuis liceret. ad Atticum, lib. 9. 170. 5. a

Nihil dicit ex tempore: nihil ex sua voluntate: nihil vt ei vtrumuis licuisse videatur. 5. Verr. 142. a

Vtriusuis rei me adiutorem velim esse. Att. 101. b

Vtrumuis saluo officio se facere posse arbitrarentur. pro R. Amerino, 2. a

Vtrinque.

Tum hoc tempore ita magna vtrinque copia, ita parata ad depugnandum esse dicuntur, vt vtercunque vicerit, non sit mirum futurum. Torquato, lib. 6. 4. 3. a

Vtrobique.

Eadem veritas vtrobique est. 2. de Nat. d. 112. a

Quum verò non liceret mihi nullius partis esse, quia vtrobique magnos inimicos habebam, ea castra fugi, &c. Asinius Pollio ad Ciceronem, lib. 10. 3. 5. a

Vtrum.

Vtrum dimidia parte, an pro tota societate: planius dicam. vtrum pro me: an & pro me & pro te: pro R. Com. 19. a

Nihil interest vtrum, &c. an, &c. Tusc. q. 217. b

Quæro à te, vtrum illa verba, an portenta sint: de Or. 199. b

Dubium est vtrum aliquid dicat iste beatum & immortale, an siquod sit, &c. 1. de Nat. deor. 160

Quid interest, vtrum hoc feceris, an frumetum non improbaris: in Verr. 187. b

Conuiuium in quo nemo potest dicere, vtrum iste plus biberit, an vomuerit, an effuderit. in Pis. 84. b

Vtrum ego desipio, & plus quam satis opus est, doleo in tanta calamitate, miseriaque sociorum: an, &c. 7. Verr. 95. a

Quid, quod eadem illa ars, quasi Penelope telam retexens tollit ad extremum superiora, vtrum ea vestra, an nostra culpa est: 4. Acad. 168. a

Multum interest, vtrum laus immittatur, an salus deseratur. Lentulo, lib. 1. 7. 27. a

Quid interest, vtrum Prætor imperet, vique cogat aliquem de suis bonis omnibus decedere: an, &c. 4. Verr. 29. a

Nihil ad eum qui te captare vult, vtrum tacetem irretiat, an loquentem. Acad. q. 13. b

Vtrum hoc tu parum meministi, an ego non satis intellexi: Attico, 135. b

Vtrum nescis, quam altè ascenderis, an pro nihilo id putas: epistol. 160. b

Vtrum grauius aliquid in quempiam dici potest: &c. pro Cecinna, 21. a

Hic vtrum tandem sum accusandus, quod doleo: an, &c. ad Atticum, 43. b

Nec aliud decernitur hoc bello, nisi vtrum simus, necne, &c. ad Brut. 91. b

In quo vtrum copiose sit agri, consideratur. de Inuent. 76. b

Vtrum igitur tibi literam videor, an totas paginas commouere: de Finib. 118. b

In discrimen versatur, vtrumne possit se contra luxuriam ac licentiam rusticana illa atque inculta parsimonia defendere. pro Quint. 62. a

Vos etiam nunc dubitate, si potestis, vtrum tantum numerum tritici Venerius apparitor istius sibi acceperit, an huic exegerit. 5. Verr. 74. a

Vti.

Is ad me literas misit, vti te sibi placarem. epist. 202. b

Eos consuetudine adhibita tam facile internosceremus, vti minimum quidem similes viderentur. 4. Acad. 104. a

Neque vti satis firmo praesidio defensus Sext. Roscius, verum vti ne omnino desertus esset. pro Rosc. Amer. 3. a

Nihil aliud, nisi vti nequid per vim agi possit. pro Dom. 43. a

Non vti satis, &c. sed vti ne, &c. de Orat. 94. b

Senatui placere C. Cassium prouinciam Syriam obtinere, vti qui optimo iure eam prouinciam obtinuerit. a

Quod sepulchrum ipsius, liberorum posterorumque eius sit, vti quod optimo iure sepulchrum publice datum est. 9. Philipp. 268. a

Vti eorum qui audirent, sic afficerentur animis, vt, &c. 1. de Orat. 43. a

Putant fore, vti si paulatim hæc consuetudo serpere ac prodire cœperit. 1. Verr. 37. a

Vtica.

Interim P. Aëtius Varus qui Prætor Africam obtinuerat, Vticam venit. pro Lig. 2. a

Vtilis, Vtilitas, Vtiliter, Vide Vtor.

Vtinachi, orum.

Accepta tamen & deuorata pecunia Vtinachorum, centum talenta euomere non poterat. in Pis. 71. Erant populi Macedoniarum.

Vtinam.

Vtinam igitur vt illa anus optat, Ne in nemore Pelio securibus

Cæsa cecidisset abiegna ad terram trabes. 3. de Nat. d. 108. a

Vtinam esset facultatis mea. 1. de Legib. 44

Cui quidem ego amori vtinam cæteris rebus possem, amore certe respondebo. ad Trebonium, lib. 15. 21. 8. a

Atque vtinam ipse Varro incumbat in causam. ad Atticum, lib. 3. 55. 5. a

Vtinam id valeat ad celeritatem reditus tui. 4. ad Att. 52

Vtinam salutis nostræ consulere possimus: dignitati certe cōsulemus. ad Senat. lib. 15. 1. 17. a

Quod vtinam minus vitæ cupidus fuisset, certe nihil, aut non multum in vita mali vidissemus. ad Terentiam, lib. 14. 4. 2. a

Heri nescio quid in strepitu videor exaudisse, quum diceres te in Tusculanum venturum: quod vtinam, iterum vtinam, tuo tamen commodo. ad Att. lib. 13. 295. 4. a

Vtique.

Nam & Piliæ satiffaciendum est, & vtique Atticæ. ad Attic. lib. 12. 236. 7. a

Velim M. Varronis & Lollii mittas laudationem: Lollii vtique. 13. ad Att. 62

Quo die venies, vtique cum tuis apud me sis. Att. 57. b

Ego vt constitui, adero, atque vtinam eadem die sim (quid enim multa?) vtique postridie. Att. 211. b

Vtique siue hinc abiero, siue ero hic oppressus, ea maneat opinio. Antequam iret in exil. 14. a

Illud verò vtique scire cupio. ad Att. lib. 13. 271. 1. a

Expecto te à Peduceo vtique. Att. 203. b

Quæ quidè ego vtique vel versura facta solui volo. Att. 68. b

Faba Pythagorei vtique abstinerunt. de Diuin. 133. b

Hoc quidem vtique perficies, &c. Att. 200. b

Ipse verò vtique fac venias. Att. 57. b

Quod censeas mihi faciendum, vtique scribito. ad Atticum, lib. 10. 196. 6. a

Annum quidem vtique tenero. ad Att. lib. 5. 96. 4. a

Romam vtique statim veni. Att. 259. b

Vtique ad me tabellarios mittas. ad Att. lib. 6. 112. 4. a

Id vnus diligenter literis (quæ ad me vtique perferantur) consequeretur. ad Att. lib. 5. 96. 3. a

Vtique explicatum sit illud, &c. Att. 71. b

Minusculam villam vtique Quinto traditurus sum, Att. 228. b

Vtor.

Aulo Trebonio, qui in tua prouincia magna negotia & ampla & expedita habet, multos annos vtor valde familiariter. ad Lentulum, lib. 1. 3. 1. a

Luceo Tiryone familiarissimè vtor. epist. 209. b

Vtor ad omnia Qu. Selicio. epist. 5. b

Mihi docere videbaris istius generis humanitatem, qua quidem nihil vtor abs te. 2. ad Qu. frat. 25. & 13. fam. 86

Vtor perfragio, literulis nostris. 5. fam. 62

Quamobrem quum placatis his vtor, videor sperare debere, si te viderim, & ea quæ premant, & quæ impendeant, me facile transitarum. ad Terentium Varronem, lib. 9. 1. 5. a

Maximo meo dolore, hoc solatio vtor, quod intelligunt homines non sine causa me timuisse ista quæ acciderunt. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 26. 1. a

Sunt hæc & alia in te falsi accusatoris signa permulta, quibus ego nunc non vtor. 1. Verr. 16. a

Ego autem neque pugno cum illa causa propter illam amicitiam, neque approbo, ne omnia improbem quæ antea gessi. Vtor via. ad Att. lib. 2. 34. 4. a

Eos ego fortasse nunc imitor, & vtor ætatis vitio. ad Cælium, lib. 2. 15. 19. a

Ne Silius quidem quicquid vtitur. Att. 193. b. Id est pecunia. Lucius multum vtitur Bruto. Att. 254. b

Egeram etiam cum tuo Nicia, quod is vtitur, vt scis, familiariter Cassio. ad Fabium Gallum, lib. 7. 24. 12. a

Aere vtitur deo. 1. de Nat. deor. 23

Multum etiam Græcis literis vtor. Cat. 34

Neque enim accusatore muto, neque teste quisquam vtitur eo, qui de accusatoris subfello surgit. pro R. Amer. 63. a

Quibus rebus fruimur atque vtimur. de Nat. d. 57. b

Commoda quibus vtimur, lucemque qua fruimur, spiritumque quem ducimus, ab eo nobis dari atque impertiri videmus. pro Rosc. Amer. 78. a

Meis æquissimis vtuntur auribus. 7. fam. 58

Quorum fide atque praesidio Siculi maxime vtuntur, quod omnino Marcellorum nomini tota illa prouincia adiungenda est. 1. Verr. 8. a

Quod P. Sulpitio vtetare multum. Læli. 2

Nos communem necessarium, &c. & quo vtetatur iste plurimum, propinquum nostrum Sex. Alphenum. pro Qu. 11. a

Vfus sum iis crudelissimis. 3. ad Att. 39. Id est, illi se crudelissimos mihi præbuerunt.

Oratio, qua recitatis literis vsus es. 10. Philipp. 269

Vt illis benignis vsus est ad commodandum, sic ipse diligens fuit ad reportandum. 6. Verr. 5. a

Criminatione in me vsus est. 3. de Orat. 3. a

His Fabritiis semper vsus est Oppianicus familiarissimè. pro Cluent. 34. a

Nam quoad vos omnia pati vidit, vsus est ipse incredibilem patientiam. 10. Philipp. 274. a

Et sese ad Cæciliam nepotis filiam, quam honoris causa nominat, contulit, qua pater vsus erat plurimum. pro Rosc. Amer. 16. a

Authore vtar Simonide. 1. de Nat. d. 42

Vtar eo sic tanquam bono. 2. ad Qu. frat. 36

Quamquam quum hortatione non egeas, vt supra scripsi, non vtar ea pluribus verbis: faciam illud quod mecum est, &c. Bruto, lib. 11. 5. 7. a

De rebus ipsis vtetare tuo iudicio. 1. Offic. 4. a

Itaque si hoc imperium mihi molestum erit, vtar ea portam quam primum videro. ad Att. lib. 7. 127. 4. a

Faciam hoc non nouum: sed ab his, qui nunc principes nostræ ciuitatis sunt, antè factum, vt testibus vtar statim. 2. Verrinarum, 33. a

Vtatur suis bonis oportet, fruatur, qui beatus futurus est. 1. de Nat. deor. 143. a

Vt propemodum iustioribus vtamur illis, qui omnino, &c. 1. de Finibus, 2

Vtiam placaris vtamur fluctibus. Att. lib. 8. 11

Eorum qui vtantur crasso caelo ac concreto. 2. de Nat. d. 30

Præsertim quum is L. Sisenna defensore tuo tam familiariter vtetur, quum & cæteris familiaribus Sisennæ reddidisset. 6. Verr. 38. a

Statuit sibi nihil grauius faciendum, quam vt illa matre vtetur. pro Cluent. 21. b

Non vt ea potestate, quam tu ad dignitatem permisisses, ad quæstum vtetur. ad Qu. fr. lib. 1. 1. 16. a

Si vniuersa, vt dixi, prouincia loqui posset, hac voce vtetur. 1. Verr. 10. a

Noluerunt feris corpus obicere: ne bestiis quoque, quæ tantum scelus attigissent, immanioribus vteremur. pro Rosc. Amer. 43. a

Vterentur frequentissimo senatu & libentissimo. 1. ad Att. 53

Cum in ea vrbe summis honoribus imperiisque vsus sit. ad Atticum, 119. b

Si vsus sit coaratore extra magistratus. 3. de Legib. 10

Menses mihi tres quum, &c. vt quum horis nostris nos essemus vsi, tu binis ludis interpositis, quadagesimo post die responderes. 3. Verr. 20. a

Quum sanè aduersis ventis vsi essemus, tardèque & incommodè nauigassemus. Terentia, lib. 14. 5. 1. a

Negat opera deorum se vti ad fabricandum mundum. 4. Academ. 217. a

Quo iste interprete non ad linguam Græcam, sed ad furta & flagitia vti solebat. 5. Verr. 71. a

Vti aculeis dicuntur vespæ. 5. de Finib. 39

Hic vide quam me sis vsurus æquo. 7. Verr. 120. a

Vti aliquo. pro Rosc. Amer. 16. Id est, ad eum familiaritatem habere.

Vti familiarissimè aliquo. 6. fam. 19

Aliqua re ad faciendum aliquid vti. de Cl. Orat. 152. a

Vti ambitione. 5. fam. 59

Vti animo bono & fide summa. 2. ad Att. 7

Vti præsentis animo & consilio. 1. Offic. 113

Vti beneficio alicuius. 2. Philipp. 32

Vti conditionibus. 7. ad Att. 58

Vti praposteris consiliis. Læli. 71
 Vti cornibus dicuntur boues. 5. de Finib. 39
 Sed ipse his neque defensoribus vti postea, neque laudatoribus potuit. pro Cluent. 43. a
 Vti domo alicuius. 13. famil. 32
 Quod est, eo vti decet. Cat. 2. 4
 Bene armis, optimè equis vti. pro Deiot. 149. b
 Exercitatione, ludòque campestri vti. pro Cæl. 39. b
 Eo velim tam facili vti possem & tam bono in me, quàm Curio. ad Att. lib. 10. 197. 15. a
 Vti fautore aliquo. 13. famil. 86
 Vti prospero flatu fortunæ. 2. Offic. 16
 Vti felicitate. 7. ad Att. 7
 Vti moderatè & scienter iis, quibuscum congregemur. Officior. lib. 2. 25
 Vti aliquo inimico & crudeli. 3. ad Att. 19
 Vti iudiciis & existimationibus hominum. 1. ad Qu. fr. 33
 Vti lachrymis. 1. de Nat. 116
 Vti liberalitate alicuius. 12. famil. 57
 Liberalitate, qua tecum vti coeperam. 1. de Nat. d. 46
 Vti literis. 6. famil. 42
 Vti libenter loco illo soleo. 2. de Legib. 1
 Vti motu mentis ac rationis ad aliquam rem. 1. de Nat. d. 74
 Vti alicuius nomine ad inuidiam. 1. ad Att. 35
 Authoribus quidem ad istam sententiã, quam vis obtineri, vti optimis possumus. Tusc. q. 153. b
 Vti pace vel bello. 7. ad Att. 55
 Vti pecunia menses aliquot. 7. ad Att. 26
 Vti populo suo. pro Quint. 15
 Vti pugnantibus & contrariis studiis consiliisque. 1. de Fin. 46
 Vti peruersè aliqua re. 3. de Nat. deor. 51
 Antonius Cæsari regnum detulit, Cæsar vti noluit. 2. Phil. 91
 Vti iisdem sacris. 1. Offic. 79
 Vti silentio. pro Marcello. 131. b
 Vti studio vel amore. 7. famil. 140
 Vti studiis iisdem. pro Lig. 13
 Vti verbis quàm vtitissimis, & quàm maximè aptis, id est rem declarantibus. 4. de Finib. 47
 Vti verbis inuitatis de rebus non peruulgatis. 3. de Finib. 4
 Non est tibi his solis vtendum æstimationibus ac iudiciis qui nunc sunt hominum, sed his etiam qui futuri sunt. ad Qu. frat. 298. b
 Et grauius feras te, quod vtendum acceperis, reddidisse. 3. Tusc. 65. a
 Quæ vtenda acceperis maiore mensura, si modò possis, iubet reddere Helioidus. 1. Offic. 71
 Quæ bona, is qui testamentum fecit, huic Heraclio, antequam est mortuus, omnia vtenda ac possidenda tradiderat. 4. in Verrem, 32. a

Vtens.

Ad eas enim res ab Epicuro præcepta dantur, & tamen non tantis vtentibus ad liberalitatem vtens. 2. de Fin. 135. a
 Specie autem comparantur, vt, & c. perfecta, inchoatis: rota, partibus: ratione vtentia, rationis expertibus: voluntaria, necessariis, & c. in Topic. 36. a

Vsus.

Cõsularis homo nõ minimis facultatibus vsus. Anteq. 195. b
 Vir amplissimis vsus honoribus. pro Flac. 35. a. & 8. Phil. 254
 Brundisium venimus, vsi tua facilitate nauigadi. Att. 100. b
 Omnium enim rerum principia parua sunt: sed suis progressionibus vsa augentur. 5. de Finib. 105. a

Vsus, us.

Vsus & autoritas, fundi biennium. pro Cecin. 39. & Top. 10
 Vsus exercitatioque forensis. in Verr. 62. b. & 1. de Legib. 11
 Assiduum vsus vni rei deditus, & ingenium & artem sæpe vincit. pro Corn. Balbo, 36. a
 In omni arte cuius vsus communis vulgarisque sit. de Finibus, lib. 3. 2
 Quæ diurnus vsus ita notauit, vt artem diuinationis efficeret. 2. de Nat. deor. 125
 Adiungatur vsus frequens, qui omnium magistrorum præcepta superat. 1. de Orat. 8. a
 Mirificus vsus alicuius in re militari. pro Sest. 9. a

Vsus deprecationis in iuridiciali constitutione quis sit. 2. ad Herennium, 58
 Sed id quod ratio debuerat, vsus docet, minora esse ea quæ sint visa maiora. Tusc. quæst. lib. 3. 47
 Docuit enim iam nos longa vita, vsusque rerum maximarum vt teneremus, & c. de Orat. 117. b
 Ignis noster, quem vsus vitæ requirit. 2. de Nat. deor. 29. & 2. Academic. 13
 Præcepta quibus in omnes partes vsus vitæ confirmari possit. Offic. 2. b
 Tractatio atque vsus vocis. in Orat. 31
 Cum ad tuam summam prudentiam tantus vsus accesserit. Qu. fratri, 299. b
 Vsus est magister optimus. pro Rab. Posth. 6. a
 Vsus enim, non abusus legatus est. in Topic. 8. a
 Domus finis est vsus. Offic. 28. b
 Mihi sic vsus est, tibi vt opus est factò, face. de Finib. 131. b
 Et Reipub. impartientis si quando vsus esset. Offic. 19. b
 De cæteris studiis alio loco dicemus, si vsus fuerit. Tusc. quæst. lib. 4. 8. a
 Vt si vsus foret. Tusc. quæst. lib. 2. 32
 Subeundus vsus omnium. de Orat. 97. b
 Carmen cum cæteris rebus absurdum, tum verò nullo vsui. pro Mur. 130. b
 Fuit & mihi & Qu. fratri magno vsui in nostris petitionibus. ad Atticum, lib. 1. 1. 8. a
 Apollonius multis in rebus mihi magno vsui fuit. ep. 210. b. Attico, 1. b
 Maximo te mihi vsui fore video. Att. 2. b
 Scito enim me, & c. rediisse cum veteribus amicis, id est, cum libris nostris in gratiam: etsi non idcirco eorum vsum dimiseram, quòd iis succenserem. ad Varronem, lib. 9. 1. 3. a
 Vsum loquendi populo concessi: scientiam mihi reseruaui. in Orat. 91. a
 Num ius ciuile vestrum ex libris cognosci potest: qui quam plurimi sunt, doctorem tamè, vsumque desiderant. Orat. 102. b
 Rei magnitudo vsum quoque exercitationemque desiderat. Offic. 12. b
 Is, cuius vsus & suauitatem desiderado sentimus. 16. fam. 9
 Nec virtutis vsus modò, vt superiores, sed ipsum habitum per se esse præclarum, & c. 1. Acad. 54. a
 Valet ingenio, habet vsus. epist. 210. b
 Quia multarum rerum vsus habebat. Læli. 6. de Catone.
 Quod superuacuum sit, aut vsus nullum habeat. de Natura deor. 60. b
 Vsum quendam haberent insignem & illustrem. de N. d. 3. b
 Nam qui principes inueniendi fuerunt, quem ex quaque bellua vsus habere possemus, homines certè fuerunt. Officior. 35. b. & 13. fam. 31
 Vsum in Repub. magnum habere debes. 10. Philipp. 271
 Si modò vsus rerum percallueris. de Orat. 122. b
 Vsum subire. 1. de Orat. 76
 Non ad hunc vsus popularem & ciuilem veteres de Rep. differebant. 3. de Legib. 15
 Quòd si omnes mundi partes ita constitutæ sunt, vt neque ad vsus meliores potuerint esse, neque ad speciem pulchriores. 2. de Nat. d. 123. a
 Ad vsus meum hæc spectant. 3. ad Qu. frat. 26
 Ad vsus & cultum copiosè suppeditetur ei. 14. ad Att. 15
 Vitæ autem adiuncta esse dicebant, quæ ad virtutis vsus valerent. 1. Acad. 31. a
 Tyronem propter modestiam malo saluum, quàm propter vsus meum. Att. 104. b
 Abhorrentes ab hoc vsu forensi & publico. Parad. 1
 Non excludentes amicos ab vsu rei suæ familiaris. Off. 19. b
 Ii quibus cum vsu coniuncti esse possunt. de Amic. 101. b
 Libido, opinio vèteri boni, quod sit ex vsu iam præsens esse atque adesse. Tusc. q. lib. 4. 12
 Omnia enim sunt posita ante oculos, collocata in vsu quotidiano, & c. 1. de Orat. 94. a
 Id autem incognitum est, minusque in vsu necessarium. de Legib. 158. b

Quæ obseruata sunt in vsu ac obseruatione dicendi. de Oratore, 94. b
 Nos autem ea quæ sunt in vsu vitæque cõmuni, & c. Læli. 27
 In vsu versatus. 6. fam. 36
 Dicendi ratio in medio posita, communi quodam in vsu atque hominum more & sermone versatur. de Orat. 86. b
 Qui nõ Græci alicuius quotidianam loquacitatem sine vsu, neque ex scholis cantilenam requirunt. de Orat. 93. b
 Vsu armorum, & militum robore. 6. fam. 5
 Incipit is loqui & autoritate & ætate, & vt mihi visum est, vsu rerum antecedeat Diodorus Timarchides. 6. Verr. 121. a
 Mihi videor eorum consuetudinem vsu tractandòque cognouisse. in Verr. 145. b
 Vsu coniunctum esse cum aliquo. Læli. 28
 Vsu in manum conuenire. pro Flac. 65
 Vsu & fructu meum esse. 7. famil. 53
 Tum verò vsu quoque bellorum gerendorum in primis eorum hominum, qui nunc sunt, exercitus. pro Font. 26. a
 Vtrunque satis durum, sed vsu mollienda nobis verba sunt. 1. de Nat. deor. 67
 Vir magna prudentia, vsu & exercitatione præditus. pro Cluent. 35. b
 Vsu magno tractandæ Reipub. 6. fam. 19
 Alia magna natura videntur, alia vsu. in Partit. 30
 Quod in poematibus vsu euenit. Offic. 55. b
 Non venit idem vsu mihi, quod tu tibi scribis. Att. 7. 144. 1. a
 Quid, quod vsu memoria patrum venit: de Orat. 100. b
 Quod in illo mihi sæpe vsu venit, idem modò, quom te audirem, acciderat. 1. de Nat. deor. 81. a
 Quod item nuper in Erote comædo vsu venit, qui, & c. pro Quint. Rosc. 50. b
 Erucius mihi vsu venit in causa optima. pro S. Rosc. 25. b
 Antequam hoc mihi vsu veniret. in Verr. 256. b
 Nam si id culpa senectutis accideret, eadem mihi vsu venirent omnia, reliquisque omnibus maioribus natu. de Senectute, 7. a
 Causam sibi dicendam esse statuerat iam antè, quàm hoc vsu venerit. 7. Verr. 80. a
 Ex eo credo quibusdam vsu venire, vt abhorreant à Latinis, quòd, & c. 1. de Finib. 7
 Nam quid homini potest superius, quid verò miserius aut acerbius vsu venire: pro Quint. 27. a
 Et hoc illud his vsu venire solet, vt quicquid dixerint, à quibusdam interrogentur. 4. Acad. 68. a
 At non videmus hoc vsu venire, vt quos nunquam putassemus à nobis internosci posse, & c. 4. Acad. 103. a
 Quod ego in paucis tamen vsu venisse eò molestè fero. 4. Verrinarum, 9. a
 Cum præsertim mihi vsu venturum non arbitraret, vt ego quoque absens à te defendendus essem. epist. 38. b
 Dicit cum præmeditatum fuisse quid sibi esset vsu venturum. ad Heren. 7. b
 Quarum partium corporis vsus sunt necessarii, eas neque partes, neque earum vsus suis nominibus appellat. Off. 25. b
 Expetuntur diuitiæ ad vsus vitæ necessarios. 1. Offic. 37
 Conciliare sibi animos hominum, & ad vsus suos coniungere. Offic. 36. b
 Arborum confectio magnos vsus affert ad nauigia facienda. de Nat. deor. 56. b

Vsus, consuetudo.

Sed alii dolore mouentur, & c. Itaque dicunt, nec dubitant, Mihi sic est vsus, tibi vt opus est factò, face. 5. de Fin. 50. a
 Est mihi cum eo domesticus vsus & consuetudo. pro Sexto Rosc. 9. a
 Mihi cum eo vicinitas & magnus vsus est. pro Cluent. 27. b
 Quod sine prænomine familiariter, vt debebas, ad me epistolam misisti, primum addubitauimus, num à Volumnio Senatore esset, quocum mihi est magnus vsus. ad Volumnium, lib. 7. 33. 1. a
 Cum M. Fabio (quod scire te arbitror) mihi summus est vsus. Pæto, lib. 9. 25. 4. a
 Vsus esset mihi tecum. pro Syll. 7
 Inter nosmetipsos vetus vsus intercedit, & Atticus noster

maiores etiam mihi cum Cossinio consuetudinem fecit. ad Sulpitium, lib. 13. 24. 1. a
 Coniunctus magno vsu familiaritatis. epist. lib. 13. 73
 Tamen id esset in tanto vsu nostro, tantæque amicitia coniunctum. pro Planc. 3

Vsuffructus.

Vsus eius & fructus fundi testamento viri fuerat Cefennia, pro Cecinna, 288. b
 Seruus cuius vsuffructus. Top. 21. b
 Vsum fructum omnium bonorum suorum Cefennia legat, vt frueretur vnà cum filio. pro Cecin. 9. a
 Si paterfamilias vxori ancillarum vsum fructum legauit à filio, neque à secundo hærede legauit, mortuo filio mulier vsum fructum non amittet. in Top. 9. a

Vsucapio, is.

Nihil mortales à diis immortalibus vsucapere possunt. de Arusp. respons. 29. a
 De Tadiana re, mecum Tadius locutus est, te ita scripsisse, nihil esse iam quod laboraretur, quoniam hæreditas vsucapta esset. ad Att. lib. 1. 3. 6. a
 Quod autem *ἡρώων*, id est vestibulum sepulchri, bustum vsucapi vetat, tuetur ius sepulchrorum. 2. de Legib. 97. a
 De tutela legitima, in qua dicitur esse puella, nihil vsucapi potest. Att. lib. 1. 12. & pro Flac. 162. b

Vsucapio, onis.

Fundus à patre relinqui potest: ac vsucapio fundi, hoc est finis sollicitudinis ac periculi litium, nõ à patre relinquitur, sed à legibus. pro Cecin. 54. a
 Si vsucapionem definias. Top. 22. b
 In qua quoniam vsucapionè duodecim tabulæ intra quinque pedes esse noluerunt, depasci veterem possessionem Academia ab hoc acuto homine non sinemus. lib. 1. de Legibus, 83. a
 Iactare se in causis Centumuiralibus, in quibus vsucapionum, tutelarum, gentilitatum, agnationum, & c. iura versentur. 1. de Orat. 84

Vsitus.

Vsitus & peruulgatus honos. 14. Phil. 392. a. & 3. 140
 Verus atque vsitata exceptio. 1. de Orat. 82. a
 Genus literarum vsitatum. Figulo, lib. 4. 13. 1. a
 Verbum vsitatum ac tritum. Acad. q. 44. b
 Alius ne condemnaretur, pecuniam dedit: vsitatum est. 7. Verr. 91. a
 Non solùm enim vsitatum, sed & quotidianum est. Brutus Ciceroni, 16. 1. a
 Non est vsitatum, non senatorium. 7. Verr. 98. a
 Cui neque magistratus adhuc æquus inuentus est: neque iudicium redditum est vsitatum. pro Cluentio, 47. a. & pro Quintio, 47
 At verò hoc quidem iam vetus est, & maiorum exemplo multis in rebus vsitatum. pro Cecin. 33. a
 Nam id quidem, tametsi improbè sit in aperta re, tamen malitia iam est vsitatum. pro Cecin. a
 Nunc nihil prætermittere videbere vsitati & quasi legitimi temporis ad petendum. ad Furnium, lib. 10. 25. 5. a
 Spero autem illum ordinem pro meis ob Remp. susceptis laboribus, me non indignum honore, vsitato præsertim, existimaturum. ad Catonem, lib. 15. 6. 6. a
 Hunc denique ipsum pertulissent, si humano modo, si vsitato more, si denique vno aliquo in genere peccasset. 4. in Verrem, 6. a
 Iacet res in controuersis isto calumniante biennium, vsque dum inueniretur qua ratione res ab vsitata consuetudine recederet. pro Quint. 45. a
 Cur in re tam veteri, tam vsitata quicquam noui feceris. 5. Verrinarum, 13
 Sed in re tam vsitata, satis est ostendere, omnes antea ius ita dixisse, & hoc vetus edictum translatitiumque esse. 3. in Verrem, 80. a
 Vsitas sunt ea, quæ versantur in sermone & consuetudine quotidiana. 4. ad Heren. 160
 Vsitas perceptasque cognitiones deorum tollit. de Natura deor. lib. 1. 27

Ne opifices quidem tueri sua artificia possent, nisi vocabulis vterentur nobis incognitis, vstitatis sibi. 3. de Finib. 6. a
Sed illud nomen veterum literis vstitatus. de Nat. d. 69. b
Vstitatē.

Si homines essent, vstitatē loquerentur. 5. de Finib. 153. a
Cur igitur, quum de re conueniat, non malumus vstitatē loqui? 4. de Finib. 117. a

Vfura.

Cur in quā ciuibus Rom. quos piratæ ceperant, securi statim percussis, ipsis piratis lucis vsuram tam diuturnam dedit? 7. Verr. 61. a

Natura dedit vsuram vitæ tanquam pecuniæ, nulla præstituta die. Tusc. quæst. lib. 1. 77

Dare alicui vsuram vnus horæ ad viuendum. 1. in Catil. 21. a
Vos obsecro Iudices, vt huic optimo viro, quo nemo melior vnquam fuit, nomen Equitis Romani, & vsuram huius lucis, & vestrum conspectum ne eripiatis. pro Rab. Posthumo, 30. a

Lucine vsuram eripere vis, plenam lachrymarū atque mœroris, in qua cum maximo cruciatu atque dolore retinetur? pro Syll. 67. a

Stoici autem vsuram nobis largiuntur tãquam cornicibus, diu mansuros aiunt animos, semper negant. 1. Tusc. 121. a

A vobis autem, quos leuiter immutatos esse sentio, paruam exigui temporis vsuram bonæ de me opinionis postulo. 3. de Leg. Agr. 2. a

Perficiam profectò, vt longi temporis vsuram, qua caruimus intermissa nostra consuetudine, & gratia, & crebritate, & magnitudine officiorum meorum sarciam. ad Appium Pulchrum, lib. 3. 1. 4. a

Gratulor tibi mi Balbe, verèque gratulor: nec sum tam stultus, vt te vsura falsi gaudii frui velim, & c. ad Ampium, lib. 6. 12. 1. a

Vfura, pecunia, quæ pro fœnore datur.

Consistere vsura debuit, quæ erat in edicto meo. Att. lib. 6. 7
Nec id satis efficitur in vsuram mensuram. 6. ad Att. 4

Reliquæ pecuniæ vsuram Silio pendemus. Att. lib. 12. 18
Pendere vsuram ei à quo emeris. Att. 193, & 194. b

Vt quum Senatus publicanos vsura sæpe iuuisset, magistratus à publicanis pecuniam pro vsuris auferret? 5. Verrinarum, 144. a

Terra nunquam recusat imperium, nec vnquam sine vsura reddit, quod accepit, sed aliàs minore, plerunque maiore cum fœnore. de Senect. 47. a

Des operam, vt vsuræ Clauio conferentur. epist. 22. 4. b
Viri boni vsuras perscribunt? 9. ad Att. 51

Certare cum vsuris & fructibus prædiorum. 2. in Catil. 38. a
Magistratum à publicanis pecuniam pro vsuris auferre. in Verrem, 186. b

An cū credebatur inductus vsuris, id agebat, vt haberet quàm plurimum? pro Rab. Posth. 128. b

Vfurpo.

Nomen tantum virtutis vsurpas: quid ipsa valeat, ignoras. in Parad. 19. a

Redeamus igitur, quoniã sæpe vsurpas, ad Tusculanas disputationes. 15. ad Att. 10

In ea quam sæpe vsurpas tranquillitate. de Finib. 89. b
At quam crebrò vsurpat & Cõsul & Antonius. in Ant. 173. b

Quod semper vsurpamus in omnibus dictis & factis, minimis & maximis, quum hoc decere dicimus, illud non decere. in Orat. 40. a

Itaque vsurpauit vetus illud Bruti, vt ferunt. Att. 101. b
Græcum etiam verbum vsurpauit, quod tum in sedandis discordiis vsurpauerat ciuitas illa. 1. Philipp. 1. a

Nec enim ab isto officio, quod semper vsurpamus, cum valerem, abduci debui. de Amic. 8

Neque solùm, vt Solonis dictum vsurpem, qui & sapientissimus fuit ex septem, & c. ad Brut. 15. 4. 1. a

Quod si te in iudicium quis adducat, vsurpetque illud Cassianum, CUI BONO FERIT. 2. Philipp. 54. a

Quis est qui C. Fabritii, M. Curii cum charitate aliqua & beneuolentia memoriam non vsurpet, quos nunquam viderit? de Amic. 28. a

Iuppiter, Iuno, & reliqui, quos fratres inter se agnatosque vsurpare atque appellare solemus. de Vniuers. 56. a

Soleo sæpe ante oculos ponere, idque libenter crebris vsurpare sermonibus. pro Marcello, 2. a

Iura sua quotannis vsurpare ac semper retinere. in Verrem, 246. b

Vsurpare nomen ciuitatis. 7. Verr. 127. a
Quæ cruentata antea cæde honesti atque innocentis viri fiebat, eadem nunc crebrò vsurpatur, posteaquam latrocinis & parricidæ sanguine imbuta est. pro Mil. 13

Lælius, is qui sapiens vsurpatur. Offic. 41. b
Vsurpantur à te verba ciuili iuris, & legum. 1. de Legib. 43

Vsurpata duplex cubile: id est, mulier. epist. 140. b
Apud Platonem hæc oratio vsurpata est, vt nihil præter virtutem diceretur bonum. 5. Tusc. 50. a

Bonum autem quod in hoc sermone toties vsurpatum est, id etiam definitione explicetur. 3. de Finib. 51. a

Præclare enim est hoc vsurpatum à doctissimis: quorum ego auctoritate non vterer, si mihi apud aliquos agrestes hæc habenda esset oratio. in Parad. 41. a

Atque hoc genus pœnæ sæpe in improbos ciues in hac Republica vsurpatum recordatur. 4. in Catil. 79. a

Consolationes quæ sunt à multis vsurpatæ. epist. 71. b
Desyderium mei nominis renouari, & rerum gestarum memoriam vsurpari cogit. Post redit. in Sen. 33. a

Paucas tribus ad vsurpandam libertatem vocare. contra Rullum, 69. b

Aut non eo nomine vsurpandū, quo arguatur. de Or. 149. b
Vsurpare, occupare.

Non vt aliquid ex huius bonis vsurparet, sed vt quibus oculis cruentas ceruices filii sui viderat, iisdem te condemnatum videret. 7. Verr. 100. Vetuxemplar habet, Ex suis bonis recuperaret.

Vsurpatus.

Quid verò illa Segestanorum non solùm literis tradita, neque commemorata verbis, sed multis officiis illorum vsurpata & comprobata cognatio? 7. Verr. 97. a

Id nunc nullo nouo officio suo, tot annis post iure imperii nostri quotanno vsurpato, ac semper retento, & c. 7. Verrinarum, 41. a

Vsurpatio.

Vsurpatio vetustatis. de Lege Agr. 42. a
Consolari se cum conscientia optimæ mentis, tum etiam vsurpatione & renouatione doctrinæ. de Cl. Orat. 135

Apud te Prætorem si non effugium, ne moram quidē mortis mentione atque vsurpatione ciuitatis assequi potuit? 7. Verrinarum, 131. a

Vtilis.

Homo ad nullam rem vtilis. Offic. 57. b
Ea lex vobis accommodata atque vtilis est. cõtra Rull. 68. b

Non solùm vtile, sed etiam necessarium. 12. famil. 27. in epistola Lentuli.

Id vtile, quod bonum. Offic. 3. 46
Nihil vtile, quod non honestum (iuxta Stoicos.) Offic. 3. 14

Vtile nihil nisi quod rectum honestumque sit. 5. fam. 52
Nūquam est vtile peccare, quia semper est turpe. 3. Off. 84. a

Quod vtile sit, quodque expediat. Offic. 64. b
Quid enim vehementer mihi vtile esse putabas, nec inutile ipse Cæsari, perfecisti vt ille me diligeret, coleret, haberet in suis. ad Matium, lib. 11. 27. 5. a

Tu si arbitrare vtile fore, & è Republica esse, persequere Dolabellam bello. Att. 276. b

Nōne igitur sapiens, si fame ipse conficiatur, cibum abstulerit alteri homini ad nullam rem vtili? 3. Offic. 36. a

Vtilia amicitia nunquam anteponenda. Offic. 3. 56
Vtilia quæ sunt natura, ea etiam quandam vel dignitatem, vel vniuersitatem habent. 3. de Orat. 97

Perferre eos dicit esse habitos deos, & c. ipsasque res vtilis & salutares deorum esse vocabulis nuncupatas. 1. de Natura deorum, 55. a

Vita vtilissima. in Catil. 101. b
Sic enim facillimè, quod tibi vtilissimum erit, cõsiliū capies. Dolabella Ciceroni, lib. 9. 9. 6. a

Vtilitas oculorum, deorum munere, hominibus donata. de Vniuers. 65

Vtilitas in deliberando, finis. Partit. 45
Vtilitas, deliberationum finis. 3. ad Heren. 93. Topic. 49. 1. de Orat. 69

Vtilitas sæpe cum honestate certat. Partit. 47
Vtilitas in duas partes in ciuili cõsultatione diuiditur, tutam & honestam. 3. ad Heren. 93

Vtilitas cum honestate in deliberatiua causa finis est. 2. de Inuent. 237

Nihil tam est secundum naturam, quàm vtilitas. 3. Offic. 45
Vtilitas & turpitudine in eadē re inesse non possunt. 3. Off. 45

Vtilitas autem, aut in corpore posita est, aut in extraneis rebus. 2. de Inuent. 245

Itaque in iis artibus, in quibus non vtilitas quæritur necessaria, sed animi libera quædam oblectatio, quàm diligenter, & quàm propè fastidiosè iudicamus? 1. de Orat. 59. a

Ne hoc quidem vos mouet, cõsiderantes quæ sit vtilitas, quæq; opportunitas in homine membrorum, vt iudicetis membris humanis deos non egerit. de Nat. d. 126. a

Vt etiã si nulla sit vtilitas ex amicitia, tamen ipsi amici propter seipos amentur. 1. de Finib. 105. a

Tyro mirabilis vtilitatis fructum mihi præbet. Att. 104. b
Vtilitatis duæ partes videntur esse, incolumitas & potentia. 2. de Inuent. 246

Vtilitatis eadem, quæ honestatis est regula. Offic. 3. 98
Certatur vtrum honestati potius, an vtilitati consulendum sit. 2. de Orat. 182

Esse vtilitati amicis, & Reipublicæ. 1. de Orat. 18
Commodis, vtilitatisque alicuius seruire. ad Quint. fratrem, lib. 1. 135. a

Referre omnia ad vtilitatem suam. de Orat. 127. b
In quo non minorem vtilitatem afferunt qui togati, & c. Officiorum, 16. b

Qui vtilitatem defendit, enumerabit cõmoda pacis, opum, potentia, & c. Vtilitatem ex laude nasci defendet, semperque eam cum dignitate coniunctam. 2. de Orat. 182

Omnes enim artes quæ nobis populi Rom. studia cõciliant, & admirabilem dignitatem, & pergratam vtilitatem debent habere. pro Mur. 20. a

Vtilitate hominum nihil debet homini esse antiquius. 1. Officiorum, 217

Vtilitate affici. 7. famil. 31
Et, vt arbitror, nec ab vtilitate eorum qui audiēt, nec ab officio nostro, nec ab ipsa causa Publii Sestii abhorrebit oratio mea. pro Sest. 83. a

Cum omni vtilitate, quam dii hominibus dederunt, ars aliqua coniuncta est, per quam illa vtilitas percipi possit. de Diuin. lib. 1. 99

Quoniam in his versatur omne consilium duobus, de vtilitate antè dicamus, quæ in discernendis bonis malisque versatur. Partit. 46

Nec tamen nostræ nobis vtilitates omittendæ, aliisque tradendæ, cum his ipsi egeamus, sed suæ cuique vtilitati, quod sine alterius iniuria fiat, seruendum est. 3. Offic. 55. a

Natura consultrix & prouida vtilitatum opportunitatumque omnium. 2. de Nat. d. 82. a

Tæque Alexandrinum bellum gerente vtilitatibus tuis paruit. pro Deiot. 8. a. Id est, commodis tuis inseruiuit.

Quem quidem ego, etsi mirabiles vtilitates mihi præbet, quum valet in omni genere vel negotiorū vel studiorum meorum: tamen, & c. ad Att. lib. 7. 125. 2. a

Vtilitibus tuis possū carere. ad Tironem, lib. 16. 5. 3. a
De vtilitatibus & commodis suis cogitare. 1. de Finib. 27

Vtiliter.

Iracundiam vtiliter à natura datam. Offic. 18. b
Atque illi quidem etiam à natura vtiliter dicebant permotiones istas animis nostris datas. 4. Acad. 245. a

Vt quicquid in his rebus fiat vtiliter ad pugnam, idem ad aspectum etiam sit vniuersum. in Orat. 134. a

Quæ sunt vtiliter ad hominū vitam. Academicarum quæstionum, 34. b

Vtpote.

Ea nos, vtpote qui nihil contemnere solemus, non perimescabamus. ad Att. lib. 2. 39. 8. a

Lucius quidem frater eius, vtpote qui peregrè depugnauit, familiam ducit. 5. Philipp. 186. a

Vtpote quum singulæ quædam cohortes seditionē fecerint. Asinius Ciceroni, lib. 11. 32. 11. a

Me & incõmoda valetudo, qua iam emerferam, vtpote cum sine febris laborassem, & c. ad Att. lib. 2. 39. 8. a

Vtrinque, Vtrobique, Vtrum, Vide

Vter, adiectiuum.

Vtut, Vide Vt.

Vua.

Gemma à qua oriens vua sese ostendit, quæ & succo terræ, & calore Solis augetur, primò est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit, & c. de Senect. 49. a

Attius Nauis vum mirabili magnitudine inuenit. 1. de Diuinatione, 59. a

Vulcanus.

Et quidem laudamus esse Athenis Vulcanum eum, quem fecit Alcámenes, in quo stante atque vestito, leuiter apparet claudicatio non deformis. Claudum igitur habebimus deum, quoniam de Vulcano sic accepimus. 1. de Nat. d. 58

Tertia (Venus) Ioue nata & Diana, quæ nupsit Vulcano. 3. de Natura deor. 41

Vulcani item cõplures, Primus cælo natus, ex quo Minerua Apollinem eum, cuius in tutela Athenas antiqui historici esse voluerunt. Secundus Nilo natus Opas, vt Ægyptii appellant, quem custodem esse Ægypti volunt. Tertius ex tertio Ioue & Iunone, qui Lemni fabricæ dicitur præfuisse. Quartus Menalio natus. 3. de Nat. d. 39

Vulcanius.

Quartus Menalio natus (Vulcanus) qui tenuit insulas propter Siciliam, quæ Vulcaniæ nominantur. de Natura deorum, lib. 3. 39

Pungit dolor, vel fodiat sanè. si nudus es, da iugulum: si tectus Vulcaniis armis, id est fortitudine, resiste. Tusc. quæstionum, lib. 2. 58. a

Vulgius.

Vulgius ex veritate pauca, ex opinione multa æstimat. pro Rosc. Comædo, 17

Illud autem nequis admiretur, quoniam modo hæc vulgius imperitorum in audiendo notet. 3. de Orat. 107. a. & lib. 1. de Natura deor. 71

Vulgius patronorum. de Clar. Orat. 196. b
Quamobrem vt vulgius, ita nos hoc loco loquimur. Officiorum, 40. b

Vulgi atque turbæ admiratio. 7. famil. 3
Quum hic insidiator, qui iter illud ad cædem faciendam apparatus, cum vxore veheretur in rheda penulatus, vulgi magno impedimento, & c. pro Mil. 20. a

Vulgi opinioniones de diis in maxima inconstantia, veritatis ignoratione versantur. 1. de Nat. deor. 31

Vulgi opinionibus rapimur in errorem. 2. de Legib. 42
Ab inani laude & vulgi sermonibus remotus. 15. fam. 21

Vide ne plus commendatio in vulgius, & hæc quæ expetitur gloria, molestia habeat, quàm voluptatis. Tusculan. quæstionum, lib. 5. 145. a

Quod etiam in vulgius gratum esse sentimus. Att. lib. 2. 57
Itaque alter religiosus etiam nūc dies, alter in vulgius ignotus. Attico, lib. 9. 11

Hoc exire atque in vulgius emanare non poterit. pro Rosc. Amerino, 2. a

Indicare aliquid in vulgius. de Vniuers. 6. a
Fani pulchritudo & vetustas Prænestinarum etiam nūc retinet sortium nomen, atque id in vulgius. lib. 2. de Diuinatione, 130. a

Ego autem, nonnunquam tribuo in vulgius, sed plerunque necessarius, vt hoc tempore. epist. lib. 13. 71. 1. a

Valere in vulgius. Tusc. quæst. 188. b
Nihil est incertius vulgo. pro Mur. 34. a

Hæc duntaxat in Græcis intelligo, quæ ipsi qui scripserunt, noluerunt à vulgo intelligi. de Orat. 114. b

Non est enim consilium in vulgo, non ratio, non discrimen, non diligentia, & c. pro Planc. 7. a

Vulgo.

Homo pecuniosus, nec vulgò in Verr. 2. 13. b
Vulgò admoneri & rogari. in Pis. 4. 1
Vulgò hominum opinio socium me ascribit tuis laudibus. ad Attic. lib. 14. 3. 15. 1. a
Non mehercule qui loquor, crederem Iudices, tametsi vulgò audieram. 5. Verr. 50. a
Saturnum vulgò maximè ad occidentem colunt. 3. de Nat. deorum. 59. a
Nam illi ita negant, vulgò mihi se debere dicunt. Att. 1. b
Num locum ad spectandum dare, aut ad prandium invitare, minime. sed vulgò, passim. quid est vulgò? vniuersos. pro Murena. 67
Deinde natura eius euenire vulgò soleat, an insolenter & raro. de Inuent. 51. b
Non vulgò iactantur, sed inter paucos secretò narrantur. 8. fam. 3. in epist. Cælii.
Eodem die vulgò loquebantur, Antonium, & c. 16. ad Att. 26
Quum vulgò loquerentur suppositum in eius locum, quem pro illo probare velles. 7. Verr. 63. a
Quid ais? vulgò occidebantur: per quos? & c. à quibus: pro Rosc. Amer. 49. a
Eiusmodi tempus erat, inquit, vt homines vulgò impunè occiderentur. pro Rosc. Amer. 48. a
Neque ponere, neque vulgò ostendere ac proferre voluerunt. 6. Verrinarum, 55. a
Vulgò vadunt. 9. ad Att. 1

Vulgaris.

Vulgaris & excellens orator. in Orat. 26. a
In omni arte, cuius vsus communis, vulgarisque sit. de Finibus, 90. b
Oratio ad vulgarem popularèque sensum accommodata. 1. de Orat. 54. a
Declamatio vulgaris & peruagata. pro Pl. 38. a. & Or. 218. b
Opinio vulgaris. 1. de Orat. 54. a
Vulgare exordium. 1. ad Her. 11. & 1. de Inuent. 38
Vulgare genus argumentationis. 1. de Inuent. 103
Minimè vulgare genus dicendi. de Cl. Orat. 167. a
Vulgare scortum. 2. Philipp. 61
Denique nihil tam vile, neque tam vulgare est, cuius partem vllam reliquerint. pro Rosc. Amer. 43. a
Oratio ad vulgarem popularèque sensum accommodata. de Orat. 94. b
Genere nouo sum literarū ad te vsus, vt intelligeres non vulgarem esse commendationem. ad Cæsarem, lib. 13. 16. 7. a
Omnibusque rebus eum ita tractes, vt intelligat nostram commendationem non vulgarem fuisse. Lentulo, lib. 1. 3. 4. a
Qui nulla arte adhibita, de reb? ante oculos positus, vulgari sermone disputant. 1. Acad. 8. a
Ne nuda inuentio vulgari sermone efferatur. ad Her. 41. b. Acad. quæst. 30. b
In communi vita & vulgari hominum consuetudine non esse rudem. de Orat. lib. 1. 129. a
Hæc à vulgari intelligentia remotiora sunt. 2. de Inu. 170. a
De vulgari & communi prudentia disputo. 2. de Or. 165. a
Perspicua sunt hæc quidem, & in vulgari prudentia sita. de Orat. 120. b
Vulgaria & obsoleta sunt, res autem noua & inaudita. pro Quint. 33. a
Magna an parua, facilia an difficilia, singularia sint an vulgaria. 2. de Inuent. 105. a
Mitto hæc artes vulgares, coquos, pistores, leccarios. pro Rosc. Amer. 79. a

Vulgariter.

Hæc ad te eò pluribus scripsi, vt intelligeres me non vulgariter, nec ambitiosè, sed vt pro homine intimo, ac mihi perneccessario scribere. Seruilio, lib. 13. 70. 3. a

Vulgatus.

Quæ nauis vnquam in flumine publico tam vulgata omnibus, quam istius ætas fuit? de Arusp. respon. 55. a
Nonne hoc vestra voce vulgatum est? pro Flacco, 51. a

Vulnus.

Dico mercedem vulneris atque plagæ constitui nefas fuisse. in Verrem, 263. b
Si quid vulneris intra cutem subest. 10. fam. 37. in epistola Planci.
Vulnus alterum in capite secundum aurem accepisse. 4. fam. 36. in epist. Seru. Sulpitii.
Alligare vulnus. Tusc. quæst. 183. b
Infligere alicui vulnus. 2. Philipp. 100. a
Æsculapius qui speculum inuenisse, primusque vulnus obligauisse dicitur. de Nat. d. 71. b. & Tusc. q. 183. b
Vulnus in latere, quod acu punctum videretur, pro ictu gladiatoris putari. pro Mil. 114. b
Examinari graui vulnere. 2. de Finib. 155. a
Excipere vulnera. pro Seft. 7. b
Acceptis à forti aduersario vulneribus aduersis. de Arusp. respon. 253. b
Nam Panfa fugerat vulneribus acceptis, quæ ferre non potuit. ad Brut. 7
Ex vulneribus mortuus. 10. fam. 76. in epist. Pollionis.
Vulnus, per translationem.
Vulnus Consulare. Post red. in Sen. 7
Vulnus grauescens. Tusc. q. lib. 3. 65
Vulnus iniuriæ sanandum. 15. fam. 122
Vulnus in moribus aut natura. pro Cæl. 11
Nam sic intelligo, vt nil à domesticis vulneris factum sit, illud quidem, quod erat, eos certè sanare potuisse. 1. ad Atticum, 48
Huic meæ voluntati, in qua inest aliqua vis desyderii ad sanandum vulnus iniuriæ, vt faueas, fauorque sis. ad Catonem, lib. 15. 4. 43. a
Vulnus à fortuna accipere. Tusc. quæst. lib. 1. 69
Vulnus imponere prouincia. 5. ad Att. 33
Quæ res forsan sit refricatura vulnus meum. 12. ad Att. 19
Sed vt te de Repub. cõsoler, non ita vt sperarunt mali, tanto imposito Reipub. vulnere, alacris exultat improbitas in victoria. 1. ad Att. 40
Nolite Iudices, aut hunc iam natura ipsa occidentem velle maturius extingui vulnere vestro, quam suo fato, & c. pro Cælio, 63. a
Claudicare ex vulnere ob Remp. accepto. 2. de Orat. a
Cum magno Reipub. vulnere recedit C. Flaminius. lib. 2. de Natura deor. 6
Hoc tam graui vulnere etiam illa, quæ consenuisse videbantur, recrudescunt. 4. fam. 122
Vulnera conscientia. 3. Offic. 113
Vulnera quæ non possum tractare sine maximo gemitu. 12. ad Atticum, 28
Repentè aspiciamus lituras eiusmodi, quasi quædam vulnera tabularum recentia. 4. Verr. 135. a
Quæ hic Reipub. vulnera imponebat, eadem illa sanabat. de Finib. 121. b. & 2. Philipp. 60
Vulnera Appii nõ refrico, sed apparent, nec oculi possunt. ad Attic. lib. 5. 28
Vulneribus meis sæpius manus afferam. 3. ad Att. 22
Satis habeo negotii in sanandis vulneribus quæ sunt imposita Reipub. Att. 77. b
Et omitto causam Reip. quam ego amissam puto cum vulneribus suis, tum medicamentis his, quæ parantur. 9. ad Atticum, 10

Vulnero.

Et quos ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulnero. 1. in Catil. 6. a
Serui nonnulli vulneratur, ipse Rubrius in turba sauciatur. 3. Verrinarum, 47. a
Cum à me maximè vulneraretur, non tulit, & c. 3. ad Q. fr. 18
Sin ad nudū, vel fortissimi viri corpus accesserit, possit acie ipsa & ferri viribus vulnerari. pro Seft. 18. a

Vulneratus.

Vulneratus & despoliatus est. 7. ad Att. 33
Sanctissimum corpus nõ solum tactum ac violatum manu, sed vulneratum ferro, confectumque vidistis. Post redit. in Senatu, 5. a

Vulneratio.

Maior hæc est vitæ, famæ, salutis suæ vulneratio. in Pis. 37. a
Sin autem vim sine cæde, sine vulneratione, sine sanguine nullam intelligeris. pro Cecin. 35. a

Vulpecula.

Fraus quasi vulpeculæ, vis leonis videtur. 1. Offic. 64. a
Nec vnquam egressus ex insula, in qua lepulos vulpeculasque sæpe vidisses. 1. de Nat. deor. 121. a

Vultei.

Scribas, apparitores recentes arripe: cum L. Vultei, qui plurimum potest, cæde, concide. 5. Verr. 131

Vulturcius.

Postremò hesternò die præmia legatis Allobrogum, Titoque Vulturcio dedisti amplissima. in Catil. 77
Itaque vt compert legatos Allobrogum belli Transalpini, & tumultus Gallici excitandi causa, à P. Lentulo esse sollicitatos, comitemque iis adiunctum Vulturcium, atque huic datas esse ad Catilinam literas, facultatem mihi oblatam putari, vt, & c. in Catil. 51
Introduxi Vulturcium sine Gallis: fidem ei publicam iussu Senatus dedi: hortatus sum, vt ea quæ sciret, sine timore indicaret. in Catil. 53

Vulturius.

Appellatus est hic vulturius, illius prouincia (si diis placet) imperator. in Pis. 30. a
Exierit malis omnibus atque execrationibus duo vulturii paludati: quibus vtinam ipsis euenissent ea, quæ tum homines precabantur. pro Seft. 59. de Gabinio & Pisone.

Vultus.

Vultus & frons, est animi ianua. de Petit. Consul. 29
Imago animi vultus est, indices oculi. 3. de Orat. 122. a
Vultus denique totus, qui sermo quidam tacitus mentis est. in Pison. 1. a
Non denique ea quæ nobis non possumus fingere, facies, vultus, sonus. 1. de Orat. 63. a
Vultus familiaris. 1. ad Att. 120
Vultus fictus. 2. Offic. 61
Vultus semper idem. Tusc. quæst. lib. 3. 28. & 1. Offic. 127
Vultus seuerus & tristis. 2. de Orat. 159. a
Vultus Domitii in repulsa. 8. fam. 40. in epist. Cælii.
Vultus qui secundum vocem plurimum potest, quantam offert tum dignitatem, tum venustatem. in Orat. 33. a
Et is qui appellatur vultus, qui nullo in animante esse præter hominem potest, indicat mores, cuius vim Græci norunt, nomen omnino non habent. de Legib. lib. 1. 20
Iure erat in Socrate semper idem vultus, cum mentis, à qua is fingitur, nulla fieret mutatio. Tusc. q. lib. 3. 28
Vultus oculis gubernatur. 3. de Orat. 123
Vultus hominum sæpe mentitur. 1. ad Q. frat. 11
Ad vultum ipsum, si queam, reficiendum. 12. ad Att. 16
Si modò vultum importunum in forum detulisset. Post reditum in Senatu, 13. a
Vultum subire simia illius. 8. fam. 37. in epist. Cælii.
Vultum tuum videre cuperem, quum hæc legeres. 4. ad Atticum, 44
Vultum non vidisse Lentuli Cruris repulsi. 8. fam. 8. in epistola Cælii.
Quidam vultu motuque corporis vasti atque agrestes. 1. de Orat. 57. a

Vultu & oratione ad tempus accommodanda. 11. ad Att. 50
Eo enim erant vultu, oratione, omni reliquo motu & statu. Tusc. quæst. lib. 3. 46
Vultu hilari atque læto esse. Tusc. quæst. lib. 1. 90
Vultu exprimere liberalitatem. 13. fam. 12
Vultu sæpe læditur pietas. pro Rosc. Amer. 22
Verbis, vultuque absurdè & asperè responderat. 5. ad Attic.
Vultu me significasse tibi non esse amicum. 3. fam. 12
Vultu atque fronte simulatio facillimè sustinetur. 1. fam. 44
Etenim animus vultu, flagitia parietibus tegebantur. pro Seftio, 7. b
Ex vultu & oculis & fronte meum erga te amorem perspiciere potuisses. 14. ad Att. 24. in epist. ad Antonium.
In tuis oculis, in tuo ore, vultuque acquiesco. pro Deiot. 144. b
In Æsopo sæpe vidi tantum ardorem vultuum atque motuum, vt, & c. de Diuin. 97. b
Vultus omnes aduersarii diligenter perspicendi. lib. 2. de Orat. 81
Vultus qui sensus animi plerumque indicant. 2. de Orat. 81. a
Vultus tuos mihi expressit omnes. 12. fam. 63
Vultus eorū, apud quos agit, moderatur & effingit auctor. 3. de Legib. 35
Recordamini faciem atque illos eius fictos simulatosque vultus. pro Cluent. 57. a

Vulticulus.

Non te Bruti nostri vulticulus ab ista oratione deterret: ad Attic. lib. 14. 318. 7. a

Vultuosus.

In quo quum effeceris, nequid ineptum aut vultuosum sit, tum oculorum est quædam magna moderatio. in Or. 33. a

Vxor.

Genus est vxor: eius duæ formæ, vna matrūfamiliās, earum quæ in manu conuenerunt: altera, earum quæ tantummodo vxores habentur. in Topic. 7. a
Vxor à Dolabella discessit. 8. fam. 14. in epist. Cælii.
Quare gratum mihi feceris, si vxori tuæ Iunia grauissimæ atque optimæ feminae, meis verbis eris gratulatus. Marcello, lib. 15. 9. 3. a
Atque vt è natura viuat, vxorem adiungere. de Finib. 104. b
Duxit vxorem patre viuo optimi & calamitosissimi viri filiam L. Scipionis. pro Seft. 4. a. & Acad. q. ed. 1. lib. 2. 99
Ex tui animi sententia tu vxorem habes: 2. de Orat. 144. a
Qui Numitoriam Fregellanā habuit vxorem. in Ant. 186. b
Vxorem illius suis sacris iniitauit. 1. ad Att. 57
Quum paterfamiliās vxorem prænantem in prouincia reliquisset, Romæque alteram duxisset, neque nuntium priori remisisset, mortuusque esset intestato, & ex vtraque filius natus esset, mediocrisne res in cõtrouersiam adducta est? 1. de Orat. 90
Aducenda vxore sic abhorret, vt libero lectulo neget esse quicquam iucundius. ad Att. lib. 14. 309. 3. a
Cum Milo cum vxore veheretur in rheda penulatus, vulgi magno impedimento, & c. pro Mil. 20. a

Vxorius.

In arbitrio rei vxoria hæc verba maximè excellunt, Melius æquius. Offic. lib. 3. 80. a. & Top. 34



Litera vastior: quam Quintilianus literarū Latinarū vltimam vocat. Verba sæpe contrahuntur non vsus causa, sed auriū. Quomodo enim vester Axilla ala factus est, nisi fuga literæ vastioris: Quam literā etiā è maxillis, è taxillis & vexillo, & paxillo, consuetudo elegans Latini sermonis euellit. Orat. 86.

Eadem in numeris denotat decem: vt Equidem nihil differui durius, cum nominatim de C. Antonio decernerem, quod ita statueram, à te cognoscere causam eius Senatū oportere x. Cal. Mai. ad Brut. 7. Cum Laodiceam venissem, 111. Id. Feb. Lenius mihi reddidit, datas ad x. Calend. Octob. 5. ad Att. 47. Ego x 111. Calend. cum eadem lucerna hanc epistolam scripsissem, qua inflammaram tuam, Formis ad Pompeium, si de pace ageretur, profecturus eram: si de bello, videro. 8. ad Att. 7. Ei tamen sic nunc soluitur, tricesimo quoque die talenta Attica x x x 111. & hoc ex tributis. 6. ad Att. 4. Misit illa c c l o 3. mihi, & ascripsit tantum esse reliquum. 11. ad Att. 49.

Xantippe.

Hic est enim ille vultus semper idem, quem dicitur Xantippe prædicare solita in viro suo fuisse Socrate, eodem vultu semper se vidisse exeuntem illum domo & reuertentem. 3. Tusc. q. 28.

Xenix balneæ.

Sed vt venenū quum à Licinio traderetur, manifestò comprehendi possit, constituisse locum iussit balneas Xenias, vt eò mitteret amicos, qui delitescerent. pro Cæli. 48. a

Xeno.

Apollonice Mem Xenonem commendauit. 5. ad Att. 24.

Xenocles.

Affiduisimè autem mecum fuit Dionysius Magnes, erat etiam Æschylus Gnidus, Adramitenus Xenocles: hi tum in Asia rhetorum principes numerabantur. Brut. 175.

Xenocrates.

Ac primo ab ipso Platone Aristoteles & Xenocrates, quorum alter Peripateticorum, alter Academiæ nomen obtinuit. 3. de Orat. 35.

Nam Speusippus Platonis sororis filius, & Xenocrates, qui Platonem audierat, & qui Xenocratem Polemo & Crantor, nihil ab Aristotele, qui vnà audierat Platonem, magno opere dissensit, copia fortasse & varietate dicendi pares non fuerunt. 3. de Orat. 38.

Nec verò eius (Aristotelis) condiscipulus Xenocrates in hoc genere prudentior, in cuius libris qui sunt de natura deorum, nulla species diuina describitur. 1. de Nat. d. 25.

Xenocrates, cum legati ab Alexandro quinquaginta ei talenta attulissent, quæ erat pecunia temporibus illis, Athenis præsertim, maxima, adduxit legatos ad cœnam in Academiam: iis apposuit tantum quod satis esset, nullo apparatu. Cum postredie rogarent eum, cui numerari iuberet, Quid: vos hesternam, inquit, cœnula nō intellexistis, me pecunia non egere: quos cum tristiores vidisset, x x x minas accepit, ne aspernari regis liberalitatem videretur. Tusc. q. lib. 5. 67.

Xenocrates animi figurā, & quasi corpus negauit esse, verū numerum dixit esse, vt iam antè Pythagoræ visum erat, cuius vis in natura maxima esset. Tusc. q. lib. 1. 18.

Xenocrates & superiores animum (corporis expertem) esse dixerunt. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 28.

Xenocratis sunt libri de ratione loquendi multi, & multum probati. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 132.

Quæ mihi res multò honorificentior visa est, quàm aut illa quum iurare tui ciues Xenocratem testimonium dicentem prohibuerunt. ad Att. lib. 1. 11. 7. a

Quid igitur aut hūc prohibet, aut etiam Xenocratem illum grauissimum philosophorum exaggerantem tantopere virtutem, & extenuantem cætera, & abiicientem, in virtute non beatam modò vitam, sed etiam beatissimam ponere: 5. Tusc. q. 38.

Contraque patrem eius, illum qui Tib. Gracchi conatus perditos vindicauit, nullam comitatem habuisse sermonis, necnon Xenocratem quidem seuerissimum philosophorum, ob eam rem ipsam magnum & clarum fuisse. 1. Officiorum 133.

Nam quum reliquisset duos præstantissimos studio atque doctrina, Xenocrate Chalconium, & Aristotelem Stagiritem. 1. Acad. 12. De Platone.

Xenon.

Xenonis Meneni nobilissimi vxoris fundus erat colonus locatus: colonus quòd Decumanorum miurias ferre non poterat, ex agro profugerat. Verres in Xenonem iudicium dabat illud suum damnatorium de iugerum professione. Xenon ad se pertinere negabat. 5. Verr. 44.

Xenophanes.

Et quàm non multum (differerent) à Platone Megarici, quorum fuit nobilis disciplina: cuius, vt scriptum video, princeps Xenophanes, què modò nominauit. 2. Acad. 120. Xenophanes vnum (vult) esse omnia, neque id esse mutabile, & id esse deum, neque natū vnquam, & sempiternum, & conglobata figura. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 109.

Tum Xenophanes, qui mente adiucta, omne præterea quod esset, infinitum deum voluit esse, de ipsa mente item reprehenditur vt cæteri. 1. de Nat. d. 21.

Xenophanes habitari ait in luna, eamque esse terram multarum vrbium & montium. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 113.

Colophonius Xenophanes, vnus qui deos esse diceret, diuinationem funditus sustulit. 1. de Diuinat. 4.

Xenophon.

Xenophon Socraticus (qui vir & quantus in ea militia, quacum Cyro minore perfunctus est) sua scribit somnia, quorum exitus mirabiles extiterunt. Mentiri Xenophontem an delirare dicemus: 1. de Diuinat. 49.

Denique etiā à philosophia profectus princeps Xenophon Socraticus ille, post ab Aristotele Callisthenes comes Alexandri, scripsit historiam: & hic quidem rhetorico penè more, ille autem superior leniore quodam sono est vsus: & qui illum impetū oratoris non habeat, vehemēs fortasse minus, sed aliquanto tamen est, vt mihi quidem videtur, dulcior. 2. de Orat. 31.

Instituit Xenophon Agefilaum. 3. de Orat. 77.

Vincunt tamen artificio benevolentix colligendæ, qui neque Cyrum Xenophontis, neque Agefilaum nouerint. 1. ad Quint. frat. 41.

Vnus enim Xenophontis libellus in eo rege laudando facile omnes imagines omnium, statuasque superauit. 5. fam. 33. De Agefilao loquens.

Multas ad res peritiles Xenophontis libri sunt, quos legite quæso studiosè, vt facitis. Quam copiosè ab eo agricultura laudatur in eo libro, qui est de tuenda re familiari, qui Economicus inscribitur. de Senect. 54.

Nactus sum etiam, qui Xenophontis similem esse se cuperet, cuius sermo est ille quidè melle dulcior, sed à forensi strepitu remotissimus. Orat. 17. a.

Xenophontis voce Musas quasi locutas ferunt. Orat. 34. a.

Pocula, sicut in symposio Xenophontis est, minuta atque rorantia. de Senect. 43.

Apud Xenophontem quærit Socrates vnde animam arripuerimus, si nulla fuerit in mundo. 3. de Nat. d. 19.

Cyrus ille à Xenophonte non ad historix fidem scriptus, sed ad effigiem iusti imperii: cuius summa grauitas ab illo philosopho cum singulari comitate coniungitur: quos quidem libros non sine causa noster ille Africanus de manibus ponere non solebat. Nullum est enim prætermissum

missum in his officium diligentis & moderati imperii. 1. ad Quint. frat. 17.

Xenophonteius.

Gratiàmque illam, de qua suauissimè quodam in proœmio scripsisti, à qua te flecti non magis potuisse demonstras, quàm Herculem Xenophonteium illum à voluptate. 5. familiarium, 29. a.

Tum facillimè ex eo libro, quem de Consulatu, & de rebus gestis suis conscriptum molli & Xenophonteio genere sermonis misit ad A. Furium poetam familiarem suum. Brut. 68.

Xerxes.

Nam Xerxes quidem refertus omnibus præmiis, donisque fortunæ, non equitatu, non pedestribus copiis, non nauium multitudine, non infinito pondere auri contentus, præmium proposuit qui inuenisset nouam voluptatem, qua ipse non fuit contentus. Tusc. q. lib. 5. 16.

Nec sequor Magos Perfarum, quibus authoribus Xerxes inflammasse templa Græciæ dicitur, quòd parietibus includerent deos, quibus omnia deberent esse patentia à libera. 2. de Legib. 27.

Non manibus, vt Xerxes, sed rationibus deorum immoq. alium templa & aras euerterit. de Nat. d. 1. 81.

Xyftus.

Quare velim & eos, & signa, & cætera, quæ tibi eius loci & nostri studii & tuæ elegantix esse videbuntur, quàm plurima, quàm primùmque mittas, & maximè quæ tibi gymnasii, xyftique videbuntur esse. ad Att. lib. 1. 5. 3. a.

Quum ambularem in xyfto, & essem otiosus domi. de Clar. Orat. 5. a.

Quum igitur pauca in xyfto locuti essemus, tum eodem in spatio confedimus. 4. Acad. 19. a.

In xyfto spatari. Orat. 145.



Υπό πλώ ληΐν, cum breuiter scriberes. 9. ad Att. 44. Υπόθεσις scribendi. 2. ad Quint. frat. 39. & 3. ad eundem, 29. & 14. ad Att. 49.

Fuga, quam tu υπεκαλεΐσθι peregrinationem. 9. ad Att. 39.

Υπομεμψιμοιροι literæ. 6. ad Att. 1.

Υπομνηματισμός factus ab Areopago. 5. ad Att. 10.

Υπομνηματισμός Areopagitarum decretum. 13. fam. 4.

Υποσολικα multa. 14. ad Att. 48.

Nihil υποσολον habent, nihil fallax. 10. ad Att. 37.

Υστερον απεστειρον ομιλειως tibi respondebo. 1. ad Att. 35.



Litera Græca veteribus Latinis incognita fuit.

Nec enim Græcam literam adhibebant, nunc autem etiam duas. Ennius semper Purrum, nunquam Pyrrhum. Orat. 91.

Υπεκαλεΐσθι pueros in Græciam. 7. ad Atticum, 54.

Υπεσολη elegans. 7. famil. 55.

Non dico υπεσολως. 2. ad Quint. frat. 37.

Non υπεσολικως, sed verissimè loquor. 5. ad Att. 49. & 6, 24.

Zaleucus.

Aleucum quis leges Locris scripsisse non dixit. 6. ad Att. 16.

Quod idem & Zaleucū & Charondam fecisse video: quum quidem illi non studii & delectationis, sed Reipu. causa leges ciuitatibus suis scripserunt. 2. de Legib. 12.

Zelotypia.

Obreçtatio autem est ea, quam intelligi zelotypiam volo, ægritudo ex eo, quòd alter quoque potiatu eo, quod ipse concupiuerit. 4. Tusc. 28. a.

Iudicabā duriores partes mihi impositas esse ab offensione nostra, quæ magis à ζηλοτυπια mea, quàm ab iniuria tua nata est. ad Att. lib. 10. 198. 2. a.

Zeno.

Iam Polemonem audierunt assidue Zeno & Arcefilas. Sed Zeno cum Arcefilam anteiret ætate, valdeque subtiliter differeret, & peracutè moueretur, corrigere conatus est disciplinam. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 25.

Esti Zeno Cittixus, aduena quidam & ignobilis, verborum opifex, insinuasse se in antiquam philosophiam videtur. Tusc. q. lib. 5. 26.

Zeno Eleates perpeffus est omnia potius, quàm cōscios delendæ tyrannidis indicaret. Tusc. q. lib. 2. 46.

Zeno ad visa & quasi accepta sensibus assensionem adiungit animum. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 29.

Zeno iis solum visis adiugebat fidem, quæ propriam quandam haberent declarationem earum rerum, quæ viderentur. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 29.

Zeno quòd suam, quòd propriam speciem habeat, cur appetendum sit, id solum bonum appellat. de Fin. lib. 4. 49.

Zeno arbitrabatur omnium perturbationum matrem esse immoderatam quandam intemperantiam. Acad. quæst. edit. 2. lib. 1. 27.



Zeno arbitrabatur nihil quicquam effici posse à natura corporis experte. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 28.

Zeno autem (vt iam ad vestros Balbe veniam) naturalem legem diuinam esse censet, eamque vim obtinere recta imperantem, prohibentemque contraria. 1. de Nat. d. 26.

Zeno comprehensionem inter scientiam & inscientiam collocabat, eamque neque in rectis, neque in prauis numerabat. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 30.

Zeno sensus iunctos esse censuit è quadam quasi impulsione oblata extrinsecus. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 28.

Zeno nihil censuit deesse virtuti. Acad. q. ed. 1. lib. 1. 224.

Zeno aut quod efficeret aliquid, aut quod efficeretur, censuit non posse non esse corpus. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 28.

Zeno non tam rebus, quàm vocabulis veteris Academiæ disciplinam commutauit. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 26.

Zeno, quasi corporis simus expertes, animum solum complectitur. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 129.

Zeno ita concludit, Quod ratione vtitur, melius est, quàm id quod ratione non vtitur: nihil autem mundo melius: ratione igitur mundus vtitur. 3. de Nat. d. 15.

Zeno, cum ægritudinem definit, opinionem mali præsentis recentem, verbum (recens) sic interpretatur, vt non tantum illud recens esse velit, quod paulò antè acciderit: sed quàm diu in illo opinato malo vis quædã insit & vigeat, & quædam habeat viriditatem, tandiu appelletur recens. Tusc. quæst. lib. 3. 63.

Zeno naturam ita definit, vt eam dicat ignem esse artificiosum ad gignendum progredientem via. 2. de Natura deorum, 41.

Zeno manui dialecticam & eloquentiam similem esse dicebat. Orat. 61.

Zeno comprehensionem esse dicebat, cum manum planè compresserit, pugnumque fecerat. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 133.

Zeno, non eos solum, qui tum erāt, Apollodorum, Syllum,

cæteris que figebat maledictis: sed Socratem ipsum, parentem philosophia, Latino verbo utens, scurram Atticum fuisse dicebat, &c. de Nat. d. 1. 66

Zeno nonnulla esse falsa dicebat, quæ sensibus viderentur. de Nat. d. 1. 49

Zeno cum laeuam manum admouerat, & pugnum dextræ arctè vehementerque compresserat, scientiam talem esse dicebat. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 134

Zeno rhetoricam palmæ, dialecticam pugno similem esse dicebat. de Finib. lib. 2. 15

Zeno dixit ignem esse quintam naturam, ex qua ratio & intelligentia oriretur. de Finib. lib. 4. 10

Zeno virtutes nullo modo seungi posse differebat. Acad. quæst. edit. 2. lib. 1. 17

Zeno visum inquebat esse, cum extensis digitis aduersam manum ostēdebat. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 133. Nam per gestus quid esset, scire conficiebat.

Zeno inter rectè factū, *ἡδὴ καὶ τὸ πρῶτον*, & prauè seu peccatum, *ἀπορρημία*, medium quoddam locauit, quod per se nec bonum, nec malum esset, sed adiectis certis circumstantiis nunc in bonis, nunc in malis numeretur, nempe officia & seruata & prætermissa. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 26

Zeno Epicureus, cum à Carneade plurimū diffēret, vnum tamen præter cæteros mirabatur. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 33

Zeno virtutem cuiquam adesse negauit, nisi ea vteretur. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 27. contra Aristotelem, qui virtutem etiam in dormiente, nihilque agente locat.

Zeno scientiam nominauit id, quod sensu ita erat comprehensum, vt ratione conuelli non posset. Acad. quæst. ed. 2. lib. 1. 29

Zeno nihil aliud numerauit in bonis, nisi solam virtutem. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 25

Zeno quatuor tantum elementa seu initia rerū ponit: nempe ignem, aerem, aquam & terram. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 28

Zeno rectè facta sola in bonis actionibus prauè, id est peccata, in malis posuit. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 26

Zeno omnem virtutem in ratione posuit, contra veterum philosophorum opinionem. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 26

Zeno premebat quæ dilatabantur à nobis. de Nat. d. 2. 16

Zeno inuentor & princeps Stoicorum fuit. 4. Acad. 238. a. & 3. de Nat. d. 15

Zeno, Stoicorum princeps, non tam rerum inuentor fuit, quam nouorum verborum. de Finib. lib. 3. 3

Zeno contrahi animum, & quasi labi putat atque concedere, & ipsum esse dormire. Diuinat. lib. 2. 92

Zeno in vna virtute positam beatam vitam putat. Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. 124

Zeno perturbationes putabat esse voluntarias, opinionisque iudicio suscipi. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 27. contra antiquorum philosophorum doctrinam, qui eas naturales esse docebant, & in ea animi parte, quæ rationis est expers, constituebant.

Zeno omnia quæ essent aliena firmæ & constantis assensionis, à virtute, sapientiæque remouebat. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 30

Me audiente Athenis senex Zeno Epicureorum acutissimus contēdere, & magna voce dicere solebat, eum esse beatum qui præsentibus voluptatibus frueretur, considerētque se fruiturum aut in omni, aut in magna parte vitæ, dolore non interueniente: aut si interueniret, si summus foret, futurum breuem: si productior, plus habiturum iucundī, quam mali. 3. Tusc. q. 34

Quæ breuius concluditur (vt Zeno solebat) apertiora sunt ad reprehendendum. de Nat. d. 2. 15

Zeno quidem ille, à quo disciplina Stoicorum est, manu demonstrare solebat, quid inter has artes interesset. nā quum cōprefferat digitos, pugnumque fecerat, dialecticam aiebat eiusmodi esse: &c. in Orat. 61

Magnam molestiam suscepit, & minimè necessariam primus Zeno, post Cleanthes, deinde Chrysippus, &c. 3. de Nat. deor. 44

Honestum autem quod ducatur à conciliatione naturæ, Zeno statuit finem esse bonorum, qui inuentor & princeps Stoicorum fuit. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 122

Zeno statuit cælum esse ignem, qui quidque gigneret. Academic. q. ed. 2. lib. 1. 28

Zeno quum Hesiodi Theogoniam, id est originem deorum interpretatur, tollit omnino vſitatas perceptasque cognitiones deorum. 1. de Nat. d. 27

Zeno sensibus etiam fidem tribuebat. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 30

Zeno neminem volebat esse sciētæ compotem, nisi sapientem. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 134

Zeno perturbationibus quasi morbis sapientem carere voluit. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 27

Zeno vult assensionem animorum esse in nobis positam & voluntariam. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 29

Zeno nihil noui reperire, sed superiores philosophos emēdare voluit immutatione verborum. Academic. quæstio. edit. 1. lib. 2. 17

Zeno plurimis nouis verbis vsus est, noua enim dicebat. Acad. quæst. edit. 2. lib. 1. 29

Qui cum Zenonis auditor esset, vides quantum ab eo disſenſerit, & quā non multum à Platone Megarici, quorum fuit nobilis disciplina. cuius, vt scriptum video, princeps Xenophanes, quem modò nominauit: deinde cum secuti Parmenides & Zeno. Acad. q. ed. 1. lib. 2. 120

Perſius, Zenonis auditor, eos dicit esse habitos deos, à quibus magna vtilitas, ad vitæ cultum esset inuenta, ipsasque res vtilēs, & salutare deorum esse vocabulis nuncupatas. 1. de Nat. d. 28

Zenonis breues & acutæ conclusiones. 3. de Nat. d. 12

Zenonis inuenta. pro Mur. 56

Posse enim aſotos ex Aristippi, acerbos è Zenonis schola exire. 3. de Nat. d. 57

Zenoni comprehensio facta sensibus, & vera & fidelis esse videbatur. Acad. q. ed. 2. lib. 1. 30

Sapiens ne non timeat, nec si patria deleatur, non doleat, satis durum: sed Zenoni necessarium, cui præter honestum nihil est in bonis. 4. Acad. q. 243. a

Zenoni & reliquis ferè Stoicis æther videtur summus deus, mente præditus, qua omnia regantur. Academic. quæst. edit. 1. lib. 2. 117

Zenoni, eiusque auditori Aristoni, placuit, bonum esse solum, quod honestum esset. Tusc. q. lib. 5. 25

Zenoni, præter honestum, nihil est in bonis. Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. 125

Zenoni homini acuto placuit loquendi libertas. 9. fam. 50

Zenoni Stoico animus ignis videtur. Tusc. q. lib. 1. 17

Cleanthes, qui Zenonem audiuit vnā cum Aristone, tum ipsum mundum deum dicit esse: tum totius naturæ menti atque animo hoc nomen tribuit, tum vltimum & altissimum, atque vndique circumfusum & extremum, omnia cingentem atque comple:um ardorem, qui æther nominetur, certissimum deum iudicat. 1. de Nat. d. 28

Zenonem, quem Philo noster Coryphæum appellare Epicureorum solebat. de Nat. d. 1. 41

Anaxarchum Democritum à Cyprio tyranno excarnificatum accepimus: Zenonem Eleatem in tormētis necatum. de Nat. d. lib. 3. 61

Inter Zenonem & Peripateticos nihil præter verborum nouitatem interesse. Tusc. q. lib. 5. 25

Zethus.

Vti apud Pacuuium Zethus cum Amphione, quorum controversia quum de musica inducā est, disputatio in sapientiæ rationem & virtutis vtilitatem consumitur. 2. ad Herennium, 80

Miror cur philosophiæ, sicut Zethus ille Pacuuianus, propè bellum indixeris. 2. de Orat. a

Zeugma.

Neque solum illud extorſi oppidulum, quod erat positum in Euphrate & Zeugmate, sed præterea togam sum cuius prætextam cauillatus, &c. 2. ad Quinct. frat. 26

Zeuxis.

Vna est ars ratioque picturæ, dissimillimique tamen inter se Zeuxis, Aglaophon, Apelles: neque eorum quisquam est, cui quicquam in arte sua deesse videatur. 3. de Orat. 15

Neque enim putauit (Zeuxis) omnia, quæ quæreret ad ve-

nustatem, vno in corpore se reperire posse, ideo quod nihil simplici in genere omni ex parte perfectū natura excoliuit. 2. de Inuent. 123

Itaque (Crotoniæ) Heracleoten Zeuxin, qui tum lōgè cæteris excellere pictoribus existimabatur, magno pretio cōductum adhibuerunt. Is & cæteras tabulas complures pinxit, quarum nonnulla pars vsque ad nostram memoriam propter fani religionem remansit: & vt excellentem muliebris formæ pulchritudinē muta in sese imago contineret, Helena se pingere simulacrum velle dixit, &c. 2. de Inuent. 121

Similis in pictura ratio est, in qua Zeuxin, & Polygnotum, & Timantem, & eorum qui non sunt vsi plus, quam quatuor coloribus, formas & lineamenta laudamus. Brut. 35

Ἔνθημα ponere. 9. fam. 61

Ἔνθημα persolueret. 7. ad Att. 20

Zodiacus.

Vim quandam esse aiunt signifero in orbe, qui Græcè *ζωδιακός* dicitur. 2. de Diuinat. 133. a

Zonarii.

Quid Mithridates, qui multitudinem illam non auctoritate, sed sagina tenebat, se velle dixit, id sutores & zonarii conclamarunt. pro Flac. 13. a

Zopyrus.

Quum multa in conuentu vitia collegisset in eum Socratem Zopyrus, qui se naturam cuiusque ex forma inspicere profitebatur, derisus est à cæteris, qui illa in Socrate vitia non agnoscerent: ab ipso autem Socrate subleuatus est, quum illa sibi vitia inesse, sed ratione à se deiecta diceret. 4. Tusc. q. 67

Quid Socratem, nonne legimus quemadmodum notari Zopyrus physiognomon, qui se profitebatur hominum mores naturasque ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoſcere: stupidum esse Socratem dixit & bardum, quod iugula concaua non haberet: obstructas eas partes & obturatas esse dicebat. Addidit etiam mulierosum, in quo Alcibiades cachinnum dicitur sustulisse. de Fat. 8

Zosippus.

Dixit hoc apud vos Zosippus & Hismenias, homines nobilissimi, & principes Tyndaritanæ ciuitatis. 6. Verr. 83

Zostera.

A Piræo ad Zostera vento molesto, qui nos ibidem Nonis tenuit, &c. cursum confecimus. 5. ad Att. 22

F I N I S.

EXCVDEBAT CAROLVS STEPHANVS,
TYPOGRAPHVS REGIVS, PARISIIS,
ANN. M. D. LVI. IIII. CAL. NOVEMB.